




BIBLIOTHECA
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

[illegible]

Cura & studio [illegible] *Presbyteri*

[illegible]

TOMUS V.


VENETIIS, [illegible]

[illegible]


BIBLIOTHECA VETERUM PATRUM

ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




Cura & studio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.



TOMUS V.



VENETIIS CIƆIƆCCLXIX.



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE

S. JACOBO EPISCOPO NISIBENO.

ANtiochiæ Mygdoniæ in confinio imperii Persarum ac Romanorum sitæ, quam Syri vulgo & Assyrii *Nisibim* appellant, ortum habuisse JACOBUM cognomento *Magnum*, perhibet Theodoritus [1]; & quidem sæculo III. ut videtur, desinente. Deinceps vero in solitudinem secedens, severiorisque vitæ institutum amplexus, apostolicæ gratiæ radiis refulsit: mira siquidem & stupenda prodigia novus Moses patrasse comperitur. Hujusmodi ergo insignibus ornatus, simulque sub imperatore Maximino fidei confessione clarus [2], quum non minus sanctitate quam doctrina floreret vir admirabilis, ad pontificale munus evectus, ecclesiam Nisibensem regendam suscepit [3]. Postmodum autem in Bithyniam profectus cum Ephræmo Syro quem & auditorem habuit, anno Christi CCCXXV. ad concilium Nicænum, *pro veris dogmatibus tamquam bellator fortissimus, & totius agminis princeps decertaturus perrexit:* τῶν ὀρθῶν ὑπερμαχήσων δογμάτων, οἷά τις ἀριστεὺς καὶ πρόμαχος ἁπάσης τῆς φάλαγγος.

Decem post annis circiter quum Constantinopolim petiisset, obnixius orans cum Alexandro illius ecclesiæ antistite, a Deo impetravit ut Arius justas impietatis suæ pœnas lueret, teste apud Assemanum [4] Dionysio Jacobitarum patriarcha in chronico, ad annum Alexandri DCXLII. Christi CCCXXXV. seu potius insequente anno CCCXXXVI. quo sane tempore turpem Arii obitum contigisse constat. Eadem quoque narrat Theodoritus [5]: sed memoriæ lapsu pro Alexandro Constantinopolitano Alexandrinum scribit, secus ac alibi tradit [6]. Qua de re tamen silet Athanasius in epistola ad Serapionem [7], ubi de Arii morte sermonem habet. Verum ejusmodi narrationem adstruit cl. Athanasianorum editor [8], ex Theodorito nimirum, ut videtur.

Porro paullo ante quam e vivis excederet Jacobus, sub initium imperii Constantii, anno scilicet Alexandri DCXLIX. Christi CCCXXXVIII. Nisibim a Sapore Persarum rege obsessam admirabiliter propugnavit, ut fuse Theodoritus [9] & Philostorgius [10]. Quo quidem ipso anno ad superos evocatur vir divinus, si fides modo laudato Jacobitarum patriarchæ Dionysio. Consentit auctor Chronici Edesseni [11], unde sua plerumque mutuatus est Dionysius: *Anno*, inquit, (Græcorum) *sexcentesimo quadragesimo nono* (Christi CCCXXXVIII.) *obiit sanctus Jacobus Nisibis episcopus*. Ceterum de anno ejus emortuali aliter sentiunt eruditi recentiores, existimantes sanctum Patrem vitam adhuc egisse in secunda Nisibensi obsidione, quæ demum contigit anno CCCL. Atque A ita quidem præ ceteris Tillemontius [12]. Alii autem eruditissimi viri [13] serius adhuc sancti præsulis obitum consignandum, concludendumque inter annos CCCL. & CCCLXI. censuerunt.

II Qui vero vitæ sanctitate ac miraculorum gloria celebris exstitit noster Nisibenus antistes, doctrina quoque ac scriptis ecclesiam plurimum illustravit, ut ex testibus locupletissimis compertum habemus. Primus omnium prodeat magnus Athanasius, quem ea ipsa tempestate floruisse constat. Is itaque scribens ad episcopos Ægypti & Libyæ adversus Arianos, compluribus ecclesiæ doctoribus enumeratis qui fidem catholicam non solum voce, sed littera- B rum etiam monimentis strenue propugnarunt, in eorum censum Jacobum quoque Nisibenum refert his verbis [14]: εἰ μὲν οὖν παρὰ ὀρθοδόξων ἦν τὰ γραφόμενα, οἷα ἂν ἐγεγόνει παρὰ τοῦ μεγάλου καὶ ὁμολογητοῦ Ὁσίου, — ἢ Ἰακώβου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῶν ἀπὸ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, — οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς γραφομένοις ὑποπτεύειν· ἄδολος γὰρ καὶ ἁπλοῦς ἐστιν ὁ τῶν ἀποστολικῶν ἀνδρῶν τρόπος.
„ Itaque si quæ scribunt, ea scriberent orthodoxi,
„ ut magnus & confessor Hosius — vel JACOBUS
„ ceterique ex Mesopotamia; — nullus profecto
„ in illorum scriptis esset suspicionis locus: sim-
„ plex enim ac candidum est virorum apostolico-
„ rum ingenium. „

C Athanasium excipit Gennadius presbyter Massiliensis, qui labente sæculo V. scriptorum ecclesiasticorum quos præteriit Hieronymus, gesta & scripta brevi sermone contexens, primum locum Jacobo Nisibenæ urbis episcopo tribuit, ejusque tractatus satis diligenter enumerans, præclarum de illius doctrina posteris testimonium reliquit [15]. Neque vero illud prætermittendum, eumdem Gennadium alio in opere cujus auctor jure a viris doctis ipsemet existimatur, sancti Patris nostri mentionem rursus injicere, licet eum immerito suggillet. Sic enim ille [16]: *Neque duas animas esse dicimus in uno homine, sicut* JACOBUS *& alii* SYRORUM *scribunt*. Cujus quidem sententiæ nonnulla exstant vestigia apud sanctum Nisi- D bensem præsulem [17], sed minus recte a censore percepta.

Præterea duobus modo allatis testibus, Græco & Latino, tertius accedat Armenus, Gregorius nimirum Nariekensis, qui sæculo X. vertente claruit. Is enim in oratione quam contexuit de sancto Jacobo episcopo Nisibeno, inter cetera hæc habet [18]: *Unus fuit*, inquit, *ex Nicænis patribus professoribus*

1. *Theodorit.* Hist. eccl. lib. I. cap. VII. & lib. II. cap. XXX. Id. in Philoth. cap. I. opp. tom. III. pag. 764.
2. Id. Hist. eccl. lib. I. cap. VII. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. I.
3. *Theodor.* Philoth. l. c. pag. 767.
4. *Assem.* Bibl. orient. tom. I. pag. 17.
5. *Theodor.* Philoth. l. c. pag. 769.
6. Id. Hist. eccl. lib. I. cap. XIV.
7. *Athan.* opp. tom. I. pag. 341. n. 3.
8. *Montfauc.* Vit. S. Athan. ad ann. 336. pag. XXVIII.
9. *Theodor.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXX.
10. *Philost.* lib. III. n. XXIII.
11. Chron. Edess. apud Assem. Bibl. orient. tom. I. p. 395.
12. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 164. 704.
13. *Bolland.* Act. SS. Jul. tom. IV. pag. 40.
14. *Athan.* Epist. ad episc. Æg. & Lib. §. 8. opp. tom. I. pag. 278.
15. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. I.
16. Id. lib. de eccles. dogmat. cap. XV.
17. *Jac. Nisib.* Serm. VI. §. XIII. & alibi.
18. *Gregor. Nar.* Orat. XCIX. in lib. Precum edit. CP. ann. 1700.

rectæ fidei: — œconomus ac dispensator sapienter singulis providit, & abunde omnibus divitias spiritus sui communicavit: LIBROS *mundo utiles ac salutares scripsit, rebus præclare definitis & ad rationis examen exactis; maledicorum ora obstruxit & hæreticam sectam obmutescere fecit, & indelebiles regulas perpetuo stabilivit.* A Horum autem verborum textum Armeniace habes infra inter veterum testimonia. His porro antiquis scriptoribus addi possunt insuper Menæa Græcorum, ubi sic [1]; Καὶ βίβλον πάνυ ὠφέλιμον συνετάξατο. ἐξεικονίζει δέ τινα τῶν τῆς βίβλου ταύτης Θεοδώρητος, ὁ τῆς Κύρου ἐπίσκοπος ἐν τῇ φιλοθέῳ αὐτοῦ ἱστορίᾳ. *Et* LIBRUM *valde utilem composuit. Ad hujus autem exemplar quædam exprimit Theodoritus in sua religiosa historia.* B

Accedit denique antiquorum codicum Armenorum fides atque auctoritas, qui unanimi consensu Sermonum seriem quorum meminit Gennadius, sancto Jacobo Nisibensi episcopo addicunt. Quid quod inter codices mss. Arabicos quos ineunte hoc sæculo ex oriente advexit V. C. Assemanus, unus exstat [2] num. XCV. qui eorumdem Sermonum auctorem agnoscit ipsum Nisibenum antistitem? Unde illud quoque intelligimus, scripta nimirum sancti Patris nostri adeo in pretio habita fuisse, ut fuerint etiam in alias ab Armena linguas translata.

III. Ex quibus ergo vetustis litterarum monumentis hactenus in medium prolatis, nullus profecto dubitandi locus relinquitur, C quin sanctissimum Nisibenum antistitem in album Ecclesiæ Doctorum referamus. Et maximo quidem jure, si spectemus præsertim Tractatus illos seu Sermones octodecim, antiquitus Gennadio recensitos, qui nuper demum benigna supremi Numinis providentia in lucem prodierunt. In his enim antiquissimus ille Christianæ ecclesiæ Pater & Doctor, non minus vitæ sanctitate quam sapientiæ laude conspicuus, quemadmodum olim Syriæ & Armeniæ ac totius orientis populos optimis imbuit institutis; ita nunc occiduas quoque oras pervadens, universum pæne terrarum orbem eximiæ doctrinæ suæ radiis illustrat. Tanta nimirum (ut viri præstantissimi verbis utar [3], D cujus labore ac studio pretiosis ejusmodi monimentis læti fruimur) tamque admirabili ac singulari prorsus sacrarum scripturarum scientia, catholicæ disciplinæ notitia atque penitiore dogmatum ecclesiasticorum cognitione quum esset ornatus; adeo præclara opera in quibus illa omnia late ac mire elucent, litteris consignata Ecclesiæ universæ reliquit.

Quamvis autem natione Syrum, scripsisse tamen sanctum Jacobum, non Syriaca, sed Armena lingua, jure optimo conjecisse videtur doctissimus editor [4]. Primum scilicet, inquit, beatus Nisibenus antistes eo idiomate scripserit, quo utebatur sanctus Gregorius Armenorum episcopus, a quo rogatus ad scribendum accessit. E Deinde accedit auctoritas omnium veterum Armenorum codicum, & vetustissima traditio in universa Armenorum natione diutissime constantissimeque servata. Præterea hujusmodi sancti Patris nostri Sermones omnibus Syris ignoti fuisse perhibentur. Hinc porro arguit, vel mendum irrepsisse in textum Gennadii, & pro *Syro sermone* legendum esse *Armeno*; vel memoria lapsum esse illum presbyterum Massiliensem, dum scripsit, Syriaca lingua, non autem Armena exaratos Sermones; aut demum ipsum ex patria Jacobi quæ Syrorum urbs princeps erat, conjecisse eadem lingua quæ ibi vulgaris erat, opera sancti Jacobi conscripta. „ Quod si vero, pergit V. C. primum a sancto Jacobo Syrorum lingua scripta fuerunt, exemplar Syriacum in Armeniam missum, & in idioma quo regio illa utebatur, versum ac divulgatum, verosimiliter, ut accidere solet, deperditum fuerit. Id autem fortasse in caussa fuit, cur postea non modo Hieronymum in angulo terrarum degentem, sed etiam Theodoritum, Photium aliosque scriptores Græcos & Syros qui vel ante vel post Hieronymum floruerunt, Sermones isti latuerint, & tamdiu Græcarum Syriacarumque rerum scriptoribus ignoti remanserint. „

IV. Neque porro argumenta solum externa suppetunt quibus sancto Patri vindicentur Sermones, qui nuper in vulgus prodierunt. Multo siquidem potiora sunt quæ ex eorum contextu eruuntur: nimirum ex temporis nota quo scribebat noster Nisibenus præsul; ex methodo quam in iisdem Sermonibus conscribendis adhibuit; ex hæresibus quarum meminit; ex sacrorum bibliorum versione Armena qua usus est auctor, cet. Unde perspicue ostenditur legitimum horum Sermonum parentem unum Jacobum Nisibenum esse agnoscendum. Quæ quidem omnia summo studio ac diligentia singulari præstitit celeberrimus Antonellus: qui & illud perficiendum curavit, ut totius operis præstantia atque utilitas omnibus plane innotesceret: ad quem propterea eruditissimum virum lectores nostros remittimus, ne longius abeamus quam instituti nostri ratio patiatur.

Si quæ porro hactenus summatim adduximus, nonnullis magni nominis viris superiore sæculo comperta fuissent; temperassent enimvero ab elevando Gennadii testimonio, qui unus præsulis Nisibeni Sermonum seriem argumentaque memoriæ tradidit: quemadmodum sane nostra ætate factitatum novimus a doctissimo Assemano; qui quum Gennadii auctoritatem pluribus infirmare aggressus fuisset [5]; deinceps vero animum consiliumque mutavit [6], sibique facile persuasit genuina esse Jacobi opera Gennadio laudata. Quod minime advertens eruditissimus Vallarsius; inde factum opinor, ut posteriore Assemani sententia ipsi penitus incomperta, priorem tantummodo fuerit amplexus [7].

V. Ad nostram vero editionem quod attinet, ut huc tandem deveniamus, eam quantum per nos licuit, diligenter exegimus ad primum exemplar quod Romæ dudum prodiit anno 1756. illudque summa fide typis expressimus Armenice simul & Latine: quod quidem exoticæ illius linguæ peritis qua sanctus Pater scripsisse merito existimatur, pergratum fore confidimus. Summaria cujusque Sermonis capita quæ antea sparsim margini apposita occurrebant, junctim contexta pro more nostro ad finem subdidimus; quo scilicet facilius tanti Patris doctrina dignoscatur, totiusque operis conspectus sub uno veluti obtutu compareat. Gesta quoque beati antistitis Nisibeni ex Historia religiosa Theodoriti Cyri episcopi adjecimus: neque veterum testimonia, qua Græcorum, qua Latinorum, nec non Armenorum omisimus, quæ in edito priore studiose collecta reperiuntur.

Ad calcem denique totius operis Sermonem re-

1. Mem. d. XXXI. Octob. pag. 397.
2. *Asseman.* Bibl. orient. tom. I. pag. 632.
3. *Antonell.* præfat. ad S. Jac. Nisib. serm. pag. II.
4. Id. ibid. pagg. VII. IX.
5. *Asseman.* Bibl. orient. tom. I. pagg. 19. & seqq.
6. Id. ibid. pag. 557. seq.
7. *Vallars.* in not. ad Gennad. tom. II, edit. Hieron. pag. 952.

misimus seu potius Epistolam synodicam, in Armeno exemplari sancto Jacobo tributam; de cujus tamen auctore doctissimus editor jure dubitasse videtur. „ Primum enim, inquit, nulla de ea mentio est apud Gennadium: deinde ipse librarius qui codicem scripsit, de ea dubius, quantum ex ejus præfatiuncula conjicere est, fuisse videtur; præterea stilus ac ratio scribendi dissimilis est minimeque cum reliquis sancti Patris Sermonibus seu Epistolis consentiens: denique hæc Epistola synodica est, & multorum nomine, non autem sancti Jacobi episcopi, scripta; cujus neque nomen, neque episcopalis dignitas & auctoritas, nullaque alia quæ aliqua ex parte ipsum fuisse auctorem obscure saltem indicent, ullibi apparent. Verumtamen, subdit, ne studiosus lector hoc vetustissimo opusculo fraudetur, illud ex interpretatione spectabilis viri Cacciaturi Arachiel sacerdotis & doctoris Armeni & missionarii apostolici, in publicam lucem proferimus. „ Hactenus V. C. In aliam tamen sententiam abiisse videtur illustr. Assemanus [1]; ubi observat in illa Epistola tangi schisma quod in Assyria obortum est

A propter papam Agbæi filium, Seleuciæ Ctesiphontis episcopum. Ex Chronico sane Bar-hebræi, ut post laudatum Assemanum [2] advertit doctus Lequienius [3], exstabant epistolæ consolatoriæ sanctorum Jacobi Nisibensis & Ephræm Syri ad papam Catholicum Seleuciæ scriptæ de dexteræ illius impedimento; quas tamen nonnulli existimabant ab Josepho potius Catholico, quum ab episcopis damnatus esset, fuisse compositas. Eadem repetit reverendiss. archiepiscopus Apamensis Stephanus Evodius Assemanus [4]. Neque illud tandem prætermittendum existimamus, inter codices nimirum Arabicos mss. ut superius innuimus, quos sub hujus sæculi initium ex oriente advectos in bibliothecam Vaticanam intulit B cl. auctor bibliothecæ orientalis [5], unum recenseri num. xcv. qui eamdem Epistolam sic prænotatam præfert: „ *Ejusdem sancti Jacobi* Nisibis „ episcopi, Epistola ad episcopos, presbyteros & „ diaconos Seleuciæ & Ctesiphontis, de dissidiis & „ contentionibus quæ ex superbia oriuntur, deque „ ambitione. „ Sed de his hactenus.

CAPUT II.

DE

S. JULIO I. PAPA.

I. QUum post Marci papæ ac Silvestri successoris quatuor mensibus vacasset apostolica sedes, anno CCCXXXVII. ineunte, id est, die VI. Februarii quæ in dominicam incidit, JULIUS I. in Romanum pontificem eligitur, ut perhibet catalogus Bucherianus, ubi ejus ordinatio his notis consignatur [6]: *A consulatu Feliciani & Titiani ex die* VIII. *Idus Februarii*: qui quidem annus magni Constantini obitu insignis fuit, quarto nimirum post Julii ordinationem mense, vicesima die Maii e vivis sublati.

Ex iis quæ viriliter gessit summus hic pontifex, strenuus orthodoxæ fidei adversus Arianos assertor & vindex, ea tantum attingemus quæ ad ipsius litterarum monumenta, nobis ab temporum injuria D illæsa servata, pertinere comperimus. Postulatum itaque ab Eusebianis apud sedem apostolicam magnum Athanasium, litteris ad ipsum datis sanctus pontifex anno CCCXLI. ad conventum synodicum Romæ habendum Alexandria evocavit: quem in Urbem ingressum perhumaniter ac honorifice excepit. Deinceps vero legatis Antiochiam missis, diem Eusebianis dixit, ut ad synodum Romæ celebrandam se se conferrent, de rebus adversus Athanasium gestis rationem reddituri. Quibus tamen synodale judicium refugientibus, concilium coegit in quo Athanasii, Marcelli Ancyrani, Asclepæ Gazensis aliorumque episcoporum exsulum caussis cognitis, eos juste atque canonice absolutos ad communionem admisit. E

His peractis, Julius insequente anno CCCXLII. conscriptas hortatu synodi litteras per Gabianum comitem ad Eusebianos Antiochiam misit, nuncu- C patas scilicet ad Danium seu potius Diognium, Flacillum, Eusebium, Narcissum, Marin, Macedonium, Theodorum eorumque socios. Synodi hujus Romanæ ac litterarum inde scriptarum meminerunt Socrates [7] & Sozomenus [8]. Estque num. I. hæc Julii epistola inter eas quas heic protulimus. De temporis autem nota, quo hujusmodi epistola synodalis Romana, ab Julio papa conscripta fuisse perhibetur, id est anno CCCXLII. postquam Montfauconius V. C. pluribus disputasset in sua præstante operum Athanasianorum editione [9], alio deinde in opere [10] adversus viros insignes, Baronium, Hermantium ac Tillemontium priorem suam sententiam denuo propugnavit.

II. Altera exstat Julii ad Alexandrinos epistola, qua reditum Athanasii comitatur. Quo autem tempore quave occasione sanctus pontifex eam perscripserit, cl. Athanasianorum editor in hanc ferme sententiam exponit [11]. „ Nimirum anno CCCXLIX. imperator Constans iteratis fratris sui Constantii litteris ad Athanasium aliosque datis permotus, quibus præsulis Alexandrini reditum ad suam sedem urgebat [12], eumdem antistitem accivit in Gallias. Qui mox Aquileja ubi tum versabatur, profectus, Romam venit, episcopo Julio & ecclesiæ vale dicturus. Tum ecclesia Romana ingenti gaudio perfusa, Juliusque pontifex redeunti gratulatus, litteras dedit ad clerum & populum Alexandrinum; quibus se testificabatur summopere lætari de reditu tanti ac tamdiu expetiti præsulis: laudare propositi eorum perseverantiam, quam condigno & optatissimo Deus exitu donasset. Laudat exinde Atha-

1. *Asseman.* Bibl. orient. tom. I. pag. 558.
2. Id. ibid. tom. II. pag. 398.
3. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 996.
4. *Asseman.* in not. ad Act. Martyr. orient. & occid. part. I. pag. 72.
5. *Asseman.* Bibl. orient. tom. I. pag. 632.
6. *Bucher.* de doctr. temp. pag. 273.
7. *Socrat.* Hist. eccl. lib. II. cap. XII.
8. *Sozom.* Hist. eccl. lib. III. cap. VIII.
9. *Montf.* in Vit. Athan. pag. XXXIX. & ad opp. Athanas. tom. I. part. I. pagg. 119. 120.
10. Id. ad Collect. nov. PP. Græc. Animadv. XIV. pagg. XXXIII. & seqq.
11. Id. in Vit. Athan. pag. XLV.
12. *Athan.* Apol. contr. Arian. num. XIV. opp. tom. I. pagg. 170. seq.

nasii virtutem, fortitudinem animi, patientiam in adversis: virum tot periculis perfunctum, jam clariorem reverti quam antea fuerat: ex animo se gaudere prospicientem in adventu Athanasii lætitiam populis futuram: sic præterita mala læto exitu obliterari. Tum decedit Roma in Gallias, Augustumque convenit Athanasius. „ Hactenus V. C.

Atque hæc sunt quæ de Julio I. papa edisserere, pro instituti nostri ratione, opportunum duximus. Reliqua porro præclara ejus gesta ex ecclesiæ fastis repetenda. Supremum diem obiit sanctus pontifex anno CCCLII. die XII. Aprilis qua & colitur ejus memoria, postquam sedisset annos XV. menses II. & dies VI. ut ex citato catalogo Bucheriano colligimus; nimirum, *a consulatu Feliciani & Titiani ex die* VIII. *Idus Februarii, in diem pridie Idus Aprilis, Constantio V. & Constantio Cæsare consulibus*.

III. Quamvis autem maximam sancti Julii papæ gestorum partem præterire compulsi quodammodo simus; congruum tamen existimavimus, duabus ejusdem pontificis epistolis quæ hodie solæ superant, aliam subtexere Marcelli Ancyrani episcopi ad ipsum Julium datam, quippe quæ ad ejus pontificatus historiam maxime pertinere intelligatur. Quo vero hujus epistolæ occasio & scopus clarius pateat, meminisse juverit post virum doctissimum [1], Marcellum in Nicæna synodo acriter in Arium ejusque asseclas invectum, eorum in se odia concitasse. Hinc varie deinceps exagitatus & extorris factus Romam demum apud Julium papam se recepit. Ibi fidens adversarios provocat, eosque annum integrum tresque menses exspectat: quibus non comparentibus, oblato de fide apologetico, doctrinam suam in Romana quinquaginta episcoporum synodo comprobat ac tuetur: demumque ab Julio papa & episcopis anno CCCXLII. ut innoxius admittitur.

„ Hanc autem Marcelli epistolam, inquit Coutantius [2], Epiphanio acceptam referimus [3], qui eam in medium prolaturus, ista præmittit: *Expositionem proferam quam ad beatum Julium Romanorum episcopum ipse Marcellus purgandi sui gratia scripsit. Qua ex defensione & libello nonnulla eum præter sinceram fidem opinatum esse constabit. Etenim si nihil ab illa diversum sensisset, cujusnam rei gratia hanc ille sui purgationem institueret?* At salva tanto viro debita reverentia, subdit V. C. levis admodum videtur hæc censuræ illius ratio. Inde enim sequitur tantum, ut Marcellum pravæ doctrinæ insimularint nonnulli; sed ut prava senserit, non item consequens est: maxime quum ii qui Marcellum hæreseos postularunt, ipsius fuerint inimici, & ob id quidem inimici, quia sectæ Arianæ quam ille impugnabat, addicti. Aut si Marcellus ideo, quia fidem suam purgandi sui gratia exponere coactus fuit, contra sinceram fidem aliquando sensisse putandus est; neque Hilarium Pictavensem, neque ceteros ejus ævi episcopos Gallicanos, integræ fidei exstitisse inde pariter conficietur: siquidem Sulpicio teste [4], *ubi Seleuciam venit Hilarius, primum quæsitum ab eo quæ esset Gallorum fides, quia tum Arianis prava de iis vulgantibus, suspecti ab orientalibus habebantur, trionymam solitarii Dei unionem* A *secundum Sabellium credidisse: sed ille, exposita fide sua juxta ea quæ Nicææ erant a patribus conscripta, occidentalibus perhibuit testimonium.* An suspectæ fidei dicendus est Athanasius, quia contra Arianos *apologiam* concinnavit? aut Dionysius Alexandrinus, quia etiam a catholicis delatus ad Romanum pontificem, apologiam sui mittere compulsus fuit? Ceterum in hac Marcelli epistola seu libello an vitii aliquid sit, nec ne, idem Epiphanius pronuntiare se non audere, sed liberum ea de re judicium unicuique permittere testatur [5]. Ad Julium vero quod attinet, aperta est illius in gratiam Marcelli sententia [6]. „ Hactenus vir doctus.

B IV. Porro ut rectum ejusdem summi pontificis judicium de Marcello in communionem recipiendo, nec non sincera ipsius episcopi Ancyrani fides plenius comprobetur, subjecimus *Marcelli & ecclesiæ Ancyranæ Legationem per Eugenium diaconum ad sanctum Athanasium*, quam hoc sæculo ineunte primum edidit cl. Montfauconius [7]. Caussam autem occasionemve mittendæ hujus Legationis vir doctissimus in hanc ferme sententiam exponit [8]: Quum anno circiter CCCLXXI. complures episcopi apud Athanasium id molirentur, ut Marcellum tamquam novæ hæreseos Arianis ex diametro oppositæ auctorem, ab ecclesiæ communione submoverent; re comperta, ut proximum periculum declinaret Ancyra-C nus episcopus, commendatitias præsulum Achaiæ & Macedoniæ ad Athanasium litteras efflagitavit: quibus impetratis, tum suo, tum totius Ancyrani cleri nomine, oratores mittit ad Athanasium; Eugenium scilicet diaconum aliosque, qui objecta sibi crimina depellerent, fideique professionem coram Athanasio & Ægyptiis episcopis recitarent.

Eo munere probe perfuncti oratores, commendatitias litteras ab Athanasio postulant impetrantque. Tum Athanasius ceterique qui conventui interfuerant, fidei professionem subscriptione sua muniunt. Hæ porro subscriptiones mutilæ ad nos devenerunt; ita ut Athanasii nomen, quod reliquorum suffragiis haud dubie præmissum fuerat, non compareat, quatuorque tan-D tum præsulum nomina supersint. Primus est Theodulus Oxyrynchi, cujus nusquam memoria occurrit. Alter est, Plenes episcopus Hermothi sive Hermethi, is ipse, ut videtur [9], qui ab Alexandro ordinatus, ab Arianis in Ammoniacam relegatus fuerat anno CCCLVI. quique jam in episcopatum consenuerat. Tertius est Ischyrion episcopus Leonto sive Leontopoleos; idem fortasse qui in synodo Tyria caussam Athanasii cum aliis Ægyptiis præsulibus strenue gessit [10]. Postremus est Isaac episcopus; cujus nominis quidam reperitur inter Ægyptios episcopos in subscriptionibus Sardicensibus. Alii interciderunt. Ceterum aureum hoc opusculum omnibus suis numeris & partibus absolutum esse comperitur.

E Hanc vero Legationem in annum CCCLXXII. commode referri posse, pluribus ostendit doctissimus editor [11]: id enim extremis Athanasii vitæ annis, & fortasse mensibus actum esse, exploratum videtur. Athanasius autem anno CCCLXXIII. supremum diem obiit; Marcellus vero insequente CCCLXXIV. admodum grandævus, & ferme centenario major, ut ex Eusebio, Athanasio & Epiphanio colligere pronum est.

1. *Montfauc.* Diatr. de cauf. Marcell. Ancyr. ad collect. PP. Græc. tom. II. pag. LI. seq.
2. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 389.
3. *Epiph.* Hær. LXXII. n. II.
4. *Sulpic.* Hist. sacr. lib. II. cap. XLII.
5. *Epiphan.* l. c. num. IV.
6. *Jul.* Epist. I. §. XVI.
7. *Montf.* collect. PP. Græc. tom. II. pagg. 1-4.
8. Id. Ibid. in prolegom. pagg. LXIV. seq.
9. *Athan.* Hist. Arian. ad Mon. §. 72. pag. 387.
10. Id. Apol. contr. Arian. pag. 196.
11. *Montf.* l. c. pagg. LIII. & LXIV.

CAPUT III.

DE

JULIO FIRMICO MATERNO.

JULIUS FIRMICUS MATERNUS, gente Siculus, sub Constantino magno ejusque filiis Constantio & Constante Augg. floruisse perhibetur. Is ethnicis superstitionibus primum addictus, sacra deinde Christianorum jam senex, quemadmodum eadem tempestate Victorinus Afer, fuerit amplexus. Sic enim ipsemet auctor [1]: *At ego* NUNC *sacrarum lectionum institutione formatus, perditos homines religioso sermone convenio*. Ubi vocula *nunc* satis aperte insinuare videtur, Firmicum dum ea scribebat, recens Christo nomen dedisse, quo tempore scilicet senior fuerit, ut mox videbimus: adeoque fuisse tempus *olim*, quo ipse in sacris bibliis evolvendis non versabatur, quorum tamen lectio Christianis tunc esset frequens admodum & familiaris, ut probe advertit Basnagius [2].

Hinc fortasse jure colligas eumdem esse Firmicum nostrum cum eo, cujus meminit Sidonius his verbis [3]: *Nam ita, ut sic dixerim, his membris philosophiæ claret, ut videatur mihi* JULIUM FIRMICUM, *Sammonicum*, — *in libris mathesеos peritissimos conditores, absque interprete, ingenio tantum suffragante didicisse*. Nimirum Julius Firmicus nondum Christianus, abdicatis forensibus curis quibus antea operam dederat [4], scripsit ex pervulgatis Genethliacorum commentis *Astronomicorum* sive *Matheseos* libros VIII. quos Mavortio Lolliano nuncupavit. Hoc autem opus contexuisse auctorem post annum CCCXXXIV. & ante CCCXXXVII. quo supremum diem clausit Constantinus magnus, ex eo primum constat, quod velut oculatus testis eclipseos meminit [5], quæ contigit die Julii XVII. feria IV. Optato & Paullino Coss. id est, anno Christi CCCXXXIV. tum vero ex eo quod extremo libro I. de Constantino M. suo tempore adhuc imperante verba faciens, hæc habet: *Dominus & Augustus noster ac totius orbis imperator*, — *Constantinus scilicet maximus, divi Constantii filius* — *Romanum orbem ad perennis felicitatis augmentum salubri moderationis gubernatione sustentat*. Atqui e vivis excessisse Constantinus ipso Pentecostes die XXII. Maji anno CCCXXXVII. comperitur.

Hæc aliaque plura de Julii Firmici ætate Labbeus [6], *Astronomicorum* auctoris: qui deinceps, eodem judice [7], ad Christianam fidem conversus libellum *de errore profanarum religionum* composuerit. Neque immerito sane: iisdem enim nominibus appellatur utriusque operis scriptor, eodemque titulo *Viri clarissimi* honestatus comparet; quin & circa idem tempus utrumque opus conscriptum novimus. Porro in Labbei sententiam concessere Natalis Alexander [8], Dupinius [9] & Fabricius [10]. Aliter tamen post Baronium [11] & Possevinum [12], Tillemontius [13] aliique: rem interim in medio relinquentibus Pagio [14], Caveo [15], Basnagio [16], ut reliquos omittamus.

II. De tempore autem quo egregium suum commentarium, Constantio & Constanti Augg. nuncupatum, scripserit Julius Firmicus; illud certum exploratumque habetur, ejusmodi opus in quo Christianorum caussa præclare agitur adversus gentes, neque ante annum CCCXLIII. neque post CCCL. ab auctore fuisse conscriptum. Primum enim sic ille Augustos fratres alloquitur [17]: *Ut virtutibus vestris gloria major accederet, mutato ac contemto temporum ordine, hieme (quod nec factum est aliquando, nec fiet) tumentes ac sævientes undas calcastis oceani sub remis vestris. Incogniti jam nobis pæne maris unda contremuit, & insperatam imperatoris faciem Britannus expavit*. Quæ quidem verba Britannicam Constantis expeditionem anno Christi CCCXLIII. ipsa rigente hieme susceptam, respicere constat; ut post Gothofredum [18] & Cangium [19], perviderunt viri clarissimi, Tillemontius [20], Pagius [21] & Bacchinius [22]. Præterea Firmicus [23]: *Missi sunt*, inquit, *superbi sub jugum populi, & Persica vota collapsa sunt*. Hæc vero ad bellum Persicum pertinere noscuntur, haud procul Nisibi ad Singaram a Constantio confectum, illigandumque sive anno CCCXLV. ut Pagius [24] aliique ex Orat. I. Juliani arguunt, sive anno CCCXLVIII. si Hieronymum & Idacium sequamur in Chronicis.

Porro ex iis quæ hactenus edisseruimus, quum constet priorem Firmici locum de Constante accipiendum, qui victoriam Britannicam anno CCCXLIII. retulit; posteriorem vero de Constantio, qui duos vel quinque ab hinc annos Persas ad Singaram in fugam vertit: superest ut statuamus, opus illud ab auctore fuisse conscriptum ante annum CCCL. quo a Magnentio cæsus est Constans in Galliis; illudque vel post annum CCCXLV. vel ut maxime post CCCXLVIII. ab eo fuisse absolutum.

III. Ceterum Firmici commentarium initio mutilum primus vulgavit ex codice ms. Mindensi Matthias Flacius anno 1562. Exinde vero tum in bibliothecis veterum Patrum, tum seorsim sæpius prodiit, ac præsertim ex recensione & cum notis Joannis Vowerii; cujus quidem editionem in primis secuti sumus. Opus autem auctoris uno tenore contextum in capita distinximus, eorumque conspectum subjecimus.

1. *Jul. Firm.* de err. profan. relig. cap. X.
2. *Basnag.* Annal. polit. eccl. ad ann. 350. num. IX.
3. *Sidon.* epist. Carmini XXII. præfixa. opp. Sirmond. tom. II. pag. 1273.
4. *Jul. Firm.* Mathes. libb. III. & IV. sub init.
5. Id. ibid. lib. I. cap. II. pag. 6. edit. Basil.
6. *Labb.* Chron. Techn. part. I. pagg. 76. 81. & Chron. Hist. part. I. pag. 234.
7. Id. Dissert. de scriptor. eccl. tom. I. pag. 661.
8. *Nat. Alex.* Hist. eccl. sæc. IV. cap. VI. art. VI.
9. *Dupin.* Bibl. pag. 577. edit. 1.
10. *Fabric.* Bibl. Lat. tom. I. pagg. 564. 568.
11. *Baron.* ad ann. 355. num. 1.
12. *Possev.* Appar. sac. tom. I. pag. 988.
13. *Tillem.* Hist. des Emper. tom. IV. pag. 480.
14. *Pagi.* ad ann. 337. num. XI.
15. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 205.
16. *Basnag.* l. c.
17. *Jul. Firm.* de error. profan. relig. cap. XXIX.
18. *Gothofr.* Comment. ad leg. V. cod. Theod.
19. *Cang.* Famil. Augg. Byzant. pag. 24. Tab. XI.
20. *Tillem.* Hist. des Emper. tom. IV. pag. 693. not. LIV. sur Constance.
21. *Pagi.* ad ann. 337. num. XII. & 345. num. V.
22. *Bacchin.* ad Agnell. Pontif. Dissert. I. cap. III. n. VII.
23. *Jul. Firm.* de error. prof. relig. cap. XXXI.
24. *Pagi.* ad ann. 345. num. II.

CAPUT IV.

DE

S. ORSIESIO ABBATE TABENNENSI.

ORSIESIUS, quemadmodum ab Hieronymo vocatur & in codice Regularum Holſteniano [1], Græce Ωρσίσιος, gente fuiſſe videtur Ægyptius. Monaſticam vitam amplexus ſub diſciplina ſancti Pachomii Tabennenſium monachorum inſtitutoris, uſque adeo profeciſſe perhibetur, ut ab eo, juvenis licet, cœnobii Chenoboſcienſis, ἐν Χηνοβοσκίᾳ, rector fuerit deſignatus, teſte anonymo vitæ ſancti Pachomii ſcriptore coævo [2]. Quin & ſuos monachos aliquando allocutus ſanctus ille Abbas [3]. „ Dico vobis, inquit, Orſiſium in domo Domini lampadis inſtar aureæ ſplendorem diffundere; atque in ipſo illud adimplebitur quod ſcriptum eſt: *Deſpondi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* „ λέγω ὑμῖν, ὅτως προκόπτων Ωρσίσιος, λυχνία ἐςὶν χρυσῆ ἐν οἴκῳ Κυρίȣ· καὶ τὸ γεγραμμένον καταλήψεται αὐτὸν, ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραςῆσαι τῷ Χριςῷ. Neque aliter de Orſiſio exiſtimaſſe comperitur ſanctus Antonius abbas, qui eum *Iſraelitam*, id eſt, Deum videntem ejuſque monachos *Iſraelitæ* filios appellare conſueverat [4].

Eximia itaque virtute præditus beatus Orſieſius poſt obitum ſancti Pachomii anno CCCXLIX. quamvis reluctans nec ſine multo gemitu, monachorum Tabennenſium regimini præficitur [5]. Creſcente interim cœnobitarum multitudine, tanto oneri ferendo ſe ſe imparem reputans, collegam ſibi adſcivit Theodorum monachum, juniorem quidem, ſed vitæ ſanctimonia morumque ſuavitate præſtantem: eoque poſtmodum in ſui ipſius locum ſuffecto, ad monaſterium Chenoboſcienſe ſe contulit [6]. Verum circa annum CCCLXVIII. ad cælum evocato ſancto Theodoro abbate, Orſieſius magni Athanaſii rogatu [7] Tabennenſium monachorum curam denuo ſuſcepit: quo quidem munere haud modico temporis ſpatio, χρόνον πολύν, rite perfunctus [8], plenus dierum ad ſuperos evolaſſe anno circiter CCCLXXX. exiſtimatur.

II. Erat Orſieſius abbas non ſolum pietate, ſed & eloquio præſtans, ſacrarum in primis ſcripturarum meditationi ac ſtudio impenſe addictus; „ ejuſque ſermonum vis ac robur in fratrum conſolationem perpetuo videbatur accreſcere; neque nudas modo in ſpiritualibus colloquiis parabolas, ſed earum etiam expoſitionem proferebat „ inquit laudatus ſcriptor coævus [9]. Concinit Gennadius, qui hæc de eo litteris conſignata reliquit [10]: Orſieſius, *vir in ſanctis ſcripturis ad perfectum inſtructus, compoſuit librum divino conditum ſale, totiuſque monaſticæ diſciplinæ inſtrumentis conſtructum; & ut ſimpliciter dicam, in quo totum pæne vetus & novum teſtamentum compendioſis diſſertationibus, juxta monachorum dumtaxat neceſſitatem, invenitur expoſitum; quem tamen vice teſtamenti prope diem obitus ſui patribus obtulit.*

Miratur Baſnagius [11], & jure quidem, exiſtimaſſe Caveum [12] Orſieſii librum cujus meminit Gennadius, jam diu interiiſſe: quandoquidem ex iis characteribus quibus librum ejuſmodi fuiſſe inſignitum tradit presbyter Maſſilienſis, illum eumdem eſſe in comperto eſt, qui *Orſieſii Doctrina de inſtitutione monachorum* inſcribitur; quem quidem nongentis & amplius ab hinc annis Benedictus Anianenſis abbas operi ſuo *de Regulis diverſorum Patrum* intexuit, ſæculo demum ſuperiore ſub titulo *Codicis Regularum* ab Holſtenio evulgato [13]. Quiſquis enim Orſieſianam *Doctrinam* illam inſpexerit, perſpiciet enimvero ad eam plane digitum intendiſſe Gennadium: quum eo in opere non ſolum monaſticam diſciplinam edoceat beatiſſimus ille Pater; verum etiam, quo ſpiritualia documenta cœnobitarum animis altius infigat, librum ferme integrum ex locis cum veteris tum novi teſtamenti contexat. Quid quod ſanctus Anianæ abbas Benedictus eamdem Orſieſii *Doctrinam* in ſua *Concordia Regularum* haud infrequenter commemorat?

Exſtat præterea editus a Caniſio ex vetere Latina verſione libellus, ejuſdem ut videtur Orſieſii, *de ſex cogitationibus ſanctorum:* nimirum de Deo, de paſſione Chriſti, de hora tranſitus, de die judicii, de inferno & de vita æterna. Quamvis autem hujuſmodi opuſculum junioris alicujus ſcriptoris fetum eſſe ſuſpicetur Caveus, Orſieſio tamen noſtro adſcribendum arbitrantur præ ceteris Baſnagius [14] & Fabricius [15]. Neque immerito ſane: „ quippe conveniunt nomina, inquit editor Theſauri Caniſiani; convenit ſcopus admodum pius; convenit & ſtilus: quamquam enim breviſſima ſit illa ſententiarum collectio, attamen ibi plurima veteris & novi teſtamenti loca congeruntur, (quemadmodum in *Doctrina*) quorum ope fides firmari, & ſanctorum pietas innutriri poſſit. „

III. Utrumque porro ſancti abbatis Orſieſii opuſculum, primitus Ægyptiace ab auctore conſcriptum, deinde Græco ſermone redditum, poſtremo Latine interpretatus eſt ſanctus Hieronymus. Siquidem in præfatione ad *Regulam ſancti Pachomii*, quam ſub finem præcedentis voluminis excudendam curavimus, hæc habet Doctor maximus: *Accepi* LIBROS *ab homine Dei Silvano presbytero* MIHI DIRECTOS, *quos ille Alexandria miſſos ſuſceperat, ut etiam injungeret* TRANSFERENDOS. *Ajebat enim quod in Thebaidis cœnobiis — habitarent plurimi Latinorum, qui ignorarent Ægyptiacum Græcumque ſermonem, quo Pachomii & Theodori &* ORSIESII *præcepta conſcripta ſunt.* Pauciſque interjectis: *Itaque*, ſubdit, *accito notario, ut erant de Ægyptiaca in Græcam linguam verſa, noſtro ſermone dictavi.* Præfationem vero ſuam claudit ſanctus Doctor his verbis: *Simplicitatem Ægyptii ſermonis imitati ſu-*

E

1. *Holſten.* cod. Reg. pag. 119. ſeq. edit. Rom. 1661. & infra §. III.
2. Apud *Bolland.* Act. SS. Maii tom. III. pag. 45. Gr. §. 76.
3. Ibid.
4. Ibid. §. 77.
5. Ibid. pag. 44. §. 75.
6. Ibid. pag. 47. §. 83.
7. *Athan.* tom. I. pag. 868.
8. Apud *Bolland.* l. c. pag. 50. §. 95.
9. Ibid. pag. 45. §. 78.
10. *Gennad.* lib. de Vir. illuſtr. cap. IX.
11. *Baſnag.* ad Theſ. Caniſ. tom. I. pag. 166. §. V.
12. *Cav.* Hiſt. litt. tom. I. pag. 209.
13. *Holſt.* Cod. Reg. pagg. 121-154.
14. *Baſnag.* l. c. pag. 167.
15. *Fabric.* Bibl. Lat. med. & infim. ætat. tom. V. p. 507.

mus, — *ne* VIROS APOSTOLICOS ET TOTOS GRATIÆ SPIRITALIS *sermo rhetoricus immutaret. Cetera autem quæ in* EORUM TRACTATIBUS *continentur prælibare nolui, ut in suis discantur* AUCTORIBUS; *& de fontibus potius quam de rivulis bibant, quos sanctæ conversationis studia delectant*. Huc usque Hieronymus.

Ex quibus ergo compertum fit, ut equidem arbitror, sanctum Doctorem non solum Pachomii & Theodori, sed etiam ORSIESII, quorum nempe paullo ante simul meminerat, litterarum monimenta Latine vertisse. Accedit præterea eorumdem patrum Ægyptiorum scripta sæculo v. desinente Latinis innotuisse, ut ex Gennadio erudimur [1]; qui quidem nonnisi ex versione Hieronymiana ejusmodi B notitiam sibi demum comparasse merito existimantur. A Neque aliter hac de re censuit cl. Tillemontius [2].

Quæ quum ita se habeant, in postrema operum sancti Doctoris editione Veronensi opportunum fortasse locum nacta fuisset hæc Orsiesii Doctrinæ Hieronymiana versio; eo scilicet nomine quo eruditissimus editor Pachomii Regulam, nec non ejusdem ac Theodori epistolas illuc primus invexit. Horum namque trium sanctorum abbatum Tabennensium opera Græce reddita junctim *ab homine Dei Silvano presbytero accepit* sanctus Doctor, eaque simul *ut erant de Ægyptiaca in Græcam linguam versa proprio sermone dictavit*, ut modo ab eo accepimus.

Quod superest, Orsiesii *Doctrinam* ex Codice Regularum Holsteniano editionis Romanæ descripsimus: libellum vero *de sex cogitationibus sanctorum*, ex Thesauro Canisiano.

C A P U T V.

D E

S. SERAPIONE EPISCOPO THMUEOS.

SERAPION ÆGYPTIUS „ vir admirabili vitæ sanctimonia & dicendi copia præditus „ teste Sozomeno [3], ἀνὴρ ἐς τὰ μάλιστα τὸν βίον θεσπέσιος καὶ λέγειν δεινὸς, prius monasticæ disciplinæ cultor, quin & multorum exstitit monachorum ἡγούμενος, quam ad ecclesiam Thmuitanam regendam C evocaretur, ut scribit sanctus Athanasius [4]. Multo in pretio habuit Serapionem magnus Antonius abbas: ei siquidem visiones suas enarrare consueverat, & moriens melotem unam reliquit [5]. Ejus item amicitia familiariter utebatur idem Athanasius, qui & ipsi quinque inscripsit epistolas, ubi ejus laudes passim celebrat ac merita extollit.

Sub Constantio principe Ariano *etiam in confessione inclytus fuit* Serapion, inquit Hieronymus [6]: qui nimirum unus fuerit ex iis patribus Sardicensis concilii anno CCCXLVII. coacti, qui Athanasii caussam adversus Arianos defendendam suscepere; adeoque unus ex iis orthodoxis præsulibus, qui urgente in primis Georgio ecclesiæ Alexandrinæ invasore in D exsilium acti fuisse noscuntur. Quo autem anno supremum diem clauserit Serapion, haud plane compertum habemus. Illud certum exploratumque ex Epiphanio [7], Seleuciensi concilio anno CCCLIX. celebrato interfuisse Ptolemæum episcopum Thmueos Augustonices seu Augustanices; ut propterea sub Constantio principe ante illud concilium, id est ante annum CCCLIX. e vita excessisse Serapionem statuerit Valesius [8]. In aliam tamen sententiam abiit Tillemontius [9], qui multo serius ejus mortem contigisse decernit.

II. Serapionem confessorem inter eos Ecclesiæ doctores recenset sanctus Hieronymus [10], *qui philosophorum doctrinis atque sententiis in tantum suos refarciunt libros, ut nescias*, inquit, *quid in illis pri-* E *mum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum*. Et alibi [11]: *Serapion*, ait *Thmueos episcopus ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici*, id est, viri litteris ac doctrina præstantis, *meruit*. Quibus equidem Doctoris maximi verbis in eam demum sententiam adducor, ut fidem adhibendam esse censeam Philippo Sidetæ, qui Serapionem post Theognostum scholæ præfuisse Alexandrinæ testatur [12]. Ad quem locum Dodwellus observat [13], hujusmodi Philippi testimonium ex eo confirmari posse, quod Epiphanius in Arii exortu complures Alexandriæ ecclesias presbyteris Alexandrinis concreditas nominet [14], easque inter *Serapionis* etiam *ecclesiam* enumeret, quam is nimirum tunc temporis administrabat: ut proinde inter clericos ecclesiæ Alexandrinæ jam antea cooptatus, ibidem exinde in munere catechetico Theognosto successerit.

Hæc autem ita componi posse duxerim cum iis quæ superius de Serapionis monachatu ex Athanasio in medium adduxi: ut primo quidem ille ad catechetæ munus obeundum in Alexandrina schola fuerit assumtus sæculo III. desinente sive IV. ineunte; post Theognostum scilicet, qui circa annum CCLXXXII. Caro imperante claruisse existimatur, ut alibi vidimus [15]: deinde vero catechetæ munere, simulque lauræ seu ecclesiæ Alexandrinæ regimine abdicato, cœnobiticam vivendi formam fuerit amplexus, quo nimirum turbas ab Ario in ecclesia excitatas declinaret: unde ab Athanasio deinceps evocatus, ad ecclesiam Thmuitanam regendam ab ipso fuerit evectus post Cajum, qui eidem ecclesiæ præfuit, quique synodo Nicenæ interfuisse comperitur.

III. Porro ex iis quæ litteris consignavit Serapion, unus *adversus Manichæos* liber superat, quem

1. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. capp. VII. VIII. IX.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 686. not. XVI. sur [illegible]
3. [illegible] Hist. eccl. lib. IV. cap. IX.
4. [illegible] epist. ad Dracont. §. 7. opp. tom. I. pag. 267.
5. Id. in Vit. S. Anton. §§. 82. 91. tom. I. part. II. pagg. 856. 864.
6. [illegible] de Vir. illustr. cap. XCIX.
7. *Epiph.* Hær. LXXIII. §. [illegible]
8. *Vales.* not. ad Socrat. lib. IV. cap. XXIII.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 45.
10. *Hieron.* epist. LXX. al. LXXXIV. ad Magnum oratorum. 4. opp. tom. I. pag. 427.
11. Id lib. de Vir. illustr. cap. XCIX.
12. [illegible] apud *Dodw.* in append. ad [illegible] Iren. pag. 488.
13. [illegible] l. c. pag. 512.
14. *Epiph.* Hær. LXIX. §. II.
15. Prolegom. ad tom. III. Bibl. PP. cap. XIX. §. II. pag. L.

egregium appellat Hieronymus [1], Idemque opus laudat quoque Photius in *Epitome de Manichæis repullulantibus* [2]; ubi scriptorem nostrum inter claros illius ævi antistites refert, Cyrillum scilicet, Epiphanium, Titum Bostrensem Alexandrumque Lycopolitanum, qui adversus Manem ejusque sequaces stilum strinxere, ut advertit cl. Lequienius [3]. Heic autem Photio dicitur auctor, Σαραπίων ὁ τῆς Θμούεως: & alibi [4] Σεραπίων. Sic & ipsum subinde appellat promiscue magnus Athanasius. Sed nihil refert: vox enim Σέραπις unde nomen deductum, inquit Montfauconius [5], scribitur etiam Σάραπις apud Clementem Alexandrinum [6], item apud Origenem [7], & alibi passim apud scriptores. A

B Neque heic prætermittendum aureum plane Serapionis dictum, quod ex Evagrio recitat Socrates [8]: „ Thmuitarum ecclesiæ angelus Serapio, inquit, dicebat, Mentem quidem spiritalis scientiæ haustu plene purgari: partes autem animæ ira effervescentes, caritate sanari: pravas vero cupiditates quæ in animum influunt, coerceri abstinentia. „ Ἔλεγε δὲ ὁ τῆς Θμουϊτῶν ἐκκλησίας ἄγγελος Σαραπίων, ὅτι ὁ νοῦς μὲν πεπωκὼς πνευματικὴν γνῶσιν τελείως καθαίρεται· ἀγάπη δὲ τὰ φλεγμαίνοντα μέρη τοῦ θυμοῦ θεραπεύει· πονηρὰς δὲ ἐπιθυμίας ἐπιρρεούσας ἵστησιν ἐγκράτεια. Quam quidem sancti Patris sententiam propterea descripsimus, quod in ejus opere superstite nusquam occurrat.

C Verum si sapiens hujusmodi effatum, Serapione plane dignissimum, in ejus libro adversus Manichæos hodie non exstat; in eo certe alia complura se legisse profitetur Sixtus Senensis, quæ frustra nunc requiras: ut proinde multo auctius hujusce operis exemplar, quam quo in præsentiarum fruimur sive Græce sive Latine, ipse habuisse videatur; eo in primis nomine quod illud Serapionis opus INGENS *ac nobilissimum* vocet [9]: quamquam hæc verba de rationum pondere ac operis præstantia Basnagius accipere malit [10]. Loca tantummodo excitamus ex ejusdem Sixti Senensis *bibliotheca sancta* [11]: ea siquidem nunc excutere haud vacat. In quibus tamen referendis ipsum errasse, atque ab alio scriptore illa esse mutuatum censet laudatus Basnagius [12]. De iis interim Fabricium [13], sed in primis Huetium [14] consulere haud otiosum fuerit. D

IV. Jam superest, ut de Serapionis edito pauca dicamus. Illud itaque primo ineunte sæculo superiore vulgavit Henricus Canisius [15] ex versione Francisci Turriani: unde postea in variis Patrum bibliothecis excusum. Græca vero haud ita pridem edidit in suo *Thesauro Canisiano* Basnagius [16] ex ms. codice Holsteniano bibliothecæ Joanneæ Hamburgensis, cujus apographum D. Joanni Friderico Wincklero acceptum refert. Atque hanc editionem recognitam, nonnullisque observationibus instructam & capitum distinctione atque argumentis adauctam typis consignavimus.

Heic vero unum addere juverit, quod nobis opus recensentibus excidit. Recitat nimirum Facundus Hermianensis [17] locum ex Serapionis libro excerptum [18], quem perperam sancto Athanasio adscribit. Ipsum audiamus: *Scripsit etiam* (Athanasius) *librum contra Manichæos, cujus principium est*. Dissolvit errorem veritas, *in quo sic ait*: Quando „ enim hominem JESUM video, intelligo qualis est: „ quando autem modum contemplor, admiror neque agnosco: mutatio quippe admirationem præstat. Et essentiæ quidem mutatæ non sunt: manet enim corpus, non alterum effectum est; neque enim corpus in incorporeum versum est; neque anima, altera per essentiam exstitit. Sed manentibus essentiis, studia non manserunt. Nequaquam enim essentialia sunt studia: nam manerent cum essentiis, & non auferrentur. „ Et hæc quidem Facundus. Ad quem locum accipe doctissimi Sirmondi censuram, auctoris verbis subjectam. *Librum contra Manichæos*. „ Tituli hujus, inquit, vel exordii, nullus hodie liber exstat Athanasii. Congruit autem & titulus & exordium, libro SERAPIONIS Thmueos episcopi adversus Manichæos; in eoque sunt verba quæ recitat Facundus, & tribuit Athanasio. Sed levior in auctoris nomine fraus fuerit, quam in nomine JESU, quod heic perperam verbis illis intextum est, nec legitur apud Serapionem: qui de iis hominibus agit, qui a pravis moribus ad meliora studia convertuntur: quod de Christo Domino cogitare impium est. Quare Facundo imposuit, qui hunc ei locum suggessit. „ Huc usque V.C. Sed de his hactenus.

1. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. XCIX.
2. *Phot. Epit. de Man.* apud Montfauc. Bibl. Coisl. pag. 354.
3. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 540.
4. *Phot.* Bibl. cod. LXXXV. pag. 203.
5. *Montfauc.* ad opp. Athan. tom. I. part. II. pag. 690. not. f.
6. *Clem. Alex.* Strom. lib. I. pag. 322.
7. *Origen.* contra Cels. lib. V. pag. 254.
8. *Socrat.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
9. *Sixt. Sen.* Bibl. sanct. lib. IV. pag. 299. edit. Paris. 1610.
10. *Basnag.* ad Thes. Canis. tom. I. pag. 37. §. IV.
11. *Sixt. Sen.* Bibl. sanct. lib. II. pagg. 86. & 115. & lib. V. pag. 381.
12. *Basnag.* l. c.
13. *Fabric.* Cod. apocr. N.T. tom. I. pag. 3. & tom. II. pag. 965. seq.
14. *Huet.* Origen. lib. II. quæst. III. §. XXVII. pag. 62.
15. *Canis.* Antiq. Lect. tom. V. pag. 1. seqq.
16. *Basnag.* Thes. Canis. tom. I. pag. 43. seqq.
17. *Facund. Herm.* lib. XI. cap. II. pag. 759.
18. *Serap.* lib. adv. Manich. capp. XVII. & XVIII. pag. 57.

CAPUT VI.

DE

LIBERIO PAPA.

LIBERIUS Romanus, Julii papæ ſucceſſor, anno CCCLII. die XXII. menſis Maji pontifex ordinatur, ut ex Bucheriano catalogo ediſcimus [1]. Accepto vix nuntio de ipſius electione, eum in ſuam pertrahere ſententiam adverſus Athanaſium fruſtra conantur Ariani. Ad Conſtantium imperatorem legatos mittit ſummus hic pontifex, poſtulans in primis ut de fide deque Athanaſii cauſſa ingenue atque integre agatur; ſimulque ab eo [2] *veram pacem requirens, quæ non ſit verbis compoſita interna diſpoſitione fallaciæ, ſed præceptis evangeliorum rationabiliter confirmata*. Quam quidem æquiſſimam poſtulationem ægerrime ferens Conſtantius, numquam deinceps ab exagitandi Liberii mente deſtitiſſe comperitur. Verum imperatoris neque minis fractus neque iram veritus ſanctus pontifex, multis pro fidei cauſſa laboribus animo ſuſceptis interrito, in exſilium pellitur: quamquam *ægre, populi metu qui ejus amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit abſportari*, ut ſcribit Ammianus [3]. Contigit autem Liberii exſilium, *Arbetione & Lolliano conſulibus* [4], id eſt anno CCCLV.

Pulſo Liberio, atque in ejus ſedem intruſo Felice, numquam adduci potuerunt Romani cives, ut cum iſtiuſmodi homine ſocietatis quippiam vel communionis haberent. Quin eo tandem deducta res eſt, ut *Liberius paullo poſt Urbi redditus fuerit ob ſeditiones Romanas*, teſte Sulpicio Severo [5]. Neque aliter Socrates [6]: „ Liberius, inquit, haud multo „ poſt ab exſilio revocatus, ſedem ſuam recepit; „ quum populus Romanus ſeditione facta, *τοῦ ἐν „ Ῥώμῃ λαοῦ ϛασιάσαντος*, Felicem eccleſia expu„ liſſet, & imperator licet invitus aſſenſum illis „ præbuiſſet, „ *ὅ, τε βασιλεὺς καὶ παρὰ γνώμην τούτοις ἐγένετο σύμψηφος*. His concinit Theodoritus [7].

Ab exſilio autem reverſus ineunte anno CCCLVIII. ac Romam ingreſſus „ victor illuſtris & ſtrenuus „ veritatis athleta „ [8] *ὁ νικηφόρος τῆς ἀληθείας ἀγωνιϛής*, ingenti omnium plauſu exceptus eſt atque lætitia: ſuæque jam ſedi reſtitutus, fidem Nicænam quam exſilium paſſus fortiter aſſeruerat, poſtea redux magnificentius adhuc prædicavit. Siquidem, ut ex beato Siricio papa erudimur [9], *poſt caſſatum Ariminenſe concilium, generalia miſit ad provincias decreta*. Deinceps vero ſynodos Alexandriæ atque in Achaia coactas, earumque ſanctiones de recipiendis epiſcopis qui Arimini lapſi fuerant, confirmavit. Orientales autem poſt fidei Nicenæ profeſſionem, poſtque ſynodi Ariminenſis acta damnata ad communionem admiſit. His aliiſque præclare geſtis, ut ex ejus epiſtolis potiſſimum liquet, anno tandem CCCLXVI. die XXIV. Septembris, ſive ut perhibent Marcellinus & Fauſtinus presbyteri [10], A *octavo Kalendas Octobris Gratiano & Dagalaifo coſs.* humanis rebus exemtus eſt Liberius.

II. Quantum vero fide, ſanctitate ac doctrina excelluerit ſummus hic pontifex, quantoque in pretio apud præſtantiſſimos quoſque viros habita ſit ejus memoria, jam ſatis conſtat. Sanctus Athanaſius inter celebres Eccleſiæ ſcriptores ipſum recenſet, & cum viris apoſtolicis comparat [11]: „ Si quæ „ inquit, ſcribunt (Ariani) ea ſcriberent orthodoxi, „ ut — Julius & LIBERIUS Romæ epiſcopi: *εἰ μὲν οὖν παρὰ ὀρθοδόξων ἦν τὰ γραφόμενα, οἷα ἂν ἐγεγόνει παρὰ τοῦ — Ἰουλίου καὶ Λιβερίου τῶν ἐπισκόπων Ῥώμης* — „ nullus profecto in illorum B „ ſcriptis eſſet ſuſpicionis locus: ſimplex enim ac „ candidum eſt virorum apoſtolicorum ingenium. „ Baſilio magno dicitur [12] „ beatiſſimus epiſcopus Li„ berius „ *ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος Λιβέριος*: Epiphanio autem [13] „ beatæ memoriæ Romanus epiſco„ pus. „ Siricius item papa *venerandæ memoriæ prædeceſſorem* ſuum, ipſum appellat [14]. Et ſanctus Ambroſius ſororem ſuam Marcellinam allocutus [15]: *Tempus eſt*, inquit, *ſoror ſancta, ea quæ mecum conferre ſoles, beatæ memoriæ Liberii præcepta revolvere; ut quo vir ſanctior, eo ſermo accedat gratior*. Et infra [16], poſt recitatam integram orationem ejuſdem Liberii Marcellinam dato virginitatis velamine conſecrantis, quam nos epiſtolis Liberianis ſubjecimus: C *Hæc tecum*, ſubdit, *ſanctæ memoriæ Liberius*. Theodoritus denique „ celeberrimi Liberii fiduciam & „ admirabiles ſermones „ *Λιβερίου τοῦ πανευφήμου τὴν παῤῥησίαν καὶ τοὺς ἀξιαγάστους λόγους*, memorat [17], quos pro veritatis defenſione coram imperatore Conſtantio habuit; eumque præterea, ut paullo ante vidimus, celebrat tamquam *glorioſum veritatis athletam* [18]: quin & ab exſilio reducem, virum admirabilem vocat [19]: „ Reverſus eſt, inquit, admi„ randus ille Liberius „: *ἐπανῆκε μὲν Λιβέριος ὁ θεσπέσιος*. Cujus propterea memoria in Bedæ martyrologio, & in eo quod metrice Wandelbertus conſcripſit, nec non in Hieronymiano atque in additionibus ad Uſuardum recolitur.

D III. Ex eccleſiaſticæ antiquitatis monimentis complura quidem litteris conſignaſſe Liberium ad catholicam religionem adſtruendam confirmandamque intelligimus: ſed quatuordecim tantum epiſtolas adhuc ſuperſtites, ab eo re vera fuiſſe conſcriptas, ex veterum Patrum fide atque auctoritate agnoſcimus & profitemur. Alias vero nonnullas quæ ſub ejus nomine circumferuntur, eaſque præcipue quæ ſummi hujus pontificis lapſum prodere exiſtimantur, tamquam ſpurias & ſubdititias rejiciendas jure optimo ducimus. Neminem ſane latet, homines hæreticos

1. *Bucher.* de Doctr. temp. pag. 273.
2. *Liber.* epiſt. IV. §. II. infra pag. 66.
3. *Amm. Marc.* lib. XV. cap. VII.
4. *Sulp. Sev.* Hiſt. ſacr. lib. II. cap. XXXIX.
5. Id. ibid.
6. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. II. cap. XXXVII.
7. *Theodor.* Hiſt. eccl. lib. II. cap. XVII.
8. Id. ibid.
9. *Siric.* epiſt. I. ad Himer. §. II.
10. *Marcell. & Fauſt.* in præfat. ad libell. prec.

11. *Athan.* epiſt. ad epiſc. Ægypt. §. VIII. opp. tom. I. E pag. 278.
12. *Baſil.* epiſt. CCLXIII. al. LXXIV. §. III. opp. tom. III. pag. 406.
13. *Epiph.* Hær. LXXV. §. II.
14. *Siric.* epiſt. I. ad Himer. §. II.
15. *Ambroſ.* de Virg. lib. III. cap. I. §. I.
16. Id. ibid. cap. IV. §. I.
17. *Theodor.* Hiſt. eccl. lib. II. cap. [illegible]
18. Id. ibid. cap. XVII. 19. Id. ibid. ſub fin.

sub ementitis sanctorum Patrum, in primis vero A pontificum Romanorum sive aliarum sedium præsulum nominibus, scripta plurima confingere consuevisse; quibus ecclesiæ catholicæ fucum facerent, incautos securius deciperent, eaque ratione impia sua dogmata facilius spargerent validiusque firmarent. Quod quidem ævo maxime Liberiano contigisse novimus, quo genuinis adulterina intermixta deprehendere haud insolens. Compertum habemus enimvero, Fidei expositionem κατὰ μέρος sancti Gregorii Thaumaturgi nomine insignitam, auctorem habere Apollinarium; quemadmodum Eulogius Alexandrinus [1], Leontius Byzantinus [2] & Palæstini monachi sub Leone I. imperatore, aliique Chalcedonensis concilii assertores comprobarunt. Norunt præter- B ea eruditi viri [3], Eutychianos laudasse Julium & Felicem Romanos pontifices, Athanasiumque atque alios Ecclesiæ patres, ceu Christo naturam unam vindicantes. Quid memorem famosam illam epistolam ab Apollinari confictam ac Julio I. suppositam; qua de fraude præ ceteris testis est locuples Leontius [4] modo laudatus? Quid quod Ariani non modo Athanasii aliorumque orthodoxorum, sed etiam imperatorum nomine epistolas confingenbant, ut ex ipso Athanasio [5] erudimur?

IV. Sed ut ad propositum nostrum cum viro doctissimo [6] propius accedamus, an non amœbæas Liberii & Athanasii epistolas quæ in perantiquis Atha- C nasii codicibus tamquam germanæ habebantur [7], jam quisque vir prudens adulterinas agnoscit? Quidni ergo & quatuor epistolas inter Hilarii fragmenta [8] Liberii nomine prænotatas ipsiusque lapsum promentes, Ariani confinxerint? Ex iis certe primam Orientalibus inscriptam & adversus Athanasium exaratam [9], fictam esse ac subdititiam primus omnium magnus Baronius multis argumentis comprobavit [10]: ejusque sententiam plerique viri docti, Coutantius [11], Montfauconius [12], alii, si Tillemontium excipias, fuere affectati. Et miramur quidem tantum virum eo usque processisse [13], ut istiusmodi epistolæ sinceritatem adstruere tentarit. Imposturam namque detegere cuivis licet tum ex ipsius contextu cum chro- D notaxi Liberiana composito, tum vero ex appendice huic epistolæ statim adjecta, ubi sic legimus: *Quid in his litteris non sanctitatis, quid non ex metu Dei eveniens est*. Ex quibus plane intelligas, ut cum Baronio loquar [14], non esse Hilarii verba ista, quibus probatur Athanasii condemnatio per Liberium facta; sed Ariani alicujus, Athanasii damnationem præ ceteris omnibus aliis rebus optantis. Neque enim placet Montfauconii conjectatio, hæc scilicet εἰρωνικῶς Hilarium scripsisse: sive enim spectes temporis notas quo conscripta fuisse perhibetur epistola, sive rem de qua in ea potissimum agitur: utrumque arguere fas est, & epistolam Arianicam esse, & appendicem eidem epistolæ adjecisse homi- E nem Arianum, qui simplicioribus ac imprudentibus securius illudere intenderit.

V. Quandoquidem vero primam illam epistolam inter Hilarii fragmenta exstantem, & spuriam esse & Arianum prodere auctorem certo constat: quid vetat quo minus & tres modo laudatas ab Ariana manu fuisse confictas, atque in illam Fragmentorum farraginem congestas existimemus? Neque enim alio nomine appellaverim cum viris doctis Fragmenta illa Hilariana: quamvis enim ea inter præclara multa vetustatis ecclesiasticæ monimenta occurrant, eorum tamen collectionem monstruosam quamdam rerum faciem, indigestamque congeriem exhibere nemo jure infitias ierit: ut proinde aliqua saltem ex parte operis auctoritas sublestæ fidei esse videatur: in eo siquidem non solum falsa nonnulla veris immixta, sed etiam depravata corruptaque ab hæreticis haud pauca reperias. Hinc Rufinus [15]: *Hilarius*, inquit, *quum ad emendationem eorum qui Ariminensi perfidiæ subscripserunt, libellum instructionis plenissime conscripsisset; quumque libellus ipse in manus inimicorum & malevolorum — ipso ignorante venisset: ita ab eis corruptus est, illo sancto viro nihil penitus sentiente, ut postea — talis inventus sit, quem ipse non agnosceret*. Hæc ille. Haud equidem repugnaverim, huic narrationi nonnulla intexuisse Rufinum, quæ a vero abludant; ut propterea Hieronymus ipsum merito redarguerit [16]. At „ operis demum Hilariani depravatio, ut viri docti verba usurpem [17], in caussa fuerit cur ea finxerit Rufinus. Et vero Arianorum nequitia dignum erat, ut Hilarii operis integritatem nobis inviderent „. Quid porro, si ea omnia ipsemet Hilarius congesserit Fragmenta, sive Arianica sive orthodoxa; quibus deinceps historiam contexeret, ubi a nothis genuina secerneret; ut illa quidem falsitatis coargueret, horum autem veritatem ostenderet firmaretque?

VI. Sed inquies: Esto: depravata fuerint corruptaque malo Arianorum consilio Hilariana fragmenta, confictæque ab Arianis epistolæ illæ quæ Liberii lapsum enuntiant: quid porro sentiendum de Athanasii, Hieronymi aliorumque scriptorum ecclesiasticorum testimoniis, ex quibus Liberius defecisse comperitur? At his demum peropportune occurrit vir eruditione ac doctrina plurimum præstans, domnus Corgneus ecclesiæ Suessionensis canonicus; qui haud ita pridem edita singulari dissertatione cui titulus: *Dissertation critique & historique sur le pape Libere, dans laquelle on fait voir qu'il n'est jamais tombé*, præcipuorum veterum scriptorum auctoritate ductus, simulque aliorum loca objecta discutiens atque ad crisin revocans, Liberii lapsum fictitium esse luculentissime comprobavit. Hujus autem clarissimi viri sententiam deinceps egregie asseruit purpuratus pater [18], compendio usus: eamque præterea ex iis quæ hactenus edisseruimus, magis adhuc firmatam existimamus.

Præclarum autem hujusmodi opus Gallicum, quod auctore nescio Parisiis primum prodiit anno 1732. ab ipso postmodum recensitum & auctum, ibidem

1. *Eulog.* apud Phot. biblioth. cod. CCXXX.
2. *Leont. Byz.* lib. adv. fraud. Apollin. in Thes. Canis. tom. I. pag. 608.
3. *Lequien*, Dissert. Damasc. II. §. I. seq. pag. XXXII.
4. *Leont. Byz.* lib. de Sect. Act. VIII. tom. XI. Bibl. PP. Paris. pag. 526.
5. *Athan.* Apol. ad Constant. §§. XI. XIX. XX. opp. tom. I. pagg. 301. 307.
6. *Montfauc.* Animadv. ad tom. II. collect. PP. Græc. pag. XLVII.
7. *Athan.* opp. tom. II. pag. 667. seqq.
8. *Hilar.* Fragm. IV. num. I. & VI. numm. 5. 8. & 10.
9. Id. Fragm. IV. num. I.
10. *Baron.* ad ann. 352. §. XII. seqq.
11. *Coutant.* ad Hilar. fragm. & in append. ad epistt. Rom. pontif. pag. 93.
12. *Montf.* ad collect. PP. Græc. animadv. XX. pag. XLV.
13. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 695. not. LXV. sur S. Athan.
14. *Baron.* ad ann. 352. §. XIV.
15. *Rufin.* de adulter. libror. Origen. in append. ad tom. IV. opp. Origen. edit. Paris. 1759. pag. 53.
16. *Hieron.* lib. II. adv. Rufin. §. XIX. opp. tom. II. pag. 512. edit. Veron.
17. *Coutant.* præf. ad Hilar. fragm. §. VIII.
18. *Orsi* Istor. eccl. tom. VI. pag. 201. §. LXXII.

fuit iterum evulgatum anno 1736. Quam quidem dissertationem summo ingenii ac judicii acumine elucubratam quisquis attente perlegerit, is enimvero caussæ Liberianæ jure optimo aptandum statuat necesse est effatum illud Livianum [1]: *A veritate laborare nimis jus sæpe, exstingui numquam.*

CAPUT VII.

DE

S. EUSEBIO VERCELLENSI

EPISCOPO ET MARTYRE.

EUSEBIUS natione Sardus [2], terra sua & cognatione relicta, atque otio domestico peregrinationem præferens, ut inquit sanctus Ambrosius [3], primum Ecclesiæ Romanæ lector, deinde Vercellensis episcopus est ordinatus. Et jure quidem creditum [4], quod ad munus episcopale divino esset electus judicio: quem enim numquam ante cognoverant electores, posthabitis civibus, simul ut viderunt & probaverunt; tantumque interfuit ut probaretur, quantum ut videretur: adeoque merito vir tantus evasit, quem scilicet divinitus vocatum omnis elegit ecclesia. Primus omnium [5] in occidentis partibus monasticam vitam clericali conjunxit: redux nimirum ex Ægypto, ubi exsulans sanctorum monachorum institutum diligenter perquisierat, ut auctor est Baronius [6]. Anno autem CCCLIV. quo tempore potissimum ecclesiam divexabat Ariana impietas, Liberius papa litteras ad Eusebium dedit [7], quibus ipsum rogabat, ut una cum sedis apostolicæ legatis fidei patrocinium apud Constantium susciperet. Romano pontifici morem gerens beatus antistes, legatisque Vercellis honorifice comiterque exceptis, viæ juxta atque legationis comitem se se obtulit, unaque cum illis ad imperatorem in Gallias contendit. Cujus rei certior factus summus pontifex, mox ad ipsum rescripsit [8], significans quanta lætitia fuerit affectus, dum eum ipsius legatis se adjunxisse intellexit.

II. Itaque apud Constantium enixius agens Eusebius, quidquid ea legatione petebatur obtinuit, nempe ut concilium celebraretur: quod utique anno insequente Mediolani fuit coactum. Et in eo quidem concilio eminuit Eusebii fortitudo atque animi firmitas [9]: siquidem non minas, non vincula, & ne gladium quidem districtum metuens, exsilium pro ministerii sui officio anno CCCLVII. suscepit, Scythopolim relegatus: ubi primum ab Josepho comite perhumaniter exceptus [10]; deinceps vero a Patrophilo, Arii quondam socio, homine plane sævissimo, dire fuit vexatus. Quæ autem & quanta fortissimus Christi confessor tunc passus fuerit; scripto ad eumdem Patrophilum Arianum libello, quem litteris illigavit ad suos in Italiam missis, ipsemet Eusebius declarat [11]. Scythopoli postea in Cappadociam, atque inde in Ægyptum deportatus; promulgato demum anno CCCLXII. Juliani edicto de episcoporum exsulum restitutione, Alexandriam rogante Athanasio se contulit, ubi & synodo interfuit ab eodem Athanasio coactæ. Sed ea singillatim enarrare quæ in illa synodo Alexandrina gesta sunt, prolixius esset quam instituti nostri ratio ferat.

III. Illud tamen haud prætermittendum existimamus, Eusebium nimirum illius synodi Alexandrinæ actis Latine subscripsisse; quod quidem refert ipse Athanasius his verbis [12]: *Ego Eusebius, secundum exactam vestram utriusque partis confessionem, qua in eamdem circa hypostases sententiam convenistis, in eamdem quoque conveni: sed etiam circa incarnationem Salvatoris nostri, nempe Dei Filium hominem factum esse, & omnia præter peccatum assumsisse, cujusmodi erat antiquus noster homo: idque juxta contextum Epistolæ meo suffragio confirmavi. Et quandoquidem exclusa dicitur Sardicensis concilii tabella, ne ultra Nicænam fidem aliquid exponi videatur: ego huic quoque rei consentio, ne per illam Nicæna fides exclusa videatur, neque proferendam eam esse sentio. Opto in Domino vos bene valere.* Hactenus Eusebii subscriptio; cui hæc præmittit Athanasius: Τούτοις καὶ Εὐσέβιος ὑπέγραψε Ῥωμαϊστὶ, ὧν ἡ ἑρμηνεία· — Ἐγὼ Εὐσέβιος κ. τ. λ. „ His Eusebius quoque Latine subscripsit, quorum hæc est interpretatio: — „ Ego Eusebius „ cet.

Hinc vero minus recte arguisse videtur Tillemontius [13], Eusebium fortasse Græcam linguam haud calluisse, propterea quod synodo Alexandrinæ Latinæ subscripserit. Scilicet Græce imperitus fuerit episcopus ille Vercellensis, qui teste Hieronymo [14] *edidit in Psalmos commentarios Eusebii Cæsariensis, quos* DE GRÆCO IN LATINUM VERTERAT. Satius ergo fuerit illud suspicari, Eusebium Græcæ loqui aut scribere potius nescisse, quam Græcam linguam penitus ignorasse: vel etiam, quod equidem malim, ipsum licet Græce doctum, synodi Græcæ actis Latine subscribere voluisse, quo ecclesiæ utriusque consensus in dogmatis definiendis plenius evidentiusque constaret.

IV. Jam vero, celebrata synodo Alexandrina, sanctus Vercellensis antistes, ut habet Socrates [15] post Rufinum [16] „ instar præstantis medici orientis „ provincias peragrans, eos qui in fide infirmi erant, „ ad integram valetudinem restituit, ecclesiastica „ doctrina eos instituens atque erudiens. Inde autem digressus in Illyricum venit; tandemque in „ Italiam delatus, eadem pietatis ac religionis officia præstare perrexit „. *Ad cujus* optimi præ-

1. *Liv.* Hist. Rom. lib. XXII. cap. XXXIX.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XCVI.
3. *Ambros.* epist. LXIII. §. LXVIII. opp. tom. II. pag. 1038. edit. BB. Paris.
4. Id. ibid. §. II. pag 1023.
5. Id. ibid. §. LXVI. pag. 1038.
6. *Baron.* ad ann. 328. §. XXII.
7. *Liber.* epistt. III. & V. infra pagg. 65. 67.
8. Id. epist. VI. l. c.
9. *Athan.* Hist. Arian. §. XXXIV. pag. 363.
10. *Epiph.* Hær. XXX. §. V.
11. *Euseb. Verc.* epist. II. infra pag. 78.
12. *Athan.* Tom. ad Antioch. opp. tom. I. part. II. pag. 776.
13. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 530.
14. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XCVI. & epist. LXI. ad Vigilant. §. II.
15. *Socrat.* Hist. eccl. lib. III. cap. IX.
16. *Rufin.* Hist. eccl. lib. I. cap. XXX. XXXI.

ſulis *reditum*, ut verbis utar Hieronymi [1], *lugubres* A *veſtes Italia mutavit*. Ubi denique ad ſuam Vercellenſem eccleſiam fuit reverſus, quam optime conſtitutam firmiterque in recta fide fundatam lætus inviſit, poſt edita tot tamque præclara virtutum exempla, Valentiniano & Valente imperantibus, anno Chriſti Dionyſiano CCCLXX. Kalendis Auguſti præſul optimus ex hac vita migravit, ut fert exactiorum chronologorum ſententia [2].

Tres tantummodo ſancti Euſebii epiſtolæ ad nos uſque pervenere: quarum duæ priores ex archivo eccleſiæ Vercellenſis erutas, annalibus eccleſiaſticis intexuit magnus Baronius [3], unde illas deſcripſimus: tertiam vero ex opere hiſtorico ſancti Hilarii Pictavienſis epiſcopi [4] excerptam ſubjecimus.

Exſtat præterea codex Evangeliorum ejuſdem ſancti Euſebii manu deſcriptus; quem in majori eccleſia Vercellenſi huc uſque ſervatum, Joannes Andreas Iricus V. C. egregie illuſtratum in lucem emiſit Mediolani anno 1748. ipſumque Romæ anno inſequente noſter Blanchinius operi ſuo luculento, *Evangeliarium quadruplex* inſcripto, intexuit.

CAPUT VIII.

DE

HOSIO EPISCOPO CORDUBENSI.

HOSIUM, gente Hiſpanum, eccleſiam Cordubenſem in provincia Bœtica per annos ferme ſeptuaginta rexiſſe compertum habemus. Innumera prope ſunt Hoſii elogia, quæ apud veteres exſtant. Euſebius [5]: „ Vir fuit, inquit, multo omnium ſer„ mone celebratus „ *ὁ πάνυ βοώμενος*. Neque aliter Theodoritus, cui dicitur [6] „ omnium longe cla„ riſſimus ſenex „ *πάντων μάλιϛα περιφανὴς ὁ γέρων*: adeoque [7] „ tum ob ætatis prærogativam, „ tum ob confeſſionem fidei, tum ob tot ac tan„ tos exantlatos labores honore ac reverentia di„ gnus „. In eamdem ſententiam ſynodi Sardicenſis patres [8] „ maxime venerabilis ſenectæ Hoſium „ *prædicant*, qui & propter ætatem & confeſſio„ nem & tanti temporis probatam fidem, —— tan- C „ tum laborem id ætatis pro Eccleſiæ utilitate ſu„ ſtinuit, ut omni reverentia digniſſimus habea„ tur. „ Sed ut omnia complectamur, Athanaſium audiamus [9]: „ De magno ac felicis ſenectutis viro „ & confeſſore, re vera Hoſio, loqui ſupervacaneum „ fuerit. —— Haud enim obſcurus, ſed omnium „ clariſſimus ille ſenex eſt. Quæ ſynodus enim, „ cui non ille præfuerit? Quandonam ſapientibus „ dictis ſuis non in ſuam omnes perduxit ſenten„ tiam? Quænam eccleſia illius patrocinii pulcher„ rima non ſervat monumenta? Quis illum mæſtus „ adiit, quin lætus ab eo receſſerit? Quis aliquo „ egens ab eo poſtulavit, optatumque non abiit „ conſecutus? „ Huc uſque Athanaſius, cujus præ- D clara verba Theodoritus exſcripſit [10].

Porro in iis Athanaſianis illud maxime omnium obſervare placet poſt Baronium [11], magnum ſcilicet illum Hoſium ob ſingularem doctrinæ ac virtutum præſtantiam, admirabilemque in rebus agendis dexteritatem atque prudentiam, inter complura concilia quibus præfuiſſe perhibetur, in Nicæno potiſſimum omnium celeberrimo primam ſedem Silveſtri papæ nomine occupaſſe, & collegarum quidem legatorum primarium, ut ex Gelaſio erudimur [12]: „ Ille, inquit, Hoſius ex Hiſpaniis, nominis & „ famæ celebritate inſignis, Silveſtri epiſcopi ma„ ximæ Romæ locum obtinens, *ἐπέχων καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς μεγίϛης Ῥώμης ἐπισκόπου Σιλβέϛρου*, E B „ una cum Romanis presbyteris Vito & Vincentio „ aliiſque permultis in eo cœtu conſedit. „ Gelaſio concinunt ſcriptores alii cum Græci tum Latini. Quid quod ſatis aperte id quoque adſtruit Gelaſio multo antiquior Euſebius [13]? Neque enim aliter ejus verborum ſententiam accepere Theodoritus [14], Socrates [15] ac Sozomenus [16]. Ex quibus intelligas quid ſentiendum de Cavei judicio [17], qui eo inſignitum honore fuiſſe Hoſium tamquam Romani pontificis legatum, inane Baronii aliorumque ſomnium verniliter ſatis appellat. Viro ſcilicet *κερπηκωτάτῳ* pſeudo-Dextri chronicon ejuſque enarratorem Bivarium veterum auctoritati præferre libuit. Quo quidem pſeudo-chronico haud impari dexteritate utitur quoque ſemel iterumque Baſnagius [18]. Sed revertamur ad Hoſium.

II. Talem itaque ac tantum virum, confeſſionis gloria in primis conſpicuum, ad ſuam pertrahere ſententiam omni ſtudio apud Conſtantium adhibito conabantur Ariani [19]. Quorum dolis fallaciiſque interceptus imperator, venerandum illum ac nobilem ſenem centenario majorem accivit. Accedentem vero illum rogat Conſtantius lenibuſque dictis hortatur, ut cum Arianis communicet Athanaſiumque condemnet. Verum optimus ille ſenex qui rei hujuſcemodi vel auditum ægre ferret, indignatus quod tale quippiam vel proferre auſus fuiſſet imperator, virum acriter compellat, verbiſque ſuis perculſum de ſententia deducit. Atque ita demum rebus integris, in patriam & ad eccleſiam ſuam revertitur.

Sed vix dum ille aberat, quum ecce tibi Ariani querimonias repetunt, lamenta inſtaurant, nulliſque non machinis leviſſimum Conſtantii animum indeſinenter pulſant: qui propterea eorum poſtulatis acquieſcens, litteras minarum plenas ad Hoſium mittit, ipſumque contumeliis exagitans interminatur pericula, deportationes, ſupplicia: mox vero iteratis litteris ſenis animum blande ſolicitat. At ille neque impendentium malorum formidine, neque blandimentorum illecebris vel tantillum dimotus, perſtat in ſua firmus ſententia. Quin & imperatori epiſtolam reſcribit conſtantiæ pleniſſimam,

1. *Hieron.* Dial. adv. Lucifer. §. XIX. p. m. 191.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pagg. 559. & 777. not. XI.
3. *Baron.* ad ann. 355. §. VII. & 356. §§. XCII. ſeqq.
4. *Hilar.* Fragm. XI. §. V.
5. *Euſeb.* de Vit. Conſtant. lib. III. cap. VII.
6. *Theodor.* Hiſt. eccl. lib. II. cap. XV.
7. Id. ibid. cap. VIII.
8. Apud *Hilar.* Fragm. II. §. II.
9. *Athan.* Apolog. de fuga ſua, §. V. opp. tom. I. p. 322.
10. *Theodor.* Hiſt. eccl. lib. II. cap. XV.
11. *Baron.* ad ann. 305. §§. XIX. XX.
12. *Gelaſ. Cyzic.* Hiſt. conc. Nic. lib. II. cap. V.
13. *Euſeb.* de vit. Conſtant. lib. III. cap. VII.
14. *Theodor.* Hiſt. eccl. lib. I. cap. VII.
15. *Socrat.* lib. I. cap. VIII.
16. *Sozom.* lib. I. cap. XVII.
17. *Cav.* Hiſt. litt. ad ann. 316. tom. I. pag. 185.
18. *Baſnag.* ad Proſp. chron. tom. I. Theſ. Caniſ. pag. 292. ſeq.
19. *Athan.* Hiſt. Arian. §. XLII. ſeq. opp. tom. I. pagg. 368. 369.

tantoque episcopo vere dignam: significans præ ceteris se jam pridem sub Maximiano pro Christi nomine passum, paratum esse ad ærumnas quaslibet, ubi opus fuerit, pro veritate perferendas. Et hanc quidem epistolam quæ una superat, ex magno Athanasio proferimus [1], egregium plane Hosii fidei monimentum.

III. At vero ad ipsum a firmo ejus proposito deturbandum semper intentus Constantius, senem anno integro patria extorrem Sirmii detinuit [2]. Non solum autem exsilio, sed contumeliis etiam, verberibus, plagis eum adficere est ausus [3], neque Deum timens, neque viri sive canitiem sive dignitatem reveritus impius homo. Quibus tandem calamitatibus oppressus, utpote senex & corpore imbecillus, *ad horam* cessit Arianis, *εἶξεν αὐτοῖς πρὸς ὥραν* [4]; eoque adductus fuit, ut cum Ursacio & Valente communionis societatem iniret, nec tamen umquam in Athanasium calculum ferret. Sed suum lapsum minime neglexit senex: „ instante quippe morte, „ Athanasio teste [5], vim sibi illatam quasi testa- „ mento declaravit, Arianamque hæresim anathe- „ mate feriit, vetuitque ne quis illam reciperet., *μέλλων γὰρ ἀποθνήσκειν, ὥσπερ διατιθέμενος ἐμαρτύρατο τὴν βίαν, καὶ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτιζε, καὶ παρήγγελλε μηδένα ταύτην ἀποδέχεσθαι.* Neque aliter Augustinus; qui Hosium in ecclesiæ catholicæ communione diem clausisse supremum agnoscit, simulque ipsum a Donatistarum calumnia defendit [6].

Porro „ Abrahamicus ille senex & pater episco- „ porum magnus Hosius „ ut eum vocat Athanasius [7], vita functus fuisse videtur ut citius, desinente anno CCCLVII. Siquidem *Historiam Arianorum ad monachos* ubi Hosii obitus enarratur, anno insequente CCCLVIII. scripsisse Athanasium constat, ut perhibent viri eruditissimi Montfauconius [8] & Tillemontius [9]. Ceterum ejus memoria in Menæis Græcorum recolitur sub die XXVII. Augusti. Utinam vero in lucem emittat aliquando Fassonius V. C. quæ suis in adversariis condita servat, ad Hosium nimirum Cordubensem antistitem, reclamantibus licet historicis omnibusque theologis, ab omni impietatis labe purgandum atque tuendum comparata, ut ex ipso erudimur [10].

CAPUT IX.

DE

SANCTO HILARIO.

PICTAVORUM EPISCOPO.

HILARIUM, sidus Ecclesiæ splendidissimum, Pictavis in Aquitania Galliarum provincia ortum habuisse, tradit sanctus Hieronymus [11]. Ab idolorum superstitione ad fidei veritatem per sacrarum Scripturarum lectionem, provecta jam ætate, divinitus evocatus fuisse videtur ex iis, quæ in exordio librorum *de Trinitate* de se ipse scribit. Et manifestius adhuc [12]: *Regeneratus* PRIDEM, inquit, *& in episcopatu* ALIQUANTISPER *manens*, *fidem Nicænam* NUMQUAM NISI EXSULATURUS *audivi*. Porro licet connubio junctus, vitæ tamen probitate præstans omnique scientiarum genere excultus, *concordante populi voce*, ut ait Fortunatus [13], *aut potius Dei spiritu proclamante, vir olim mysteriis deputatus, aliquando sacris altaribus sacerdos electus est*. Quo autem anno episcopatum susceperit, haud plane compertum. Verum eorum sententia qui ejus ordinationem anno CCCLV. illigandam censent, minus recte cohærere comperitur cum nominis celebritate atque auctoritate, quam sanctus Doctor sibi jam comparaverat insequente anno CCCLVI. quo habitum est conventiculum Biterrense. In eo siquidem conciliabulo Hilarium Arianorum artibus in exsilium ejectum atque in Phrygiam fuisse deportatum, ex vetustis scriptoribus intelligimus. Extorris autem factus, complura pro fidei defensione litteris consignavit, ne veritas cum veritatis præconibus simul exsularet.

II. Interea indicto apud Seleuciam concilio, sanctus Pater *quartum jam exsilii annum in Phrygia agens*, ut scribit Sulpicius Severus [14], *inter reliquos episcopos adesse compellitur*. Quo de conventu Athanasius præ ceteris consulendus [15]. Mox vero Seleucia Constantinopolim profectus Hilarius, quum comperisset [16] optimos sacerdotes aut exsilio deductos, aut metu territos Arianæ perfidiæ concessisse; in hoc summo fidei periculo, tribus libellis publice datis petiit ab imperatore, ut de ea coram adversariis disceptaret. Id vero Ariani maximopere abnuentes, quippe qui præsentis eruditionem pertimescerent, Constantio persuadent, ut *quasi discordiæ seminarium & perturbator orientis redire ad Gallias jubeatur*. Hilarium igitur *de prœlio revertentem*, ut Hieronymi verbis utar [17], *Galliarum ecclesia complexa est*. Qua quidem ejus *unius beneficio piaculo hæresis liberata*, Sulpicio teste [18], in Italiam se contulit præsul optimus ad sanctum Eusebium episcopum Vercellensem: ubi cum eo simul tum ad compescendum Luciferi schisma, tum maxime ad eliminandam hæresim Arianam ejusque patronum Auxentium Mediolanensem episcopum ab ea urbe ejiciendum, plurimum laboravit: quod contigisse anno CCCLXIV. cum Tillemontio existimamus [19]. Ex Italia demum rediens eodem anno exeunte, Pictavos se se recepit, in ecclesiam sibi commissam excolendam reliquo vitæ suæ tempore operam & curam impendens. Quo quidem munere pastorali rite

1. *Athan.* Hist. Arian. §. XLIV. pag. 370. seq.
2. Id. ibid. §. XXXV. pag. 372.
3. Id. Apol. de fuga sua, §. V. pag. 322.
4. Id. ibid.
5. Id. Hist. Arian. §. XLV. pag. 372.
6. *Aug.* contr. epist. Parmen. lib. I. cap. [illegible]. §. VII.
7. *Athan.* Hist. Arian. §§. XLV. XLVI. pagg. 371. 373.
8. *Montf.* ad Athan. opp. tom. VII. pag. 340.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. I. pag. 321.
10. *Fasson.* Differt. de Græc. sacr. litter. edit. §. XXIV. pag. 35.
11. *Hieron.* præfat. ad lib. II. comment. in epist. ad Galat.
12. *Hilar.* lib. de Synod. §. XC.
13. *Fortun.* lib. I. num. XV.
14. *Sulp. Sev.* Hist. sacr. lib. II. cap. XLII.
15. *Athan.* lib. de Synod. §. XII. opp. tom. I. part. II. pag. 7[illegible]5.
16. *Sulp. Sev.* l. c. cap. XLV.
17. *Hieron.* Dial. adv. Lucifer. §. XIV. p. m. 191.
18. *Sulp. Sev.* l. c.
19. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 755. not. XVI.

perfunctus, post tot tantosque pro Dei ecclesia exantlatos labores, *Valentiniano & Valente regnantibus* [1], sive Christi anno CCCLXVII. sanctus Pater feliciter adsuperos evolavit [2].

III. Quantum litteris & doctrina excelluerit sanctus Hilarius, ex iis præconiis satis constat, quibus veteres Ecclesiæ scriptores ejus merita celebrarunt. Hieronymus Doctor maximus *columnam Ecclesiæ* ipsum appellat [3]. Præterea [4] *virum eloquentissimum, & contra Arianos Latini sermonis tubam*. Alibi vero [5] *magnum virum* eum vocat, *& temporibus suis disertissimum: qui & confessionis suæ merito, & vitæ industria, & eloquentiæ claritate, ubicumque Romanum nomen est, prædicatur*. Et ad Lætam scribens [6] ejus filiam hortatur, ut *Hilarii libros inoffenso decurrat pede*. Quin tanti faciebat Hilarii scripta Hieronymus, ut ejus interpretationem Psalmorum Davidicorum & prolixum valde de Synodis librum manu sua ipse descripserit [7]. Sed & ab Augustino laudatur [8] Hilarius tamquam *ecclesiæ catholicæ adversus hæreticos acerrimus defensor*, atque [9] *venerabilis catholicus disputator* & *insignis ecclesiarum doctor*, [10] *neque mediocris auctoritatis in tractatione scripturarum & assertione fidei vir*. Post hos autem magni nominis Doctores haud interest reliqua in medium proferre de nostro antistite Pictaviensi judicia, quæ tulisse noscuntur Rufinus [11], Sozomenus [12], Cassianus [13], Cassiodorius [14] aliique.

IV. „ Quapropter, inquit Martenius [15], satis dolere non possumus, complura tanti Doctoris monumenta aut periisse omnino, aut oblivioni tradita alicubi jacere pulvere obsita. Et in postrema quidem operum ejus recensione quam piæ memoriæ e nostris adornavit Petrus Coutantius, nihil diligentiæ prætermissum, quo minus & a mendis expurgata & integra prodirent in lucem omnia. Nec inanis omnino fuit ejus labor: nam & aliquot in Psalmos tractatibus, & apologeticis ad reprehensores libri de Synodis responsis editionem suam auxit. Verum non pauca adhuc delitescunt.

Quamobrem quum superiorum nostrorum jussu Germanicum iter suscepissemus, hortatus est nos vir doctissimus, ut in perlustrandis bibliothecis singulari studio Hilarii codices pervolveremus, si forte tractatum ejus in Job, præfationem in Matthæum & plurium Psalmorum expositiones recuperare possemus: persuasum quippe habebat integrum Psalterium a beato Doctore fuisse expositum. Et ecce discutientibus nobis monasterii Aquicinctensis libros

A manu exaratos, incidit feliciter in manus nostras codex ab annis circiter sexcentis eleganter scriptus, cujus in limine hæc legebatur epigraphe: *In hoc volumine continentur libri* XII. *S. Hilarii Pictavensis episcopi de Trinitate contra omnes hæreses, & alia opuscula ejusdem*; scilicet *liber de Synodis contra omnes hæreses, liber contra Constantium, tractatus ad eumdem; liber ad eumdem, quem Constantinopoli dedit adhuc viventi; blasphemiæ Auxentii Arianorum episcopi, liber contra eumdem. Super Psalmos*. Consulto vero indice Psalmorum, quorum expositiones in editis Hilarii operibus desiderantur, enarrationes in Psalmos XV. XXXI. & XLI. necdum vulgatas in codice illo reperimus: quas studiose perle-

B gentes, Hilarii in scribendo methodum observatam, stilum ejus, scripturæ versionem antiquissimam & ante elucubratam ab Hieronymo vulgatam usitatam, constanter in eis citatam animadvertimus: nihilque incommodi visum est, si eas Hilario attribueremus. — Ultimo loco in codice habetur *Sermo in die paschatis ad Neophytos*, in quo Psalmus CXLIX. explicatur: qui quidem sermo si non Hilarii, saltem antiquissimi est scriptoris, ac pro sua antiquitate heic locum meretur. „ Hactenus cl. Martenius: cujus observationem præviam propterea hoc loci describendam duximus, quod ejusmodi enarrationes in tres laudatos Psalmos Hilarianas quæ ab editis sancti Patris hactenus vulgatis

C absunt, ex ejus *amplissima veterum scriptorum collectione* desumsimus.

Ceterum plura sunt in promtu, quibus Hilarium integrum Psalterium exposuisse demonstretur. Enimvero licet Hieronymus anno CCCXCII. quo suum confecit *de Viris illustribus* librum, vidisset tantummodo [16] Hilarii *commentarios in Psalmos, primum videlicet & secundum, & a quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, & a centesimo decimo octavo usque ad extremum*; anno tamen CCCCIV. desinente quo epistolam scribebat ad Augustinum, inter eos Ecclesiæ scriptores qui totum Psalterium explanarunt, Hilarium quoque recenset. [17] *Sed nunc*, inquit, *de integro Psalmorum corpore dicimus. Apud*

D *Latinos autem Hilarius Pictaviensis* cet. tunc nimirum reliquas Hilarii enarrationes quæ antea sibi deerant, repererit. Neque aliter Fortunatus, qui de Hilario agens sic ait [18]: *Scripta Davidici carminis*, seu *librum Psalmorum sermone cothurnato* PER SINGULA *reseravit*. Plura vide sis apud Coutantium [19]. Sed eruditissimos *Historiæ litterariæ Gallicæ* scriptores [20] consulas maxime velim.

1. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. C.
2. *Tillem.* l. c. not. XVIII.
3. *Hieron.* contr. Rufin. lib. I. §. II. opp. tom. II. pag. 459. edit. Veron.
4. Id. ibid. lib. II. §. XIX. pag. 513.
5. Id. epist. XXXIV. al. CXLI. ad Marcell. §. III. tom. I. E pag. 154.
6. Id. epist. CVII. al. VII. §. XI. pag. 682.
7. Id. epist. V. al. VI. ad Florent. §. II. pag. 15.
8. *Aug.* contr. Julian. lib. I. cap. III. num. 9. opp. tom. X. pag. 501.
9. Id. de Trinit. lib. II. cap. VIII. num. 26. 28. tom. VIII. pagg. 543. seq.
10. Id. ibid. lib. VI. cap. X. num. 11. pag. 850.
11. *Rufin.* Hist. eccl. lib. I. cap. XXXI.
12. *Sozom.* lib. V. cap. XIII.
13. *Cassian.* de Incarn. lib. VII. cap. XXIV.
14. *Cassiod.* de Instit. divin. litter. cap. XVIII.
15. *Marten.* Veter. script. collect. tom. IX. pagg. 55. seqq.
16. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. C.
17. Id. epist. CXII. al. LXXXIX. ad August. §. XX. p. 747.
18. *Fortun.* lib. I. num. 11.
19. *Coutant.* Admon. in Comment. Psalm. Hilar. §§. IV. V. VII.
20. *Histoir. litter. de la France*, tom. I. part. II. pag. 175. & tom. II. dans l'Avertiss. pag. XVII.

CAPUT X.

DE
POTAMIO EPISCOPO ULYSSIPONENSI.

I. Superiore sæculo edidit Acherius monachus Benedictinus ex codice Abbatiæ sancti Ebrulfi [1] *epistolam* Potamii *ad Athanasium episcopum Alexandrinum de consubstantialitate Filii Dei*, ut habet ejus inscriptio relata in indice chronologico, tomo I. editionis novæ præfixo; ubi & conscripta narratur *circa annum* CCCLV. At eo loci quo eadem exhibetur epistola, aliter effertur ejus inscriptio, ex codice quidem ms. ut videtur desumta. Sic enim ibi: *Epistola Potamii ad Athanasium ab Arianis* (*impetitum*) *postquam in concilio Ariminensi subscripserant*. Utri vero inscriptioni fides adhibenda; quo demum quis fuerit Potamius ille epistolæ auctor, definire quodammodo valeamus? Existimarim equidem nullam posterioris inscriptionis habendam esse rationem, quippe quæ ab imperito potius librario quam ab ipso auctore profecta esse videatur. Quum enim ævo Athanasiano neminem alium floruisse Potamium præter Ulyssiponensem agnoscamus; ejusmodi sane epistolam Athanasio haud inscribere ille potuit post Ariminense concilium, hoc est anno CCCLX. sive ut citius CCCLIX. qui scilicet ante quatuor aut quinque annos ad Arianorum castra transierat, quique potissimum in secunda synodo Sirmiensi anno CCCLVII. coacta inter primipilos Ariomanitas censebatur.

II. Nimirum, ut ex Marcellino & Faustino intelligimus [2], *Potamius iste primum quidem fidem catholicam vindicans; postea vero præmio fundi fiscalis quem habere concupiverat, fidem prævaricatus est*. Quo factum, subdunt iidem scriptores, ut *hunc Hosius de Corduba apud ecclesias Hispaniarum & detexit & repulit ut impium hæreticum*. Neque tamen Potamio bonis tanta impietate partis frui licuit: dum enim [3] *ad fundum properat quem pro impia fidei subscriptione ab imperatore meruerat impetrare, dans novas pœnas linguæ per quam blasphemarat, in via moritur, nullos fructus fundi vel visione percipiens*. Et justo quidem Dei judicio: nam hæreticus homo, ut satis innuit Phœbadius Aginnensis episcopus [4], eam confecisse traditur fidei formulam in præfata synodo Sirmiensi editam, quæ septima numero recensetur ab Athanasio [5], quæque tanta fuit impietate referta, ut eam *blasphemiæ* nomine appellarit Hilarius [6]. Quin & ejusdem in primis Ariani præsulis opera magnum *Hosium accersitum ad* A *Constantium regem, minisque perterritum dedisse manus impietati*, ex modo laudatis presbyteris Luciferianis erudimur [7].

III. Quæ quum ita se habeant, scripserit ergo Potamius ad Athanasium epistolam quam vulgavit Acherius, dum adhuc esset fidei Nicænæ strenuus vindex, circa annum videlicet CCCLV. ut prior præfert inscriptio. Neque porro est, cur eamdem epistolam *ingenti suspicione laborare*, jure censeat cl. Montfauconius [8]: in primis si attendamus, ipsius Potamii librum *contra perfidiam Arii* ms. exstare in bibliotheca monasterii sancti Vedasti Atrebatensis, teste Antonio Sandero [9], ut adnotavit Schoettge- B nius [10]. Ceterum Latine scripsisse hanc epistolam, prout nunc exstat, Hispanum episcopum; nos dubitare haud sinit Athanasius: siquidem verba faciens sanctus Doctor de formula fidei Sirmiana *blasphemiæ* nomine insignita, cujus auctor fuisse putatur Potamius, ut modo meminimus: „ Et hæc, in„ quit, Sirmii Latine scribunt, quæ Græcæ „ translata sunt: „ καὶ γράφεται ταῦτα ἐν Σιρμίῳ Ῥωμαϊστὶ μὲν, ἑρμηνευθέντα δὲ Ἑλληνιστί: ut propterea minus recte existimarit novus Acheriani Spicilegii editor, dum *e Græco esse versam epistolam*, semel iterumque insinuavit [11].

IV. Porro hujusmodi Potamii epistolæ ad Atha- C nasium, duos Sermones præmisimus ab eodem auctore conscriptos; quorum alter *de Lazaro* inscribitur, alter vero *de martyrio Isaiæ prophetæ*. Eos autem olim sancti Zenonis episcopi Veronensis tractatibus intextos eruditissimi fratres Ballerinii, cum ex Veneta Zenoniana editione, tum ex mss. omnibus lectione unius loci ad Sermonem I. restituta [12], genuino parenti Potamio asseruerunt [13]: qui tamen alium ab Ulyssiponensi Potamium, incertæ Latinæque urbis episcopum quærunt; inhærentes nimirum, cunctabundi licet, posteriori epistolæ Potamianæ inscriptioni. Unum tamen cum epistolæ, tum sermonum auctorem agnoscunt: & stilus quidem utrobique admodum obscurus implexusque unum eumdem- D que scriptorem referunt. Ceterum accuratam horum opusculorum editionem Veronensem secuti sumus, notasque simul Ballerinianas quibus illustratur subjecimus.

1. *Acher.* tom. II. pag. 366. sive tom. III. edit. nov. pag. 299.
2. *Marcell.* & *Faust.* libell. prec. pag. 13. edit. Oxon. 1678.
3. Iidem ibid. pag. 17.
4. *Phœbad.* lib. contr. Arian. §. V. infra pag. 251.
5. *Athan.* lib. de Synod. §. XVIII. opp. tom. I. part. II. pag. 744.
6. *Hilar.* lib. de Synod. §. XI.
7. *Marcell.* & *Faust.* l. c. pag. 14.
8. *Montfauc.* præfat. ad tom. I. opp. Athan. pag. XVI. §. XVII.
9. *Sander.* Bibl. Belg. ms. pag. 63.
10. *Schoettg.* Bibl. Lat. med. *Fabric.* tom. VI. pag. 25.
11. *Acher.* Spicil. tom. I. in Ind. chron. ad ann. CCCLV. & tom. III. pag. 299. not. (a).
12. *Potam.* Serm. I. infra pag. 97. not. 7.
13. *Ballerin.* præfat. ad append. tract. S. Zenon. pag. 294. §. III.

CAPUT XI.

DE S. MELETIO EPISCOPO ANTIOCHENO.

I. EXauctorato Eustathio Sebastiæ Armeniorum episcopo, circa annum CCCLVII. primum suffectus MELETIUS, gente Armenus, patria Melitenensis, pietate ac doctrina insignis, ut scribunt Hieronymus [1], Socrates [2] & Sozomenus [3]. Verum ob difficiles Sebastenorum mores in Berrhœam Syriæ secessit; ubi vir omnium mitissimus, ὁ πάντων ἀνθρώπων πρᾳότατος, tranquillam vitam agebat, inquit Theodoritus [4]. Neque aliter sane Socrates accipiendus esse videtur, dum tradit in Berrhœam Syriæ translatum Meletium, εἰς Βέῤῥοιαν τῆς Συρίας μετηνέχθη [5]: licet hæc ipsius verba viri doctissimi Baronius [6], Valesius [7] aliique de Meletii translatione ab ecclesia Sebastena ad Berrhœensem intellexerint. Idem namque scriptor alibi palam profitetur [8] Meletium prius Sebastenam ecclesiam, postea vero Antiochenam rexisse, nulla de Berrhœensi episcopatu interiecta mentione: Μελίτιος πρότερον τῆς ἐν Σεβαστείᾳ προέστη ἐκκλησίας, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προέστη. Quod quidem probe advertit sollertissimus Tillemontius [9].

II. Interea Eudoxio ab Antiochena sede ad Constantinopolitanam evecto, anno CCCLXI. ineunte in ejus locum suffectus fuit Meletius opera & studio Arianorum; qui non sat explorato ejus animo, ipsum hæresi suæ addictum existimabant [10]. Acceptis itaque imperialibus litteris, Berrhœa digressus Antiochiam advenit; magnoque cum honore exceptus fuisse perhibetur, ab iis præsertim quibus tanti viri & orthodoxia & vitæ sanctitas & virtutum copia probe cognita erat. Mox vero coram multitudine verba facere jussus, ad veritatem tamquam ad amussim omnia dirigens præsul optimus, quænam esset vera theologiæ regula luculenter demonstravit: adeo ut, inquit Theodoritus [11] „ quum ingens plausus & multitudinis acclamatio secuta esset, omnes qui adstabant illum rogarint, ut compendiariam ipsis doctrinam traderet. Quibus annuens magnus Meletius, ostensis tribus digitis, ac deinde duobus compressis, unoque, ut erat, relicto, memorabilem illam protulit sententiam: Tria sunt quæ intelliguntur, sed tamquam unum alloquimur: „ τρία τὰ νοούμενα· ὡς ἑνὶ δὲ διαλεγόμεθα.

III. Porro quum Ariani orthodoxam ejus doctrinam deprehendissent, deturbatum ex episcopali Antiochena sede vix uno elapso mense, in exsilium ablegari curarunt, Euzoio hæreseos Arianæ vindice acerrimo in ejus locum intruso. Verum Constantio augusto paullo post e medio sublato, sub Juliano apostata Antiochiam reversus Meletius anno CCCLXII. desinente, sedem suam repetiit. De tribus autem factionibus, Ariana scilicet, Meletiana & Eustathiana, quibus mox exortis tres in partes distracta est ea civitas, nostra non interest plura contexere: id unum innuere contenti, Meletianos a Meletio sanam fidem edoctos, in Palæa seu veteri urbe collectas egisse. Illud potius ad institutum nostrum attinet meminisse, Joviano Antiochiæ agenti anno CCCLXIII. primum inter alios episcopos fidei libellum porrexisse Meletium. Qui deinceps anno CCCLXX. imperante Valente, in Armeniam iterum Arianorum artibus relegatus fuit: sed sub finem anni CCCLXXVIII. Valente exstincto, rursum sedi suæ restituitur. Anno demum CCCLXXXI. quo Constantinopolim concesserat ad celebrandum generale concilium, supremum diem clausit venerandus senex: ejusque corpus, jubente Theodosio imperatore, honorifice Antiochiam usque deductum fuit, atque juxta loculum sancti Babylæ martyris conditum. Defunctum vero funebri oratione honestavit Gregorius Nyssenus, atque in ipsius laudem sermonem habuit Antiochiæ anno CCCLXXXVI. currente Joannes Chrysostomus: quorum encomia etiamnum supperant. Annuam autem sancti Meletii memoriam recolunt Græci & Latini die XII. Februarii: at in Menologio Græcorum jussu Basilii imperatoris edito, ejus natale die XXIII. Augusti celebratur.

IV. Jam vero ad litterarum monimenta Meletiana quod pertinet, exstat primum apud Epiphanium [12] oratio quam sanctus Pater Antiochiæ ad populum habuit: unde illam descripsimus. „ Qua quidem in oratione quæ tantos plausus concitavit, notandum est, inquit vir doctissimus [13], nec *consubstantiale*, nec *similem substantiam prædicari*. Neque id mirum videri debet: non enim postulabat tempus, ut formulam fidei præscriberet, ex qua se Ariani extricare non possent; sed ut se se aperiens, bonorum exspectationi satisfaceret, Arianisque spem omnem gratiæ suæ præcluderet. Quod & egregie præstitit divinam Filii generationem præclarissimis sententiis sic adstruens [14]: „ Atqui, ait, tum demum manebimus (in Patre & Filio) quum coram Deo & electis Angelis, sed & coram principibus sine ullo pudore confitebimur — Dei Filium Deum esse de Deo, unum ex uno, unigenitum ex ingenito: eximiam quamdam generantis sobolem: dignumque carentis principio Filium, ineffabilis ineffabilem interpretem, Verbum, sapientiam ac virtutem ejus qui sapientiam ac virtutem omnem excellit: supra id omne quod eloqui lingua, vel agitare mentis intelligentia potest. Perfectam inquam sobolem & stabilem, ex perfecto & in eo-

1. *Hieron.* in Chron. ad ann. Constantii XXIII.
2. *Socrat.* Hist. eccl. lib. II. cap. XLIII.
3. *Sozom.* lib. IV. cap. XXV.
4. *Theodor.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXXI. & lib. V. cap. III.
5. *Socrat.* l. c. cap. XLIV.
6. *Baron.* ad ann. 360. §. XLVIII.
7. *Vales.* ad Socr. lib. II. cap. XLIV. *Lequien.* Or. Christ. tom. I. pag. 423. & tom. II. pag. 713. 781.
8. *Socrat.* lib. VII. cap. XXXVI.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 762. not. III. sur S. Melece.
10. *Theodor.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXXI.
11. Id. ibid.
12. *Epiph.* Hær. LXXIII. §§. XXIX.--XXXIII.
13. *Maran.* de Divin. D. N. J. C. lib. IV. cap. XXXII. §. VI. pag. 637.
14. *Melet.* Orat. §. III. infra pag. 101.

„ dem statu permanente. Quæ quidem soboles nec ex Patre profluxit, nec exsecta est vel divisione propagata: sed citra passionem integreque ab eo processit, qui nihil eorum quæ habebat, amisit. „ Hæc aliaque in eamdem sententiam Meletius. Quibus relatis occurrit V. C. sancto Epiphanio, cui nonnulla minus accurate protulisse antistes ille Antiochenus visus est.

V. Exstat præterea ejusdem Meletii, nec non Eusebii Samosatensis cæterorumque Antiochiæ coactorum episcoporum, epistola ad Jovianum imperatorem anno CCCLXIII. conscriptam, quam Socrates [1] & Sozomenus [2], suæ quisque ecclesiasticæ historiæ intexuere; ex quibus nos illam hausimus, atque orationi Meletianæ subjecimus. Hac vero in epistola sequentia maxime notanda occurrunt [3]: „ Sanctæ synodi Nicææ congregatæ fidem admittimus retinemusque. Siquidem nomen *consubstantialis* ibi admissum, quod insolens quibusdam visum est, cauta interpretatione a patribus est explicatum; ita ut significet ex Patris substantia Filium esse genitum, eumque substantiæ Patris esse similem: non quasi passio quædam in generatione illa ineffabili intelligatur, neque usu quodam Græci sermonis substantiæ nomen a patribus usurpatur, sed ad subversionem illius dicti, *Ex non exstantibus*. „ Quæ quidem verba, inquit Montfauconius [4], catholica sane, ut nemo eat infitias, ad suspectum & pravum sensum detorquere nequidquam conatur auctor *Refutationis hypocrisis*, *Meletii & Eusebii Samosatensis*, *adversus consubstantialitatem*, quæ sub Athanasii nomine circumfertur [5]: Sed præter rem, ut videtur. Siquidem hanc ille doctrinam probat in libro *de Synodis* [6], ubi hæc habet: „ Viros qui alia quidem omnia Nicææ scripta, de solo autem *consubstantialis* vocabulo ambigunt, non ut inimicos spectari par est. Neque enim velut Ariomanitas aut patrum adversarios, homines aggredimur: sed disputamus veluti fratres cum fratribus, qui eadem qua nos sunt sententia, solo nomine in controversiam adducto. —— Quandoquidem autem & *ex substantia & substantiæ similem* eum (Patris Filium) esse dixerunt, quid aliud his significant quam eum esse consubstantialem? „ *ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ ὁμοιούσιον αὐτὸν εἰρήκασι, τί ἕτερον σημαίνουσιν ἐκ τούτων, ἢ τὸ ὁμοούσιον;* Quapropter quum hæc in epistola Meletii diserte exprimantur, recte illa cum Athanasii doctrina consentit.

VI. Ceterum Meletius qui summa in ecclesia sanctitatis & fidei existimatione claruit, principio quidem ab Arianis deceptus eorum societati adhæsit, ut auctor est Gregorius Nazianzenus [7]: at illorum perfidiæ inscium, numquam Arianicæ impietatis consortem fuisse, locupletissimus præ ceteris testis accedit magnus Basilius. Sic enim ille ad Petrum Alexandrinum scribens [8]: „ Frater Dorotheus reversus mihi narravit quos coram Damaso episcopo reverendissimo cum tua præstantia sermones habuisset. Ac dolorem mihi afferebat, quum diceret numeratos in Arianis fuisse religiosissimos fratres comministros nostros Meletium & Eusebium. Quorum rectam doctrinam etiamsi nihil aliud commendaret, saltem eis illatum ab Arianis bellum non exile rectæ fidei argumentum apud æquos rerum æstimatores haberet. Tuam autem pietatem conjungere debent cum illis ad caritatem communes pro Christo toleratæ passiones. Illud autem quam verissime persuasum habeas, nullum rectæ doctrinæ verbum esse, quod ab his viris cum omni libertate non fuerit prædicatum, Deo teste & audientibus nobis: qui ne ad horam quidem illorum communionem admisissemus, si eos in fide claudicantes deprehendissemus. „ Hæc de fidei Meletianæ integritate Basilius: qui propterea multo antea scribens ad Athanasium [9]: „ Necessario, inquit, testamur, & universo orienti in votis esse, & a nobis Meletio omnimodo conjunctis expeti, ut eum videamus ecclesiam Domini gubernantem; virum & fide inculpatum, & vita nullum cum aliis comparationi locum relinquentem: „ *τῇ τε πίστει ἀνεπίληπτον ὄντα, καὶ τῷ βίῳ οὐδεμίαν πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπιδεχόμενον σύγκρισιν*. His porro aliisque compluribus testimoniis quæ in eamdem sententiam cum ex ipso Basilio tum ex Gregoriis Nazianzeno & Nysseno, nec non ex Chrysostomo atque aliis patribus adduci possent, plane comprobatur, ut viri eruditissimi censent [10], a Meletii adversariis deceptum fuisse Doctorem maximum, dum in terrarum angulo Bethlehemitico constitutus ex infida eorum relatione scripsit [11], *exsilii justitissimam caussam subita fidei demutatione delusisse* Meletium.

CAPUT XII.

DE

S. ZENONE

EPISCOPO VERONENSI.

I. ZENO Veronensis episcopus, natione Afer, quin etiam ex Cæsarea Mauritaniæ fuisse videtur, ut recte arguunt viri eruditissimi [12] quibus luculentam ejusdem sancti Patris tractatuum editionem acceptam referimus. Redux ex oriente in Italiam, ut auctor est anonymus Pippinianus [13],

1. *Socrat.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXV.
2. *Sozom.* lib. VI. cap. IV.
3. *Melet.* epist. infra pag. 104.
4. *Montfauc.* in Admonit. ad tom. II. opp. Athan. pag. 31.
5. Ibid.
6. *Athan.* epist. de Synod. §. XLI. opp. tom. I. part. II. pag. 756.
7. *Nazianz.* Carm. de vita sua, opp. tom. II. pag. 24.
8. *Basil.* epist. CCLXVI. al. CCCXXI. num. 2. pag. 412. seq.
9. Id. epist. LXVII. al. L. pag. 160.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 348. & 764. not. VII. sur S. Melece. *Corgne* Differt. sur le pape Libere, pagg. 112. 113.
11. *Hieron.* in Chron. ad ann. CCCLI.
12. *Ballerin.* Differt. III. de Act. S. Zenon. cap. I. §. I. pag. CXI.
13. *Anon. Pippin.* Veron. Rythm. descript. apud Mabill. Analect. edit. nov. pag. 410.

Veronæ consedit; ubi anno CCCLXII. ad eam regendam ecclesiam Cricino episcopo successisse jure optimo existimatur [1]. In qua quidem excolenda, sive pietate sive doctrina præstantem antistitem plurimum laborasse, palam ex ejus tractatibus comprobatur. Quum enim tunc temporis Veronam incolerent complures idololatræ, nec pauci hæresi Arianæ addicti: ex illis quidem quam plurimos, [2] *genere*, *ætate*, *sexu*, *conditione*, quin & [3] *natione diversos* ad Christianam fidem amplectendam pastor vigilans & solicitus pertraxisse comperitur; ut propterea de eo vere scripserit laudatus anonymus Pippinianus:

Qui Veronam prædicando perduxit ad baptismum.

Arianos vero ad ejurandam hæresim adduxisse sanctum præsulem, simillimum vero videtur ex multis ejus sermonibus, quos ipsis etiam hæreticis adstantibus habuit [4]. De reliqua porro Christiana plebe veræ pietatis & religionis institutis imbuta, ceteri testantur Zenoniani tractatus, qui sedulo pastorali munere ipsum fuisse perfunctum satis produnt. Supremum vero diem clausisse optimum antistitem circa annum CCCLXXX. a vero haud abludit. Meminit enim *Zenonis sanctæ memoriæ* beatus Ambrosius Mediolanensis episcopus [5] in litteris ad Syagrium Zenonis successorem datis: quas quidem eodem anno CCCLXXX. fuisse conscriptas, sub initium scilicet episcopatus ejusdem Syagrii existimant docti Benedictini [6]. Ceterum ex tempore quo has litteras Ambrosianas novimus exaratas, compertum fit quo sensu accipienda sit ea chronica notatio, quæ apud sanctum Patrem nostrum occurrit, ubi ait [7], epistolam I. ad Corinthios *ante annos ferme quadringentos vel eo amplius* fuisse perscriptam. Neque enim verba ejusmodi presse sumenda quis rite censuerit, quum aliunde constet [8], ipsummet sanctum Ambrosium qui Zenonis obitum memorat, anno demum CCCXCVII. ex hac vita migrasse. Verum hac de re plura videas observata eruditissimis Balleriniis [9].

II. Jam vero ad sancti hujus Patris tractatus quod spectat, quos pro instituti nostri ratione collectioni hujusmodi veterum scriptorum ecclesiasticorum intexere nostra intererat, nonnulla heic subjiciemus, ipsos subinde laudatos editores assectati [10]. Latino- A rum itaque Patrum primus exstitit sanctus Zeno Veronensis episcopus, cujus sermones seu tractatus prodierint; quorum tamen collectionem ipsum auctorem haud parasse, aliquot ex iisdem sermonibus sive imperfecti sive repetiti, suadere omnino videntur: adeoque illam potius post sancti episcopi e vita discessum, & ipso quidem fortasse quarto sæculo exeunte vel ineunte quinto, ex ejus schedis expressam fuisse par est existimare. Verum quum primus consarcinator, quisquis ille fuerit, nullam aliam in colligendo rationem sibi præstituerit, quam ut omnia Zenoniana in schedis reperta quo demum cumque ordine simul compacta servaret: hinc factum, ut non tantum breves tractatus cum longio- B ribus admissi sint, sed tractatus etiam ejusdem argumenti qui una jungendi erant, hac illac fuerint dispersi ac separati, quemadmodum ex prioribus impressis videre est.

Quapropter Ballerinii fratres viri clarissimi, præcedentibus editis cum novem mss. codicibus collatis, tractatus omnes in libros duos dividendos jure optimo censuerunt. Et in priorem quidem tractatus longiores; in posteriorem vero breviores conjecere: quorum tamen uterque sinceros Zenonis fetus continerent; rejectis interim in appendicem undecim opusculis, hactenus perperam eidem adscriptis; suisque auctoribus Potamio episcopo, ac sanctis Hilario Pictavensi & Basilio Cæsariensi restitutis. C Hanc autem præstantem editionem iidem eruditi viri compluribus adnotationibus illustrarunt: quarum aliæ textus integritatem adstruunt, aliæ difficiliora loca edisserunt, aliæ vero auctoris eloquentiam ubertatemque dicendi respiciunt. Tres præterea dissertationes addidere: quarum prima sinceros sancti Patris tractatus a suppositititiis secernit ac vindicat; altera eorumdem tractatuum utilitatem atque præstantiam, ad fidei dogmata in primis veterisque disciplinæ præcipua capita cognoscenda, demonstrat: tertia denique de gestis cultuque pertractat beatissimi antistitis.

Nos vero prætermissis fusioribus doctorum editorum animadversionibus, germanum auctoris textum, D prout ab ipsis fuit emaculatus, proferimus, additis nonnullis ad aliquot loca observationibus quæ ipsos fugisse videntur.

CAPUT XIII.

DE

S. ATHANASIO.

EPISCOPO ALEXANDRINO.

„ UBi aliquem inveneris sancti ATHANASII sermonem sive librum nec habueris chartas, „ in vestimentis tuis illum scribe: „ ajebat abbas Cosmas, ut refert Joannes Moschus [11]: ὅταν εὕρῃς λόγον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, καὶ μὴ ἔχεις χαρτία, εἰς τὰ ἱμάτιά σου γράψον αὐτόν. Hac igitur gravi permoti sententia, quin & pro munere nostro, quidquid Athanasianum novimus uspiam evulgatum post luculentam magni illius Doctoris Parisiensem editionem; collectum digestumque in medium adducimus, ne omissis quidem sive ἀμφιβαλλομένοις sive νόθοις tanti Patris nomine insignitis: quo nimirum integrum editionis laudatæ supplementum in promtu E exstet. Age nunc horum opusculorum seu fragmentorum recensionem instituamus, verbis passim usurpatis Montfauconii V. C. qui ea præ ceteris in lucem emisit [12].

II. „ Primum itaque sistitur *Sermo major de fide*, opus a Theodorito & Gelasio memoratum, qui etiam

1. *Baller.* Differt. I. cap III. §. V. pag. LXII. seq.
2. *Zen.* lib. II. tract. XXXIII. & XLII.
3. Id. ibid. tract. XXXVIII.
4. Id. lib. I. tract. I. & lib. II. tract. I -- VIII.
5. *Ambr.* epist. V. num. I, opp. tom. II. pag. 765.
6. Ibid. pag. 735. §. V.
7. *Zen.* lib. I. tract. V. §. IV.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 761. not. LVI. sur S. Ambroise.
9. *Baller.* Differt. I. cap. II. §. I. pagg. XXXV. seqq.
10. Iid. in præfat. §§. XIV. XV.
11. *Joan. Mosch.* Prat. spirit. cap. XL. apud *Coteler.* Monum. eccl. Gr. tom. II. pag. 369.
12. *Montfauc.* collect. PP. Græc. tom. II. pagg. 5. seqq.

ejus ἀποσπασμάτια scriptis aliquot suis intexuisse A noscuntur. Est autem egregia contra Arianos aliosque Athanasiani ævi hæreticos disceptatio: ubi syllogismis & dilemmatibus lucifugarum errores protecrit ac refellit sanctus Doctor. Prodit ex ms. codice bibliothecæ Laurentianæ decimi sæculi, sed multis in locis truncato ac mutilo; ita tamen ut sententia semper apta sit, & adprime cohæreat.

Ceterum nulla heic temporis nota comparet: quam tamen fortasse deprehendere licuisset, si opus integrum omnibusque suis numeris absolutum ad nos usque venisset. Consueverat quippe Athanasius, præsertim sub initium librorum, & quæ caussa suscepti operis esset, & qui sibi adversarii ad rem capessendam impulissent, nec obscure subindicare. B At heic initium totum desideratur, atque in operis decursu hiatus frequentes occurrunt. Ex iis tamen quæ contra Dimœritas adferuntur, non abs re forte quis arguat, tunc ab Athanasio editum fuisse hujusmodi librum, quum jam Dimœritæ erumperent & blasphema dicta contra Christum efferrent; nimirum anno circiter CCCLXIX. vel CCCLXX. „

Hujus autem opusculi plerisque in locis mutili, fragmentum longiusculum quod in eo desideratur, deinceps evulgavit doctissimus editor ex ms. codice XXXVII. bibliothecæ Coislinianæ [1]: unde illud descriptum opusculo eidem subdidimus.

III. „ Ex quodam codice Baluziano sæculi XIV. C in lucem prodit *fragmentum historicum de Paullo Samosateno*; qui, teste Athanasio [2], dicebat: *Si Christus non ex homine Deus factus est, ergo non consubstantialis est Patri, ac necesse est tres esse substantias*. Quod sophisma ut caverent patres Antiocheni, vocem ὁμοούσιος repudiarunt: neque, ut ait heic Athanasius, ad perfectam τοῦ ὁμοουσίου interpretationem attigerunt: non quo inscitiæ aut temeritatis Antiochenos patres accuset: eosdem quippe in epistola *de Synodis* pro virili defendit; sed ut palam faciat Antiochenos patres vocem ὁμοούσιος, non quoad totam quam præfert sententiam, sed quatenus a Paullo pravum in usum detorquebatur, condemnasse. Hæc porro habentur in libro *de Synodis* D l. c. exceptis iis quæ de Zenobia feruntur, quorum gratia fragmentum hoc edere visum fuit. Nam ex alio excerptum opere autumo: solet enim Athanasius variis in operibus, paucis additis, eadem repetere. „

IV. „ Alterum fragmentum ex eodem codice descriptum, est pars historiæ cujusdam ab Athanasio conscriptæ, ubi de conspiratione *Stephani Antiocheni* in legatos synodi Sardicensis Euphratam & Vincentium episcopos structa, quam alibi carptim tetigerat [3], pluribus agit ille, remque memorat accuratius. Ejusdem historiæ meminit Theodoritus [4]. Huic item similis narratio fertur apud Nicephorum E [5], qui eam ex Athanasii scriptis fuerit mutuatus.

Secundo huic fragmento ex eodem codice Baluziano breve segmentum subjicitur Athanasii longe junioris, Hagioritæ scilicet, sive in sacro monte Atho degentis. „

V. „ *Epistola ad Monachos*, brevissima licet, pulcherrimas de Arianorum consortio declinando præceptiones offert: nam quia multi catholicorum erant, qui Arianorum conventibus interesse atque cum iis precari solebant; eos qui rectæ fidei hærerent, a tali consuetudine absterrere conatur Athanasius. Qua de re vere auream ejus sententiam heic adponere libet. „ Ne quid igitur, inquit, tale contingat, id vobis in proposito sit, dilecti: ut eos „ qui palam impie sentiunt, aversemini; eos autem qui se cum Ario non sentire putant, sed „ cum impiis tamen communicant, caveatis: nam „ quorum sententiam aversamur, eorum maxime „ communionem fugere consentaneum est. Quod si „ quis dum rectam se fidem profiteri simulat, cum „ illis tamen communicare videtur; hunc hortamini ut a tali consuetudine abstineat: ac si qui„ dem polliceatur, hunc fratris loco habeatis; sin „ proterve insistat, hujusmodi hominem repudia„ te. „

Porro Græca hujus epistolæ partim ex codicibus Laurentianis, partim ex regio 2423. x. sæculi, optimæ notæ, vulgavit cl. editor, qui antea inter Athanasiana pag. 967. vetustissimam dederat ejusdem epistolæ Latinam interpretationem, in Commeliniana editione primo excusam, & a Parisiensibus prætermissam.

VI. „ *Commentaria* sive *Sermones* Athanasii *in Matthæum* exstitisse jam certo constat. Quorum quidem commentariorum aliquot fragmenta, ex mss. & catenis eruta, sub finem Athanasii operum jam ediderat Montfauconius; sed plerumque manca & lacera. Quum porro multa plura inobservata pridem, ex mss. nuper accesserint, ad nativum ordinem omnia restituit.

Heic vero præclara multa occurrunt, contra fatum & genethlialogos: de abdicandis episcopis, presbyteris & diaconis improbe se gerentibus: de mysteriorum Christi sive sacræ Eucharistiæ distributione per diaconum agenda: quomodo intelligendum sit illud: *Blasphemia in Filium hominis remittetur; in Spiritum sanctum secus*: contra eos qui lunam inter numina censerent, quo ævum Athanasianum indicatur, quando multiplicium deorum error adhuc vigebat in orbe. Et his similia, quæ studioso lectori mittimus exploranda.

Quo tempore autem hæc commentaria edita fuerint, nonnisi ex loco illo augurari licet, ubi sanctus Doctor Apollinarium arguit impietatis. Nam tum ex ipsius Athanasii in synodo Antiochena ann. CCCLXII. testimonio, tum ex Procli loco in synodo CP. exploratum est, postremis solum vitæ annis Athanasium cum Apollinario in apertum bellum prorupisse. „

VII. „ *Commentaria in Lucam* vere Athanasium edidisse, ipsa res perspicue commonstrat: videlicet ea in Lucam Athanasii fragmenta quæ in catenis cum mss. tum editis circumferuntur, ex variis sancti Doctoris operibus, iisque jam amissis, excerpta fuisse. Etenim monuisse juvabit, in catenis mss. ubi non ex justis commentariis, sed ex variis hinc inde operibus interpretationes adferuntur, notare semper catenarum collectores ex tali vel tali opere exscriptam expositionem fuisse. Ad hæc vero, heic Lucæ versiculos ordine adfert & explicat Athanasius: quo perspicuum fit ipsum plenos in Lucam commentarios dedisse, quorum heic aliquantulam partem publicam facit Athanasianorum editor.

Et nonnulla quidem in Lucam ἀποσπασμάτια pridem protulerat in sua præstanti Athanasii editione: verum sub hæc in alia multa incidit, quæ si-

1. Id. Biblioth. Coislin. pag. 112.
2. *Athan.* de Synod. opp. tom. I. part. II. pag. 759.
3. *Athan.* Hist. ad Monach. pag. 355. tom. I. part. I.
4. *Theodor.* Hist. eccl. lib. II. cap. IX.
5. *Niceph.* Hist. eccl. lib. IX. cap. XXIII.

ve ex codicibus mſs. ſive ex catena edita in Lucam, jam triplo ſaltem auctiora prodeunt.

Horum porro Athanaſium germanum auctorem eſſe comprobant, cum ſtili genus plane Athanaſianum, tum ea quæ adverſus Arianos quaſi dum hæc ſcriberentur turbas dantes, & Verbi deitatem impugnantes, adferuntur: quæ ſane oratione & arguendi ritu cum Athanaſii contra Arianos velitationibus ita congruunt, ut ovum non ſit ovo ſimilius. Sub finem vero luculentum habes de expiandis in futura vita levioribus erratis teſtimonium: ubi clare dicit poſſe defunctos qui ex ſegnitie vel procraſtinatione aliquid omiſerint, amicorum ope juvari; ſecus eos qui improbe verſati, pœnitentiam in hac vita non egerint. „

VIII. „ *Argumentum* ſeu προθεωρία *in Pſalmos*, nihil non præfert magno Athanaſio dignum: cujus ſingula dicta judicium peritiamque ſcriptoris arguunt. Hæc vero ex Euſebii commentariis mutuatus videtur ſanctus Pater, cujus etiam verba plerumque tranſſcribit. In hoc tamen paullum variat, quod reſtaurandæ Scripturæ operam quam Euſebius ab Eſdra ſuſceptam ait, ipſe alicui prophetarum, nullo ſpeciatim memorato, adſignet. Quæ vero de Pſalmorum auctoribus poſtea dicuntur, accurata ſane & erudite propoſita, magnam habent adfinitatem cum Origenis opuſculo, inter Hexapla Origeniana [1] evulgato: quod deinceps inter Origenis opera e ſchedis Grabianis integrius pleniuſque fuit recuſum [2]. Argumentum porro ſuum pulcherrima admonitione claudit Athanaſius; ubi qua mente Pſalmi ſint legendi, aſcetas alloquens, etſi paucis, egregie tamen ediſſerit. Prodit autem egregium iſtud opuſculum ex codice bibliothecæ Ambroſianæ membranaceo XI. ſæculi optimæ notæ. „

IX. „ *Supplementa in Pſalmos* fuerunt ab editore deſcripta ex codice Ambroſiano, recente illo quidem, ſed ad antiquioris Scorialenſis fidem exarato. Nimirum ea quæ in edito Athanaſii deerant, heic ſupplentur. Expoſitiones autem illæ Athanaſii, non omnibus ſuis partibus & numeris abſolutæ ſunt, ſed amanuenſium auſibus paſſim truncatæ & in compendium redactæ: quædam etiam ex catenis erutæ.

Ceterum commentarius alius ſub Athanaſii nomine circumlatus, prorſus diverſus ab edito, quum a nemine ſcriptorum memoretur, vel alterius noſtro cognominis opus fuerit, vel Athanaſium illum magnum ementitur. „

X. „ *Fragmentum contra Macedonianos* τὸ δριμὺ καὶ τὸ ἀπέριττον, id eſt, eam ſermonis vim quæ omnem ſuperfluitatem reſecet, exhibet: hæ vero ſunt notæ ac teſſeræ ſtili Athanaſiani, ut obſervat Photius [3]. Ad hæc autem integram periodum affert, qualis in Epiſtola ad epiſcopos Ægypti & Libyæ legitur: ut nulla ſuboriri poſſit περὶ γνησιότητος diſceptatio. Licet porro multa contra Pneumatomachos ſive Macedonianos ſcripſerit Athanaſius, in iis quæ ſuperſunt operibus; eam tamen hæreſim ille tacito ſemper Macedonii & Macedonianorum nomine refellit: heic vero tantum nominatim illos perſtringit.

Hujuſmodi autem fragmentum quod exhibet codex Colbertinus 5179. bombycinus, ex prolixo, ut videtur, opere excerptum eſt. Quum enim quidam ementita catholicæ fidei ſpecie Macedonii errores

A ſpargerent; Athanaſius, quo vivente nemo inulte vel clam vel publice ſanam fidem impugnavit, vafros homines ut larvam ponant, provocat: ratus optabilius eſſe, ut errores palam efferrent, quam ut aliud ſimulantes adreperent, incautoſque ſimpliciorum animos ſenſim abducerent. Editum porro fuit hoc opus circiter annum CCCLIX. quo maxime tempore Macedoniani obſtrepebant. „

XI. „ *Fragmenta tria contra Novatianos*, quorum duo priora ex codice regio 2398. deſcripta ſunt, tertium vero ex Colbertino 200. ἀποσπασμάτια ſunt inſignis cujuſdam contra eoſdem hæreticos operis, quod in tres ſaltem libros diſtributum erat. Si-
B quidem Novatianæ ſectæ reliquias ad uſque Athanaſii ætatem deveniſſe, non ſemel in ſcriptis ſuis denotat ſanctus Doctor.

His porro tribus a Montfauconio editis fragmentis *contra Novatianos*, alia duo addidimus, ex codice LVIII. bibliothecæ collegii novi Oxonienſium a Wolfio evulgata [4]; quorum prius, & quidem inſigne, ex *Athanaſii libro III. contra Novatianos* excerptum fuiſſe comperitur: illudque cum primo Montfauconiano conferas velim.

XII. „ *Fragmentum de Amuletis*, ſive præſtigiis, exſtat in codice regio 1993. Atque in illo agit Athanaſius contra eos qui inſtante morbo ad ſtriges ſeu
C vetulas confugiebant: veneficarumque hujuſmodi uſum & conſuetudinem paucis depingit.

Inſcribitur autem in codice περὶ ἄπτων: quia vitandæ κακοφωνίας & repetitionis ergo, ex περιάπτων unica voce, περὶ reſecatur, ne περὶ περιάπτων legatur. Nam amuleta & præſtigiæ quæ heic confutantur & prohibentur, περίαπτα, non autem ἄπτα dicuntur, ut videas heic in fragmento, & apud Gregorium Nazianzenum qui ea voce utitur. „

XIII. *Fragmenta alia*, variis ex locis excerpta, varii ſunt argumenti. In *ſecundo* brevem & dilucidam myſterii ſanctiſſimæ Trinitatis explicationem adfert. In *tertio* ait, ſi Adamus in innocentia perſtitiſſet,
D non naturali via & ordine, ſed alio ignoto nobis ritu propagandum fore genus humanum: quæ item fuit quorumdam veterum opinio. In *quarto* dicitur, Africanum & Athanaſium de ſepultura Adami pertractaſſe. In *ſeptimo* fertur, Paullum veſtimenta ſervantem, Stephanum protomartyrem multorum manibus lapidaſſe: quod alii ab Athanaſio fortaſſe mutuati poſtea uſurparunt. In *octavo* demum obſervatur, Paullum, non dogmatis tradendi cauſſa, ſed ut tempori ſe ſe accommodaret, Timotheum circumcidiſſe. „

XIV. „ *Brevis expoſitio fidei* quæ prodit ex codice regio 2280. notas omnes Athanaſiani ævi præ-
E fert: quippe cujus omnia dicta ad repudiandam Arianorum & Pneumatomachorum hæreſim concinnata ſint. „

XV. Hæc autem fragmenta excipiunt excerpta nobis deſcripta ex epiſtolis feſtalibus Athanaſianis II. V. VI. XXII. XXIV. XXVIII. XXIX. XL. XLII. XLIII. & XLIV. quæ jam diu perierunt. Hæc autem excerpta deſcripſimus ex Coſmæ Indicopleuſtæ *Topographia Chriſtiana* [5]. „ Epiſtolas porro feſtales Athanaſii, ut inquit Montfauconius [6], magno numero olim fuiſſe planum eſt, cum ex Coſma qui ex qua-

1. Hexapl. *Origen.* tom. I. pagg. 81. ſeqq.
2. *Origen.* opp. tom. II. pagg. 516. ſeqq.
3. *Phot.* Biblioth. cod. CXL.
4. *Wolf.* Anecdot. Græc. tom. IV. pagg. 52-57.
5. *Coſm. Indic.* Topogr. Chriſt. lib. X. pagg. 316-319.
6. *Montf.* in præfat. ad Coſm. Indic. cap. VI. §. I. p. XVII.

dragesima quinta fragmentum affert, tum ex vita ejusdem sancti Patris a Coptis Arabice adornata, cujus versionem Latinam in nupera Athanasii editione adtulimus, ubi ad quadraginta octo numerantur. Ex conjectura vero diximus, scriptas illas & missas ad populum Alexandrinum, quum Athanasius in deserto latens metu Constantii ageret: neque enim Epistolae nomen, praesentis viri sermoni aut homiliae aptari posse videtur. Attamen epistolae festales Theophili Alexandrini & Cyrilli successoris ejus, ab ipsis praesentibus & populo concionantibus recitatae fuisse putantur: ut semper eadem difficultas supersit, cur scilicet praesentium homiliae & conciones, Epistolarum nomen obtineant.

Eaedem autem epistolae festales, a quibusdam paschales item dicuntur; quia in diebus maxime paschalibus populo recitabantur. Nec modo illas quae in ipsis paschatis solemnitatibus, sed etiam eas quae per quadragesimam, dum Christiani populi jejuniis, vigiliis aliisque bonis operibus se se ad sanctum pascha rite celebrandum componerent, paschalium sive festalium nomine insignitas reperias. Sic epistola festalis Athanasii quae apud Cosmam vigesima octava notatur, in die Palmarum imminente paschali solemnitate dicta deprehenditur. „

XVI. Huc usque memorata opuscula & fragmenta excipiunt *vetera monumenta Athanasiana*, quae primus in lucem extulit V. C. Scipio Maffejus [1] ex pervetusto ms. codice amplissimi Capituli Veronensis, membranaceo litterisque majusculis exarato. Sunt autem ejusmodi. I. *Concilii Sardicensis ad Mareoticas ecclesias epistola*. II. *Athanasii ad easdem ecclesias epistola*. III. *Ejusdem sancti Athanasii ad ecclesias Alexandrinam & Parembolanam epistola*. IV. *Historia acephala, ad sanctum Athanasium in primis ac res Alexandrinas pertinens*. Complura, & scitu quidem digna, in hanc collectionem animadvertit illustris editor, quo scilicet pretium operis statuat; sive auctoris spectetur antiquitas, qui Alexandriae vixisse desinente saeculo IV. existimatur; sive ecclesiastica litterarum monimenta hactenus incomperta, quae in eo continentur; sive denique historica, quae vetustus ille scriptor, quisquis fuerit, memoriae tradidit, ad res potissimum ecclesiae Alexandrinae apprime illustrandas perutilia: ut propterea isthaec anecdota maximi fecerint viri docti, Ballerinii fratres [2], Corsinius [3], Mansius [4] aliique. In adversam tamen sententiam abiisse novimus Mamachium, eruditione ac doctrina praestantem virum, quem ergo consulere maxime juverit [5].

XVII. Quae deinceps sequuntur opuscula, magni Athanasii nomine insignita, sive inter ἀμφιβαλλόμενα, sive inter notha computanda noscuntur. Et primum quidem *Homiliam in Canticum Canticorum*, ex codice Ambrosiano LV. descriptam, ut spuriam dedit Montfauconius: „ qui eo tempore illam existimat editam, quo Manichaei in oriente turbas dabant; quod praesertim octavo, nono & decimo saeculo contigit: nam scriptor iste Manichaeos, ut tunc vigentes, commemorat. Hierosolymam vero adiisse se testificatur, ubi locum Christi suspendio

A consecratum ad septemtrionem Hierosolymorum situm adfirmat. „

XVIII. „ *Sermo de patientia*, ex eodem codice Ambrosiano prodiens, stilo quidem χυδαίῳ ac demissiore conscriptus est, neque tamen ideo Athanasio abjudicandus: immo vero postremae Arianorum carnificinae sub Constantio excitatae imaginem praefert. Nam heic episcopi sedibus pulsi, virgines vexatae, plebs catholica exagitata & abducta fertur. Populum ergo ad patientiam cohortatur sanctus Doctor, monetque ut exemplo martyrum, qui olim paribus, immo gravioribus adfecti aerumnis fortiter se gesserant, inflictas calamitates alacriter subeant:

B in memoriam revocat illos olim sibi necessitudine conjunctos praesules, Paphnutium scilicet & Potammonem, tacito tamen nomine, quibus pro fide Christi fuerat olim oculus erutus. Quae sane omnia operis γνησιότητι patrocinantur.

Quod si stili ratio populare quidpiam ac demissum praeferat; nihil mirum, quando infimam plebem, virgines, mulieres, viduas & parvulos alloquitur. Et aliunde fragmenta illa epistolarum festalium Athanasii, quarum sinceritas ne minimam quidem suspicionem admittit, eodem prorsus, nec limatiore stili genere sunt conscripta. Quum autem Athanasius haud dubie pulsus & exsulans, hunc sermonem plebi suae scriptum transmiserit, ἐγράψαμεν,

C neque praesens oraverit; hinc forte conjiciatur ipsum ex numero esse festalium, quae ab Athanasio exsule missae perhibentur. „

XIX. „ *Homilia in Ramos palmarum* quam exhibent codices Ambrosiani & Ottoboniani, parem cum epistolis festalibus consonantiam prodit, atque adeo illam ut germanum Athanasii opus admittimus. Epistola alia festalis in Ramo item palmarum, sive εἰς τὰ βάϊα, scripta est, ut videas infra pag. 217. in fragmentis ex Cosma Aegyptio descriptis.

XX. „ Opusculum in dictum Apostoli, *Novi hominem raptum usque ad tertium caelum*, ex vitiato

D linguae Graecae usu inter spuria ablegatur. „

XXI. „ Pari quoque νοθείας vitio laborat alterum opusculum in illud Apostoli, *Datus est mihi stimulus carnis meae*. Utrumque porro opusculum ex codice XI. saeculi membranaceo bibliothecae RR. PP. S. Basilii Romae descriptum fuit. „

XXII. *Epistola Athanasii ad papam & ad clerum Persarum* prodit ex codice CCXI. bibliothecae Coislinianae. „ Hanc autem epistolam, inquit Montfauconius [6], Latine edidimus inter spuria Athanasii opera [7]: estque vetus interpretatio Graecae quam heic damus epistolae; & in fine quaedam habet quae

E in textu Graeco non observantur. Graecus porro ille textus licet Athanasium in titulo ementiatur, quia tamen antiqua est haec epistola, & Graece numquam edita, heic locum habere commode potest. Vide quae de hac epistola diximus tom. II. operum Athanasii pag. 716. „ Haec de operibus Athanasianis, quae in postrema editione desiderantur.

1. *Maffei* Observ. letter. tom. III. pagg. 29-47. 60-83.
2. *Baller.* Observ. ad opp. *Noris.* tom. IV. pag. 834.
3. *Corsin.* Differt. I. ad Not. Graec. §. IX. pag. 14.
4. *Mans.* Appar. ad Annal. Baron. pagg. 383. seqq. & Supplem. ad Concil. tom. I. pag. 174.
5. *Mamach.* Epist. I. de rat. temp. Athan. §. IV. pagg. 8. seqq.
6. *Montfauc.* Bibl. Coislin. pag. 369.
7. *Athan.* opp. tom. II. pag. 716.

CAPUT XIV.

DE

B. MARCO DIADOCHO.

I. QUis fuetit MARCUS iste DIADOCHUS, eruditi viri disquirunt, neque una est eorum sententia. Censet Wetstenius [1] sub hoc nomine aliquem significari ex episcopis Alexandrinis *Marci* evangelistæ *successoribus*; eodem sensu quo de Athanasio in ejus Encomio legitur, ἐπὶ τὸν Μάρκου θρόνον ἀνάγεται, οὐχ ἧττον τῆς εὐσεβείας ἢ προεδρείας διάδοχος. Minus belle enimvero, ut videtur: sive spectes, scriptorem hunc ecclesiasticum non τὸν Μάρκου διάδοχον, sed τὸν Μάρκον Διάδοχον appellari; sive attendas, plures recenseri Marcos in serie præsulum Alexandrinorum; sive denique intelligas, inter aliarum sedium episcopos simpliciter *Diadochi* nomine nonnullos inscribi. Neque porro melioris notæ fuerit altera ejusdem eruditi viri conjectura, qua ductus opinatur eumdem fuisse beatum Marcum nostrum cum eo, qui μακάριος Διάδοχος ὁ Φωτικῆς sancto Maximo memoratur [2]. Hic enim neque Marci prænomine notatur, neque adversus Arianos stilum uspiam strinxisse agnoscitur; qui nimirum medio sæculo V. clarus, ut suo loco dicturi sumus, varia scripserit ascetica, sanctis patribus contra Monophysitas & Monotheletas laudata. Contra vero auctor de quo loquimur, sæculo IV. currente floruisse merito existimatur, dum scilicet in ecclesia turbas ciebant Ariani.

II. Rectius itaque conjecisse videntur viri docti, qui beatum Patrem nostrum, unum ex iis duobus Marcis Ægypti episcopis fuisse opinantur, quorum alter Philarum, alter Zygrorum ecclesias rexisse feruntur: quippe primum ab Arianis in exsilium pulsi, teste Athanasio [3]; deinceps autem, e vivis sublato Constantio, ab exsilio revocati sub Juliano apostata, synodo Alexandrinæ anno CCCLXII. coactæ interfuere, ut idem scribit Athanasius [4]. Alios quidem Marcos duos Ægypti episcopos comperimus [5], ab Alexandro episcopo Alexandrino ordinatos; quorum ille in superiorem Oasim, hic autem in Ammoniacam fuit deportatus: ex quibus unum alterumve si malis ipsum esse nostrum Marcum Diadochum, haud equidem repugnaverim: licet sententia de duobus Marcis prioribus magis placeat.

III. Verum, quicumque demum fuerit Marcus Diadochus de quo heic sermo, exstat ejus nomine inscriptus *Sermo contra Arianos*, quem superiore sæculo desinente in lucem extulit ex insigni ms. codice bibliothecæ Basiliensis sancti Athanasii opera complectente, Joannes Rodolphus Wetstenius ad calcem Origeniani operis *de Oratione*. Missa porro Wetsteniana versione, aliam adjecimus quam ad textus amussim accuratius elaboratam nobis præter exspectationem exhibuit V. C. Joannes Baptista Galliciollius, Græce & Hebraice doctus; cujus candidæ humanitati ac benivolentiæ plurimum nos debere palam, & lubenter quidem, profitemur.

CAPUT XV.

DE

S. PHOEBADIO

AGINNENSI EPISCOPO.

I. PHOEBADIUS, natione Gallus, & provinciæ quidem Aquitanicæ, si Sulpicium audiamus qui & ipse Aquitanicus eum *nostrum* appellat [6], Aginnensem rexit ecclesiam, ut scribit sanctus Hieronymus [7]; qua etiam in urbe quæ caput Nitiobrigum est, fortasse ortum habuit. Quo autem anno ad episcopalem dignitatem fuerit evectus, haud est exploratum. Id vero contigerit post annum CCCXLVII. nam inter præsules Gallicanos qui Sardicensi concilio eo ipso anno celebrato interfuere, non recensetur, ut observant Tillemontius aliique [8]. At episcopali certe honore fulgebat anno CCCLVII. quo missam in Gallias a Constantio secundam fidei formulam Sirmiensem, (quæ inter fidei confessiones, Arianicas septima est Athanasio [9], quæque Hilario dicitur [10] *Potamii & Hosii blasphemia*) una cum aliis Galliarum antistitibus respuit ac damnavit; quam præterea conscripto libro acriter confutavit, ut ex ipsius opere satis comperimus [11].

II. His porro strenue gestis, posterius interfuit synodo Ariminensi, anno CCCLIX. ab eodem Constantio coactæ: qua quidem in synodo, eorum quæ primum pro fide catholica contra perfidiam Arianam, nondum captivatis patribus acta sunt, pars magna fuit Phœbadius. Quin etiam postquam ceteri fere omnes cesserunt, ipsemet nihilominus constantissimus cum Servatione Tungrorum episcopo, pro veritate Nicæna plurimum decertavit, Sulpicio teste [12]; omnesque Ariomanitarum impetus invicto sustinens animo, professus est malle se exsilium omne-

1. *Wetst.* Proleg. ad N. T. Gr. cap. VII. pag. 70. edit. in fol.
2. *Maxim.* Disput. cum Pyrrh. opp. tom. II. pag. 168.
3. *Athan.* Apolog. pro fuga sua §. VII. opp. tom. I. pag. 324.
4. Id. Tom. ad Antioch. tom. I. part. II. pagg. 770. 776.
5. Id. Hist. Arian. ad Monach. §. LXXII. pag. 387.
6. *Sulpic.* Hist. sacr. lib. II. cap. XLIV.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. CVIII.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag. 427.
Sammarth. Gall. Chr. tom. II. pag. 895.
Histoir. Litter. de la France, tom. I. part. II. pag. 266.
9. *Athan.* de Synod. §. XXVIII. opp. tom. I. part. II. pag. 744.
10. *Hilar.* de Synod. §. X.
11. *Phœb.* lib. contr. Arian. §§. V. & XXIII. infra pagg. 251. 256.
12. *Sulpic.* Hist. sacr. lib. II. cap. XLIV.

que suppliciorum genus subire, quam fidei formulam ab Arianis conceptam recipere.

Verum postmodum Valentis fraude deceptus, formulam a se prout libuit, immutatam, nihilque nisi catholicum, ut ipsi videbatur, complectentem, admisit ac sua subscriptione firmavit. Nimirum Arianus ille Mursorum episcopus, confessioni fidei Christum non esse creaturam asserenti, hujusmodi sententiam adjecit, *ut sunt aliæ creaturæ*, cui sane inerat hæreseos Arianæ venenum. *Etenim*, ut cum Sulpicio loquar [1], *his verbis similis esse ceteris creaturis Filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris, pronuntiabatur*. Qua de re consulas velim quæ habet sanctus Ambrosius [2].

III. Hinc igitur arguas, non eo usque rem esse deductam, ut ad hæresim Arianam profitendam accesserit Phœbadius: immo vero vix fraude detecta, ipsemet aliique præsules Gallicani, ut inquit Sulpicius [3], *apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum ecclesiarum fidem reformant*. In eamdem sententiam Hieronymus [4]. Quod quidem plenissime adstruitur ex actis ab Hilario [5] ac Theodorito [6] relatis. Errorem itaque insectatus sanctus præsul simul ac primum illum detexit, fidei suæ integritatem palam ostendit; ac propterea de ejus fama nihil inde detractum, ejusque auctoritas neutiquam imminuta: constat enim ipsum deinceps præfuisse conciliis, Valentino anno CCCLXXIV. & Cæsaraugustano sub annum CCCLXXX. coactis. Vitam autem agebat adhuc anno CCCXCII. quo suum *de Viris illustribus* conscripsit librum Hieronymus, qui de Phoebadio in eo hæc habet [7]: *Vivit usque hodie decrepita senectute*; ut proinde per annos ferme XL. ecclesiam rexerit Aginnensem. Vir fuit pietate ac doctrina clarissimus, & Arianorum perfidiæ insectator acerrimus. carus propterea præ ceteris sancto Ambrosio Mediolanensi episcopo, ut ex ipsius epistola eidem Phœbadio ac Delphino Burdigalensi præsuli simul inscripta intelligimus [8]. Ceterum ejus memoria in tabulis ecclesiæ Aginnensis recolitur die XXV. Aprilis. Qua de re pluribus Dionysius Sammarthanus [9] & Bollandiani [10].

IV. Ex iis porro litterarum monumentis quæ ad fidem propugnandam posteris commendavit Phœbadius, unum memorat Doctor maximus; reliqua vero quæ ab eodem auctore perscripta ferebantur, se non legisse profitetur [11]: *Edidit*, inquit, *contra Arianos librum. Dicuntur & ejus esse alia opuscula, quæ necdum legi*. Et exstat quidem *liber contra Arianos*, quem exaravit beatus antistes ad secundam formulam Sirmiensem penitus profligandam, ab Arianis in Gallias missam, Latineque conscriptam ut auctor est Athanasius [12], atque ab Hilario relatam [13]. Hujusmodi autem opusculum cum aliis A nonnullis antiquorum scriptis primus evulgavit Genevæ anno 1570. Theodorus Beza; unde in Patrum bibliothecas transiit. Deinde quorumdam veterum Gallorum theologorum operibus intextum, Petri Pithœi studio Parisiis prodiit anno 1586. Separatim præterea ipsum cum notis edidit Caspar Barthius Francofurti anno 1623. Denique Parisiis iterum anno 1666. excudendum curavit Delalandius [14]. Scriptum autem opus merito existimatur anno circiter CCCLVIII. adhuc superstite Hosio Cordubensi qui laudatam formulam Sirmiensem subsignaverat, ut ex ipso auctore erudimur [15].

V. Verum non hujusce tantum libri auctor fuisse
B perhibetur noster Aginnensis antistes. Hieronymum enim modo enarrantem audivimus, alia ejusdem scriptoris opuscula suo tempore exstitisse, quæ tamen neutiquam ipse legerit. Et alterum quidem etiamnum superest præclarum opus *de fide orthodoxa contra Arianos* quod nos absque ulla cunctatione velut genuinum Phœbadii fetum agnoscimus, sive Hieronymi ductu, sive haud levibus rationum momentis permoti, quas in medium protulerunt eruditissimi viri [16] ad eamdem sententiam adstruendam. Exstat porro hujusmodi liber inter Gregorii Nazianzeni [17] & Ambrosii [18] opera evulgata; quorum tamen utrique abjudicandum esse, doctorum hominum studio luculenter ostensum [19]. Neque vero
C iisdem viris cll. magis probantur eorum placita, qui sive Vigilio Tapsensi, sive Gregorio Eliberitanæ sedis in provincia Bætica episcopo adscribendum opus censuerunt.

Et jure optimo enimvero: nam totius operis contextus stilusque unum plane Phœbadium clamat. Et primum quidem sub initium auctor [20]: *Jam pridem*, inquit, *adversus Arianos libellum edideram*. Ecquis vero non videat hisce verbis præcedens indicari opusculum, procul dubio Phœbadianum, atque ita quidem inscriptum, quemadmodum & illud Hieronymus nominavit? Ad hæc easdem loquendi rationes utroque in opere comperimus: utrobique Sa-
D pientiæ liber sub nomine Salomonis laudatur [21]; & symbolum Nicænum, *tractatus Nicænus* vocatur [22]. Utrobique Sabelliana hæresis cum Ariana conjungitur [23]. Eadem præterea utrobique doctrina, ubi de ratione agitur qua Deus antiquis patribus se conspiciendum præbuit [24]. Eadem denique utrobique eorumdem scripturæ locorum interpretatio, ubi de personarum distinctione sermo habetur. Hæc aliaque complura latius pertractata videas apud Gallicæ historiæ litterariæ scriptores, quos modo semel iterumque laudavimus.

VI. Illud porro advertere juverit, quod nemini hactenus observatum: Phœbadium scilicet consue-
E

1. *Sulpic.* Hist. sacr. lib. II. cap. XLIV.
2. *Ambros.* de Fide lib. III. cap. XVI. numm. 129. 130. opp. tom. II. pag. 519.
3. *Sulpic.* Hist. sacr. lib. II. cap. XLV.
4. *Hieron.* Dial. advers. Lucifer. §. XIX. opp. tom. II. pag. 191. edit. Veron.
5. *Hilar.* ex op. hist. Fragm. XI. num. I.
6. *Theodor.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXII.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. CVIII.
8. *Ambros.* epist. LXXXVII. opp. tom. II. pag. 1106.
9. *Sammarth.* Gall. Christ. tom. II. pag. 896.
10. *Bolland.* Act. SS. April. tom. III. pag. 366.
11. *Hieron.* l. c.
12. *Athan.* de Synod. §. XXVIII. opp. tom. I. part. II. p. 744.
13. *Hilar.* de Synod. §. X.
14. *Delal.* Supplem. Concil. Gall. pag. 3-91.
15. *Phœb.* lib. contr. Arian. §. XXIII. infra pag. 256.
16. *Hist. litter. de la France*, tom. I. part. II. pagg. 273. & suiv.
17. *Gr. Naz.* Orat. XLIX. opp. tom. I. pagg. 717. seqq.
18. *Ambros.* Append. tom. II. pag. 346. edit. Paris. BB.
19. *Nourry* ad Ambros. Append. l. c.
Tillem. Mem. eccl. tom. IX. pag. 727. not. LXIV. sur S. Greg. de Naz.
Hist. litt. de la Fr. l. c.
20. *Phœbad.* de fid. orth. cap. II. infra pag. 257.
21. Id. lib. contr. Arian. §§. VII. XI. pagg. 251. 252.
— De Fid. orth. cap. V. pag. 261.
22. Id. lib. contr. Arian. §. XXVII. pag. 256.
— De Fid. orth. cap. VIII. pag. 264.
23. Id. lib. c. §. XIII. pag. 253.
— De Fid. cap. VIII. p. 264.
24. Id. lib. c. §. XVII. p. 254.
— De Fid. cap. VIII. pag. 263.

viſſe lucubrationes ſuas tacito auctoris nomine in vulgus emittere, ut ipſemet teſtatur ubi ait [1] „ ſe „ amico legendum dediſſe LIBELLUM ADVERSUS „ ARIANOS, ſimulque ab eo magnopere poſtulaſſe, „ ut interim DISSIMULATO AUCTORE, doctis vi„ ris & prudentibus legeret; ut ſi quem moviſſet, „ quod illic plus aut minus poſitum videretur, „ poſſet plurimorum conſilio emendari. „ Hæc ille. Atque ita quoque ſe geſſerit ſanctus Pater in eo evulgando, de quo verba facimus. Hinc vero, ut par eſt conjicere, orta occaſio hujuſmodi opus Gregorio Nazianzeno & Ambroſio, tantis eccleſiæ ſive Græcæ ſive Latinæ patribus, adſcribendi. Accedit præterea, ut viris doctis animadverſum, quod ex eodem Phœbadii opere avulſum fragmentum libro *de Patris & Filii unitate* intextum fuit, qui inter Hilarii Pictavenſis opera circumfertur [2], nec non ſermoni quem diutiſſime Auguſtino adjudicarunt [3]. Quæ utique omnia junctim accepta, operis & antiquitatem arguunt & elegantiam, ſimulque auctorem doctrina & eruditione præſtantem virum evincunt.

Ceterum opuſculi exemplar typis expreſſimus, quod ad mss. codices vetereſque editiones recenſuit Nourryus doctiſſimus monachus Benedictinus in ſua præclara operum Ambroſianorum editione, in Appendice ad tomum II. pagg. 345 — 358.

VI. Supereſt ut paucula dicamus de *libello fidei*, qui tertium inter Phœbadiana locum in noſtro edito tenet: eſt enim præcedentis *de fide orthodoxa* tractatus veluti compendium; neque ſolum materiæ affinitate, ſed & ſcriptoris ipſius conſilio alteri conjungendus. Exſtat autem libellus ille inter Gregorii Nazianzeni orationes, numeraturque L. Jam vero inter eruditos convenit [4], iſtam orationem L. quæ Nazianzeni eſſe putatur, ita concinere cum XLIX. quæ ipſius pariter exiſtimatur, ut unum eumdemque referat auctorem. Porro quum ex ſuperius dictis ſatis conſtet, orationis XLIX. auctorem eſſe Phœbadium; propterea quæ eſt L. ipſi quoque jure aſſerenda. Neque hac de re plura contexere animus eſt: qui pleniora deſiderat, viros doctos conſulat, quos affectati ſumus [5]. Noſtram autem libelli hujus editionem ad noviſſimam Ballerinianam exegimus [6].

CAPUT XVI.

DE

TITO BOSTRENSI EPISCOPO.

I. TITUS Boſtræ in Arabia eccleſiam regebat, quo tempore imperator renuntiatus eſt Julianus. Rerum potitus ille apoſtata, quum eccleſiarum præſules potiſſimum ex urbibus ejiciendos curaret, Boſtrenos etiam malis artibus hortatus eſt, ut Titum epiſcopum tamquam civium delatorem expellerent clamante præcone. Rem narrat Sozomenus [7], ediſſeritque Baronius [8]. Exſtat etiamnum hæc Juliani epiſtola Boſtrenis inſcripta [9]; in qua verba nonnulla refert quibus uſus erat noſter præſul Boſtrenſis in libello ad ipſum Julianum miſſo, unde poſtmodum imperator eidem calumniam ſtruxit. Porro exſtincto Juliano, ad ſynodum Antiochenam ſe contulit anno CCCLXIII. a Meletio coactam, cujus etiam ſynodicæ, ad Jovianum imperatorem oblatæ ſubſcripſit; ejuſque nomen inter aliorum epiſcoporum ſubſcriptiones comparet apud Socratem [10]. *Moritur autem ſub Valente*, inquit Hieronymus [11]; id eſt, ſaltem ante annum CCCLXXVIII. De titulo *Sancti* quo perinde ac Irenæus Lugdunenſis, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus aliique hujuſmodi patres, honeſtatur noſter antiſtes in regia venerandæ antiquitatis catena commentariorum in Lucam, conſulas ſi placet Combefiſium [12]. Neque aliter in Parallelis Damaſcenicis appellatur [13].

II. Titi Boſtrenſis doctrinam maximi ducunt veteres. Inter eos patres ipſum refert Hieronymus [14], *qui in tantum philoſophorum doctrinis atque ſententiis ſuos refarciunt libros, ut neſcias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſæculi an ſcientiam ſcripturarum*. Et Sozomenus multos quidem tradit [15] ea tempeſtate in eccleſiis floruiſſe admodum doctos & eloquentes viros; ſed præ ceteris Titum Boſtrenſem, ἐπιστημότατον, celeberrimum prædicat. Scripſit autem præclarum opus adverſus Manichæos doctiſſimus Pater poſt Juliani cædem atque imperante forte Joviano, aut certe ſub initium imperii Valentis, ut ex iis conſtat quæ tradit ipſemet auctor in hæc verba [16] „ Et ſi, inquit, civitates concidant, ſicut NUPER contigit, quum ille impiiſ„ ſimus (apoſtata) dominaretur, οἷα δὴ καὶ ΠΡΩΗΝ „ ἐπὶ τῷ λίαν ἀσεβήσαντος, & errorem idololatriæ „ recoleret ac renovaret „ cet.

III. Porro in quatuor libros diſpeſcuit opus ſuum Boſtrenſis antiſtes, quos *fortes* appellat Hieronymus [17], & legiſſe videtur Epiphanius [18] qui ſcribebat anno CCCLXXVI. ut advertit Tillemontius [19]. Eos item memorat apud Photium [20] Stephanus Gobarus tritheita, qui & nonnulla inde profert; nec non Heraclianus Chalcedonenſis epiſcopus, ut auctor eſt idem Photius [21]. Verum non eſt heic illud omittendum, quod adnotat Baſnagius [22]: hunc nimirum præſulem Chalcedonenſem, qui circa tempora Anaſtaſii imperatoris claruiſſe fertur [23], & cujus doctri-

1. *Phœbad.* de Fid. orthod. §. II. pag. 257.
2. *Hilar.* opp. tom. II. pag. 719. edit. Veron.
3. *Aug.* opp. tom. V. in Append. Serm. CXIII. pag. 206. edit. BB. Pariſ.
4. *Queſn.* Diſſert. XIV, ad opp. S. Leon. §. VII. tom. II. p. 380. edit. Lugd.
Baller. opp. S. Leon. tom. III. 1700. pag. 945.
5. *Hiſt. litter. de la France*, tom. I. part. II. p. 279. num. 3.
6. *Baller.* l. c. pag. 279.
7. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. V. cap. XV.
8. *Baron.* ad ann. 362. §. CLVII.
9. *Julian.* epiſt. LII. inter ejus opp. pag. 435. edit. Lipſ.
10. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. III. cap. XXV.
11. *Hieron.* lib. de Vir. illuſtr. cap. CII.
12. *Combef.* Recenſ. auct. ad Bibl. concion. tom. I. p. 49.
13. *Damaſc.* Parall. infra pagg. 348-358.
14. *Hieron.* epiſt. LXX. al. LXXXIV. ad Magnum orat. §. IV. opp. tom. I. pag. 427. edit. Veron.
15. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. III. cap. XIV.
16. *Tit.* lib. II. adv. Manich. §. XVI. infra pag. 308.
17. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. CII.
18. *Epiph.* Hær. LXVI. cap. XXI.
19. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 383.
20. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXII. pag. 894. ſeq. edit. Rothom.
21. Id. ibid. cod. LXXXV. pag. 203.
22. *Baſnag.* ad Theſ. Caniſ. tom. I. pag. 57. §. III.
23. *Lequien.* Or. Chriſt. tom. I. pag. 602.

næ placita sancto Maximo haud probata fuisse comperimus [1], Titum Bostrensem redarguere, quod scribens adversus Addam seu potius Buddam, se Manichæos refellere existimarit. Iniqua plane censura. Fac enim, Buddam ante ipsum Manetem hæreseos Manichaicæ exstitisse auctorem, aut si mavis, unum ex duodecim ejusdem Manetis discipulis fuisse, ut ex Petro Siculo [2] & Photio [3] erudimur: quum tamen discipuli errantem affectati magistrum, in præcipuis capitibus conveniant, adeoque Manes non secus ac Buddas docuerit; non erat enimvero cur Titus eo nomine reprehenderetur, qui dum Buddam perstrinxit, Manetem quoque ipsum ejusque sectatores confutasse jure optimo existimatur.

IV. Ad editionem quod attinet Titi Bostrensis operis adversus Manichæos, libros tres priores cum integris librorum quatuor argumentis, primus edidit ex versione Francisci Turriani Henricus Canisius [4]: Græca vero Jacobus Basnagius [5], qui ea ex bibliothecæ Holstenianæ Hamburgensis codice descripta, Joanni Friderico Wincklero refert accepta: quo quidem in codice haud plura exstare novimus, quam quæ vertit laudatus Turrianus; ut propterea interpres vel eo ipso exemplari, vel eidem simili usus fuisse videatur. Quartus porro liber totus intercidit. Hanc autem Basnagii editionem minus accurate fuisse adornatam, merito censuit Petrus Wesselingius V. C. his verbis [6]: „ Inserti sunt, „ inquit, Canisianis lectionibus Titi Bostrensis, „ viri pii & egregie docti, *in Manichæos* scripti „ *libri*; sed, quod dolemus, laceri & spissis maculis „ deturpati. Facile fuisset ad animadvertendum, „ modo viro docto cui Græca debemus, libuisset, „ intextam extremo libro tertio disputationem de „ hominis creatione, quam Titi adversarii diabolo acceptam ferebant, ab eo loco quo legem esse bonam & cum Novo Testamento congruere „ docet, esse alienam, referrique oportere ad eam „ libri primi partem, qua duo ingenita principia, „ duasque radices, bonam alteram, alteram malam, „ unde omnia bona malaque prodierint, oppugnat, „ obiterque hominem Dei optimi maximi esse opus

A „ ostendit. Addi etiam, & editionem condecorare „ potuissent fragmenta ex hoc Titi opere a Græcis nobis servata: cujusmodi sunt in primis ea „ quæ exscripsit auctor Parallelorum sacrorum, quæ „ vulgo Joanni Damasceno tribuuntur, & e Rupefucaldino codice vulgata sunt a D. Michaele „ Lequien. — Esse autem in Parallelis quædam „ emendatius perscripta, non est ut moneam: ipsa „ locorum collatio rem manifestabit. „ cet.

V. Viro docto monenti morem gessimus. Et primum quidem omnia exscripsimus quæ in Parallelis Rupefucaldinis occurrunt, ad textum Titi Bostrensis adversus Manichæos evulgatum sive castigandum sive B supplendum; eaque ad calcem rejecimus: quo scilicet quisque locorum collatione instituta, de lectionum veritate judicium ferat. Deinde notulas textui subjecimus, quibus tum Parallelorum loca indicantur, tum etiam locis vexatis aut corruptis lux affunditur, aut integritas restituitur. In idem præterea consilium nonnulla sumus ex Photio mutuati. Ad hæc quatuor librorum integri operis Titi argumenta subdidimus. Denique trium superstitum librorum lemmata contexuimus, quibus conspectus totius operis exhibetur.

VI. His porro addita est *Oratio in Ramos palmarum*, quæ sub Titi Bostrensis nomine circumfertur. C Qui ex codice regio eam edidit Combefisius [7], dubitat ejus ne sit de quo heic sermo, an vero alterius junioris, cujus commentarii in Lucam esse feruntur. Nimirum duos ille Titos Bostrenorum episcopos commentus est; quum tamen veteres unum tantum agnoscant. Alibi autem idem editor nihil vetare ait [8], uti nec aliquid cogere, quin hæc ipsa Oratio seniori detur. Simulque subdit: „ Cujuscumque vero sit, opus est eruditum, egregiis „ refertum sensis, ac dogmatis accuratum, ut quis„ que theologus ipsa statim lectione videbit. Locos „ scripturæ scite admodum exponit ac applicat, ut „ nihil desiderari videatur. „ Sed hæc satis de Tito Bostrensi. Ceterum de commentariis in Lucam D ejus nomine inscriptis, nos alias opportunius.

CAPUT XVII.

DE

APOLLINARIO

EPISCOPO LAODICENO.

I. Apollinarius, *patre presbytero* [9] sibi cognomine, Laodiceæ in Syria ortus, lector primum Laodicenæ illius ecclesiæ, ut scribit Socrates [10], fuit ordinatus. Humaniorum disciplinarum peritia instructus, poeta quoque eximius atque orator insignis [11], ingenio, exercitatione, doctrina plurimum excelluit, omniumque scriptorum copiosissimus audiit [12]. Et magnæ quidem in ecclesia existimationis illum fuisse, passim ex veteribus intelligimus [13]; qui propterea fuerit ad Laodicenam ecclesiam regendam evectus. Neque enim de Apollinarii episcopatu dubitare cum Photio [14] fas est. Silent quiE dem hac de re Gregorius Nazianzenus, Basilius, Epiphanius, Theodoritus, Socrates ac Sozomenus; quin & Leontius Byzantinus eum presbyterum dumtaxat appellat [15]: at vero Apollinarium fuisse antistitem Laodicenum testatur Hieronymus [16] qui eum probe noverat, quippe cum *ipsum audierit Antio-*

1. *Maxim.* opp. tom. II. pag. 65.
2. *Petr. Sic.* Hist. Manich. pag. 30.
3. *Phot.* lib. I. contr. Manich. §. XIV. apud Wolf. Anecd. Gr. tom. I. pag. 54.
4. *Canis.* Lect. antiq. tom. V. pagg. 35. seqq.
5. *Basnag.* Praef. Canis. tom. I. pag. [illegible] seqq.
6. *Wessel.* Probab. lib. sing. cap. [illegible] pag. [illegible] seqq.
7. *Combef.* Auct. nov. tom. I. pag. 635-651.
8. Id. in recens. auct. ad tom. I. Bibl. conc. pag. 49.
9. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. CIV.
10. *Socr.* Hist. eccl. lib. II. cap. XLVI.
11. *Suid.* v. Ἀπολλιν. tom. I. pag. 280.
12. *Basil.* epit. CCXLIV. al. LXXXII. §. III.
13. *Epiph.* Hær. LXXVII. §. XXIV.
14. *Phot.* in epit. Philost. lib. VIII. cap. XV.
15. *Leont.* de Sectis act. IV. pag. 506. tom. XI. bibl. PP. Parif.
16. *Hieron.* l. c.

chiæ frequenter & coluerit [1]. Neque aliter Rufinus [2], Nemeſius [3], Philoſtorgius [4] aliique. Quandonam vero id contigerit valde operoſum eſt definire, ſi audias Lequienium [5], At illud ſaltem exploratum habemus, concilio Alexandrino anno CCCLXII. ab Athanaſio celebrato quoſdam monachos interfuiſſe ab Apollinario epiſcopo in hoc ipſum miſſos [6]; *παρῆσαν καί τινες Ἀπολιναρίου τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο πεμφθέντες*. Ceterum quum conſtet, eo ipſo tempore Laodicenam eccleſiam rexiſſe quoque Pelagium, qui anno inſequente CCCLXIII. ad ſynodum Antiochenam perrexit, ut ex Socrate conſtat [7]; exiſtimarim equidem cum Tillemontio [8], Apollinarium Laodiceæ *ad mare* ſitæ, Pelagium autem Laodiceæ *ad Libanum*, epiſcopos ſimul exſtitiſſe.

II. Porro Apollinarius, ingenii, eruditionis ac pietatis laudibus clarus; qui nimirum hæreſes multis voluminibus oppreſſerat, & inimicos fidei confutarat errores, ut ait Vincentius Lirinenſis [9]; quique Epiphanio teſte [10], exſilium ſuſtinuerat quod Arianis aſſentiri nollet, orthodoxis omnibus propterea longe cariſſimus; Apollinarius, inquam, talis ac tantus vir, ab eccleſia tandem diſceſſit, ac Dimœritarum hæreſim ex ſuo nomine appellatam condidit propugnavitque. Quo autem tempore id acciderit, haud plane compertum habemus. Vaferrimus enim homo ſedulo ſtuduit, ut omnem pravæ ſententiæ ſuſpicionem ab ſe amoliretur: quod ſane, ad tempus ſaltem, ex voto illi ceſſiſſe videtur. Verum ante annum CCCLXII. quo celebrata eſt ſynodus Alexandrina, erroris ſui ſemina ſparſiſſe clanculum hæreſiarcha ille comperitur. In ea namque ſynodo quum expendenda eſſet Apollinarii doctrina, monachi ab eo legati, ut ſuperius diximus, doctoris quidem ſui ſententiam expoſuere, ſed vafre ac ſubdole, occultato ſcilicet hæreſeos veneno. Quod ſane colligere in promtu eſt ex ipſius Apollinarii epiſtola ad epiſcopos Diocæſareæ congregatos, quam Leontius Byzantinus nobis ſervavit [11]. Siquidem, ut obſervat vir doctus [12], ea in epiſtola, cetera quidem ut a monachis Alexandriam ab eo miſſis allata fuerant profitetur; adjicit tamen *ipſum Verbum carnem eſſe factum, non aſſumta mente humana, mente mutabili, quæ turpibus cogitationibus captiva ducitur, ſed divina mente immutabili & cæleſti*. In concilio igitur Alexandrino Apollinarii doctrina, ut a monachis expoſita eſt, utpote catholica, admiſſa fuit. Et vero licet Athanaſius haud ſemel poſtea in Apollinariſtarum errores invectus ſit [13], numquam tamen Apollinarium ipſum nominatim eſt adortus: quoniam videlicet, ut quidem opinamur, dum vixit Athanaſius, Apollinarius occulte ſerpens, errores ſpargebat quidem quantum in ipſo ſitum fuit; apud Athanaſium autem catholicæ & ſinceræ fidei ſtudium ementiebatur, ut patet in primis ex duabus epiſtolis Serapioni Thmuenſi epiſcopo inſcriptis [14]. Athanaſio demum defuncto, palam apertiſque verbis in ipſa Diocæſarienſi ſynodo homo callidus virus hæreſeos ore impio evomuit.

III. Supremum porro diem obiiſſe Apollinarium imperante Theodoſio, tradit Hieronymus [15], anno circiter, ut videtur [16], CCCLXXXII. grandævus nimirum ſenioque confectus, *καταγεγηρακώς*, teſtibus Epiphanio [17] & Nilo [18]. Ex quibus ergo videas quid ſentiendum de his Procli verbis quæ leguntur in Oratione ab eo habita in ſynodo ſecunda Conſtantinopolitana [19]: *Et Athanaſius*, inquit, *diverſas epiſtolas ad Apollinarium ſcribit, tamquam eadem in fide ſapientem: & tamen poſtea libros integros* POST MORTEM APOLLINARII *ſcripſit adverſus eum, cognitis illius in ſcriptis blaſphemiis. Et nihil Apollinario profuerunt quæ ante ad illum, tamquam eadem in fide ſapientem, ſcripta ſunt*. Cenſuit itaque Proclus, ante Athanaſium vita functum fuiſſe Apollinarium. Quæ quidem ſententia cum vetuſtioribus eccleſiaſticis ſcriptoribus pugnare dignoſcitur; ex quibus erudimur, Athanaſium antea ſub Valente, poſtea vero ſub Theodoſio Apollinarium e vivis exceſſiſſe.

IV. *Longum eſt univerſa* Apollinarii *opera commemorare; quibus profecto ſummis ædificatoribus Eccleſiæ par eſſe potuiſſet, niſi profana illa hæreticæ curioſitatis libidine neſcio quid adinveniſſet, quo & cunctos labores ſuos velut cujuſdam lepræ admixtione fœdaret, & committeret ut doctrina ejus non tam ædificatio quam tentatio potius eccleſiaſtica diceretur*. Verba ſunt Vincentii Lirinenſis [20]. Et Hieronymus, *in ſanctas ſcripturas innumerabilia* ipſum *ſcripſiſſe volumina* tradit [21]. Verum ex tot tantiſque Apollinarii litterarum monimentis una ſuperat *Pſalmorum metaphraſis* heroicis carminibus conſcripta. Dubitarunt nonnulli ex recentioribus quos inter Jacobus Duportus [22], an metaphraſeos quæ circumfertur, Apollinarius auctor exſtiterit; propterea quod, inquit „ quum e veteribus non pauci Apol„ linaris operum meminerint, Hieronymus, Socra„ tes, Sozomenus, Philoſtorgius, alii; eorum ta„ men nemo iſtius metaphraſeos mentionem facit. Immo vero, ait Fabricius [23], meminerunt manifeſte, dum vetus & novum Teſtamentum ſive metaphraſi ab Apollinario expreſſum, ſive alio ſcriptionis genere illuſtratum teſtantur. Qua de re in primis Sozomenum videas [24]. Itaque a codicum mſs. auctoritate quorum octo laudat cl. Montfauconius [25], quique Pſalmorum metaphraſin Apollinario, & quidem epiſcopo Laodiceno adſcribunt, haud recedendum putaverim.

V. De operis pretio varia feruntur eruditorum judicia. Alii ſevere, & acrius fortaſſe quam par ſit, Metaphraſtæ ſtilum virgula cenſoria caſtigant.

1. *Hieron.* epiſt. LXXXIV. al. LXV. ad Pammach. §. III. p. 519.
2. *Rufin.* Hiſt. eccl. lib. II. cap. XX.
3. *Nemeſ.* lib. I. de Nat. hom. cap. I. pag. 2. edit. Oxon. 1671.
4. *Philoſt.* Hiſt. eccl. lib. VIII. cap. XV.
5. *Lequien.* Or. Chriſt. tom. II. pag. 794.
6. *Athan.* Tom. ad Antioch. opp. tom. II. part. II. p. 776.
7. *Socr.* Hiſt. eccl. lib. III. cap. XXV.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. p. 790. not. IV. ſur les Apollinar.
9. *Vinc. Lir.* Common. cap. XI.
10. *Epiph.* Hær. LXXVII. §. XXIV.
11. *Leont. Byz.* lib. adv. fraud. Apollinar. tom. I. Theſ. Caniſ. pag. 608.
12. *Montf.* in Vit. Athan. pag. LXXIX. §. XI.
13. *Athan.* in epiſt. ad Epictet. & in duobb. libb. contr. Apollin. opp. tom. I. part. II. pagg. 901. 921. ſeqq.
14. Apud *Leont. Byz.* de ſuppoſ. ab Apollin. ſcript. tom. XI. pag. 1031. bibl. PP. Pariſ.
15. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. CIV.
16. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 627.
17. *Epiph.* Hær. LXXVII. §. II.
18. *Nil.* lib. I. epiſt. CCLVII.
19. Conc. tom. V. pag. 459. apud *Montf.* ad Athan. opp. tom. I. part. II. pag. 921.
20. *Vinc. Lir.* Commonit. cap. XI.
21. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. CIV.
22. *Duport.* præfat. ad Pſalm. metaphr. Lond. 1674.
23. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. pag. 667. not. *
24. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. V. cap. XVIII.
25. *Montfauc.* in Ind. ad tom. I. Bibl. biblioth.

Alii vero Græcam quidem eſſe orationem & ſatis poeticam, immo interdum ποιητικωτάτην, ſed ſæpe etiam Græcæ poeſeos genium in ſcriptore deſiderari cenſent. Alii contra, plurimi opus ducunt. At equidem illorum ſententiæ acceſſerim, quibus non perinde ubique elaboratum opus videtur: ſiquidem in ſuis conſcribendis libris deproperaſſe Apollinarium, ex Baſilio intelligimus [1]: „ Quum ille, in„ quit, ſcribendis facilitate linguam ad omne ar„ gumentum promtam haberet, ſcriptis ſuis terra„ rum orbem replevit, contemta objurgatione illius „ qui dicit [2]: *Cave facere libros multos*, „

VI. Præter *Pſalmorum metaphraſin* duæ quidem exſtant Apollinarii epiſtolæ magno Baſilio inſcriptæ, quas ſæculo ſuperiore deſinente in lucem protulit Cotelerius [3]. Sed pro inſtituti noſtri ratione quam in præfatione generali expoſuimus, ab iis excudendis temperandum fuit, ob eas in primis rationes quas in medium adfert eruditiſſimus editor [4]. „ Adduci non poſſum, inquit, ut credam has quatuor epiſtolas, Baſilii duas & *duas Apollinaris*, genuinas eſſe: arbitror magis confictas fuiſſe ab Arianis vel ab Apollinariſtis, famoſis hujuſcemodi ſuppoſitionum artificibus, quo celeberrimi nominis doctores Apollinariſmi ſuſpectos redderent: qua de ſuſpicione conqueruntur Gregorius epiſt. I. ad Cledonium, & Baſilius epistt. 73. 82. 293. 345. 392. tum vero epiſt. 59. Sententiæ meæ ratio eſt, quod quum Baſilio objicerentur litteræ ad Apollinarem ſcriptæ, reſpondit ille, eas de fide non fuiſſe, ſed ſimplicis & amicæ ſalutationis, nec ſe præceptoris vel diſcipuli locum umquam obtinuiſſe erga eum; tum epiſtolam illam in manus interpolatrices incidiſſe. At epiſtolæ noſtræ de fide & ſancta Trinitate ſunt, ac de ſcripturæ ſacræ locis difficilibus, ſupponuntque magnum fuiſſe commercium litterarum inter Apollinarem & Baſilium Gregoriumque: ſed & in iis Apollinaris tamquam magiſter & unicus Eccleſiæ doctor interrogatur. Quid quod Arianiſmi & Apollinariſmi velut ſparſa videntur continere ſemina? „ Hæc ille, Neque aliter ſane cenſuit vir doctiſſimus, qui S. Baſilii operum tomum III. recens evulgavit [5], quique propterea eaſdem Apollinarii & Baſilii epiſtolas ſpuriis accenſendas duxit [6].

C A P U T XVIII.

D E

S. O P T A T O

EPISCOPO MILEVITANO.

I. Optatus Afer, Milevitanæ urbis in Numidia epiſcopus, Valentiniano & Valente principibus claruit, ut ſcribit ſanctus Hieronymus [7]. Ex idolorum cultu Chriſtianæ militiæ nomen dediſſe videtur: ſanctus enim Auguſtinus Optatum accenſens Cypriano, Lactantio, Victorino & Hilario, ait [8] ipſum *auro & argento & veſte ſuffarcinatum exiiſſe de Aegypto*. Alibi autem eumdem *venerabilis memoriæ catholicæ communionis epiſcopum* appellat [9]; ſimulque Ambroſio Mediolanenſi antiſtiti parem facit [10]. Præterea, jam ab initio ſæculi VI. *Sanctus* dicitur Fulgentio Ruſpenſi epiſcopo, eximiæ ſanctitatis & doctrinæ viro; qui & noſtri Milevitani præſulis auctoritatem, ſanctorum Ambroſii & Auguſtini teſtimoniis adjungit, eorumque trium Patrum ſententiæ ſe adhærere profitetur [11]. Quo autem anno ſanctus Optatus ſupremum diem clauſerit, haud liquet. Ipſum tamen e vita exceſſiſſe poſt annum CCCLXXXIV. colligi poſſe videtur ex ſucceſſione Romanorum pontificum ab eo contexta. Sic enim ait [12]: *Damaſo ſucceſſit Siricius*, HODIE QUI NOSTER EST SOCIUS; *cum quo* NOBISCUM *totus orbis commercio formatarum*, *in una communionis ſocietate* CONCORDAT. Eo autem quem diximus anno CCCLXXXIV. Damaſo ſucceſſiſſe Siricium, ex Eccleſiæ faſtis conſtat. Qui ergo floruit ſub Valentiniano & Valente principibus juxta Hieronymum, Theodoſio demum imperante fato conceſſerit. Recolitur ejus memoria in martyrologio Romano, eaque ſub die IV. Junii conſignatur.

II. Scripſit ſanctus Pater *adverſum Donatianæ partis calumniam libros ſex*, *in quibus aſſerit*, *crimen Donatianorum in nos falſo retorqueri*. Verba ſunt Doctoris maximi [13]. Scribendi occaſionem Optato præbuit Parmenianus epiſcopus Donati ſucceſſor; qui ut ſectæ ſuæ placita adſtrueret, catholicam eccleſiam aggreſſus, [14] *quidquid ſentire potuit non ſolum dixit*, *ſed etiam in ſcriptura digeſſit*. Iſtiuſmodi autem Parmeniani tractatum, diverſum plane ab ejus Epiſtola Tichonio Donatiſtæ oppoſita, quam confutandam ſibi ſumſit ſanctus Auguſtinus, egregie refellit noſter Milevitanus epiſcopus; opuſque ſuum in ſex libros partitur, quorum argumenta recitat ipſemet auctor [15]: quemadmodum ſcilicet totidem legiſſe Hieronymum, ex eo modo audivimus. Qui vero dicitur liber Optati ſeptimus, prout exſtat in pleriſque mss. & vulgatis codicibus „ nihil aliud eſt, ut cum Dupinio loquar [16], „ quam triplex additamentum ad tres Optati li„ bros, atque ideo non plures quam ſex re vera „ fuerunt aut enumerandi ſunt. Porro veriſimile „ eſt in veteribus Optati codicibus quos præ ma„ nibus habebat Hieronymus, hæc additamenta ad „ finem appoſita fuiſſe ſine libri VII. inſcriptione: „ atque hinc effectum, ut ſex tantum librorum „ Optati mentionem fecerit. „ Hæc ille: qui & paullo ſuperius, eadem additamenta fuiſſe ab ipſo Optato compoſita, opere jam confecto, fuſius oſtendit. Luculentius in eamdem ſententiam plura congerit doctiſſimus Tillemontius [17].

1. *Baſil.* epiſt. CCLXXIII. al. LXXIV. num. 4. opp. tom. III. pag. 406.
2. *Eccle.* XII. 12.
3. *Cotel.* Monum. eccl. Gr. tom. II. pagg. 86. 90.
4. Id. ibid. pag. 553.
5. *Maran.* Vit. Baſil. pag. CLXXIII. §. IV.
6. *Baſil.* opp. tom. III. pag. 463. ſeqq.
7. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. CX.
8. *Aug.* lib. II. de Doctr. Chr. cap. XL. num. 61.
9. Id. lib. I. contr. Epiſt. Parmen. cap. XIII. num. 5.
10. Id. lib. de Unit. Eccl. cap. XIX. num. 50.
11. *Fulg.* lib. II. ad Monim. cap. XIII.
12. *Optat.* de ſchiſm. Donat. lib. II. cap. III. infra p. 471.
13. *Hieron.* l. c.
14. *Optat.* lib. I. cap. IV. 15. Id. ibid. cap. VII.
16. *Dupin.* præfat. ad Optat. pag. 5.
17. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag 716. not. XXIX. ſur les Donatiſtes.

III. Jam vero temporis notatio Hieronymiana, A qua *ſub Valentiniano & Valente principibus* ſcripſiſſe perhibetur Optatus, ex iis comprobatur quæ idem auctor variis in locis litteris conſignavit. Et primum quidem [1]: *Ferme*, inquit, *ante annos ſexaginta, & quod excurrit, per totam Africam perſecutionis eſt divagata tempeſtas*. Quæ ſane verba quum de perſecutione Diocletianea quæ in occidente ab anno CCCIII. ad CCCV. deſæviit, eſſe accipienda nemo non videat; nos proinde admonent, Optatum anno circiter CCCLXVI. ad ſcribendum acceſſiſſe. Præterea Julianum Valentiniani deceſſorem jam periiſſe memorat hiſce verbis [2]: *Occurrit Dei judicium, ut ille qui vos jam dudum redire juſſerat, imperator profanus & ſacrilegus moreretur, qui perſecutionem* B *vobis provocantibus jam miſerat aut mittere diſponebat*. Medio autem anno CCCLXIII. interiiſſe apoſtatam, in comperto eſt. Ad hæc *Photinum præſentis temporis hæreticum* vocat [3]. At Photinum e medio ſublatum fuiſſe anno CCCLXXVI. ex Hieronymi Chronico intelligimus. Ex quibus ergo colligere in promtu eſt, inter annum circiter CCCLXIII. ab apoſtatæ interitu, ſive CCCLXVI. quo Diocletiani perſecutio deferbuit in Africa, & annum CCCLXXVI. quo e vivis exceſſit hæreſiarcha Photinus, Optatum libros adverſus Parmenianum ſcripſiſſe.

IV. At enim meminit quoque auctor Siricii papæ [4], qui ut ſub initium vidimus, anno demum C CCCLXXXIV. ſedere cœpit: proindeque propoſita modo chronica notatio corruat neceſſe fuerit. Sed nodum iſtum facili ſolvet negotio, quiſquis ad ea reſpexerit, quæ de operis ab Optato digeſti libro VII, poſt viros doctos ſummatim adtulimus: Siricii nomen videlicet poſt abſolutum opus fuiſſe ab auctore adjectum. Atque ita ſane rem ſe habere illud palam evincit, quod Optatus, ut obſervat Dupinius [5], eorum ſeriem contexens qui ex parte Donati ſe Romanos epiſcopos eſſe jactitabant, de Macrobio tamquam præſente atque in vivis agente, poſt factam Siricii mentionem, mox loquitur in hæc verba [6]: *Ecce*, inquit, *præſentes ſunt ibi* (Romæ) *duorum memoriæ Apoſtolorum: dicite, ſi* D *ad has ingredi potuit, aut obtulit illic, ubi ſanctorum memorias eſſe conſtat. Ergo reſtat, ut fateatur ſocius veſter Macrobius, ſe ibi ſedere ubi aliquando ſedit Encolpius*, cet. „ Quis porro, ſubdit vir eruditus, ex his non intelligat Macrobium Encolpii ſucceſſorem in ſerie Romanorum epiſcoporum e parte Donati ſuperſtitem adhuc fuiſſe, dum hæc ſcriberet Optatus? Atqui ſub capitis citati finem [7] *Lucianus* & *Claudianus* Macrobii ſucceſſores recenſentur; *Igitur quia Claudianus Luciano, Lucianus Macrobio, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victori ſucceſſiſſe videntur*: cet. Ex his vero *Claudiani* & *Luciani* nomina fuiſſe adjecta, confecto jam opere, manifeſtum eſt. Neque E porro ab alio quam ab ipſo auctore addita fuiſſe videntur: non certe ab exſcriptore recentiore, cui nota eſſe non poterant ignobilium illorum epiſcoporum nomina, de quibus altum in hiſtoria ſilentium. „ Quod ſi poſterior hujuſmodi additio ab unius Optati manu operi abſoluto acceſſiſſe merito agnoſcitur: quidni & altera de Siricio Damaſi ſucceſſore proxime adjecta, ex eodem auctore proceſſerit?

V. Quanta porro ſit operis præſtantia atque utilitas, facile quiſque dignoſcere poteſt ex uniuſcujuſque libri capitum conſpectu, quem pro more ſubjiciendum curavimus. Hinc enim liquet, complura proferre auctorem ad catholicam doctrinam ſive adverſus hæreſes ſive adverſus ſchiſmata propugnandam comparata. Præclara item ſuggerit eccleſiaſticæ diſciplinæ ac veteris præſertim hiſtoriæ documenta, quæ alibi fruſtra requiras. Atque ut uno verbo rem tranſigam, quiſquis Optati libros attente perlegerit, plurima notatu digniſſima ſibi occurrere, ſumma animi voluptate perſpiciet.

„ [8] His accedit ſtili dignitas ac vehementia. Subtiliſſime ſimul & acutiſſime mentem ſuam exprimit: quæ loca profert, ingenioſe ediſſerit: quos narrat eventus, oculis pæne ſubjicit: quos aggreditur, acriter urget: atque ubique verbis utitur & locutionibus ad illud quod promere intendit ſignificandum aptiſſimis. Quæ quidem omnia operis auctorem excellentis fuiſſe ingenii, atque doctrina & eruditione præſtantem, cuique rite attendenti palam produnt. „

Illud quoque ad laudis cumulum adjiciendum poſt viros eruditos exiſtimamus [9]: quod nimirum difficillimis temporibus quibus totam fere Africam Donatiſtæ occupabant, & Circumcellionum ope catholicis erant infeſtiſſimi, ſtilum ſtrinxerit auctor, neque eccleſiam defendere extimuerit ſimulque orthodoxa dogmata vindicare.

VI. Ad operis editionem quod attinet, illam exegimus ad poſtremam Dupinii Pariſienſem, quæ anno 1700. in vulgus prodiit. In qua quidem adornanda quinque vetuſtos mss. codices optimæ notæ adhibuit cl. editor; eorumque ſubſidio innumera pæne menda ſuſtulit, ac textum in integrum ubique ferme reſtituit; quem præterea optimo conſilio in capita diſtinxit, additis cuique brevibus argumentis ad marginem appoſitis: quod nondum a quoquam in Optati libris edendis præſtitum fuerat. Ad hæc ſuas aliorumque obſervationes ſubjecit: ex quibus illas in primis ſelegimus, quæ ad textus veritatem adſtruendam conducunt; iiſque alicubi nonnullas intexuimus ad idem inſtitutum comparatas. Adjecit denique vir eruditiſſimus vetera monumenta ad Donatiſtarum hiſtoriam pertinentia, ordine chronologico digeſta & ad mss. codices ac meliores editiones exacta: ejuſdem nimirum Optati exemplo atque auctoritate ad id præſtandum permotus, qui ad fidem eorum faciendam quæ de Donatiſtarum hiſtoria ſcripſerat, acta ipſa & litterarum monimenta ad finem librorum ſuorum appoſuerat, ut ipſemet teſtatur [10].

Et hæc quidem de Optato ediſſerenda duximus, deſumta potiſſimum, ut ſubinde lectorem admonuimus, ex eruditiſſimo Dupinio, cui tanti Patris librorum editionem reliquis multo præſtantiorem acceptam referimus. Sed antequam manum de tabula, gratias agimus & habemus plurimas viris clariſſimis, Joanni Thomæ de Bonis & Cajetano Mariæ Travaſa, quos ſtudiorum noſtrorum fautores haud infrequenter ſumus experti; & tanta quidem comitate, ut vix parem exſpectare liceat.

1. *Optat.* lib. I. cap. XIII.
2. Id. lib. II. cap. XVII.
3. Id. lib. IV. cap. V.
4. Id. lib. II. cap. III.
5. *Dupin.* præfat. ad Optat. pag. 3.
6. *Optat.* lib. II. cap. IV.
7. Id. ibid.
8. *Dupin.* præfat. ad Optat. pag. 7.
9. *Baller.* ad Donatiſt. hiſtor. Noriſ. tom. IV. pag. 372.
10. *Optat.* lib. I. cap. XIII.

INDEX

EORUM QUÆ IN PROLEGOMENIS CONTINENTUR.

INDEX CHRONOLOGICUS VETERUM PATRUM ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,


QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR,

SÆCULUM IV.



INDEX ALPHABETICUS VETERUM PATRUM ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,

QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR,



ՍՐԲՈՅ ՀՕՐՆ ՄԵՐՈՅ

Յ Ա Կ Ո Բ Ա Յ

ՄԾԲՆԱՅ ԵՊԻՍԿՈՊՈՍԻ

Ճ Ա Ռ Ք

SANCTI PATRIS NOSTRI

J A C O B I

EPISCOPI NISIBENI

SERMONES.

PRÆMITTITUR EPISTOLA

S. GREGORII ILLUMINATORIS AD S. JACOBUM NISIBENUM.

SUBJICITUR

Sermo unicus, ſeu Epiſtola Synodica,
Auctoris Armeni incerti.

Omnia ex prima Romana editione anni MDCCLVI.

SANCTI JACOBI
EPISCOPI NISIBENI
SERMONES.

Թ Ո Ւ Ղ Թ

Սրբոյն Գրիգորի մերոյ լուսաւորչին, առ սրբն Յակոբ մծբնայ եպիսկոպոսն.



ԱՅՑ քեզ սիրելի իմ, հարց և խնդիրս ետու բերել, վասն կարօտութեան իմոյ, որ է ինձ առ 'ի քէն հարցանել խնդրուածոց իմոց, դու յինէն մի՛ արգելուցուս։ վասն բազում ձառից գրգռեցին զիս խորհուրդք իմ, զի ուսուցից զքեզ, և բացցես դու ինձ զխորհուրդս խելաց իմաստութեան քոյ, 'ի միտ առնուլ քեզ զայս ամենայն որ ինչ ես 'ի գրոց սրբոց հաստատ եղէ, զի պակասութիւն իմ քև լցցի. և քաղց իմ յագեցեալ լիցի 'ի վարդապետութէ քումմէ, զի պարզու ծարաւոյ իմոյ, զովացցի յաղբերէ վտակաց քոց։ Թէպէտ բազում խորհուրդք կային յիս, որինչ հարցից ես քեզ. սակայն ամենայն մեծաւ պահպանութբ առ իս դատանի, յորժամ ես գայցեմ, հաւանութբ հաճեսցես դու զիս վասն ամենայն ձառից։ Բայց յառաջ քան զամենայն ինչ, որ կարի պիտոյ է ինձ, գրեսցես, և խելամուտ արասցես զիս վասն հաւատոյ մերոյ, թէ զիմրդ իցէ, և որ հիմն նորա, և որպէս շինուած շինի նա, և որպիսի իրօք հաստատի նա, և որպիսի գործք պիտոյ են նմա։ Այլ ես այսպէս եմ հաւատացեալ, եթէ միայն իցէ ած, որ արար զերկինս, և զերկիր 'ի սկզբանէ, և զարդարեաց զաշխարհս կազմուածով իւրով. և նա արար զմարդն ըստ նմանութե պատկերի կերպարանաց իւրոց. Եւ նա ընկալաւ զպատարագն աբելի։ Եւ նա փոխեաց զենոք 'ի մահուանէ 'ի կեանս, զի հաճոյ եղև նմա։ Եւ նա ապրեցոյց զնոյ, վասն առուգութե նորա։ Եւ ընտրեաց զաբրահամ վասն հաւատոց իւրոց։ Եւ նա խօսեցաւ ընդ մովսէսի, վասն հեզութե, և խոնարհութե նր։ Եւ ընդ ամենայն մարգարէս նա խօսեցաւ։ Եւ նա առաքեաց զյս յաշխարհս։ Յայսմ ամենայնի եղբայր ես այսպէս հաւատացեալ, աղաչեմ զքեզ, զի գրեսցես, և խելամուտ արասցես զիս, թէ որպիսի գործ պիտոյ է այսմ հաւատոյ մերոյ, և հանգուսցես զիս։

A

EPISTOLA

S. GREGORII Nostri ILLUMINATORIS ad sanctum JACOBUM episcopum NISIBENUM.

NISI ad te, cariſſime, quæſtiones aliquas, de quibus te conſulere mihi neceſſe fuit: tu autem audire me ne renuas. Multa enim ſunt quæ mecum animo reputans, inde motus ſum ut ad te ſcriberem, quo mihi conſilia intelligentiæ & ſapientiæ tuæ aperires, conſideratis iis quæ ego e litteris ſanctis percepi: ut quod mihi deeſt, per te ſuppleatur; & eſuries mea ſaturetur doctrina tua; & ardor ſitis meæ refrigeretur

B fonte aquarum tuarum. Quamvis multa eſſent de quibus neceſſarium mihi erat ut te interrogarem, quæque apud me diligenter ſervantur, ut cum ad te venero, me de illis edoceas ac perſuadeas; ante omnia tamen mihi opus eſt, ut ſcribas, & inſtruas me de fide noſtra, nempe: qualis ſit; quodnam ejus fundamentum; quomodo ejus ædificium excitetur; quibus rebus firmetur; & quibus operibus indigeat ut perficiatur. Ego vero ita credidi: quod unus ſit Deus, qui a principio creavit cælum & terram, & mundum hunc ornavit opificio ſuo, hominemque fecit juxta ſimilitudinem imaginis formæ ſuæ. Ipſe ſuſcepit ſacrificium Abel; & ipſe tranſtulit Henoch a morte ad vitam, quia ei placuit; &

C ipſe eripuit Noe propter ejus integritatem; & elegit Abraham propter ejus fidem; & ipſe ſermocinatus eſt cum Moyſe propter ejus manſuetudinem & humilitatem; & per omnes Prophetas ipſe loquutus eſt; & ipſe demum miſit Jeſum in hunc mundum. De omnibus hiſce rebus ego ita credens precor te, Frater, ut mihi reſcribas, & doceas quæ opera huic fidei noſtræ neceſſaria ſint, quietumque animum meum reddas.

Սրբոյն Յակոբայ մծբնայ եպիսկոպոսի, պատասխանի թղթոյն սրբոյն Գրիգորի լուսաւորչին.

Ճ Ա Ռ Ա Ռ Ա Ջ Ի Ն։

վասն հաւատոյ։

Ո Թուղթ հրովարտակի քոյ ընկալայ ես, և իբրև ընթերցայ զնա, յոյժ ուրախ եղէ։ զի ածեր զխորհուրդս քո զայնր քննութբ։ Եւ զխնդրուածս զայս, զոր դու յինէն խնդրեցեր, ձրի առեալ են ինձ, և որք առնուն, ձրի առնուն։ Եւ որ ունիցի զայս, և կամիցի արգելուլ յայնմանէ, որ խնդրեն 'ի նմանէ, և այլինչ, զոր նա յայլոց արգելու, և կարծէ, բարձցի 'ինմանէ։ Իսկ այն, որ շնորհօք ընդունի, արժան է նմա շնորհօք շնորհել ընկերի իւրում։ Արդ զորինչ և դու ինձ հարցեր, որպէս հասու եղէն միտք իմ կարօտութե իմոյ, և գրեցի ես քեզ, և զայն, զոր յինէն ոչ խնդրեցեր, աղօթիւք խնդրեցից յայ, և ստարից զքեզ խելամուտ։ Լո՛ւր ինձ սիրելի, և բացցես դու ինձ զաչս սրտի քոյ, և զխորհուրդս ոգևորս խելաց քոց իմանալ զայս ամենայն ինչ որ ասեմ քեզ։

S. JACOBI NISIBENI epiſcopi reſponſio ad Epiſtolam S. GREGORII ILLUMINATORIS.

D

SERMO PRIMUS.


De Fide.

LItteras quas mihi miſiſti, accepi; utque eas perlegi, ſumma lætitia affectus ſum, quia mecum cogitationes tuas ad inquirendum communicaſti. Quodcumque autem a me poſtulaſti, gratis mihi datum eſt. Nam qui accipiunt, gratis accipiunt; & qui id quod habuerit, alteri ab eo petenti negaverit, id quod ipſe aliis ſubtrahit, auferetur ab eo [a]. Siquidem qui gratis accipit, conveniens eſt, ut & gratis det proximo ſuo. Quæ autem a me ſciſcitatus es, ſicut percepi, ſecundum tenuitatem meam de iis ad te ſcribam; quæ autem adhuc non

E rogaſti, orationibus petam a Deo, ut deinceps poſſim tibi ſignificare. Audi me, cariſſime, & reſera mihi oculos cordis tui, & cogitationes ſpiritales mentis tuæ, ut totum id quod tibi dicam, intelligas.

[a] Matth. x. 8.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



Հաւատք բաղկանայ իրօք յոլովս, և պատուշաճին ․ և 'ի գոյնս բազումս պճնազարդեալ կատարի ․ շինուածոյ նման է, զի բազում յուսով շինի, և կատարի ։ Եւ զայս գիտասջիր, զի 'ի հիմունս շինուածոյ վէմս մեծամեծս դնեն, և ապա վերանայ 'ի վիմացն պատշաճեալ 'ի վեր ամենայն շինուածն, մինչև 'ի կատար պսակի իւրոյ ։ Սոյնպէս ամենայն հաւատոց մերոց հիմն հաստատուն, և ճշմարիտ է տէրն մեր Յս Քս ։ Եւ 'ի վերայ այսր վիմի հաստատեալ են հաւատք, և 'ի վերայ հաւատոյն շինուածն մինչև 'ի կատարած իւր ։ Բայց հիմն նա ինքն է 'ի սկզբանէ շինուածոյ ամենայնի ։ Յորժամ ոք մերձենայցէ 'ի հաւատս, եդեալ նա 'ի վերայ հաստատուն վիմին, որ է ինքն տէր մեր Յս Քս ․ Եւ շինուածք նր յալեաց ո՛չ շարժին, և 'ի բռնութէ սաստկութե հողմոյ ո՛չ արատին, և 'ի բազմութէ ջուրց ո՛չ կործանին ․ զի 'ի հաստատուն ապառաժուտ վիմի հաստատեալ են շինուածք նորա ։ Եւ զի կոչեմ զՔս վէմ, ո՛չ թէ 'ի մտաց ինչ ասացի, այլ մարգարէքն յառաջագոյն կոչեցին զնա վէմ ։

A I. Fides multis rebus componitur & coaleſcit, multiſque circumlita coloribus exornatur. Ædificio ſimilis eſt, quia multa ſpe conſtruitur ac perficitur. Non te latet, quod in fundamentis ædificii ingentes lapides ponuntur, & deinde lapidibus coaptatum omne quod ſuperædificatur, erigitur uſque ad totius operis conſummationem [a]. Ita omnis fidei noſtræ firmum & verum fundamentum eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus; & ſuper hanc petram ſtabilitur fides, & ſuper fidem ædificium uſque ad ejus conſummationem. Fundamentum autem idem ipſe eſt ac principium totius ædificii. Itaque cum aliquis acceſſit ad fidem, ille collocatus eſt ſuper firmam petram, quæ eſt ipſe Dominus noſter Jeſus B Chriſtus [b]. Ædificia verò a fluctibus non commoventur, & vehementium ventorum vi non quatiuntur, & aquarum multitudine non ſubvertuntur, quæ ſuper firmam petram fundata ſunt [c]. Vocans autem Chriſtum petram, non dixi aliquid a me excogitatum, ſed Prophetæ prius eum petram vocaverunt.

Լո՛ւր դու վասն հաւատոցն, որք եդեալ են 'ի վէմ հաստատուն վիմին ։ Նախ յառաջագոյն հաւատայ մարդ ․ և իբրև հաւատայ, սիրէ ․ և իբրև սիրէ, յուսայ ․ և իբրև յուսայ, արդարանայ ․ և իբրև արդարանայ ․ շինի ․ և իբրև շինի, վերանայ նա ․ ամենայն շինուածն պսակի, և կատարի ․ և ապա լինի նա տուն, և տաճար, և բնակարան քի ։ որպէս և ասաց Երեմիայ մարգարէ ։ Տաճար այ, տաճար տն ․ տաճար էք դուք տն ․ եթէ հաճոյ արասջիք նմա զճանապարհս ձեր, և զգործս ։ Եւ դարձեալ ասէ մարգարէն ․ բնակեցայց 'ի նոսա, և գնացից 'ի նոսա ։ Եւ առաքեալ երանելին այսպէս ասաց ․ Բայց տաճար էք դուք այ, և ոգի այ բնակեալ է 'ի ձեզ ։ Եւ տէր մեր ասաց աշակերտացն ․ դուք յիս, և ես 'ի ձեզ եմ ։ Եւ այ նա լինի տուն, և տն տաճար բնակութեան ։

II. Audi nunc de ea fide, quæ poſita eſt ſupra firmam petram. Primum credit homo; & cum credit, diligit; & cum diligit, ſperat; & cum ſperat, juſtificatur; & cum juſtificatur, ædificatur; & cum ædificatur, erigitur: & totum ædificium ad complementum uſque & perfectionem adducitur. Et deinde homo ille fit domus, & templum, & habi- C taculum Chriſti, ſicut & dixit Jeremias Propheta: [d] *Templum Dei, Templum Domini; Templum vos eſtis Domini, ſi placitas ei feceritis vias veſtras, & opera*. Et rurſus dicit Propheta: [e] *Habitabo in eis, & ibo ad eos*. Et beatus Apoſtolus inquit: [f] *Vos autem templum eſtis Dei, & Spiritus Dei habitavit in vobis*. Et Dominus noſter dixit Diſcipulis: [g] *Vos in me, & ego in vobis ſum*. Fit igitur ille domus Dei, & templum habitationis Domini.


Ապա սկսանի հոգալ մարդ զմ իրաց, որ պիտոյ իցէ այնմ, որում բնակի 'ի շինուածի անդ նորա ։ Զո՞ր օրինակ եթէ թագաւոր ոք, կամ մարդ, որ փառաւոր, և պատուական, բնակի 'ի տաճարի, որում կոչեցեալ է 'ի վերայ նորա անուն արքունի ․ ապաքէն պիտոյ իցէ արքայի, զմ իրք, և գործք արքայութեան, և զմ սպաս պաշտաման որինչ պէտք իցեն 'ի պատիւ փառց թագաւորին ։ Տաճար, որ ունայն, և թափուր է յամենայն բարեաց, թագաւոր 'ի նմա ո՛չ բնակի ։ Այլ պիտոյ է արքայի զմ զարդ տաճարին, զի պակաս ինչ մի՛ գտցի ։ Ապա եթէ սակաւ ինչ գտանի 'ի տաճարի անդ, յորում թագաւոր բնակի, 'ի նմա 'ի մահ մատնի պահապան տաճարին, զի ո՛չ պատրաստեաց նա սպաս պաշտաման արքայի ։

III. Poſt hæc incipit homo accurare omnia, quibus opus eſt ei qui in illius ædificio inhabitat; non ſecus ac ſi princeps aliquis, aut illuſtris & ſpectabilis vir domum haberet, quæ deſtinata eſſet D ut rex in ea habitaret; profectò neceſſarium eſſe duceret, ut omni regali apparatu omnique regio cultu inſtrueretur, qui honori ac regiæ dignitati conveniens eſſet. In ea enim domo quæ vacua eſt & omnibus bonis deſtituta, rex non inhabitat; quia oportet, ut regia domus omni cultu ornata ſit, nullaque res deſit. Si itaque deficere aliquid inveniatur in domo in qua rex commoraturus eſt, morte mulctatur cuſtos domus, quia non paravit ea quæ ad regium cultum pertinebant.

Նոյնպէս և մարդ, որ լինի տուն, և տաճար, և բնակութի քի, տեսցէ նա, թէ զինչ պիտոյ իցէ ի սպաս պաշտամանն քի, որ բնակի 'ի նմա ։ Յառաջ նախ շինեսցէ զշինուածն իւր 'ի վերայ հաստատուն վիմին, այսինքն, 'ի քս Յս, և 'ի վերայ այսր վիմի եդեալ են հաւատք ․ Եւ 'ի վերայ հաւատոյն վերանայ, բարձրանայ շինուածն ։ Եւ պիտոյ է 'ի բնակութե տաճարին պահք սրբութե, և հաւատով հաստատի ։ Պիտոյ նմա և աղօթք, և հաւատով լինի ընդունելի ։ Պիտոյ նմա և սէր, և հաւատով պատշաճի ։ Եւ կատարեալ է նա արօք ողորմութե, և հաւատով բաշխին ։ Եւ խնդրէ նա զհեզութի խոնարհութե, և հաւատով տնկի ․ ընտրեալ նմա կուսութի, և հաւատով սիրէ նա ․ մերձեալ է նմա սրբութի, և հաւատով զարդարի, Հոգայ նա վասն իմաստութե, և հաւատով գտանի ։ Խնդրէ նա դարձեալ զօտարասիրութի, և հաւատով առաւելու ։ Պիտոյ է նմա առատութի,

IV. Ita & homo ille qui fit domus & templum atque habitaculum Chriſti, attendat quid neceſſarium ſit ad obſequium & cultum Chriſti, E qui habitat in eo. Primum exſtruat, neceſſe eſt, ædificium ſupra firmam petram, hoc eſt, in Chriſto Jeſu; ſuper quam petram poſita eſt fides: ſuper fidem autem excitatur, & erigitur ædificium. Requiruntur autem ad ædificati templi perfectionem jejunia cum ſanctitate, quæ fide firmatur; opus eſt & oratione, quæ fide fit acceptabilis; dilectio quoque neceſſaria eſt, quæ fide quidem innititur, perficitur autem eleemoſynarum largitione quæ fide diſtribuuntur; indiget præterea homo ille manſuetudine cum humilitate, & hæc fide fundantur; cuſtodiat, opus eſt, virginitatem, & hæc fide a-

a I. Cor. III. 11. *b* I. Cor. x. 4. *c* Matth. VII. 17. *d* Jer. VII. 4. 5. *e* Ezech. XLIII. 9.
f III. Cor. III. 17. VI. 19. II. Cor. VI. 16. *g* Joan. VI. 56. XV. 4.



և հաւատով խառնի։ Խնդրէ զհամբերութիւն, և հաւատով կատարի։ Եւ հանդուցեալ է 'ի հանդարտութիւն, և հաւատով յայտնի։ Եւ խնդրէ զզուգաւորութիւն, և հաւատով երևի։ Եւ խնդրէ զպարկեշտութիւն, և հաւատով պահի։ Զայս ամ իրս խնդրէ հաւատ, որ եդեալ է 'ի վերայ ապառաժուտ վիմին հաստատնոյ, որ նա ինքն է Յս Քս։ Եւ այսպիսի գործք պիտոյ են արքային Քի, որ բնակի 'ի մարդս, որք շինեցան այսու գործօք։

A matur; ut adſciſcat ſibi puritatem, & hæc fide ornatur; ut quærat ſapientiam, & hæc fide invenitur; ut ſtudeat dilectioni proximi, quæ fide augetur; neceſſaria eſt etiam bonorum operum copia, & hæc fide paratur. Ad hæc oportet, ut amplectatur patientiam, quæ fide perficitur; amet pacem, quæ fide innoteſcit; quærat concordiam, quæ fide connectitur; curet modeſtiam, quæ fide ſervatur. Hæc omnia requiruntur a fide, quæ poſita eſt ſupra firmam ac ſtabilem petram, quæ eſt idem ipſe Jeſus Chriſtus; & talia opera conveniunt Regi Chriſto, qui habitat in hominibus, qui ex hisce operibus ædificantur.

Թերևս ասասցես 'ի սրտի քում, թէ Քս 'ի հիման եղաւ. իսկ զիա՞րդ մարթիցի բնակիլ 'ի շինուածի անդ կատարելում։ Զերկոսին զայս, Առաքեալն երանելին յայտնեաց. զի ասէ այսպէս։ Ես իբրև իմաստուն ճարտարապետ հիմն եդի։ Եւ անդէն մեկնեաց վասն հիման, և ասէ։ Հիմն այլ բաց յայնմանէ, որ եդեալ, ոչոք կարէ դնել, զի նա ինքն է Յս Քս։ Եւ զի Քս դարձեալ բնակի 'ի շինուածի անդ։ բանն այն, որ 'ի վերոյ գրեցաւ։ Զի երեմիա մարգարէ, կոչէ զմարդիկս տաճարս, և ԱԾ, որ բնակի 'ի նոսա։ Եւ Առաքեալն այսպէս ասէ։ ոգի ԱՅ բնակի 'ի ձեզ։ Եւ Տր մեր ասէ։ Ես, և հայր իմ մի եմք։ Այսու հետև հաստատուն, և կատարեալ է բանն, եթէ Քս բնակի 'ի մարդս, որք հաւատացեալ են, և նա ինքն է հիմն. զի 'ի վերայ նորա շինին, և վերանան շինուածք։


B V. Forte tecum ipſe dicis: ſi Chriſtus fundamentum eſt, quomodo in ædificio quod ſuper eo exſtructum eſt, ipſe habitare poteſt? Sed hæc duo nobis manifeſtat Apoſtolus dicens: [a] *Ego ut ſapiens architectus fundamentum poſui*. Et ibi explicat quodnam ſit illud fundamentum, inquiens: [b] *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus*. Quod vero Chriſtus habitet in hujuſmodi ædificio juxta ea quæ paullo ſupra a me ſcripta ſunt, idem Apoſtolus cum Jeremia, qui vocat [c] *Homines templa, & Deum qui in eis habitat*, nos docet inquiens: [d] *Spiritus Dei habitat in vobis*. Et Dominus noſter dicit: [e] *Ego & Pater meus unum ſumus*. Hinc igitur firmum probatumque remanet, quod dictum eſt: nempe quod C Chriſtus habitat in hominibus qui credunt, & quod ſimul ipſe eſt fundamentum, quia ſuper eum ædificantur & eriguntur ædificia.

Դարձեալ եկից առ բանն իմ առաջին, զոր ասացի։ Բանն Քս վէմ կոչեցաւ մարգարէիւք։ Նախ դաւիթ ասաց վասն նորա։ վէմն, զոր անարգեցին շինօղք, նա եղև գլուխ անկեան։ Եւ որպէ՞ս անարգեցին շինօղք զվէմս զայս, զի սա ինքն է Քս Յս։ Բայց թէ առաջի Պիղատոսի, զի ասէին։ մի՛ լիցի դա մեր թագաւոր։ Եւ դարձեալ յառակն առն ազնուականի, որ երթեալն էր առնուլ զթագաւորութիւն, և թագաւորել 'ի վերայ նոցա. և նոքա հրեշտակս զկնի արձակեցին, և ասեն։ մի՛ լիցի դա 'ի վերայ մեր թագաւոր, այսու ևս անարգեցին նոքա զվէմն։ իսկ զիա՞րդ է նա գլուխ անկեան շինուածոյ. Այլ եղև նա գլուխ անկեան շինուածոյ հեթանոսաց։ իսկ ո՞վ իցեն շինօղք, բայց թէ 'ի վերայ նորա բարձրանայ ամենայն շինուածն նոցա. Քահանայք, և մարգարէք, որք ոչ շինեցին, այլ քակելով քակէին, զորինչ նա շինէր։ ոպ և գրեալ է եզեկիէլ մարգարէ. Զի նա շինէր զորմն, և նոքա ծեփէին զնա, թէ փլիցէ։ Եւ դարձեալ գրեալ է. Խնդրեցի ես 'ի նոսա այր մի խրամակարկատ, որ կայր 'ի վերայ խրամի ամենայն երկրի, զի մի՛ սատակեցից զնա, և ոչ գտի։ Եւ դարձեալ եսայի յառաջագոյն մարգարէացաւ յաղագս այսր վիմի, և ասէ։ Այսպէս ասէ Տր, ահաւասիկ դնեմ 'ի հիմն անդ սիոնի վէմ բազմապատիկ, վէմ անկեան պատուական 'ի գլուխ շինուածոյ հիման. ամենայն, որ հաւատասցէ 'ի նա, մի՛ երկիցէ. և ասէ։ Եւ որ անկանիցի 'ի վերայ վիմին, փշրեսցի. և որոյ վերայ անկանիցի նա, մանրեսցէ զնա։ Անկաւ 'ի վերայ նորա ժողովուրդ տանն իսրէլի, և եղև կործանումն նորա յաւիտենս ժամանակաց։ Եւ անկաւ 'ի վերայ պատկերին, և մանրեց զնա։ Եւ հաւատացին 'ի նա հեթանոսք, և ոչ ևս երկիցեն։

VI. Sed redeo ad id quod paullo ante dixi, nempe quod Verbum Chriſtus vocatus eſt lapis ſeu petra per Prophetas. David primum: [f] *Lapidem*, inquit, *quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*. Quando autem reprobaverunt ædificantes lapidem hunc, qui eſt ipſe Chriſtus Jeſus? Utique coram Pilato clamantes: [g] *Non erit iſte Rex noſter*. Rurſus denuo in parabola hominis nobilis, qui abiverat ut regnum acciperet, regnaretque D ſuper eos; illi autem miſerunt legationem poſt illum dicentes: [h] *Non erit iſte Rex ſuper nos*. Atque ita illi lapidem reprobaverunt. Quomodo autem ipſe eſt caput anguli ædificii? Fuit nimirum caput anguli ædificii gentium. Sed quinam ſunt ædificantes, quorum ædificatio ſuper eum erigi & conſiſtere non potuit? Profecto ſunt ſacerdotes & ſcribæ, qui minime, ut oportebat, ædificaverunt; ſed deſtruendo deſtruebant, quidquid ipſe ædificabat. Sicut & ſcripſit Ezechiel Propheta: [i] *Quoniam ipſe ædificabat parietem, & illi liniebant eum, ut corrueret*. Et iterum ſcriptum eſt: [k] *Quæſivi in eis virum unum ruinam reficientem, & ſtantem ſuper ruinam omnis terræ ne diſperderem eam, & non E inveni*. Item Iſaias jam ante vaticinatus erat de hoc lapide, inquiens: [l] *Sic dicit Dominus: Ecce mittam in fundamento Sion lapidem angularem, pretioſum in capite ædificii fundamenti: omnis qui crediderit in eum, non timebit*. Et alibi Scriptura inquit: [m] *Et qui ceciderit ſuper lapidem, confringetur; & ſuper quem ceciderit ille, conteret eum*. Cecidit ſuper eum populus domus Iſrael, & facta eſt ruina ipſius in ſæcula temporum &: [n] cecidit lapis ſuper ſtatuam, & contrivit eam; credideruntque in illum Gentes, nec amplius timebunt.

a I. Cor. III. 10. *b* Ibid. ℣. 11. *c* Jer. VII. 3.-4. *d* I. Cor. III. 16. *e* Joan. X. 30. *f* Pſal. CXVII. 22. Matth. XXI. 42. Act. IV. 11. I. Pet. II. 6. Rom. IX. 33. *g* Joan. XIX. 14. *h* Luc. XIX. 14. *i* Ezech. XIII. 10. 11. *k* Ezech. XXII. 30. *l* Iſa. XXVIII. 16. *m* Matth. XXI. 44. *n* Dan. II. 34.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



Եւ եցոյց դարձեալ վասն վիմին, զի նա եղեւ վէմ հիման, և գլուխ անկեան: Եւ եթէ 'ի հիման եղեւ վէմ, զիա՞րդ է նա գլուխ անկեան: Այլ տր̃ մեր իբրև եկն, եդ զհաւատ իւր յերկրի, 'ի նմանութիւն հիման, և ել 'ի վերայ քան զամ̃ երկինս, 'ի նմանութիւն գլխոյ անկեան շինուածի, և կատարեալ պսակեցաւ վիմօք ամենայն շինուածն 'ի վերայ, և 'ի ներքոյ: Եւ վասն հաւատոյ, զոր ասացի. Բան եդ զհաւատ իւր յերկրի, Զայս դաւիթ յառաջագոյն քարոզեաց վս̃ Քի̃, և ասէ այսպէս: Հաւատք յերկրէ բուսան. և զի 'ի վերայ դարձեալ ասէ: Արդարութիւն յերկնից երևեցաւ: Եւ դարձեալ դանիէլ ասաց վասն այսր վիմի՝ թէ սա ինքն Քս̃, ասէ: Տեսանէի, զի վէմ մի հատանիւր 'ի լեռնէ առանց ձեռին մարդոյ, և հարկանէր զպատկերն, և անդէն սատակէր. և լնանիւր 'ի նմանէ ամ̃ երկիր: Զայս յառաջագոյն կանխեալ եցոյց վասն Քի̃, զի 'ի նմանէ լնանի ամենայն երկիր: քանզի 'ի հաւատոց անտի Քի̃, լցան ամենայն ծագք երկրի, որպ̃ և դաւիթ ասէ: ընդ ամենայն երկիր ել բարբառ աւետարանութեան Քի̃: Եւ ցառաքեալսն, իբրև առաքեաց զնս̃, այսպէս ասաց: Ելէ՛ք ընդ ամենայն հեթանոսս, և հաւատասցեն: Եւ Զաքարիայ մարգարէացաւ վս̃ վիմիս, թէ սա ինքն է Քս̃, և ասաց այսպէս: տեսի ես զվէմն հաւասարութեան: Զի 'ի սկզբանէ հաւասարութեամբ հօր իւր էր: Եւ սիրոյն, զոր ասէ. քանզի 'ի գալն իւրում յաշխարհս այսր այսպէս ասաց: Այս է պատուէրն իմ, զի զմիմեանս սիրեսջիք: Եւ դարձեալ ասէ. Բարեկամ, և սիրելի իսկ կոչեցի զձեզ: Եւ Առաքեալն երանելի սոյպէս ասաց: ողորմեցաւ մեզ Այ̃ 'ի սէր որդւոյ իւրոյ: Արդարև ճշմարիտ սիրեաց զմեզ Քս̃, և մատնեաց զանձն իւր վասն մեր:


A VII. Insuper indicavit etiam Scriptura de lapide isto, quod sit lapis fundamenti, & simul caput anguli. Sed si in fundamento positus est lapis, quomodo ille est caput anguli? Dominus noster cum venit, fidem suam posuit in terra instar fundamenti; ascendit autem super omnes cælos, perinde ac caput anguli totius ædificii; & ex lapidibus perfectum consummatumque est omne ædificium inferius, & superius. Quod de fide dixi, nempe Verbum posuisse fidem suam in terra, id jam ante de Christo prædixit David dicens: [a] *Fides de terra germinabit*; quod vero desuper sit, rursus ait: [b] *Justitia de cælis apparuit*. Idcirco de isto lapide, qui est Christus, dixit Daniel: [c] *Videbam, quoniam lapis* B *abscindebatur de monte sine manu hominis, & percutiebat statuam, & illam proterebat, & ab eo implebatur omnis terra*. Ita autem multo ante prænuntiatum est de Christo, fore ut omnis ab eo impleretur terra, quoniam Christi fide impleti sunt omnes termini terræ, sicut etiam David affirmat: [d] *In omnem terram exivit sonus evangelizationis Christi*. Et Apostolis, cum misit eos, Christus dixit: [e] *Exite per omnes gentes, & credent*. Item de hoc lapide Zacharias asseruit, ipsum esse Christum, inquiens: [f] *Vidi ego lapidem æqualitatis*: quippe a principio æqualis Patri erat. Et de caritate, qua veluti e montis sublimitate abscissus de cælis venit in hunc mundum, ipse ait: [g] *Hoc est præceptum* C *meum, ut diligatis invicem*. Et iterum: [h] *Amicos & dilectos quidem vocavi vos*. Beatus autem Apostolus: [i] *Misertus est*, inquit, *nobis Deus in dilectione Filii sui; vere quidem dilexit nos Christus, & tradidit semet ipsum pro nobis*.

Եւ մեկնեաց վասն վիմին այսորիկ, և ասաց: Ահաւասիկ բանամ ես 'ի վերայ այսր վիմի, եօթն ակն, որք բացան 'ի վերայ վիմին: բայց է ոգին Այ̃, որ եկն, և հանգեաւ եօթն իւրօք: որպ̃ և ասաց Եսայի մարգարէ, եկեսցէ, և հանգիցէ 'ի վերայ նորա ոգի Այ̃, իմաստութեան, և գիտութեան. խորհրդոյ, և զօրութեան. պետութեան և Աստուածպաշտութեան. և երկիւղի Այ̃: սոքա են եօթն ակն, որք բացան 'ի վերայ վիմին: և սք̃ են աչք Այ̃, որք հային ընդ երկիր: Եւ այս վասն սորին Քի̃ ասացաւ. զի տուաւ նմա 'ի լոյս ամենայն հեթանոսաց, որպ̃ ասաց Եսայի մարգարէ: Արարի զքեզ 'ի լոյս հեթանոսաց, զի եղիցի փրկութիւն իմ, մինչև 'ի ծագս երկրի: Եւ դաւիթ ասաց սոյպէս. Ճրագ է բան քո ոտից իմոց, և լոյս տայ շաւղաց իմոց: Եւ բան, և խօսք Այ̃ Քս̃ է. որպ̃ և գրեալ է, սկիզբն Աւետարանի Այ̃ մերոյ, 'ի սկզբան էր բանն: Եւ վս̃ լուսոյ, անդէն իսկ ինքնին վկայեաց, Զի լոյսն 'ի խաւարի անդ լուսաւորէր. և խաւար նմա ո՛չ եղև հասու: Զինչ իցէ այս, բայց եթէ Քս̃, որ լուսաւորեաց զլոյս իւր 'ի մէջ ժողովրդեան տանն իսլի, և ժողովուրդն իսրայէլի ո՛չ եղև հասու լուսոյն Քի̃: Քանզի ո՛չ հաւատացին 'ի նա. որպ̃ և գրեալ է: Առ իւրսն անդր եկն, և իւրքն զնա ո՛չ ընկալան: Եւ ինքն տր̃ մեր կոչեաց զնոսա խաւար, և ասէ ցաշակերտս իւր այսպէս: Զորինչ ասացից ես ձեզ 'ի խաւարի այսմ, ասասջի՛ք զայն 'ի լոյս: 'ի հեթանոսս լուսաւորեսցի լոյս ձեր. զի նոքա ընկալան զաւետարանն Քի̃, որ տուաւ նա 'ի լոյս հեթանոսաց: Եւ ասէ ցառաքեալս իւր. դուք էք լոյս աշխարհի: դարձեալ ասէ ցնոսա. լուսաւորեսցէ լոյս ձեր առաջի մարդկան, զի տեսցեն զգործս ձեր բարիս, և փառաւորեսցեն զհայր ձեր որ յերկինս: Եւ դարձեալ եցոյց զնա վասն անձին իւրոյ, թէ նա ինքն է լոյս ճշմարիտ. ասէ ցաշակերտսն այսպէս: Գնացէ՛ք դուք մինչդեռ լոյսն ընդ ձեզ է, մինչև իցէ հասեալ ձեզ խաւար: Եւ դարձեալ ասէ ցնոսա: Հաւատացէ՛ք լուսոյ, զի որդիք լուսոյ կոչեսջիք: Եւ դարձեալ ասէ. ես եմ լոյս աշխարհի: Եւ դարձեալ ասէ. ոչոք լուցանէ զճրագ, և դնէ 'ի ներքոյ

VIII. Latius vero, quæ ad hunc lapidem attinent, explicans Propheta: [k] *Ecce*, ait, *ego aperio super hunc lapidem septem oculos, qui aperti sunt super lapidem*. Profecto Spiritus Dei venit, & requievit super hunc lapidem cum septem donis, quemadmodum dixit Isaias Propheta: [l] *Veniet, & requiescet super eum Spiritus Dei, sapientiæ & scientiæ, consilii & fortitudinis, principatus & pieta-* D *tis, & timoris Dei*. Hi septem oculi sunt qui aperti sunt super lapidem, & hi sunt oculi Domini qui respiciunt terram. Id autem ideo de Christo dictum est, quia ipse datus est in lucem omnium gentium, sicut ait Isaias Propheta: [m] *Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ*. Et David: [n] *Lucerna*, inquit, *pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*. Verbum autem, & sermo Domini Christus est, quemadmodum scriptum est in principio Evangelii Domini nostri secundum Joannem: [o] *In principio erat Verbum*; & de luce ibidem ipsemet Joannes testatus est, inquiens: [p] *Et lux in tenebris luxit, & tenebræ eam non comprehenderunt*. Quid autem hoc est, E nisi quod Christus luxit luce sua in medio populi domus Israel; populus autem Israel non comprehendit lucem Christi, quia non credidit in eum, sicut scriptum est: [q] *In propria venit, & sui eum non receperunt*? Et ipse Dominus noster vocavit eos tenebras, dicens discipulis suis: [r] *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine*: [s] *in gentibus lucebit lux vestra*. Illæ enim receperunt Evangelium Christi, qui datus est in lucem gentium. Dicit etiam Apostolis suis: [t] *Vos estis lux mundi*. Iterum: [u] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera*

a Psalm. LXXXIV. 12. *b* Ibid. *c* Dan. II. 34. *d* Psalm. XVIII. 5. *e* Matth. XXVIII. 19. *f* Zach. IV. 7. *g* Joan. XV. 12. *h* Ibid. *i* Rom. V. 8. Ephes. V. 2. Gal. II. 20. *k* Zach. III. 9. *l* Isa. XI. 2. *m* Isa. XLIX. 6. *n* Psalm. CXVIII. 105. *o* Joan. I. 1. *p* Ibid. ℣. 5. *q* Ibid. ℣. 11. *r* Matth. X. 27. *s* Matth. V. 16. *t* Ibid. ℣. 14. *u* Ibid. ℣. 16.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
340.



գրուանի , կմ' 'ի ներքոյ մահճաց , և կամ դնէ 'ի ծածկոյթ . այլ դնէ զնա 'ի վերայ աշտանակի , զի ամենայն որք տեսցեն զլոյս ճրագին : Եւ ճրագ լուցեալ , նա ինքն է Քրիստոս . որպէս և Դաւիթ ասէ : Ճրագ է բան քո ոտից , և այլ : Եւ դարձեալ ովսէէ մարգարէն այսպէս ասէ : լուցէ՛ք ձեզ ճրագ , և խնդրեցէ՛ք զՏր : Եւ Տր մեր ասէ սոպէս , որ կին իցէ , եթէ գուցէ նր , Ժ , դրամ , և կորուսանիցէ զմի 'ի նոցանէ . ո՞չ լուցանէ ճրագ , և ածէ զաւել 'ի տան , և խնդրեսցէ նա զդրամն կորուսեալ : Իսկ ո՞վ իցէ կինն այն , եթէ ո՛չ ժողովուրդն Իսրայելացւոց , որ տուաւ նմ , Ժ , պատուիրանեայ կտակարանք , և կորոյս նա զառաջինն զայն , զոր զգուշացոյց նմա , և ասաց : Ես եմ Տր ած ձեր , որ հանի զձեզ յերկրէն եգիպտացւոց : Եւ իբրև զայս պատուիրանն զառաջինն կորուսին նոքա , և ոչ ինչ որ զկնի առաջնոյն էին , կարէին պահել : քանզի յառաջինն անդ կախեալ էին այն , Թ , պատուիրաքն , և չէր ինչ հնար պագանել երկիր կռոցն բահաղու , և պահել զայն , Թ , պատուիրանն , քանզի կորուսին զառաջին պատուէրն 'ի նմանութիւն կնոջն , որ կորոյս նա զդրամն 'ի տասանց անտի : Եւ կոչէ զնոսա մարգարէն աւանիկ , և ասէ : լուցէ՛ք ձեզ ճրագ , և խնդրեցէ՛ք զՏր : Եւ եսայի մարգարէն այսպէս ասաց : Խնդրեցէ՛ք զՏր , և իբրև գտանէք դուք զնա , կարդացէ՛ք դուք առ նա , և իբրև մերձեսցի առ ձեզ , Թողցէ ամբարիշտն զճանապարհս իւր , և այր անօրէն զխորհուրդս իւր : Ճրագ լուցաւ , և նոքա ո՛չ խնդրեցին նովաւ զածն իւրեանց : Եւ լոյս նորա 'ի խաւարի անդ լուսաւորեաց , և խաւար նմա ո՛չ յաղթեաց , Եւ 'ի վերայ աշտանակի եդաւ ճրագն , և որք 'ի ներքս 'ի տանն անդ էին , ոչ տեսին զլոյս նորա : Եւ զի՞նչ իցէ այս , զի 'ի վերայ աշտանակի եդաւ ճրագն : Ցեցանեցին նորա 'ի խաչ անդր : և ամենայն տունն խաւարեցաւ 'ի վերայ նոցա , իբրև հանին զնա 'ի խաչն : խաւարեցաւ լոյսն 'ի նոցանէն , և լուսաւորեաց 'ի մէջ հեթանոսաց : քանզի 'ի , Զ , ժամէ անտի իբրև հանին զնա 'ի խաչն , մինչև ցինն ժամն , խաւար եղև ընդ ամենայն երկիրն իսրայելացւոց , և եմուտ արեգակն 'ի միջօրեայ ժամանակի , և խաւարեցաւ երկիր յաւուր լուսոյ , որպէս և գրեալ է 'ի զաքարիայ մարգարէէ , եղիցի յաւուր յայնմիկ , ասէ Տր , շիջուցից զարեգակն 'ի միջօրեայ ժամանակի , և խաւարեսցէ երկիր յաւուր լուր լուսոյ .

A *vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*. Et iterum significans de se ipso, quod sit lux vera, ita discipulis suis: [a] *Ambulate*, inquit, *dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant*. Et rursus dicit eis: [b] *Credite in lucem, ut filii lucis sitis*. Et iterum: [c] *Ego sum lux mundi*. Tum etiam: [d] *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, vel sub lecto, vel operit eam vase, sed ponit eam super candelabrum, ut quilibet videat lumen lucernæ*. Lucerna autem accensa ipse Christus est, sicut etiam David affirmat: [e] *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*. Et iterum Osea Propheta: [f] *Accendit vobis lucernam, & quærite Dominum*. Dominus etiam noster inquit: [g] B *Mulier quæ habet drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter drachmam quam perdidit?* Quænam vero mulier illa est, nisi Israeliticus populus, cui datum est testamentum decem præceptorum? Ille autem perdidit primum illud præceptum, de quo Deus eum commonuit dicens: [h] *Ego sum Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum*. Cum autem hoc primum præceptum illi perdidissent, nullum eorum quæ post illud sequebantur, implere potuerunt, quia novem alia præcepta a primo illo pendebant: & fieri non poterat, ut adorarent idolum Baal, & novem alia præcepta servarent; quoniam perdiderunt primum præceptum, C perinde ac mulier quæ drachmam unam ex decem illis amisit. Ecce igitur Propheta monet eos dicens: [i] *Accendite vobis lucernam, & quærite Dominum*. Propheta etiam Isaias: [k] *Quærite*, ait, *Dominum, dum inveniri potest; invocate eum, dum prope est: derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas*. Accensa fuit lucerna, & illi per eam non quæsiverunt Deum suum, ejusque lux in tenebris illis luxit, & tenebræ eam non vicerunt: & fuit lucerna posita super candelabrum, & qui intus in domo erant, non viderunt ejus lumen. Quid autem hoc est, quod dicitur: lucerna posita fuit super candelabrum, & qui in domo erant, lumen non viderunt? Crucifixo ibi Christo Domino, mox tota domus tenebris operta est super illos: cum enim crucifixissent eum, lux illis obscurata est, luxitque inter gentes: quippe ab hora sexta qua crucifixerunt eum, usque ad horam nonam tenebræ factæ sunt per universam terram Israelitarum, & sol occidit meridiano tempore, & obtenebrata est terra in die plenæ lucis, sicut scriptum est a Zacharia Propheta: [l] *Erit in die illa*, dicit Dominus, *extinguam solem tempore meridiano, & obtenebrabitur terra in die plenæ lucis*.

Այսուհետև դարձայց , եկից ես առ բանն իմ առաջին , հաւատոյ . զի 'ի վերայ նորա շինեալ վերանան ամենայն գործք բարութեան : Զշինուածոյս , զոր ասացի ես , ոչ եթէ օտար ինչ ասացի , այլ առաքելոյն գրեաց , 'ի թղթի անդ կորնթացւոց յառաջնումն , և ասէ : Ես իբրև իմաստուն ճարտարապետ զհիմն եդի . և ամենայն որ շինէ 'ի վր հիմանս այսորիկ . է , որ շինէ ոսկի , և արծաթ , և ականս պատուականս : և է , որ շինէ փայտ , խոտ , եղէգն . և յաւուրն յետնում հրով քննին շինուածքն : Ոսկին , և արծաթ , և ականք պատուականք պահին 'ի մէջ հրոյն . և փայտ , խոտ , եղէգն վառին , բորբոքին , և այրէ զնոսա հուրն : Իսկ ո՞վ իցեն ոսկին , արծաթն , և ականքն պատուականք , որ նոքօք շինին շինուածք , եթէ ոչ գործք բարիք հաւատոյ , որ պահին 'ի մէջ հրոյն . քանզի 'ի շինուածս հաստատունս բնակի Քս , և նա պահէ զնոսա 'ի մէջ հրոյն : Տեսցուք , և 'ի միտ առցուք յօրինակէ անտի , զոր ետ մեզ ած յայսմ յաշխարհի , զի հայեսցին , և առաջեսցին առ մեզ աւետիք այնմ աշխարհի . և 'ի միտ առցուք յերից տղայոց անտի արդարոց , որք անկան 'ի մէջ հրոյն , և ոչ այրեցան . Անանիա , Ազարիա , և Միսայէլ , զի ո՛չ այրեաց զնոսա հուրն , զի շինեցին նոքա շինուածս հաստատունս , ճշմարիտս , և անարգեցին նոքա զպատուէր հրամանի նաբուքոդոնոսորայ արքայի , և ոչ պագին երկիր պատկերին ոսկւոյ , զոր արար նա : Եւ որք անցին զհրամանաւ պատուիրանին

D IX. Sed revertar ad ea quæ a principio dicere institui de fide; super eam scilicet ædificari omnia opera bona, & hinc in altum exsurgere atque extolli ædificium. Quod autem de hujusmodi ædificio dixi, non alienum aliquid a sanctis Scripturis attuli. Nam Apostolus scripsit in epistola prima ad Corinthios: [m] *Ego ut sapiens architectus fundamentum posui: & unusquisque ædificat super hoc fundamentum. Est qui ædificat aurum, & argentum, & lapides pretiosos; & est qui ædificat lignum, fœnum, stipulam: & in novissima die igne examinantur ædificia*. Aurum, & argentum, & lapides pretiosi servantur in medio ignis; & lignum, fœnum, stipula accenduntur, inflammantur & igne comburuntur. E At quidnam sunt aurum, argentum & lapides pretiosi quibus construuntur ædificia, nisi bona opera fidei quæ servantur in medio ignis? nam in firmis ac probis ædificiis inhabitat Christus, & ipse conservat ea in medio ignis. Videamus & intelligamus id ex trium puerorum exemplo, quod ideo nobis exhibuit Deus in hoc mundo, ut ex eo prævideantur & prænoscantur, certæque apud nos sint promissiones futuri sæculi. Percipiamus, inquam, id

a Joan. XII. 35. b Ibid. v. 36. c Joan. VIII. 12. d Luc. VIII. 16. XI. 33. Matth. V. 15. Marc. IV. 21.
e Psalm. CXVIII. 105. f Osee X. 12. g Luc. XV. 8. h Exod. XX. 2. Deut. V. 6. i Osee X. 12. k Isa. LV. 6. 7.
l Zach. XIV. 6. 7. m I. Cor. III. 10. 12. 13.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
340.



ծն այ, վաղվաղակի վառեցաւ, բորբոքեցաւ 'ի նոսա հուրն, և անդէն սատակեաց զնոսա, և այրեցան առանց ողորմութեան ։ Եւ այրեցան սոդոմայեցիքն 'ի նմանութեան փայտի, խոտոյ, և եղեգան ։ Եւ դարձեալ այրեցան Նաբաւթ, և Աբիուդ, զի անցին նոքա զպատուիրանաւն ։ Եւ դարձեալ այրեցան երկերիւր և յիսուն այր, որ մատուցանէին զխունկս ։ Եւ դարձեալ այրեցան երկու նախարարքն, և հարիւր այր ընդ նոսա, զի մերձեցան 'ի լեառն, ուր Եղիա բնակեալ նստէր, զի վերացաւ նա հրեղէն կառօք ընդ երկինս ։ Եւ այրեցան դարձեալ արքն չարախօսք, զի փորեցին նոքա խորխորատ արանց արդարոց ։ Վ͞ա այսորիկ հուրբ քննին արդարքն 'ի նմանութեան ոսկւոյ, և արծաթոյ, և ականց պատուականաց, և անօրէնք այրին 'ի հուր, նման փայտի, խոտոյ, և եղեգան, զի հրոյ ճարակ լինին. որպէս և ասաց Եսայի ։ Հուրբ դատէ Տ͞ր, և քննէ նովաւ զա͞մ մարմին ։ Եւ դարձեալ ասէ, ելցեն, և տեսցեն զդիականս մարդկանց անօրէն յանցաւորաց, զի որդն նոցա ո՛չ մեռանի, և հուրն ո՛չ շիջանի, և եղիցին նոքա քանձ օրինակի ամենայն մսեղեաց ։ Մեկնեաց մեզ առաքեալն վասն այնորիկ շինուածոյ, և վասն հիմանն այսորիկ, և ասէ ։ Զհիմն այլ բաց յայնմանէ, որ եդեալ իսկ է, ոչ կարէ ոք դնել. զի սա ինքն է, Յիսուս Քրիստոս ։ Եւ դարձեալ ասէ առաքեալն վասն հաւատոյ. զի յոյս ընդ սէր խառնեալ են, ասէ ։ Այս երեք են, որ կան, և մնան, հաւատ, յոյս, և սէր ։ Եւ պատմեաց մեզ վ͞ա հաւատոյ, զի յառաջ նա դնի 'ի հիմանն ։

A ex tribus illis pueris justis, qui immissi fuerunt in ignem, & non sunt combusti, [a] Anania, Azaria & Misael. Eos igitur ignis non combussit, quia construxerant ædificia proba & firma, contemseruntque mandatum, quod præceperat Nabuchdonosor rex, & non adoraverunt statuam auream quam fecerat. In illos autem qui transgressi sunt præceptum quod fecerat Dominus Deus, illico accensus est & exarsit ignis atque eos interemit, & exusti sunt sine misericordia. [b] Combusti etiam sunt Sodomitæ instar ligni, fœni & stipulæ: [c] item combusti sunt Nadab & Abiu, quoniam præceptum transgressi sunt: item [d] combusti sunt ducenti & quinquaginta viri, qui offerebant incensa. [e] Similiter
B combusti sunt duo principes & centum viri cum eis, quia accesserunt ad montem ubi Elias inhabitans sedebat; ipse autem igneo curru in cælos ascendit; [f] tum etiam combusti sunt viri obtrectatores, quia foderunt foveam viris justis. Itaque igne examinantur justi perinde ac aurum, & argentum, & lapides pretiosi; iniqui autem comburuntur igne instar ligni, fœni & stipulæ; fiunt enim ignis pabulum, sicut etiam dixit Isaias: [g] *In igne dijudicat Dominus, & in eo examinat omnem carnem.* Et iterum ait: [h] *Egredientur, & videbunt cadavera virorum iniquorum & prævaricatorum, quoniam vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur; & erunt illi in exemplum & documentum omni carni.* De hujusmodi ædificio ejusque fundamento hæc quoque declaravit nobis Apostolus dicens: [i] *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Et de fide quæ spei conjuncta est cum caritate, illud etiam docuit: [k] *Hæc tria sunt, quæ stant & manent, fides, spes & caritas.* Et insuper de fide exposuit nobis, quod ipsa prima est quæ ponitur in fundamento.

Եւ հաբէլ վասն հաւատոյ նորա, ընդունելի եղև պատարագն նորա. ենոք քանզի հաճոյ եղև հաւատով իւրով փոխեցաւ նա 'ի մահուանէ 'ի կեանս ։ Եւ նոյ նովին հաւատով ապրեցաւ 'ի ջուրցն հեղեղաց ։ Եւ աբրահամ վասն հաւատոյ իւրոյ արդարացաւ, և համարեցաւ հաւատն իւր յարդարութիւն ։ Եւ իսահակ նովիմբ հաւատով եղև սիրելի ։ Եւ յակոբ հաւատով իւրով պահեցաւ ։ Եւ յովսէփ վասն հաւատոյ իւրոյ փորձեցաւ 'ի ջուրցն հակառակութեան, և ապրեցաւ 'ի փորձութենէ, և եդ վկայութիւն ընդ նմա, որպէս և դաւիթ ասաց. վկայութիւն եդ ընդ յովսեփայ ։ Եւ մովսէս հաւատով իւրով արար սքանչելի զօրութիւնս, և հաւատով իւրով եհար սատակեաց զեգիպտացիսն տասնհարուածեայ գաւազանաւն ։ Եւ հաւատով եհերձ բաժանեաց զծովն, և անցոյց զժողովուրդն իւր ։ Եւ հաւատով եարկ զփայտ ընդ դառն աղբիւրն, և քաղցրացան ջուրքն ։ և հաւատով իջոյց զմանանայն 'ի լիութիւն ժողովրդեան իւրոյ ։ և հաւատով տարածեաց զբազուկ իւր, և յաղթեաց ամաղէկայ, որպէս և գրեալ է, ասէ ։ Հաւատով տարածեալ կային բազուկքն մովսէսի, մինչև 'ի մտանել արեգական ։ Եւ հաւատով ել նա 'ի լեառն սինէ, պահօք երկիցս անգամ քառասուն աւուրբք ։ դարձեալ նովիմբ հաւատով եհար, սատակեաց զսեհոն, և զովգ թագաւոր ամուրհացւոց.

C X. Et quidem [l] sacrificium Abel propter fidem ejus fuit acceptum: Henoch, quia placuit fide sua, translatus est a morte in vitam: & Noe eadem fide ereptus est a diluvio aquarum: & Abraham propter fidem suam justificatus est, & reputata est fides ejus in justitiam: & Isaac eadem fide fuit dilectus: & Jacob fide sua conservatus est: & Joseph propter fidem suam tentatus est in aquis adversitatis, & ereptus est a tentatione, posuitque Deus testimonium cum illo, sicut & David dixit: [m] *Testimonium posuit cum Joseph.* Item Moyses fide sua miras fecit virtutes. Etenim fide percussit & & interfecit Ægyptios virga decem plagarum; & fide scidit & separavit mare, & trajecit populum
D suum; & fide immisit lignum in fontem amarum, & dulces factæ sunt aquæ; & fide fecit descendere manna in saturitatem populi sui; & fide extendit brachia sua, & vicit Amalec, sicut & scriptum est: [n] *Fide stabant extensa brachia Moysis usque ad occasum solis.* Et fide ascendit ille in montem Sinai bis jejunans quadraginta dies: similiter eadem fide percussit & interfecit Sehon & Og reges Amorrhæorum.

Զարմանալի է սիրելի, և մեծ է այս սքանչելիք, զոր արար մովսէս 'ի ծով կարմիր. իբրև բաժանեցան ջուրքն հաւատով, նման լերանց բարձանց, քարեղէն պարսպաց արգելեալ կային 'ի բարձունս, իբրև 'ի խորս, և կակղութիւն ջուրցն քարացեալ կայր, և ո՛չ անցանէր զսահմանաւ, և փոխեցին զբնութիւն արարածոյ իւրեանց, և անկենդիր լինէին արարածքն անիմաստք, և սաստկացեալ կանգնեալ կային ալիքն, և հայեցեալ ակնունէին վրիժոյն խնդրելոյ, թէ ե՛րբ անցցէ ժողովուրդն, և զարմացեալ նայէին հրամանին, և երևեցան հիմունք, որ յաւիտենից. և խորք անդնդոց, որք 'ի սկզբանէ հաստատեալ կային, վաղվաղակի ցամաքեցան ։ Ամբարձին գրունք զգլուխս իւրեանց 'ի վեր, և

XI. Admirabile & magnum est, carissime, hoc miraculum quod fecit Moyses in mari rubro, cum divisæ sunt aquæ per fidem. Etenim non secus ac montes excelsi, & murorum lapideorum in-
E star compeditæ stabant aquæ in altis, & hinc & illinc in profundo maris mollis aquarum natura instar lapidis consistens manebat, & limitem non transibat: ita creaturæ mutaverunt naturam suam, & creaturæ ratione destitutæ obtemperaverunt: vehementes enim fluctus consurgentes subsistebant, & aspicientes quodammodo exspectabant tempus ultionis, donec transiret Israeliticus populus, & quasi

a Dan. III. 22. 91. 92. 93. *b* Gen. XIX. 24. *c* Lev. X. 1. XVI 1. Num. III. 4. XXVI. 61. *d* Num. XVI. 35. *e* IV. Reg. I. 10. IV. Reg. II. 12. *f* Num. XVI. 47. 49. *g* Isa. LXVI. 16. *h* Ibid. ℣. 24. *i* I. Cor. III. 11. *k* I. Cor. XIII. 13. *l* Heb. XI. 4. 5. 7. 8. 20. 21. 22. *m* Psalm. LXXX. 5. *n* Exod. XVII. 12.

՚ի վեր համբարձան դրունք, որ յաւիտենից, և եկն եմուտ սիւն ամպոյ, և լուսաւոր եղև ամենայն բանակին, և եկն էանց ժողովուրդն հաւատովն, և եղեն դատաստանք ստուգութեան, 'ի փարաւոն, և 'ի զօրս իւր, և 'ի կառս, և յերիվարս նորա: Այնպէս և յեսու որդի Նաւեայ հաւատով բաժանեաց զյորդանան գետ, և անցոյց զորդիսն իսրայէլի, որպէս և յաւուրսն մովսէսի:

A admirantes juſſum præſtolabantur. Tunc apparuerunt fundamenta æternalia & profunda abyſſorum, quæ antea & ab initio firma & immota conſtiterant, illico exſiccata ſunt. Elevaverunt portæ capita ſua ſurſum, & ſurſum elevatæ ſunt portæ æternales; & veniens intravit columna nubis, & illuxit omnibus caſtris, & ingrediens tranſivit populus per fidem: & facta ſunt judicia veritatis in Pharaone, & in exercitu, & in curribus, & in equis ejus. Ita & Joſue filius Nave fide diviſit flumen Jordanis, & trajecit filios Iſrael, ſicut & in diebus Moyſis.

Զայս գիտասջի՛ր սիրելի զի հունն յորդանանու գետոյ յերիցս անգամ բաժանեցան. Նախ 'ի ձեռն յեսուայ որդւոյ Նաւեայ. երկրորդ 'ի ձեռն եղիայի. և ապա 'ի ձեռն եղիսէի: քանն, որ գրեալ, յայտ առնէ, եթէ հունն, որ դէպ երիքովի քաղաքի, անտի վերացաւ եղիա յերկինս. և իբրև դարձաւ եղիսէ, եհար, բաժանեաց զյորդանան, էանց. և ելին որդիք մարգարէիցն որ երիքով քաղաքի ընդ առաջ եղիսէի: Եւ ժողովուրդն էանց ընդ յորդանան գետ յաւուրս յեսուայ որդւոյ Նաւեայ, հաւատով կործանեաց զպարիսպն երիքովի, և անկան կործանեցան առանց աշխատանաց: Եւ դարձեալ նովին հաւատով կոտորեալ սատակեաց զերեսուն և մին թագաւորս, և վիճակաւ ժառանգեցոյց զերկիրն որդւոց իսրայէլի: Եւ հաւատով տարածեաց զձեռս իւր յերկինս, և արգել զարեգակն 'ի գաբաւոն, և զլուսինն 'ի դաշտի անդ ելոնացւոց, և արգելեալ կային 'ի գնացից իւրեանց: Եւ ամենայն արդար հարքն մեր, զոր ինչ հաւատով գործէին, և հաւատով իւրեանց եղեն առաքինիք: քանզի և առաքեալն երանելի վկայեաց վս ամենեցունց, թէ հաւատով քաջացան: Եւ սողոմոն ասէ: Բազումք են կոչեցեալք արք ողորմածք: բայց այր հաւատացեալ ու՛ր գտանի: Եւ յոբ ասաց: զանմեղութիւն իմ ես յինէն ոչ մերժեցից, և 'ի ճշմարտութիւն հաւատոյ իմոյ հաստատեալ կացցեմ:

XII. Scito, cariſſime, fluvium Jordanem ter diviſum eſſe: primo per Jeſum filium Nave: ſecundo B [a] per Eliam, & deinde per Eliſæum. Siquidem ſacra Scriptura nobis manifeſtum facit, ab ea parte trans Jordanem quæ eſt civitati Jericho ex adverſo, elevatum eſſe Eliam in cælum; ideoque cum Eliſæus redivit, neceſſe eſt, percuſſiſſe & diviſiſſe Jordanem; eoque transmiſſo, filios Prophetarum civitatis Jericho obviam illi exiviſſe. Populus etiam Iſraeliticus tranſivit flumen Jordanis in diebus Joſue filii Nave, & fide ſubvertit muros Jericho, qui corruerunt & everſi ſunt ſine labore. Inſuper eadem fide Joſue ſuperavit, & interfecit unum ſupra triginta reges, & terram ſorte diviſit in hereditatem filiis Iſrael. Fide etiam extendit manus ſuas in cælum [b], & fecit ſtare ſolem in Gabaon, C & lunam in campo Elonitarum: & ſteterunt compediti ad curſus ſuos. Omnes quidem patres noſtri juſti fide cuncta effecerunt, & fide ſua corroborati ſunt. Nam & B. Apoſtolus teſtatus eſt [c] de omnibus, quod fide convaluerunt. Et Salomon dicit: [d] *Multi vocati ſunt viri miſericordes, ſed vir credens ubi invenitur?* Et Job dixit: [e] *Innocentiam ego a me non expellam, & in veritate fidei meæ firmus ſtabo.*

Եւ տէր մեր կենարար ամենեցուն, որք մերձենային առ նա առնուլ զբժշկութիւն 'ի նմանէ, այսպէս ասէր, ըստ հաւատոյ քոյ, եղիցի քեզ: Եւ կոյրն իբրև մերձեցաւ առ նա, ասէ ցնա Յս: Հաւատա՞ս եթէ կարող եմ զքեզ բժշկել: Ասէ ցնա, այո՛ տէր, հաւատամ ես. և հաւատ նորա եբաց զաչս նր: Եւ ցայրն, որոյ որդին հիւանդ էր, ասաց Յս, Հաւատա՛ դու, և կեցցէ որդին քոյ: և ասէ ցնա այրն, հաւատամ տէր, օգնեա՛ թերահաւատութեան իմում: և 'ի հաւատալն իւր, ողջացաւ որդի նորա: Եւ թագաւորազն, իբրև մերձեցաւ առ նա, ըստ հաւատոյն ողջացաւ պատանի նորա: զի ասաց, ասա՛ դու բանիւ, և բժշկեսցի պատանին իմ: և զարմացաւ տէր ընդ հաւատ նորա, և ըստ հաւատոյ նր եղև նմա: Եւ ժողովրդապետն իբրև աղաչեաց զտէր վասն դստեր իւրոյ, Յս այսպէս ասաց ցնա: Հաւատով հաւատասցես, և կեցցէ դուստրն քո: և հաւատաց նա, և եկաց դուստր նորա, և յարեաւ: Եւ իբրև մեռաւ ղազար, ասէ տէր մեր ցմարթա, եթէ հաւատասցես դու, յարիցէ եղբայրն քո: Ասէ ցնա մարթա, այո՛ տէր, հաւատամ ես. և յարոյց զնա տէր յետ չորից աւուրց: Եւ շմաւոն, որ վէմն կոչեցաւ, վասն հաւատոյ իւրոյ կոչեցաւ նա վէմ ճշմարիտ: և իբրև ետ տէր մեր զխորհուրդ աւազանին մկրտութեան առաքելոցն, այսպէս ասաց ցնս: Ամ, որ հաւատայ, և մկրտի, կեցցէ. և որ ոչ հաւատայ, դատապարտեսցի: Դարձեալ ասէ ցառաքեալսն, եթէ հաւատասջիք, և ոչ բաժանեսջիք 'ի միտս ձեր, չի՛ք ինչ, զոր դուք ոչ կարիցէք առնել: Եւ իբրև գնայր, շրջէր տէր մեր 'ի վերայ ջուրց ալեաց ծովուն. և Պետրոս գնաց առ նա 'ի վր ջուրցն. իբրև երկմտեցաւ նա 'ի հաւատ իւր, սկսաւ ընկղմիլ. և կոչեաց զնա տէր մեր թերահաւատ: Եւ առաքեալքն 'ի [illegible] ոչինչ այլ խնդրեցին, բայց թէ. յաւե՛լ 'ի մեզ

XIII. Et Dominus noſter vivificans & vivificator, omnibus qui accedebant ad eum ut ſanarentur, dicebat: ſecundum fidem tuam erit tibi. Et cum cæcus ad Jeſum venit, ait illi: [f] *Credis, quod* D *poſſim ſanare te?* reſpondit: *etiam Domine credo.* Et fides ſua oculos ejus aperuit [g]. Et viro, cujus filius infirmabatur, dixit Jeſus: [h] *Crede tu, & vivet filius tuus.* Et reſpondit ei vir ille: [i] *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam:* ubi autem credidit, filius ejus ſanatus eſt. Et item Centurio cum acceſſiſſet ad Jeſum, ſecundum ejus fidem ſanatus eſt puer ejus, quoniam dixit: [k] *Dic tu verbo, & ſanabitur puer meus.* Et miratus eſt Dominus ſuper ejus fidem, & ſecundum fidem ſuam factum eſt illi. Et archiſynagogo deprecanti Dominum pro filia ſua, Jeſus ait: [l] *Fidenter crede, & vivet filia tua.* Et credidit ille, & vixit filia ejus, & ſurrexit. Et cum mortuus eſſet Lazarus, dixit E Dominus noſter Marthæ: [m] *Si credideris tu, reſurget frater tuus:* inquit Martha: *etiam Domine credo ego.* Et reſuſcitavit eum Dominus poſt quatuor dies. Et Simon qui petra vocatus eſt, propter fidem ſuam merito vocatus eſt petra. Et cum tradidit Dominus ſacramentum baptiſmi Apoſtolis, ait illis: [n] *Omnis qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Iterum dixit Apoſtolis: [o] *Si habueritis fidem, & non hæſitaveritis; nihil eſt, quod non poſſitis facere.* Et dum

a IV. Reg. II. 11. *b* Joſ. X. 12. *c* Heb. XI. 34. *d* Prov. XX. 6. *e* Job XXVII. 5. 6. *f* Matth. IX. 29. *g* Matth. XX. 29. Marc. X. 46. Luc. XVIII. 35. *h* Marc. IX. 22. *i* Ibid. ℣. 23. *k* Matth. VIII. 8. Luc. VII. 7. *l* Marc. V. 36. Luc. VIII. 50. *m* Joan. XI. 24. 25. 26. 27. *n* Marc. XVI. 16 *o* Matth. XXI. 21. Marc. XI. 22.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

զՀաւատս ։ Եւ ասէ ցնոսա Տր, եթէ գտցի ՚ի ձեզ զՀաւատ, և լերինք փոփոխեսցին յերեսաց ձերոց ։ և ասէ ցնոսա Տր մեր ։ Մի՛ երկմտիք ՚ի Հաւատն ձեր, գուցէ ընկղմիցիք յաշխարՀի, ՚ի նմանութիւն շմաւոնի . զի իբրև երկմտեաց նա, սկսաւ ընկղմիլ ՚ի մէջ ծովուն ։ Եւ դարձեալ ասէ ցնոսա Տր . այս նշան եղիցի Հաւատացելոց . խօսիցին ՚ի նոր լեզուս, զդևս Հանիցեն, և զձեռս իւրեանց դիցեն ՚ի վերայ Հիւանդաց, և բժշկեսցին ։

A ibat, & ambulabat Dominus noster super aquas fluctuum maris, Petrus ivit ad eum super aquas; cum vero hæsitavit in fide sua, cœpit mergi; & vocavit eum Dominus: [a] *modicæ fidei*. Et Apostoli nihil aliud petierunt a Domino, nisi hoc: [b] *Adauge nobis fidem*. Et dixit eis Dominus: *Si invenero in vobis fidem, & montes movebuntur a facie vestra*. Et insuper eos ita monuit: *Nolite hæsitare in fide vestra, ne forte mergamini in mundo*, instar Simonis, qui cum hæsitare inchoasset, cœpit mergi in medio maris. Et iterum dicit eis Dominus: [c] *Hoc signum erit credentibus: linguis novis loquentur, dæmonia ejicient; & super ægros manus suas imponent, & bene habebunt*.

Մերձեսցուք այսուՀետև սիրելի առ Հաւատն, զի այսպիսի բազում զօրութիւնք գտանին նորա ։ Հաւատք զոմանս յերկինս վերացուցին, և զջուրցն Հեղեղաց յաղթեցին . և զծնունդս ամլոց բազմացուցին, և ՚ի սրոյն բերանոյ ապրեցուցին, և զկապեալս արձակեցին, և ՚ի գբոյ Հանին, և զաղքատս մեծացուցին, և զՀալածեալս փրկեցին, և զՀուր յերկնից իջուցին, զծով բաժանեցին, և զվէմն պատառեցին, և զջուրն ծարաւոց արբուցին, և զքաղցեալս յագեցուցին, զմեռեալս կեցուցին, և ՚ի դժոխոց ապրեցուցին, և զալիս կարկեցուցին, և զՀիւանդս բժշկեցին, և զօրութեանց յաղթեցին, զպարիսպս կործանեցին, և զբերանս առիւծուց խցին, և զբոց Հրոյ շիջուցին . և զամբարտաւանս խոնարՀեցուցին, և զխոնարՀս ՚ի պատիւ Հասուցին ։ Այս ամենայն զօրութիւնք Հաւատով գործեցան ։

B XIV. Accedamus itaque, carissime, ad fidem, quia ejus virtutes multæ sunt. Fides aliquos elevavit in cælum, & vicit aquas diluvii, & multiplicavit partus sterilium, & ab ore gladii eripuit, & e fovea eduxit, & pauperes divites & magnos effecit, & salvavit persecutionem patientes, & fecit descendere ignem de cælo, & divisit mare, & scidit petram, & dedit aquam ad potum sitientibus, & esurientes satiavit, & mortuos ad vitam revocavit, & ab inferis reduxit, & fluctus fecit quiescere, & sanavit infirmos, & vicit exercitus, & subvertit muros, & obturavit ora leonum, & extinxit flammam ignis, & humiliavit superbos, & C exaltavit humiles. Hæ omnes virtutes factæ sunt per fidem.

Հաւատ այս է . իբրև զի Հաւատայցէ ոք յԱծ ամենակալ, որ արար զերկինս, և զերկիր, զծով, և զամ, որ է ՚ի նոսա ։ և նա արար զադամ ըստ նմանութեան պատկերի կերպարանաց իւրոց . և նա ետ զօրէնս կտակարանաց մովսէսի . և նա առաքեաց ՚ի յոգւոյ անտի իւրմէ ՚ի մարգարէսն . և նա դարձեալ առաքեաց զՔս յաշխարՀ ։ և զի Հաւատասցէ ոք ՚ի յարութիւն կենդանութեան մեռելոց ։ Եւ զի Հաւատասցէ ոք ՚ի խորՀուրդն աւազանին մկրտութեան ։ Այս է Հաւատ եկեղեցւոյ ։ և զի ՚ի բաց եղիցի մարդ ՚ի խտրելոյ ժամանակաց, և ՚ի շաբաթապաՀ կրօնից, և ՚ի յամսագլուխ տօնից, և ՚ի տարեւոր տարեկանաց, և ՚ի դիւթութենէ, և յաստեղագիտութենէ, և ՚ի Հմայելոյ, և ՚ի կախարդութենէ, և յաղանդէ Հերձուածոյ, և ՚ի մեքենայից չարին, և ՚ի պատիր բանից չարութեանց, և ՚ի Հայհոյութենէ, և ՚ի շնութենէ գիճութեան, և յերգոց պղծութենէ . և զի մի՛ ոք վկայեսցէ վկայութիւն ստութեան . և զի մի՛ ոք երկբան լինիցի ։ Այս են գործք Հաւատոյ, որ եդեալ են ՚ի վերայ վիմի, որ նա ինքն է Քս, և ՚ի վերայ նորին շինին ամենայն շինուածք ։

XV. Fides autem hæc est, ut credat aliquis in Deum Omnipotentem, qui fecit cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, & fecit Adamum secundum similitudinem imaginis formæ suæ: Et dedit legem testamenti Moysi, & misit de Spiritu suo in prophetas: Et demum misit Christum in mundum. Item ut aliquis credat in resurrectionem vitæ mortuorum: Et ut credat in sacramentum lavacri: hæc est fides Ecclesiæ. Insuper necesse est, ut abstineat homo ab observatione temporum, & a religione observante sabbatum, & a fe- D stivitatibus neomeniæ annuisque solemnitatibus, & a magia, & astrologia, præstigiisque magicis, & a maleficio, & a secta hæretica, & a perversis machinationibus, & a deceptoriis malignisque verbis, & a blasphemia, & ab adulterio, a luxuria, & a coinquinatione cantuum; tum caveat, ne falsum perhibeat testimonium, & ne sit bilinguis. Hæc sunt opera fidei, quæ posita sunt super lapidem qui est ipsemet Christus, & super eum exstruuntur omnia ædificia.

Եւ այլ յոյժ են սիրելի, ՚ի վերայ Ճառք Հաւատոյ . այլ փոքր ՚ի շատէ գրեցի վասն յիշատակի սիրոյդ քում . զի իմասցիս, և իմացուսցես . և Հաւատասցես, և Հաւատացուսցես ։ և իբրև ընթեռնուցուս, և ուսուսցանիցես, նմանիցիս այնուՀետև գործուն երկրին բարւոյ, յորում անկան սերմանիք բարութեան . և ետ ըղպտուղն Հարիւրաւոր, վաթսունաւոր, և երեսնաւոր ։ Եւ իբրև երթիցես դու առ Տր քո, կոչեսցէ զքեզ քաջ, և ժրագլուխ ։ վասն զի բազում Հաւատոց քոց, զի բազմացան, մտցես դու յարքայութիւն Տն քոյ Յի Քի ։

XVI. Sunt quidem, carissime, multa alia dicenda de fide, sed pauca de multis scripsi in memoriam dilectionis tuæ, ut intelligas & facias intel- E ligere, & credas & facias credere. Et cum legeris & docueris, eris in opere instar terræ fructiferæ in qua ceciderunt semina bona [d], & dedit fructum centesimum, sexagesimum & trigesimum. Et cum iveris tu ad Dominum tuum, vocabit te bonum & strenuum servum, quia fide tua fructus multiplicati sunt, & intrabis tu in regnum Domini tui JESU CHRISTI.

a Matth. xiv. 31. b Luc. xvii. 5. c Marc. xvi. 17. d Matth. xxv. 21. Luc. xix. 17.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 340.

A

ՃԱՌ ԵՐԿՐՈՐԴ։

Վասն օրինակի սիրոյ։

Համամտութեամբ ամ օրէնք, և մարգարէք յերկուս պատուիրանս կախեալ կան, որպէս և ասաց Տէր մեր, և փրկիչ։ իսկ այն, որ ոչն կամի անսալ, օրէնք, և մարգարէք սնոտի են, և ոչ են բաւական 'ի հաճել, և 'ի հաւանեցուցանել զնա։ Այսպէս ասաց Տէր մեր։ Յայս երկուս պատուիրանս, կախեալ կան օրէնք, և մարգարէք։ Եդ նա զօրէնս, և զմարգարէս, և կախեաց յերկուս պատուիրանս յայսոսիկ, զի եթէ ոք սիրեսցէ զՏէր ԱԾ իւր, յամենայն յանձնէ իւրմէ, և յամ զօրութենէ իւրմէ, և յամ ստացուածոց իւրոց. զի ոք սիրեսցէ զընկեր իւր, իբրև զանձն իւր։

SERMO SECUNDUS.

De Dilectione.

I. Universa lex & prophetæ in duobus mandatis mira quadam conspiratione pendent, sicut Dominus & Salvator noster dixit [a]. Apud eum vero qui non vult ea mandata audire, lex & prophetæ inutiles & frustra sunt, & nihil ad eum hortandum aut alliciendum aut commonendum valent. Itaque Dominus noster *in his duobus mandatis*, ait, *universa lex pendet & prophetæ*. Disposuitque, ut lex & prophetæ penderent in his duobus B mandatis: nempe ut [b] *diligat unusquisque Dominum Deum suum ex tota anima sua, & ex tota virtute sua, & ex totis substantiis suis*; & simul *diligat proximum suum sicut se ipsum*.

Եւ եթէ մտանիցես դու ինքնին 'ի քննին այս երկուց պատուիրանաց, յորս կախեալ կայ ամենայն զօրութիւն օրինաց, և մարգարէից, եթէ տնկեալք էին սր̃ 'ի սիրտս, և 'ի խորհուրդս մարդկան, և ոչ օրէնք, և մարգարէք բնաւ պիտոյ ինչ լինէին մեզ. որպէս և գրեալ է, թէ 'ի վերայ արդարոց օրէնք ինչ ոչ կան. այլ 'ի վերայ անօրինաց. և վս̃ անօրինաց, և ամբարշտաց եղեալ են օրէնք. Եւ եթէ արդարութիւն ստուգութեան կացեալ մնացեալ էր առ մարդկան, ոչինչ պիտոյ էին մեզ օրէնք։ Եւ դարձեալ, եթէ ոչ օրինաց եղեալ էին, զօրութիւն ա̃յ ոչ երևեցուցանէր յամ ազգս զամ սքանչելիս, զոր եցոյց։ 'Ի յանցանելն զպատուիրանաւն առաջին մարդոյն, մահ եմուտ յաշխարհ, և զօրութիւնն յայտնի եղև. իբրև ամ մարդիք յառնեն, 'ի ժամանակի յորում բառնայ իշխանութիւն մահու։ Վասն անօրէնութեան, որ եղև յաւուրս Նոյի, երևեցաւ զօրութիւնն ԱԾ ջրհեղեղին։ Եւ Աբրահամ զի պահեաց զարդարութիւն ստուգութեան, որ յօրինաց անտի էր, մինչև էր օրէնքն եղեալ, յայտնի եղև նմա զօրութիւն ա̃յ 'ի ձեռն արդարութեան ստուգութեան, և այն, որում օրէնքն ոչ էին եդեալ, յայտնի արար յանձն իւր զգործ օրինաց, և ինչ ոչ պիտոյ եղեն օրէնք արդարութեան ստուգութեան նորա։ Նոյնպէս և Իսահակայ, և Յակոբայ որդւոց նորա ոչ ինչ պիտոյ եղև, թէ դնիցէին օրէնք արդարութեան, և ստուգութեան նոցա. քանզի հայր իւրեանց պատուիրեաց նոցա, զի գործիցեն զարդարութիւն, և արասցեն զիրաւունս. որպէս և գրեալ է, զի ասաց Տէր ԱԾ վասն Աբրահամու։ Գիտեմ ասէ, զի պատուիրեսցէ նա որդւոց իւրոց, և ընտանեաց, զի պահեսցեն նոքա զամ պատուէրս հրամանի։ Եւ Յովսէփ պահեաց զարդարութիւն ստուգութեան, որ յօրինաց անտի էր, և ոչ ունկնդիր եղև նա տիկնոջ իւրում. խորհեցաւ 'ի միտ իւրում, և ասէ. զիա՞րդ գործեցից զայս անհնարին չարիս, և յանցաւոր գտայց առաջի ԱԾ։ Եւ Մովսէս պահեաց զարդարութիւն ստուգութեան, որ յօրինաց անտի էր, 'ի ժամանակի իբրև ուրացաւ նա, և ոչ էառ յանձն կոչիլ որդի դստերն փարաւոնի. վասն այնորիկ արժանի արար զնա Տէր իւր, զի 'ի ձեռն նորա տացէր զօրէնս ժողովրդեան իւրոյ։ Ամենեքեան սոքա, որք յայտնի արարին յանձինս իւրեանց զգործս օրինաց, և արդարութիւն ստուգութեան նոցա, օրէնք ինչ ոչ եդան. քանզի նոքա իսկ եղեն օրէնք անձանց իւրեանց։


II. Nam si tu ipse ad examen venias duorum mandatorum, in quibus pendet omnis vis legis & prophetarum, cognosces, si hæc insita essent in cordibus & in mentibus hominum; nec lege nec prophetis omnino indigerent, sicut scriptum est [c], quod *lex justo non est posita, sed injustis*: & quidem pro iniquis & impiis posita est lex. Et si justitia veritatis stetisset & mansisset apud homines, non esset nobis opus lege. E diverso nisi lex C posita esset, virtus Dei non ostendisset in omnibus nationibus omnia mirabilia quæ manifestavit. Cum transgressus est primus homo mandatum, mors intravit in mundum, & virtus Dei manifestata est, quia omnes resurgent eo tempore quo tollet potestatem mortis. Propter iniquitatem quæ fuit in diebus Noe, apparuit virtus Dei in aquis diluvii. Et in Abraham, quia veritatis justitiam servavit, quæ erat ex ipsa lege antequam lex posita esset; manifestata fuit virtus Dei per justitiam veritatis. Et ille cui lex non erat posita, ostendit in semet ipso opera legis; & ejus justitiæ veritatis opus non fuit lege. Ita & Isaac & Jacob ejus filiis necesse non fuit, ut lex justitiæ veritatis poneretur, quia D pater eorum præcepit eis, ut operarentur justitiam & facerent æquitatem, sicut & scriptum est, & Dominus Deus dixit de Abraham: [d] *Scio, quod præcepturus sit filiis & domesticis suis, ut custodiant omnia præcepta, & mandata*. Itidem Joseph custodivit justitiam veritatis quæ erat ex lege, & non consensit dominæ suæ: cogitavit enim in mente sua dicens: [e] *Quomodo faciam hoc enorme malum, & inveniar reus coram Deo?* Et Moyses quoque custodivit justitiam veritatis quæ erat præscripta in lege, quando renuit & noluit vocari filius filiæ Pharaonis: propterea dignum fecit eum Dominus, ut per eum legem daret populo suo. Omnibus igitur his qui ostenderunt in se ipsis opera legis & justitiæ E veritatis, non est posita lex: quia ipsi re vera fuerunt lex sibi ipsis.

Եւ իբրև եկին հասին ժամանակք օրինացն, յաւելաւ նա վասն յանցաւորութեան, և եցոյց վասն նորա, եթէ յաւելուածութիւն եղև։ Եւ ընդէ՞ր արդեօք եղև այս յաւելուած. ոչ վասն արդարութեան ստուգութեան, այլ վս̃ կոչման հեթանոսաց. զի յառաջագոյն կանխաւ մինչ տուեալ էին ոչ օրէնքն յառաջ քան զօրէնս, եղև նա, այսինքն, արդարութիւն իբր պահապան մի, և դաստիարակ, մինչև եկեսցէ զաւակն այն, որ նովաւ օրհնին ամ հեթանոսք։ Եւ բանն երդմանց, զոր խոստացաւ

III. Et cum advenissent tempora legis, superaddita illa fuit propter prævaricationem; apparuitque additamentum factum fuisse [f]. Et quare factum est hoc additamentum? non propter justitiam veritatis, sed propter vocationem gentium, quoniam prius quam esset lex, & ante legem fuit illa, hoc est, justitia: lex autem data est tamquam quidam custos & pædagogus [g], donec veniret illud semen in quo benedicendæ erant omnes gentes. Nam verbum [illegible]

a Matth. xxii. 40. b Deut. vi. 5. Matth. xxii. 37. 39. c I. Tim. I. 9. d Gen. xviii. 19. e Gen. xxxix. 9. f Gal. III. 19. g Ibid. ℣. 24.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



աբրահամու, որ է կտակն աւետեաց այն, զի ասաց նմա, թէ 'ի զաւակի քում օրհնեսցին ամ հեթանոսք, և բանս այս, որ սա ինքն է կտակ, յառաջ քան զօրէնսդրութիւն չորեք հարիւր և երեսուն ամաւ, տուան աւետիք աբրահամու, զի հեթանոսք յայնմ զոր օրհնեսցին օրինակն 'ի Քս։ Եւ օրէնք յետ չորեքհարիւր երեսուն ամի եդան։ 'Ի ժամանակի իբրև զայս աւետիս ընկալաւ աբրահամ, ութսուն և հինգ ամաց էր նա, և յայնմ ժամանակէ հետև մինչև 'ի ժամանակն յայնս, յորում եմուտ յակոբ յերկիրն եգիպտացւոց, են ամք իբրև երկերիւր հինգ. և 'ի ժամանակէ մտիցն յակոբայ յերկիրն եգիպտացւոց, մինչև 'ի ժամանակս ելից ժողովրդեանն իսրայէլացւոց յերկրէն եգիպտացւոց 'ի ձեռն մովսիսի, են ամք իբրև երկերիւր քսան և հինգ։

A randi quo pollicitus est Abrahæ, idem est ac fœdus seu testamentum promissionis, cum a Domino dictum est ei: [a] *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Hoc verbum, inquam, est ipsum testamentum seu pactum promissionis [b], quæ quadringentis & triginta annis ante legem facta est Abrahæ. Significabat autem, quod gentes benedicendæ erant in Christo. Lex vero post quadringentos & triginta annos posita est. Nam eo tempore quo Abraham ratam accepit promissionem [c], erat octoginta quinque annorum. Et ab illo tempore usque ad tempus quo ingressus est Jacob in terram Ægyptiorum, elapsi sunt anni quasi ducenti quinque: Et a tempore ingressus Jacob in terram Ægyptiorum usque ad tempus exitus populi Israelitarum e terra Ægyptiorum B per Moysen, sunt anni quasi ducenti viginti quinque.

Եւ գրեցաւ բանն բնակութեան նոցա, զոր բնակեցան որդիքն իսրայելի յերկրին եգիպտացւոց չորեքհարիւր երեսուն ամք։ Եւ ընդէ՞ր իբրև երկերիւր և քսան և հինգ ամ բնակեցան որդիքն իսրայէլի յերկրին եգիպտացւոց, գրեցաւ նոցա չորեք հարիւր երեսուն ամ։ Այլ յայնմ ժամանակի յորում ասաց ԱԾ, գիտելով գիտասջի՛ր, զի պանդուխտ եղիցի զաւակ քո, յերկիր օտար. և 'ի ծառայութիւն հնազանդութեան չարչարեսցեն զնա ամս չորեք հարիւր. և 'ի նմին ժամանակի, յորում ասացաւ աբրահամու, եթէ որդի լինի քո, հաւատով նկարեցան բանքս այս 'ի սիրտն աբրահամու, որպէս և գրեալ է, Հաւատաց աբրահամ, յած, և համարեցաւ նմա յարդարութիւն. և բանն հնազանդութեան որ յերկրին եգիպտացւոց հնազանդին, և ծառայեն, յղացաւ 'ի սիրտն աբրահամու, և սկսաւ նա հոգալ 'ի միտս իւր, և ասել, թէ զիա՞րդ լիցի զաւակ նորա 'ի հնազանդութիւն ծառայութեան. և եղև սիրտն աբրահամու ծառայ հնազանդեալ յերկրին եգիպտացւոց։ Սոյնպէս իսահակ, և յակոբ հոգային վասն նորին հնազանդութե, և հոգին իւրեանց հնազանդ էր յերկրին եգիպտացւոց։ Քանզի աւետիք ծառայութեան տուան աբրահամեան զաւակին, մինչև ծնեալ էին յառաջագոյն։ Կանուխ է բանն քան զծնունդն իսահակայ հնգետասան ամաւ, և կանխագոյն են աւետիքն ծառայութեան, քան ըզմտանելն նոցա յերկիրն եգիպտացւոց երկերիւր և հինգ ամաւ, և կանխագոյն է աւետիքն այն, որ 'ի զաւակին աբրահամու օրհնեսցին ամ հեթանոսք, քան զօրէնսդրութիւն չորեքհարիւր երեսուն ամաւ։ Եւ ոչ կարացին աւետիքն խափանել, և զանցուցանել զօրէնս. բայց օրէնքն իբրև յաւելուած ինչ եղեն 'ի վերայ բանին աւետեաց, մինչև եկն եհաս ժամանակ նորա։

IV. Tempus autem, quo habitaverunt filii Israel in terra Ægyptiorum, scriptum est fuisse quadringentorum triginta annorum. Cur autem cum ducentos & viginti quinque annos habitaverint filii Israel in terra Ægyptiorum, adscripti eis sunt [d] quadringenti triginta anni? Profecto, quia eo tempore quo dixit Deus: [e] *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subjicient eos servituti, & affligent quadringentis annis*. Et quo dictum est Abrahæ; [f] *Sic erit tibi semen*: fide impressa sunt hæc verba in corde Abrahæ, sicut & C scriptum est: [g] *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam*. Sermo igitur ille subjectionis quo ei prædictum est, in terra Ægypti subjicientur & servient, illico insitus est in corde Abrahæ, & tum cœpit illenmærere in mente sua, & dicere: quomodo semen meum erit in subjectione servitutis? factusque est animus Abrahæ servus inserviens in terra Ægypti. Ita Isaac & Jacob angebantur de ista servitute, & spiritus eorum fuit serviens in terra Ægypti. Quoniam prædictio servitutis facta est semini Abrahæ, longe priusquam illi nascerentur. Præcessit enim verbum Domini nativitatem Isaac annis quindecim. Et prædictio servitutis prior est ingressu eorum in terram Ægypti du- D centis quinque annis. Promissio igitur, qua dictum est, [h] *in semine Abrahæ benedicentur omnes gentes*, prior est constitutione legis quadringentis triginta annis. Promissiones autem non potuerunt impediri neque irritæ fieri a lege; sed lex tamquam additamentum aliquod superaddita fuit verbo promissionis, donec tempus ejus venit, & impletum est.

Եւ պահեցաւ բանն զհազար, և զեօթներիւր, և ինսուն չորք ամս։ Իսկ 'ի ժամանակէ անտի յայնմանէ, զի տուան աւետիքն աբրահամու, մինչև եկն, և եղև նա 'ի պահպանութեան հազար երեք հարիւր վաթսուն և չորք ամս զկնի օրէնսդրութեան. և կանխագոյն է քան զօրէնս չորեք հարիւր երեսուն ամաւ. Եւ իբրև եկն, խափանեաց զպահսն. որ յօրինաց անտի էին. և լի, բովանդակ կատարեցան օրէնք, և մարգարէք 'ի վերայ այսց երկուց պատուիրանաց, զոր տր մեր ասաց վասն նոցա։ Բայց բան գրեալ է, որ ասէ, ամ օրէնք, և մարգարէք մինչև ցյոհաննէս մկրտիչ մարգարէացան։ Եւ տրն մեր ասէ, ո՛չ եկի լուծանել զօրէնս, և զմարգարէս, այլ հաստատել, և կատարել զնոսա։ Եւ դարձեալ գրեալ է, ճշմարտութիւն օրինաց 'ի ձեռն Յի եղև։

V. Reservatum est igitur verbum per mille septingentos nonaginta quatuor annos. Nam ex quo facta est promissio Abrahæ, usquequo ipsa advenit, tempus quo reservata est, fuit mille trecentorum sexaginta quatuor annorum post impositionem legis, & ante legem quadringentis triginta annis. E Cum autem venit, abrogavit observantias quæ erant ex lege, & plene prorsusque lex & prophetæ impleti sunt in his duobus mandatis, de quibus Dominus noster locutus est. Ideoque scriptum est: [i] *Omnes prophetæ & lex usque ad Joannem Baptistam prophetaverunt*. Et Dominus noster dicit: [k] *Non veni solvere legem & prophetas, sed confirmare & adimplere*. Et iterum scriptum est: [l] *Veritas legis per Jesum facta est*.

Իսկ զի՞նչ արդեօք պակաս էր յօրինաց անտի, և 'ի մարգարէից. զի կարօտ էին նոքա հաստատել, և կա-

VI. Et quid deerat legi & prophetis? Indigebant, ut confirmarentur & adimplerentur. Quo-

a Gen. XXII. 18. *b* Galat. III. 16. *c* Gen. XV. 6. *d* Exod. XII. 40. *e* Gen. XV. 13. Act. VII. 6. *f* Gen. XV. 5. *g* Gen. XV. 6. Rom. IV. 3. Gal. III. 6. Jac. II. 23. *h* Gal. III. 18. *i* Matth. XI. 13. *k* Matth. V. 17. *l* Joan. I. 17.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



տարիլ. այլ քանզի թողեալ կայր 'ի նոսա կտակն, բանն այն աւետեաց. քանզի ո՛չ էին կնքեալ կտակարանքն, որ տուեալ մովսիսի, մինչև եկին հասին այս վերջին կտակարանքս, զի այն առաջինն վերոյ աւետարանեցաւ, և 'ի ներքոյ դրոշմեալ հաստատեցաւ: Եւ մեռաւ, որ եբեր զկտակն, և ապա հաստատեցան կտակարանքն երկոքին, և արար զերկոսինն մի, և զօրէնս պատուիրանաց 'ի պատուէրս հրամանի իւրոյ խափանեաց, և պէտք օրինացն խափանեցան 'ի գալստեանն տն մերոյ, և մատոյց զանձն իւր փոխանակ պատարագացն այնոցիկ, որ յօրինաց անտի էին, և մատնեցաւ իբրև զգառն մի 'ի սպանդ փոխանակ գառանցն քաւութե, և զենաւ մեզ եզն պարարակ, զի մի՛ լիցուք կարօտ մատուցանել զորթս յանդւոյ, եկն և ել 'ի խաչ, զի մի՛ խնդրեսցին 'ի մէնջ զոհք, և պատարագք, եհեղ զարիւն իւր փոխանակ ամ մարդկան, զի մի՛ խնդրեսցի 'ի մէնջ արիւն գազանաց: Եմուտ նա 'ի խորանն սրբութեանց, որ առանց ձեռագործին է. և եղև քահանայ, և պաշտօնեայ սրբութե 'ի ժամանակէ անտի յայնմանէ, յորմէհետէ խափանեաց նա զպահս օրինաց, և 'ի ժամանակէ անտի յայնմանէ յորմէհետէ կապեցին զնա, կապեցան տօնք տարեկանաց նոցա իբրև 'ի շղթայս: Եւ զի կամեցան դատել զարդարն, անցոյց 'ի նոցանէ զիրաւունս դատաստանացն, և զի անարգեցին նոքա զարքայութե, թագաւորութե նորա, եբարձ 'ի նոցանէ զտէրութե, և զթագաւորութե. քանզի եկն նա, որոյ իւր է արքայութե, և եղև նա պատարագ կենդանի փոխանակ մեր, և խափանեաց նա զզոհս, և զպատարագս նոցա, և եղեն որդիքն իսրայէլի առանց պատարագաց, և առանց սեղանոյ, և առանց այն, որ զգենոյր զհանդերձ քահանայութե, և արկանէր ըզխունկս առաջի տն: Եւ խափանեցան 'ի նոցանէ տեսիլք, և մարգարէք, զի ո՛չ եղեն նոքա ունկնդիր մեծի մարգարէին. և լցեալ կատարեցաւ կտակն առաջին, վերջին կտակաւս. ծերացան, հնացան գործքն օրինաց, և դարձան յապականութե, 'ի ժամանակէ անտի յորմէ հետէ տուաւ նորն, խափանեցաւ հինն: Եւ ո՛չ եթէ միայն 'ի ժամանակէ անտի գալստեան տն մերոյ անարգեցան զոհք, և պատարագք նոցա. այլ և յառաջ քան զայն ժամանակ ո՛չ քաղցրացան նմա զոհքն նոցա, որպէս և գրեալ է, ո՛չ ուտեմ ես զմիս զուարակաց քոց, և ո՛չ զարիւն նոխազաց քոց ըմպեմ ես. այլ մատո՛ Այ զպատարագ օրհնութեան, և կատարեա՛ բարձրելոյն զուխտս քո: Եւ դարձեալ ասէ. զսիրտ սբ խնդրէ Այ: Եւ դարձեալ ասէ. ո՛չ հաճեցայ ես ընդ զոհս. և զողջակէզս պատարագաց ես ո՛չ կամիմ. պատարագ Այ ոգի խոնարհ է: Եւ եսայի ասէ. չէ ինչ ինձ պիտոյ բազմութե զոհիցդ ձերոց: Եւ դարձեալ ասէ ցնոսա մարգարէն. ատեցի, և անարգեցի զտօնս տարեկանաց ձերոց, և ո՛չ ևս հոտոտեցայց 'ի խունկս հանդերձեալս ձեր:

A niam deerat eis testamentum confirmatum, hoc est verbum illud promissionis. Quippe non erat obsignatum testamentum, quod factum est per Moysem, donec adveniret hoc ultimum testamentum; quia illud primum desuper nuntiatum est, hoc autem subter signaculo munitum. Et mortuus est qui condidit testamentum, & deinde confirmata sunt duo testamenta; & fecit duo unum, & legem præceptorum in mandatis præcepti sui abrogavit, & necessitas legis abrogata est in adventu Domini nostri: & obtulit semet ipsum pro sacrificiis illis quæ erant ex lege: & traditus est ille tamquam agnus ad immolandum pro agnis propitiationis; & immolatus est pro nobis vitulus saginatus, ne indigeremus of-
B ferre vitulos agri. Venit, & ascendit in crucem, ne requirerentur a nobis victimæ & sacrificia. Effudit sanguinem suum pro omnibus hominibus, ne requireretur a nobis sanguis brutorum. [a] Introivit ille in tabernaculum sanctorum non manufactum; & fuit Sacerdos & Minister sanctorum ab illo tempore, ex quo abrogavit observantias legis. Et ab illo tempore quo ligaverunt eum, ligatæ sunt quasi vinculis annuæ eorum festivitates. Et quia ausi sunt judicare justum, Deus ademit illis jura judiciorum. Et quia contemserunt auctoritatem ejus & imperium, abstulit ab eis dominium & regnum; quoniam venit ille, cujus est regnum. Et fuit ipse sacrificium vivum pro nobis; & victimas & sacrifi-
C cia eorum abrogavit: [b] & fuerunt filii Israel sine sacrificiis, & sine altari, & sine eo qui induebat vestes sacerdotales, & incensum offerebat coram Domino. Et ablatæ sunt ab eis visiones, & prophetæ, quia non audierunt magnum Prophetam. Et adimpletum est primum testamentum per hoc ultimum testamentum. Senuerunt & inveterata sunt opera legis, & conversa sunt in corruptionem. Ab eo tempore, quo datum est novum, abrogatum est vetus. At vero non solum ex ipso tempore adventus Domini nostri spretæ & repudiatæ sunt victimæ & sacrificia eorum, sed etiam ante hoc tempus non placuerunt Deo victimæ ipsorum, sicut & scriptum est: [c] *Non ego manduco carnes taurorum tuorum, ne-*
D *que sanguinem hircorum tuorum poto*; sed [d] *immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua*:


Et iterum dicit scriptum: [e] *Cor sanctum quærit Deus*. Et rursus ait Dominus: [f] *Non placuerunt mihi victimæ, & holocausta sacrificiorum nolo*. [g] *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*. Et per Isaiam: [h] *Non est*, inquit, *mihi opus multitudine victimarum vestrarum*. Et rursus dicit eis Deus per prophetam: [i] *Odi, & sprevi calendas & solemnitates vestras, & non amplius odorabor futura incensa vestra*.

Զայս բան, զոր ասաց տրն մեր, և փրկիչ, զի 'ի նմա կախեալ կան օրէնք, և մարգարէք, գեղեցիկ, բարի, և վայելուչ է: Քանզի տր մեր այսպէս ասէ: Նշան մի յօրինաց, և 'ի մարգարէից ո՛չ անցցէ, մինչև ամ կատարեսցի, էառ նա զօրէնս, և զմարգարէս, և կախեաց զնոսա յերկուս պատուիրանս. և ինչ ո՛չ խափանեաց 'ի նցէ: Եւ եթէ հայիցես բարւոք 'ի բանս յայս, այնու է ճշմարիտ պահքն օրինաց. և ամենայն ինչ որ գրեալ է նմա, 'ի ներքոյ բանին այնորիկ է: Սիրեսցես զտր Այ քո յամ անձնէ քումմէ, և յամենայն զօրութե քումմէ, և յամ ստացուածոց քոց. և ամ ինչ որինչ գործ էր յօրէնս անդ, զի մերձեսցին սիրել զտր Այ իւրեանց. և զի սիրեսցէ ոք զմերձաւոր մարմնոյ իւրոյ իբրև զանձն իւր: Եւ այս երկու պատուիրանս 'ի վերոյ են քան զամ օրէնս: Եւ իբրև դիցես 'ի միտ քում, և հայեսցիս յօրէնս անդր, 'ի սկզբանն այսպէս գրեալ է: Ես եմ տր Այ քո, որ հանի զքեզ յերկրէն եգիպտացւոց: Մի՛ արասցես դու քեզ նմանութե ինչ պատկերաց: Եւ իբրև ո՛չ ոք առնէ իւր այլ Այ բաց 'ի նմանէ, լինի նա այնուհետև 'ի ներքոյ բանին այնմիկ, յորում կախեալ կան օրէնք, և մարգարէք: Եւ զայս

VII. Verbum autem illud quod dixit Dominus & Salvator noster, quoniam in duobus mandatis pendent lex [k] & prophetæ, pulcrum, bonum, congruum & conveniens est, dicente ipso Domino nostro: [l] *Apex unus a lege & prophetis non præteribit, donec omnia fiant*. Accepit ille legem & prophetas, & conclusit ac suspendit eos in duobus mandatis, & nihil ex eis abrogavit. Nam si per-
E penderis bene verbum illud, in eo est vera observatio legis; & id omne quod scriptum est in lege, sub hoc verbo comprehenditur: [m] *Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex omnibus substantiis tuis*. Etenim omne opus ideo faciendum in lege erat, ut accederent ad diligendum Dominum Deum suum, & ut unusquisque diligeret proximum carnis suæ tamquam semet ipsum. Itaque hæc duo mandata sunt supra omnem legem. Et quidem si consideraveris & inspexeris legem, invenies in principio illius sic scri-

a Heb. IX. 11. 12. b Osee III. 4. c Psalm. XLIX. 13. d Ibid. ℣. 14. e Prov. XI. 20. f Jer. VI. 20. g Psalm. L. 19. h Isa. I. 11. i Ibid. ℣. 14. k Matth. XXII. 40. l Matth. V. 18. m Deut. VI. 5. Matth. XXII. 37.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



յիշեսջի՛ր դու, զի գրեցի ես քեզ, եթէ 'ի վերայ արդարոց օրէնք ինչ ո՛չ կան ։ Քանզի այն, որ պահէ զստուգութիւն արդարութեան, 'ի վերայ է նա քան զհրամանս պատուիրանաց, և 'ի վերայ քան զօրէնս, և զմարգարէս ։ Եւ հաստատուն, և ճշմարիտ է բանն, զոր ասաց տէրն մեր, եթէ մի՛ անցցէ յովտ նշան մի յօրինաց, և 'ի մարգարէից ․ զի կնքեաց, և եդած, կատարեաց յերկուս պատուիրանս ։

A ptum. [a] *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex terra Ægyptiorum; non facies tu tibi ſimilitudinem aliquam imaginum*. Cum autem aliquis non facit ſibi alium Deum præter illum, exſiſtit jam inde ſub iſto verbo in quo pendent lex & prophetæ. Et memento, me ſcripſiſſe tibi, quod [b] *juſtis poſita non eſt lex*. Quippe qui obſervat veritatem juſtitiæ, ſupra juſſum mandatorum & ſupra legem & prophetas conſtitutus eſt. Atque ita firmum manet, & verum eſt verbum, quod dixit Dominus noſter, nempe: [c] *Jota unum aut unus apex non præteribit a lege & a prophetis*: quoniam ea concluſit conſummavitque in duobus mandatis.

Լո՛ւր դու զհաւանութիւն հանճութեան բանիս այսորիկ ։ Եթէ ասիցի թէ ընդ է՞ր գրեալ է բանս այս բնակութեան որդւոցն իսրայէլի յեգիպտոս չորեքհարիւր երեսուն ամ, իբրև աւետարանեցաւ բանս այս աբրահամու ․ եթէ չորեքհարիւր ամ եղիցի ․ և ընկալան զերեսուն աւելի ։ ցուցանեմ քեզ սիրելի, թէ զիարդ եղև սա ։ Իբրև եկն, եհաս կատարած չորեքհարիւր ամին, առաքեցաւ մովսէս, զի փրկեսցէ զնոսա ․ 'ի ժամանակին իբրև եհար, եսպան նա զայրն եգիպտացի ․ և նոքա անարգեցին զփրկիչն իւրեանց ։ և եղև փախստեայ մովսէս, և գնաց յերկիրն մադիամու ։ Եւ եղև բարկութիւն սրտմտութեան 'ի վերայ որդւոցն իսրայէլի, զի կացցեն մնասցեն անդէն 'ի նմին ծառայութեան յերկրին եգիպտացւոց զերեսուն ամ, ասեն զմովսէս, իսկ զքեզ ո՞վ կացոյց իշխան, կամ դատաւոր 'ի վերայ մեր ։ Եւ իբրև անարգեցին նոքա զփրկիչն իւրեանց, բարկութիւն սրտմտութեան տեառն Այ արգել զնոսա անդէն զամս երեսուն ։ Եւ ապա իբրև բազմացան նեղութիւնք ճգնութեան նոցա, եհան զնոսա տր Այ յերկրէն եգիպտացւոց ։ Զայս ամենայն զոր արար Այ, զերկայնմտութիւն իւր եցոյց ։ նախ, զի նոքա խրատեսցին վասն անարգանացն մովսիսի ։ Երկրորդ, զի կատարեսցին մեղք անօրէնութեան ամուրհացւոց, աւելի քան զչափն, զոր ասաց ցաբրահամ, յաւել ժողովրդեան զերեսուն ամ ։ և առ ամուրհացիս երկայնամիտ եղև, 'ի ներել թողութեան մեղաց նոցա զեօթանասուն ամ, զերեսուն յերկրին եգիպտացւոց, և զքառասուն ամ յանապատի անդ ։ Ապա իբրև կատարեցաւ չորեքհարիւր երեսուն ամ, և լցաւ մեղքն ամուրհացւոց, տարաւ եմոյծ զնոսա յերկիրն խոստացեալ պարգևաց ։ Բայց զայս գիտասջի՛ր դու սիրելի, թէ Այ առանց օրինաց է, զոր ժամանակ՝ երկայնէ, և կարճէ ․ և է ժամանակ, յաւելու, զի սակաւէ ։ Նզովեաց, և անէծ զնոսա յաւուրս նոյի, վասն անօրէնութեան մարդկան, և ասէ ։ եղիցին աւուրք կենաց մարդկան հարիւր քսան ամ ․ և ջնջեալ սատակեաց զնոսա յամին վեց հարիւրերորդի կենացն նոյի, և պակասեցոյց քսան ամ ։ Եւ դարձեալ գրեալ է ։ 'ի ժամանակի իբրև անօրէնութիւնք անօրէն թագաւորութեան եփրեմի բազմացան ․ իբրև թագաւորեաց 'ի վերայ նոցա բռոովամ նաբատեան, որ անօրինեցաւ, և անօրինեցոյց զիսրայէլ ։ և իբրև մեղան, և յանցեան նոքա, ասաց վասն նոցա 'ի մարգարէութեան եսայեայ մարգարէի, յետ վաթսուն և հինգ ամի, պակասեսցի թագաւորութիւն եփրեմայ 'ի ժողովրդենէ անտի ․ յամս ոքոզեայ եղև պատգամն ․ և յամին չորրորդի եզեկիայ արքայի, եկն եհաս 'ի վերայ նոցա շաղմանասար արքայ ասորեստանեայց, և զկնի նորա թագղաթփաղասար ․ և գերի առին վարեցին զնոսա յերկիրն իւրեանց ։ Թագաւորեաց ախազ զվեշտասան ամ ․ և յամին չորրորդի եզեկիայ արքայի տիրեցին 'ի վերայ նց թագաւորք ասորեստանեայց, քսան ամ միայն լինի, և պակասեաց եփրեմ յիսրայէլէ ․ և քառասուն և հինգ ամ պակասեաց 'ի նոցանէ ։


B VIII. Audi nunc explicationem eorum, quæ ſuperius poſita ſunt. Si enim dicatur, quare ſcriptum eſt [d] habitaſſe filios Iſrael in Ægypto quadringentos triginta annos? cum annuntiatum ſit Abrahæ [e], id futurum per quadringentos annos, & cur ſuperadditi ſunt triginta anni? Oſtendam tibi, cariſſime, quomodo hoc factum ſit. Cum elapſi & impleti fuiſſent quadringenti anni, miſſus eſt Moyſes, ut Iſraelitas ſalvaret eo tempore quo virum illum Ægyptium occidit & percuſſit. Illi autem contemſerunt ſalvatorem ſuum. Et fugit Moyſes, & abiit in terram Madian: & fuit ira furoris ſuper filios Iſrael, adeo ut manerent & perſeverarent deinde in illa ſervitute in terra Ægyptiorum aliis triginta C annis. Dixerunt enim Moyſi: [f] *Et quis conſtituit te principem vel judicem ſuper nos*? Et cum contemſiſſent ſalvatorem ſuum, ira furoris Domini Dei detinuit inſuper eos illic triginta annis. Et deinde cum multiplicatæ fuiſſent anguſtiæ tribulationis eorum, eos Dominus Deus e terra Ægyptiorum eduxit. Ex his autem quæ fecit Deus, ſuam longanimitatem manifeſtavit, volens ut illi corrigerentur de contemtu quo deſpexerunt Moyſen: & ut [g] complerentur peccata iniquitatis Amorrhæorum; ideoque ſupra annorum menſuram quam prædixit Abrahæ [h], adjecit populo triginta annos. Atque ita erga Amorrhæos longanimis fuit, parcendo peccatis eorum per ſeptuaginta annos, triginta in terra Ægy-D ptiorum, & quadraginta in deſerto. Deinde cum impleti eſſent quatuor centum triginta anni, & completa eſſent peccata Amorrhæorum, duxit & introduxit Iſrael in terram promiſſorum donorum. Id enim ſcias velim, cariſſime, Deum nulla lege teneri: tempus enim nonnumquam quod eſt longum, contrahit & minuit; & tempus quod eſt breve ac modicum, interdum producit & auget. Imprecatus eſt & maledixit hominibus in diebus Noe, dicens: [i] *Erunt dies vitæ hominum centum viginti anni*; & delens interemit eos anno ſexcenteſimo vitæ Noe, ac proinde demſit viginti annos. Et iterum ſcriptum eſt, cum iniquitates regni Ephraim multiplicatæ eſſent, & regnaviſſet ſuper eos Jeroboam E filius Nabat, qui prævaricatus eſt & fecit prævaricari Iſrael; & cum peccata peccatis addidiſſent, dixit Deus per os Iſaiæ prophetæ: [k] *Poſt ſexaginta quinque annos deficiet regnum Ephraim a populo illo*. In annis Ochoziæ ſermo factus eſt, & anno quarto Ezechiæ regis venit, & irruit ſuper eos Salmanaſar rex Aſſyriorum [l], & ante eum [m] Theglatphalaſar, & [n] duxerunt eos captivos in terram ſuam. Regnavit Achaz ſexdecim annos [o]: & anno quarto Ezechiæ regis dominati ſunt ſuper eos reges Aſſyriorum. Elapſi ſunt viginti anni tantum, & Ephraim defecit in Iſrael. Quadraginta igitur quinque anni eis imminuti & detracti ſunt; & quam Deus per prophetam prænuntiaverat & præfiniverat, conſtitutam temporis menſuram non complevit.

Եւ այս, զի յառաջագոյն ասաց, և եդ ժամանակ․ և ո՛չ կատարեաց զչափն, զոր եդեալ էր․ ո՛չ իբրու թէ

IX. Hoc autem non ideo quaſi futuri neſcius ſit Deus, cum dixerit ita futurum, & poſtea aucti,

a Exod. xx. 2. 4. *b* I. Tim. I. 9. *c* Matth. V. 18. *d* Exod. xii. 40. *e* Gen. xv. 13. Act. vii. 9. *f* Exod. II. 14. *g* Gen. xv. 16. *h* Ibid. ẏ. 13. *i* Gen. vi. 3. *k* Iſa. vii. 8. *l* iv. Reg. xvii. 5. xviii. 9. *m* iv. Reg. xv. 29. I. Paral. V. 26. *n* Tob. I. 2. *o* iv. Reg. xvi. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



ո՛չ գիտէք . զի առաջ վասն նոցա թէ այսպէս եղիցի, և առաջ յաւելուն, և պակասին ամք : Գիտէր Ած թէ յայսչափ զան հասանին, և նա վս ողորմութե գթութե իւրոյ, տայ տեղի ապաշխարութեան, զի առանց պատասխանի տալոյ եղիցին մարդիկք : Բայց մարդիկք արհամարհէին զերկայնմտութի, և զներողութի Այ: Եւ 'ի ժամանակի իբրև լսէին թէ բազում ժամանակք կան, և ապա զան հասանին ասացեալ բարկութե 'ի վերայ նոցա, և համարձակէին 'ի մեղանչել առաջի նորա, և ասէին, որինչ մարգարէքդ ասեն, 'ի հեռի ժամանակս մարգարէանան: Վասն այսորիկ իբրև զայս խորհուրդ սկսան խորհիլ 'ի յաւուրս եզեկիէլի մարգարէի, ասէ Տր ցեզեկիէլ, կենդանի եմ ես ասէ Տր համաքար, ո՛չ ևս յամեցուցից զբանս իմ, այլ զոր ասեմ, առնեմ վաղվաղակի, և կատարեմ : Եւ զայս, զի յառաջագոյն եդ չափ ապաշխարութե, տեղի ետ մարդկան . և նոքա արհամարհէին զերկայնմտութին Այ, և ո՛չ դառնային յապաշխարութե . և նա սահ զժամանակն եդեալ, և հաստատեալ : Եւ ո՛չ եթէ էր ո՛չ գիտութե առնէ, այլ որպէս և գրեալ է, վայ այնոցիկ, որք թշուառանան . բայց դուք մի թշուառանայք . սուտն մի՛ստեսցէ ձեզ : Եւ դարձեալ գրեալ է երեմիա մարգարէ, եթէ ասացից վասն ժողովրդեան, և թագաւորութե, խլել, քակել, կործանել, կորուսանել, և սատակել . և դառնայցէ ժողովուրդն 'ի չարեաց իւրոց . և ես ստեցից զբանս իմ, և դարձուցից 'ի նոցանէ զչարիսն, զորս ասացի վասն նոցա : Եւ դարձեալ ասէ, եթէ ասացից վս ժողովրդեան, և վս թագաւորութե շինել, և տնկել . և արասցէ զանօրէնութիւս իւր . և ես ստեցից զբան իմ, և դարձուցից 'ի նոցանէ զբարին, զոր ասացի առնել նոցա :

A vel diminuti sunt anni. Sciebat Deus ad quam mensuram anni perventuri essent. Verum enim propter clementiam misericordiæ suæ dedit locum pœnitentiæ, ut homines non haberent, quid possent respondere. Sed homines illi longanimitatem & indulgentiam Dei contemnebant; & cum audirent multa post tempora Dei iram super eos venturam, peccare coram eo audebant, dicentes: [a] *Quidquid prophetæ isti dicunt, in tempora remota prophetant.* Itaque cum in hunc modum secum cogitare homines cœpissent diebus Ezechielis prophetæ, dicit Dominus ad Ezechielem: [b] *Vivo ego, dicit Dominus, factor voluntatis, non ulterius tardabo verba mea; sed quod* B *dico, illico conficiam & implebo.* Id autem, ut dixi, ideo factum est, quia prius constituit eis temporis mensuram, spatiumque pœnitendi elargitus est. Illi autem spreverunt longanimitatem Dei, & non conversi sunt ad pœnitentiam; ideo mutavit postea Deus tempus positum & stabilitum. Hoc autem non quasi nesciens fecit, sed sicut & scriptum est: *Væ illis, qui efficiunt se miseros; vos autem nolite efficere vos miseros: mendacium ne decipiat vos.* Et iterum dictum est per Jeremiam prophetam: [c] *Si dixerim de populo & regno: evellam, destruam, subvertam, disperdam & dissipabo; & convertatur populus ille a peccatis suis: & ego pœnitentiam agam* C *super sermones meos, & avertam ab eis mala quæ locutus sum contra eos.* Et iterum dicit: [d] *Si dixero de populo & regno: ædificabo, & plantabo; & ille perpetraverit iniquitates suas: & ego pœnitentiam agam super verba mea, & avertam ab eis bonum quod locutus sum, ut facerem eis.*

Բայց զայս ամենայն զոր գրեցի քեզ, սիրելի, քանզի յառաջ 'ի խօսս յայս 'ի ճառն հաւատոյ ցուցի քեզ, եթէ հաւատով հաստատին հիմունք այսր ուխտի, յորում մեք կամք, և յայս երկրորդ խօսս գրեցի յիշեցուցի քեզ, եթէ ամենայն օրէնք, և մարգարէք յերկուս պատուիրանս կախեալ կան : յայնս, զորոց Տր մեր ասաց վասն Նց . և 'ի նոսա իսկ յայն երկուս արգելեալ պաշարեալ կան ամենայն օրէնք, և 'ի նոյն օրէնս արգելեալ կան հաւատք . և հաւատով հաստատի սէրն ճշմարիտ, այն որ նախ ինքն է միայն յերկուց պատուիրանաց . և իբրև զԱծ սիրէ մարդ, և զմերձաւորս իւր սիրէ իբրև զանձն իւր :


X. Sed eorum quæ scripsi tibi, carissime, in mentem revoca, quod prius in sermone de fide ostendi tibi: fide firmari fundamentum hujus fœderis, in quo nos sumus. Et in hoc secundo sermone tibi modo significavi, universam legem & prophetas pendere in duobus mandatis, de quibus Dominus noster loquutus est: & in his quidem duobus D mandatis comprehensam & conclusam esse universam legem. In lege autem firma consistit fides, & per fidem firmatur vera dilectio illa quæ ipsa sola est prima in duobus mandatis; nam cum diligit homo Deum, etiam proximum suum sicut se ipsum diligit.

Այսուհետև լո՛ւր դու սիրելի, վս այսր սիրոյ, որ է մի յերկուցն պատուիրանաց : իբրև եկն Տր մեր, եցոյց նա զյօժարութե սիրոյն, ասէ ցաշակերտսն, Այս է պատուէր իմ, զի զմիմեանս սիրեսջիք : դարձեալ ասէ, պատուէր մի նոր տամ ձեզ, զի սիրեսջիք զմիմեանս : Եւ դարձեալ իբրև ցուցանէ վասն սիրոյ, այսպէս զգուշացոյց զնոսա, և ասէ . սիրեցէ՛ք զթշնամիս ձեր և օրհնեցէ՛ք զայն, որ անիծանէն զձեզ, և աղօթս արարէ՛ք այնոցիկ, որք չարչարեն զձեզ, և հալածեն : Եւ զայս ասէ ցնոսա, եթէ սիրէք դուք զայն, որ զձեզն սիրէ, զի՞նչ օգուտ, կամ շնորհ իցէ ձեզ . զի և հեթանոսք զնոյն գործեն . որ սիրեն զնոսա, սիրեն զնա : Դարձեալ ասէ Տր մեր, եթէ առնէք դուք բարի այնոցիկ, որ ձեզն բարի կամին, զի՞նչ շնորհ իցէ ձեզ այն . զի և մաքսաւորք, և մեղաւորք զնոյն գործեն, այլ դուք զի որդիք կոչեցեալ էք հօրն երկնաւորի, նմանողք եղիջի՛ք նմա . զի նա ողորմի, և գթայ 'ի վերայ ապաշխարողաց : Եւ դարձեալ ասէ, թողէ՛ք, և թողցի ձեզ . լուծէ՛ք, և լուծցի ձեզ : Եւ դարձեալ ասէ ցմեզ, և ահ, և երկիւղ առաջի եդ, եթէ ո՛չ թողուցուք որդւոց մարդկան զյանցանս իւրեանց, զոր յանցանիցեն առ ձեզ . և ո՛չ հայրն երկնաւոր թողցէ ձեզ զմեղս ձեր : Այս է, զոր զգուշացոյց, և ասէ,

XI. Quare ex ordine audi, carissime, de dilectione proximi, quod est alterum ex duobus mandatis. Cum venisset Dominus noster, ostendit pretium & dignitatem hujus dilectionis, dicens discipulis: [e] *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.* Iterum dicit: [f] *Mandatum novum do vobis,* E *ut diligatis invicem.* Et iterum cum eos doceret de caritate, sic admonuit: [g] *Diligite inimicos vestros, & benedicite maledicentibus vobis, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Hoc etiam dixit eis: [h] *Si diligitis eos qui vos diligunt, quæ utilitas aut quæ vobis est gratia? quia & ethnici hoc faciunt, qui diligentes se diligunt.* Itidem dicit Dominus noster: [i] *Si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem peccatores & publicani hoc faciunt:* [k] *At vos quia vocati estis filii Patris cælestis, estote similes illi; quoniam ille miseretur & miseratur super pœnitentiam agentes.* Rursusque ait: [l] *Dimitte, & dimittetur; solvite, & solvemini.* Et iterum dicit, nobis timorem & terrorem incutiens: [m] *Si non dimise-*

[a] Ezech. XII. 27. [b] Ibid. ℣. 28. [c] Jer. XVIII. 7. [d] Ibid. ℣. 10. [e] Joan. XV. 12. [f] Joan. XIII. 34. [g] Matth. V. 44. Luc. VI. 28. [h] Matth. V. 46. Luc. VI. 32. [i] Matth. V. 47. Luc. VI. 33. [k] Matth. V. 48. Luc. XV. 7. 10. [l] Luc. VI. 37. [m] Marc. XI. 26. Matth. VI. 14. 15. XVIII. 35.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



եթէ յանցանիցէ քեզ եղբայր քո, թո՛ղ նմա. և թէպէտ եօթն անգամ յանցանիցէ քեզ 'ի միում աւուր, թո՛ղ նմա։ A

ritis filiis hominum delicta eorum quibus delinquunt in vos, nec Pater cælestis dimittet vobis peccata vestra. Illud præterea monuit discipulos suos dicens: [a] *Si peccaverit frater tuus in te, dimitte ei: & quamvis septies peccaverit in te in una die, dimitte ei.*

Եւ իբրև լուաւ Շմաւոն զբանս զայս, ասէ ցնա, քանիցս անգամ եթէ յանցանիցէ ինձ եղբայր իմ թողից նմա. եօթն անգամ։ Ասէ ցնա Տէր, ո՛չ եօթն անգամ միայն, այլ եօթն եօթանասնեկին։ Թէպէտ ասէ չորեք հարիւր, և իննսուն անգամ յանցանիցէ քեզ, թող նմա, յաւուր միում։ Եւ նմանող եղև նա հօրն բարերարի, որ բազում արար զներելն թողութեան քաւութեան, վասն Երուսաղէմի։ Իբրև գերեաց զորդիսն Իսրայէլի ընդ երկիրն բաբիլացւոց, խրատեաց զնոսա անդ զեօթանասուն ամ։ Եւ իբրև դարձաւ 'ի գութ ողորմութեան իւրոյ, եած ժողովեաց զնոսա յերկիրն իւրեանց, 'ի ձեռն Եզրայ դպրի, և յաճախեաց բազմացոյց առ նոսա քաւութիս թողութեան 'ի հասարակ աւուր միոյ եօթանասուն եօթներորդ ամաց չորեք հարիւր իննսուն ամ։ Եւ 'ի ժամանակի իբրև զարիւն արդար հեղին, ո՛չ ևս այլ եղև քաւութի թողութեան մեղացն Երուսաղէմի, այլ մատնեաց զնա 'ի ձեռս թշնամեաց իւրոց. խլեցին, կործանեցին, և ո՛չ թողին 'ի նմա քար 'ի քարի վերայ, և ո՛չ թողին զհիմունս նորա տեառն, և ո՛չ ասացին ցորդիսն Եդոմայ, եթէ առցեն զհատուցումն, զի ո՛չ կոչեցին 'ի վերայ Երուսաղէմի, թէ քակեցէ՛ք քակեցէ՛ք, մինչև 'ի հիմն հատուցէ՛ք։ Բայց Այ 'ի կէս աւուր իւրոյ, եթող չորեքհարիւր իննսուն ամ, և կրեաց նա զմեղս նոցա, և ապա խլեաց կործանեաց զԵրուսաղէմ, և մատնեաց զնա 'ի ձեռս օտարաց, և կենարարն մեր այսպէս պատուիրեաց։ զի յաւուր միում թողցէ այր եղբօր իւրում չորեքհարիւր իննսուն անգամ։ B C

XII. Et cum hæc audisset Simon, dixit ei: [b] *Quoties si peccaverit in me frater meus, dimittam ei? usque septies?* Respondit ei Dominus: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.* Quamvis, inquit, quadringenties & nonagies peccaverit in te una die, dimitte ei. Fuitque similis benefico Patri suo, qui per totidem annos venia propitiationis Jerusalem pepercit. Nam cum filii Israel captivi ducti fuissent in terram Babyloniorum, castigavit eos illic per septuaginta annos. Et conversus ad clementiam misericordiæ suæ, eos congregatos reduxit in terram suam per manum Esdræ scribæ, & veniam propitiationis adauxit, ampliavitque super eos ad septuaginta usque hebdomadas, quæ erant singulæ annorum septem, includens in illis quadringentos & nonaginta annos. Postea vero cum effudissent sanguinem justum, amplius propitiatio veniæ non fuit peccatis Jerusalem, sed tradidit eam Deus in manus inimicorum suorum, qui eam diruerunt, subverterunt & non reliquerunt in ea lapidem super lapidem, neque reliquerunt fundamenta ejus Domino; nec amplius dictum est filiis Edom, quod acciperent retributionem, quia non ultra clamaverunt super Jerusalem, dicentes: [c] *Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.* Sed Deus in dimidio diei suæ dimisit eis post quadringentos nonaginta annos, & sustulit peccata eorum; & deinde diruit & subvertit Jerusalem, & tradidit eam in manus extraneorum. Propterea vivificator noster sic præcepit, ut in una die homo fratri suo quadringenties & nonagies dimittat.

Մի՛ դժուարին թուեսցի քեզ սիրելի, բանն, որ գրեցի քեզ, եթէ 'ի կէս աւուր իւրոյ եթող Երուսաղէմ, զի այսպէս գրէ Դաւիթ 'ի սաղմոսին ութսուն և իններորդի։ Հազար ամ յաչս տեառն իբրև զօր երեկի զի անցանէ։ Զի և վարդապետք մեր իմաստունք այսպէս ասեն, թէ 'ի նմանութի վեց աւուր եղեալ է զաշխարհս Այ, և 'ի կատարածի վեց հազար ամին լուծանի աշխարհս, և լինի շաբաթն Այ, 'ի նմանութեան աւուրց շաբաթու, որ է զկնի վեց աւուր, ո՛չ մեկնեաց, և եցոյց մեզ փրկիչն մեր վասն աւուրն շաբաթու, ասելով, յաղօթս կացէ՛ք, զի մի՛ լիցի փախուստ 'ի ձմերայնի, և մի՛ յաւուր շաբաթու։ Եւ առաքեալն դարձեալ ասէ, ցարդ ևս կայ շաբաթն Այ, յօժարեսցուք այսուհետև մտանել 'ի հանգիստ անդր։ D

XIII. Non videatur tibi, carissime, intellectu difficile quod scripsi tibi: *In dimidio diei suæ dimisit Deus Jerusalem*, quia sic loquitur David in Psalmo octogesimo nono: [d] *Mille anni ante oculos Domini, tamquam dies hesterna quæ præteriit.* Quia & doctores nostri sapientes sic dicunt, quod in similitudinem septem dierum positus est hic mundus a Deo, & in consummatione sex mille annorum dissolvetur mundus iste, & erit sabbatum Dei in similitudinem diei sabbati, qui est post sex dies. His autem consentanea sunt, quæ significavit, & indicavit nobis Salvator noster de die sabbati dicens: [e] *Orate, ut non fiat fuga vestra in hieme vel sabbato.* Et iterum Apostolus dicit: [f] *Itaque relinquitur sabbatum Dei. Festinemus ergo ingredi in illam requiem.*

Իբրև ուսուցանէ տէր մեր աղօթս աշակերտաց իւրոց, այսպէս ասէ, ասասջի՛ք։ Թո՛ղ մեզ զմեղս մեր, զի և մեք թողցուք մերոց պարտապանաց։ Եւ դարձեալ ասէ, յորժամ մատուցանիցես դու պատարագ, և անդ յիշեսցես, եթէ վասն եղբօր քում խէթ ինչ 'ի մտի ունիցիս, կամ ոխս, թո՛ղ զպատարագն քո առաջի սեղանոյն, և երթ հաշտեաց ընդ եղբօր քում, և ապա եկեսջիր մատուսջիր զպատարագն քո։ Գուցէ մինչդեռ մարդ յաղօթս կայցէ, և ասիցէ, թո՛ղ մեզ զմեղս մեր, զի և մեք թողցուք մերոց պարտապանաց, որսացեալ գտանիցի նա 'ի բանս բերանոյ իւրոյ. և ասասցէ ցնա այն, որ զաղօթս ընդունի, եթէ դու ո՛չ թողուս եղբօր քում. իսկ քեզ զիարդ թողացուցում. և մնասցեն աղօթքն քո աստէն յերկրի։ Եւ դարձեալ եցոյց մեզ տէր օրինակ զառն այնորիկ, որ կամէր հանդէս առնել, և առնուլ զհամար 'ի ծառայից իւրոց։ Եւ իբրև եկն առաջի նորա ծառայն, E

XIV. Ceterum quoad dimittenda aliorum peccata, Dominus noster orandi modum discipulos suos docens, ait: [g] *Dicite: Dimitte nobis peccata nostra, ut nos dimittimus debitoribus nostris.* Et alibi monet: [h] *Cum offers munus, & ibi recordatus fueris, quod habes in mente aliquod odium vel adversitatem contra fratrem tuum; relinque munus tuum ante altare, & vade reconciliari fratri tuo, & postea veniens offeres munus tuum.* Ne forte dum adhuc orat homo, & dicit: *Dimitte nobis peccata nostra, ut & nos dimittimus debitoribus nostris*; capiatur in verbo oris sui, & dicat ei ille qui recipit orationem: *Si tu non dimittis fratri tuo, quomodo ego dimittam tibi?* Et remanebit oratio tua heic in terra. Et insuper perhibet nobis Dominus exemplum viri, qui voluit

a Luc. XVII. 34. *b* Matth. XVIII. 21. 22. *c* Psal. CXXXVI. 7. *d* Psal. LXXXIX. 4. *e* Matth. XXIV. 20.
f Hebr. IV. 9. 11. *g* Matth. VI. 12. *h* Matth. V. 23. 24.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



որ պարտէր նմա բիւր քանքար. և իբրև նեղէաց, և պնդեաց զնա զի տացէ 'ի դուրս, զոր ինչ պարտէր նմա, և նա ո՛չ կարաց հատուցանել զպարտս տեառն իւրոյ, հրամայեաց արձակել զնա տէրն, և զամենայն պարտս եթող նմա: Բայց ծառայն 'ի չարութեան իւրում ո՛չ յիշեաց զթողութիւն տն իւրոյ, թէ որչափ ինչ յաճախեաց առ նա զողորմութիւն գթութեան իւրոյ, և իբրև ել անտի, եգիտ զմի յընկերաց իւրոց, որ պարտէր նմա հարիւր դահեկան. բուռն եհար զնմանէ, և կալեալ խեղդէր զնա, և ասէր, հատո՛ վաղվաղակի, զոր ինչ պարտիս ինձ. և ո՛չ ընկալաւ նա զաղօթս ընկերին իւրոյ, որ աղաչէր զնա. այլ էառ տարաւ, եդ զնա 'ի տան բանտի: Եւ քանզի ո՛չ եթող նա ընկերին իւրում սակաւ մի. զի նմա բազում թողութիւն եղև. մատնեցաւ նա 'ի ձեռս դահճաց, զի տանջիցեն զնա, մինչև տացէ զամենայն, զոր պարտէր տեառն իւրում: Եւ ասէ ցնոսա, Այսպէս արասցէ ձեզ հայր իմ, որ յերկինս է, եթէ ո՛չ թողուցուք դուք այր եղբօր իւրում:

A rationem ponere cum servis suis [a]. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei servus, qui debebat ei decem millia talenta. Et cum eum premeret & stringeret, ut exsolveret quidquid ei debebat; ille autem cum non posset reddere debita domino suo, jussit dominus absolvi eum, & dimisit ei omne debitum. Sed servus ille in malitia sua non recordatus est indulgentiæ domini sui, & non meminit quam multam & magnam misericordiam clementiæ suæ ipsi exhibuisset. Nam egressus inde invenit unum de conservis suis qui debebat ei centum denarios; & tenens suffocabat eum dicens: redde illico, quod debes mihi: & non admisit preces socii sui qui rogabat eum, sed tenens duxit eum & clausit in domo B carceris: & quia ille non dimisit conservo suo modicum, cum ipsi dimissum fuisset multum; traditus est in manus tortorum ut torquerent eum, donec redderet universa quæ debebat domino suo. His autem talia Christus subjungit: [b] *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo.*

Դարձեալ սիրելի, տես, զիարդ՞ յարգէ զսէր և առաքեալն, յասելն իւրում, Նախանձեցիքն շնորհք որ լաւն են, բայց ես առաւելեա ճանապարհ ցուցանեմ ձեզ, և ասէ, եթէ ունիցիմ ես զմարգարէութիւն, և գիտիցեմ ես զխորհուրդս ամենայն, և զամենայն գիտութիւն, և զհաւատ մինչև զլերինս փոփոխելոյ. և զսէր ո՛չ ունիցիմ, ոչինչ իսկ եմ: Եւ եթէ ջամբեմ զամենայն ինչս իմ աղքատաց, և մատնեմ զմարմինս իմ 'ի կիզումն. և զսէր ո՛չ ունիցիմ, ոչինչ օգտիմ: Եւ ասէ, սէր երկայնամիտ է, քաղցրանայ. սէր ո՛չ նախանձի, ո՛չ ամբարհաւաճէ: սէր ո՛չ հպարտանայ. սէր ո՛չ ամաչեցուցանէ, ո՛չ խնդրէ զիւրն միայն հանգիստ, այլ որ ինչ բազմաց հանգիստ իցէ. սէր առ ամենայն ինչ համբերէ, և ամենայնի տևէ. սէր ո՛չ երբէք անկանի: Դարձեալ ասէ, մեծ է սէր քան զամենայն. Մեկնեաց և եցոյց առաքեալն, եթէ զհետ հաւատոյ, սէր է առաւել. և նովաւ հաստատին շինուածք հաստատունք: Եւ դարձեալ եցոյց, զի մարգարէութիւն սիրով հաստատի, և խորհուրդ սիրով յայտնի, և գիտութիւն սիրով կատարի, և հաւատք սիրով հաստատին: Իսկ այն, որ հաւատով տեառն զլերինս փոփոխէ առանց սիրոյ, չի՛ք ինչ օգուտ: Թէպէտ զամենայն ինչս իւր տացէ, և տուրք նորա ո՛չ սիրով բաշխին, ոչինչ օգուտ է նմա: Թէպէտ և կիզու ոք հրով զմարմինն վասն անուան տեառն իւրոյ, սակայն ոչինչ օգտի: Եւ եցոյց զերկայնմտութիւն, և զքաղցրութիւն, զի մի՛ ոք նախանձեսցէ ընդ եղբօր իւրում: Այս առ այնմ գտանէ, որ սիրով լի է. համբերութիւն, և խոնարհութիւն, նովին սիրով հաստատին. Հաւատն դնի 'ի վերայ ապառաժի շինուածոյ, և սէր պահանգ շինուածոյ. զի նոքօք հաստատեալ կային որմունք տաճարի, և եթէ նենգութիւն ինչ գտցի 'ի պահանգս ապարանից, անկեալ կործանի ամենայն շինուածն: Սոյնպէս, և 'ի սէր եթէ երկմտութիւն գտանի, անկանին կործանին ամենայն հաւատք, և ո՛չ կարեն հաւատք մերժել զանցուցանել զնախանձ, և զհակառակութիւն, մինչև գայ հասանի սէր խաղաղարար. զոր օրինակ, չէ հնար շինուածոյ գեղեցկանալ, եթէ ոչ պահանգօքն լինի:

XV. Vide etiam, dilectissime, quanti caritatem faciat Apostolus: [c] *Æmulamini autem*, ait, *charismata meliora*. Deinde excellentiorem viam nobis demonstrans, inquit: [d] *Si habuero prophetiam & noverim mysteria omnia, & habuero omnem scientiam & fidem, ita ut montes transferam; carita-* C *tem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum, ita ut ardeam; caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Et addit: [e] *Caritas patiens est, benigna est; caritas non æmulatur, non est ambitiosa; caritas non inflatur; caritas non confundit, non quærit suam solam requiem, sed multorum; caritas omnia suffert, omnia sustinet;* [f] *caritas numquam excidit.* Iterum: [g] *Caritas*, ait, *major est omnium.* Exposuit, & demonstravit Apostolus caritatem, si cum fide comparetur, excellentiorem esse, & per eam spiritualia firmari ac stabiliri ædificia. Et rursus ostendit, quod prophetia caritate fundatur; mysteria caritate manifestantur; & D scientia caritate perficitur; & fides caritate firmatur. Si quis autem fide Domini montes transferat sine caritate, ei nihil prodest: si quis omnes facultates suas dederit, si dona seu eleemosynæ non distribuantur caritate; nihil ei prodest: si quis tradat corpus igni comburendum pro nomine Domini sui, si id sine caritate fiat, nihil ei prodest. Præterea ostendit, longanimitatem & benignitatem, qua non æmulatur aliquis fratri suo, apud eum inveniri qui plenus est caritate: patientiam vero, & humilitatem per eamdem caritatem stabiliri. Fides ergo ponitur supra petram ædificii; & caritas compago est ædificii: quoniam per eam firmiter colligantur parietes templi. Et si rima aliqua inveniatur in compagine ædificiorum, tota domus corruens subvertitur: ita etiam si in dilectione inveniatur hæsitatio, omnis fides decidit & subvertitur. Et fides nequit expellere & removere æmulationem & contentionem, donec adveniat & pacifica ingrediatur caritas: sicuti nequit perfici ædificium, nisi compagine colligatur.

Դարձեալ ցուցից քեզ սիրելի, զի առաւել է սէր, քան զամենայն, և նովաւ կատարեցան արդարքն առաջինք: Ցուցանի վասն Մովսէսի, զի վասն ժողովրդեան իւրոյ, զանձն իւր ետ ջնջել 'ի դպրութենէ կենաց, բայց միայն ժողովուրդն մի՛ ջնջեսցի: Եւ 'ի ժամանակի իբրև եկին ժողովեցան, պատեցին, պաշարեցին առ 'ի քարկոծել զնա, և Մովսէս աղօթս մատուցանէր այ վասն նոցա, զի ապրեսցին. Եւ զաւիթ եցոյց զօրինակ սիրոյ, 'ի ժամանակի մինչդեռ հալածական

E XVI. Cum autem demonstraverim tibi, carissime, caritatem excellentiorem esse omnibus virtutibus: nunc ostendam, quod per eam primi illi justi perfecti exstiterunt. Manifestum est de Moyse, qui se pro populo suo de libro vitæ delendum obtulit [h], dummodo populus non deleretur. Et cum turmatim irruentes & obsidentes circumdedissent eum ut lapidarent [i], Moyses preces offerebat Deo

[a] Matth. XVIII. 23-34. [b] Ibid. ℣. 35. [c] I. Cor. XII. 31. [d] I. Cor. XIII. 2. 3. [e] Ibid. ℣℣. 4. 5. 7. [f] Ibid. ℣. 8. [g] Ibid. ℣. 13. [h] Exod. XXII. 10. 32. [i] Num. XIV. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

ջքէր 'ի Սաւուղայ, և հանապազ որսայր զանձն նորա Սաւուղ, և մատնեցաւ Սաւուղ 'ի ձեռս Դաւթի, և ո՛չ սպան զնա, և մատոյց զբարի, փոխանակ չարի, վասն այսորիկ ո՛չ պակասեցաւ բարի 'ի տանէ նորա, և Սաւուղ զի հատոյց զչար ընդ բարւոյ, ո՛չ պակասեցաւ չար 'ի տանէ նորա, և կարդաց նա զԱծ, և ո՛չ լուաւ նմա, և անկաւ 'ի սուր փղշտացւոց. և ելաց Դաւիթ դառնապէս 'ի վերայ նորա: և կանխեաց յառաջագոյն կատարեաց զպատուէր տեառն մերոյ, որ ասէ, սիրեցէ՛ք զթշնամիս ձեր. թողէ՛ք, թողցի ձեզ: Այնպէս և Դաւիթ սիրեաց, և սիրեցաւ. եթող, և թողաւ նմա: Եւ եղիշա նոյնպէս եցոյց վասն այսր սիրոյ. իբրև եկին հասին թշնամիքն ունել, և չարչարել զնա. նա բարի արար նոցա. զհաց և զջուր եդ առաջի նոցա, և արձակեաց զնոսա առ յինքենէ խաղաղութբ. և կատարեցաւ բանն, որ գրեալ է, եթէ քաղցեալ է թշնամին քո, հա՛ց տուր նմա. և եթէ ծարաւի իցէ, ջո՛ւր տուր նմա: Եւ երեմիա մարգարէ վասն այնոցիկ, որք արկին զնա 'ի գուբն, և հանապազ չարչարէին զնա, աղօթս մատուցանէր առաջի այ: Զսոյն իսկ նմանութիւն զառաջնոցն ուսոյց տէրն մեր փրկիչ զի սիրեսցուք զմիմեանս, և աղօթս արասցուք ատելեաց մերոց: Եւ եթէ վասն թշնամեաց մերոց պատուիրեաց մեզ սիրել, և վասն ատելեաց մերոց աղօթս առնել. իսկ ո՞վ կարասցէ տալ նմա պատասխանի յաւուրն մեծի. զի ահա՛ւասիկ զեղբարս մեր, և զմարմինս մեր ատեմք մեք. քանզի 'ի մարմնոյ քի եմք մեք, և անդամք յանդամոց նորա, իսկ այն, որ ատէ զմի յանդամոց քի, որոշեալ գտանի նա յամ մարմնոյ. և որ ատէ զեղբայր իւր, որոշեալ նա յորդւոց անտի այ:

A pro eis, ut salvarentur. David etiam dilectionis exemplum præbuit, quando persequebatur eum Saul, quærebatque perdere animam ejus. Ostendit, inquit, caritatem David [a]: cum enim Saul traditus esset in manus suas, non occidit eum, sed reddidit bonum pro malo. Et ideo non defuit bonum domui ejus. Domui autem Saul, quia reddidit malum pro bono, non defuit malum. Et invocavit Deum, & non est exauditus, & cecidit gladio Philisthæorum: & planxit David amare super eum, & anticipans, multo prius quam daretur, implevit mandatum Domini nostri dicentis: [b] *Diligite inimicos vestros, dimittite & dimittetur vobis*; ita & David dilexit, & dilectus est: dimisit, & dimissum est ei. Et similiter
B Eliseus parem dilectionem exhibuit: cum enim hostes advenissent, & appropinquarent ad capiendum & affligendum eum, ille benefecit eis; quippe panem & aquam posuit ante eos [c], & dimisit eos a se in pace. Et impletum est verbum, quod scriptum est: [d] *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi*. Et Jeremias propheta pro illis qui projecerunt eum in foveam & assidue cruciaverunt eum, preces offerebat coram Deo. Imitationem utique horum operum quæ prius facta sunt, docuit nos Dominus Salvator noster præcipiens, ut diligamus nos invicem, & oremus pro his, qui oderunt nos. Si autem inimicos nostros præcepit nobis ut diligamus, & ut pro illis qui oderunt nos, oremus; quis poterit stare & respondere in die magna? Quoniam ecce fratres nostros, & membra nostra odio prosequimur. Nam de corpore Christi omnes nos sumus, & membra ex membris ejus. Itaque ille qui odit unum ex membris, a toto corpore alienatus est; & qui odit fratrem suum, separatus est a filiis Dei.

Եւ զայս զի ուսոյց փրկիչն մեր, գործարութբ մաոց յառաջ ինքն կատարեաց զնա յանձն իւր և ապա, ուսոյց, որոց լսէին նմա: Նա հաշտեցոյց զթշնամութի մեր ընդ հօր. զի սիրեաց զմեզ և զանպարտութի իւր մատնեաց փոխանակ պարտաւորաց, և բարերարն փոխանակ չարաց թշնամանեցաւ. և մեծատունն վասն մեր աղքատացաւ. և կենդանին փոխանակ մեռելոց մեռաւ. և մահուամբ իւրով կեցոյց զմեռելութի մեր. և տեառն որդի տէրն ամենայնի, վասն մեր յանձն էառ զնմանութի ծառայի. և այն որում ամենայն հնազանդէին, հնազանդեցոյց զանձն իւր, զի զմեզ արձակեսցէ 'ի հնազանդութե անտի մեղաց, և բազում սիրով ետ մեզ երանութի աղքատաց 'ի հոգիս իւրեանց, և աւետարանեաց խաղաղարարաց, զի եղբարք եղիցին նորա, և որդիք այ կոչեսցին. և խոստացաւ խոնարհաց, զի նոքա ժառանգեսցեն զերկիր. և աւետիս ետ սգաւորաց, զի նոքա մխիթարեսցին. և քարոզեաց քաղցելոց, զի յագեսցին յարքայութե նր. և որք լան, խնդացոյց զնոսա պարգևօք իւրովք. և խոստացաւ ողորմածաց, զի նոքա զողորմութի գտցեն. և որք սուրբ իցեն սրտիւք, զի տեսցեն զԱծ. և աւետարանեաց այնոցիկ, որք հալածեալն իցեն վասն արդարութե, զի նոքա մտցեն յարքայութի երկնից. և որք հալածեալն իցեն վասն անուան նորա, խոստացաւ զերանութի, և զհանգիստ յարքայութե իւրում. և նորոգեաց զհողեղէն բնութիւն մեր, և արար զմեզ աղ ճշմարտութե. և ապրեցոյց զմեզ 'ի կերակրոյ անտի օձի, և կոչեաց զմեզ լոյս աշխարհի, և փրկեաց զմեզ յիշխանութե անտի խաւարի. և բարիս արար զմեզ, փոխանակ չարաց. և գեղեցիկս, փոխանակ ատելեաց. և հաղորդս արար զմեզ առն բարւոյ, որ հանէ զբարիս 'ի գանձուց իւրոց. և ապրեցոյց զմեզ յայնմանէ, որ հանէ զչարութի 'ի սրտէ իւրմէ: Վասն բազում սիրոյ իւրոյ, ողջացոյց զհարուածս հիւանդաց. բժշկեաց նա զպատանի հարիւրապետին, վասն հաւատոյ նորա. և լուեցոյց, դադարեցոյց 'ի մէնջ զախտ ծովուն, զօրութբ իւրոյ. և հալածեաց զլէգէոն դևն, վասն շնորհաց իւրոց. և ողորմութբ իւրով կեցոյց նա զդուստր ժողովրդապետին. և սրբեաց դարձեալ զկինն 'ի պղծութե արեան նորա. եբաց զաչս երկուց կուրացն,

C XVII. Fecit prius Salvator noster quod suos docuit, & re præstitit quod deinde verbis inculcavit: nam reconciliavit inimicitiam nostram cum Patre; & adeo dilexit nos, ut innocentiam suam traderet pro noxiis; & beneficus pro improbis contumelias susciperet; & dives pro nobis pauper fieret; & cum esset vita, ut pro mortuis moreretur; & morte sua vivificaret mortalitatem nostram. Et Filius Domini omnium Dominus pro nobis suscepit similitudinem servi [e]. Et ille cui omnia parebant, subditus factus est [f], ut nos absolveret a servitute peccati. Et pro nimia caritate sua dedit nobis beatitudinem pauperum spiritu [g]; & nuntiavit pacificis, quod fient fratres ejus, & vocabuntur Filii Dei.
D Et promisit humilibus, quoniam ipsi possidebunt terram. Et annuntiavit lugentibus, quoniam ipsi consolabuntur. Et prædixit esurientibus, quoniam saturabuntur in regno ejus; & qui lugent, quod lætificabit eos donis suis. Et promisit misericordibus, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et qui sunt mundi corde, quoniam Deum videbunt. Et nuntiavit eis qui persecutionem patiuntur, quoniam ipsi ingredientur in regnum cælorum. Et iis qui persecutionem passi fuerint pro nomine ejus, promisit beatitudinem & requiem in regno suo. Et reparavit terrenam naturam nostram, & fecit nos sal veritatis [h], & eripuit nos ab esu serpentis. Et vocavit nos lucem mundi [i], salvavit nos a
E potestate tenebrarum. Et ex malis bonos, & amabiles ex abominabilibus fecit. Et fecit nos participes viri boni, qui profert bona ex thesauro suo [k]; & eripuit nos ab eo, qui eruit malitiam e corde suo. Propter nimiam charitatem suam sanavit plagas infirmorum [l], & curavit servum Centurionis propter ejus fidem [m]: & fecit virtute sua, ut si-

a I. Reg. XXIV. 4. 5. seqq. XXVI. 7. 8. seqq. *b* Matth. V. 4. Luc. VI. 37. *c* IV. Reg. VI. 22. *d* Prov. XXV. 21. Rom. XII. 20. *e* Philipp. II. 7. *f* Luc. II. 51. *g* Matth. V. 3. & seqq. Luc. VI. 20. & seqq. *h* Matth. V. 13. Marc. IX. 49. Luc. XIV. 34. *i* Matth. ibid. ✻. 14. *k* Matth. XII. 52. *l* Matth. IX. 35. Luc. VI. 19. *m* Matth. VIII. 5. Luc. VII. 1.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

որք մերձեցան առ նա, և ետ աշակերտացն իշխանութիւն վասն ամենայն ցաւոց, և հիւանդութեանց. և զմեզ 'ի ձեռն նոցա արգել 'ի ճանապարհէ անօրէն հեթանոսաց, և շամրտացւոց, և ետ մեզ զօրութիւն ողորմութեան իւրով, զի մի' երկիցուք, մինչ մատուցանիցիմք առաջի իշխանաց աշխարհիս. և բաժինս էարկ յերկիր, վասն բազում շինութեան իւրոյ. և արար թողութիւն կնոջ մեղաւորի մեծամեծ մեղացն, վասն ողորմութեան իւրոյ. և արժանիս արար զմեզ ըստ շնորհաց իւրոց, զի լիցուք տաճար բնակութեան նորա, 'ի պահել զմարմինս մեր զգուշութեամբ յամենայն պղծութենէ, և եհան 'ի մէնջ զայսն պիղծ, և արար զմեզ բնակետեղ ածութեան իւրոյ, և սերմանեաց 'ի մեզ զսերմն իւր բարի, զի տացուք զպտուղս հարիւրաւոր, վաթսունաւոր, և երեսնաւորս, և եդաւ նա յաշխարհի իբրև զգանձ, որ եդեալ լինի յագարակի, և եցոյց նա զմեծութիւն զօրութեան իւրոյ, երբ արկին զնա 'ի բարձանց 'ի խորս, և ոչինչ ազդեաց նմա, և լցոյց զքաղցեալս տառապեալս 'ի հինգ նկանակէ անտի, և յերկուց ձկանց. հինգ հազար այր եկեր 'ի նմանէ, թող զկին, և զմանուկ, և եցոյց զմեծութիւն առաքչի իւրոյ, և վասն բազում սիրոյ իւրոյ, ունկնդիր եղև կնոջ քանանուհւոյն տաճիկ ասորւոյ, և յարոյց զդուստր նորա 'ի հիւանդութենէ, և ըստ իշխանութեան առաքչի իւրոյ, պարզեաց նա զկապս առն համր, և խլելոջ իւրովք ծանրացելոյն, և տեսին կոյրք զլոյս նորա, և օրհնեցին 'ի ձեռն նորա զառաքիչն նորա, և իբրև ել նա 'ի լեառն յաղօթս կալ, յաղթեցան, պարտեցան ճառագայթք արեգականն 'ի լուսոյ նորա, և յայտնի արար զառաւելութիւն զօրութեան իւրոյ 'ի պատանի անդ, որ չարչարէր զնա այսն պիղծ, և ըստ հրամանի բանից նորա ել գնաց 'ի նմանէ, և ետ մեզ զօրինակ նմանութեան, զի եղիցուք մեք 'ի նմանութեան մանկանց տղայոց, և մտցուք յարքայութիւն երկնից, ասաց, և եցոյց վասն փոքրկանց, զի մի' ոք արհամարհիցէ զնոսա. զի հրեշտակք նոցա հանապազ տեսանեն զերեսս հօր, որ յերկինս է, և եցոյց դարձեալ զկատարեալ բժշկութիւն իւր յայրն անդամալոյծ, որ երեսուն ութ ամ էր հիւանդութեան նր, և յաճախեաց զգթութիւն ողորմութեան իւրոյ առ նա, և ողջացոյց զնա, և ետ մեզ պատուէր, զի թողցուք զայս աշխարհ, և դարձցուք առ նա, և յայտնեաց մեզ, թէ նա, որ զաշխարհ սիրէ, ո՛չ կարէ հաճոյ լինել ԱՅ, յօրինակի անդ մեծատան առն, որ ապաստան եղև յինչս իւր. և յօրինակի առն, որ հանապազ ուրախ լինէր ընչիւք իւրովք, և եղև սատակումն նորա 'ի դժոխս, և 'ի վարձու կալաւ զմեզ նման մշակաց, զի վաստակեսցուք յայգւոջ նորա. զի նա ինքն է այգի ճշմարտութեան: Զայս ամենայն զոր արար կենարարն մեր, վասն բազում սիրոյ իւրոյ արար առ մեզ, զի և մեք եղիցուք կցորդք, և հաղորդք չարչարանացն Քի, 'ի սիրել մերում զմիմեանս, կատարեսցուք զայս երկու պատուիրանս, որ 'ի սոսա կախեալ կան ամենայն օրէնք, և մարգարէք:


A lerent, & quiescerent fluctus maris [a]. Et fugavit legionem dæmonum [b] gratia sua. Et misericordia sua sanavit filiam archisynagogi [c]. Et pariter mundavit mulierem ab immunditia sanguinis [d]. Aperuit oculos duorum cæcorum, qui ad eum accesserunt [e]. Et dedit discipulis potestatem contra omnes dolores & infirmitates [f]: & per eos revocavit nos a via gentium, & Samaritanorum [g]: & dedit nobis virtutem benignitate sua, [h] ne timeamus, cum steterimus coram principibus hujus mundi. Et divisiones gratiarum misit in terram [i] ad spiritualem multorum ædificationem. Et pepercit propter misericordiam suam [k] mulieri consciæ magnorum peccatorum. Et
B dignos nos fecit per gratiam suam, ut fiamus [l] templum habitationis ejus, [m] servando corpora nostra diligenter ab omni inquinamento. Et expulit a nobis spiritum immundum, & fecit nos habitaculum deitatis suæ. Et [n] seminavit semen suum bonum, ut demus fructum centesimum, sexagesimum & trigesimum. Et positus est ille in mundo [o] tamquam thesaurus, qui absconditus sit in agro. Et ostendit magnitudinem virtutis suæ, quando [p] projecerunt eum ex alto in profundum, & nihil prævaluerunt in eum. Et [q] saturavit afflictos esurientes ex quinque panibus & duobus piscibus: & manducaverunt ex illis quinque millia virorum præter mulieres & pueros. Et manifestavit magnitudinem illius, qui
C eum misit. Et [r] propter nimiam caritatem suam exaudivit mulierem Chananæam gentilem Syram; & sanavit filiam ejus ab infirmitate. Et secundum potestatem illius a quo missus est, [s] solvit etiam linguam viri muti, & surdi. Et [t] cæci viderunt lucem, & benedixerunt illum a quo missus est. Et cum ascendisset in montem orare, [u] ejus luce victi & superati sunt splendores solis. Et [x] manifestavit excellentiam virtutis suæ in adolescente quem vexabat spiritus immundus, qui secundum jussum verborum ejus aufugiens ab illo exivit. Et [y] proposuit nobis exemplum ad imitandum, ut efficiamur similes parvulis, & intremus in regnum cæ-
D lorum. Dixit, & docuit de parvulis, ne quis eos spernat; [z] quoniam Angeli eorum semper vident faciem Patris qui in cælis est. Et insuper [aa] restituit perfectam sanitatem viro paralytico, qui triginta octo annos egerat in infirmitate sua, & multiplicavit commiserationem clementiæ suæ erga eum, & sanavit ipsum. Et jussit nobis [bb], ut relinquamus hunc mundum, & ad eum convertamur. Et manifestavit nobis [cc], quod ille qui diligit hunc mundum, non potest placere Deo, exemplo viri illius divitis [dd], qui confidebat in divitiis suis, & exemplo viri [ee], qui sumtuose & splendide quotidie epulabatur, & moriens sepultus est in inferno. Et conduxit nos tamquam operarios [ff], ut laboremus in vinea sua, quoniam ipse est vinea veritatis. Totum hoc quod fecit Salvator noster, propter nimiam caritatem suam præstitit nobis, ut & nos fiamus socii & participes passionis Christi; & habentes dilectionem ad invicem, impleamus hæc duo mandata, in quibus [gg] pendent universa lex & prophetæ.

a Matth. VIII. 26. Marc. VI. 39. Luc. VIII 24. *b* Matth. VIII. 31. Marc. V. 9. Luc. VIII. 30. *c* Matth. IX. 23. Marc. V. 22. Luc. VIII. 41. *d* Matth. IX. 20. Marc. V. 25. Luc. VIII. 43. *e* Matth. IX. 27. *f* Matth. X. 1. Marc. III. 15. Luc. IX. 1. *g* Matth. X. 5. *h* Matth. X. 19. Luc. XII. 12. *i* Ephes. IV. 12. *k* Joan. VIII. 11. *l* I. Cor. III. 16. 17. VI. 19. II. Cor. VI. 16. 17. 18. *m* II. Cor. VII. 1. *n* Matth. XIII. 3. Marc. IV. 3. Luc. VIII. 5. *o* Matth. XIII. 44. *p* Luc. IV. 29. 30. *q* Matth. XIV. 19. Joan. VI. 9. *r* Matth. XV. 22. Marc. VII. 24. *s* Marc. VII. 32. *t* Matth. IX. 30. 31. XX. 30. Marc. X. 46. Luc. XVIII. 35. 43. *u* Matth. XVII. 2. Marc. IX. 2. Luc. IX. 29. *x* Matth. XVII. 14. Marc. IX. 16. Luc. IX. 34. *y* Matth. XVIII. 3. *z* Ibid. v. 10. *aa* Joan V. 5. *bb* Matth. X. 37. XI. 28. Luc. XIV. 25. *cc* I. Joan. II. 15. *dd* Luc. XII. 16. *ee* Luc. XVI. 19. *ff* Matth. XIX. 1. *gg* Matth. XXII. 40.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

ՃԱՌ ԵՐՐՈՐԴ:

Օրինակ պահոց:



Ընտրեալ են պահք սուրբք առաջի Այ, և 'ի պահեստի են իբրև զգանձ յերկինս, և զէն են ընդդէմ չարին, և վահան են ոչ ընդունիլ զնետս մոլութ հրեղէնս թշնամւոյն: Եւ զայս, ոչ եթէ 'ի միտաց իմոց ասացի, այլ գիրք սուրբք կանխաւ ցուցին մեզ. զի հանապազ պահք օգնական եղեն այնոցիկ, որք պահեցին սրբութբ: Սիրելի, պահք այսուհետև ոչ են 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ միայն, այլ բազումք են պահպանութիւնք ծոմ պահոց: Է որ պահէ 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ, մինչև քաղցիցի, և ծարաւիցի, և է, որ պահէ, զի եղիցի կատարեալ կուսութբ. և քաղցնու, և ոչ ուտէ. և ծարաւի և ոչ ըմպէ, և առաւելեալ են այս պահք, քան զամենայն ինչ: և է, որ պահէ 'ի մսոյ, և 'ի գինւոյ, և 'ի պէսպէս կերակրոց: և է, որ պահէ, զի դիցէ զդուռն բերանոյ իւրոյ, զի անխօսացի 'ի բանս վնասու պակասութե, և է, որ պահէ 'ի սրտմտութէ, և ճնշէ զկնձիռն իւր, զի մի՛ յաղթահարեսցի, և է, որ պահէ յինչից ստացուածոց, զի ժամանս արասցէ զձեռս իւր 'ի վաստակս գործոց նորա, և է, որ պահէ 'ի պէսպէս անկողնոց, զի արթուն իցէ կալ յաղօթս, և է, որ պահէ յիրաց աշխարհիս այսորիկ, զի մի՛ հասեսցի նա 'ի թշնամւոյ անտի, և է, որ պահէ, զի եղիցի 'ի սգալ, զի հաճոյ եղիցի նա տեառն իւրում 'ի նեղութե ճգնութե: Իսկ է, որ ժողովէ զայս ամենայն, և առնէ զնոսա մի պահս. Իբր պահէ ոք 'ի կերակրոց մինչ քաղցիցի. և յորժամ պահիցէ յուտելոյ անտի, և յըմպելւոյ, կոչի նա այնուհետև պահօղ, և եթէ սակաւիկ մի ուտիցէ, և ըմպիցէ, լուծեալ են պահք նորա: Այնպէս մարդ, որ պահէ յայսմ ամենայնէ, և եթէ ժամս ժամս լուծանէ զմի մի 'ի նոցանէ, այլ ապա համարեալ լինին նմա պահք նորա, որ յայսմ ամենայնէ են, զօրինակ, ոչ համարեալ են պահք. որ ուտեն, և ըմպեն որկորամոլութբ, ապա եթէ դէպ ինչ իցէ, և առ քաղցի իւրոյ լուծցէ զպահս իւր, ոչ կարի յոյժ են մեղք նր. այլ այնմ, որ ուխտաւորի յայսմ ամենայնի, և դարձեալ լուծանել սկսանիցէ մի մի 'ի նոցանէ, մեծ, և անհնարին են մեղք նորա, և ոչ սակաւ. զի ուխտիւ ուխտեաց նա առաջի Այ, և դարձեալ [illegible] յետս դարձաւ 'ի նմանէ:

Լո՛ւր դու սիրելի, զօրինակ պահոց սրբոց: Նախ հաբէլ եցոյց զպահս սուրբս, և Ենովք, զի հաճոյ եղև Այ: և Նոյ, զի պահեաց զսրբութիւն յազգն ապականեալ: և Աբրահամ, հաւատովն իւրով: և Իսահակ, զի պահեաց զպատուիրանս Այ: և Յակոբ, վասն երգմանցն Իսահակայ, և զի ծանեաւ զԱծ: և Յովսէփ, վասն հաւատոց իւրոց: Սոցա ամենեցուն սրբութիւն իւրեանց եղև նոցա պահք կատարեալ առաջի Այ, և եթէ չիք սրբութի սրտի, պահք չեն ընդունելի: Յիշեա՛, և տե՛ս սիրելի, թէ առաւել են այս իրք, որ սրբեսցէ զսիրտ իւր, և պահեսցէ զլեզու իւր, և արգելցու զձեռս իւր 'ի չար գործոց, քան զայն, որ 'ի վերայ գրեցի ես քեզ, ո՛չ է արժան մարդոյ խառնել զմեղր ընդ լեղւոյ. արդեօք եթէ պահեսցէ ոք 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ, մի՛ խառնեսցէ նա 'ի պահս իւր անէծս նզովից, և բամբասանս հայհոյութե: Մի դուռն է տան քոյ, որ նա իսկն է տաճար Աստուծոյ. չէ քեզ պարտ, և պատշաճ ո՛վ մարդ, եթէ ընդ դուռն; ընդ որ թագաւոր մտանէ, հանցես ընդ նա աղբ, կամ աղտեղութի ինչ: Եւ իբրև պահիցէ մարդ յամենայն աղտեղութէ, և առնուցու զմարմին, և զարիւնն Քի, զգոյշ լինիցի բերանոյ իւրոյ, ընդ որ թագաւորն եմուտ, չէ քեզ իշխանութի ո՛վ մարդ, հանել ընդ բերան քո զբանս պղծութե. և լո՛ւր դու այնմ, զոր ասաց տր մեր կենարար, թէ այն, որ մտանէ 'ի մարդ անդր, ո՛չ պղծէ զմարդ, այլ որինչ ելանէ 'ի մարդոյ անտի, այն պղծէ զնա: Պահեաց Մովսէս պահս սրբութե, 'ի ժամանակի մինչ ել նա 'ի լեառն, և եկն եբեր զօրէնս ժողովրդեան իւրոյ. և զօրացաւ պահօք իւրով քառասուն քա-

A

SERMO TERTIUS.

De Jejunio.

I. Jejunia sancta Deo accepta sunt, & manent in deposito tamquam thesaurus in cælo, & sunt arma contra malignum, & [a] scutum contra acuta ignea tela hostis. Non hæc ego quasi aliquid ex mente ac sententia mea profero; sed jam ante sacræ litteræ id nos docuerunt, quæ testantur jejunia semper adjumentum eis præstitisse, qui pie sancteque jejunaverunt. Jejunia itaque, carissime, non in eo solum sita sunt, ut quis ex pane & aqua vi- B vat, sed multis aliis modis observantur. Est enim, qui abstinet a pane & aqua, donec esuriat & sitiat. Et est qui abstinet, ut perfectus fiat in castitate; & esurit, & non manducat; & sitit, & non bibit: & hoc jejunium præ omnibus excellens est. Abstinet alius a carne & vino & variis cibis. Et est qui verbis abstinet, [b] ponendo ostium ori suo, ne deficiens noxia verba proferat. Est etiam qui abstinet, ne in peccatorum congeriem prolabatur ac profligetur. Et est qui abstinet a possidendis facultatibus, ut in laboribus manuum se exerceat. Et est qui abstinet lecto, ut sit vigil ad orandum. Et est qui abstinet rebus hujus sæculi, ne C prosternatur ab inimico. Et est qui abstinet a mundana lætitia, & manet in luctu, ut Domino suo in labore certaminis placeat. Et est qui complectitur hæc omnia, & facit ex eis unum jejunium. Cum abstinet aliquis cibis donec esuriat, quamdiu abstinet ab esca & potu, vocatur ille jejunans. Si autem modicum manducet & bibat, solutum est ejus jejunium. Itaque non ille jejunare dicendus est, qui identidem aut particulatim aliquid ex iis quidem a quibus abstinere debet, absumit; multoque minus qui manducat & bibit ex gula. Si contingat igitur, ut quis propter esuriem solvat jejunium suum, non magnum ejus peccatum est; magnum D autem & grave illius est, qui cum jejunium voverit, incipit particulatim solvere: graviter enim, & enormiter is peccat, quia datam Deo fidem violat, & ab eo longe recedit.

II. Audi, carissime, exempla sanctorum jejuniorum. Primo Abel observavit jejunia sancta; & Enoch, quia placuit Deo; & Noe, quia servavit puritatem in gente corrupta; & Abraham ob fidem suam; & Isaac, quia mandata Dei custodivit; & Jacob propter benedictiones Isaac quas accepit, & quoniam vidit & novit Deum; & Joseph, quia fidelis fuit: horum omnium sanctitas fuit perfectum jejunium coram Deo. Si autem non adsit sanctitas E cordis, jejunium non est acceptabile. Attende & recordare, dilectissime, hæc videlicet: sanctificare cor suum, & frenare linguam suam, & abstinere a malis operibus, esse jejunia præstantiora illo de quo supra loquutus sum, nempe abstinere ab escis. Non licet homini miscere mel cum felle. Si quis igitur abstineat a pane & ab aqua, non immisceat ille jejunio suo imprecationes maledictionum & detractiones blasphemiæ. Unum ostium est domus tuæ, & ipsa est templum Dei. Profecto nefas est, & omnino non decet, o homo, ut per ostium per quod ingreditur Rex, extrahas stercus aliasque sordes, sed ut abstineas ab omni immunditia; & tunc sumas Corpus & Sanguinem CHRISTI; cauteque custodias os tuum per quod Rex ingressus est; neque amplius tibi licet, o homo, educere per os tuum verba immunditiæ. Attende quod dixit Do-

a Ephes. vi. 16. b Psal. cxl. 3.

առարուն աւուրբք. և ընկալաւ նա զփառս առաւելս, յորժամ իջին նաւաւն փառքն այն 'ի վերայ երեսաց նորա. և դարձոյց զպարտաւորութիւն բարկութեան տեառն այն 'ի ժողովրդենէ իւրմէ, և ոչ սատակեցան։ Իսկ 'ի նմանութիւն պահոցն Մովսիսի պահեաց Եղիա այր հզօր, 'ի ժամանակի մինչ հալածական էր յերեսաց Եզաբելայ. և փախեաց չոգաւ գնաց նա մինչև 'ի քորեբ լեառն, քառասնօրեայ պահօք, 'ի տեղին, յորում խօսեցաւ Ած ընդ Մովսիսի, անդ յայտնեցաւ նմա Տր Ած. և պատուիրեաց նմա, և ասէ. երթ օծ դու պյահով յամեշեան, և զեզայէլ, զի առցեն զվրէժ յորդւոց անտի Իսրայէլի. և զեղիշայ շափատեանց, զի կացցէ 'ի տեղի քո։ Իսկ ուրախ եղև 'ի յայտնութիւն տեառն իւրոյ պահօքն ընտրելովք, որպէս և ուրախ եղև Մովսէս 'ի պահել իւրում երկիցս քառասուն աւուրբք. և իջայց զտախտակսն կտակարանաց գրեցելովս մատամբն Այ։ Իսկ սոքա երկոքեին պահօք իւրեանց կատարեալք էին։

minus vivificator noster: [a] *Quod intrat in hominem, non coinquinat hominem; sed quidquid exit ab homine, illud coinquinat eum.* Servavit quidem Moyses jejunium cum sanctitate, eo tempore quo ascendit in montem; & revertens legem populo suo attulit. Nam confortatus est jejunio suo per quadraginta & quadraginta dies, & accepit gloriam magnam quando descendit; sedit enim super faciem ejus gloria Domini, & avertit furorem iræ Domini Dei a populo suo, & non perierunt. Quemadmodum jejunavit Moyses, jejunavit & Elias vir fortis, cum persequeretur eum Jezabel, & fugiens profectus est, usque ad montem Horeb [b] jejunio quadraginta dierum, in locum in quo locutus est Deus cum Moyse. Illic apparuit ei Dominus Deus, & præcepit ei dicens: [c] *Vade, & unge tu Jehu filium Namsi, & Hazael, ut sumant vindictam ex filiis Israel, & Elisæum filium Saphat, ut stet in loco tuo.* Et lætatus est apparitione Domini sui, quam jejunio promeruit; sicut & lætatus est Moyses, qui cum bis jejunasset quadraginta diebus, descendit cum tabulis testamenti digito Dei scriptis. Isti autem duo viri in jejuniis suis sancti & perfecti fuerunt.

Դարձեալ ցուցից քեզ զպահս անօրէնութեան, և արիւնհեղութեան, որ ոչ է ընդունելի, զոր քարոզեաց Եզաբէլ խռովիչ Աքաբու, և կործանիչն Իսրայէլի։ Գրեաց հրովարտակ յանուն Աքաբու, և ետ տանել եզրայելացւոց, արանց անօրինաց, ունկնդրաց անօրինին Եզաբելայ. և գրեաց 'ի հրովարտակի անդ անօրէնութեան, և ասէ այսպէս. Պահս քարոզեցէ՛ք, և ածէ՛ք նստուցէ՛ք զՆաբութ 'ի գլուխ ժողովրդեանն. և նստուցէ՛ք յանդիման նորա արս երկուս անօրէնս, և վկայեսցեն 'ի վերայ նորա, և ասասցեն, հայհոյեաց Նաբութ զԱծ, և զթագաւորն. և քարկոծեսցի, և մեռցի։ Իսկ զայս սիրելի, զոր գրեաց նոցա Եզաբէլ, թէ երկու արք վկայեսցեն 'ի վերայ Նաբութայ, իբր յօրինաց սրբոց յղեաց առ նոսա, քանզի յօրէնս գրեալ է, թէ մահապարտ ոք մի՛ մեռցի 'ի բերանոյ միոյ վկայի, այլ երկուց. և այսպէս գրեալ է, նախ ձեռն վկային եղիցի քարկոծել զնա, և ապա ամենայն ժողովրդեանն։ Իսկ դարձեալ գրեաց առ նոսա, զի վկայեսցեն, թէ հայհոյեաց զԱծ, և զթագաւորն։ Իսկ զայս ես իբրև յօրինաց գրեաց. զի ասէ, Ամենայն, որ հայհոյեսցէ զանուն Այ, քարկոծեսցի. զի իշխեաց նա նզովել, և հայհոյել զանունն մեծ։ Այլ Եզաբելայ, ոչ եթէ վասն անուանն փոյթ ինչ էր, այլ վասն ագահութեան Աքաբու, զի ցանկացաւ նա այգւոյն Նաբութայ։ Իսկ ոչ յիշեաց Աքաբ, զի գրեալ է յօրէնս, մի՛ ցանկանայցես դու այնմ, որ ինչ իցէ ընկերի քոյ։ Ո՞վ Եզաբէլ կործանիչ Աքաբու. ո՞ր Ած իցէ նա, զոր Նաբութ հայհոյեալ իցէ. որոյ դու կործանեցեր զսեղանս նորա. կամ այն, որոյ կոտորեցեր զմարգարէսն։ Իսկ կամ զո՞ր թագաւոր հայհոյեաց. թերևս զոր խափանեաց, և կամեցաւ յափշտակել զժառանգութեան Նաբութայ։ Իսկ ընդէ՞ր ոչ լուար դու Եզաբէլ զայն, որ գրեալ է 'ի սկիզբն պատուիրանաց օրինացն, մի՛ երկիր պագանիցես օտարոտի Այ. զի Եզաբէլ երկիրպագանէր կռոցն բահաղու։ Իսկ դարձեալ գրեալ է, մի՛ հեղուցուս դու զարիւն արդար յերկիրն զոր տացէ քեզ Տր Ած քո։ Արժան էր քեզ ո՛վ Եզաբէլ, յիշել, թէ գրեալ է, երկիր, յորում արիւն հեղեալ իցէ 'ի նմա, մի՛ քաւեսցի 'ի վերայ նորա. բայց եթէ հեղցի արիւն նորա առ նմին։ Պարտ էր քեզ երկնչել, ո՛վ Եզաբէլ, յայսմ ամենայնէ, և ապա նախանձել զնախանձ անօրէնութեան, որ ասացեր թէ հայհոյեաց Նաբութ զԱծ, զոր չէր հայհոյեալ։ Իսկ դարձեալ գրեալ է. ամենայն որ հեղու զարիւն, նորին արիւնն հեղցի. և Եզաբէլ անօրէնն բարկացուցիչ եհեղ զարիւն արդար Նաբութայ. վասն այնորիկ 'ի տեղին, յորում հեղաւ արիւն արդար, 'ի պահսն անօրէնութեան, զոր քարոզեաց, հեղաւ արիւնն Եզաբելայ, և կերան զնա շունք, և Աքաբ, զի ունկնդիր եղև խրատու նորա, լափեցին շունք զարիւն նորա։ Իսկ թէ Եզաբէլ ընտրեաց, և էառ իւր յօրինաց զայն ինչ, որ օգուտ իւրոյ էր, 'ի պակասութեան անձին իւրոյ, զի չէր

III. Præterea ostendam tibi jejunium iniquitatis & effusionis sanguinis, quod non est acceptabile. Id quidem imperavit Jezabel, quæ deturbavit Achab & subvertit Israel: scripsit litteras nomine Achab, & misit ad Jezrahelitas viros iniquos, & qui iniquæ Jezabel auscultabant. Et in illis iniquitatis litteris ita loquuta est: [d] *Prædicate jejunium, & adducite, & facite sedere Naboth inter primarios populi, & facite sedere duos viros iniquos contra eum, & testimonium perhibeant de eo: & dicant: blasphemavit Naboth Deum & regem, & lapidetur, & moriatur.* Quod autem, carissime, eis scripsit, ut duo viri testimonium dicerent contra Naboth, veluti ex sanctæ legis præscripto id eis præcepit. Namque in lege scriptum est [e], ut nullus moriatur ex ore unius testis, sed duorum. Item scriptum est [f]: Manus testis erit prima ad lapidandum eum, & deinde totius populi. Et insuper eis jussit, ut testimonium perhiberent, eum, & deinde totius populi. Et insuper eis jussit, ut testimonium perhiberent, eum blasphemasse Deum & regem: & hoc etiam veluti ex legis mandato præcepit, quoniam lex dicit: [g] *Omnis, qui blasphemaverit nomen Dei, lapidabitur, quia ausus est maledicere & blasphemare nomen magnum.* At Jezabel curæ non erat nomen Dei, sed id faciebat propter avaritiam Achab, qui concupiverat vineam Naboth; non enim meminerat Achab, quod scriptum est in lege: [h] *Non concupisces tu quidquid est proximi tui.* O Jezabel, quæ subvertisti Achab, quinam Deus est ille quem blasphemavit Naboth? Num cujus tu destruxisti altaria? an ille cujus interfecisti prophetas? Et quem regem blasphemavit? forsan eum qui sibi arrogavit & voluit rapere hereditatem Naboth? Sed tu Jezabel quare noluisti audire illud, quod scriptum est in principio mandatorum legis? [i] *Non adorabis Deum alienum.* Jezabel enim adorabat idolum Baal. Et iterum legitur: [k] *Non effundes sanguinem justum in terra, quam dabit tibi Dominus Deus tuus.* O Jezabel debebas mente recolere, quod scriptum est [l]: *Terræ in qua effusus fuerit sanguis, non erit propitiatio, sed effundetur sanguis ejus in ea.* Timendum tibi erat id omne, o Jezabel, priusquam zelares zelo iniquitatis, quando asseruisti, Naboth blasphemasse Deum quem non blasphemaverat. Nam etiam alibi in Scriptura dicitur: [m] *Quicumque effuderit sanguinem, fundetur sanguis illius.* Verumtamen Jezabel iniqua provocatrix fudit sanguinem justum Naboth; propterea in loco in quo effusus est sanguis justus in jejunio iniquitatis quod prædicari jussit, effusus est sanguis Jezabel; & comederunt

a Matth. xv. 11. b III. Reg. xix. 8. c Ibid. vv. 15. 16. 17. d III. Reg. xxi. 9. 10. e Deut. xvii. 6. xix. 15. f Deut. xiii. 9. xvii. 7. g Lev. xxiv. 16. h Exod. xx. 17. Deut. V. 21. i Exod. xx. 3. k Deut. xix. 10. l Reg. III. 21. m Gen. ix. 6.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
340.



ինչ նա զօրէնն պահելոց։ Դուք արք անօրէնք եզրայէ֊լացիք զիա՞րդ, կամ ընդէ՞ր ընկալայք զհրովարտակն, յորում գրեալ էր պահքն անօրէնութե̃, և վկայութե̃ անիրաւութե̃, և արիւնհեղութե̃։ Յորժամ լուեալ իցէք ձեր զայս, եթէ պահեցին զպահս, և հեղին զարիւն արդար։ Ընդէ՞ր ոչ անարգեցիք դուք զհրովարտակն անօրէնութե̃, և զվկայութե̃ անիրաւութե̃։ Վասն այնորիկ խնդրեցաւ վրէժ հատուցման յԱխաբէ, և յԵզաբելայ արդար դատաստանօք, վասն արդար արեանն Նաբութայ, զոր հեղին, և եզրայէլացիք, զի ունկնդիր եղեն Եզաբէլայ, և ՚ի նոցանէ խնդրեցաւ վրէժ արդար դատաստանաւ։ Մարգարէանայ վասն նոցա Ովսէ, և ասէ, սակաւիկ մի ևս խնդրեցից և զվրէժ արեան յԵզաբէլայ, ՚ի ձեռն Յէհուայ։ Եւ էառ Յէհու զվրէժ արեանն Նաբութայ յԵզաբէլայ, և յԱխաբէ, և ՚ի տանէ նորա, և զեզրայէլացիսն էհար, կոտորեաց, սատակեաց ՚ի սուր սուսերի իւրոյ, ՚ի տան կռոցն բահաղու։ Եւ եկն եհաս ՚ի վերայ նոցա արիւն Նաբութայ, որպէս և ասաց Յէհու յօր, և ՚ի ժամ հատուցման, և վրիժուցն խնդրելոյ, ասէր, ընդ երեկայս տեսի ես զարիւն Նաբութայ, և զարիւն որդւոց նորա զի վրէժխնդրութե̃ հատուցման լինի նոցա, և եղև պահքն, զոր պահեցին եզրայէլացիք, ՚ի դատապարտութե̃։

A eam canes. Sanguinem etiam Achab, quia audivit consilium ejus, canes linxerunt; & ita Jezabel elegit, & accepit sibi ex lege, quod sibi prodesset in ruinam animæ suæ: cum nulla in re esset illa legem servatura. Vos viri iniqui Jezrahelitæ quomodo vel quare admisistis litteras, in quibus scriptum erat jejunium iniquitatis, & testimonium injustitiæ, & effusionis sanguinis? Quonam tempore auditum est a vobis, jejunatum fuisse ad effundendum sanguinem justum? Quare vos non rejecistis litteras iniquitatis, & testimonium injustitiæ? Propterea justo judicio sumta est vindicta retributionis de Achab & de Jezabel, propter justum sanguinem Naboth quem fuderunt: & justo etiam judicio ultio sumta B est de Jezrahelitis, quia auscultaverunt Jezabel. Prophetavit de eis Osea dicens: [a] *Adhuc modicum sumam vindictam sanguinis de Jezabel per manum Jehu.* Et quidem [b] Jehu vindicavit sanguinem Naboth in Jezabel & in Achab & in domum ejus, & Jezrahelitas percussit, interfecit & occidit ore gladii sui in domo idoli Baal. Et advenit super eos sanguis Naboth; sicut & dixit Jehu in die & in hora redditionis & retributionis vindictæ; inquit enim: [c] *Vespere ego vidi, ait Dominus, sanguinem Naboth & sanguinem filiorum ejus, ut fiat in eo vindicta retributionis.* Et ita jejunium quod observaverunt Jezrahelitæ, fuit in condemnationem.

C

Դարձեալ պահեցին Նինուէացիք պահս սուրբս, թէպէտ և յովնան զկործանումն քարոզեաց նոցա։ Այսպէս գրեալ է, իբրև լուան նոքա զքարոզութիւն յովնանու, պահս հանապազորդս քարոզեցին, և աղօթս ստէպ ստէպ, և նստան նք ՚ի վերայ խորգոյ, և մոխրոյ, և մերկացան զհանդերձս գրգանաց իւրեանց, և զգեցան քուրձ փոխանակ նց. արգելին զտղայս ՚ի ստենէ մարց իւրեանց, և զխաշն, և զարջառ ՚ի ճարակոյ։ Եւ ասէ, թէ էհաս բան առ արքայն Նինուէացւոց. և յարեաւ եկաց յաթոռոյ իւրմէ. և եբարձ զթագն ՚ի գլխոյ իւրմէ, և զգեցաւ քուրձ, և նստաւ ՚ի վերայ մոխրոյ։ Եւ քարոզեաց ՚ի Նինուէ քաղաքի իւրում, և ասէ, ՚ի հրամանէ թագաւորի, և զօրաց իւրոց, մարդ, և անասուն ինչ մի՛ ճաշակեսցէ. մի՛ արածեսցին, և մի՛ ընաւ ջուր արբցեն. այլ քուրձ զգեսցին մարդ, և անասուն առ հասարակ, և կարդասցեն առ Այ աղօթիւք յամենայն սրտէ իւրեանց, թերևս ապաշաւեսցէ ՚ի մեզ Այ, և դարձուսցէ ՚ի մէնջ զսրտմտութե̃ բարկութեան իւրոյ, զի մի՛ սատակեսցիմք։ Եւ գրեալ է, հայեցաւ Այ, և ետես զգործս նոցա, և զի դարձան ՚ի ճանապարհաց իւրեանց չարաց. և զղջացաւ Այ ՚ի վերայ սաստկութե̃ հրամանին, և անցոյց ՚ի նոցանէ զբարկութե̃ սրտմտութե̃ իւրոյ, և ոչ կորոյս զնոսա։ Եւ ոչ ասէ. հայեցաւ Այ, և ետես զպահս ՚ի հացէ, և ՚ի ջրոյ. ՚ի խորգ, և ՚ի մոխիր. այլ զի դարձան ՚ի ճանապարհաց իւրեանց չարաց, և ՚ի չարութե̃ գործոց իւրեանց, քանզի այսպէս ետ կարգաւ արքայն Նինուէացւոց, զի դարձցի ամենայն մարդ ՚ի ճանապարհաց իւրոց, և յափշտակութե̃, որ իցէ ՚ի ձեռս նոցա։ Եւ եղեն ընդունելի պահքն, զոր պահեցին սրբութե̃, և հաճոյ եղեն Այ. և ոչ նմանեցան պահք նոցա, պահոցն եզրայէլացւոց. զի զարիւն արդար հեղին ՚ի նմա։

IV. E diverso observaverunt Ninivitæ jejunium sanctum, etiamsi Jona prædixisset eis subversionem; sic enim scriptum est: [d] *Cum audissent illi prædicationem Jonæ, prædicaverunt jejunium quotidianum, & orationes continuas, & sederunt super saccum & cinerem, & exspoliaverunt se vestibus mollibus, & pro illis induti sunt sacco. Fecerunt infantes abstinere ab uberibus matrum suarum, & ovem & bovem pascuis.* Et insuper additur, nuntiatum fuisse regi Ninivitarum, & quod [e] *rex surrexit de solio suo, & stetit, & abstulit coronam a capite suo, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* Et proclamare fecit in Ninive civitate sua dicens: [f] *Ex ore re-* D *gis & principum ejus, homines & jumenta & boves & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam omnino non bibant: sed operiantur saccis homines, & jumenta simul, & clament ad Deum precibus ex omni corde suo. Fortasse placabitur Deus, & ignoscet nobis, & avertet a nobis furorem iræ suæ, ne pereamus.* Et scriptum est: [g] *Respexit Deus, & vidit opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala. Et pœnituit Deum super vehementia mandati sui, & transtulit ab eis iram furoris sui, & non perdidit eos.* Et non dicitur: respexit Deus, & vidit jejunia eorum, quia abstinuerunt a pane & ab aqua, & quia induti sunt sacco, & E sederunt in cinere; sed dicitur: *Quia conversi sunt de via sua mala, & de malitia operum suorum.* Porro rex Ninivitarum ita edici & promulgari jussit: *& convertatur omnis homo a via sua mala, & a rapina quæ est in manibus ejus.* Et fuerunt accepta jejunia quæ servaverunt cum sanctitate, & placuerunt Deo; & non fuerunt eorum jejunia instar jejunii Jezrahelitarum, qui in jejunio sanguinem justum fuderunt.

Հանապազ սիրելի, պահք ՚ի չարեաց, յորժամ ոք պահիցէ, առաւել են քան զայն պահս, որ ՚ի հացէ, և ՚ի ջրոյ պահիցին. և առաւել քան զայն, որ խոնարհեցուցանէ զանձն իւր, և կորացուցանէ զպարանոց իւր իբրև զանուր, և քան զքուրձ զգենուլ, և ՚ի վերայ մոխրոյ նստիլ, որպ ասաց Եսայի մարգարէ։ ՚ի ժամանակի իբրև պահիցէ մարդ ՚ի հացէ և ՚ի ջրոյ, և յամ կերպ֊

V. In omnibus jejuniis, carissime, præstantior semper est abstinentia a peccatis, quam abstinentia a pane & aqua; & potior est, quam humiliare se ipsum, & contorquere collum suum quasi circulum; & melior est, quam indui sacco, & sedere in cinere, sicut dixit Isaias Propheta: [h] *Hominem ab-*

a Osee I.4. b IV.Reg. IX.10. c Ibid. ℣.26. d Jon. III.5-7. e Ibid. ℣.6. f Ibid. ℣.7-9. g Ibid. ℣.10. h Isa. LVIII.5.6.

ջրոց, և խորգով, և մոխրով զգեցեալ նստասցի. սի_րուն, գեղեցիկ, և վայելուչ է. առաւել ևս այս լաւ է, խոնարհեցուցանել մարդոյ զանձն իւր, և լուծանել զկնճիռն սրտի, զանիրաւութիւն, և զմուրհակ անօրէնութեան 'ի բաց պատառել. և ապա յայնմ ժամանակի ծագեսցի լոյս նորա իբրև զարեգակն, և ընթասցեն առաջի նորա իրաւունք արդարութեան: և եղիցի նա իբրև դրախտ ջրալից, պտղալից ծայրալիր պտղով. և իբրև աւանք աղբերաց, ուստի ջուր ո՛չ պակասիցի: Եւ ո՛չ նմանիցին կեղծաւորացն. որք խոնարհեցուցեալք տրտմեցուցանեն զդէմս իւրեանց, զի յայտնի արասցեն զպահս իւրեանց:

A *stinere a pane & aqua, & indutum sacco, sedentemque in cinere, plangere, utique res est laudabilis, pulchra & decens: sed multo melius est, hominem humiliare animam suam, & solvere nodum cordis, nempe injustitiam, & dilacerare scripturam iniquitatis.* [a] *Et deinde tunc temporis orietur lumen ejus quasi sol, & current ante eum jura justitiæ: & erit ille quasi hortus irriguus plenus undique ubertate & fructuum copia usque ad summum, & erit sicut fons aquarum, cujus non deficiunt aquæ.* Non autem quando aliquis jejunat, [b] erit similis hypocritis, qui humiliant se & tristem faciem suam ostentant, ut manifestum faciant jejunium suum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

Ահաւասիկ և աղանդօղք հերձուածոց, նենգաւորք մեքենայք չարին պահս պահեն, և յիշատակին 'ի մեղս իւրեանց, և տէր վարձու ոք չիք նոցա: Զի ո՞վ է այն, որ տայցէ զվարձս մարկիոնի աղանդոյն հերձուածոյ. զի ո՛չ լինի նա խոստովան 'ի բարերար արարիչն մեր: և կամ ո՞ տացէ զվարձս հատուցման պահոց աղանդին վաղանդինացւոց, զի բազում արարիչս քարոզէ նա անձին իւրոյ, և ասէ, եթէ Այ կատարեալ, ո՛չ երբէք պատմեցաւ բերանով, և խորհուրդք ուրուք զնա ո՛չ քննեցին: և կամ ո՞ տացէ զհատուցումն զանդիկ աղանդին, այսինքն, են մանինացիքն, որ բնակեալ նստին 'ի խաւարի, 'ի նմանութիւն օձից, քարբից, և ծառայեն աստեղագիտութեան քաղդէիցն աղանդին հերձուածոց բաբիլոն աշխարհին:

B VI. Ecce etiam auctores hæreseon, fraudulenti inventores malorum, jejunant & permanent in peccatis suis. Nullus autem Dominus est, qui mercedem eis retribuat. Quis enim est, qui det mercedem hæreticæ sectæ Marcionis; cum ille conditorem nostrum beneficum non fateatur? vel quis dabit mercedem retributionis sectæ Valentinianorum? quoniam Valentinus multos conditores prædicat animæ suæ; & dicit, quod Deus perfectus nullius umquam ore enarratus est, & nullius hominis cogitationes assequutæ sunt eum: vel quis dabit retributionem servili sectæ Manichæorum, qui inhabitantes sedent in tenebris, instar viperarum & basiliscorum, C & serviunt astrologiæ ac magicis artibus sectæ Chaldæorum, erroribus Babylonicæ terræ?

XI. Hæc omnia scripsi tibi, carissime, quia in sæculo hoc nostro plures sunt, qui asceticam vitam eligentes se Deo voto consecrarunt. Et certamen habemus, ac bellum gerimus contra hostem qui præliatur contra nos, conaturque ut iterum ad veterem conditionem revertamur, quia recuperata nostra libertate ab eo exivimus. Sunt vero ex nobis, qui superantur & vulnerantur. Horum autem aliqui se debitores ac reos agnoscunt, & justificare se manifestatis reatibus delictorum suorum curant: alii vero ea mentis pervicacia sunt, ut nolint accedere ad pœnitentiam. Et pro pudore suo secunda morte moriuntur, & non recolunt scrutatorem secretorum. Est etiam aliquis qui confitetur peccatum, & ei pœnitentia non conceditur. O dispensator Christi, præbe pœnitentiam in nomine Christi; & memento tu, quod Dominus tuus non spernit pœnitentes. Lolium seminatum est in agro; & dominus agri non permisit servos colligere lolium ex tritico usque ad tempus messis. Missum est rete in mare; & pisces non eliguntur, donec exeat rete. Et servi acceperunt argentum a domino suo; & servum nequam judicat dominus ejus. Triticum & palea mixta sunt simul, & dominus areæ separat & permundat. Multi vocati sunt ad nuptias; & eum qui non habet vestem, dominus ejus mittit foras. Prudentes & fatuæ simul sunt; & dominus thalami scit quam introducat secum.

XII. O pastores, discipuli Domini nostri, pascite oves & deducite caute. Corroborate debiles, confirmate infirmas, sanate ægras, & servate pingues Domino gregis. Nolite assimilari insipienti pastori, qui in amentia sua neglexit pascere oves; & arefactum est ejus brachium, & excæcatus oculus, eo quod dixerit: Quæ moritura est, moriatur; & quæ peritura est, pereat; & quæ comesura est, comedat carnes sociarum suarum. Quando veniet Magister pastorum, reum judicabit pastorem insipientem & ignorantem, qui non bene curavit oves sibi commissas: & qui pascit oves & deducit caute, vocatur ille servus bonus & fidelis, quia servavit & obtulit coram pastores oves plane speciosas & pingues. O præsules, attendite bene, & deducite populum vestrum cum omni caritate, ne forte superveniat gladius hostilis, & occidat aliquem ex illis: ipse enim in peccato suo morietur, sed sanguis ejus e manibus vestris requiretur. Quod si postquam monueritis, pereat homo ille; in peccato suo morietur, vos autem nequaquam puniemini. O oves pingues, nolite superbe minari, ferientes & percutientes infirmas, ne condemnemini a magno Pastore nostro quando veniet. Audi hanc veritatem, quæ allicit pœnitentes & aggregat justis. Mundus iste, mundus gratiæ est; & usque ad consummationem finis sui, est in eo locus pœnitentiæ. Appropinquat tempus, quo gratia transeat & veritas regnet. Pœnitentia non est in tempore illo, quia voluntate ejus suo tempore gratia dominata est. Et cum advenerit tempus judicii, non vult recipere pœnitentes: quia pœnitentiæ terminus positus est & impletus, & deinceps non amplius est ei locus. Lege, carissime, & disce, agnosce & vide, quoniam hac in re omnes aliquo modo indigemus. Multi enim sunt qui currunt in stadio, sed vir fortis & virtute præditus solum attingit scopum: omnis autem homo secundum labores suos mercedem accipit.

A

ՃԱՌ ՈՒԹԵՐՈՐԴ։

Վասն յարութեան մեռելոց։

Հակառակութիւնք համապազ վասն այսր լինին, զիարդ, ասեն, յառնեն մեռեալք, կամ որո՞վ մարմնով գան. զի ապականի մաշի մարմին, և ապականի. և ոսկերք, իբրև ընդերկարին ժամանակք նոցին, փշրին, մանրին, և ո՛չ երևին։ Եւ իբրև մտանես, ասեն, ՚ի գերեզման, ուր հարիւր մեռեալք թաղեցեալք են. լի ափով զհող ո՛չ գտանես։ Եւ այսպէս ասեն, ոյք զայսպիսի խորհուրդս խորհին։ Գիտեմք մեք, թէ յառնեն մեռեալք. այլ մարմին երկնաւոր զգենուն, և զկերպարանս ոգեղէնս։ Եւ եթէ ոչ այսպէս իցէ, ասեն, այս հարիւր մեռեալս, որք ՚ի միում գերեզմանի թաղեցեալք են, և յետ ժամանակաց չիք անդ, և ոչինչ. յորժամ յառնեն մեռեալք, նոքա զո՞ր մարմին զգենուն, որ ո՛չ է. ուրեմն զերկնաւոր։

Որ զայսպիսի խորհուրդս խորհի, անմիտ, և առանց գիտութեան է։ Իբրև մտին մեռեալք ՚ի գերեզման անդր, ինչ էին. և իբրև բազում ժամանակք անցին, ոչինչ եղեն նոքա։ Եւ իբրև լինի ժամանակ յարութեան մեռելոց, լինի այն՝ որ ոչինչն էր, ինչ. իբրև զնոյն առաջին, և յաւելու ՚ի բնութեն նորոգումն։ Ո՛վ անմիտ, որ զայս խորհիս. լո՛ւր զինչ առաքեալն ասէ. որ հաշէր և հաւանեցուցանէր զանմիտն, որ իբրև զքեզ։ Անմիտ, դու զոր սերմանես, ո՛չ կենդանանայ, եթէ ո՛չ նախ մեռանիցի։ Եւ զոր սերմանես, ոչ զնոյն մարմին, որ ծնանելոց է, սերմանես. այլ հատ մի մերկ, եթէ ցորենոյ, եթէ գարւոյ, և կամ այլոց սերմանեաց. և Աստուած տայ նմա զմարմին, որպէս և կամեցաւ. իւրաքանչիւր սերմանեաց, զիւր մարմին։ Այսուհետև հաւանեա՛ց դու անմիտ, յայտմանէ, զի մի մի ՚ի մարմնոց անտի, զմարմին անձին իւրոյ զգենու։ Ուրեք սերմանեցեր դու զգարի, և հնձեցեր զցորեան։ Եւ ոչերբէք տնկեցեր զորթ, և բուսաւ քեզ թզենի. այլ ամենայն ինչ ՚ի բուն իւր գնայ։ Այնպէս մարմին, որ անկանի, նոյն յառնէ։ Եւ զի ապականի մարմին, և մաշի. յառակէ անտի սերմանեաց նման է քեզ հաւանիլ. զոր օրինակ իբրև անկանի յերկիր, նեխի, և ապականի. և ՚ի նոյնոյ նեխելոյ անտի բուսանի, ծաղկի, և տայ զպտուղ։ Քանզի վայր, յորում սերմանիք չիցեն սերմանեալ, զպտուղ ո՛չ տայ. թէպէտ և զամենայն անձրևս անդն այն ըմպիցէ։ Եւ գերեզման, յորում մեռեալ չէ՛ թաղեալ, մարդ ՚ի յարութեան անդ մեռելոց անտի ո՛չ ելանէ. թէպէտ և ամենայն ձայն փողոյն ՚ի ներքս աղաղակիցէ։ Ապա եթէ, որպէս ասեն. եթէ հոգիք արդարոց ընդ երկինս ելանեն, և զմարմին երկնաւոր զգենուն, ահաւասիկ բնութիւքն երկնայինք, յերկինս են. և այն, որ յարուցանէ զմեռեալս, յերկինս բնակեալ է. և յորժամ գայ նա, զոս յարուցանէ յերկրէ աստի. և ընդէ՞ր գրեաց մեզ. թէ եկեսցէ ժամանակ, զի և արդէն իսկ իցէ, մեռեալք լուիցեն զձայն որդւոյ մարդոյ, և ելցեն ՚ի գերեզմանաց իւրեանց. ուրեմն ո՛չ գայ մարմին երկնաւոր մտանէ ՚ի գերեզմանն, և դարձեալ ելանէ։ Այսպէս ասեն անմիտքն, իսկ ընդէ՞ր ասաց առաքեալն. այլ մարմին երկնաւորաց, և այլ մարմին երկրաւորաց։ Որ զայս ասէ, լուիցէ և զմիւսն, զոր ասաց առաքեալն, գոյ ասէ, մարմին շնչաւոր, և գոյ մարմին հոգևոր։ Եւ դարձեալ ասէ, ամենեքեան յառնեմք, այլ ո՛չ եթէ ամենեքեան նորոգեսցուք։ Դարձեալ, պարտ է մահկանացուիս այսմիկ զգենուլ զանմահութիւն. և ապականութեանս այսմիկ զգենուլ զանապականութիւն։ Եւ դարձեալ, ամենեքեան մեք կալոց եմք առաջի բեմին Քրիստոսի. զի ընկալցի իւրաքանչիւր մարմնով իւրով զինչ և գործեաց յառաջ. եթէ բարի, և եթէ չար։ Եւ դարձեալ, զի՞նչ գործի-

SERMO OCTAVUS.

De resurrectione mortuorum.

IMpugnatur quotidie mortuorum resurrectio. Quomodo, ajunt, mortui resurgent? & quo corpore redibunt? quoniam ecce corrumpitur & consumitur corpus: & ossa, cum longa tempora effluxerint, comminuuntur, conteruntur & non apparent. Et si intres, inquiunt, in sepulcrum ubi centum mortui sepulti sunt, pugillum pulveris vix invenies. Alii vero qui in ejusdem rei cogitationem veniunt, ita obloquuntur: Scimus nos, quod mortui resurgunt; sed B induuntur corpore cælesti, & formis spiritualibus. Quod si non ita est, ajunt, hi ipsi centum mortui qui in uno sepulcro sepulti sunt, & progressu temporis nihil eorum remanet; cum resurgent mortui, quodnam corpus, cum nullum sit, induunt? utique cæleste.

II. Amens certe & insipiens quicumque in mente hanc cogitationem revolvit, inquiens: cum mortui in sepulcrum illati sunt, aliquid erant: & postquam multa tempora transiverunt, in nihilum redacti sunt: cum vero advenerit tempus resurrectionis mortuorum, quomodo, quod erat nihil, fit aliquid quemadmodum prius erat, veterique naturæ su- C peradditur renovatio? O amens qui hæc cogitas, audi quid dicat Apostolus, stultum similem tui in medium adducens, & ita redarguens: [a] *Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non idem corpus quod gignendum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut hordei, aut aliorum seminum. Et Deus dat illi corpus, sicuti vult: unicuique seminum proprium corpus.* Hinc igitur, stulte, crede quod unusquisque mortuorum corpore suo induetur. Numquam tu seminasti hordeum, & messuisti triticum; & numquam plan- D tasti vitem, & germinavit tibi ficulnea: sed omnia juxta principium suum renascuntur. Ita idem corpus quod cadit, resurgit. Et quoniam prius corpus corrumpitur & consumitur, ex similitudine illa seminum, convenit tibi id credere: hoc est eo modo quo semen, cum cadit in terram, putrescit prius & corrumpitur, & ex illo eodem putrefacto germinat, floret & enascitur fructus. Nam locus in quo semina non sunt sata, fructum non affert, quamvis campus ille opportunam pluviam imbiberit. Et ex sepulcro in quo non est sepultus mortuus, in resurrectione mortuorum homo non egreditur: quamvis & totus sonus tubæ insonuerit intus. Quod si uti dicunt, animæ justorum ascendunt in cælum, & in- E duuntur corpore cælesti; naturæ quidem cælestes in cælis sunt: & ille qui suscitat mortuos, in cælo habitat: quomodo ergo ille adveniens suscitabit mortuos ex terra ista? & cur nobis scriptum est: [b] *Quod veniet tempus, quando mortui audient vocem Filii hominis, & exibunt e monumentis suis.* Non igitur e cælis descendit corpus cæleste intrans in monumentum, & iterum egreditur, ut ajunt insipientes. Sed quare dixit Apostolus: [c] *Aliud corpus cæleste, & aliud corpus terrestre?* Qui id opponit, audiat & aliud, quod ait ibidem Apostolus: [d] *Est corpus spirituale*: Et iterum: [e] *Omnes*, inquit, *resurgemus*, *sed non omnes immutabimur*. Iterum: [f] *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Et rursus: [g] *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum*. Et iterum [h]: *Quid facient*, ait, *qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, ut quid & baptizantur pro illis?* Insuper: [i] *Si resurrectio mortuorum non est, neque Christus re-*

a I. Cor. xv. 36-38. *b* Joan. V. 28. *c* I. Cor. xv. 40. *d* Ibid. ꝟ. 44. *e* Ibid. ꝟ. 51. *f* Ibid. *g* II. Cor. V. 10. *h* I. Cor. xv. 29. *i* Ibid. ꝟꝟ. 13-15.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

ցեն, ասէ, որք մկրտեցան վասն մեռելոց։ Եթէ մեռեալք ո՛չ յառնեն, ընդէ՞ր ընաւ մկրտին վասն նոցա։ Դարձեալ, եթէ յարութիւն մեռելոց չիք, ապա և Քրիստոս չէ՛ յարուցեալ։ Ապա եթէ Քրիստոս չէ յարուցեալ. ընդունայն եղև քարոզութիւն մեր, ընդունայն եղեն հաւատք ձեր. գտանիցիմք և սուտ վկայք Աստուծոյ, զի վկայեցիմք մեք զնմանէ, թէ յարոյց նա զՔրիստոս. զոր ո՛չն յարոյց, եթէ մեռեալք ո՛չ յառնեն։ Ապա եթէ մեռեալք ո՛չ յառնեն, և դատաստան չիք։ Կերիցուք, արբցուք, վաղիւն մեռանիմք։ Ասէ, մի՛ խաբիք. ապականեն զմիտս քաղցունս բանք չարք։ Զայս, զոր ասաց առաքեալն, այլ մարմին երկնաւոր է, և այլ մարմին երկրաւոր, այսպէս լուեայի քեզ։ Զի յորժամ յառնէ մարմին արդարոյ, և նորոգի, կոչի նա երկնաւոր։ Իսկ որ ոչն նորոգի, կոչի նա 'ի բնութիւն իւրում երկրաւոր։ Լո՛ւր դու զբանս, որ այսմ նման է. զի դարձեալ ասէ ինքն առաքեալն, մարդ հոգևոր զամենայն ինչ քննէ, և ինքն յումեքէ ո՛չ քննի։ Դարձեալ ասէ, որք հոգւոյն են, զխորհուրդս հոգւոյն խորհին։ և որք մարմնոյն են, զմարմնոյն։ Եւ դարձեալ ասէ, մինչդեռ մարմնովն էաք, ցաւք մեղաց, որք էին յօրինաց անտի, զօրանային 'ի մարմինս մեր, զի պտուղ լիցուք մեք մահու։ Եւ դարձեալ ասէ, եթէ իցէ հոգին Քրիստոսի ձեզ, հոգւով էք դուք։ Զայս ամենայն ասաց առաքեալն, իբրու զմարմին զգեցեալ էր, և զգործս հոգւոյ գործէր։ Այսպէս և յարութիւն մեռելոց լինի նորոգումն արդարոց. և ընկղմի կերպարանն երկրաւոր յերկնաւորն. և կոչի մարմին երկնաւոր։ Իսկ որ ո՛չն նորոգի, կոչի երկրաւոր։ Վասն այսր յարութեան մեռելոց, որչափ 'ի կարի իմում է, հաւանեցուցից քեզ։ 'Ի սկզբանէ իբրև հաստատեաց Աստուած զԱդամ, 'ի հողոյ ստեղծ, և յարոյց զնա։ Զի թէ մինչ ոչինչ էրն Ադամ, արար զնա. ո՞րչափ առաւելեւս այնմ դիւրին իցէ յարուցանել զնա։ Զի աւասիկ սերմանելով սերմանեալ է նա յերկրի։ Ապա եթէ որ դիւրին իցէ, արասցէ մեզ Աստուած. ո՛չ երևէին մեզ մեծամեծ գործք նորա։ Են մարդիկք արուեստագէտք, որք գործեն զիրս զարմանալիս. և որք չեն տեղեակք գործոցս այսոցիկ, կան և զարմանան, թէ զիա՞րդ լեալ իցեն. և գործն ընկերաց իւրոց դժուարին թուի յաչս նոցա, ո՞րչափ ևս առաւել գործք Աստուծոյ, սքանչելեաց արժան էր լինել նոցա։ Աստուծոյ չէ այս մեծ ինչ, եթէ յառնեն մեռեալք։ Մինչ սերմն չէր սերմանեալ, բուսոյց երկիր ինչ, որ ոչ էր անկեալ 'ի նմա։ Եւ մինչ չէրն յղի, ծնաւ 'ի կուսութեան իւրում. զիա՞րդ իցէ դժուարին այս, զի բուսուսցէ երկիր զսերմանիս, որք սերմանեցան 'ի նմա. և յղին ծնցի։ Զի աւասիկ մերձեալ են երկունք նորա. որպէս և Եսայի ասէ. իսկ արդ ո՞վ լուաւ, ո՞ եսես զայսպիսի սքանչելիս. եթէ երկիր միանգամայն զազգ մի ողջոյն ծնանիցի։ Ադամ ո՛չ էր սերմանեալ, և բուսաւ։ Եւ ո՛չ էր յղացեալ, և ծնաւ։ Այժմ ծնունդք նորա սերմանեալք են. և անձրևի սպասեն, և բուսանին։ Եւ երկիրս աւասիկ յղի է բազմօք. և մերձ է ժամանել ծննդեան նորա։

A *surrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra: invenimur autem & falsi testes Dei; quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.* Si ergo mortui non resurgunt, neque est judicium. [a] *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Nolite*, ait, *seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Illud, quod dixit Apostolus: *Aliud corpus cæleste est, & aliud corpus terrestre;* ita a te intelligendum est. Cum resurgit corpus justi & immutatur, vocatur illud cæleste; sed quod non immutatur, corpus vocatur juxta naturam suam terrestre. Sed audi hæc alia, quæ illis similia sunt: alibi enim B ipse Apostolus: [b] *Homo spiritualis omnia judicat, ipse a nemine judicatur.* Iterum dicit: [c] *Qui spirituales sunt, spiritualia cogitant; qui autem carnales sunt, carnalia.* Iterum: [d] *Cum essemus*, ait, *in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.* Itidem: [e] *Si est*, inquit, *in vobis spiritus Christi, estis vos in spiritu.* Hæc omnia loquutus est Apostolus de homine, qui indutus est corpore & opera spiritus. Ita & in mortuorum resurrectione justorum corpora immutantur, Et forma terrestris immergitur in cælestem, & vocatur corpus cæleste: sed quod non immutatur, vocatur terrestre. Sed latius de hac resurrectione mortuorum, quoad possum, te docebo. C Ab initio, cum formasset Deus Adam, ex pulvere creavit & suscitavit eum. Quare si, dum nihil erat Adam, fecit eum: quanto facilius erit Deo, cum fuerit, rursus illum suscitare? Quoniam ecce semen ejus quodammodo seminatum est in terra. Profecto si faceret nobis Deus, quæ fieri facilia sunt, non viderentur nobis magna opera sua. Sunt homines ingeniosi, mira opera efficientes: & ad horum operum imperiti obstupescunt & mirantur, quomodo facta sint: & opus sociorum suorum difficile videtur in oculis eorum: quanto magis opera Dei debent illis esse admirabilia? Deo non est aliquid magnum suscitare mortuos. Dum semen non erat seminatum, germinavit terra, quod non ceciderat in ea: & dum D non erat sata frugibus, genuit in virginitate sua. Quomodo igitur erit difficile, ut terra ea producat quorum semina sata sunt in ea, & ut jam gravida gignat? Quoniam ecce tempus partus ejus appropinquavit, sicut & Isaias dicit [f]. At vero fortasse nobis reponent: quis audivit aut quis talia mirabilia vidit umquam, terram universum hominum genus uno fetu gignere? Adam non erat satus, & natus est: & non erat conceptus, & genitus est. Nunc generationes ejus seminatæ sunt, & exspectant pluvias, & germinabunt. Et ecce terra prægnans est multis: & proxima est partui.

Ամենայն հարք մեր, վասն յուսոյ յարութեան ակն ունէին, և ընթանային. որպէս և ասաց առաքեալն երանելի, թէ այնմ քաղաքի, ուստի աբրահամն ել, ակն ունէին արդարք, և զայն յիշէին, գոյր ժամանակ դառնալ իւրեանց անդրէն. բայց աւասիկ լաւ ևս և յառաջագոյն ցանկացեալ են, այս ինքն է, երկնաւորին։ Եւ սպասէին թէ վաղվաղակի հրաժարեսցին աստի, և երթիցեն անդր։ Եւ խելամուտ լեր յայսմանէ, որ ինչ գրեմ քեզ, և տե՛ս զի յարութեան ակն ունէին։ Յակոբ հայր մեր իբրև մեռանէր, երդմնեցոյց զՅովսէփ զորդի իւր, և ասէ ցնա, 'ի գերեզմանի հարց իմոց թաղեսցես զիս, առ աբրահամ, և սառայ, և առ իսահակ, և ռեբեկայ։ Եւ ընդէ՞ր սիրելի, ո՛չ կամեցաւ յակոբ, թէ յերկրին եգիպտացւոց թաղեսցի, այլ ընդ հարս իւր։ Զայս յառաջագոյն կանխեաց, և եցոյց, թէ յարութեան մեռելոց ակն ունէր. զի իբր աղաղակն եղիցի, և ձայն փողոյն գոչիցէ, եղիցի

III. Omnes patres nostri spe sperabant resurrectionem & ad eam properabant; sicut & dixit beatus Apostolus: [g] *Quod si eam civitatem unde egressus est Abraham, sperabant justi & eam mente recolebant, aderat tempus revertendi ad eam, unde exierant; sed* E *meliorem intendentes optaverunt, id est cælestem.* Et exspectabant ut cito hinc separarentur, & proficiscerentur illuc; & ex his quæ mox tibi dicam, probe intelliges, quod sperabant resurrectionem. Jacob pater noster cum moreretur, adjuravit Joseph filium suum dicens ei: [h] *In sepulcro patrum meorum sepelies me, ad Abraham, & Saram, & Isaac, & Rebeccam.* Et quare, dilectissime, noluit Jacob in terra Ægyptiorum, sed cum patribns suis sepeliri? Utique quia præmonere voluit, quod speraret resurrectionem mortuorum; & ideo ut cum fieret clamor & insonaret vox tubæ, resurgeret prope patres suos, & in die resurrectionis non commisceretur iniquis, qui revertuntur ad infernum. Ita & Joseph

a I. Cor. XV. 32. 33. *b* I. Cor. II. 15. *c* Rom. VIII. 5. *d* Rom. VII. 5. *e* Rom. VIII. 9. *f* Isa. XXVI. 17. *g* Heb. XI. 15. *h* Gen. XLVII. 29.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

յարութեն իւր մերձ առ հարս իւր . և մի՛ խառնեսցի 'ի ժամանակի անդ յարութեան ընդ անօրէնս , որք դառնան 'ի դժոխս ։ Որպէս և յովսէփ երդմնեցոյց զեղբարս իւր , և ասէ ցնոսա. եթէ յիշեսցէ զձեզ Տծ, բարձէ՛ք զոսկերս իմ աստի ընդ ձեզ ։ Եւ արարին եղբարքն զբանն յովսէփու , և պահեցին զերդմունսն զհարիւր զքսան և հինգ ամս ։ Եւ 'ի ժամանակին. զի ելանէին զօրութեք տեառն յերկրէն եգիպտացւոց . յայնժամ էառ մովսէս զոսկերսն յովսէփու . և պատուական թուեցաւ նմա ոսկերք առն արդարոյ , և լաւ համարեցաւ նմա քան զոսկի , և զարծաթ , զորս առին որդիքն իսրայէլի յեգիպտացւոց , 'ի ժամանակի իբրև կապուտ կողոպուտ թողին զնոսա ։ Եւ եղեն ոսկերքն յովսէփու յանապատի անդ զամս քառասուն ։ Եւ 'ի ժամանակի անտի իբրև հանգեաւ մովսէս , ժառանգեցոյց զնոսա յեսու որդի նաւեայ ։ Լաւ թուէին ոսկերք յովսէփու հօր իւրոյ , քան զամենայն աւար երկրին , զոր հնազանդեցոյց ։ Եւ ընդէ՞ր ետ մովսէս յեսուայ զոսկերսն յովսէփու . այլ զի , յեփրեմեան տոհմէն էր նա ։ Եւ թաղեաց զնոսա յերկրի անդ , զի եղիցի նա զանձ յերկրի անդ , ուր ոսկերքն յովսէփու թաղեալ կայեն ։ Եւ 'ի ժամանակի մինչ մեռանէր յակոբ , օրհնեաց նա զտոհմն իւր , և եցոյց նոցա որ ինչ լինելոց էր նոցա առ յապա ժամանակս. և ասէ ցռուբէն, ռուբէն անդրանիկ որդի իմ ես դու . զօրութիւն , և սկիզբն որդւոց իմոց . խստութեամբ գնացեր . 'ի խստութիւն յանդգնութեան վարեցեր զանձն քո . թշնամանեցեր զիս . իբրև ջուր մի՛ եռասցիս 'ի վեր ։ Ելեր յանկողինս հօր քոյ , պղծեցեր զանկողինսն , ուր ելերն ։ Եւ 'ի ժամանակէ յոր հանգեաւ յակոբ , երկերիւր երեսուն և երեք ամք են մինչև ցհանգիստն մովսիսի ։ Յայնժամ կամեցաւ մովսէս քաւել 'ի քահանայութեան իւրոյ վասն ռուբենի . զի յանցեաւ և մեղաւ , որ ննջեաց ընդ բալլայ հարճին հօր իւրոյ , զի յորժամ յարիցեն եղբարք նորա , մի՛ պակասեսցի նա 'ի թուոյ անտի նոցա ։ Ասէ 'ի սկզբան օրհնութեանց իւրոց , կեցցէ ռուբէն , և մի՛ մեռցի . և եղիցի նա 'ի թիւ համարոյ ։ Եւ իբրև հասին ժամանակք հանգստեան մովսիսի առ հարս իւր , խռովեալ էր , և տրտմեալ խնդրէր 'ի տէ իւրմէ , և աղաչէր , զի անցցէ տեսցէ զերկիրն խոստացեալ պարգևօք ։ Եւ ընդէ՞ր սիրելի, տրտմեալ էր այրն արդար . զի ո՞չ էանց եւես զայն երկիր պարգևաց , այլ զի երթիցէ , և թաղեսցի ընդ հարս իւր , և մի՛ թաղեսցի նա յերկիր թշնամեաց իւրոց , յերկրին մովաբացւոց ։ Քանզի 'ի վարձու կալան մովաբացիք զբաղաամ բէովրեան յանիծանել , 'ի նզովել զիսրայէլ ։ Վասն այսորիկ այսպէս կամէր մովսէս , զի յերկրին յայնմիկ մի՛ թաղեսցի . զի մի՛ գայցեն մովաբացիք բացցեն զոսկերս նորա վրէժխնդրութեամբ . և հանցեն ցրուեսցեն արտաքս . Արդ շնորհս մեծամեծս արար Տէր ընդ մովսէս . տարաւ եհան զնա 'ի վեր 'ի լեառն նաբաւ , և եցոյց նմա զամենայն երկիրն , իբր էած անցոյց զնա առաջի նորա ։ Եւ իբրև հայեցաւ մովսէս ընդ ամենայն երկիրն , և ետես զլեառն եբուսացւոց , և զտեղին պատրաստեալ հանգստեան ։ Եւ տրտմեցաւ , և ելաց , իբրև ետես զգերեզմանն , որ է 'ի քեբրոն քաղաքի , զտեղին ուր թաղեալ էին հարքն իւր աբրահամ , իսահակ , և յակոբ . զի ո՛չ առ նոսա թաղեցաւ . և զի ո՛չ անկան ոսկերք նորա առ ոսկերս նոցա . զի ընդ նոսա յարիցէր յաւուրն յարութեան ։ Եւ իբրև ետես զամենայն երկիրն , քաջալեր տայր նմա Տէր , և ասէր , ես թաղեցից և ծածկեցից զքեզ , և ոք զգերեզման քո մի՛ գիտասցէ ։ Եւ մեռաւ մովսէս ըստ հրամանի տեառն . և թաղեաց զնա Տէր իւր 'ի լերինն մովաբացւոց , հանդէպ բէլփեգովրայ , ուր մեղաւն իսրայէլ . և ոչոք գիտաց զգերեզման նորա մինչև ցայսօր ։ Զերկուս իրս բարիս արար Տէր մովսիսի , որ ո՛չ ծանոյց զգերեզման նորա ։ Մին , զի թշնամիք նորա մի՛ գտցեն , և հանցեն ցրուեսցեն զոսկերսն 'ի գերեզմանէ անտի ։ Եւ երկու , զի մի՛ գիտասցեն մանկունք ժողովրդեան ազգին իւրոյ , և արասցեն զգերեզման նորա տեղի երկրպագութեան . քանզի իբրև Աստուած համարեալ էր նա յաչս ժողովրդեան իւրոյ ։ Եւ խելամուտ լեր յայսմանէ սիրելի . զի իբրև եթող զնոսա և ել 'ի լեառն , ասեն , այն մովսէս , որ եհան զմեզ յերկրէն եգիպտացւոց , ո՛չ գիտեմք զի՞ եղև նմա , և արարին

A adjuravit fratres ſuos, dicens eis: [a] *Cum recordatus fuerit Deus veſtri, aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto.* Et fecerunt fratres quod juſſerat Joſeph, & adjurationem centum viginti quinque annis cuſtodiverunt. Nam cum poſtea exercitus Domini e terra Ægyptiorum egreſſi ſunt, tunc tulit Moyſes oſſa Joſeph; & viſa ſunt ei pretioſa oſſa viri juſti, & meliora ab eo æſtimata ſunt auro & argento, quæ filii Iſrael Ægyptiis abſtulerunt. Et fuerunt oſſa Joſeph in deſerto quadraginta annis. Et cum defunctus per id tempus fuiſſet Moyſes, heres eorum fuit Joſue filius Nave [b]: meliora enim videbantur ei oſſa Joſeph Patris ſui omni præda terræ, quam ſubjugavit. Et quare dedit Moyſes Joſue oſſa Joſeph? quia B erat ille ex genere Ephraim, & ipſe ſepelivit in terra illa, ut ibi tamquam theſaurus, oſſa Joſeph recondita eſſent. Cum autem moreretur Jacob, benedixit filiis ſuis qui patres tribuum fuerunt, & præmonſtravit, quod eventurum erat noviſſimis temporibus, dicens ad Ruben: [c] *Ruben primogenitus filius meus es tu: fortitudo, & principium filiorum meorum: cum duritia inceſſiſti: in duritia petulantiæ geſſiſti temet ipſum, contumelioſus fuiſti in me: tamquam aqua, non ebullies ſurſum. Aſcendiſti cubile patris tui, maculaſti ſtratum quod aſcendiſti.* Ab eo tempore quo defunctus eſt Jacob, uſque quo mortuus eſt Moyſes, elapſi ſunt ducenti triginta tres anni. Tunc vero Moyſes curavit in ſacerdotio ſuo expia- C tionem facere pro Ruben, qui deliquit & peccavit, dormiens cum Bala concubina patris ſui; ut, cum reſurgerent fratres ejus, non deeſſet ex numero eorum. Dicit itaque in principio benedictionum ſuarum: [d] *Vivet Ruben, & non morietur, & erit ille in numero computationis.* Cum adveniſſet tempus, ut ipſe Moyſes requieſceret ad patres ſuos, turbatus & contriſtatus eſt: & petebat a Domino ſuo, & rogabat [e], ut ultra tranſiret & terram promiſſam aſpiceret. Et quare, dilectiſſime, triſtis erat vir juſtus? Non quod non tranſiret & videret terram illam donorum, ſed quod non iret & ſepeliretur cum patribus ſuis, ſed ſepeliendus eſſet in terra inimicorum & in terra Moabitarum. Nam Moabitæ con- D duxerunt Balaam filium Beor, ut imprecaretur & malediceret Iſrael. Propterea Moyſes deſiderabat, ut in terra illa non ſepeliretur, ne venirent Moabitæ, & aperirent ſepulcrum, & extraherent oſſa ejus, & diſpergerent. Deus autem maxima beneficia tribuit Moyſi. Nam duxit & elevavit eum ſuper montem Nabo [f], & oſtendit ei omnem terram, eamque quodammodo coram ipſo adduxit ejuſque aſpectui ſubjecit. Et cum oculos circumtuliſſet Moyſes per omnem terram, aſpexit montem Jebuſæorum & præparatum locum requiei. Et triſtatus eſt, & flevit, cum vidiſſet ſepulcrum quod eſt in civitate Chebron, locum ubi ſepulti erant patres ſui, Abraham, Iſaac & Jacob, quia ſepeliendus non erat apud eos, & oſ- E ſa ſua non apponenda ad oſſa eorum, ut cum eis reſurgeret in die reſurrectionis. Et poſtquam vidit omnem terram, confortavit eum Dominus, dicens: Ego ſepeliam te, & occultabo, & nemo ſciet ſepulcrum tuum. [g] *Et mortuus eſt Moyſes juxta juſſum Domini, & ſepelivit eum Dominus ſuus in monte Moabitarum contra Phogor, ubi peccavit Iſrael. Et nemo ſcivit ſepulcrum ejus uſque ad hodiernum diem.* Dominus, cum Moyſis ſepulcrum occultavit, duo ei beneficia præſtitit: unum, ne inimici invenirent & extraherent oſſa ejus e ſepulcro, & diſſiparent; & alterum, ne homines populi gentis ſuæ ſcirent, & ſepulcrum ejus locum adorationis conſtituerent, quoniam tamquam Deus habitus eſt ille in oculis populi. Hinc autem intellige cariſſime, qua de cauſſa, cum eos reliquit & aſcendit in montem, dixerunt: [h] *Moyſi, qui eduxit nos de terra Ægyptiorum*

a Gen. L. 24. Exod. XIII. 19. Hebr. XI. 22. b Joſ. XXIV. 32. c Gen. XLIX. 3. 4. d Deut. XXXIII. 6.
e Deut. III. 23. f Num. XXVII. 12. Deut. XXXIV. 2. g [illegible] h Exod. XXXII. 1.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

իւրեանց որթապատկեր, և երկրպագին նմա, և ո՛չ յիշեցին թէ Աստուա՛ծ եհան զնոսա 'ի ձեռն Մովսիսի. հզօր ձեռամբ, և բարձու բազկաւ: Վասն այսորիկ անխնայեաց Աստուա՛ծ 'ի վերայ Մովսիսի, և ո՛չ ծանոյց զգերեզման նորա, զի մի՛ արասցեն պատկեր, և երկրպագանիցեն և զոհեսցեն նմա, և 'ի մեղս իւրեանց շարժիցեն զոսկերս առն արդարոյ:

nescimus quid acciderit. Et fecerunt sibi imaginem vituli, & adoraverunt eam; & non meminerunt, quod Deus eduxit eos per Moysen, forti manu & brachio excelso. Propterea gratiam fecit Deus Moysi; occultans sepulcrum ejus, ne sculperent sibi ejus imaginem, atque ei sacrificia offerentes, in peccatis suis transferent ossa viri justi.

Եւ ինքն դարձեալ Մովսէս յայտնապէս քարոզեաց զյարութիւն մեռելոց, մինչ 'ի բերանոյ ԱԾ ասաց, ես մեռուցանեմ, և կեցուցանեմ: Դարձեալ Աննա յաղօթս իւր ասաց, Տէր մեռուցանէ, և կեցուցանէ. իջուցանէ 'ի դժոխս, և հանէ: Եւ Եսայի մարգարէ ասէ, կեցցեն մեռեալք քո, և դիակունք նոցա յարիցեն. զարթիցեն և օրհնեսցեն, որք ննջենն 'ի հող: Նաև Դաւիթ քարոզէր, և ասէր, ահաւասիկ մեռելոց առնես դու զսքանչելիս. և սկայազունք յարիցեն, և խոստովան առնիցեն առ քեզ, և պատմեսցեն 'ի գերեզմանս զշնորհս ողորմութեան քոյ: Եւ որպէս արդեօք պատմեսցեն զշնորհս ողորմութեան Աստուծոյ, եթէ ո՛չ յորժամ լսիցեն զձայն փողոյն, և զգոչիւն սրնկի, զի ողողակիցէ 'ի բարձանց, և շարժումն լինիցի, և գերեզմանք բանայցեն, և յարիցեն սկայազունք փառօք. և պատմեսցեն 'ի գերեզմանս միաբան և ասասցեն, մեծ են այս շնորհք զոր շնորհեաց մեզ. զի հատեալ էր յոյս մեր, և եղև մեզ յոյս. և սերմանեցաք ապականութեամբ, և յարեաք փառօք. թաղեցաք շնչաւորութեամբ, և յարեաք զօրութեամբ, այս շնորհք են, զոր պատմեն 'ի գերեզմանս:

IV. Ipse autem Moyses alibi etiam manifeste prænuntiavit resurrectionem mortuorum ex ore Dei, dicens: [a] *Ego mortifico, & vivifico*. Item Anna in sua oratione inquit: [b] *Dominus mortificat, & vivificat: deducit ad inferos, & reducit*, Et Isaias propheta: [c] *Vivent*, ait, *mortui tui, & cadavera eorum resurgent. Expergiscentur & laudabunt, qui dormiunt in pulvere*. Et jam ante David præcinuerat, dicens: [d] *Ecce mortuis facis tu mirabilia: & gentes proceræ resurgent & confitebuntur tibi, & narrabunt in sepulcris gratiam misericordiæ tuæ*. Et quomodo quidem narrabunt gratiam misericordiæ Dei? nisi cum audierint vocem tubæ, & sonum fistulæ quæ insonabit ab excelsis, & erit terræmotus, & aperientur sepulcra, & resurgent gentes proceræ cum gloria, & narrabunt in sepulcris unanimiter, & dicent: *Magna est gratia hæc, quam concessit nobis: quia abscissa erat spes nostra, & denuo facta est nobis spes: seminavimus in corruptione, & resurreximus cum gloria: sepulti sumus in mortalitate, & resurreximus cum virtute*: hæc est gratia, quam narrant in sepulcris.

Եւ ո՛չ եթէ բանիւք միայն սիրելի, ասաց Աստուա՛ծ որ յարուցանէ զմեռեալս, այլ և արդեամբք և գործովք եցոյց մեզ բազում վկայիւք, զի մի՛ եղիցի մեզ պատիժ պատուհասի: 'Ի ձեռն Եղիայի երևեցաւ նշանս այս սքանչելի, թէ կեան մեռեալք, և յառնեն, որք ննջեն 'ի հողս. մինչ զմեռեալ որդի կնոջ այրւոյն յարոյց Եղիա, և ետ ցմայր իւր: Եւ Եղիշէ կեցոյց դարձեալ զորդի կնոջն Սունամացւոյ, զի հաստատեսցի առաւել մեզ վկայութիւն երկրորդ: Եւ 'ի վերայ ոսկերացն Եղիշէի ընկեցին զմեռեալն, և եկեաց և հաստատեցաւ երրորդ վկայութիւն: Նաև 'ի ձեռն Եզեկիէլի մարգարէի երևեցաւ յայտնապէս յարութիւն մեռելոց. 'ի ժամանակի իբրև էառ տարաւ զնա 'ի դաշտ մի, և եցոյց զկոյտս ոսկերաց բազմաց, և ասէ ցնա. որդի մարդոյ, իցէ թէ կենդանասցին ոսկերքս այսոքիկ: Պատասխանի ետ Եզեկիէլ, և ասէ. Տէր Աստուա՛ծ, դու գիտես զայդ: Սկսաւ խօսիլ ընդ նմա, և ասէ, որդի մարդոյ, մարգարէաց 'ի վերայ խաղաղակոյտ ոսկերացդ, և ասասցես ցդոսա. լուարուք դուք զպատգամս տեառն: Եւ իբրև լսեցոյց նոցա զպատգամն, եղև ձայն բարբառոյ, և շարժումն. և ժողովեցան որք մանրեալք, և փշրեալք էին: Եւ ետես զնոսա մարգարէն, և յիմարեցաւ. զի յամենայն կողմանց փութացեալ գային դէմ ընդ դէմ առ միմեանս, ոսկր առ ոսկր, առ իւրաքանչիւր յօդս յօդերին, Մինչդեռ զարմացեալ կայր նա, տեսանէր, զի նեարդք և ջիլք յօդիւքն պատէին. և ամենայն ոսկերք ցամաքեալք մարմնով լնուին. և ամենայն մարմինք մորթով զգենուին. և մորթքն զգեցեալ մազով զարդարէր. և շունչ դեռևս ո՛չ գոյր 'ի նոսա: Դարձեալ հրամայեաց մարգարէին, և ասէ. մարգարէա՛ց 'ի վերայ շնչոյ. կոչեսցես դու 'ի վերայ դոցա զոգիսն, և ասասցես, արձակեսցին 'ի չորից կողմանց ոգիքն, և լցցեն զմեռեալ մարմինսն, և կեցցեն սոքա: Եւ իբրև լսեցոյց նոցա զայլ միւս ևս պատգամ, եկին մտին ոգիքն 'ի նոսա, և եղեն կենդանիք. կանգնեցան, կացին 'ի վերայ ոտից իւրեանց. և եղեն գունդք զօրաց բազմաց:

V. At vero non verbis solum, dilectissime, loquutus est qui suscitat mortuos, sed & rebus ipsis & factis id ostendit nobis Deus, multisque modis testatus est, ne ob incredulitatem puniamur. Per Eliam mirabili prodigio ostendit, quod mortui vivunt, & resurgent qui dormiunt, in pulvere: cum mortuum filium viduæ mulieris propheta suscitavit [e], & dedit matri suæ. Et similiter Elisæus ad vitam revocavit filium mulieris Sunamitidis [f], ut certum ac firmum alterum testimonium resurrectionis haberemus. Et super ossa Elisæi projecerunt mortuum [g], & vixit. Atque ita tertium testimonium nobis datum est. Etiam per Ezechielem prophetam declarata est manifeste resurrectio & vivificatio mortuorum, quando eum assumsit Deus [h] & duxit in quemdam campum, & ostendit ei cumulos multorum ossium, dicens ei: *Fili hominis putasne vivent ossa ista?* Respondit Ezechiel: *Domine Deus tu nosti hoc*. Tum ita Deus ad eum: *Fili hominis, vaticinare de ossibus istis pacifice cumulatis, dices eis: Audite vos verbum Domini*. Et cum propheta fecisset ea audire verbum Domini, factus est sonitus & commotio; & congregata sunt, quæ erant dissoluta & contrita. Et vidit ea propheta, & stupuit, quia ex omnibus partibus celeriter veniebant facie ad faciem ad invicem, & os ad os singula singulis jungebantur. Dum adhuc stupefactus stabat ille, videbat quod & nervi suis juncturis committebantur, & universa ossa arida carne implebantur, & singula corpora cutem induebant, & cutis induta pilis ornabatur; sed adhuc spiritus non erat in eis. Iterum jussit Deus prophetæ, dicens: [i] *Vaticinare super spiritum, vocabis tu super ista spiritus, & dices: Irruant a quatuor partibus spiritus, & impleant corpora mortua, & reviviscant*. Et cum fecisset ea audire alterum illud quoque verbum, venerunt & intraverunt spiritus in ea, & vixerunt, surrexerunt steteruntque super pedes suos; & facta sunt agmina exercitus grandis nimis valde.

a Deut. XXXII. 39. b I. Reg. II. 6. c Isa. XXVI. 19. d Psalm. LXXXVII. 11. 12. e III. Reg. XVII. 21.
f IV. Reg. IV. 31. g IV. Reg. XIII. 21. h Ezech. XXXVII. 3. i Ibid. ℣. 9.

Եւ ընդէ՞ր արդեօք 'ի միոյ պատգամէ անտի ո՛չ A յարեան մեռեալքն 'ի ձեռն մարգարէին. և կատարեցաւ յարութիւն նոցա, ոսկերցն, և ոգւոց. զի ահաւասիկ միով պատգամաւ ոսկերքն յօդեցան, և միւսովն ոգիքն եկին: Վասն այն, զի կացցէ մնասցէ կատարումն առ Տէր մեր Յիսուս Քրիստոս. որ միով ձայնիւ, և միով պատգամաւ յարուցանէ զամենայն ծնունդս ադամայ: Ո՛չ եթէ ծանր ինչ էր պատգամն. այլ կոչելին նորա փոքր էր: Իմացիր, և տեսցես. զի և եղիա, և եղիշա աշակերտ իւր, յորժամ յարուցին զմեռեալս, ո՛չ եթէ միով պատգամաւ յարուցին. այլ մինչ կացին յաղօթս, և աղաչեցին. և յամեցին ո՛չ սակաւ ժամս, և ապա յարեան: Եւ Տէր մեր 'ի գալստեան իւրում առաջնում զերիս մեռեալս յարոյց, զի ստուգեսցի երիցն վկայութիւն. և երկու երկու պատգամօք յարոյց զմի մի 'ի նոցանէ: Զորդի կնոջն այրւոյ երկիցս կոչեաց, և ասէ՛, պատանի դու, քեզ ասեմ, B արի՛. և կենդանացաւ, և յարեաւ: Եւ զդուստր ժողովրդապետին երկիցս կոչեաց, և ասէ. աղջիկ դու, քեզ ասեմ, արի՛, և դարձաւ 'ի նա հոգի նորա, և յարեաւ: Իբրև մեռաւ ղազար. չոգաւ նա 'ի գերեզմանն անդր նորա, եկաց յաղօթս, և կարդաց 'ի ձայն մեծ բարբառոյ իւրոյ, և ասէ, ե՛կ, ե՛լ արտաքս. և եկաց ել 'ի գերեզմանէ անտի: Եւ այս զի հաւանեցուցի զքեզ, թէ երկու պատգամօք յարեան սոյա մեռեալքս. քանզի երկու յարութիւնք եղեն 'ի նոսա: Մի, այն առաջին, երկրորդ այն, որ հանդերձեալն է: Քանզի յարութիւն այն, յոր ամենայն մարդիկ յառնեն, այլ ոչ ևս գլորին. և միով պատգամաւ Աստուծոյ, որ 'ի ձեռն օծելոյ առաքի, յառնեն ամենայն ննջեցեալք վաղվաղակի, յական թօթափել. զի ո՛չ եթէ տկար և փոքր ոք իցէ կոչելի նորա: Քանզի միով պատգամաւ կոչէ, և լսելի առնէ ամենայն ծագաց երկրի. և ընդ C ոստնուն, և յառնեն ննջեցեալք: Եւ ո՛չ դառնայ պատգամն դատարկ առ առաքիչն իւր. այլ որպէս գրեալ է եսայի մարգարէ. զի առակէ զպատգամն իւր յանձրև, և 'ի ձիւն, ասէ. զոր օրինակ իջանէ անձրև, կամ ձիւն յերկնից, և անդրէն ո՛չ դառնայ. այլ թուսուցանէ յերկրի, և ծնուցանէ զնա. և տայ զսերմն սերմանահանաց, և զհաց, 'ի կերակուր. այնպէս եղիցի պատգամն իմ, որ ելանէ 'ի բերանոյ իմմէ. մի՛ դարձցի առ իս դատարկ. բայց թէ արասցէ նա, զոր ինչ ես կամիմ. և կատարեսցէ յոր ինչ ես առաքեցի զնա: Անձրև, և ձիւն ո՛չ դառնայ ընդ երկինս. զի զկամս առաքչին իւրոյ կատարէ յերկիր: Եւ զպատգամն զոր առաքէ 'ի ձեռն Քրիստոսի. զի նա ինքն է բան նորա, և պատգամ. դառնայ առ նորա զօրութբ բազմաւ: Քանզի յորժամ գայ, և բերէ զնա, իջանէ 'ի նման անձրևոյ, և ձեան. և բուսանին 'ի նմա սերմանեալք. D և տան զպտուղ արդարք. և դառնայ պատգամն առ առաքիչն իւր. և ոչ եթէ դատարկ ինչ լինի երթալն նորա. այլ այսպէս ասէ առաջի առաքչին իւրոյ. ահաւասիկ ես, և որդիք, զոր ետուր դու ինձ: Եւ ձայնս այս, որով կեան մեռեալք, փրկիչն մեր վկայեաց վասն նորա, և ասէ, եկեսցէ ժամանակ. թէ մեռեալք լուիցեն զձայն որդւոյ նորա, և ելցեն 'ի գերեզմանաց իւրեանց. որպէս և գրեալ է, 'ի սկզբանէ էր ձայնն. զի նա ինքն է բան: Եւ դարձեալ ասէ, բանն մարմին եղև, և հանգեաւ 'ի մեզ: Եւ սա ինքն ձայն է Աստուծոյ, աղաղակէ 'ի բարձանց, և յարուցանէ զմեռեալս: Եւ դարձեալ հաւանեցոյց Տէր զսադուկեցիսն վասն յարութեան մեռելոց, յորժամ բերին 'ի մէջ զառակ եօթնառնեայ կնոջն, և ասեն ցնա, ահաւասիկ կինս ամենեցուն եղև. 'ի յարութեան մեռելոց, որո՞ւմ 'ի նոցանէ լինիցի նա. յայնժամ ասէ ցնոսա. յոյժ E մոլորեալ էք դուք. և ո՛չ գիտէք զգիրս, և զզօրութիւն Այ: Զի որք այնմ աշխարհի արժանի լինին, և յարութեան մեռելոց. ո՛չ արք զկանայս առնուն, և ո՛չ կանայք արանց լինին, զի մեռանել ո՛չ կարեն. քանզի իբրև զհրեշտակս շրջին, և իբրև զորդիս Աստուծոյ: Այլ վասն յարութեան մեռելոց. ո՞չ երբէք ընթերցեալ իցէ ձեր 'ի գիրս. զի ասաց Աստուած ցմովսէս 'ի

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.


VI. Et quare non uno illo primo verbo reſurrexerunt mortui, & completa eſt reſurrectio ſimul oſſium & ſpirituum? Sed uno verbo oſſa juncta ſunt, & altero ſpiritus advenerunt? Id propterea factum eſt, ut reſervaretur & fieret perfecta reſurrectio ſolum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui una voce, uno verbo ſuſcitabit omnes generationes Adæ. Non quod ponderoſum, & ingens quodammodo foret verbum illud; nam modicum ſeu abbreviatum erat vocandum. Profecto notum & compertum habes, quoniam & Elias, & Eliſæus, quando ſuſcitaverunt mortuos, haudquaquam uno verbo ſuſcitaverunt: ſed oraverunt & deprecati ſunt, & multis horis tardaverunt, priuſquam mortui reſurgerent. Profecto etiam Dominus noſter in primo ſuo adventu tres mortuos ſuſcitavit, ut trium teſtimonium certum haberetur; ſed ſingulos binis verbis ſuſcitavit, filium viduæ mulieris binis verbis vocavit, dicens: [a] *Adoleſcens* (*tibi dico*) *ſurge*; & revixit, & ſurrexit. Et filiam archiſynagogi bis vocavit, dicens: [b] *Puella* (*tibi dico*) *ſurge*; & redivit in eam anima ejus, & ſurrexit. Et quando mortuus eſt Lazarus, profectus eſt ipſe ad ejus ſepulcrum, oravit, & clamavit voce magna oris ſui, dicens: [c] *Lazare veni foras*; & revixit, & exivit ex ſepulcro. Quod autem tibi dixi, binis verbis hos mortuos ſuſcitatos fuiſſe, ideo factum eſt, quia duæ reſurrectiones in ipſis fieri debebant: una illa prima quæ tum facta eſt, ſecunda illa quæ futura eſt. At vero in illa reſurrectione in qua omnes homines reſurgent nec amplius morientur; uno verbo Dei quod emittitur per Chriſtum, reſurgunt omnes defuncti illico, in ictu oculi. Non enim debilis aliquis, & infirmus eſt vocans per illud verbum. Nam uno verbo vocat, & facit ut audiant omnes fines terræ, & expergiſcuntur, & reſurgunt defuncti. Et non redit inane verbum ad eum qui emiſit; ſed ſicut ſcriptum eſt per Iſaiam prophetam, ubi verbum ſuum aſſimilat Deus pluviæ & nivi, dicens: [d] *Quomodo deſcendit imber vel nix de cælo, & illuc ultra non revertitur, ſed inebriat terram & irrigat eam & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti; ſic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.* Imber quidem & nix non revertuntur in cælum, quoniam voluntatem ejus qui eos miſit, exſequuntur in terra. Sermo autem quem Deus mittit per Chriſtum, quoniam ipſe eſt Verbum, revertitur ad eum virtute multa. Nam quando venit & fertur, deſcendit inſtar imbris & nivis; & germinant in eo, qui ſeminati ſunt Juſti, & reddunt fructum. Et revertitur ſermo ad miſſorem ſuum, & nihil eſt ex eo vacuum & inane: ſed ut loquitur coram eo, qui miſit: [e] *Ecce ego & filii, quos tu dediſti mihi.* Et de voce iſta qua mortui vivunt, perhibuit teſtimonium Salvator noſter, dicens: [f] *Veniet tempus, quo mortui audient vocem filii ejus, & exibunt e ſepulcris ſuis.* Quemadmodum & ſcriptum eſt: [g] *In principio erat vox:* quoniam ille ipſe vox eſt, & Verbum. Nam iterum dicit Scriptura: [h] *Verbum caro factum eſt, & requievit in nobis.* Et hoc ipſum Verbum vox eſt Dei quæ clamat ab excelſis, & ſuſcitat mortuos. Præterea demonſtravit etiam Dominus Sadducæis futuram reſurrectionem mortuorum, quando, propoſita parabola de muliere quæ habuerat ſeptem viros, dixerunt ei: [i] *Ecce mulier hæc fuit omnium: in reſurrectione mortuorum, cujus ex illis erit?* Ipſe autem eis reſpondit: [k] *Valde erratis vos, & neſcitis ſcripturas neque virtutem Dei. Qui enim digni habebuntur ſæculo illo & reſurrectione ex mortuis, neque nubent mulieres, neque viri ducent uxores, quia mori nequeunt. Nam tamquam Angeli ambulabunt, & tamquam filii Dei. De reſurrectione autem*

a Luc. vii. 14. b Marc. V. 41. c Joan. xi. 43 d Iſa. lv. 10. 11. e Iſa. viii. 18. f Joan. V. 25.
g Joan. I. 1. h Ibid. ℣. 14. i Matth. xxii. 28. k Ibid. ℣℣. 29-32.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

մորենւոջ անտի ։ Ես եմ ԱԾ Աբրահամու, Իսահակայ, և Յակոբայ ․ և ահա ԱԾ ո՛չ եթէ մեռելոց իցէ ․ զի ամենեքեան կենդանիք են նմա ։

A mortuorum non legistis vos umquam in scripturis, *Quoniam Deus dixit ad Moysen in rubo : Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Jacob? Et ecce Deus non est mortuorum ; quoniam omnes vivunt ei.*



Եւ են զի մինչ կենդանիքն են, առ ԱԾ մեռանին ․ Պատուէր հրամանի ետ Ադամայ, և ասէ, յաւուր յորում ուտիցես 'ի ծառոյ անտի, մահու մեռցիս ։ Եւ զկնի զի էանց զպատուիրանաւն, եկեաց ինն հարիւր երեսուն ամ ․ և ԱՅ մեռեալ էր նա 'ի մեղս իւր ։ Ստուգեսցի քեզ, զի մեղաւորն կոչի մեռեալ, մինչդեռ կենդանի է ․ և ես հաւանեցուցից զքեզ ։ Այսպէս գրեալ է եզեկիէլ մարգարէ, կենդանի եմ ես ասէ տէր կամարար ․ զի ո՛չ կամիմ ես զմահ մեռուցելոյ մեղաւորի ։ Եւ տէր մեր ասաց ցայրն, որ ասաց թող երթայց թաղեցից զհայր, և զմայր իմ, և եկից առ քեզ, Թո՛յլ տուր մեռելոցն թաղել զմեռեալս իւրեանց, և դու ե՛րթ աւետարանեա՛ զարքայութիւն ԱՅ ։ Իսկ զիա՞րդ լուի քեզ բանս այս ո՞վ սիրելի ․ տեսեալ իցէ քո երբեք, մեռեալք զի թաղիցեն զմեռեալս ․ զիա՞րդ յառնեն մեռեալք, թաղել զմեռեալս ։ Այլ ընկա՛լ դու զայս հաւանութի ․ զի մեղաւորն մինչ կենդանի է, մեռեալ է առ Աստուած ։ Եւ արդար թէպէտ մեռեալ է, կենդանի է առ Աստուած ։ Այս մահ քո քուն է սիրելի ։ Որպէս և Դաւիթ ասէ, ես ննջեցի, և 'ի քուն եղէ, և զարթեայ ։ Եւ դարձեալ ասէ, զարթիցեն ննջեցեալք 'ի հող ։ Եւ տէր մեր ասաց զդստերէ ժողովրդապետին, աղջիկս ո՛չ է մեռեալ, այլ ննջէ ։ Եւ վասն ղազարու ասաց ցաշակերտսն, ղազար բարեկամն մեր ննջեաց ․ և երթամ ես զարթուցանել զնա ։ Եւ առաքեալն ասէ, ամենեքեան ննջեմք, այլ ո՛չ եթէ ամենեքեան նորոգիցիմք ։ Եւ դարձեալ ասէ, վասն ննջեցելոցն մի՛ լիցի ձեզ տրտմութի ։

VII. Et quidem sunt etiam aliqui, qui dum heic vivunt, apud Deum moriuntur. Præcepit, & comminatus est Deus Adæ, dicens: [a] *In quocumque die comederis ex ligno illo, morte morieris*. Et postquam transgressus est præceptum, vixit nongentis triginta annis [b]; sed Deo mortuus erat ille in peccatis suis. Certum tibi sit, peccatorem vocari mortuum, dum adhuc vivit : id enim ostenditur tibi ex eo quod scriptum est ab Ezechiele propheta : [c] *Vivo ego, dicit Dominus, implens voluntatem, quoniam nolo ego* B *mortem peccatoris mortui*. Et Dominus noster respondit homini, qui dixit: Permitte me ire, & sepelire patrem & matrem meam, & veniam ad te: [d] *Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos ;* [e] *tu autem vade, & annuntia regnum Dei*. Quomodo autem hæc intelligenda putas, o dilectissime? Vidisti ne umquam, mortuos sepelire mortuos? quomodo surgent mortui ad sepeliendos mortuos? Sed accipe horum verborum sensum: Peccator, dum vivit, mortuus est apud Deum : & justus, quamvis mortuus sit, vivit apud Deum. Hæc mors tua somnus est, dilectissime: sicut & David ait [f]: *Ego dormivi, &* C *soporatus sum, & exsurrexi*. Et iterum dicit: [g] *Exsurgent dormientes in pulvere*. Et Dominus noster de filia archisynagogi: [h] *Puella hæc*, ait, *non est mortua, sed dormit*. Et de Lazaro dixit discipulis: [i] *Lazarus amicus noster dormit ; sed vado ut a somno excitem eum*. Et Apostolus: [k] *Omnes*, inquit, *dormiemus, sed non omnes immutabimur*. Et iterum dicit: [l] *De dormientibus non contristemini*.

Յերկրորդ մահուանէ անտի արժան է մեզ երկնչիլ․ այն, որ լի է աչաց լալով, և կրճմամբ ատամանց, հեծութեամբք, նեղութիւնք, և ճգնութիւնք ․ այն, որ բնակէ 'ի խաւարն արտաքին ։ Բայց երանի իցէ հաւատացելոց, և արդարոց 'ի յարութեն մեռելոց, զի ակն ունին զարթնուլ, և ընդունել զպարգևս իւրեանց բարութե ։ Իսկ անօրէնք, որք ո՛չ հաւատան 'ի յարութի անդր, վայ նոցա որ ինչ պահեալ է նոցա ․ լաւ էր նոցա, եթէ բնաւ ո՛չ յառնէին, որպէս չհաւատանն իսկ ։ Քանզի ծառայ մի, որ 'ի տեառնէ իւրմէ տանջանք, և կապանք հրամայեալ են նմա, յորժամ ննջէ, ո՛չ կամի բնաւ թէ զարթիցէ ․ զի գիտէ թէ երբև առաւօտ լինի, տանջէ զնա տէր իւր, և կապէ ։ Իսկ ծառայ քաջ, որում պարգևս խոստացեալ է տէր իւր, նստի, և սպասէ, թէ երբ լիցի առաւօտ, և առցէ զպարգևս 'ի տեառնէ իւրմէ ։ Թէպէտ 'ի քուն կայ ․ սակայն 'ի տեսլեան իւրում տեսանէ, իբր թէ տէր իւր տայր նմա զպարգևսն խոստացեալս, և ուրախ լինի 'ի տեսլեան իւրում, և խնդացեալ ցնծայ ։ Եւ անօրինին քունն ո՛չ քաղցրանայ ․ զի հոգայ թէ հասեալ է առաւօտ ․ և բեկեալ է սիրտ իւր 'ի տեսլեան իւրում ։ Եւ արդարք ննջեն, և քուն իւրեանց քաղցր է զցայգ, և զցերեկ ․ և զամենայն գիշերն ընդերկար ո՛չ զգան, և իբրև զմի ժամ թուի յաչս նոցա ․ և 'ի պահն առաւօտուն զարթնուն, և ուրախ լինին ։ Եւ անօրինաց քունքն ծանրանան 'ի վերայ նոցա, և նմանեալք են առն, որ անկեալ դնի 'ի տենդ տապոյ, 'ի հիւանդութե ծանրութեան ․ շրջշրջի յանկողնի իւրում այսր անդր ․ և տագնապեալ կայ զգիշերն ամենայն, զի երկարեցաւ 'ի վերայ նորա ․ և երկուցեալ զարհուրեալ է յառաւօտէ անտի, զի պարտաւորէ զնա տէր իւր ։ Բայց հաւատն մեր այսպէս ցուցանէ, յորժամ ննջեն ամենայն մարդիք, հոգիք նոցա գնան առ ԱԾ, որք արդարք են ․ և որք մեղաւորք, առ գեհեանն ։ Որպէս ասաց առաքեալն, յորժամ գնայցեմք 'ի մարմնոյ աստի, առ տեառն լինիցիմք ։ Յիշեա՛, զի վասն այսր ճառի հաւանեցուցի քեզ

VIII. Oportet nos timere secundam mortem, quæ plena est fletu oculorum & stridore dentium, gemitibus, angustiis & tribulationibus: illam, inquam, mortem, quæ inhabitat in tenebris exterioribus. Beati quidem erunt fideles & justi in resurrectione D mortuorum, quia spem tunc habebunt resurgendi & accipiendi præmia bonorum operum. Sed iniquis qui non credunt in resurrectionem illam, væ undique illis reservatum est. Melius esset eis, si penitus non resurgerent, sicut se non resurrecturos credunt. Nam servus cui a domino suo decreta sunt tormenta & vincula, cum dormit, nollet umquam exsurgere; scit enim, cum primum factum fuerit mane, se vinctum fore ut torqueatur a domino suo. At servus bonus cui promisit dominus suus præmia, sedet, & cupidus diem exspectat, quia cum mane advenerit, præmia a domino suo accipiet. Etsi dormiat in somno, videt Dominum suum, quasi donantem sibi præmia promissa: Et lætatur in visione sua, & gau- E dens exsultat. Somnus autem iniqui amarus est, quoniam anxio & solicito est animo, dum advenit mane, & fractum est cor ejus in cogitatione sua: justi autem dormiunt, & somnus ipsorum dulcis est die ac nocte: & longam noctem non sentiunt, sed tamquam una hora videtur in oculis eorum; & in tempore matutino exsurgunt, & lætantur. Somnus autem iniquorum gravis est & onerosus super eos, & assimilantur viro, qui incidens in febrem ardentem & in infirmitatem gravem, in lecto suo huc illuc frequenter volvitur, æstuatque per totam noctem: ita impius terrore perculsus timet mane illud, quoniam reus sistendus est coram Domino suo. Etenim fides nostra docet, quod, quando dormiunt homines, animæ eorum qui sunt justi, eunt ad Deum; illorum autem qui sunt peccatores, ad gehennam.

a Gen. II. 17. *b* Gen. V. 3. 4. *c* Ezech. XVIII. 23. 32. XXXIII. 11. *d* Matth. VIII. 22. *e* Luc. IX. 60. *f* Psalm. III. 6. *g* Dan. XII. 2. *h* Matth. IX. 24. *i* Joan. XI. 11. *k* 1. Cor. XV. 51. *l* 1. Thess. IV. 12.

յօրինակի անդ միանձանց, թէ առ տեառն զհոգին, զոր ընդունին արդարք, երթայ 'ի բուն իւր երկնաւոր, մինչև 'ի ժամանակ յարութեան. զի գայ զգենուլ զմարմինն, յոր բնակեցաւ. և հանապազ յիշեցուցանէ առաջի Այ. և յօժարեցուցանէ վասն յարութեան մարմնոյն, յոր բնակեացն 'ի նա. զի մասնակցեսցի բարեացն, որպէս եղև հաղորդ առաքինութեանցն:

Եւ դարձեալ գայթակղին աղանդք հերձուածոց, մեքենայք չարին 'ի բանն, զոր ասաց կենարարն մեր, ոչոք ելանէ յերկինս, բայց եթէ որ էջն յերկնից, որ էրն իսկ յերկինս. և ասեն, ահաւասիկ Տէր մեր վկայեաց. զի մարմին երկրաւոր ո՛չ ելանէ ընդ երկինս: Այլ զօրութեան սորա ո՛չ են հասու տգէտք. Իբր հաւանեցոյց Տէր մեր զՆիկոդիմոս, ո՛չ եղև հասու զօրութեան բանին. ապա ասէ ցնա Տէր մեր. ոչոք ելանէ ընդ երկինս, և իջանէ, զի պատմեսցէ ձեզ որինչ անդն իցէ. եթէ որինչ աստէն յերկրի էր, ասացի ձեզ, և ո՛չ հաւատացիք ինձ. զիա՞րդ եթէ ասէի ձեզ, որինչ յերկինս իցէ, հաւատայցէք ինձ: Զի վկայ ոք անտի ո՛չ է իջեալ ընդ իս. թէ վկայեսցէ որոց յերկինսն իցեն, և հաւատասջիք: Ել անդր Եղիա, և ո՛չ էջ. զի վկայեսցէ ընդ իս, և հաստատեսցի երկուցն վկայութեամբ: Բայց սիրելի. մի՛ երբեք լիցի քեզ երկմտութիւն վասն յարութեան մեռելոց: Քանզի բերանն կենդանի վկայեաց, և ասէ, ես մեռուցանեմ, և ես կեցուցանեմ, և 'ի միոջէ բերանոյ անտի ելին երկոքին: Զոր օրինակ ստոյգ է թէ մեռուցանէ, և տեսանեմք իսկ զի և կեամք ստոյգ և հաւատարիմ է. Եւ որինչ հաւատարիմ հանեցի զքեզ. ընկա՛լ և հաւատա՛, զի յաւուրն յարութեան յարիցես ողջանդամ մարմնով. և 'ի տեառնէ քումմէ ընկալցիս դու զվարձս հատուցման հաւատոյ քոյ. և յոր ինչ հաւատայցես դու, ցնծայցես, և ուրախ լիցիս:

A Sicut dixit Apoſtolus : [a] *Cum abiverimus a corpore iſto, apud Dominum erimus*. Memento, quod hoc idem attigi in ſermone illo *de Solitariis* [1], inquiens, quod Spiritus quem recipiunt juſti, vadit ad Dominum, in principium ſuum cæleſte, uſque ad tempus reſurrectionis. Revertitur deinde, ut induat corpus in quo habitavit: & ſemper interpellat Deum, cupiens ac deſiderans reſurrectionem corporis in quo inhabitavit, ut fiat conſors bonorum, ſicuti particeps fuit virtutum.

IX. Verum enim iterum offendiculum patiuntur ſectæ hæreſeon, machinationes malorum ex eo, quod B dixit Vivificator noſter: [b] *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, qui erat re ipſa in cælo*. Et dicunt: Ecce Dominus noſter teſtatus eſt, quod corpus terreſtre non aſcendit in cælum. Sed vim ac ſenſum illorum verborum indocti atque imperiti non percipiunt. Nam ibi docere voluit Dominus noſter Nicodemum, qui vim ac ſenſum eorum quæ loquutus ei fuerat, non intellexerat: propterea dixit ei Dominus noſter: *Nemo aſcendit in cælum & deſcendit, ut enarret vobis, quid illic ſit*. [c] *Si quod ex terra iſta erat, dixi vobis, & non credidiſtis mihi; quomodo ſi dicerem vobis quod in cælis eſt, credetis?* Nam nullus teſtis, inquit, inde deſcendit mecum, ut perhibeat teſtimonium de his quæ in cælis ſunt, C ut crederetis. Aſcendit enim Elias illuc, & non deſcendit, ut teſtimonium perhiberet mecum, atque ita teſtimonio duorum certum haberetur. At vero, cariſſime, nullum ſit tibi dubium de reſurrectione mortuorum. Quoniam os ejus in quo vita eſt, teſtimonium perhibuit, dicens: [d] *Ego mortifico, & ego vivifico*: Et ex uno ore illa duo, mors & vita exierunt. Quemadmodum certum eſt, quod mortificat, & ipſimet videmus; ita certum apud nos & omni fide dignum eſſe debet, quod rurſum nos vivificabit. Itaque quicquid credendum oſtendi tibi, accipe & crede, ut in die reſurrectionis reſurgas integro corpore, & a Domino tuo mercedem & retributionem fidei tuæ recipias, & in iis quæ credidiſti, læteris atque exſultes.

a I. Theſſ. IV. 16. *b* Joan. III. 13. *c* Ibid. ℣. 12. *d* I. Reg. II. 6.

I. *De Solitariis*] Supra Serm. VI. *de Devotis ſeu Aſcetis*, §. XIII.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 340.

ՃԱՌ ԻՆՆԵՐՈՐԴ։

Վասն խոնարհութեան։

Եւ Հովիւ քաջ մատնեաց զանձն փոխանակ խաշանց իւրոց։ Եւ դարձեալ ասէ, են իմ այլ ոչխարք, և զնոսա արժան է ինձ ածել այսր, զի եղիցի մի հօտ, և մի հովիւ։ Եւ Հայր իմ վասն այսորիկ սիրէ զիս. զի զանձն իմ դնեմ ես փոխանակ ոչխարաց։ Եւ դարձեալ ասէ, ես եմ դուռն ոչխարաց. ամենայն որ ընդ իս մտցէ, կեցցէ, մտցէ, ելցէ, և ճարակ գտցէ։ Նմանեցարո՛ւք ո՜վ հովիւք այսմ հովուի քաջի, որ է գլուխ ամենայն հօտի։ Որչափ փոյթ եղև վասն հօտից իւրոց։ Մերձեցոյց զհեռաւորս, դարձոյց զմոլորեալս, բժշկեաց զհիւանդացեալս, զօրացոյց զտկարացեալսն, պատեաց զբեկեալսն, և պահեաց զպարարտսն, և զանձն իւր մատնեաց փոխանակ խաշանց։ Եւ ընտրեաց, և ուսոյց զաշակերտս առաքինիս, և աւանդեաց զհօտսն ամենայն 'ի ձեռս նոցա. ասէ ցՇմաւոն վէմ, արածեա՛ զխաշինս իմ դու ինձ, և զգառինս իմ, և զոչխարս իմ։ Եւ արածեաց Շմաւոն, և կատարեաց զժամանակ իւր, և աւանդեաց ձեզ զհօտդ, և գնաց։ Արածեցէք և դուք, և առաջնորդեցէ՛ք բարւոք։ Հովուի, որում փոյթ է վասն խաշանց իւրոց, զայլ ինչ գործ ո՛չ գործէ նա. ո՛չ այգիս տնկէ, և զբուրաստանս, և ո՛չ 'ի գժուարինս աշխարհիս անկանի։ Ոչ երբէք տեսեալ է հովիւ, որ եթող զխաշն իւր, և եղև մաճակալ։ Ապա եթէ թողու զհօտս իւր, մատնէ զայն 'ի ձեռս գայլոց։ Եւ յիշեա՛ սիրելի, զոր գրեցի քեզ վասն հարցն մերոց առաջնոց. զի զիրս հովուութեան ուսուցանէին յառաջ, և 'ի նմանէ առնուին զփորձ հոգաբարձութեան. և ապա ընտրէին նոքա յառաջնորդութիւն, զի ուսցին, և տեսցեն, քանիօն փոյթ իցէ հովուին վասն հօ-

D IV. [f] *Paſtor bonus tradidit animam ſuam pro ovibus ſuis.* Et inſuper dicit: [g] *Et alias oves habeo, & illas decet me adducere huc, ut fiat unum ovile & unus paſtor. Et Pater meus ideo diligit me, quia ego animam meam pono pro ovibus.* Tum etiam inquit: [h] *Ego ſum oſtium ovium. Omnis qui per me introierit, ſalvabitur: ingredietur & egredietur, & paſcua inveniet.* Aſſimilamini, o paſtores, huic Paſtori bono, qui eſt caput totius gregis. Quantam curam habuit pro ovibus ſuis? Acceſſit ad longinquas, reduxit errantes, ſanavit infirmas, corroboravit debiles, alligavit confractas, & cuſtodivit ſaginatas, & tradidit animam ſuam pro illis. Et ele- E git, & erudivit diſcipulos virtute eximios, & greges omnes in eorum manus tradidit. Dixit Simoni Petro: [i] *Paſce pecudes meas mihi, & agnos meos, & oves meas.* Et pavit Simon, & complevit tempus ſuum, & tradidit vobis greges iſtos, & abiit. Paſcite & vos, & ducite bene. Paſtor qui habet curam de ovibus ſuis, nullum aliud opus facit. Non plantat vineas, non viridaria, neque in negotia hujus mundi diſtenditur. Nullus umquam viſus eſt paſtor, qui relinqueret oves ſuas ut manum admoveret aratro. Si enim relinquat greges ſuos, tradet illos in ora luporum. Et memento, cariſſime, quod ſcripſi de primis patribus noſtris, quod munera paſtoralis officii diſcebant prius, & inde ſumebant experimentum debitæ curæ pro ovibus ſuſcipiendæ, antequam eligerentur ut aliis præeſſent, & ita in-

a Jer. XXIII. 2. b Ezech. XXXIV. 2. c Zach. XI. 9. d Ibid. ℣. 17. e Ezech. XXXIV. 13. 17. f Joan. X. 11 g Ibid. ℣℣. 16 17. h Ibid. ℣. 9. i Joan. XXI. 15.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



տեց իւրոց , և որպէս խաշանց առաջնորդէին հոգաբարձութբ , նոյնպէս յայսմ առաջնորդութեն կատարեսցեն ։ Յովսէփ , մովսէս , դաւիթ 'ի խաշանց անտի ընտրեցան առաջնորդել ժողովրդեան , և ոչ դարձան առ խաշինս անբանս ։ Զամովս էառ տր 'ի խաշանց , և արար զնա մարգարէ ․ և նա ո՛չ դարձաւ արածել զխաշինս , և քաղել զթութ ։ Եւ եղիշայ առաւ 'ի վերջոյ եզանցն , զի եղիցի մարգարէ 'ի մէջ իսրայէլի ․ և ո՛չ դարձաւ նա առ եզինս իւր , այլ պաշտեաց զեղիայ , և ելից զտեղի նորա ։ Եւ աշակերտ նորա փոխանակ զի սիրեաց զագարակս , զվաճառս , զձիթենիս , և զգործս , ո՛չ կամեցաւ թէ աշակերտ լինիցէր նա նորա , և ո՛չ աւանդեաց 'ի ձեռս նորա զհօտսն ։

struebantur compertumque habebant quanta deberet esse solicitudo pastori de gregibus suis, ut eadem diligenti cura qua duxerant oves, præsulum officium obirent. Joseph, Moyses, David ab ovibus electi sunt ad ducendum populum, & non redierunt ad pecora rationis expertia. Accepit Dominus Amos ex pecoribus, & fecit eum prophetam; & non reversus est ille, ut pasceret pecora & mora colligeret. Et Elisæus assumtus est ex jugo boum ut fieret propheta in Israel, & non est reversus ad boves suos, sed ministravit Eliæ ejusque in locum successit. Discipulus autem ejus, eo quod dilexit [a] agros, mercaturas, hortos, pomaria & negotia, noluit eum habere in discipulum suum, ejusque manibus greges tradere.

Աղաչեմ զձեզ հովիւք , մի՛ կացուցանէք 'ի հօտի այդր զաշակերտս անմիտս , և զտգէտս ․ և մի՛ զագահս , և որք սիրեն զստացուածս ։ Ամենայն որ արածէ զխաշինս , կերիցէ 'ի կաթանէ նորա , և որ զեզինս վարիցէ , 'ի վաստակոց իւրոց լցցէ զպէտս իւր ։ Եւ քահանայից , 'ի սեղանոյ անտի արժան է նոցա բաժանել ։ Եւ ղևտացիք զտասանորդս իւրեանց առցեն ։ Որ ուտէ 'ի կաթանէ անտի , սիրտ իւր 'ի վերայ հօտին լինիցի ։ Եւ որ լնու զպէտս իւր 'ի վաստակոց եզանց իւրոց , եղիցի յօժար 'ի գործ իւր ։ Եւ քահանայք , որք 'ի սեղանոյ բաժանեն , շքով զգուշութբ պաշտեսցեն զսեղանն ։ Եւ ղևտացիք , որք առնուն զտասանորդս իւրեանց , բաժին 'ի մէջ իսրայէլի չիք նոցա ։ Ո՛վ հովիւք , աշակերտք մեծի հովուին մերոյ , աղաչեմ զձեզ , մի՛ նմանիք դուք վարձկանաց ․ զի վարձկանին չէ ինչ փոյթ վասն խաշին ․ բայց դուք նմանողք եղիջի՛ք քաղցր հովուին մերոյ , որում ո՛չ սիրեցաւ նմա անձն իւր , քան զխաշինս ։ Սիրեցէ՛ք զերիտասարդս , բարձրացուցէ՛ք զկուսանս , զգուշացէ՛ք զգառինս , և 'ի ծոց ձեր սնանիցին ։ Եւ յորժամ երթայցէք առ վարդապետն հովուաց , մատուցանիցէք նմա զամենայն խաշինս ձեր կատարեալ․ Եւ տացէ ձեզ , զոր ինչ խոստացաւ նա ձեզ ․ ուր ես իցեմ , և դուք անդ իցէք ։ Այս սակաւիկս շատ իցէ խաշանց , և հովուաց ։ Ի վերոյ սիրելի , գրեցի յիշեցուցի քեզ զնացք , որք վայելեն մեր հօտից , և յայս խօսս գրեցի քեզ վասն հովուաց առաջնորդաց հօտից ։ Զյիշատակս զայս գրեցի քեզ սիրելի , որ ինչ 'ի սիրելի թղթին քո հարցեր զիս ․

V. Rogo vos, pastores, nolite constituere super gregem istum discipulos stultos & imperitos: & nolite præficere avaros, & qui possessiones diligunt. [b] Omnis qui pascit oves, ex lacte earum comedat. Et qui curat boves, ex laboribus suis sublevet indigentias suas. Dignum quidem est, ut sacerdotes ex altari ipso suas portiones habeant, & ut Levitæ decimas suas accipiant. Cor ejus, qui comedit ex lacte ovium, sit super gregem suum. Et qui implet indigentias suas ex laboribus boum suorum, promtus sit ad opus suum. Et sacerdotes qui ex altari accipiunt portiones, exacte & reverenter altari serviant. Et Levitis qui accipiunt decimas suas, non est ulla portio in Israel. O pastores, discipuli magni Pastoris, rogo vos, nolite assimilari mercenariis, quia mercenarius non curat de ovibus; sed vos similes estote miti pastori nostro, qui plus oves amavit, quam animam suam. Custodite juvenes, sublevate virgines, fovete agnos, & in sinu vestro nutrite eos. Et cum iveritis ad Magistrum pastorum, offeretis ei omnes oves vestras bonas & perfectas; & dabit vobis quod promisit, inquiens: [c] *Ubi ego ero, & vos illic eritis.* Hæc pauca satis sint de ovibus & pastoribus. In anterioribus sermonibus, carissime, scripsi, & revocavi in mentem tuam, quæ necessaria sunt, ut oves gregis recte incedant: in hoc autem scripsi tibi de pastoribus, ducibus gregum. Ut quidem in memoria tua sint, hæc scripsi tibi, de quibus me interrogasti in dilecta epistola tua.

Հազարապետն էառ տարաւ զիս 'ի տուն գանձի արքունի , և եցոյց ինձ անդ երանութիս բազումս ․ որ առնու 'ի նմանէ , մեծանայ , և մեծացուցանէ ։ Բացեալ թողեալ կայ առաջի ամենայնի , որ խնդրեն զնա ։ Եւ եթէ բազումք առցեն 'ի նմանէ , ոչինչ պակասի ։ Եւ եթէ տացեն յինչէ անտի , զոր առնուցուն իւրեանց , եւս քան զևս բազմանայ ։ Եւ որք առցեն , ձրի տացեն , որպէս և առին ։ Գնոց ինչ նա ո՛չ վաճառի , զի չէ ինչ , որ արժէ զնա ։ Ո՛չ գանձն պակասի , և ո՛չ առողքն յագին ։ Ըմպեն , և պապաքեալ են ։ Ուտեն , և քաղցեալ են ։ Որ ո՛չ ծարաւի , ո՛չ կարէ ըմպել ։ Եւ որ ո՛չ քաղցնու , ո՛չ կարէ ուտել ։ Քաղցն նր զբազումս յագեցուցանէ ․ և ծարաւ նորա , զվտակս աղբերաց գնացուցանէ ։ Նմանեալ է մարդ , որ մերձենայ առ ածպաշտութբ , առն ծարաւոյ , որ մերձենայ առ աղբիւրս ․ ըմպէ , և յագի , և յաղբերէ անտի ո՛չ պակասին ջուրք նորա ։ Եւ երկիր թէպէտ և ըմպիցէ , սակայն դարձեալ կարօտի ըմպելոյ ․ և աղբիւրն ինչոչ նուազի 'ի գնացից իւրոց ։ Այսպէս է գիտութն այ , զի եթէ ամենայն մարդ առցէ 'ի նմանէ , պակասութն ինչ ո՛չ լինի 'ի նա ․ և ո՛չ բովանդակի նա 'ի մարմնաւորաց առաւ ։ Ո՛չ որ առնուն , ժամանէ առնուլ ․ և ո՛չ եթէ տացէ , պակասի ինչ ։ Զկրակ յորժամ առցես ճրագաւ 'ի հրատէ , զճրագս բազումս լուցա_

VI. Dispensator sumsit me, & duxit in domum regii thesauri, & ostendit mihi illic divitias multas. Qui accipit ex illo, ditatur & ditat. Apertus est omnibus quærentibus eum. Et cum ex illo multa acceperint, non minuitur. Et cum dederint ex divitiis quas acceperunt, magis illæ multiplicantur. Et qui acceperunt, gratis dabunt, sicuti & gratis acceperunt. Pretio nullo venditur, quia non est quidquam, quod, quanti illud, tanti valeat. Nec thesaurus deficit, neque accipientes satiantur. Bibunt, & sitiunt; manducant, & esuriunt. Qui non sitit, non potest bibere; & qui non esurit, non potest manducare. Esuries ejus plures satiat; & sitis ejus aperit fontes aquarum. Homo accedens ad cultum Dei, similis est viro sitienti, accedenti ad fontes. Bibit, & satiatur, & ex fonte illo aquæ non deficiunt. Profecto terra, quamvis bibat, tamen iterum sitit; fons autem non minuitur ex decursu suo. Sic est scientia Dei. Nam cum omnes acceperint ex ea, nihil deest; nullisque creatis rebus ipsa concluditur & continetur. Nec qui accipit, cessat accipere: & cum dederit, nihil ei deficit. Cum accenderis lucernam tuam ex igne, multas lucernas ex illa accendes: nec ignis, cum tu ex eo accipis, deficit; neque lucerna tua quæ accendit multas, minuitur. Nullus homo potest exhaurire omnes thesauros regios: neque, quando sitiens bibit ex fonte,

a IV. Reg. V. 26. b 1. Cor. IX. c Joan. XII. 26.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

Նիցեն ջուր 'ի նմանէ . ո՛չ կրասցէ պակասել իբրու առնուս դու 'ի նմանէ, և ո՛չ հրաշն նուազի, որ զբազում լուցանէ : Ո՛չ կարէ մի մարդ առնուլ զամենայն զանձս արքունի . և ո՛չ ծառայն յորժամ ըմպիցէ յաղբերէ, պակասին ջուրք նորա : Եւ ո՛չ իբրու կացցէ մարդ 'ի վերայ լերին բարձու, հասու լինիցի ակն նորա մերձաւորին, և հեռաւորին : Եւ յորժամ զաստեղս երկնից թուիցէ, կարիցէ նա բովանդակել զզօրութիս երկնից : Եւ ո՛չ իբրու մատչի յԱծպաշտութիւն, զամենայն կարասցէ առնուլ : Թէպէտ և կարի յոյժ առցէ, ո՛չ երևի թէ նուազեաց : Եւ ո՛չ իբրու տացէ որ էառն, սպառի նա 'ի նմանէ, և հասանէ կատարած նորա : Եւ յիշեա՛ սիրելի, զի 'ի խօսսն առաջինս հաւատոյ գրեցի քեզ, թէ որ առնու ձրի, պարտ է նմա տալ որպէս էառն . որպէս և ասաց տէր մեր, ձրի առիք, և ձրի՛ տուք : Որ արգելու յինչէ անտի զոր էառն, և զոր ընկալաւն, բառնի նա 'ի նմանէ : Վասն այսորիկ սիրելի, որչափ կարացի առնուլ յայսմ ժամանակի յայսմ գանձէ, որ ոչն պակասի, եռու բերել քեզ 'ի նմանէ : Եւ իբրու քեզ եռու բերել, առ իս է ամենայն գանձն : Որ ո՛չ պակասի, իմաստութի աստուծոյ է : Եւ հազարապետ, տէր մեր Յս՟ Քրիստոս է . որպէս և ինքն իսկ վկայեաց և ասէ, ամենայն ինչ տուաւ ինձ 'ի հօրէ իմմէ : Եւ իբրև ինքն է հազարապետ իմաստութե, դարձեալ նա ինքն է իմաստութի . որպէս և առաքեալն ասաց, Քրիստոս զօրութի Այ՟ է, և իմաստութի : Եւ սոյն իսկ իմաստութի բաշխեցաւ բազմաց, և ոչինչ պակասեաց . որպէս 'ի վերոյ հաւանեցուցի զքեզ . զի 'ի հոգւոյ անտի Քրիստոսի ընկալան բազումք, և Քս՟ ինչ ո՛չ պակասեցաւ :

A aquæ ejus deficiunt. Cum ſteterit homo ſuper montem excelſum, non pertinget oculus ejus ad proximum & remotum: & cum numeraverit ſtellas cælorum, nequibit ille virtutes earum aſſequi. Ita cum acceſſerit ad cultum Dei, haud omnia poterit percipere. Quamvis multum multumque ſumſerit, nihil imminutum remanet. Et cum dederit quod accepit, illud neque exhauritur neque conſumitur. Et memento, cariſſime, in priori ſermone de Fide me ad te ſcripſiſſe, quod, qui accipit gratis, debet ille dare, ſicuti accepit; quemadmodum & dixit Dominus noſter: [a] *Gratis accepiſtis, gratis date*. Qui prohibet ſumi ex illo quod accepit, & quod accepit, aufertur ab eo. Propterea, cariſſime, quantum potui in præſens accipere ex illo theſauro qui B non deficit, miſi ex eo ad te. Et cum miſerim ad te, totus theſaurus eſt apud me. Nam numquam deficit, quia ſapientia Dei eſt. Diſpenſator autem eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſicut & ipſe teſtatus eſt, dicens: [b] *Omnia data ſunt mihi a Patre meo*. Et cum ipſe ſit diſpenſator ſapientiæ, rurſus ille idem ipſe eſt ſapientia, ſicut & Apoſtolus dixit: [c] *Chriſtus virtus Dei eſt, & ſapientia*. Et hæc quidem ſapientia diſtributa eſt multis, & nulla ex parte diminuta, ſicut paullo ſupra dixi tibi: quia ex ſpiritu illo Chriſti multi acceperunt, & Chriſtus in nihilo defecit.

Զտասն ճառս գրեցի ես քեզ, զոր օրինակ հարցեր դու զիս : Որ ինչ 'ի քէն հաւանեցուցի քեզ : Ինչ զոր խնդրեցեր յինէն, ետու քեզ : Որչափ ինչ կարացի հաւանեցուցանել զքեզ զայս ինչ զոր գրեցի քեզ : Թևակոխեա՛ դու 'ի դոսա յամենայն ժամ . և լե՛ր դու վաստակել, և զգիրս ընթեռնուլ, որ յեկեղեցւոջ Այ՟ տեառն ընթեռնանին : Զայս տասն դպրութիս փոքրկունս, զորս գրեցի քեզ, 'ի միմեանց առնուն, և 'ի վերայ միմեանց շինին . և 'ի միմեանց մի՛ որոշեր զնոսա . Յաղբերէ անտի մինչև ցյորդ գրեցի քեզ զեր հետ ընկերի իւրոյ : Ընթե՛րց, և ուսի՛ր դու, և եղբարք ուխտակիցք, և հաւատակիցք մեր, որ հեռի իցէ 'ի նոցանէ խեղկատակութի, որպէս և 'ի վերոյ գրեցի քեզ : Յիշեա՛ զոր ինչ և նկարեցի ես քեզ : Զի զբանս զայս ո՛չ եթէ 'ի չափ կատարածի հասուցի . այլ ես այսր են քան զչափ կատարածի : Եւ ո՛չ եթէ այս է, և շատ . այլ զայս յինէն լուիջիք առանց հակառակութե . և եղբարց մերոց մանկանց հաւանութե խելամուտ արասցես զնոսա : Եւ զամենայն ինչ զոր լսես թէ շինելով շինեսցէ, ընկա՛լ դու : Եւ յամենայն ընչէ, որ զայլոյ շինեալ քակեսցէ, նա կործանելով կործանէ, և շինել ո՛չ կարէ : Ես իբրև քարակոփ, զքարինս մատուցի 'ի շինուած . և իմաստուն ճարտարապետք քանդակեսցեն, և դիցեն 'ի շինուածի : Եւ ամենայն սատարք, որք վաստակեսցեն 'ի շինուածի անդ զվարձս 'ի տեառնէ անտի տանն ընդունելին :

C VII. Decem ſermones ſcripſi ad te, quemadmodum a me poſtulaſti, & de quibus a te interrogatus ſum, ea tibi expoſui. Quidquid petiiſti a me, præſtiti tibi. Quidquid potui diſſerere ac explanare, hoc totum tibi manifeſtavi. Incumbe tu his jugiter, & attende ad meditationem & ad lectionem Scripturarum quæ in Eccleſia Dei leguntur. Hæ decem breves lucubrationes quas tibi mitto, invicem a ſe ipſis lumen accipiunt, & invicem ſuper ſe ipſas ædificantur. Et noli eas a ſe ipſis ſeparare: nam omnes inter ſe conjunctas conſociataſque ex eodem fonte affluenter ad te ſcripſi. Lege, & diſce tu & fratres noſtri, qui votum fecerunt & crediderunt nobiſcum, ut longe ſit ab eis turpitudo & improbitas, D ſicuti & ſupra ſcripſi tibi. Memento, quodcumque ego tibi ſignificavi, non ita quidem accipias velim, quaſi in his quæ locutus ſum, abſoluta & conſummata perfectio contineatur. Neque enim ſufficiunt, ſed ea audies a me libenti animo, & fratres noſtros juniores eadem ita docebis, ut inſtruantur. Omnia autem quæ audiſti, & ad ſpiritualem ædificationem pertinent, cum ædificatione ſuſcipe. Nam qui ædificatum ab altero evertit, & quod ædificat, ſubverſione ſubvertetur, & ædificare nequibit. Ego, tamquam inciſor lapidum, lapides obtuli in ædificium, ut ſapientes architecti ſcalpant, aptent & poliant ad ædificandum. Et omnes operarii qui opem & adjumentum præbent & laborant in ædificio iſto, mercedem a Domino domus recipient.

[a] Matth. x. 8. [b] Matth. xi. 27. [c] I. Cor. I. 24.


Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 340.

ՃԱՌ ՄԵՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ: A

Վասն թլփատութեան ընդդէմ հրէից:

SERMO UNDECIMUS.

De Circumciſione contra Judæos.



Իբրև օրհնեաց Աստուած զաբրահամ, և արար զնա գլուխ ամենայն հաւատացելոց արդարոց, և սրբոց. ո՛չ ետ զնա Աստուած միում ժողովրդեան, այլ ազգաց բազմաց, յասել ցնա, մի՛ կոչեսցի անուն քո աբրամ, այլ աբրահամ. վ՛ս զի եդու զքեզ հայր ազգաց բազմաց: Այսուհետև եղբարք իմ սիրելիք, միտ եդեալ ուրուք զնշանակ խօսիցս, և զհիմն ճշմարտութեան, իմանայ, որինչ պարտ, և պատշաճ է ասել ընդդէմ առաջին ժողովրդեանն, որք յիշատակեն սրբութիւ վասն անձանց իւրեանց, և պերճացեալ հպարտանան, զի զաւակ են աբրահամու:

I. Cum benedixiſſet Deus Abrahæ, & conſtituiſſet eum caput omnium credentium juſtorum & ſanctorum, voluit, ut eſſet pater non unius populi, ſed multarum gentium, dicens ei: [a] *Non vocabitur nomen tuum Abram, ſed Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te.* Ergo, fratres mei dilectiſſimi, qui conſiderat quid ſignificet ſermo iſte, & ſcrutatur funditus veritatem quæ in eo continetur, intelligit, quid dicendum ſit de antiquo illo populo, qui ſe ſuaſque laudes memorans ſuperbit [b], B gloriaturque eſſe ſemen Abrahæ.

Եւ զայն ո՛չ իմանան, զի կոչեցան իշխանք սոդոմայ, և ժողովուրդ գոմորայ: Հայր քո ամուրհացի, և մայր քո քետացի: Արծաթ անարգ, որդիք ապստամբք: Եւ թէ դառնացօղք էիք դուք, յորմէ հետէ ծանեայ զձեզ: Եւ թէ յայգւոյն սոդոմացւոց որթատունկ նոցա, և որթ նոցա 'ի գոմորայ, խաղող նոցա խաղող դառնութեան, և ողկոյզ նոցա դառնութեան լեղւոյ: Եւ երգեաց 'ի նոյն օրհնութեան վկայութիւ վասն այսր ժողովրդեանս, որք գալոց էին 'ի հեթանոսաց, յասել անդ իւրում, նախանձեցուցից զձեզ յազգս ապատոյմս, և անմիտ ազգաւ զկծեցուցից զձեզ: Եւ վկայեաց դարձեալ սուրբն 'ի ձեռն եսայեայ մարգարէի, յասել անդ իւրում, զայգի տնկեցի, և գործեցի, և եբեր ինձ զփուշ փոխանակ խաղողոյ: Եւ դարձեալ երեմիայիւ ասաց, ես տնկեցի զքեզ C այգի, և բարունակ պտղաբեր, առ 'ի սերմն զաւակի ճշմարտութեան. արդ զիա՞րդ դարձար 'ի դառնութիւն, իբրև զայգի օտարաեր, և այլազգի: Վկայեաց դարձեալ եզեկիէլ 'ի վերայ այգւոյն, և ասէ, զոստս եկեր հուր, և մէջ նորա խոպանացաւ: Քանզի իբրև որթ յայգւոջ տնկեալ էին առաջին հարքն ձեր. այգի. և բարունակ, առ 'ի զաւակ ճշմարտութեան. և դարձան խոտորեցան որդիքն 'ի գործս պղծութեան ամուրհացւոց: Արդ յամենայն հեթանոսաց յորժամ գործեսցեն զարդարութիւն, և պաշտեսցեն զճշմարտութիւն, անուանեալ կոչին որդիք, և ժառանգք աբրահամու հօր նոցա: Եւ որդիք աբրահամու, յորժամ գործեցին զգործս պղծութեան օտարասեր հեթանոսաց, եղեն սոդոմացիք, և ժողովուրդ գոմորայ, որպէս եսայի իսկ վկայեաց զնոցանէն, ասելով, լուարուք զպատգամս տեառն իշխանք սոդոմացւոց, և ժողովուրդք գոմորացւոց: Եւ եթէ ո՛չ. աղէ եկ ցոյց դու ինձ իմաստուն ճարտարապետ. ո՛ր ժողովուրդ, D և իշխանք եղեն 'ի սոդոմ, և 'ի գոմոր, յաւուրս եսայեայ. զի 'ի ղովտայ, և այսր, կործանեալք հրձիգք են քաղաքքն, և մինչև յաւիտեան այլ ո՛չ շինին: Եւ եզեկիէլ ցուցանէ, և յայտ առնէ զանօրէնութիւնս սոդոմայ, և անուանէ զնա քոյր երուսաղէմի, յասել անդ իւրում ցնա, քոյրն քո սոդոմ, և դստերք իւր, ո՛չ գործեցին զգործս անօրէնութեան, որպէս դուդ գործեցեր դստերքդ հանդերձ: Եւ անօրէնութիւն սոդոմայ, և դստերաց նորա այս է. զի ո՛չ եղեն ձեռնտու աղքատաց, և կարօտելոց: Եւ իբրև զայս գործս տեսի 'ի նոսա, ատեցի զնոսա: Արդ զի սոդոմ, և գոմոր, հանդերձ անօրէն քաղաքացեօքն, յառաջագոյն իսկ էին աւերեալք. զումէ՞ ասաց եսայի, լուարո՛ւք իշխանք սոդոմայ, և ժողովուրդ գոմորայ, եթէ ո՛չ զնոսա կոչեաց յորջորջմամբ. վասն զի պաշտեցին, և 'ի կիր արկին զգործս սոդոմացւոց: Արդ թլփատեալք էին, և պիղծք էին. ընտրեալք էին, և անարգեցան: Եւ պարծէին, թէ մեք թլփատեալք եմք, և E յայտ, և երևելի եմք, քան զամենայն հեթանոսս:

II. Illud autem non intelligunt, quod vocati ſunt principes Sodomæ, & populus Gomorrhæ: [c] *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa,* [d] *Argentum abjectum,* [e] *filii rebelles.* Et quod: [f] *Exaſperantes fuiſtis vos, ex quo novi vos.* Et quod: [g] *Ex vinea Sodomorum plantaria eorum, & vitis eorum ex Gomorrha. Uva eorum, uva amaritudinis, & racemus eorum amaritudinis, & fellis.* Et in eodem cantico teſtimonium perhibuit de populo, qui venturus erat ex gentibus, dicens ibi: [h] *Provocabo vos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo vos.* Et contra eos proteſtatus eſt Sanctus etiam per Iſaiam prophetam dicentem in cantico ſuo: [i] *Vineam plantavi, & operatus ſum, & attulit mihi ſpinam pro uva.* Et iterum per Jeremiam: [k] *Ego,* ait, *plantavi te vineam, & palmitem fructiferum, ad ſemen prolis veritatis; quomodo autem converſa es in amaritudinem, tamquam vinea amatrix extranei, & alienigena?* Iterum teſtatus eſt Ezechiel de vinea iſta: [l] *Ramos,* inquiens, *comedit ignis, & medium ejus vaſtatum eſt.* Quia tamquam vitis in vinea plantati erant patres veſtri: vinea, & palmites erant ad ſemen veritatis: & converſi ſunt, & declinaverunt filii in opera contaminata & polluta Amorrhæorum. Cum autem ex omnibus gentibus plures operati ſint juſtitiam & coluerint veritatem, ipſi nominati ſunt filii & heredes Abrahæ patris illorum. Et filii Abrahæ, cum patraverint opera turpia & contaminata alienigenarum gentium, facti ſunt Sodomitæ & populus Gomorrhæ; ſicut loquutus eſt de eis Iſaias, dicens: [m] *Audite ſermones Domini, principes Sodomorum, & populi Gomorrhæ.* Quod ſi res non ita ſe habet: veni & oſtende mihi tu, ſapiens archiſynagoga, qui fuerint populi & principes Sodomæ & Gomorrhæ in diebus Iſaiæ? Quoniam in diebus Lot urbes illæ ira Dei everſæ ſunt & combuſtæ, & in æternum amplius non ædificantur. Et quidem Ezechiel recenſet iniquitates Sodomæ, & nominat eam ſororem Jeruſalem, dicens ei in ſermone ſuo: [n] *Soror tua Sodoma, & filiæ ejus nonne operatæ ſunt opera iniquitatis, ſicut tu operata es cum filiabus tuis? Et iniquitas Sodomæ, & filiarum ejus hæc eſt: Quoniam non porrexerunt manum pauperibus & egenis. Et cum viderim opera hæc in eis, odio habui eos.* Cum ergo Sodoma & Gomorrha cum iniquis civibus ſuis longe ante deſtructæ eſſent; ad quos dixit Iſaias: *Audite principes Sodomæ & populi Gomorrhæ;* niſi ad eos quos ita nuncupavit, & vocavit, quia fecerunt, & amaverunt opera Sodomorum? Jam circumciſi erant, & contaminati ſunt: electi erant, & reprobati ſunt. Et gloriabantur, dicentes: nos circumciſi ſumus, & clari & conſpicui præ omnibus gentibus.

Արդ այդ յայտ իսկ է ամենայնի, որ իմանայ, և խելամուտ է, եթէ թլփատութիւն առանց հաւատոյ է, չիք ինչ շահ, և օգուտ 'ի նմա: Վասն զի հաւատն

III. Profecto id plane manifeſtum unicuique eſt, qui intelligit, quod, ſi circumciſio ſit ſine fide, nulla in ea utilitas eſt, nullum emolumentum.

a Gen. XVII. 5. b Matth. III. 9. Joan. VIII. 39. c Ezech. XVI. 45. d Jer. VI. 30. e Deut. IX. 24. f Ezech. XII. 9. g Deut. XXXII. 32. h Ibid. ỷ. 21. i Iſa. V. 2. k Jer. II. 21. l Ezech. XIX. 12. m Iſa. I. 10. n Ezech. XVI. 46. 49.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

եղեւ յառաջ հրաւիրակ՝ եւ կարապետ մաքրութեան. եւ ապա տուաւ թլփատութիւն Աբրահամու յուխտ, եւ ՚ի նշանակ ընտրութեան. որպէս եւ ասաց իսկ ցնա ԱԾ, թէ այս իսկ է պահպանութիւն ուխտի իմոյ, յորժամ թլփատիցէք զամենայն արու: Եւ երբ հաճոյն եղեւ տուողին իւրոյ, եւ պահեցաւ թլփատութիւն հանդերձ պատուիրանօքն օրինաց, շահականացու եղեւ, եւ օգտակար: Յորժամ օրէնքն ո՛չ պահեցան, ՚ի թլփատութենէ անտի ինչ ո՛չ օգտեցան: Յերոբովամ որդի Նաբատայ, յորդւոցն յովսէփու, յեփրեմեան ազգէն, թլփատեալ էր. որպէս եւ սուրբն պատուիրեաց Աբրահամու, եւ զգուշութիւն եւ մովսէս, յօրէնս անդ: Եւ թագաւորքն ամենայնք իսրայէլացւոց, որք գնացին ըստ անօրէնութեան յերոբովամու, թլփատեալք էին նոքա: Եւ վասն ամբարշտութեան իւրեանց ո՛չ եղեւ յիշատակ: Արդ զինչ ինչ օգտեցաւ յերոբովամ որդի Նաբատայ թլփատութեամբն իւրով. եւ թագաւորքն ամենեքեան իսրայէլացւոց, որք գնացին զհետ շաւղաց նորա: Եւ եթէ ոչինչ շահ, եւ օգուտ եղեւ մանասէի որդւոյ եզեկիայ. զի վասն բազմութեան մեղաց նորա, այլ ո՛չ կարաց ԱԾ ներել երուսաղէմի:

A Quia fides fuit prius conciliatrix, & pronuba ſanctitatis; & deinde circumciſio data eſt Abrahæ in fœdus & in ſignaculum electionis; ſicut & dixit ei Deus: [a] *Hæc quidem eſt obſervatio fœderis mei, circumcidetis omnem maſculum.* Donec placuit datori ſuo, & obſervata eſt circumciſio una cum præceptis legis, fuit illa fructuoſa & utilis. Cum vero lex amplius ſervata non eſt, a circumciſione nullam receperunt utilitatem. Jeroboam filius Nabat ex filiis Joſeph, ex generatione Ephraim circumciſus erat, ſicut Sanctus præcepit Abrahæ, cavitque Moyſes in lege. Et reges omnes Iſraelitarum qui ambulaverunt in via iniquitatis Jeroboam, circumciſi erant; ſed propter impietatem nulla eorum recordatio fuit apud B Deum. Quam igitur utilitatem accepit Jeroboam filius Nabat per circumciſionem, & omnes reges Iſraelitarum qui ambulaverunt juxta vias ejus? Non utilis certe fuit, nec profuit Manaſſe filio Ezechiæ [b], propter cujus peccatorum multitudinem non potuit ultra Deus parcere Jeruſalem.

Ամենայն դարուց, եւ ազգաց ետ Աստուած զուխտ հրամանին իւրոյ, ՚ի տոհմէ տոհմ ազգաց, ըստ հաճութեան կամաց իւրոց. եւ պահեցան յիւրաքանչիւր ժամանակս, եւ փոխեցան, եւ անցին: Ադամայ հրամայեաց, զի մի՛ ուտիցէր ՚ի ծառոյն գիտութեան բարւոյ, եւ չարի: Եւ վասն զի ո՛չ պահեաց զուխտ պատուիրանին, պարտաւորեցաւ: Եւ Ենովք, որ հաճոյ եղեւ առաջի Աստուծոյ, ո՛չ եթէ զպատուիրան ծառոյն պահեաց նա, զի վերացոյց զնա կենդանւոյն, այլ վա՛ն զի հաւատաց: Եւ ո՛չ նման է մաքրութեան հպատակութեան պատուիրանին, զի մի՛ կերիցէ ՚ի ծառոյ անտի: Նոյ, զի պահեաց զհեզութիւն եւ զարդարութիւն, ապրեցոյց զնա ՚ի բարկութենէ ջուրցն հեղեղի, եւ եդ զուխտ ընդ նմա, եւ ազգաց իւրոց ըստ նմանէ, զի աճեսցին, եւ բազմասցին. եւ զուխտն աղեղան եդ ՚ի յամպս, միջնորդ ընդ Աստուծոյ, եւ ընդ երկրի, եւ ընդ ամենայն մարմնոյ: Եւ ո՛չ ընդ միոջ ուխտի ուխտիցն այնոցիկ օգտեցաւ ինչ թլփատութեան Աբրահամու: Արդ երբ ընտրեացն զնա, ո՛չ եթէ թլփատութեամբ կոչեաց, եւ ընտրեաց զնա, եւ անուանեաց, զի եղիցի հայր ամենայն ազգաց. այլ նովին հաւատով. եւ ապա յետ հաւատոյն ետ հրաման թլփատել: Զի եթէ թլփատութեամբ եղեալ էին կեանք, նախ թլփատիւր Աբրահամ, եւ ապա հաւատայր: Եւ եթէ յօգուտ յաւիտենական կենացն տուեալ էր զթլփատութիւն, գիրն ցուցանէր, թէ թլփատեցաւ Աբրահամ, եւ համարեցաւ նմա թլփատութիւն իւր յարդարութիւն: Այլ այսպէս գրեալ է, հաւատաց Աբրահամ յԱԾ, եւ համարեցաւ հաւատն իւր յարդարութիւն: Արդ որք հաւատացին, ո՛չինչ եղեւ նոցա շահ թլփատութիւն իւրեանց: Հաբէլ, Ենովք, Նոյ, Սէմ, եւ Յաբէթ, ո՛չ եթէ թլփատութեամբ եղեն հաճոյք առաջի Աստուծոյ, այլ մի մի ՚ի նոցանէ, որք պահեցին զուխտս պատուիրանի իւրեանց, եւ հաւատացին: Վասն զի մի է տուօղն ուխտից ամենայն ազգաց, յիւրաքանչիւր դարու, ըստ կամացն: Ասէ, Մելքիսեդեկ երէց էր Աստուծոյ բարձրելոյ. եւ օրհնեաց նա զԱբրահամ յանթլփատութեան իւրում, զի չեւ եւս թլփատեալ էր: Եւ արդ յայտնի են իրքն, զի տկարն օրհնի ՚ի լաւէ անտի, որ առաւելն է քան զնա:


IV. Omnibus quidem ſæculis mandata aliqua hominibus dedit Deus, & fœderis ſeu pacti conditiones, & ſigna quæ in generationibus & generationibus hominum juxta placitum voluntatis ſuæ, & ſingula ſuis temporibus obſervata ſunt, & deinceps mutata tranſiverunt. Præcepit Adæ, ne comederet ex arbore ſcientiæ boni & mali: & quia non ob- C ſervavit præceptum fœderis, reus factus eſt. Enoch autem fuit acceptus coram Deo, non ex eo quod cuſtodierit præceptum de arboris fructu, neque id propter, adhuc vivens translatus eſt, ſed quia credidit: eadem certe res non eſt fides, ac obedientia præcepti non comedendi ex arbore. Noe, quia ſervavit manſuetudinem & juſtitiam, ereptus eſt ab ira aquarum diluvii. Et percuſſit Deus fœdus cum eo & cum generationibus ejus, promittens fore, ut augerentur & multiplicarentur. Et poſuit in fœderis ſignum arcum in nubibus, mediatorem inter Deum & terram, & inter omnem carnem. Ex omnibus fœderibus & pactionibus quas pepigit Deus cum hominibus, non fuit circumciſio Abrahæ, quæ D una præ aliis omnibus ſanctitatem aliquam contineret. Nam cum Deus elegit eum, non per circumciſionem vocavit & elegit & conſtituit, ut fieret pater omnium gentium; ſed per fidem: Et deinde poſt fidem juſſit circumcidi. Si enim per circumciſionem donata fuiſſet vita, prius Abraham circumciſus eſſet, & deinde credidiſſet. Et ſi utilitatem vitæ æternæ præſtitiſſet circumciſio, ſcriptura oſtenderet, Abraham prius circumciſum eſſe, & deinde credidiſſe. Et ſi utilitatem vitæ æternæ præſtitiſſet circumciſio, ſcriptura doceremur, quod Abraham prius circumciſus eſt, & deinde circumciſio ejus reputata fuit ipſi ad juſtitiam. Sed ſic ſcriptum eſt: [c] *Credidit Abraham in Deum, & fides ejus reputata eſt ad juſtitiam.* Porro omnes qui crediderunt ex fide, non autem ex circumciſione, utilitatem adepti ſunt. Abel, Henoch, Noe, Sem & Japheth non per circumciſionem facti ſunt cari Deo, ſed ſinguli eorum, quia cuſtodierunt pacta quæ mandaverat Deus, & crediderunt. Nam unus & idem eſt præſcribens pacta omnibus nationibus in omni ſæculo, ſecundum voluntatem ſuam. Melchiſedech erat ſacerdos Dei excelſi, & benedixit Abraham in præputio ſuo; nondum enim erat circumciſus. Atqui manifeſtum eſt, quod [d] *qui minor eſt, a majore benedicitur,* quia eo præſtantior eſt.

Այսու հետեւ տիրելի իմ, եկ լո՛ւր, ցուցից քեզ, թէ թլփատութիւն յո՛ր պիտոյ հնարս տուաւ: Զի երբ հաւատաց Աբրահամ, եւ ել յերկրէն քաղդէացւոց, եւ եկն բնակեցաւ ՚ի խառան. ո՛չ ետ նմա զհրաման սուրբն թլփատել: Եւ երբ բնակեցաւ յերկրին քանանացւոց զքսան եւ չորս ամս, ո՛չ թլփատեցաւ. վա՛ն զի ո՛չ ունէր նա զորդի պարգեւաց, ուստի թագաւորք, եւ արքայք, եւ քահանայք, եւ օծեալք ծնանելոց էին: Այլ երբ

E V. Cariſſime, attende itaque, & oſtendam tibi, quare data ſit circumciſio. Cum credidiſſet Abraham, & egreſſus eſſet ex terra Chaldæorum, & veniſſet & habitaſſet in Charan, non juſſit Sanctus eum circumcidi: & cum moram feciſſet in terra Chananæorum viginti quatuor annis, non eſt circumciſus; quoniam non habebat filium benedi-

[a] Gen. XVII. 10. [b] II. Paralip. XXXIII. [c] Rom. IV. 3. [d] Heb. VII. 7.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



եղև նա իննսնամեան, և իննամեան, եցոյց, և յայտ արար նմա սուրբն, 'ի կատարումն հարիւրերորդ ամին, եթէ որդի լինելոց է նմա. և ապա թլփատեաց: Եւ իբրև եղև նա հարիւրամեան, և եղև նմ որդի Իսահակ, հրամայեաց թլփատել զմարմին անթլփատութե նորա. նշան, և հաստատութիւն ուխտի: Զի յորժամ բազմասցի զաւակ նորա. և եղիցի զատ, և ընտրեալ յամենայն ազգաց, որոց 'ի մէջ բնակելոցն էր, զի մի խառնակեսցին ընդ պղծութիւն գործոց նոցա: Մինչ յանթլփատութե իւրոյ, իբրև էր նա իննսուն և ինն ամաց, և թլփատեաց զԻսմայէլ որդի իւր զերեքտասանամեան, և զընդոծինս իւր և զարծաթագինս իւր. թլփատեաց աբրահամ յաւուր յայնմիկ, որպէս խօսեցաւ ընդ նմա Աստուած. և ապա յետ թլփատելոյն, եղև նորա Իսահակ որդի. և թլփատեցաւ յութերորդում աւուր. և պահեցաւ թլփատութիւն 'ի զաւակի անդ աբրահամու, յԻսահակ, և յԻսմայէլ, և 'ի յակոբ, և յորդիս նորա, և յեսաւ, 'ի ծնունդս նորա հարիւր իննսուն ամ, մինչև եմուտ Իսրայէլ յեգիպտոս: Եւ յեգիպտոս պահեցին որդիքն Իսրայէլի զթլփատութիւն, երկերիւր քսան և հինգ ամ, մինչև ելին նորա յանապատ անդ: Եւ իբրև ետես Ղովտ, եթէ թլփատեցաւ աբրահամ հօրեղբայր նորա, թլփատեաց և ինքն զորդի իւր, յետ անջատելոյն նորա 'ի հօրեղբօրէ անտի իւրմէ. Եւ կալան կարգաւ զթլփատութիւն ամօրութե առանց հաւատոյ:

A ctionis, unde reges & justi & sacerdotes & uncti nascituri erant. Sed [a] cum esset nonaginta novem annorum ostendit, & manifestavit ei Sanctus [b] in consummatione centesimi anni, quod filius ei nasceretur, & postea [c] ipse circumcisus est. Cum autem centum esset annorum, & [d] natus esset filius ejus Isaac, jussit eum Sanctus [e] circumcidere carnem præputii filii sui in signum & confirmationem fœderis; ut, cum multiplicaretur semen ejus, distingueretur & separaretur ab omnibus nationibus inter quas habitaturi erant, nec commiscerentur cum pollutione operum illarum. Itaque in præputio suo cum esset nonaginta novem annorum Abraham, & circumcidisset Ismael filium suum tredecim annorum, B & vernaculos suos & emptitios suos: circumcisus ipse est in die illa, sicut locutus est cum eo Deus; & deinde post circumcisionem, natus est filius ejus Isaac, & circumcisus est die octavo. Et servata est circumcisio in semine Abrahæ, in Isaac, & in Ismael, & in Jacob, & in filiis ejus, & in Esau, & in generationibus ejus centum nonaginta annis, donec ingressus est Israel Ægyptum. Et in Ægypto observaverunt filii Israel circumcisionem centum viginti quinque annis, donec exierunt in desertum. Et cum vidisset Lot, quod circumcisus esset Abraham patruus suus, circumcidit & ipse filios suos, postquam sejunctus est a patruo. Et postmodum eorum posteri circumcisionis morem retinuerunt sine fide.

Ապա եթէ կեանք 'ի թլփատութէ անտի են, կենդանի ուրեմն են ապա և որդիքն Իսմայէլի, որդիքն կենտուրա, և որդիքն եսաւայ. զի ահա և նոքա իսկ թլփատեալք են: Եւ 'ի թլփատութե անդ իւրեանց երկիր պագանէին կռոց պատկերաց, դից դիւականց: Նաև երեմիա իսկ մարգարէ եցոյց մեզ յայտնապէս. զի որք միանգամ առանց հաւատոյ թլփատեալք են, պիղծ, և անթլփատ համարեալ են. և ո՛չ լինի թլփատութիւն իւրեանց վառապան նոցուն 'ի բարկութէ անտի: Քանզի ասաց, ահաւասիկ արարից հանդէս 'ի վերայ ամենայն թլփատելոց, զանթլփատութե իւրեանց. 'ի վերայ եգիպտացւոց, և 'ի վերայ յուդայ, և 'ի վերայ եդովմայ, և 'ի վերայ որդւոցն եմովնայ, և 'ի վերայ որդւոցն մովաբու. և 'ի վերայ ամենայն բնակչաց անապատի. և 'ի վերայ ամենայն ազգաց, որք յապաւեցին զերեսօք իւրեանց: Զի ամենայն հեթանոսք անթլփատք են մարմնով. այլ ամենայն տունդ Իսրայէլի անթլփատ է սրտիւ: Եւ արդ եթէ օգնեալ ինչ էր նոցա 'ի թլփատութէ անտի, ընդէ՞ր մտանէ յուդա ընդ եգիպտացիս 'ի թիւ համարոյ, և ընդ եդոմացիս, մովաբացիս, ամոնացիս, և ընդ բնակիչս անապատի, որք յապաւէն զերեսօք իւրեանց, որդիքն հագարու. և որդիքն կենտուրայ, Այլ յայտ է, թէ թլփատութե նոցա եղև անթլփատութե. զի ահա և 'ի վերայ յուդայ դատարեալ հատուցանէ զդատապարտութե բարկութե. որպէս և 'ի վերայ ամենայն թլփատելոց առանց հաւատոյ: Արդ՝ իբրև ետես սուրբն, զի ասէին, թէ այսու կեամք մեք, զի որդիք եմք աբրահամու, թլփատեալ եմք. և զխրնկէց պարանոց իւրեանց ո՛չ մուծին 'ի լուծ հնազանդութե օրինաց, բարբառեցաւ նոցա 'ի ձեռն մարգարէին, յասել անդ յիւրում. թլփատեցէ՛ք զանթլփատութե սրտից ձերոց, և խստապարանոց այլ մի՛ լինիջիք: Եւ յայտ է, թէ որ ո՛չ թլփատէ զանթլփատութե սրտի իւրոյ. և թլփատութե մարմնոյ ոչինչ օգտէ նմա, զոր օրինակ ո՛չ եղև շահ ամենայն թլփատելոց պղծութե:

VI. Si itaque vita ex circumcisione est: ergo vitam adepti sunt & filii Ismael, & filii Ceturæ, & filii Esau, quoniam ecce & hi carne circumcisi C sunt. Sed in circumcisione sua adorabant imagines idolorum & simulacra diaboli. Jeremias propheta ostendit nobis manifeste, quod quicumque sine fide circumcisi sunt, immundi & incircumcisi reputati sunt; & circumcisio ab ira Dei eos protegere, ac salvare non potuit. Nam dixit: [f] *Ecce visitabo super omnes circumcisos præputium eorum, super Ægyptios, & super Juda, & super Edom, & super filios Ammon, & super filios Moab, & super omnes habitantes in deserto; & super omnes nationes quæ raserunt facies suas: quia omnes gentes incircumcisæ sunt carne; omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.* Si autem ex circumcisione sanctitas aliqua fuisset, quare Juda connumeratur cum Ægy- D ptiis, cum Edomitis, cum Moabitis, cum Ammonitis, & cum habitantibus in deserto. [g] *qui radunt facies suas*, filii Agar, & filii Ceturæ? Et quidem negari nequit, quod circumcisio eorum facta est præputium; quoniam ecce & super Judam adducit judicium coacervatum, & sententiam iræ, sicut & super reliquos omnes circumcisos sine fide. Porro cum vidisset Sanctus, quod dicerent: Ideo nos vitam habemus, quia sumus filii Abrahæ, & sumus circumcisi, & cervicem suam jugum succutientem non subjiciebant jugo obedientiæ legis; locutus est eis per prophetam, dicens in sermone suo: [h] *Circumcidite præputium cordium vestrorum, & nolite esse duræ cervicis.* Et notum ac certum est, quod ei qui non E circumcidit præputium cordis sui, circumcisio carnis nihil prodest, quemadmodum non profuit omnibus circumcisis in pollutione.

Եւ զի ճշմարտեսցես սիրելի իմ, թէ նշան ուխտի է թլփատութիւն, որպէս զի մեկնեսցին, և ընտրեսցին 'ի պիղծ հեթանոսաց, եկ արդ տե՛ս, զի իբրև եհան զնոսա յեգիպտոսէ, և գնացին ընդ անապատն զամս քառասուն, ո՛չ թլփատեաց. վասնզի մի ժողովուրդ էր, և առանձին արածէին նոքա, և ո՛չ էին խառնեալք ընդ այլ հեթանոսս: Եւ այսու զի թլփատեաց դար-

VII. Sed ut cognoscas, carissime, quod circumcisio data sit in signum fœderis, ut Israeliticus populus distingueretur, & secerneretur a coinquinatis gentibus, adesis nunc & vide. Cum eduxit Deus Israelitas ex Ægypto, & ambulaverunt per desertum quadraginta annis, non sunt circumcisi, quia illic erant ipse unus ac solus populus, & seorsum

a Gen. XVII. 1. b Ibid. ℣. 17. c Ibid. ℣. 24. d Gen. XXI. 5. e Ibid. ℣. 4. f Jer. IX. 25. 26.
g Jer. IX. 26. XXV. 23. XLVIII. 32. h Jer. IV. 4.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

ձեւալ զզաւակն աբրահամու, ո՛չ եթէ վասն զի ամենայն հեթանոսք չէին նորա, եզատ և ընտրեաց իւր սեպհական զզաւակն աբրահամու թլփատելոյ, այլ զի ամենայն հեթանոսք, որք պաշտէին զձեռագործն անօրէնութեա՛, խոտեաց, և անարգեաց զնոսա, վասն ամբարշտութեան գործոց իւրեանց. և վասն զի ընտրեաց զնոսա իւր թլփատութեամբն ժողովուրդ, ո՛չ եթէ զի ինքն իւր ցուցցէ, և յայտ արասցէ զի զաւակ են նոքա աբրահամու. վասն զի և իբրև ո՛չ թլփատէր զնոսա, ինքն լաւ բովանդակ գիտէր զնոսա. այլ զի նոքա ծանիցեն զմիմեանս, զի մի՛ ղօղեալ թագչիցին ընդ սուտ պատճառանօք. վասն զի դիւրաւ վճարէին իւրեն, եթէ ո՛չ էին թլփատեալք: Զի իբրև գտանէր ոք 'ի նոցանէն կռապաշտ, կամ շուն, խարդախ, և գող. և առնէին ոք ինչ արտաքս էր քան զօրէնս, վշտանայի(ն) ոմանք 'ի նոցանէն լիրբք, և պարտուկք, յուռաստ լինելով որք գտանէին յայսպիսիս. և ունէին զմին կողմն ուրացութեան, թէ ո՛չ եմք որդիք աբրահամու. որպէս զի մի՛ ընկալցին զպատիժս պատուհասի, և մեռանիցին. և զդատավճիռն մահու որ գրեալ է յօրէնս անդ 'ի վերայ այնոցիկ, որք յայսպիսի իրս կալեալ գտանէին: Այլ որ գտանի օրինազանց, և գործէ զմի 'ի չարեացս յայսցանէ, այլ ո՛չ կարէ ղօղել անդուստ պատճառանօք, թէ ո՛չ է նա զաւակ, և ծնունդ աբրահամու: Վասն զի եթէ գտեալ լինի պարտուկ, և յըշտող, մեկուսեն զնա 'ի թլփատութենէ անտի, նուիթեն նմա զպատիժս պատուհասից, խիստ և անաչառ դատաստանաւն, ըստ արժանի յանցանաց նորա: Վասն զի եթէ ո՛չ յայս միտս տուեալ էր թլփատութիւն, պիտոյ էր նոցա, զի և յանապատի անդ թլփատիցեն. այլ վասն զի զատեալ մեկնեալ էին 'ի հեթանոսաց անտի, և միայն միայնուկ առանձինն էին, վասն այսորիկ ո՛չ թլփատեցան: Եւ 'ի ժամանակի անցանելոյն ընդ յորդանան, ետ զհրաման տէր յեսուայ որդւոյ նաւեայ, և ասէ. դարձ թլփատեա՛ կրկնակի զորդիսդ իսրայէլի: Եւ ընդէ՞ր կրկնակի ասաց թլփատել զնոսա. այլ վասն զի թլփատեալք էին 'ի սիրտս իւրեանց. որ և ասացի մարգարէի անդ. թլփատեցէ՛ք զանթլփատութիւն սրտից ձերոց, և խստապարանոց այլ մի՛ լինիջիք. դարձեալ յեսու վերստին թլփատեաց զնոսա. և նշանակեաց զնոսա կրկնակի 'ի մարմինս իւրեանց: Վասն զի յետ թլփատելոյն զնոսա յեսուայ, վկայեաց գիրն, թէ զամենայն թլփատեաց յեսու, որք ծնան յանապատի անդ. վասն զի ո՛չ էր թլփատեալ ամենայն արու, որք միանգամ յանապատի անդ ծնան:

Եւ արդ եկ տե՛ս սիրելի իմ, և հիացեալ զարմացի՛ր ընդ այս. զի թլփատեալքն, որք ելին յեգիպտոսէ, մեռան ջնջեցան սատակեցան յանապատի անդ, վասն ամբարշտութեան մեղաց իւրեանց. զի դառնացուցին զբանն Աստուծոյ, և ո՛չ հաւատացին նմա: Եւ այս յայտ իսկ է, զի եթէ հաւատացեալ էին նոքա, ո՛չ գտանէին արգելք մտանելոյ յերկիրն այն պարգևաց: Եւ յեսու նաւեայ, և քաղէբ ապրեցան 'ի վեց հարիւր հազարաց անտի, որք ելին 'ի յեգիպտոսէ, և մտին յերկիրն, և ժառանգեցին: Եւ հաւատացեալ ծնունդն յանապատի անդ, իբրև ո՛չ էին թլփատեալք, կեցին, և արժանի եղեն մտանել յերկիրն ժառանգութեան: Եւ թլփատեաց զնոսա, իբրև մտանէին յերկիրն օտարազգաց, և համարեցաւ նոցա երկրորդ թլփատութիւն: Ընդէ՞ր, վասն ո՞յր, իբրու գումարեալ հասուցին զբարկութիւն 'ի վերայ ամենայն թլփատելոց, որք թլփատեալքն էին անթլփատութեամբ, թուէ, և համարէ, և զեգիպտացիսն, որք ո՛չ էին 'ի զաւակէ աբրահամու, իբրև զամովնացիսն, և զմովաբացիսն. ղովտայ որդիքն եղբօրորդւոյն աբրահամու, իբրև զեդովմացիսն զորդիսն եսաւայ. և իբրև բնակիչքն անապատի, որք յապաւեցին զերեսս իւրեանց որդիքն իսմայելի, և քետուրայ. և յուդա և զաւակն յակոբեան: Սոքա ամենեքեան զաւակք են աբրահամու:

A degebant, & non erant mixti cum gentibus. Postea vero Deus circumcidi voluit iterum semen Abrahæ. Non autem, quod omnes gentes Dei non essent, ideo separavit, & elegit sibi peculiare semen Abrahæ circumcisi; sed quia omnes gentes in iniquitate colebant idola: idcirco sprevit & contemsit eas propter impia opera sua. Et elegit illos sibi per circumcisionem in populum, non quidem ut ipse sibimet indicaret & demonstraret, illos esse semen Abrahæ; quia & cum non circumcidebantur, ipse plane eos notos ac cognitos habebat; sed ut illi agnoscerent se ipsos, nec latere possent, vel malis dolis fraudeque abscondi, quod haud difficile conti-B gisset, si essent incircumcisi. Contra vero, si quis eorum deprehendebatur vel idololatra vel adulter vel veterator aut fur, vel facere aliquid contra legem; & aliqui eorum ejusmodi criminum rei, audaces & impudentes puniendi erant, nullum habebant effugium, negando dicendoque, non sumus filii Abrahæ, ut evitarent pœnas punitionis & judicium sententiamque mortis, quæ scripta est in lege contra illos qui in talibus delictis reperiuntur. Nam circumcisus qui invenitur transgressor legis, & perpetrat aliquod ex his malis, non ea se potest tergiversatione occulere, quod non sit ipse ex semine & generatione Abrahæ. Quare si convincatur reus & criminosus, separatur a circumcisis, & decernuntur C in eum pœnæ punitionis, duro & absque acceptione personæ judicio pro meritis suorum delictorum. Quippe, nisi in hunc finem data fuisset circumcisio, oportuisset, eos & in deserto circumcidi; sed quia sejuncti & separati erant a gentibus, & soli, & solitarii seorsum erant, ideo non sunt circumcisi. Et cum transituri essent per Jordanem, præcepit Dominus Josue filio Nave, dicens: [a] *Redi, & circumcide iterato filios Israel*. Et quare imperavit circumcidi eos iterato? quia circumcisi erant semel in cordibus suis; de qua circumcisione loquitur propheta: [b] *Circumcidite præputium cordium vestrorum, & nolite esse amplius duræ cervicis*. Obtemperans D Josue iterum eos circumcidit, signumque impressit iterato in carne: [c] *Postquam omnes circumcisi sunt*, inquit Scriptura, testimonium perhibens, circumcidisse Josue [d] omnes mares qui nati sunt in deserto, quia omnes erant incircumcisi.

VIII. Agesis, & vide, dilectissime, & obstupesce super hæc, quoniam qui circumcisi egressi sunt de Ægypto, mortui sunt, deleti sunt, & perierunt in deserto, quia propter impietatem peccatorum suorum, exasperaverunt sanctum verbum Dei, & ei non crediderunt. Id autem sane manifestum est. Nam si credidissent, non fuissent prohibiti ingredi in terram illam donorum. Et ex secentis millibus qui E egressi sunt de Ægypto, Josue vero filius Nun & Caleb dumtaxat vixerunt, & ingressi sunt in terram & possederunt eam. Qui vero nati sunt in deserto, quia crediderunt cum non essent cricumcisi, vixerunt, & facti sunt digni ingredi in terram promissionis; & circumcidit eos Josue, dum intrabant in terram alienigenarum: & hæc circumcisio reputata est eis secunda, sed quare? quia cum crederent, jam circumcisi erant corde; propterea, ut dixi, circumcisio illa reputata est secunda. E diverso cumulatim inducta est ira super omnes circumcisos carne, qui erant in præputio cordis, connumeratis etiam & comprehensis Ægyptiis, qui non erat ex semine Abrahæ: hoc est, una cum Ægyptiis super Ammonitas & Moabitas filios Lot filii fratris Abrahæ, tum etiam super Edomitas filios Esau, & super habitantes in deserto qui *raserunt facies suas*, filios Ismael & Ceturæ, & super Judam & semen Jacob. Hi enim omnes sunt ex semine Abrahæ.

a Jos. V. 2. b Jer. IV. 4. c Jos. V. 8. d Ibid. ℣. 5. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

Եւ եգիպտացիք ընկալան զթլփատութիւն սովորութ՟, առանց հաւատոյ, յորդւոցն իսրայէլի, որք բնակեալք էին 'ի մէջ նոցա. և ընկալան դարձեալ 'ի յովսեփայ. զի իբրև ծնան որդիքն յովսեփայ մանասէ, և եփրեմ, թլփատեաց զնոսա. ուսան և նոքա 'ի յովսեփայ, և սկսան թլփատել. վասն զի հրաման պատուիրանին յովսեփու ամենայն իշխանութ՟ տիրէր 'ի վերայ եգիպտացւոց: Արդ վասն զի գոն ոմանք սիրելի իմ, զի ասեն, թէ դուստրն փարաւոնի իբրև եգիտ զմովսէս, 'ի նշանէ անտի մարմնոյ ուխտի նորա ծանեաւ զնա, թէ յորդւոց անտի իսրայէլի էր նա: Բայց ո՛չ եթէ այսպէս, որպէս և 'ի գործ առնչութե՟ բանին: Վասն զի ուխտ թլփատութե՟ մովսիսի չէր ինչ յայտ 'ի թլփատութե՟ անտի եգիպտացւոց: Արդ որ ո՛չ է գիտակ, թէ եգիպտացիք թլփատեալք իցեն, հաւանեսցի, և իմասցի յերեմիայ մարգարէէ: Վ՟ զի դուստր փարաւոնի իբրև եգիտ զմովսէս, և ետես զի բարձեալ ունէին ջուրք գետոյն 'ի վերայ վէտ վէտ ալեացն, գիտաց և իմացաւ, թէ յորդւոց անտի եբրայեցւոց է. վասն զի ո՛չ էր տուեալ հրաման եգիպտացւոց ընկենուլ 'ի գետ զմանկունս իւրեանց, այլ եբրայեցւոց: Վասն զի եթէ թլփատութ՟ յայտ, և որոշ էին եբրայեցիք, զի եգիպտացիք չէին թլփատեալք, ո՛չ էր մարթ մովսիսի սնանել 'ի տան փարաւոնի. քանզի 'ի մանկութե՟ անդ իւրում, յամենայն ժամ երևէր նշան ուխտի մարմնոյ նորա, և ո՛չ դուստրն փարաւոնի անցանէր ըստ օրէնս հրամանի հօր իւրոյ, հաստատել ընդ երկիրն եգիպտոսի կամակար իշխանութ՟ զօրէն, թարց հրամանի փարաւոնի.

IX. Ægyptii enim circumcisionem sine fide a filiis Israel qui habitaverant inter illos, tum etiam ab Joseph acceperunt. Nam cum natos sibi filios Manasse & Ephraim Joseph circumcidisset: didicerunt & illi a Joseph circumcidendi ritum, & circumcidi cœperunt: quippe Joseph summo imperio supremaque potestate Ægyptiis dominabatur. Sunt quidem aliqui, dilectissime, qui dicunt, quod filia Pharaonis cum invenisset Moysen, ex signo illo fœderis in carne, eum novit, quod esset ex filiis Israel. Sed non est ita, sicut ex Scriptura intelligere licet. Nam fœdus & pactum Mosaicæ circumcisionis non erat apud Ægyptios signum aliquod, certumque indicium, quo Hebræorum filii ex Ægyptiis similiter circumcisis discerni possent. Etenim qui ignorant Ægyptios circumcisos fuisse, ediscere ac percipere id possunt ex Jeremia propheta [a]. Itaque filia Pharaonis cum invenisset Moysen, & vidisset eum deportari ab aquis fluminis super salientes undas, agnovit & intellexit, eum esse ex filiis Hebræorum, quia præceptum non fuerat Ægyptiis, ut infantes suos projicerent in flumen, sed Hebræis. At vero, si per circumcisionem manifestabantur & distinguebantur Hebræi, eo quod Ægyptii non essent circumcisi; illi non licuisset Moysen nutrire in domo Pharaonis; quia, cum adhuc infans esset, facile & omni momento inspici & agnosci potuisset signum fœderis in carne ejus; neque filia Pharaonis ausa esset transgredi jussum patris sui, constituens in terra Ægypti arbitraria potestate aliam quasi legem sine præcepto Pharaonis.

Եւ դարձեալ հաւանեցուցից զքեզ սիրելի, ևս վ՟ որդւոցն կենտուրայ. զի և նոքա սահմանակիցք էին ընդ որդիս իսրայէլի: Արդ իբրև ժողովեցան մադիանացիք որդիք կենտուրայ 'ի մարտ պատերազմի, և որդիքն կեդովրայ ազգն իսմայէլի յաւուրս գեդէօնի որդւոյ յովասու, խաղաղութ՟ և միաբանութ՟ միմեանց, կամեցան արկանել զիսրայէլ 'ի հարկ ծառայութե՟, և մատնեցան 'ի ձեռս գեդէօնի. արդ այս զի ետու քեզ հաւանութիւն վասն կենտուրայ. վասն զի նոցա, և որդւոց իսմայէլի յանապատի եղև բնակութի: Որպէս և գրեալ է, թէ բնակեցաւ յանապատի, և ուսաւ զկորովութիւն աղեղան, զի եղիցի ձեռն նորա յամենեսեան, և ձեռն ամենայնի 'ի նա. և մի եղբօրն սահմանաց ամենայն եղբարց իւրոց բնակեալ է. Եւ յարևելից բնակեցան եդովմայեցիք որդիք եսաւայ: Եւ ամովնացիք, և մովաբացիք սահմանակիցք էին դէմ յանդիման նոցա, 'ի կողմանէ հիւսիսոյ, և սահմանակիցք և որդիք կենտուրայ յարևելից կողմանէ, ընդ եդովմեցիս որդիս եսաւայ: Վասն զի իբրև արձակեաց աբրահամ զորդիսն կենտուրայ, նախ յարևելս արձակեաց: Եւ որդիքն հագարայ կալան զամենայն երկիրն հարաւոյ: Եւ եդոմայեցիք որդիք եսաւայ, յարևելից կողմանէ ամենեցուն բնակեցան, մինչև 'ի բոսոր քաղաք: Եւ իբրև հասին որդիքն իսրայէլի մինչև յակիմ գայացւոց, արձակեցին հրեշտակս խաղաղութ՟ առ արքայն եդովմայեցւոց, զի անցցեն ընդ երկիր նորա. և նա ո՛չ ետ թոյլ անցանել. դարձաւ գնաց իսրայէլ 'ի նմանէ: Եւ յանցանելն ընդ սահմանօք նոցա, առին 'ի նոցանէ զբոսոր քաղաք յանապատի. և բաժանեցին զնա քաղաք ապաստանի ապաւինութե՟: Եւ արդ՝ որ կամի ընդունել զհաւանութիւն, թէ բոսոր քաղաք եդովմայեցւոց որդւոցն եսաւայ էր յառաջագոյն, լուիցէ եսայեայ մարգարէի մատղրութ՟, զիարդ ետես նա, զի սուրբն փառաւորեալ իբրև դիմեալ գայր յեդովմայ, և կարմրութե՟ ձորձոց իւրոց 'ի բոսորայ: Զի եհար վանեաց զնոսա, իբրև զհնձանահար. և խնդրեաց զվրէժ հատուցման յորդւոց եսաւայ. վասն զի ո՛չ ընկալաւ զեղբայր իւր, և պահեաց յաւիտեան զոխս բարկութե՟ իւրոյ: Եւ արդ որ ոչ ունի յանձին, թէ բոսոր քաղաք հնազանդեցեալ էր եդովմայեցւոց 'ի հարկ ծառայութե՟, լուիցէ՝ դար-

X. Præterea hoc loco dicam tibi, carissime, aliquid etiam de filiis Ceturæ; quoniam & illi confines erant filiis Israel. Cum itaque inter se fœdere congregati essent ad prœliandum Madianitæ filii Ceturæ & filii Cedar, gens Ismaelitica in diebus Gedeonis filii Joas, conati sunt redigere Israel in servitutem tributi, sed traditi sunt in manus Gedeonis: hoc autem dixi tibi de filiis Ceturæ, quia istorum & filiorum Ismael habitatio fuit in deserto. Sicut scriptum est: [b] *quod habitavit in deserto, & didicit virtutem arcus, ut manus ejus esset contra omnes, & manus omnium contra eum*. Et habitatio filiorum Ismael contermina fuit habitationi omnium fratrum suorum. Nam ex oriente habitaverunt Edomitæ filii Esau. Et Ammonitæ & Moabitæ confines fuerunt eorum e regione partis septemtrionis. Et etiam filii Ceturæ confines fuerunt ex parte orientis cum Edomitis filiis Esau. Nam quando Abraham dimisit filios Ceturæ, primo in orientem dimisit [c]: filii autem Agar acceperunt omnem terram austri. Et Edomitæ filii Esau ex parte orientali habitaverunt usque ad civitatem Bozor seu Bosra. Et cum pervenissent filii Israel [d] usque ad Cades Gai-abarim, seu Jejabarim, [e] miserunt nuntios pacis ad regem Edomitarum, ut transire eis liceret per illorum terram; illi autem non permiserunt. Recedens igitur discessit illinc Israel, & transiens juxta Edomitarum confinia abstulit eis civitatem Bosra in deserto, & separaverunt eam in civitatem refugii securitatis [f]. Qui autem persuaderi sibi desiderat, civitatem Bosra antea fuisse Edomitarum filiorum Esau, attente audiat prophetam Isaiam, quemadmodum viderit ille Sanctum glorificatum, [g] prœliantem & venientem de Edom tinctis vestibus suis de Bosra. Nam Sanctus percussit & fugavit eos, tamquam calcans torcular, & sumsit vindictam retributionis de filiis Esau, quia non receperunt fratrem suum, & servavernnt in æternum odium iræ suæ. Qui autem sibi non persuadet, quod civitas Bosor, seu Bosra obediret Edomitis in tributo servitutis, intelligat id etiam, si vult, ex


a Jer. IX. 26. *b* Gen. XVI. 12. XXI. 20. *c* Gen. XXV. 1. 2. &c. *d* Num. XX. XXI. 11. *e* Judic. XI. 17. *f* Deut. IV. 43. Jos. XX. 8. XXI. 27. *g* Isa. LXIII. 1.

ձեռալ և յարարածոց ։ Զի իբրև թագաւորեցին թագաւորք յեդոմ, ո՛չ թագաւորեաց յոբաբ որդի զարեհի, 'ի բոսոր քաղաքէ ։ Եւ ասաց դարձեալ եսայի, աՀա 'ի վերայ եդոմայեցւոց իջցէ, և 'ի վերայ պարտաւոր ժողովրդեանն 'ի դատաստանի ։ Եւ դաւիթ ասաց, յեդոմայ լուծից զխրացս իմ ։ Վասն զի ապականեաց իսաւ զգութ սիրոյ յաւիտեան ։ և պաՀեաց յաւիտեան զոխս բարկութե իւրոյ, և ո՛չ եթող եղբայր իւր ընդ սաՀմանս իւր անցանել ։ վասն այսորիկ պարտաւորեցաւ նա 'ի դատաստանի ։ Իբրև դարձաւ իսրայէլ յեսաւայ եղբօրէ իւրմէ, արձակեաց Հրեշտակս առ մովաբացիս, որդիսն ղովտայ, զի տացէ նմա անց ընդ սաՀմանս իւր ։ և ո՛չ լուան, և ոչ կալան յանձին, այլ և վարձեցին եւս իւրեանց զբաղաամ որդի բէովրայ, անիծանել զնոսա ։ Եւ վասն զի ո՛չ ետուն նոցա թոյլ անցանել ընդ սաՀմանս իւրեանց, ետ զՀրաման սուրբն մովսէսի, թէ մի՛ մտցէ ամովնացին և մովաբացին 'ի ժողովուրդ տեառն, և ո՛չ 'ի տասն դար ։ վասն զի ո՛չ մատոյց զՀաց բարեկամութե իսրայէլի 'ի ճանապարհ անդր, և կալաւ զդէմ նոցա 'ի սուր սուսերի իւրոյ ։ Եւ 'ի վերայ եգիպտացւոց, և եդոմայեցւոց ետ Հրաման, զի մի՛ մերժեսցէ իսրայէլ զեգիպտացիսն, որ բնակեաց նա յերկրի նոցա ։ և զեդոմայեցիս, զի եղբարք են նորա ։ Եւ զայս ամենայն, զոր գատի, և ընտրեցի, և ցուցի քեզ ։ զի գիտասցես, և իմասցիս, թէ իսրայէլի է սաՀմանակողմն եղբարց իւրոց, որ բնակեալ են ։ Եւ եղև ցիր որդւոց մարդկան, և որդւոցն կենտուրայ յետ աբրաՀամու պարգևի, և արձակեաց առ իսմայէլ եղբայր իւր, զի մի՛ գացի ժառանգակից որդւոցն իսաՀակայ, որդւոյ աբրաՀամու ։ Արդ եթէ թլփատեցան որդիքն իսմայէլի, որդիքն կենտուրայ, և որդիքն ղովտայ, ամովնացիք, եդոմայեցիք, և եգիպտացիք ։ ապա և նոքա եւս առաւելագոյն պերճացեալ Հպարտացեալ պարծեսցին ։ զի աՀա և նոքա իսկ թլփատեալք են, և երկիրպագանեն կռոց պատկերաց բազում դից դիականց ։ Արդ այսու Հետև յայտ է, թէ չէք ինչ շաՀ թլփատութե առանց Հաւատոյ, այլ ամենայն որ թլփատէ զանթլփատութի սրտի իւրոյ, նա Հաւատայ և կեայ ։ և լինի որդի աբրաՀամու, և կատարի բանն այն, զոր ասաց Ած ցաբրաՀամ, թէ ետու զքեզ Հայր ազգաց բազմաց ։

Ցամենայնի փոխեցան և անցին ուխտ', և օրէնք ։ Քանզի յառաջագոյն փոխեաց Աստուած զուխտ ադամայ ։ և ետ միւս եւս այլ նոյի ։ Եւ ետ դարձեալ և աբրաՀամու ։ և փոխեաց զաբրաՀամուն, և ետ միւս եւս այլ մովսիսի ։ Իբր ո՛չ պաՀեցան, ետ միւս եւս այլ 'ի միւսում դարու, ուխտ անխափան, և անփոփոխ, և անվախճան ։ Ուխտ ադամայ, զի մի՛ կերիցէ 'ի ծառոյ անտի ։ Իսկ նոյի, ուխտ աղեղան յամպս ։ Ուխտն աբրաՀամու, զի վասն Հաւատոյն իւրոյ ընտրեաց զնա յառաջագոյն ։ և ապա յետ այսորիկ ուխտ թլփատութե, կնիք և նշան զաւակի նորա ։ Եւ մովսիսի զատն զատկի ժողովրդեանն ։ Եւ ամենայն ուխտք ո՛չ նմանին միմեանց ։ Այլ թլփատութի յորում կամեցաւ ետ զնա ուխտ, և նշան ։ Նոյն ինքն է, զոր ասաց երեմիա, թէ թլփատեցէ՛ք զանթլփատութի սրտից ձերոց ։ Արդ եթէ ճշմարիտ է ուխտն, զոր ետ Ած աբրաՀամու, ճշմարիտ Հաւատարիմ է և այս, և չէ մարթ եթէ եպերեսցի օրինադիր նորա, յայնցանէ, որք արտաքս քան զօրէնս են, և կամ յայնցանէ, որք 'ի ներքոյ օրինացն են ։ Քանզի ետ մովսիսի Հանդերձ ուխտիւքն, և պաՀպանութեք ։ Եւ իբրև ո՛չ պաՀեցին զօրէնս ուխտիւքն Հանդերձ, խափանեցան ։ Խոստացաւ տալ նմա զկտակարանս ։ և ասաց, թէ ո՛չ իբրև զառաջինն ։ Իբրև մի իսկ է տուօղ երկոցունց ։ Եւ այս են կտակարանքն, զոր խոստացաւն տալ, թէ ամենեքեան ծանիցեն զիս 'ի փոքրկանց մինչև յերիցունս ։ Եւ յայսմ կտակարանիս չէք թլփատութե մարմնոյ, և կնիք նշան է 'ի ժողովրդեանն ։ Նաև զիտէիք իսկ մեք ճշմարիտ սիրելի իմ, զի յիւրաքանչիւր

A libro creationis [a]. Nam cum regnarent reges in Edom, narratur regnasse Jobab filium Zara de civitate Bosra. De Edomitis similiter prædixit Isaias: [b] *Ecce descendit* (gladius meus) *super Edomitas, & super populum reum in judicio*. Et David dixit: [c] *In Edom solvam corrigiam meam*. Quia Edomitarum seu Idumæorum populus ex stirpe Esau nulla animi commiseratione motus est, sed perpetuum servavit odium & iram, & non sivit ut populus Israeliticus frater suus per fines suos transiret; & ideo reus factus est in judicio. Cum autem filii Israel a filiis Esau fratribus suis digressi essent, miserunt nuntios ad Moabitas filios Lot, ut eis transitum per fines suos permitterent; & non audiverunt eos, neque commiserati sunt; quin immo [d] B conduxerunt Balaam filium Beor, ut malediceret eis. Et quia non permiserunt eos transire per fines suos, neque audiverunt, neque miserati sunt; præcepit Sanctus Moysi [e], ne intrarent Ammonites & Moabites in populum Domini, neque etiam post decem sæcula; quia non præbuerunt panem amicitiæ Israeli in itinere illo, & restiterunt eis in furore gladii sui. Sed de Ægyptiis, & Edomitis jussit, ne Israel expelleret eos: Ægyptios quidem, quia habitavit in terra eorum; Edomitas autem, quia fratres ipsius Israel sunt. Hæc autem omnia diligenter a me recensita sunt, ut ostenderem tibi, & intelligeres, Israelem conterminum fuisse fratrum suorum habitaC tioni. Et versatum esse in vicinia filiorum hominum & filiorum Ceturæ, ex quo Abraham largitus est munera, & dimisit Ismaelem filium suum, ne esset Ismael coheres cum filiis Isaac filii Abrahæ [f]. Porro si circumcisi sunt filii Ismael, filii Ceturæ & filii Lot, Ammonitæ, Edomitæ & Ægyptii; ergo & ipsi merito superbientes, & elati de circumcisione gloriabuntur; quoniam ecce & illi re vera circumcisi sunt; adorant tamen imagines idolorum & simulacrorum multorum. Jam itaque manifestum est, quod nulla sit utilitas circumcisionis sine fide; sed quicumque circumcidit præputium cordis sui & credit, vivit etiam, & est filius Abrahæ: Et impletur verbum illud, D quod dixit Deus ad Abraham: [g] *Dedi te patrem gentibus multis*.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



XI. Omnia fœdera & pacta seu testamenta mutata sunt, & transierunt. Nam primum mutavit Deus testamentum, & fœdus initum cum Adam, & dedit aliud Noe: dedit itidem aliud Abrahæ, mutavitque illud Noe; deditque demum aliud Moysi. Hæc autem cum non fuerint servata, dedit aliud in novissimo ævo fœdus, quod non erat abrogandum, nec immutandum, nec finiendum. Fœdus Adæ, ne comederet ex arbore: fœdus Noe, arcus in nubibus: fœdus Abrahæ, eum antea propter fidem eum elegisset, fuit circumcisio, nota & signaculum seminis E ejus: fœdus vero Moysis, agnus paschalis populo edendus. Omnia autem hæc fœdera inter se similia non sunt. Circumcisio vero, quam voluit & quam dedit in fœdus & signum, eadem ipsa est, quam enuntiavit Jeremias, inquiens: [h] *Circumcidite præputium cordium vestrorum*. Si autem verum est fœdus quod Deus inivit cum Abraha, verum & fidele est illius signum, nec licet illud contemnere, nec ejus legislatorem de iis quæ sunt extra legem, vel de iis quæ sunt intra legem. Dedit etiam Moysi testamentum cum pactis & observationibus. Et cum non observassent legem primi testamenti, abrogatum est; promisitque, se daturum alterum testamentum [i]: & dixit, quod non foret sicut primum. Profecto unus est dator amborum.

a Gen. XXXVI. 33. *b* Isa. XXXIV. 5. *c* Psalm. LIX. 10. CVII. 10. *d* Num. XXII. XXIII. *e* Deut. XXIII. 3. *f* Gen. XXV. 6. XXI. 10. *g* Gen. XVII. 5. *h* Jerem. IV. 4. *i* Baruc. XI. 35.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



դարու եւ Աստուած օրէնս ժողովրդեանն, և պաշ-
տեցին զիւրաքանչիւր կարգ ժամանակի իւրեանց, մին
և հաճոյ եղև կամաց նորա ։ Եւ առին զառփոփո-
խումն, որպէս և ասաց առաքեալն. եթէ նախ և
յառաջ ամենայն նմանութեա օրինաց հաստատեցաւ
բանն Աստուծոյ ։ Յամենայն ժամանակս իմաստնոց,
և հմտաց հանճարեղաց յայտ և երևելի է այս. զի
ամենայն մարդ, որ մի անգամ յուխտէ անտի է, և
զկնի թլփատութեան մտաւորի վասն գիճալից լկտութեան
և աղտեղութեան իւրոյ թլփատի, և ոչ իմանայ, և
խելամուտ բանին, զոր ասաց առաքեալն. զի երանի թէ
հատանելով հատանէին այնոքիկ, որք խռովեն զձեզ ։
Արդ Աստուած մեր ճշմարիտ է, և յոյժ հաւատարիմ
են ուխտք պատուիրանաց ։ Եւ ամենայն ուխտք, յորում
ճշմարտեալ հաստատեցաւ, և հաւատարիմ եղև. և
թլփատեալք սրտիւ թլփատին կրկնակի 'ի յորդանան
ճշմարտութեամբ, 'ի մկրտութեան աւազանին քաւութեան 'ի B
թողութեան մեղաց ։

A Testamentum autem [a] quod promisit, se daturum hoc est, ut omnes cognoscant ipsum a parvulo usque ad senem. Et in hoc testamento non est circumcisio carnis, signaculum & indicium in populo. Scimus quoque, carissime, quod unumquodque testamentum, quod Deus lege lata constituit, servatum est juxta ordinem temporis sui, sicut & placuit voluntati ejus. Et deinde immutatio facta est, sicut & dixit Apostolus [b] quod primo, & ante omnes similitudines, & allegorias legis firmatum est verbum Dei. In omni tempore sapientibus, & peritis ac intelligentibus manifestum & notum fuit, quod omnis homo quicumque est ex fœdere illo, & posthabita circumcisione mentis, in luxuria, impudicitia, & immunditia sua circumciditur, non intelligit, nec percipit verbum quod dixit Apostolus, nempe: [c] *Utinam abscissi abscindeventur illi, qui turbant vos*. Porro verax est Deus noster, & [d] valde fidelia sunt pacta mandatorum ejus. Et omnia pacta in quo verificanda erant, firmata sunt, & fuere fidelia. Et qui circumcisi erant corde, circumciduntur iterato in Jordane cum veritate in baptismo lavacri propitiationis in remissionem peccatorum.

Յեսու որդի Նաւեայ թլփատեաց զժողովուրդն
երկնակի սրով, յանցանելն ընդ յորդանան ։ Յիսուս
փրկիչ մեր թլփատեաց զհեթանոսս որք հաւատացին 'ի
նա, կրկնակի 'ի թլփատութեան սրտի ։ Եւ մկրտեցան
'ի մկրտութեան աւազանին քաւութեան ։ Եւ թլփատին
սուսերաւն, որ նա ինքն է բանն Աստուծոյ. զի սուր
է նա, քան զսուր երկսայրի ։ Յեսու տարաւ զժողո-
վուրդն յերկիրն պարգևաց ։ Իսկ Յիսուս փրկիչն մեր
խոստացաւ զերկիրն կենդանեաց ամենայն մկրտելոց 'ի C
յորդանան ճշմարտութեամբ, որ հաւատայ և թլփատէ
զանթլփատութեան սրտի իւրոյ ։ Յեսու կարգեաց կանգ-
նեաց զարձանս առ վկայութեան իսրայելի ։ Եւ Յիսուս
փրկիչ մեր կոչեաց զՇմաւոն վէմ ճշմարիտ, և կացոյց
զնա վկայ հաւատարիմ 'ի մէջ հեթանոսաց ։ Յեսու
արար զզատիկն 'ի դաշտի անդ երիքովի, յերկրին
անիծեալ, և նզովեալ. և կերին ժողովուրդն 'ի հացէ
անտի երկրին ։ Եւ Յիսուս փրկիչ մեր արար զզատիկ
ընդ աշակերտսն իւր յերուսաղէմ քաղաքի, զոր անէծ,
զի մի՛ մնասցէ քար 'ի վերայ քարի. և ետ անդէն
հաց, զխորհուրդն կենաց ։ Յեսու պարտաւորեաց զա-
քար, զի գողեաց և թագոյց զարծաթն 'ի փնդէ անտի
զոր ունէր ։ Եւ Յիսուս փրկիչ մեր ետ զքանքարս առ
շահս ։ Յեսու կոտորեաց զպիղծ հեթանոսս ։ Եւ Յս
փրկիչ մեր կործանեաց զսատանայ հանդերձ զօրօքն ։
Յեսու կացոյց զարեգակն յերկինս ։ Յիսուս փրկիչ մեր D
խաւարեցոյց զարեգակն 'ի միջօրէի, իբրև հանին զնա
'ի խաչ ։ Յեսու որդի Նաւեայ փրկիչ ժողովրդեանն ։
Եւ Յիսուս փրկիչ մեր՝ փրկիչ աշխարհի ։ Երանի
թլփատելոց սրտիւ, յանթլփատութեան սրտի. և մկրտե-
լոց 'ի ջուր, յերկրորդում թլփատութեան ։ Զի լինին
ժառանգորդք ընդ աբրահամու գլխոյն հաւատացելոց,
և հօրն ամենայն ազգաց. զի համարեցաւ նմա հաւատն
իւր յարդարութիւն ։

XII. Nam Josue filius Nave populum iterum gladio circumcidit, cum transiret Jordanem. Jesus Salvator noster gentes quæ crediderunt in eum, iterum circumcidit in circumcisione cordis. Baptizantur enim in baptismo lavacri expiationis. Et circumciduntur gladio qui est verbum Dei, [e] quod acutius est gladio ancipiti. Josue duxit populum in terram promissionis. At Jesus Salvator noster promisit terram viventium omnibus baptizatis in Jodarne veritatis, qui credunt & cricumcidunt præputium cordis sui. Josue disposuit, & erexit lapides in testimonium Israeli. Et Jesus Salvator noster vocavit Simonem petram veritatis [f], & statuit eum testimonium fidele inter gentes. Josue [g] celebravit pascha in campo Jericho in terra maledicta & imprecationi tradita, & comedit populus ex frumento illius terræ. Et Jesus Salvator noster fecit pascha cum discipulis suis in civitate Jerusalem cui maledixerat, prænuntians fore, [h] ut lapis super lapidem non remaneret; & dedit postea panem, sacramentum vitæ. Josue declaravit reum Achan, quia furatus est & abscondit argentum humi in tentorio quo morabatur. Et Jesus Salvator noster dedit talenta ad lucrum. Josue occidit gentes immundas. Et Jesus Salvator noster evertit diabolum cum exercitu suo. Josue fecit stare solem in cælo. Jesus Salvator noster obscuravit solem in meridie, quando crucifixus est. Josue filius Nave salvator populi; & Jesus Salvator noster, Salvator mundi. Beati circumcisi corde in præputio cordis, & baptizati aqua in secunda circumcisione. Nam fiunt heredes cum Abraham, qui caput est credentium [i] & pater omnium gentium, quoniam reputata est ei fides sua ad justitiam.

a Jerem. xxxi. 31. & seqq. Hebr. viii. 8. 9. 10. *b* Gal. III. 17. *c* Gal. V. 12. *d* Psalm. cx. 8. *e* Heb. iv. 10. *f* Joan. I. 42. *g* Josue V. 10. *h* Matth. xxiv. 2. Luc. xix. 44. *i* Rom. iv. 3. 11.

ՃԱԹ ԵՐԿՈՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ։

Վասն շաբաթու ընդդէմ հրէից։

Հրամայեաց մեր մովսէսի ծառայի իւրոյ վասն աւուրն շաբաթու, զի պահեսցեն որդիքն Իսրայէլի, և ասէ, զվեց օր գործեսցէ քեզ ծառայն քո. և օրն եօթներորդ շաբաթ հանգիստ տեառն Աստուծոյ քոյ։ Վասն զի զվեց օր արար Աստուած զերկին, և զերկիր, զծով, և զամենայն, որ զեռայ 'ի նոսա. և հանգեաւ յաւուրն եօթներորդի։ Վասն այսորիկ օրհնեաց Աստուած զօրն եօթներորդ. և սուրբ արար զնա. վասն զի 'ի նմա հանգեաւ յամենայն գործոց իւրոց, զոր արար։ Եւ այսպէս զգուշութիւն ետ նոցա, թէ հանգիցես դու, և ծառայ և աղախին քո, եզն, և գրաստ քո։ Եւ յաւել, թէ հանգիցէ եկն, և պանդուխտն, և վարձկանն, և ամենայն անասուն, որ աշխատեալ վաստակի 'ի ստրկութեան ծառայութեան։ Արդ վասն այսր աւուր շաբաթու սիրելի իմ, զի պերճացեալ հպարտանան, և պարծին նովաւ ժողովուրդն հրէից, և ասեն, թէ այսու կեանք մեր, զի պահեմք զշաբաթս, և զտօնս զատկաց, որչափ և ունիցիմ կար յանձին, զհաւանութիւնս սակաւ բանիւք տաց քեզ, ըստ այնմ հաւանութեան, զոր ետու քեզ վասն թլփատութեան, և զատկաց.

Վասն զի շաբաթ ոչ եթէ ընդ մահ, և ընդ կեանս եդեալ է. ըստ այս պատուիրանացս, որք են 'ի Մովսիսէ, իբրև վկայեն որդիք մարդկան, և ասեն. եթէ անցանեն ընդ օրէնս իւրեանց։ Արդ երբեմն ուրեմն զի պահեցաւ շաբաթն, տուաւ որպէս 'ի հանգիստ ժողովրդեանն. և ո՛չ մարդկան միայն, այլև անասնոց։ Քանզի ասաց. հանգիցէ եզն, և գրաստ, և ամենայն անասուն։ Արդ եթէ ընդ մահ, և ընդ կեանս ինչ իցէ. կամ ընդ մեղս, և ընդ արդարութիւն ինչ եդեալ. զի՞նչ օգուտ իցէ անասնոյն 'ի պահել անդ շաբաթուն. կամ զի՞նչ վնաս լինիցի 'ի չպահելն անդ։ Ահաւասիկ տեսանեմք մեք, զի զոր աւուրս գործէ անասուն զգործ հնազանդութեան, և աշխատի զաշխատութիւն վաստակոց, աւելի ևս արդարանայ. վասն զի յաւուրս վաստակոյ գործէ, և աշխատի, ջանալով անասունն 'ի բեռն, և 'ի կիր կրելարարոյն, և եզինք վարեն զհարկի։ Եւ վասն զի վաստակին, ո՛չ դոյ նոցա պարապ առ 'ի գործել զմեղս։ Բայց յաւուրն շաբաթու, վասն զի խափանեալ կան գրաստք, և եզինք, և ամենայն անասունք իւրաքանչիւր երամոյ ազգին իւրեանց, անխտիր հաղորդին պոռնկութեամբ ընդ մարս, և ընդ քորս, ընդ ամենայն մերձաւորս հարազատութեան մարմնոյ իւրեանց, և չիք ինչ մեղք, և ո՛չ աղարտին, և եպերին, զի գործեն զայսոսիկ մեղս յաւուր անդ շաբաթու. վասն զի այս չափ անասնոյ։ Եւ ծանի՛ր, և գիտա՛կ լեր. զի որպէս ո՛չ են մեղք անասնոց, որք գործեն զայս ամենայն խառնակութիւնս. այնպէս և ո՛չ արդարութիւն ինչ։ Վասնզի հատուցումն արդարութեան յաշխարհին, որ հանդերձելոց է, լինի 'ի յարութեան մեռելոց այնոցիկ, որք գործեն զգործս արդարութեան. իսկ անասնոց ո՛չ լինի յարութիւն, զի առցեն զհատուցումն շաբաթուն պահելոյ. և ո՛չ 'ի դատաստանս մերձենան։ Եւ որպէս յայլ պատուիրանս ո՛չ եդեալ են օրէնք անասնոց, զի պահեսցեն. նոյնպէս և ո՛չ շաբաթն ինչ օգնէ նոցա։ Քանզի հրամայեաց սուրբն յօրէնս անդ իւրում, թէ մի՛ պոռնկիր, իսկ անասունն համարձակ, անխտիր, յայտնապէս շնայ, և պոռնկի։ Ասաց յօրէնս. անիծեալ ամենայն, որ առնու զքոյր իւր կնութեան, հանդերձ այլովք ամենիւք, որք մերձաւորք իցեն արեան ըստ հարազատութեան։ Եւ զայս ամենայն անասունդ գործէ։ Եւ դարձեալ գրեալ է. մի՛ սպանանիր։ Եւ անասուն վասն տխմարութեան իւրոյ սպանանէ զընկեր իւր, և ուտէ զմարմին նորա։ Եւ դարձեալ գրեալ է. զամ ինչ զե՛ն, և կեր. բայց զարիւն մի՛ ուտեր։ Եւ անասուն լիզու զարիւն անձին իւրոյ. և առաւել անոյշ թուի նմա ուտել զմիս պիղծ։ Արդ եթէ օգուտ ինչ էր նմա 'ի պահել անդ շաբաթու, նախ յայսց ամենից պղծութեանց

SERMO DUODECIMUS,


De Sabbato contra Judæos.

I. PRæcepit Dominus Moysi servo suo de die sabbati, ut observarent eum filii Israel, dicens: [a] *Sex diebus operabitur servus tuus: septimus autem dies sabbatum, requies Domini Dei tui. Sex enim diebus fecit Deus cælum & terram, mare & omnia quæ reptant in eis; & requievit in die septimo. Propterea benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit eum; quia in eo requievit ab omnibus operibus suis, quæ fecit.* Et ideo hanc legem dedit eis: [b] *Requiesces tu, & servus & ancilla tua, bos & jumentum tuum.* Et addidit: [c] *Requiescet advena & peregrinus & mercenarius, & omne animal quod laborans defatigatur in humilitate servitutis.* Itaque de hoc die sabbati, carissime, pro quo gestiens superbit & gloriatur populus Judæorum dicens: *Ex hoc vita est, quia observamus sabbata & festivitates paschales;* quantum potero, curabo ut paucis te instruam, perinde ac feci de circumcisione & de festis paschalibus.

II. Sabbatum constitutum est, non quia ex eo mors ac vita fit, ut comperitur ex iis quæ præcepit Moyses, & ipsi Judæi filii hominum testantur, qui quando sabbatum transgrediuntur, dictitant, se transgredi legem suam. Siquidem quandoque observatum est Sabbatum, ideo quia datum fuit veluti in requiem populi, & non hominum dumtaxat, sed etiam brutorum. Nam dixit: [d] *Requiescet bos & jumentum & omne animal.* Porro si pro morte & pro vita, vel pro peccato & justitia posita est lex de sabbato, quæ utilitas est bruto in ejus observatione? vel quodnam detrimentum est in illius transgressione? Ecce videmus, quod iis diebus quibus peragit animal brutum opus servitutis, & operoso labore defatigatur, amplius meretur. Nam eo tempore quo operatur & laborat jumentum, cum conatu ferens onus & patienter opus faciens, & boves sedulo arant, quia defatigantur, non vacat eis quodammodo tempus ad patranda peccata. Sed die sabbati, quia vacant jumenta & boves & omnia bruta, singula in turmis suis sine delectu fornicantur, commiscenturque maribus & omnibus cognatione carnis sibi conjunctis. Hæc autem nec eis crimini dantur, nec redarguuntur, nec condemnantur, quod hæc perpetrant in die illa Sabbati; quoniam hujuscemodi est ingenium & natura bruti. Agnosce itaque & scito, quod sicut non imputantur in peccatum brutis, quæ perpetrant turpibus hisce commixtionibus; ita neque justitia aliqua aut meritum eis tribuitur. Nam retributio justorum meritorum in sæculo futuro in resurrectione mortuorum fit eis, qui operantur opera justitiæ: brutorum autem resurrectio nulla est, ideo neque accipiunt retributionem sabbati obervati, neque veniunt ad judicium. Et sicut de aliis præceptis non est imposita lex brutis ut ea observarent, ita neque ex sabbato ulla est illis utilitas. Nam Sanctus jussit in lege sua: [e] *Non mœchaberis;* brutum autem audacter & sine ulla exceptione & delectu mœchatur, & fornicatur. Dictum est in lege: [f] Maledictus omnis, qui accipit in uxorem sororem suam, omnesque alias sanguine conjunctas. Hæc autem omnia quæ vetita sunt, patrantur a brutis. Item scriptum est: [g] *Non occides.* Et brutum animal propter ruditatem & feritatem suam occidit socium suum, & comedit carnes ejus. Scriptum est etiam: [h] *Omnia macta, & comede; sanguinem autem non comedes.* Et animal lingit sanguinem & suave ei videtur carnem immundam comedere. Jam si utilitas aliqua esset ei in

a Exod. XX. 9-11. *b* Exod. XXIII. 12. *c* Deut. V. 14. *d* Exod. XXIII. 12. Deut. V. 13. *e* Exod. XX. 14. *f* Levit. XVIII. 9. *g* Exod. XX. 13. *h* Deut. XII. 23.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



արդեւլուին զնա օրէնք, եւ ապա արդարացուցանէին զնա 'ի պահել անդ շաբաթու : Եւ զի գրեցի զայս ամենայն հաւանութիւն, զի գիտասցես, եւ ճշմարտեսցիս, թէ շաբաթ առ 'ի հանգիստ տուեալ է ամենայն արարածոց, որք գործեն, եւ աշխատին 'ի գործս վաստակոց : Զի եթէ ոչ վասն հանգստեան տուեալ էր մարմնաւորաց, որք վաստակին, եւ գործեն. ապա պարտ, եւ պատշաճ էր, զի զառաջին ժամանակն արարածք, որք ոչ վաստակէին, օրէն իցէր նոցա, զի պահիցէին զշաբաթս, որպէս զի արդարանայցէին : Այլ ահաւասիկ տեսանեմք, զի արեգակն գնայ. լուսին, եւ աստեղք ընթանան. ամպք օրինակ նետից տարածանին. թռչունք խաղան ընդ այերս օդոց. աղբիւրք վայելեն 'ի բղխմունս իւրեանց. ալիք կուտակին վէտք վէտք, խորշէղէն պարուտակեալ մղմամբք իւրեանց. փայլատակմունք ընթանան 'ի սաստիկ անտի հրամանին, եւ լուսաւորեն զարարածս. որոտմունք ստիպաւ դիզադէզ 'ի պատշաճ ժամու իւրեանց կարկեալ որոտան. ծառք բողբոջեն պտղովք իւրեանց. բոյս, եւ սնունդ ամենայն բանջարոց զուարթացեալ հզօրանայ, եւ իրք ամենայն հաստատեալ կան յածումն ազգի իւրեանց. եւ ինչ ոչ երեւի մեզ, եւ ոչ մի ինչ, թէ հանգեաւ յաւուրն շաբաթու, բաց 'ի մարդոյ, եւ յանասնոց, որք ընդ հնազանդութեամբ աշխատութեան վաստակոց են :

observatione sabbati, primo lex prohiberet brutum ab his omnibus immunditiis, ut deinde justificaret illud in observatione sabbati. Hæc omnia scripsi, ut scires & certo teneres, sabbatum in requiem datum fuisse omnibus creaturis, quæ operantur & defatigantur in operibus defatigationis. Nam nisi propter requiem datum esset sabbatum creaturis illis corporeis, quæ operando lassantur; necessarium conveniensque fuisset, ut, cum ea quoque creata sint quæ in opere suo non defatigantur, data quoque eis esset lex observandi sabbatum, ut ejus observatione sanctificarentur. Sed ecce videmus, quod sol graditur: luna, & stellæ currunt: nubes instar jaculi volantes expanduntur: aves ludunt in aereis regionibus: fontes perenniter emanant: undæ saliunt, earumque fluctus fluctibus cumulantur: fulgura ex vehementi impetu currunt, & illuminant terram: tonitrua si convenienti tempore obmutescant, mox vi repentina perstrepunt: arbores fructus germinant: arbusta, plantæ & germina omnium olerum hilarescentia virescunt: & omnia in rebus juxta genus suum producendis firmiter perseverant. Et ex ceteris rebus nulla est quæ quiescat die sabbati, præter homines & bruta, quæ sub servitute sunt laboris defatigantis eos.

Արդ եթէ յարդարութիւն ինչ տուեալ էր շաբաթն. ապա ադամայ օրէն էր տալ, զի պահիցէ, եւ արդարասցի նովաւ յառաջ քան զիսրայէլ. եւ ոչ զպատուիրան ծառոյն գիտութեան բարւոյ, եւ չարի : Այլ վասն զի ոչ էր տուեալ զադամ 'ի գործ աշխատութեան յառաջ քան զպատուիրանազանցութիւն, ոչ ետ նմա զշաբաթն, այլ յետ պատուիրանազանցութեան, ապա ընկալաւ նա զդատաւճիռ վաստակոյ, եւ աշխատութեան ջանոյն, զի վաստակիցէր յերկիր իբր պարտաւոր, եւ յանցաւոր. եւ եդ 'ի վերայ նորա զդատաստան մահու : Եւ եթէ շաբաթուն պահելն էր արդարութիւն, ենովք նովաւ հաճոյ լինէր Աստուծոյ, եւ արդարքն ամենայնքն, որք սոցին նման են :

III. Porro si sabbatum datum esset ad justitiam assequendam, oportuisset dari Adæ, ut servaret & justificaretur per illud, priusquam daretur Israeli, & non præceptum arboris scientiæ boni & mali. Sed quia Deus non imposuit Adam opus laboris ante transgressionem præcepti, non dedit ei sabbatum; sed post transgressionem præcepti præscripta sunt ei opera sudoris & laboris, ut sudaret in colenda terra tamquam reus & criminosus, in quem sententia mortis pronuntiata erat. Et si ex observatione sabbati esset justitia, Enoch per illud placuisset Deo; & justi omnes qui ejus similes fuerunt.

Եւ ոչ նոյ պահէր զշաբաթն, եւ ասաց ցնա ՏՐ, զքեզ տեսի արդար, եւ սուրբ, եւ անարատ յազգիս յայսմիկ : Եւ ոչ եթէ 'ի պահել անդ շաբաթու արդարացաւ, այլ զի պահեաց զանարատութիւն ամբծութեան յապականիչ դարու անդ. որպէս եւ ցուցանէ գործ տեսչութեան բանին, զի եւ ոչ ամուսնացաւ, իբրեւ ետես եթէ խառնեցաւ ազգն սէթեան ընդ անիծեալ ազգն կայենի, եդ 'ի մտի իւրում, զի մի' արասցէ զկին, եւ մի' որդիք լինիցին, զի մի' 'ի խառնակիլ անդ, անիծիցին եւ նոքա : Իբրեւ ետես Աստուած զսիրտ նորա զի սուրբ, եւ անարատ էր, կամեցաւ զի 'ի նմանէ լինիցէր երկրորդ խմոր բազմանալոյ ներելոյ մարդկան. վասն զի խորհեցաւ ջնջել սատակել զանօրէնս, երեւեցաւ նմա, մինչ հինգհարիւրամեան էր նոյ, եւ ասաց, զքեզ տեսի սուրբ, եւ անարատ առաջի իմ յազգի աստ. արդ արա' քեզ տապան փայտեղէն, զի լիցի քեզ դարան, եւ ամուր ապաստանի. զի ջնջեմ զամենայն մարդիկս վասն մեղաց իւրեանց : Իբրեւ լուաւ նոյ զհրամանս զայս, մինչ էր ամաց հինգհարիւրից, էառ նա 'ի դստերաց անտի սէթայ, յօրհնեալ զաւակէն արդարոց իւր կին, եւ ծնաւ զերիս որդիս, զսէմ, զքամ, եւ զյաբէթ. եւ զգուշացոյց զորդիսն, զի մի' առցեն 'ի կնութիւն 'ի դստերաց անտի կայենի. եւ էառ նոցա կանայս 'ի դստերացն արդարոց, յորժամ մտանելոց էին 'ի տապանն, զի պահեսցի 'ի նոցանէ զաւակ 'ի վերայ երեսաց երկրի, եւ եղիցի հայր թագաւորաց, եւ արդարոց. եւ էանց ընդ նա հոգին սրբութեան 'ի փորձ հանդիսի. զի եւ Քրիստոս կենարար աշխարհի, խափանիչ անիծիցն ադամայ ծնցի 'ի զաւակէ նորա : Արդ ծնաւ նոյ զհայր արդարոց զսէմ հինգհարիւր երկու ամի կենաց իւրոց. եւ իբրեւ ծնաւ զորդիսն երեսին, սկսաւ

IV. Etenim Noe non observavit sabbatum; & tamen dixit ad eum Deus: [a] *Vidi te justum, & sanctum & immaculatum in generatione ista*. Itaque non in observatione sabbati justificatus est; sed quia servavit integritatem vitæ immaculatæ in sæculo illo corrupto; sicut res ipsa comprobavit; neque enim matrimonium contrahere volebat. Nam animadvertens, generationem Seth cum maledicta generatione Cain commixtam fuisse, secum statuerat uxorem non ducere, ne filios susciperet qui commiscerentur cum generatione illa, & simul cum illa & ipsi maledicerentur. Cum autem vidisset Deus cor ejus quod esset sanctum & immaculatum, voluit, ut ex eo esset secundum fermentum multiplicationis, procreationis hominum: decreverat enim delere & interimere iniquos. Apparuit igitur Deus Noe, cum esset quingentorum annorum, & dixit: [b] *Vidi te sanctum & immaculatum coram me in generatione hac*: [c] *Nunc fac tibi arcam ligneam, ut sit tibi veluti arx ad quam confugias, & in qua servari possis, quia delendo delebo omnes homines propter peccata eorum*. Cum audisset Noe qui erat quingentorum annorum, hoc mandatum, duxit de filiabus Seth, ex benedicto semine justorum, uxorem, & genuit tres filios Sem, Cham, & Japhet [d]. Et monuit filios, ne ducerent uxores ex filiabus Cain, sed elegit eis uxores ex filiabus justorum, quando ingressuri erant in arcam, ut servaretur ex eis semen super faciem terræ, & fieret pater regum & justorum. Præclare autem demostratum est, quod per eum transivit spiritus sanctitatis; adeo ut & Christus Salvator mundi & abrogator maledictionum Adæ ex semine ejus nasceretur. Genuit igitur Noe Sem patrem justorum anno quingentesimo secundo vitæ suæ: Et cum genuisset tres filios, cœpit ædificare arcam. Et cælibes servavit filios nonaginta septem annos, & postea dedit eis

a Gen. VII. 1. b Ibid. c Gen. VI. 9. 14. d Gen. V. 31.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

գործել զտապանն։ Եւ պահեաց զորդիս իննսուն և եօթն ամ, և այս էած նոցա կանայս։ Եմուտ նոյ իւրայնօքն 'ի տապանն վեցհարիւրամեան։ և սէմ որդի նորա իննսուն և եօթնամեան։ Եւ եղեն 'ի տապանին երկոտասան ամիս, և տասն օր, մինչ յօր ելանելոյն։ Եւ 'ի նոյէ եղև երկրորդ աշխարհս, և կարգեցաւ եկաց յիւրում հաստատութեան․ վասն զի պահեաց նա զանարատութիւն ամբծութեան յապականիչ դարու անդ։ Եւ ո՛չ թէ զշաբաթ պահեաց, և ո՛չ թլփատութեամբ արդարացաւ․ այլ այսու, զոր ասացի, և ցուցի քեզ հաւանութեամբ։ Եւ եղև 'ի նոյէ այր հաւատարիմ, գլուխ արդարոց, աբրահամ օրինապահ, որ պահեաց զկարգս օրինաց, երբ ո՛չ եդան նմա օրէնք։ Եւ ծնաւ զիսահակ որդի պարգևաց․ և զյակոբ նահապետ ազգաց ժողովրդեան։ Եւ այսոքիկ հարք, և նահապետք արդարք ո՛չ պահեցին զշաբաթ․ այլ հաւատովք արդարացան, և արդարև առաքինացան։ Որպէս և գրեալ իսկ է, հաւատաց աբրահամ յԱծ, և համարեցաւ նմա յարդարութիւն։ Եւ իսահակ, և յակոբ որդիք նորա գնացին յօրէնս, և 'ի պատուիրանս հօր իւրեանց, և հաւատով արդարացան, և ո՛չ շաբաթու։ Եւ յովսէփ յերկրին եգիպտոսի, ո՛չ 'ի պահել շաբաթու արդարացաւ․ այլ ուղղութեամբ իւրով արդար կոչեցաւ․ որ 'ի պակշոտել տիկնոջ իւրոյ 'ի վայելուչ գեղ հասակի նորա, ո՛չ կամեցաւ մեղանչել Աստուծոյ։ Զի եթէ ընդ մահ, և ընդ կեանս եդեալ իցէր շաբաթ․ ընդ մեղ, և ընդ արդարութիւն, այսոցիկ արդարոց վերոյիշեցելոց տուեալ լինէր, զի պահիցեն, և կեցցեն։ Այլ վասն այսր է շաբաթ, զի հանգիցեն ծառայք, և աղախնայք, և եկն, և պանդուխտն, և վարձկան, և անասուն․ զի որք վաստակին, հանգիցեն։

A uxores. Ingressus igitur est Noe cum suis in arcam, cum esset secentorum annorum, & Sem filius ejus nonaginta septem annorum. Et manserunt in arca duodecim mensibus & decem diebus usque ad diem exitus. Ex Noe factus est secundus mundus, & recte ambulavit, stetitque firmus in proposito suo, servans se immunem a contaminatione in sæculo illo corrupto. Et non, quia servavit sabbatum, neque quia circumcisus fuit, justificatus est, sed ex eo quod dixi & ostendi tibi. Ex Noe autem ortum habuit vir fidelis caput justorum, Abraham observator legis, qui servavit præcepta legis, cum non esset ei adhuc imposita lex. Et genuit Isaac filium benedictionis, & Jacob patriarcham generationum & tribuum populi. B Isti autem patres & patriarchæ justi fuerunt, & non servaverunt sabbatum, sed justificati sunt per fidem, & virtutibus claruerunt. Sicut & scriptum est: [a] *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Et Isaac & Jacob filii ejus ambulaverunt in lege & in præceptis patris sui, & justificati sunt per fidem, & non per sabbatum. Et Joseph in terra Ægypti non in observatione sabbati justificatus est, sed innocentia sua justus vocatus est, qui cum domina sua decoram ejus in flore ætatis pulchritudinem concupiscente noluit peccare in Deum. Si propter mortem & vitam constitutum esset sabbatum, & in eo positum esset peccatum vel justitia; his quos dixi, justis mandatum fuisset, ut illud servarent, & viverent. C Verum enim ideo hoc sabbatum præceptum est, ut quiescant servi & servæ, & advena & peregrinus, & mercenarius & jumentum; nempe ut qui fatigantur, quiescant.

Վասն զի փոյթ է Աստուծոյ վասն արարածոց, երէոց, անասնոց, թռչնոց, և վայրասուն գազանաց։ Քանզի ասաց մովսէս յերկրորդելն իւր զօրէնս, ցժողովուրդն։ Զվեց ամ սերմանեսջիր, զի կերիցեն աղքատք ժողովրդեան քո, և զայլն կերիցէ երէ վայրենի։ Եւ վասն թռչնոց ասաց, եթէ գտանիցես զբոյն ձնճղկի կամ 'ի ծառ, կամ 'ի վերայ երկրի, յորում կայցեն մարին, և ձուն, և ձագք․ և նստցի մարին 'ի վերայ ձուոց, կամ ձագուց․ մի՛ առնուցուս զմարին ձուօքն հանդերձ․ այլ արձակեսջիր երթալ զմարին, և առցես զձուսն 'ի քեզ․ և վասն այսորիկ օրհնեսցէ զքեզ Տր Աստուած քո։ Եւ դաւիթ ասաց, ձագուց ագռաւուց, որք կարդան առ նա, նա է համբարակ, և կերակրիչ․ զմարդ, և զանասուն կեցուցանես դու Տր։ Եւ յոբ ասաց, ո՞ արար զցիռ վայրի ազատացեալ շրջել․ և եառ 'ի նմանէ զլուծ հարկի հնազանդութեան, զի արար զանապատն տուն բնակութեան նորա, և զվայր աղտաղտուկ տեղի դադարոյ նորա։ Եւ դարձեալ ասէ, ձագուց արծուեաց պատրաստէ զկերակուր։ Եւ դարձեալ ասաց դաւիթ վասն թռչնոց, և անասնոց, ամենեքեան քեզ սպասեն, և տաս դու նոցա զկերակուր 'ի ժամու։ Տաս դու նոցա, և կերակրին․ բանաս զձեռն քո, և լցուցանես զնոսա։ Դարձուցանես զերես քո 'ի նոցանէ, և խռովին։ Եւ եսայի ասաց, անդ ցինք ժողովեսցին առ միմեանս։ Եւ ինքն հրամայեաց 'ի հրաման բերանոյ իւրոյ, և հոգի տն ժողովեաց զնս, և ձեռն տեառն բաժանեաց նոցա զիւրաքանչիւր չափ վիճակին ժառանգութեան․ Տե՛ս արդ յայսմանէ, և 'ի միտ առ, քանիօն փոյթ են Աստուծոյ վասն ամենայն արարածոց իւրոց․ և ոչինչ վրիպի, և անցանէ ըստ անմոռաց իմաստութեան նորա, վասն այսորիկ զգուշացոյց, և պատուիրեաց լինել հանգիստ օրն շաբաթու։


V. Profecto cura est Deo de omnibus creaturis, feris, brutis, avibus & silvestribus belluis. Moyses iterando legem suam dixit ad populum: [b] *Sex annis seminabis, ut comedant pauperes populi tui, & reliquum edat bestia agri.* Et pro avibus dixit: [c] *Si inveneris nidum passeris vel in arbore vel super terram, in quo stent mater & ova vel pulli, & sedeat mater super ova vel pullos, non accipies matrem cum ovis; sed dimittes matrem abire, & accipies ova tibi; & propter hoc benedicet tibi Dominus Deus tuus.* D Et David: [d] *Pullis*, inquit, *corvorum invocantibus eum ipse dat cibum & escam:* [e] *hominem & jumentum vivificas tu, Domine.* Et Job: [f] *Quis fecit*, ait, *onagrum campestrem liberum ad ambulandum, & accepit ab eo jugum tributi obedientiæ? Nam fecit desertum domum habitationis ejus, & agrum salsuginis locum receptaculi ejus.* Et iterum: [g] *Pullis aquilarum præparat cibum.* Et rursus David de avibus & jumentis: [h] *Omnia*, inquit, *a te exspectant, & tu das illis escam in tempore. Das tu illis, & vescuntur: aperis manum tuam, & imples illa. Avertis faciem tuam ab eis, & turbantur.* Et Isaias dixit: [i] *Illic congregabuntur milvi ad invicem.* Nam ipse imperavit E imperio oris sui: & spiritus Domini congregavit eas; & manus Domini divisit cuique earum mensuram sortis hereditatis. Ex his igitur observa & percipe, quanta cura sit Deo de omnibus creaturis suis. Et nihil fallit & præterit sapientiam ejus oblivisci nesciam. Propterea monuit & præcepit, ut eis esset requies die sabbati.

Եւ ևս լո՛ւր դարձեալ զինչ ասաց․ Զվեց օր արար Աստուած զերկինս, և զերկիր․ և յեօթներորդում աւուրն հանգեաւ յամ գործոց իւրոց․ վասն այսորիկ օրհնեաց զօրն եօթներորդ, և սուրբ արար զնա։ Արդ զի՞նչ ասիցեմք մեք առ այս․ և կամ զի՞նչ իմանայցեմք,

VI. Attende, & audi iterum, quid dixerit Scriptura: [k] *Sex diebus fecit Deus cælum & terram, & die septimo requievit ab omnibus operibus suis: propterea benedixit diei septimo, & sanctificavit illum.* Porro quid dicemus ad hæc? vel quomodo

[a] Rom. IV. 3. [b] Exod. XXIII. 10. [c] Deut. XXII. 6. 7. [d] Psal. CXLVI. 9. [e] Psal. XXXV. 7. [f] Job XXXIX. 5. 6. [g] Job XXXVIII. 41. [h] Psal. CIII. 27-29. [i] Isa. XXXIV. 15. [k] Gen. II. 2. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



Թէ հանգեաւ Աստուած յաւուրն եօթներորդի։ Արդ լո՛ւր, հաւանեցուցից զքեզ վասն այսր, զի Աստուած ո՛չ եթէ վաստակեցաւ ինչ․ և կամ աշխատեցաւ 'ի գործս վեց աւուրն, և հանգեաւ յաւուրն եօթներորդի, քա՛ւ 'ի քէն ասել զայս, այլ զօրութիւն բանիս այս է, թէ կատարեաց 'ի վեց աւուրս զամենայն գործս իւր․ և դադարեաց յաւուրն եօթներորդի յամ գործոց իւրոց, զոր արար։ Լո՛ւր զհաւանութիւն, թէ ո՛չ վաստակի ԱԾ։ Դաւիթ իսկ ասաց, թէ ո՛չ ննջէ, և ո՛չ 'ի քուն երթայ պահապանն իսրայէլի։ Եւ որ ո՛չ ննջէ, և ո՛չ 'ի քուն երթայ, և ո՛չ վաստակելով վաստակի։ Եւ ցորդիսն իսրայէլի ասաց Եսայի, վասն զի անկաւ խորհուրդ այս 'ի սիրտս ձեր, թէ ո՛չ կարէ Աստուած փրկել զձեզ։ մի թէ հունձ հնձեցի՞, և վաստակեցայ․ և կամ ո՛չ ունիցիմ զզօրութիւն ապրեցուցանելոյ, զի ահա 'ի սաստէ իմմէ ցամաքեցուցի զծով, և առնեմ զգետս որպէս զանապատ, և նեխին ձկունք առ 'ի չգոյէ ջուրց․ և զգեցուցանեմ զերկինս խաւարաւ, և առնեմ զզգեստ նոցա իբր զգոյն քրձի։ Որպէս ցամաքեցուցի զծովն կարմիր յաւուրս հարցն ձերոց․ բաժանեցի զյորդանան, և անցուցի զնոսա։ Եւ այժմ կարող էի փրկել զձեզ․ այլ յանօրէնութիւն ձերում անկայք դուք 'ի վաճառ, և իբր ո՛չ վաստակէի, վաստակեցուցէք զիս։ Որպէս և ասաց Մաղաքիաս մարգարէ, ձանձրացուցէք դուք զՏէր պատգամօք ձերովք։ Արդ լո՛ւր, և 'ի մի՛տ առ, զի Աստուած ո՛չ վաստակի, և ո՛չ աշխատի, և հաստատեաց զամենայն գործս իւր։ Քանզի ասաց, բանի՛ Տեառն երկինք հաստատեցան, և հոգւով բերանոյ նորա ամենայն զօրութիւնք նոցա։ Բայց զադամ արար ձեռօք իւրովք։ և ո՛չ գրեալ է, թէ վաստակեցաւ յառնելն նորա։ Եւ զամենայն արարածս իբրև արար բանի՛ բերանոյ իւրոյ, ասաց, և եղեն․ ասաց, և աշխատութեան, և վաստակելոյ զյիշումն ո՛չ արար։ Այլ այսպէս լուա՛յ, զի ասաց, դադարեաց Աստուած յամենայն գործոց իւրոց, և հանգեաւ յաւուրն եօթներորդի։ Արդ եթէ Աստուած, որ անվաստակն է, հանգեաւ, և դադարեցաւ 'ի գործոց իւրոց․ ո՞րչափ ևս առաւել պարտ էր հանգչել այնմիկ, որ ընդ վաստակօք, և ընդ հնազանդութեամբ կապեալ էր։ Նաև Եսայի մարգարէ իսկ ասաց վասն Աստուծոյ, թէ ո՛չ վաստակի, և ո՛չ աշխատի․ և չիք քննութիւն հանճարեղ իմաստութեան նորա։ Եւ 'ի միւսում վայրի ասաց վասն մեղաց ժողովրդեանն, թէ ձանձրացուցեր զիս մեղօք քովք․ աշխատ արարեր զիս։ Արդ տե՛ս, զիա՞րդ երբեմն գրէ, թէ ո՛չ վաստակի, և ո՛չ 'ի քուն երթայ․ և վասն մեղաց նոցա ասէ, աշխատ արարեր զիս։ Ամենայն բանք գրոց բարւոք գրեալ են, և իմաստունք հաւանութեամբ լսեն, և իմանան․ ըստ ասելոյ առաքելոյն, թէ օրէնք բարիք են, բայց եթէ իմանալով ոք ընթեռնուցու զնոսա։ Եւ մարգարէն դարձեալ ասաց, թէ ուղիղ են ճանապարհք տեառն, և անօրէնք գայթին, և գայթակղին 'ի նոսա․ և արդարք յստակամիտ մտօք գնան 'ի նոսա, և վայելեն։ Արդ նման է այս ըստ արտաքին երեսաց բանիս, թէ հանգեաւ ԱԾ 'ի գործոց իւրոց, և անմտաց այսպէս թուի, թէ վաստակեցաւ, և աշխատեցաւ նա։ Եւ իբրև կամեցաւ ջնջել սատակել զմարդիկ վասն բազում ամբարշտութեան մեղաց իւրեանց ասաց, զղջացայ, զի արարի զնոսա։ Այլ ա՛ղէ, եկ լո՛ւր առաքելոյն, որ ասաց․ զի եթէ ո՛չ այսպէս, զիա՞րդ դատէ Աստուած զաշխարհս։ Արդ լո՛ւր սիրելի իմ, և յանձին կալ իմանալով վասն շաբաթու, ըստ հաւանութեան, որ հաւանեցուցի զքեզ վասն թլփատութեան․ զի ղուր տարապարտուց պերճացեալ հպարտանան 'ի պահել անդ նոցա։

Նաև յեսու իսկ որդի նաւեայ ոչինչ հանգոյց զնա՛ 'ի շաբաթու, մինչ տայր պատերազմ ընդ երիքով քաղաքի․ ըստ ասել առաքելոյն նահատակի։ Զի թէ յեսուա՛յ որդւոյ նաւեայ հանգուցեալ էր զնոսա, ո՛չ այլ ինչ ասէր նա վասն աւուրն շաբաթու․ այլ արդ ահաւասիկ կայ շաբաթն Աստուծոյ։ Եւ մակաբայեցիք իբրև սատակեցան 'ի թշնամեաց իւրեանց 'ի պահուն

A intelligemus, quod requievit Deus die septimo? Audi, & ostendam tibi, non quia Deus defatigatus sit, eo quod laboraverit in operibus sex dierum, ideo requievit die septimo. Absit a te hæc opinio: sed vis, & sensus verborum est, quod sex diebus perfecit omnia opera sua, & die septimo cessavit ab omnibus operibus suis, quæ fecit. Audi probationem, quod Deus non fatigetur. Dixit enim David: [a] *Non dormit neque dormitat, qui custodit Israel*. At qui non dormit & non dormitat, neque laborando defatigatur. Similiter ad filios Israel loquutus est Isaias: [b] *Quoniam cecidit in corda vestra cogitatio hæc, quod non possit Deus salvare vos. Numquid messem messui, & defatigatus sum? vel non habeo virtutem eripien-* B *di? quoniam ecce increpatione mea exsicco mare, & facio flumina sicut desertum, & fœtent pisces defectu aquarum. Et induo cælos tenebris, & facio vestimenta eorum, tamquam colorem sacci. Sicut exsiccavi mare rubrum in diebus patrum vestrorum: divisi Jordanem, & feci eos transire. Et nunc poteram salvare vos: sed in iniquitate vestra vos venumdati estis; & cum non fatigarer, fecistis me defatigari*. Sicut etiam Malachias propheta: [c] *Delassari*, inquit, *vos fecistis Dominum sermonibus vestris*. Insuper audi & cognosce, quod Deus non fatigetur neque laboret, immo quod confirmet omnia opera sua. Nam scriptum est: [d] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Adamum fecit manibus suis; C & non est scriptum, quod fatigatus sit in operatione sua. Et omnes creaturas cum fecisset verbo oris sui; dixit, & facta sunt; dixit, sed de labore & fatigatione mentionem nullam fecit: Sed sic audivimus: [e] *Cessavit Deus ab omnibus operibus suis, & requievit die septimo*. At si Deus qui non fatigatur, requievit & cessavit ab operibus suis; quanto magis debuit requiescere ille, qui manens in servitute obnoxius est defatigationi? Etiam Isaias propheta alio loco affirmavit de Deo [f], quod non fatigetur & non laboret, & quod non sit indagatio altissimæ sapientiæ ejus. Et alibi Deus dixit de peccatis populi: [g] *Fecisti me delassari peccatis tuis; & fecisti me laborare*. Jam vide, qualiter modo scribit quod non fatigetur, & D modo quod non dormitet, & de peccatis eorum dicit: *fecisti me laborare*. Omnia verba scripturarum bene scripta sunt, & sapientes assentientes audiunt & intelligunt, juxta dictum Apostoli [h], *quod lex bona sit, sed si quis intelligens legat illam*. Nam etiam propheta Osea dixit: [i] *Quod recta sit via Domini; sed iniqui labuntur, & offendiculum patiuntur in ea: justi autem pura mente ambulant in ea, & delectantur*. Porro hujusmodi esse videtur sermo ille, si verbo tenus intelligatur, quod *quieverit Deus ab operibus suis*. Nam dementes putant, quod defatigatus fuerit Deus & laboraverit. Ita etiam cum vellet delere & interimere homines propter multam impietatem peccatorum eorum, dixit: [k] *Pœnitet me, quod* E *fecerim eos*. Age insuper, & audi Apostolum dicentem: Quod si non ita est, [l] *quomodo judicabit Deus hunc mundum?* sed audi demum, carissime, accipe & disce id de sabbato, quod dixi tibi de circumcisione; scilicet in ejus observatione frustra & inaniter gloriantes illos superbire.

VII. Nam neque Jesus filius Nave fecit eos quiescere die sabbati, dum pugnaret contra civitatem Jericho: quemadmodum testatur Apostolus, dicens: [m] *Nam si Jesus filius Nave præstitisset eis requiem, nihil aliud diceret ille de die sabbati; at vero, ecce remanet sabbatum Dei*. Et Machabæi sabbatum cu-

a Psal. CXX. 4. *b* Isa. XL. XLI. L. *c* Malach. II. 17. *d* Psal. XXXII. 6. *e* Gen. II. 2. *f* Isa. V. 27. *g* Malach. II. 27. *h* I. Tim. I. 8. *i* Osee XIV. 10. *k* Gen. VI. 7. *l* Rom. III. 6. *m* Heb. IV. 8.

շաբաթու · խորհուրդ 'ի մէջ առին ընտանութե՛ք կամօք, զի մարտիցեն զմարտ պատերազմի իւրեանց, քան պահի_ցեն զշաբաթն, և լուծին անդէն և անդ զշաբաթն ։ Այլ և քահանայք 'ի տաճարի անդ լուծանեն զշա_բաթն, և առանց մեղաց են ։ Վասն զի յաւուր անդ շաբաթու մատուցանէին զպատարագս, զենուին, կո_տորէին զփայտ, և այրէին 'ի հուր · և ո՛չ լինէին պարտաւորք 'ի լուծանել անդ շաբաթու · վասն զի այս_պէս իսկ հրամայեալ էր նոցա առնել ։ Արդ եթէ քահանայք զգուշացուցիչք ժողովրդեանն լուծանէին զշաբաթն, մանաւանդ 'ի տաճարի անդ, ուստի ամե_նայն մեղաց ելանէր քաւութի՛, և ոչինչ համարեցան մեղք, ընդէ՞ր պերճացեալ հպարտանան 'ի պահել անդ շաբաթու · որ հանգիստ տուեալ է որպէս հաւանե_ցուցի զքեզ ։

A stodientes, cum occiderentur ab hostibus suis, ceperunt consilium communi voluntate, ut pugnarent & inirent certamen potius, quam servarent sabbatum. Et inde ibi sabbatum solverunt. Etiam [a] sacerdotes in ipso templo solvebant sabbatum, & erant sine crimine. Nam in ipsa die sabbati offerebant sacrificia, mactabant victimas, incidebant ligna & igne comburebant; & quod solverint sabbatum, non reprehendebantur, quia sic jussum erat, ut facerent. Quod si sacerdotes admonitores populi solvebant sabbatum, præsertim in ipso templo unde exibat propitiatio omnium peccatorum, & nullum eis imputatum est peccatum; quare gloriantes superbiunt in B custodiendo sabbato quod datum est ad requiem, sicut dixi tibi?

Բայց արդ եկ լո՛ւր վասն շաբաթու, զոր Աստուա՛ծ կամեցաւ [b], թէ ո՞ր է ։ Եսայի ասէ ցնոսա, այն է հանգիստ իմ, յորժամ առնիցէք հանգիստ տառապե_լոց ։ Եւ դարձեալ ասաց, եթէ որք պահիցեն զշաբաթ, և ո՛չ լուծանէ · նոքա են հաստատեալք հզօրանան յուխտ հրամանաց իմոց, և ընտրեն, զոր ես կամիմ ։ Զո՞ր · զի ո՛չ լուծանեն զշաբաթ · զի ո՛չ եթէ հան_գիստ Այ̃ ասաց, և խոստացաւ նոցա տալ ։ Քանզի ասաց եթէ տաց նոցա զտեղի, և վայր 'ի տան իմում, և 'ի պարսպի իմում, և զանուն որ լաւ է քան զուս_տերս, և զդստերս ։ Արդ ոչինչ օգուտ է շաբաթ վ̃ն մեղաւորաց, և ո՛չ գողոց, և պոռնկաց, և սպանո_ղաց · բայց եթէ այնոցիկ, որք խնդրեն զոր ինչ ես կամիմ · և պահեն զձեռս իւրեանց 'ի չար գործելոյ, 'ի նոսա բնականայ Ած̃, և 'ի նոսա հանգչի, ըստ բարբառոյ մարգարէին, թէ բնակեցայց, և դադարե_ցից 'ի նոսա ։ Նաև յաւուրս իսկ եսայեայ նոքա պա_հէին զշաբաթ, և գնային ըստ գործոց պղծութե̃ օտարասեր հեթանոսաց, և ըստ գործոցն սոդոմայ, և գոմորայ գործէին նոքա, և ասէին ցհեթանոսս յապանաս բարբառովն, 'ի բաց առ, 'ի մի կոյս կաց, զի սուրբ եմ ես ։ Վասն այսորիկ ասաց եսայի, թէ այս ամ̃ եղև լուցկի բարկութե̃ իմոյ, և բորբոքումն հրոյ մշտնջենաւոր վառելոյ ։ Եւ էառ ընկէց զնոսա յերկ_րէ անտի իւրմէ, և ցրուեաց վանեաց զնոսա ընդ ամ̃ հեթանոսս · վասն զի ո՛չ պահեցին զհանգիստն կա_մացն Աստուծոյ, և պահեցին զշաբաթն մարմնապէս ։ Արդ մեք պահեսցուք զշաբաթն Աստուծոյ, որով ի՞նք հանգուցանիցեմք զկամս նորա, զի մտցուք 'ի շա_բաթ հանգստեան · զի նովաւ շաբաթանան երկինք, և երկիր, և հանգչին դադարին ամենայն արարածք ։ Եւ մի՛ լիցուք անդ վատասիրտք, փախչօղք, զկապարճս դարձուցեալք · և եղեալք փախստեայք · ըստ բանին, զոր ասաց փրկիչն, թէ մի՛ լինիցի փախուստն ձեր ձմերայնի · մի՛ 'ի շաբաթու ։ Եւ առաքեալն ասաց, եթէ ցարդ ես կայ շաբաթն Այ̃ ։ Զայս հաւանութե̃ս գրեցի քեզ վասն շաբաթու ընդդէմ այնոցիկ, որք հպարտացեալք պարծին նովաւ ։

VIII. At vero age sis, & audi, quale sabbatum, quo nomine requies significatur, Deus imperat servari. Isaias dicit: [b] *Illa est requies mea, cum feceritis requiem afflictis*. Et iterum ait: [c] *Qui autem servabunt sabbatum & non solvent, sunt qui firmi & stabiles sunt in pacto mandatorum meorum, & eligunt quod ego volo*. Profecto isti non solvunt sabbatum. Siquidem Deus pollicitus est & promisit, se eis requiem suam daturum. [d] *Dabo eis*, inquit, *locum & habitaculum in domo mea, & nomen quod melius est filiis & filiabus*. Porro nihil prodest sabbatum peccatoribus C neque furibus & fornicatoribus & homicidis, *sed iis qui*, ut ait, *quærunt quidquid ego volo, & abstinent a maleficiis*: in his utique inhabitat Deus, & in eis, juxta eloquium prophetæ: [e] *Inhabitabo, & quiescam in eis*. In diebus quoque Isaiæ illi servabant sabbatum, & ambulabant juxta opera coinquinationis alienigenarum gentium, & juxta opera Sodomæ & Gomorrhæ, & dicebant gentibus superba locutione: [f] *Abi, secede a me, quoniam ego sanctus sum*. Propterea dixit Dominus per Isaiam: [g] *Hoc totum accensio est iræ meæ, & inflammatio ignis sempiterni accensi*. Itaque accipiens projecit eos a terra illa sua & dispulit, & dispersit eos per omnes gentes, D quia non servaverunt requiem voluntatis Dei, & servaverunt sabbatum corporaliter. Nos autem servemus sabbatum Dei, ut faciamus requiem voluntatis ejus, ut intremus in sabbatum requiei; quia per eam sabbatum agunt cælum & terra, & quiescunt & cessant creaturæ omnes. Et ne simus pravi cordis, fugientes, vertentes pharetram, & fiamus transfugæ, juxta ea quæ monuit Salvator: [h] *Ne fiat*, inquiens, *fuga vestra in hieme neque sabbato*. Et Apostolus dixit: [i] *Quod usque modo restat adhuc sabbatum Dei*. Hæc quidem sunt quæ opus esse duxi, ut ad te scriberem de sabbato, contra eos qui superbientes in illo gloriantur.

a Matth. XII. 5. b Isa. XXVIII. 12. c Isa. LVI. 4. d Ibid. ṽ. 5. e Levit. XXVI. 12. II. Cor. VI. 16.
f Isa. LXV. 5. g Isa. LXVI. 15. h Matth. XXIV. 20. i Heb. IV. 9.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

A

ՃԱՌ ԵՐԵՔՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ·

Օրինակ ցուցանելի վասն ընտրութեան կերակրոց։

Յոյժ իմն երկուանալեալ ստամոքին միտք, և խորհուրդք տգէտ, և տխմար մարդոյ, վա՞ն ինչ ինչ կերակրոյ, որք 'ի բերան մտանեն, զի ո՛չ կարեն պղծել զմարդն։ Եւ այսպէս ասեն, որք յայսպիսի ախտս հիւանդացեալ կան։ Աստուած եզատ և ընտրեաց, և եցոյց Մովսիսի ծառայի իւրում, և ծանոյց զոր ինչ արժան է ուտել, և զոր օրէն է պղծել։ Եւ զգուշացոյց զնա՝ վասն անասնոց, և թռչնոց, և ձկանց եւս ծովու ըստ ազգի իւրեանց։ Արդ վասն այսորիկ սիրելի, որչափ և ունիցիմ կար յանձին, տաց քեզ սակաւ հաւանութիւն։

Զի կերակուրք ոչինչ օգտեն պահողաց իւրեանց, և ոչինչ վնասեն այնոցիկ, որք 'ի կիր արկեալ վարեն նոքօք։ Վասն զի սուրբ բերանն Աստուծոյ վկայեաց, թէ ո՛չ այն, որ մտանէ 'ի մարդ անդր, պղծէ զնա, այլ որինչ 'ի մարդոյն ելանէ, այն է, որ պղծէ զնա։ Եւ զայս ասաց փրկիչն մեր, զի հատցէ զպատճառս փարիսեցւոց, և սադուկեցւոց, որք պերճացեալ հպարտացեալ պարծէին աւազանօք, և մկրտութեամբ, և ձեռացն լուացմամբ, և ընտրութեամբ կերակրոց։ Յայնժամ մատեաւ եկաց յառաջ յանդիմանութեամբ, և ասէ ցնոսա։ փարիսեցիք կոյրք, և չլամիտք, է՞ր վասն լուանայք դուք զարտաքին բաժակին, և սկաւառակին. և 'ի ներքուստ լի էք մեղօք, և յափշտակութեամբ։ Եւ նման էք դուք գերեզմանաց բռելոց. զի արտաքոյ պայծառակերպ են, և երևին գեղեցիկք, և 'ի ներքոյ լի են ոսկերօք մեռելոց, և ամենայն պղծութեամբ։ Եւ ընտրեաց եզատ, և եցոյց նոցա, թէ ո՛չինչ օգտին 'ի պէսպէս մկրտութեանց աւազանացն, և սուրբ պարկեշտութեանցն պահելոյ։ Եւ ասէ ցնոսա, 'ի սրտի լինին խորհուրդք չարութեան, և նոքին չարիքն, որք 'ի սրտէն ելանեն, նոքա են որք պղծեն զմարդն, և ո՛չ կերակուրք։ Վասն զի կերակուր յորովայն երթայ, և անտի ընդ սրբանն արտաքս անկանի. և ոչինչ պղծի մարդն նովաւ։ Արդ եթէ ամենայն սուրբ և անոյշ կերակուրք, որք ազնիւ թուին քմացն հոտով, և տեսլեամբ, և համով, զամենայն կերիցէ մարդ, և վայելեսցէ. քիմն իւր միայն զգան զանուշութիւն ճաշակելի կերակրոցն, և անտի ընդունի ստամոքսն և բաժանէ զոյժ զօրութեան ընդ որովայն, և ընդ անդամս մարմնոյն։ Եւ յորժամ իջանէ կերակուր 'ի ներքս անդր, փոխանակ անոյշ հոտոյն, դառնայ և լինի չարահոտ նեխութեան. և փոխանակ ցանկալի տեսլեանն, և ազնիւ համոյն դառնայ և լինի չարադոյն, չարատեսիլ, և անկանի արտաքս ընդ սրբանն։ Եւ թէպէտ զհաց յուռի, և չարահամ կերիցէ մարդ, որ ո՛չ տեսիլն բարւոք է, և ո՛չ համն անոյշ. և ո՛չ տեսիլն ցանկալի, ընդ նոյն ճանապարհ երթայ 'ի մարդ անդր. և տայ զոյժ զօրութեան ամենայն օդապատ անդամոցն. և անտի դարձեալ ընդ սրբանն արտաքս անկանի։ Եւ առնէ դէպ, թէ յանոյշ կերակրոցն առաւել զազիր լինի հոտ, քան 'ի յուռւոյ։ Եւ յայսպիսահաս կերակրոց ամենայնէ ո՛չ մեղք գոն, և ո՛չ արդարութիւն։

Եւ առաքեալն երանելի եհատ զպատճառս այնոցիկ, որք պարծէին կերակրովք, և հպարտացեալք 'ի միտս յայս խոտէին, և ընտրէին զկերակուրս. և ասէ ցնոսա։ Կերակուրք զմեզ ո՛չ կացուցանեն առաջի Աստուծոյ։ Քանզի ո՛չ թէ ուտիցեմք, օգտիցիմք ինչ. և ո՛չ թէ չուտիցեմք, վնասիցիմք ինչ. Արդ եթէ զամենայն դարմանս, և զկերակուրս կերիցէ մարդ. և արժանակշիռ կարգաւ, առանց շուայտելոյ վայելեսցէ զարարածս Այ և արդար կորով հաւատով ընկալցի զպարգևս նորա, չիք ինչ մեղք, և յանցանք 'ի նմա։ Եւ եթէ հող կերիցէ իբրև զօձ, և 'ի թիւնից օձի զանգեալ կայցէ 'ի նմա. չիք ինչ շահ, և օգուտ 'ի նմանէ։ Վն

SERMO DECIMUS TERTIUS.

De ciborum delectu.

I. Mens & cogitatio ignari & rudis hominis huc illuc vertitur, dubius atque incertus de quibuscumque cibis qui in os ingrediuntur; etsi non possint polluere hominem. Nam qui hujusmodi animi infirmitate laborant, ita secum loquuntur: Deus discrevit & selegit, ostenditque Moysi servo suo [a], & indicavit quidquid licitum est manducare, & quid illicitum quidve pollutum. Et monuit eum de animalibus & avibus, & etiam de piscibus maris juxta B genus suum. Idcirco, carissime, quoad potero, paucis tecum hac de re agam.

II. Cibi nihil juvant eos qui ipsis abstinent, nihilque nocent illis qui eos adhibent eisque utuntur. Etenim sancto ore suo ita Deus testatus est: [b] *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Et hoc dixit Salvator noster, ut obstrueret os Pharisæorum & Sadducæorum, qui jactabundi & superbientes gloriabantur de lavacris & baptismis & lotione manuum & electione ciborum. Accessit enim tum ad eos, graviterque objurgans, ait: [c] *Pharisæi cæci & C amentes, quare lavatis vos exteriora calicis & paropsidis; intus autem pleni estis peccatis & rapinis? & similes estis vos sepulcris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni immunditia.* Atque ita, re omni exposita atque æstimata, demonstravit nullum esse emolumentum a variis immersionibus & lavacris statutisque abstinentiis servandis. Et dixit eis: [d] *In corde fiunt cogitationes malitiæ; & mala illa quæ exeunt ex corde coinquinant hominem, & non cibi. Nam cibus vadit in ventrem, & exinde per alvum foras emittitur, & nequaquam coinquinatur homo per illum.* Siquidem omnes cibos bonos & suaves, qui faucibus delicati videntur ob odorem, D speciem & saporem, comedit homo eisque utitur, sed fauces solum sentiunt eorum suavitatem & gustum. Inde autem recipit eos stomachus, & dividit vires virtutis eorum in ventrem & membra corporis. Cum vero esca descendit intus, suavis odor in malum ac fœtidum vertitur, & amabilis species in tetram ac deformem, & delicati sapores in pravos immutantur, & quod reliquum est, emittitur foras per alvum. Et quamvis homo edat panem vilem & secundarium, cujus nec species sit bona neque sapor suavis neque gratus aspectus, haud dissimili separatione in corpus hominis diffunditur, tribuitque vires & robur membris quæ aere circumdantur, & E inde similiter per alvum foras emittitur. Et accidit, ut e suavibus cibis fiat fœtidior odor, quam e vulgaribus. Ab omnibus autem hujusmodi cibis nec peccatum est, neque justitia.

III. Quare beatus Apostolus refellit eos qui gloriabantur in escis, & hoc sensu ac mente elati improbabant & approbabant cibos, dicens eis: [e] *Cibi nos non commendant coram Deo. Non enim, si edamus, habebimus utilitatem aliquam; neque, si non edamus, habebimus nocumentum aliquod.* Porro quemcumque cibum & quodcumque edulium edat homo, si ea mensura ac modo quo licitum est, & sine crapula utatur creaturis Dei, immo cum justitia, rectitudine & fide suscipiat dona ejus, nullum peccatum & nullum delictum est in eo. Contra vero, si

a Levit. XI. b Matth. XV. 11. c Matth. XXIII. 25. 26. d Matth. XV. 17. 18. 19. e 1. Cor. VIII. 8.

զի ամենայն արարածք ԱՅ բարի են, և չիք ինչ խո-
տան, և անարգ 'ի նոսա, և սրբին 'ի բանն ԱՅ 'ի
ձեռն աղօթից: Եւ զայս սիրելի, ասաց առաքեալն
ընդդէմ մանկանց ժողովրդեան իւրոյ, մինչ ետես զի
պղծէին, և խոտէին զկերակուրս հեթանոսաց: Վն
զի որդիքն իսրայէլի ո'չ խառնակին ընդ իւրս ամենայն,
և ընդ ամենայն կերակուրս, զորս հեթանոսք առնեն.
և զգինի, զոր հեթանոսք արկանեն 'ի հնձան, նոքա
ո'չ ըմպեն: Վասն զի ազգք հեթանոսաց, 'ի վերայ
ամենայն հնձանաց, և կալոց զզոհս մատուցանեն, և
յիշատակեն զանուն կռոց իւրեանց: Վասն այն ո'չ
խառնակին եբրայեցիք ընդ կերակուրս նոցա: Եւ այս
իմաստ հիւանդամտաց է: Եւ առաքեալն եհան
զպատճառս այնոցիկ, որք յայս միտս հաստատեալ
կային, և ասաց, թէ ամենայն կերակուրք 'ի բանն ԱՅ
սրբին 'ի ձեռն աղօթից: Քանզի ամենայն մարդ, որ
վայելէ յարարածս ԱՅ. և յառաջ քան զուտելն 'ի
նոցանէ սրբէ, և փառաւորէ, և օրհնէ. կայ յաղօթս, և
յիշատակէ զանուն արարչին արարածոց. 'ի ձեռն մտաւոր
աղօթիցն սրբին, և մաքրին, և մերժին 'ի նոցանէ
զօրութիւնք չարին: Եւ ասէ դարձեալ առաքեալն, եթէ
ոք 'ի հեթանոսաց կոչիցէ զձեզ 'ի ճաշ, և կամիցիք
երթալ, զամենայն, զոր դնիցէ առաջի ձեր, կերիջիք.
և վասն մտաց հարցանելոյ փոյթ մի' առնիջիք:

A terram edat quasi serpens, & in cibo ex venenis serpentis composito perseveret; nullum inde est ei emolumentum & nulla utilitas. Namque creaturæ Dei bonæ sunt, & nihil est immundum & contemtibile in eis; & sanctificantur verbo Dei per preces. Et hoc, carissime, dixit Apostolus contra filios populi sui, cum vidisset, eos contaminatos & contemtibiles putare cibos gentium. Nam filii Israel non communicant cum gentibus per omnia & in omnibus cibis quos illæ comedunt; & vinum quod gentes mittunt in torcularia, ipsi non bibunt. Quippe nationes gentium super omnia torcularia & areas hostias offerunt, & commemorant nomen idolorum suorum. Propterea Hebræi non communicant cum B illis in omnibus cibis; sed ita sapiunt, qui mente debiles atque infirmi sunt. Quare Apostolus abstulit errorem eorum qui in hac sententia firmi stabant, & ait: [a] *Omnes cibi verbo Dei sanctificantur per orationes*. Nam homo qui utitur creaturis Dei, &, antequam manducet aliquid ex eis, sanctificat & glorificat & benedicit, orat & commemorat nomen conditoris creaturarum; per spirituales ejus orationes, illæ sanctificantur & purificantur, & expelluntur ab eis virtutes maligni. Et iterum dicit Apostolus: [b] *Si quis infidelium vocat vos, & vultis ire; omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.*

Վասն այսորիկ սիրելի իմ, որչափ և կարասցեմ,
տեղեկութիւն ցուցից քեզ: Արդ' զի ընտրեաց, և յայտ
արար Տէրն ԱՅ մեր զկերակուրս, ո'չ ոպ թէ արդարութի
ինչ լիցի նոցա, այլ վասն յայրատութ, և որկրամոլութ
իւրեանց եդին նոցա զհնարս զայս, յերկրպագութէն
որ 'ի մեղաց, զոր պաշտէին նոքա յերկրին եգիպտա-
ւոց: Քանզի 'ի սկզբանէ իբրև արար զմարդն, այսպէս
ետ հրաման սուրբն ադամայ, և ծննդոց նորա. թէ
ահաւասիկ ետու ձեզ զանասուն, և զթռչուն, և զա-
մենայն ազդ երէոց, հեղջի'ք զարիւն 'ի վերայ երկրի,
և կերիջիք. և իբրև բանջար համարեալ լիցի ձեզ.
բայց միայն զարիւն մի' ուտիցէք, այլ յերկիր հեղջիք
իբրև զջուր, վասն զի արիւնն շունչ է անասնոց, և
ամենայն թռչնոց: Զայս հրաման ետ ԱՅ յառաջին
դարուն. և ոչինչ յայտ արար առաջի նոցա զորոշումն
կերակրոց: Վասն զի եթէ մեղք ինչ, և օրինազանցութ
կային 'ի կերակուրս, նախ ադամայ և եւայի ընտրէր,
և որոշէր զսուրբն 'ի պղծոյ. որպէս զգուշացոյց զնոսա
վասն արեան: Եւ դարձեալ նոյի, և որդւոց նորա
զնոյն պատուիրեաց, և ոչինչ զատոյց նոցա: Այլ
քանզի գիտեմք մեք վասն սրբոց, և արդարոց, որք
եղեն յառաջնոյ դարէն մինչև ցմովսէս, որ ընտրեաց,
և մեկնեաց զկերակուրս որդւոցն իսրայէլի. յայս ամե-
նայն դարս զամենայն կերակուրս, յորոց մարդն ո'չ
դարշէր, և սոսկէր, համարձակ անխտիր ուտէին ա-
ռանց մեղաց: Այլ զայս, զի պատուիրեաց որդւոցն
իսրայէլի, և զատոյց մեկնեաց նոցա զկերակուրս, վն
զի դարձան և խոտորեցան յերկրպագութիւն եգիպտա-
ցւոց, և թողին զԱստուած հարցն իւրեանց, վասն
զի եգիպտացիք երկիրպագանէին եզին, և որթոյ: Եւ
արդ ես հաւանեցուցից զքեզ վասն այսորիկ: Զի
իբրև եկին եղբարքն յովսէփու առ նա յեգիպտոս. և
հրամայեաց հազարապետին իւրում պատրաստել նոցա
զճաշ մեծ. և 'ի ժամ ճաշոյն իբրև մտին 'ի բազմա-
կանն. գրեալ է, թէ էկեր յովսէփ միայն առանձինն,
և եղբարք իւր միայն առանձինն: Վասն զի ո'չ կարէին
եգիպտացիք ուտել զհաց ընդ եբրայեցիս. զի պղծութ
համարեալ էր ընդ նոսա: Զի որդիքն իսրայէլի յա-
ռաջագոյն քան չև էին մտեալ յեգիպտոս, ուտէին
զմիս ամենայն որթուոյ, և ոչխարի. և եգիպտացիքն
ո'չ ուտէին, զի զնոսա պաշտէին, և իբր դիք համարեալ
էին նոցա: Եւ յորժամ էջ յակոբ յեգիպտոս, վարեաց
յովսէփ ընդ իւր հինգ այր յեղբարց անտի, և տարեալ
կացոյց զնոսա առաջի փարաւոնի. և ետ նոցա զբան
մի մի մեծաւ պատուիրանաւ, թէ յորժամ հարցանիցէ

IV. Propterea, carissime, quantum potero, plane id tibi ostendam. Sanctus Deus noster elegit, designavitque cibos & escas, non quod in eis posita sit justitia aliqua; sed propter Hebræorum lasciviam C & gulam industri quadam sollertia legem de his constituit, ut ab earum rerum cultu & adoratione Israelitas avocaret, quas peccantes in terra Ægyptiorum coluerant. Nam ab initio, quando fecit hominem, mandavit Sanctus Adæ, & deinde semini ejus, talia dicens: [c] *Ecce dedi vobis animalia & aves & omne genus pecorum campi: effundetis sanguinem eorum super terram, & manducabitis illa, & tamquam olus habebitur vobis:* [d] *tamen solum sanguinem non edetis; sed effundetis in terram, tamquam aquam: quia sanguis est spiritus animalium, & omnium avium.* Hoc mandatum dedit Deus in primo sæculo, & non demonstravit eis discretionem ciborum. Nam si esset aliquod peccatum & prævaricatio in D cibis, primum Adam & Evam docuisset Deus eligere & discernere sanctum a polluto, sicut admonuit eos de sanguine. Et similiter Noe, & filiis ejus [e] idem de sanguine præcepit, & nullum ciborum discrimen assignavit. Scimus enim, quod justi qui fuerunt a primo sæculo usque ad Moysen, qui delectum & separationem ciborum filios Israel edocuit, toto illius temporis spatio omnia quæ non abominatur & horret homo, libere & sine exceptione edebant absque peccato. At ideo mandavit filiis Israel, ut discernerent & separarent cibos, quia retro conversi sunt, & derelicto Deo patrum suorum, declinaverunt in adorationes & cultus Ægyptiorum, qui bo- E vem & vitulum adorabant. Id autem hoc loco planius edisseram. Cum advenissent fratres Joseph ad eum in Ægyptum, dispensatorem suum parare eis prandium magnum jussit. Hora autem prandii postquam discubuerunt, scriptum est [f], Joseph manducasse solum seorsum, & fratres ejus solos seorsum. Nam Ægyptii non poterant manducare panem cum Hebræis, quia æstimabant se pollui, si cum eis ederent. Etenim filii Israel, priusquam migrarent in Ægyptum, manducare solebant carnem vitulorum & ovium, minime autem Ægyptii, quia colebant illa, & tamquam numina habebant. Cum itaque Jacob venisset in Ægyptum, Joseph assumsit secum quinque ex fratribus suis, & ducens eos ut sisteret coram Pharaone, hæc singulis eorum enixe præcepit. Cum interrogabit vos Pharao, quod opus exerceris

a Rom. XIV. 14. 20. 1. Cor. X. 30. 31. 1. Tim. IV. 1. H. III. Tim. I. 15. *b* 1. Cor. X. 27.
c Gen. IX. 2-4. *d* Lev. VII. 26. XVII. 14. *e* Gen. IX. 3. *f* Gen. XLIII. 32.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



զձեզ փարաւոն , թէ զինչ գործ ունիք դուք , կամ
զինչ արուեստ . այսպէս ասասջիք ցփարաւոն , հովիւք
խաշնարածք են ծառայք քո , և տեարք ստացուածոց ,
և մեք , և հարք մեր ։ Զի յորժամ ասէ , այսպէս ասէք ,
պատուէ , և յարգէ նա զձեզ . զի հովիւ էք դուք դիցն
եգիպտացւոց . և տայ ձեզ զբարւոք , և զազնիւ տեղի ,
զմարմանդս խաշանց , զերկիրն գիսոնի . և արհամարհէ ,
թողու զձեզ . զի մի՛ տարցէ զոք 'ի ձէնջ , և կացուսցէ
հրամանատար 'ի վերայ գործոց իւրոց ։ Որպէս և գրեալ
է , թէ անարգ համարեալ էր եգիպտացւոց ամենայն
հովիւ խաշնարօտ խաշանց ։ Եւ դարձեալ գրեալ է .
թէ իբրև ասաց մովսէս փարաւոնի , երթիցուք մա-
տուսցուք զպատարագ տեառն Աստուծոյ մերում յա-
նապատի . ասէ ցնա փարաւոն , պաշտեցէ՛ք զտէր Ած
ձեր յերկրի աստ եգիպտացւոց ։ Ասէ ցնա մովսէս ,
չեմք մեք կարող առնել զդոյզն զայդ ։ Վասն զի եթէ
մատուցանիցեմք մեք պատարագ զխաշինս եգիպտացւոց B
յանդիման նոցա , քարկոծեն զմեզ ։ Եւ դարձեալ
գրեալ է . թէ 'ի դիսն եգիպտացւոց արար տէր զդա-
տաստան բարկութե . յորժամ եհար սատակեաց զստա-
ցուածս խաշանց , և անդէոց կարկտիւն ։ Քանզի զստա-
ցուածս խաշանց , և անդէոց ունէին եգիպտացիք ,
որպէս 'ի պէտս պատուոյ , և ո՛չ ուտէին զնոսա , զի
երկիրպագանէին նոցա ։ Բայց կերակուր եգիպտացւոց
մինչև ցայսօր միս խոզի է , հանդերձ բզմ ձկամբքն ,
զորս յաճախէ երկիր նոցա ։ Որպէս ասացին որ-
դիքն իսրայէլի , մինչ ցանկացան կերակրոյ . թէ յիշեմք
մեք , ասեն , զձուկն , զոր ուտէաք յեգիպտոս ձրի . հան-
դերձ շարուահոտ սոխովք , և խստորիւ , և պրասիւն ,
և մեղրապպուպիւն , և սեխով ։ Եւ որդիքն իսրայէլի ըստ
նմին սովորութե եգիպտացւոց գնային , զկերակուր
նոցա ուտէին , և դից նոցա երկիր պագանէին ։

A vel cui arti operam datis, sic ei respondebitis: [a] *Pastores sunt servi tui, pascentes oves, & domini armentorum, & nos & patres nostri.* Nam si vos ita dicetis, fovebit vos atque honore afficiet, quia pastores estis numinum Ægyptiorum, & dabit vobis bonum & nobilem locum, apricam terram ut oves in ea maneant, terram Gessen, & demittet & relinquet vos, neque assumet quemquam ex vobis, ut jussibus suis subjiciat constituatque super opera sua. Sicut & in Scriptura habetur, quod [b] *abjectus reputabatur apud Ægyptios omnis pastor pascens oves.* Et similiter scriptum est, quod cum dixit Moyses Pharaoni: [c] *Ibimus, & offeremus sacrificium Domino Deo nostro in deserto*; ait ei Pharao: [d] *Colite Dominum Deum vestrum hic in terra Ægyptiorum.* B Respondit ei Moyses: [e] *Nos non possumus perficere sermonem istum; nam si offeramus sacrificium oves Ægyptiorum coram eis, lapidabunt nos.* Et iterum scriptum est [f], *quod contra simulacra Ægyptiorum fecit Dominus judicium iræ, quando percussit & occidit armenta ovium & jumentorum grandine.* Quippe Ægyptii in honore habebant greges ovium & jumentorum armenta, & ea non comedebant, quia adorabant. At esca Ægyptiorum usque ad hodiernum diem est caro suilla & pisces quibus eorum terra abundat. Sicut dixerunt filii Israel, dum desideraverunt cibum, dicentes: [g] *Recordamur nos piscium,* C *quos comedebamus in Ægypto gratis, cum odoriferis cæpis, & alliis, & porris; & cucumeribus, & peponibus.* Et filii Israel secundum consuetudinem illam Ægyptiorum ambulantes, cibos eorum comedebant & idola adorabant.

Արդ ճշմարտեալ գիտասցես , թէ զկռապաշտութե
առնէին նոքա յերկրին եգիպտացւոց , և դից նոցա
երկիր պագանէին ։ Քանզի յեսու որդի նաւեայ 'ի ժա-
մանակի մահուան իւրոյ կոչեաց զորդիսն իսրայէլի , և
ասէ ցնոսա , ընտրեցէ՛ք այսօր , զո՞ պաշտէք դուք ։
Եթէ զդիսն , զորս պաշտեցին հարքն ձեր յանցս գե-
տոյն . թարա հայրն աբրահամու , և հաւն նաքովրայ .
եթէ զդիսն , զորս պաշտեցիք դուք յերկրին եգիպտա-
ցւոց ։ Բայց ես տամբ , և ընտանեօք իմովք զտէր Ած D
պաշտեմք , և նմա միայն երկիր պագանեմք ։ Եւ ասեն
ցնա , զտէր Ած պաշտեսցուք , և նմա միայն երկիր-
պագցուք . զի նա է Աստուած մեր ։ Եւ զի ճշմարտեալ
հաւատասցես , թէ ոչխարի , և արջառոյ երկիր պագա-
նէին յերկրին եգիպտացւոց . տե՛ս , և 'ի մի՛տ առ , զի
յորժամ յամեաց մովսէս 'ի լերինն անդր , խոտորե-
ցան նոքա 'ի տեառնէ կռոցն երկրպագութե . ո՛չ արա-
րին զայլ ինչ 'ի կերպարանս նմանութեց յերկրպագութե
իւրեանց . այլ զնմանութե որթոյ , որում սովոր էին
երկիր պագանել յեգիպտոս . և մեծախումբ ժողովովք
խաղացին , վերտեցին , և շահս արարին առաջի որթա-
գլխոյն ։ Եւ ռոբովամ որդի նաբայ իբր խոտորեցոյց
զնոսա , որթագլուխ արար յերկրպագութե նոցա , որ-
պէս երկրպագանէին յեգիպտոս ։ Իբրև ետես սուրբն
փառաւորեալ , թէ ցարդ ևս ո՛չ սրբեցան 'ի խմորոյ
եգիպտացւոց , և 'ի նոյն միտս կռապաշտութե կային
նքա . յայնժամ հրամայեաց մովսիսի ընտրել որոշել նցա E
զկերակուրս , և պղծեաց նոցա զայն ինչ , որ սուրբն
էր նոցա յերկրին եգիպտոսի , և հրամայեաց զայն
ուտել , որում երկրպագէին յեգիպտոս , և չուտէին
'ի նոցանէ վասն գժխեմ , և չարակնծիւ մտաց իւրեանց ։
Նաև զպատարագն ևս , զոր մատուցանէին առաջի նր ,
յայնմանէ , որում երկրպագանէին , հրամայեաց մա-
տուցանել ։ Եւ արդ եկ տե՛ս , զի թէպէտ որոշեաց ,
և յայտ արար նոցա զբազում անասունս 'ի սրբութե .
սակայն յամենեցունց ո՛չ հրամայեաց մատուցանել
զպատարագ , բայց 'ի խաշանց , և անդէոց ։ Այսու-
հետև 'ի մի՛տ առ հաւանութե սիրելի իմ , զի զուր ,

V. Jam vero id faciam, ut intelligas certoque scias, eos in terra Ægyptiorum idololatriæ inservivisse & simulacra eorum adorasse. Nam Jesus filius Nave cum morti proximus esset, vocavit filios Israel, & dixit eis: [h] *Eligite hodie quem vos colatis: utrum idola, quæ coluerunt patres vestri trans fluvium Thare pater Abrahæ, & avus Nachor? an vero idola quæ coluistis vos in terra Ægyptiorum?* D *Ego enim domus & familia mea colimus Dominum Deum, & illum solum adoramus.* [i] *Et responderunt: Dominum Deum colemus, & ipsum solum adorabimus, quoniam ipse est Deus noster.* Et ut certior factus credas, ovem & taurum adoravisse Israelitas in terra Ægypriorum, attende & percipe: Quando Moyses moratus est in monte, declinaverunt illi a Domino in adorationem idolorum. De omnibus autem rerum imaginibus nullam aliam fecerunt ad adorandum, quam imaginem & similitudinem vituli quem solebant adorare in Ægypto. Et coacta magna turba & conventu facto, convivati sunt, & ad pristinos mores redeuntes fe- E cerunt ludos ante caput vituli. Et [1] Roboam filius Nabat, quando a Dei cultu eos avocavit, fecit caput vituli ut illud adorarent, sicut adorabant in Ægypto. Cum autem Sanctus glorificatus vidisset, quod usque ad illud tempus mundati non essent a fermento Ægyptiotum, & in eadem mente ac sensu idololatriæ persisterent, jussit Moysi, ut seligeret & discerneret eis escas; & contaminata declaravit, quæ eis sancta erant in Ægypto; & jussit, ut comederent quæ ibi adorabant, & de quibus propter stultam & perversam eorum mentem non edebant. Et sacrificium quoque quod offerebant coram eo, jussit ut offerrent ex iis quæ in Ægypto colebant. Insuper animadverte & vide, quod quamvis separaverit, & munda declaraverit eis multa animalia; tamen non jussit, ut ex omnibus illis offerrent sacrificium, sed solum de ovibus & de pecori-

a Gen. XLVI. 34. XLVII. 3. *b* Gen. LXVI. 34. *c* Exod. III. 18. V. 1. 2. 3. *d* Exod. VIII. 25. *e* Ibid. ℣. 26. *f* Exod. IX. 23. & seq. *g* Num. XI. 5. *h* Jos. XXIV. 14. 15. *i* Ibid. ℣℣. 16. 17.

1. *Roboam*] Jeroboam.

տարապարտուց, և ունայն են պարծանք Իսրայէլի ընտրութեան կերակրոց:

Արդ եկ առա՛ ցիս ո՛վ դպիր, և իմաստունդ ժողովրդեան: Եթէ պղծութիւն համարեալ է Իսրայէլի մերձենալ, և ուտել զոր ինչ օրէնքն պղծեն, ընդէ՞ր վասն ո՞յր ուխտաւորն Սամփսոն հսկայազն, քաջամարտիկն Իսրայէլի 'ի պիղծ գազանէն յառիւծոյ կերէն, եկն, մատեաւ, մեղեաց զմեղրն յինքն, գնայր գայր և ուտէր, գայր և ծորէր իջանէր 'ի վերայ ձեռաց նորա. և ո՛չ եղեն յանցանք, և եպերանք զկնի նորա վասն գործոյն այնորիկ. և չէ՛ք գրեալ, թէ պղծեցաւ նա: Եւ իբրև արար զնահատակութիւն քաջութեան ծնօտիւն իշոյ, և կուտեաց զմեծակոյտ զրահեանսն յայլազգեաց անտի, ծարաւեցաւ. և մատոյց զաղօթս առաջի ԱՅ իւրոյ, և ասէ, տէ՛ր Աստուած, դու արարեր 'ի ձեռն ծառայի քո զքաջութիւնս զայս մեծ. և այժմ առաւել պապաքեալ 'ի ծարաւոյ աստ մեռանիմ: Եւ լուաւ Աստուած զաղօթս նորա, և բղխեաց անդէն ջուր 'ի ծնօտէ անտի իշոյն. էարբ, յագեցաւ, և անցոյց զծարաւն: Արդ եթէ յանցանք ինչ, և պղծութիւն եղեալ էր 'ի ծնօտ իշոյն. զի ահա յօրինաց պղծեալ է, և պիղծ համարեալ. ընդէ՞ր բղխէր ջուրն 'ի ծնօտէ անտի ուխտաւորին առ 'ի ըմպել: Զի եթէ այս պղծութիւն համարեալ է. ապա պարտ, և պատշաճ էր բղխել ջրոյն 'ի վիմէ, որպէս եհան յանապատի անդ որդւոցն Իսրայէլի, և կամ յերկրէ, որպէս եհան հագարու, և էարբ Իսմայէլ: Եւ եթէ պղծութիւն ինչ էր 'ի կերակուրս, չէ՛ք պիղծ, և աղտեղի 'ի թռչունս ամ, քան զագռաւս, որք բարձեալ բերէին զմիս, և զհաց եղիայի սուրբ մարգարէին, մինչ նստէր թագուցեալ 'ի ձորն քարիաթու: Եւ ուստի՞ արդեօք բերէին ագռաւք զկերակուրն եղիայի, բայց եթէ յերուսաղեմէ, զբաժին մասինն, զոր դնէին քահանայք 'ի մասկողմն անդ, և հաւատով տային 'ի ձեռս ագռաւուց, որք առնուին տանէին եղիայի հրամանաւ Աստուծոյ բարձրելոյ: Եւ սուրբ համարեալ էր կերակուրն եղիայի, զոր 'ի բերանոյ ագռաւոյն ընդունէր, 'ի թռչնոյ անտի, զոր օրէնք պղծեն: Եւ զի ճշմարտեալ գիտասցես սիրելի իմ, թէ վասն պատճառացն հատանելոյ. զի մի' երկրպագեսցեն որթագլխոյ դիցն եգիպտացւոց, վասն այն ընտրեաց, և որոշեաց նոցա զկերակուրսն. և հրամայեաց 'ի նմանէ մատուցանել զպատարագս, յորմէ երկնչէին իսկ նոքա, և պաշտէին յերկրին եգիպտոսի: Քանզի ո՛չ եթէ կարօտութիւն ինչ էր ԱՅ յողջակէզսն պատարագաց. այլ վասն զի արգելցին 'ի պատճառս պատարագաց, յերկրպագութենէ կռոցն պատկերաց, դից դիականց հեթանոսաց. զի մի' յորժամ մտցեն, և խառնակեսցին ընդ նոսա, երկիր պագանիցեն, և պաշտեսցեն զկուռս, և զպատկերս նոցա. որպէս և պագին երկիր կռոցն եգիպտացւոց 'ի մտանել խառնակիլն ընդ նոսա: Վասն այսորիկ կապեաց, և արգել զնոսա, զի առաջի սեղանոյ նորա մատուսցեն զպատարագս իւրեանց, և նուիրեսցեն զնուէրս ողջակիզաց իւրեանց: Եւ թէպէտ յաճախեաց զգուշացոյց զնոսա. սակայն խոտորեցան 'ի նմանէ, պագին երկիր, և պաշտեցին զդիս հեթանոսաց, և եղծին ապականեցին զճանապարհս իւրեանց: Որպէս և մովսէս իսկ ասաց ցնոսա, գիտեմ ես ճշմարտիւ, թէ յետ մահուան իմոյ, եղծանելով եղծանիք դուք, և խոտորիք 'ի ճանապարհէդ, զոր պատուիրեցի ձեզ, և պատահելոց են ձեզ մեծամեծ չարիք 'ի վախճան աւուրց ժամանակաց:

A bus. Quapropter tibi persuasum habeas velim, dilectissime, quod frustra, immerito & inaniter gloriantur Israelitæ de delectu ciborum.

VI. Accede, & dic mihi, o scriba, & sapiens doctor populi. Si enim apud Israelem pollutio censebatur tangere, & edere quidquid lex pollutum declaraverat; quare Nazaræus Samson [a] nobilis & fortis pugnator Israelis, ab immunda bestia, nempe ab ore leonis, ad eum accedens collegit mel? Ibat & redibat manducans mel, quod distillabat & descendebat super manus ejus, nec delicto & opprobrio datum est ei opus illud. Non est enim scriptum, quod fuerit ille pollutus. Et cum ostendisset robur B fortitudinis suæ per maxillam asini, & congessisset magno cumulo thoraces alienigenarum, sitivit, & oravit coram Deo, dicens: [b] *Domine Deus, tu fecisti fortitudinem hanc magnam per manum servi tui; & ecce nunc æstuans siti morior.* Et exaudivit Deus preces ejus, & exivit aqua ex maxilla illa asini: bibit, saturatus est & extinxit sitim. Si itaque delictum aliquod vel pollutio erat in maxilla asini, quoniam a lege polluta & immunda deputata est; quare exibat aqua ex illa, ut Nazaræus biberet? Si enim hinc pollui censebatur, oportebat & conveniebat aquam exire e petra, sicut educta est in deserto filiis Israel: vel ex terra, sicut educta est Agar & bibit Ismael. Insuper si immunditia aliqua C est in cibis, nulla certe est inter omnes aves impurior & immundior corvis, qui tamen tollentes carnem & panem ferebant Eliæ sancto prophetæ [c], dum absconditus sedebat in valle Carith. Et undenam ferebant corvi cibum Eliæ, nisi ex Jerusalem? Nam portiunculam ejus partis quam reponebant sacerdotes ex portione sanctuarii, fidenter tradebant unguibus corvorum, a quibus accepta ferebatur Eliæ jussu Dei excelsi. Et reputatus est mundus cibus Eliæ, quem ex ore corvi accipiebat, nempe ab ave illa quæ contaminata habetur [d]. Profecto plane intelligis, ac cognoscis, carissime, ut omnem caussam & occasionem Hebræis Deus adimeret, ne adorarent caput vituli & idola Ægyptiorum, propterea D elegisse & discrevisse eis cibos; & jussisse, ut ex iis offerrent sacrificia, quæ venerabantur & colebant in terra Ægypti. Quoniam non indigebat Deus holocaustis sacrificiorum; sed ideo instituta sunt sacrificia, ut hac via & ratione avocarentur ab adoratione idolorum, imaginum & simulacrorum gentium; ne cum intrarent eorum terras & miscerentur cum eis, adorarent & colerent idola & imagines eorum, sicut adoraverunt idola Ægyptiorum, cum Ægyptum ingressi cum eis mixti sunt. Propterea obligavit & constrinxit eos, ut ante altare ejus offerrent sacrificia & immolarent holocaustorum hostias. Et quamvis frequenter eos alloquutus sit atque admonuerit, nihilomimus declinantes ab eo, adoraverunt & coluerunt idola gentium, & subverterunt & corruperunt vias suas. Sicut & Moyses dixit eis: [e] *Scio ego vere, quod post mortem meam corrupti corrumpemini vos, & declinabitis ab ista via quam vobis præcepi: & eventura sunt vobis ingentia mala in fine dierum temporum.*

Եւ զի իմասցես հաւանեցցիս, թէ Աստուած չէր կարօտ յաւխտոս, և 'ի պատարագս նոցա. 'ի խունկս, և 'ի նուէրս նոցա. այլ վասն զի արգելցին նոքա, իբրև խոտորեցան, և զթիկունս դարձուցին 'ի նմանէ. և 'ի պատճառս պատարագացն, զոր ետ նոցա, սկսան զոհել դից օտարաց, և առնել սպաս պաշտաման կռոց, և պատկերաց նոցա. յայնժամ բարբառեցաւ նոցա 'ի ձեռն մարգարէին, յասելն անդ իւրում, զի՞նչ իմ և ձեր. յաճախելոյ պատարագաց ձերոց. այսպէս ասէ Տէր. յագեցեալ եմ արդ, շատ է ինձ. զողջակէզս խոյոց,

E VII. Deum autem eorum festis sacrificiis, turibus hostiis non indiguisse, sed hæc omnia imperata fuisse ut ab idololatria avocarentur, ex eo utique percipies, quod cum declinassent & terga Deo vertissent, & legibus atque institutis sacrificiorum quæ eis dederat, uti cœpissent ad immolandum idolis gentium, idololatrici cultus servitium obeuntes deorumque simulacra adorantes, ita Deus loquutus est per prophetam: [f] *Quid inter me & vos, & multitudinem victimarum vestrarum? sic dicit Dominus: Jam satiatus sum, satis est mihi. Holocausta arietum:*

a Jud. xv. 9. b Jud. xv. 18. c III. Reg. xvii. 6. d Levit. xi. 15. e Deut. xxxi. 29. f Isa. i. 11-14.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

և զճարպս գառանց, և զարիւն ցլուց, և նոխազաց ո՛չ կամիմ տեսանել. և ընաւ զյանդիմանելդ ձեր ես ո՛չ կամիմ. ընաւ իսկ ո՞ խնդրեաց զայդ 'ի ձեռաց ձերոց. կոխել այսուհետև զգաւիթ իմ մի՛ յաճախիցէք: Եթէ մատուցանիցէք զնաշիհ պատարագ, այն զուր է ձեզ. և եթէ արկանէք ինձ զխունկս, այն պիղծ համարեալ է ինձ. զգլուխս ամսոց ձերոց, և զշաբաթս ձեր, և զօրս յարգոյս մեծամեծ պատուականաց ձերոց ո՛չ առնում յանձն: Եւ դաւիթ ասէ, ո՛չ ուտեմ ես զմիս զուարակաց քոց, և ո՛չ զարիւն նոխազաց քոց ըմպեմ, այլ փոխանակ այսր ամենայնի, մատո՛ Աստուծոյ պատարագ օրհնութեան, և կատարեա՛ բարձրելոյն զուխտս քո: Եւ յորժամ արասցես զայս, կարդասցես առ իս յաւուր նեղութեան քոյ. և լուա՛յց քեզ, փառաւորեցից զքեզ, և օրհնեսցես զիս: Եւ դարձեալ գրէ 'ի մարգարէի անդ, զպահս, և զդատարկութիւնս, և զգլուխս տարեկանաց ձերոց ատեաց անձն իմ. յագեալ եմ ձեօք, չիք հնար. յայսմհետէ այլ ո՛չ ներեցից մեղաց ձերոց, և ո՛չ ընկալայց զհոտ խնկոց ձերոց: Եւ դարձեալ գրեալ է, թէպէտ և յաճախիցէք ինձ զողջակէզս ձեր, 'ի բազմութիւն պատարագաց ձերոց ես ո՛չ նայեցայց: Եւ դարձեալ ասաց, միթէ զողջակէզս, և զպատարագս մատուցի՞ք ինձ զքառասուն ամ յանապատի անդ տունդ իսրայէլի: Եւ եթէ ուտէիք, և ըմպէիք. ո՛չ ապաքէն դուք իսկ ուտէիք, և ըմպէիք, ասէ տէր: Եւ եսայի ասաց, որ մատուցանէ ինձ զեզն պատարագ, այնպէս իցէ, որպէս եթէ հարկանիցէ ոք զկառափն մարդոյ. և որ մատուցանէ զոչխար պատարագ, այնպէս իցէ, թէ մորթիցէ ոք զշուն. և որ մատուցանէ զնաշիհ պատարագ, այնպէս իցէ, որպէս հեղու ոք զարիւն խոզի. և որ մատուցանէ զկնդրուկ 'ի խունկ, այնպէս իցէ, որպէս հայհոյիչ. և որ մատուցանէ զաղօթս առաջի իմ, այնպէս թէ պատուեսցէ ոք, և յարդիցէ սպասուն պաշտամամբ զդիս դիւականս կռոց օտարաց: Եւ սամուէլ ասաց ցշաւուղ, յորժամ լուաւ զձայն բարբառոյ խաշանց, և անդեայց, զորս ածեալ էր յամաղէկացւոց, զի՞նչ է ձայնս այս խաշանց, զոր լսեմ ես: Ասէ ցնա շաւուղ, խնայեաց զօրդ 'ի գեղեցկութիւն խաշանցդ, և ածին մատուցանել պատարագ տեառն Աստուծոյ քում: Ասէ ցնա սամուէլ, ահա լսել պատուիրանաց ընդունելի է, քան զպատարագս, և առնել զբան ունկնդրութեամբ, քան զճարպս ցլուց, և նոխազաց: Եւ դարձեալ ասաց: Ո՛չ կամի տէր ընդ ողջակէզս մեղաւորաց: Եւ դարձեալ գրեալ է, մի՛ քաւեսցին մեղք, և անօրէնութիւնք տանն հեղեայ ողջակիզօք, և պատարագօք, մինչև յաւիտեանս ժամանակաց: Եւ դարձեալ գրեալ է, ո՛չ հաճի տէր 'ի բազմութիւնս խոյոց, և ո՛չ ընդ բիւր ժողով դասակս երնջոց, այլ փոխանակ այսր ամենայնի, ես ցուցից քեզ որդի մարդոյ, որ ինչ օգուտ է քեզ. զոր և տէր Ած քո պահանջէ 'ի քէն. զի արասցես զիրաւունս, և խնդրեսցես զհաւատս ճշմարտութեան. և պատրաստ լիջիր երթալ զկնի տեառն Աստուծոյ քոյ: Եւ իբրև անարգեաց, խոտեաց զողջակէզսն, և զպատարագս յաւուրս եսայեայ, ասաց ցուցից քեզ, զինչ իցէ այն, զոր խնդրեմ 'ի քէն, դադարեցէ՛ք 'ի չարեաց ձերոց, ուսարո՛ւք զբարիս գործել, խնդրեցէ՛ք զիրաւունս, փրկեցէ՛ք զզրկեալն, դա՛տ արարէ՛ք որբոյն, և տո՛ւք իրաւունս այրւոյն. և եկա՛յք յանդիմանեսցուք, ասէ տէր: Եւ եթէ իցեն մեղքն ձեր իբրև զձանձախարիթ, իբրև զձիւն սպիտակ արարից. և եթէ իցեն իբրև զորդան կարմիր, իբր զասր սուրբ արարից: Եւ միքիա ասաց, մի՛ մատուցանէք զձրին 'ի վերայ սեղանոյ իմոյ. վասն զի ո՛չ հաճիմ ես 'ի ձեզ, ասէ տէր. Եւ դանիէլ ասաց ցնաբուգոդոնոսոր, զմեղս քո տրօք փրկեսջիր, և զանօրէնութիւնս քո ողորմութեամբ 'ի վերայ կարօտելոց. և ո՛չ ողջակիզօք, և պատարագօք: Արդ անարգեաց տէր զիսրայէլ, և զպատարագս նորա. որպէս ասաց երեմիա, արծաթ անարգ կոչեցէ՛ք զնոսա. զի տէր անարգեաց զնոսա: Եւ դարձեալ ասաց, հա՛ն զնոսա յերեսաց իմոց, և ելցեն: Եւ եթէ ասասցեն ցքեզ, յո՞ երթիցեմք, ասասջի՛ր ցնոսա, 'ի սրոյ 'ի սուր. 'ի սովոյ 'ի սով. 'ի գերութէ 'ի գերութիւն. և 'ի մարդամահէ 'ի մարդամահ: Եւ դարձեալ գրեալ

A *& adipem agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum nolo videre. Et omnino venire vos ante conspectum meum nolo. Quis quæsivit hoc de manibus vestris? Nolite post hoc calcare, & frequentare atria mea. Si offeratis similam in sacrificium, frustraneum illud est vobis. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam & sabbatum vestrum & alias vestras festivitates non suscipio.* Et per os David dicit: [a] *Non manduco ego carnem taurorum tuorum, neque sanguinem hircorum tuorum bibo. Sed pro his omnibus immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. Et cum feceris hoc, clamabis ad me in die angustiæ tuæ; & exaudiam te: glorificabo te, & benedices mihi.* Et iterum per prophetam: [b] *Jejunia & festivitates &* B *initia annalium vestrorum odit anima mea. Plenus sum: vobis non est remedium. Deinceps amplius non parcam peccatis vestris, & non suscipiam odorem turium vestrorum.* Et similiter scriptum est: [c] *Et quamvis multiplicaveritis mihi holocausta vestra, in multitudinem sacrificiorum vestrorum ego non respiciam.* Et rursus ait: [d] *Numquid holocausta, & sacrificia obtulistis mihi quadraginta annis in deserto, domus Israel? Nonne vos ipsi manducabatis, & bibebatis? dicit Dominus.* Et per Isaiam iterum: [e] *Qui immolat mihi bovem in sacrificium, quasi qui interficit virum: & qui offert pecus in sacrificium, quasi qui mactat canem: & qui offert similam in sacrificium, quasi qui fundit sanguinem suillum: & qui* C *offert thymiama in tus, quasi qui blasphemat: & qui offert preces coram me, quasi qui honorat & honorificat cultu servili idola & simulacra idolorum extraneorum.* Et Samuel ita alloquutus est Saul, quando audivit vocem balatus ovium, & armentorum quæ abduxerat de Amalecitis: [f] *Quæ est vox hæc ovium, quam ego audio?* Respondit ei Saul: [g] *Pepercit exercitus iste pulcritudini ovium istarum, & adduxerunt ad offerendum sacrificium Domino Deo tuo.* Ait Samuel: [h] *Ecce obedire præceptis acceptabilius est victimis, & perficere verbum cum obedientia, adipe taurorum & hircorum.* Et iterum ait: [i] *Non vult Dominus holocausta peccatorum.* Et iterum scriptum est: [k] *Non expiabuntur peccata & iniquitates* D *domus Heli, holocaustis & victimis usque in æterna temporum.* Et iterum scriptum est: [l] *Non placent Domino multitudines arietum, neque decem millia armentorum & gregum vitulorum: sed pro his omnibus ego ostendam tibi, fili, hominis, quod bonum & utile est tibi, & quod Dominus Deus tuus exigit a te: ut facias justitias, & quæras fideliter veritatem, & promtus sis ire post Dominum Deum tuum.* Et quando Deus contemsit & sprevit holocausta & sacrificia in diebus Isaiæ: [m] *Ostendam,* inquit, *tibi, quid sit illud, quod quæro a te: Quiescite agere perverse, discite benefacere, quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo & defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus:* E *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Et Micheæ: [n] *Nolite,* inquit, *offerre oblationem super altare meum, quia vos non placetis mihi, dicit Dominus.* Et Daniel dixit Nabuchodonosor: [o] *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis super egenos,* & non holocaustis & victimis. Sprevit itaque Dominus Israelem & sacrificia ejus, sicuti dixit Jeremias: [p] *Argentum abjectum vocate eos, quia sprevit Dominus illos.* Et iterum: [q] *Educ illos,* ait Dominus, *a facie mea, & exeant. Et si dixerint tibi: Quo ibimus? dices eis; a gladio in gladium; a fame in famem; a captivitate in captivitatem; & a peste in pestem.* Et rursus apud eum scriptum est: *Amplius non addam respicere in eos.* Et per Isaiam ait: [r] *Se-*

a Psal. XLIX. 12-14. b Isa. I. 13-15. Jer. VI. 20. Amos V. 21. c Ibid. ℣. 22. d Ibid. ℣. 25. e Isa. LXVI. 3. f 1. Reg. XV. 14. g Ibid. ℣. 15. h Ibid. ℣. 22. i Ibid. ℣. 23. k III. Reg. II. 27. l Mich. VI. 7. 8. m Isa. I. 16-18. n Mal. I. 10. o Dan. IV. 24. p Jer. VI. 30. q Jer. XV. 1. 2. r Isa. LII. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

է, այլ մի՛ եւս յաւելիք հայիլ 'ի նոսա ։ Եւ եսայի ասաց մեկնեցէ՛ք 'ի նոցանէ, և պիղծ կոչեցէք զնոսա ։ Եւ երեմիա ասաց, Թողի զտուն իմ. թողի զժառանգութիւն իմ. ետու զսիրելին իմ 'ի ձեռս թշնամեաց ։ Եւ դարձեալ գրեալ է, ետու դստեր ժողովրդեան իմոյ զթուղթ ապահարզանի ։ Եւ դարձեալ գրեալ է, անցոյց տէր 'ի սիոնէ զզատիկս, և զշաբաթս ։ Եւ եզեկիէլ մեկնեաց, և եցոյց նոցա վասն նոցին թշուառութեան. և ետ նոցա զողջակէզս, և զպատարագս. զի թերեւս 'ի նոցա պատճառս, արգելեալ կարճեսցին 'ի մեղաց անդի իւրեանց ։ Եւ ասաց ցնոսա եւ վերադոյն. ետու նոցա զպատուիրանս, և զիրաւունս. ցուցի, և յայտ արարի նոցա. զի եթէ արասցէ զնոսա մարդ, կեցցէ նոքօք ։ Եւ դարձեալ ասաց, ետու նոցա զպատուիրանս, որ ոչ է բարի. և զդատաստանս, զի մի՛ կեցցեն նոքօք ։ Եւ պղծեցին զնոսա յերեխայրիս իւրեանց. և յարժանս տրոց իւրեանց 'ի մատուցանել ողջակիզացն, և պատարագաց ։ Կա՛լ յանձին, և հաւանեա՛ց տխմար, և դժուարամիտ դպիր օրինաց, վարդապետ ժողովրդեան ։ Զի որովհետեւ բերանն սուրբ վկայեաց, թէ տուեալ է զպատուիրանս, և զդատաստանս անշահս, և անօգուտս. զի՞ լրբեալ լինեալ են երեսք քո. և յիշատակես, պայքարես 'ի մաքառմանդ քում ։ Զի ահա վասն մեղաց, և անօրէնութեան քո, ետ քեզ զողջակէզս, և զպատարագս. եդատ, և որոշեաց քեզ զկերակուրս ։ Վասն որո՞ց պատուիրանաց, և դատաստանաց ասաց արդեօք եզեկիէլ. թէ որ առնիցէ, կեցցէ կենօք ։ Եւ վասն որո՞ց պատուիրանաց ասաց արդեօք, եթէ ետու ձեզ զպատուիրանս անօգուտս, և զդատաստանս անշահս, զի մի՛ կեցցեն նոքա ։ Քանզի պատուիրանք, և իրաւունք կեցուցիչք, և կենդանարարք նոքա իսկ են, որ վերուստ գրեալ են. և ստոյգ, և արդար դատաստան իրաւանց, զոր եդ առաջի նոցա, տասն սուրբ պատուիրանքն են, զոր նկարեաց ձեռօք իւրովք, և ետ ցմովսէս, զի ուսուցանիցէ զնոսա ։ Եւ իբր արարին զորթադլուխն, թիկունս դարձուցին, և խոտորեցան 'ի նմանէ, յայնժամ յաւել ետ նոցա զպատուիրանս, և զդատաստանս յաւելորդս. զպատարագս, և զօրէն բորոտին, և զմշտակային, և զտեռատեսին, և զծննդեան. և զի մի՛ ոք մերձեսցի 'ի մեռեալն, և մի՛ 'ի գերեզմանս, և յոսկերս, և 'ի սպանեալս. և զի վասն ամենայն մեղաց մատուսցէ զպատարագ, և վասն ամենայն պղծելոց գիճութեանց անդամոց ։ Եւ վասն միոյ միոյ 'ի նոցանէն ասաց, և հրամայեաց, թէ եղիցի պիղծ մինչեւ երեկոյ, և լուասցէ 'ի ջուրս ։ Ճշմարտիւ յայսմ ամենայնի, որք գրեալք են, չիք և ոչ մի օր, թէ սուրբ իցէ իսրայէլ 'ի մեղաց անտի, այլ զամենայն ամս, և զաւուրս ժամանակաց իւրեանց 'ի մեղս, և 'ի պղծութիւն զանկեալ կան. նովաւ սպառին, և 'ի նոյն սատակին, և յօրինաց անտի ոչ կարեն արդարանալ. բայց եթէ այն, որ արասցէ զայն, որ ինչ գրեալ է յօրէնս, և նոքօք կեցցէ ։ Եւ յայտ է, թէ ոչոք կարէ պահել, և առնել զնոսա ։ Եւ տէր մեր իբրեւ ետես, թէ ծանունք են նոքա, կոչեաց զմեզ, և ասաց, եկա՛յք առ իս աշխատեալք, և վաստակեալք, և որք ունիք զբեռինս ծանունս, և ես հանգուցից զձեզ. առէ՛ք զլուծ իմ 'ի ձեզ. զի լուծ իմ քաղցր է, և բեռն իմ թեթեւ ։ Խոստովանիմք յորդառատ ողորմութեանցդ, որ էառ 'ի մէնջ զխիստ լուծ, և զծանր. և ետ մեզ զիւրն զքաղցրն, և զթեթեւն ։ Սիրելի, ես գրեցի քեզ զայսոսիկ առ 'ի յիշատակ. վ՟ զի հպարտացեալ պերճանան, և պարծին ժողովուրդն հրէից, և պղծեն, և ընտրեն զկերակուրս ։ Քանզի այսոքիւք երեքումբք կարի պարծին. թլփատութեամբ. շաբաթուն պահելով. և ընտրութեամբ կերակրոց, հանդերձ այլովք բազմօք ։ Վասն այսոց երեցունց, որչափ և հասու եղէ, գրեցի քեզ. և ետու զհաւանութիւն, և վասն այլոց եւս որչափ ինչ Աստուած տացէ մեզ, երբեմն ըստ պատշաճ ժամու գրեցից, և ցուցից քեզ ։

A *paramini ab eis, & pollutos vocate ipsos.* Et iterum per Jeremiam dicit Dominus. [a] *Reliqui domum meam, reliqui hereditatem meam, dedi dilectum meum in manibus hostium.* Et alio loco scriptum est: [b] *De di filiæ populi mei scripturam repudii*: Et iterum apud Oseam: [c] *Fecit Dominus transire a Sion pascha & sabbatum.* Et per Ezechielem exposuit & ostendit eis miseriam suam, & dedit eis holocausta & sacrificia, si forte in functionibus eorum obeundis occupati & detenti minuerent peccata sua. Nam cum paullo ante eis dixisset: [d] *Dedi*, inquit, *eis præcepta & judicia: ostendi & manifestavi eis, ut, si faceret homo ea, viveret per illa.* Postea subdit: [e] *Dedi eis mandata non proficua, & judicia per*
B *quæ non viverent. Et contaminaverunt se in primitiis & indignis donis suis, & in oblationibus holocaustorum & victimarum.* O stulte & difficilis ad credendum & intelligendum, scriba legis & doctor populi, induc animum tuum, & crede. Nam dum os sanctum testatum est, quod dederit mandata & judicia inutilia, & non bona: quid stupet petulans facies tua? Et quid recalcitras & perfricta fronte impugnas? Nam ecce propter peccata & iniquitatem tuam dedit tibi Deus holocausta & victimas, & separavit & discrevit tibi cibos. De quibus autem mandatis & judiciis revera dixit Ezechiel [f], quod qui faceret, viveret vita? Et e contrario de quibus mandatis vere ait: *Dedi eis mandata non uti-*
C *lia & non proficua, in quibus non viverent?* Profecto præcepta & judicia salutifera & vivificantia utique sunt illa quæ primum scripta sunt. Et certum, & justum judicium justificationum quod eis servandum proposuit, sunt decem sancta præcepta quæ Deus exaravit manu sua, & dedit Moysi ut doceret ea. Et quando conflaverunt caput vituli, & verterunt terga & declinaverunt ab eo; tunc addidit & tribuit eis præcepta & judicia inutilia; sacrificia & legem leprosi & seminiflui & menstrualis, & partus, & ne quis tangeret mortuum & sepulcra & ossa & occisos, & ut pro omni peccato offerretur sacrificium, & pro omnibus immundis pollutionibus membrorum: & ex his singulis dixit & præcepit, ut ho-
D mo fieret immundus usque ad vesperum, & aquis ablueretur. Profecto propter ea omnia quæ scripta sunt, nec una dies est, in qua Israel sit immunis a peccatis; sed omnibus annis & diebus temporum suorum in peccatis & in immunditia jacent ac versantur, & in ea consumuntur. Eodemque in statu pereunt, & ex lege illa justificari nequeunt; nisi quis faciat ea omnia quæ scripta sunt in lege, ut vivat. Sed manifestum est, quod nemo possit ea servare, & facere. Itaque Dominus noster videns ea esse gravia, vocavit nos, inquiens: [g] *Venite ad me, qui laboratis & fatigati estis, & qui habetis onera gravia, & ego reficiam vos: Tollite jugum meum super vos: jugum enim meum suave est, & onus meum*
E *leve.* Fateamur igitur abundantiam misericordiæ Domini, qui abstulit a nobis durum & grave jugum, & dedit nobis jugum suum suave & leve. Carissime, ego scripsi tibi hæc, ut in memoria tua sint, cum populi Judæorum in superbiam elati se jactant, & gloriantur mundos ab immundis cibos discernere atque eligere. Nam in his tribus valde gloriantur, in circumcisione, in observantia sabbati & in delectu ciborum. Itaque de his tribus, quantum affecutus sum, scripsi tibi, & persuadere conatus sum. Et de aliis etiam, quantum Deus dederit nobis, cum opportunum & congruum fuerit, scribam, eaque tibi explanare conabor.

a Jer. XII. 7. b Jer. III. 8. c Osee II. 11. d Ezech. XX. 11. e Ibid. ## 25. 31. f Ibid.
g Matth. XI. 28-30.

A

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
340.

ՃԱԹ
ՉՈՐԵՔՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ:
Վասն Զատկաց:

Ետ սուրբն հրաման մովսիսի, առնել զզատիկն 'ի չորեքտասաներորդ առաջնոյ ամսոյն, և ասաց, ասա' ցորդիսն իսրայէլի. առցեն իւրեանց զգառն տարևոր. 'ի գառանց, և յուլոց անտի առցեն. և արասցեն տօն մեծ զատիկ տեառն: Եւ առցեն զգառն 'ի տասներորդ ամսոյն, և պահեսցեն մինչև ցչորեքտասաներորդն նորին ամսոյն. և զենցեն զգառն ընդ մտանել արևուն. և ցանեսցեն յարենէ նորա 'ի վերայ դրանց ապարանից, և տանց իւրեանց. զի մի' մեղանչիցէ նոցա հրեշտակն, յորժամ անցանիցէ ընդ երկիրն եգիպտոսի ապականել: Եւ կերիցեն զգառն ժողովուրդն ամենայն փութապէս: Եւ այսպէս կերիցեն զնա. գօտի ընդ մէջս, կօշիկ յոտս, ցուպ 'ի ձեռսն: Եւ մի' կերիցեն 'ի նմանէ հում, և ո'չ եփեալ 'ի ջուր, այլ խորովեալ 'ի կրակի, և արտաքս քան զտունն մի' հանցեն 'ի նմանէ. և ոսկր մի' բեկանիցեն 'ի նմա: Եւ արարին այնպէս որդիքն իսրայէլի. և կերին զզատիկն 'ի չորեքտասաներորդ յառաջնում ամսեանն, որ նա ինքն է ամիս մեհեկանի, ամիս ծաղկաց. ամիս առաջին ամսոյն ամի: Արդ եկ տե'ս սիրելի իմ զխորհուրդս զայսոսիկ, զոր պատուիրեաց տ̃րն առնել զզատիկն, և զգուշացոյց նոցա վասն ամենայն օրինաց զատկին: Եւ ասաց ցնոսա, եթէ 'ի միում տան կերիցեն, և արտաքս քան զտունն մի՛ հանցեն 'ի նմանէ: Եւ որպէս ետ նոցա հրաման մովսէս, եթէ իբրև մտանիցէք յերկիրն, զոր տայ ձեզ տ̃ր, և արարջիք զզատիկ յիւրում ժամու. մի' իշխեսցեն առնել զզատիկ 'ի գեօղ մի ուրեք 'ի գեօղից քոց. բայց եթէ 'ի տեղւոջ, զոր ընտրեսցէ իւր տ̃ր Աստուած քո: Արդ կերիջիք զզատիկն, և կերիջիք առաջի տ̃ն Աստուծոյ քո, դու ընտանեօք քովք հանդերձ. և ուրախութ̃բ ցնծասջիր 'ի տօն զատկի քոյ: Եւ այսպէս դարձեալ ետ նոցա պատուէր, թէ եկն, պանդուխտ, և վարձկան մի' կերիցէ 'ի զատկէ անտի: Եւ ծառայ, որ արծաթագին լինիցի քո, յորժամ թլփատիցէ զանթլփատութ̃ն մարմնոյ իւրոյ, ապա կերիցէ 'ի զատկէ անտի:

SERMO
DECIMUSQUARTUS.
De Pascha.

JUssit Sanctus Moysi, ut facerent pascha die decima quarta primi mensis, & ait: [a] *Dic filiis Israel, ut accipiant sibi agnum anniculum. Sument ex agnis & ex hædis, & facient festivitatem magnam, pascha Domini. Et sument agnum die decima mensis, & servabunt usque ad decimam quartam diem illius mensis. Et immolabunt agnum ad occasum* B *solis, & aspergent ex sanguine ejus super ostia ædificiorum & domorum suarum, ne noceat eis Angelus, cum transibit per terram Ægypti ad disperdendum. Et comedet agnum omnis populus festinanter. Sic autem comedent illum: renes suos cingentes, calceamenta habentes in pedibus, tenentes baculos in manibus. Et non comedent ex eo crudum nec coctum aqua, sed assum igni:* [b] *& extra domum nihil educent de illo, & os non frangent in eo.* Et ita fecerunt filii Israel, & comederunt pascha decima quarta die primi mensis, qui est ille idem mensis qui dicitur Mehecus, mensis florum, mensis primus mensis anni. Age itaque & observa carissime, cerimonias quas servandas præscripsit Sanctus cum facerent pascha, & C quomodo monuit eos de omni ritu paschali. Nam dixit eis, ut in una domo comederent, & extra domum non extraherent quidquam de eo. Insuper considera, quomodo locum celebrationis paschæ præscripsit eis Moyses: [c] *Cum intraveritis*, inquiens, *in terram quam dabit vobis Dominus, & feceritis pascha suo tempore, ne audeatis facere pascha in quacumque ex civitatibus & vicis vestris, sed in loco quem elegerit sibi Dominus Deus vester. Comedetis itaque pascha, & comedetis coram Domino Deo vestro vos & domestici vestri, & cum gaudio exsultabitis in festivitate paschæ vestri.* Et iterum sic eis præcepit, dicens eis: [d] *Advena, Alienigena, & mercenarius non comedet ex pascha illo. Et servus emti-* D *tius tuus cum circumciderit præputium carnis suæ, tunc comedet de pascha.*

Մեծամեծ, և զարմանալիք են խորհուրդքս այսոքիկ, սիրելի իմ: Արդ եթէ յերկրի իւրում իբրև էր անդ իսրայէլ, ո'չ իշխէր առնել զատիկ, բայց եթէ յերուսաղէմ միայն. իսկ այսօր զի ցրուեալ է ընդ ամենայն ազգս, և լեզուս, 'ի մէջ անթլփատից, և պղծոց. և որ ուտեն զհաց իւրեանց պղծութ̃բ 'ի մէջ հեթանոսաց, որպէս ասաց վասն նոցա եզեկիէլ մարգարէ. իբր եցոյց նմա զնշան օրինակին, զի կերիցէ զհաց իւր պղծութ̃բ. և խնդրեաց, և ասաց: Ո՛վ տ̃ր տէրանց, ո'չ անձն իմ էկեր խառնակ. և ո'չ երբէք եմուտ 'ի բերան իմ կերակուր պղծութ̃ն: Եւ ասէ ցնա տ̃ր, այս նշանս, զոր ցուցի քեզ, այս է. զի կերիցեն որդիքն իսրայէլի զհաց իւրեանց պղծութ̃բ 'ի մէջ հեթանոսաց, ուր վատնեցի զն̃ա անդրէն: Արդ որպէս 'ի վերագոյն ասացի. եթէ յերկրի իւրում ո'չ կարէր ուտել զզատիկ, եթէ ո'չ առաջի տ̃ն յերուսաղէմ. այսօր զիա՞րդ լրբի առնել զխորհուրդ զատկի 'ի մէջ օտարասեր հեթանոսաց: Այսուհետև չեք նոցա իշխանութ̃ն: Նաև 'ի մարգարէի անդ վկայեաց վասն նոցա: Զաւուրս բազումս նստցին որդիքն իսրայէլի առանց պատարագի, և սեղանոյ, և առանց քահանայի, որ զգենոյր զվակաս առ 'ի խունկս արկանելոյ: Եւ դարձեալ ասաց ցերուսաղէմ, խափանեցից զերուսաղէմ, և զտօնս զատկաց նորա, զշաբաթս, և զամսագլուխս նորա: Եւ վասն տապանակին կտակարանաց ասասցեն: Դարձեալ ասէ, լքեալ թողի զտուն ձեր աւերակ: Եւ դարձեալ ասէ.

II. Grandia, & admirabilia sunt mysteria hæc, cariffime. Si enim in terra sua cum esset, Israel non audebat facere pascha, nisi solum in Jerusalem; hodie autem cum dispersus sit per omnes nationes & linguas inter incircumcisos & pollutos, & comedat panem suum cum pollutione inter gentes, sicut dictum est de eis apud Ezechielem prophetam, quando Deus in imagine ac signo id præmonstrans jussit, ut comederet panem suum cum pollutione, & ita eum propheta deprecatus est: [e] *O Domine dominantium, non comedit anima mea commune, neque* E *umquam intravit in os meum cibus pollutionis.* Et ait ei Dominus: [f] *Signum quod ostendi tibi, hoc est, quod comedent filii Israel panem suum cum pollutione inter gentes, ad quas dispergam eos.* Quomodo, inquam, si Israel, sicut superius dixi, in terra sua non poterat comedere pascha, nisi coram Domino in Jerusalem; hodie quomodo audet celebrare mysterium paschæ inter extraneas gentes? Insuper potestatem celebrandi paschæ ademtam eis fuisse, per prophetam Deus testatus est de illis, dicens: [g] *Multos dies sedebunt filii Israel sine sacrificio & altari, & sine sacerdote qui induebatur amictu ad imponendum tus.* Et iterum dixit ad Jerusalem: [h] *Dissipabo Jerusalem & festivitates paschatum ejus,*

a Exod. XII. 3. b Ibid. ℣. 46. c Deut. XVI. 5. 6. & seq. Num. IX. 2. d Exod. XII. 43. e Ezech. IV. 14. f Ibid. ℣. 15. g Osee III. 4. h Isa. I.

մի՛ եւս յիշեսցի անուն Իսրայէլի եւս ։ Եւ դարձեալ երկրորդեաց զնոյն բանս Մովսէսի, եւ ասաց, Մովսէս իսկ կանխաւ ասաց զնոցանէն, թէ Նախանձեցուցի զնոսա յազգ ապստամբ, եւ անմիտ ազգաւ զկծեցուցի զձեզ ։ Արդ ա՛րի այժմ եւ հարցից զքեզ, ո՛վ դպիր ճարտար, եւ իմաստուն ժողովրդեանն, որ ոչ իմանաս զբանս օրինաց ։ Ցոյց ինձ, ե՛րբ կատարեցաւ այս, թէ նախանձեցոյց Աստուած զժողովուրդ իւր ապստամբ ազգաւ ․ անմիտ ժողովրդեամբ զկծեցոյց զնս ։ Արդ եթէ նախանձիս ընդ ժողովրդեանս, որ 'ի հեթանոսաց է ․ զբանն գրոյ կատարես դու, զոր Մովսէս իսկ կանխաւ նշանակեաց քեզ 'ի դպրութե օրինաց ։ Եւ եթէ արասցես զատիկ ուրեք ուրեք 'ի գաւառ պանդխտութե քոյ, պատուիրանազանցութե ժպրհիս առնել զնա ։

A *Sabbata & Calendas ejus*. *Et non glorientur ultra de arca fœderis*. Iterum ait: [a] *Dissolvens reliqui domum vestram desertam*. Et iterum ait: [b] *Non recoletur amplius nomen Israel*. Et rursus iisdem fere verbis Moysi eadem prænuntians multo ante de illis, per eumdem Moysem dixerat: [c] *Probabo eos in gente ignobili, & in gente stulta irritabo illos*. Nunc itaque veni & interrogabo te, o scriba sagax & sapiens doctor populi, qui non intelligis verba legis. Ostende mihi, quando hoc impletum est, quod Deus probaverit populum suum in gente ignobili, & in populo stulto irritaverit illos? Porro haud negabis, per populum istum qui est ex gentibus, impletum esse verbum Scripturæ, quod uti- B que Moyses ex littera legis tibi significavit. Quapropter si facis Pascha alicubi in regione peregrinationis tuæ, in prævaricatione legis insolescens facis illud.

Վասն զի գրեալ տուեալ է ձեզ թուղթ ապահարզանի ։ Եւ եթէ ոչ ունիս յանձին ․ լո՛ւր Երեմիայ մարգարէի, որ ասէ, Թողից զտուն իմ, թողից զժառանգութիւն 'ի մէջ թշնամեաց իմոց ։ Երամ նկարէն հաւուց եղեւ ինձ ժառանգութիւն իմ ։ Արդ զի՞նչ իցէ երամ նկարէն հաւուց, քեզ հարցանեմ ո՛վ ճարտար, եւ իմաստուն ։ Երամ նկարէն հաւուց եկեղեցի հեթանոսաց է ։ Արդ տե՛ս, զիա՞րդ կոչէ զնա գգուելով, երամ նկարէն հաւուց ։ Վասն զի 'ի բազմաց ազգաց, եւ լեզուաց ժողովեալ է ․ եւ 'ի հեռաւոր հեթանոսաց մօտաւոր մերձեցուցանէ ։ Եթէ ոչ ունիս զայս յանձին, թէ եղեն հեթանոսք ժառանգութիւն Տեառն ․ լո՛ւր դարձեալ զիա՞րդ ասաց Երեմիաս ․ իբր բարբառեալ կոչէ զհեթանոսս, եւ խոտեալ անարգէ զԻսրայէլ ․ ասաց մեկնակ, եւ բարբառեաց, կացէ՛ք 'ի վերայ ճանապարհաց, եւ տեսէ՛ք, եւ հարցջի՛ք վասն շաւղաց աշխարհիս, եւ տեսջի՛ք զճանապարհն, որ բարուոք է, եւ ընդ նոյն երթիջիք ․ եւ ասացիք դուք, եթէ ոչ երթամք մեք ։ Եւ դարձեալ ասաց, կացուցի զդէտս 'ի վերայ ձեր, եւ լուիցէք զձայն փողոյ ․ եւ դուք ասացիք ․ ոչ լուիցուք մեք ։ Եւ իբրեւ ոչ լուան որդիքն Իսրայէլի, դարձաւ աւետարանեաց նոցա, եւ ասաց, արդ այսուհետեւ լուարուք ազգք հեթանոսաց, ծանի՛ր, եւ գիտա՛կ լիջիր եկեղեցիդ որ ես 'ի դոսա ։ Եւ ասաց դարձեալ Դաւիթ, յիշեա՛ զժողովուրդ քո, զոր ստացար 'ի սկզբանէ ։ Եւ Եսայի ասաց, լուարուք հեթանոսք զոր արարից, եւ ծանուցեալ գիտասջի՛ք հեռաւորք զարուեստ քաջութե իմոյ ։ Եւ դարձեալ վասն եկեղեցւոյն, որ հանդերձեալ էր լինել 'ի հեթանոսաց, այսպէս ասաց 'ի բարբառ հոգւոյն՝, եղիցի յաւուրս յետինս լեառն Տեառն, եւ տուն Աստուծոյ, 'ի վերայ գլխաւորաց բարձանց լերանց ․ վերասցի, եւ բարձրասցի 'ի վերայ բլրոց ․ եւ եկեսցեն հասցեն 'ի վերայ նորա ամենայն հեթանոսք, հասանիցեն ժողովուրդք բազումք, եւ ասասցեն, եկա՛յք ելցուք մեք 'ի լեառն Տեառն, եւ 'ի տուն ԱՅ Յակոբայ, պատմեսցեն մեզ զճանապարհս, եւ գնասցուք 'ի շաւիղս նորա ։ Եւ ընդէ՞ր ասաց Եսայի, լուարո՛ւք հեթանոսք, զոր ինչ արարից, եւ ծանուցեալ գիտասջիք հեռաւորք զարուեստ քաջութե իմոյ ։ Փութացեալ ճեպեցին մեղաւորք 'ի Սիօն ․ եւ զարհուրումն տագնապի անկաւ 'ի վերայ հեթանոսաց ։ Արդ զի՞նչ իցէ այս, զի բարբառեալս քարոզէ զորինչ առնէս, եւ ծանուցանէ զարուեստ քաջութե իւրոյ ․ ըշտապեալ տագնապէ զմեղաւորս 'ի Սիօն, եւ արկանէ զահ, եւ զարհուրումն 'ի մէջ հեթանոսաց ։ Բարբառեալ կոչէ զհեթանոսս նախանձարկուս ժողովրդեանն ․ եւ ծանուցանէ հեռաւորաց իւրոց զքաջութե զօրութե իւրոյ, յածել հասուցանել զսաստութե բարկութե ցասման 'ի դատել ժողովրդեանն ․ եւ կացուցանել 'ի ըշտապ տագնապի զազգսն Սիօնի, որ անուանեալ կոչէր քաղաք սրբութե ․ եւ արկանել զաղմուկն զարհուրելոյ, իբր տենդ տապեան 'ի հեթանոսս ․ որ էին մարգարէքն ստուգութե ․ որպէս ասաց վասն մարգարէիցն Երուսաղէմի ․ թէ 'ի նոցանէ ել խմոր հեթանոսութե ընդ ամենայն երկիր ․

III. Nam libellus repudii scriptus est, & datus est vobis. Quod si non credis; audi Jeremiam prophetam dicentem: [d] *Relinquam domum meam, relinquam hereditatem inter inimicos meos: Grex discolor avium factus est mihi hereditas mea*. Porro quid est grex discolor avium, interrogo te, o sagax & sapiens magister? Grex discolor avium est Ecclesia gentium. Jam vide, quare vocet eam, gregem discolorem avium. Quoniam ex multis nationibus & linguis aggregata est, & remotis genti- C bus vicinas conjunxit. Si non credis, quod gentes fuerint hereditas Domini; audi iterum, quomodo loquutus fuerit Jeremias, cum ex persona Domini compellans vocat gentes, & despiciens spernit Israelem, ita ad eos dicens: [e] *State super vias, & videte, & interrogate de semitis hujus mundi, & videte viam quæ est bona, & ambulate per eamdem, & dixistis: non ambulabimus nos*. Et iterum ait: [f] *Constitui super vos speculatores, & audietis vocem tubæ, & vos dixistis: Non audiemus*. Et cum non audissent filii Israel, aversus est, & prænuntians de eis, inquit: [g] *Jam deinceps audite nationes gentium: nosce & scito ecclesia, quæ ego faciam eis*. Et iterum ait David: [h] *Memor esto populi tui,* D *quem possedisti ab initio*. Et Isaias ait: [i] *Audite gentes, quod fecerim, & cognoscite & scitote longinqui opus fortitudinis meæ*. Et iterum de Ecclesia quæ futura erat ex gentibus, Spiritus sanctus per eloquium prophetæ: [k] *Erit*, inquit, *in novissimis diebus mons Domini & domus Dei in vertice montium: elevabitur & exaltabitur super colles; & venient & confluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus nos ad montem Domini, & domum Dei Jacob; & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus*. Et quare dixit Isaias: [l] *Audite gentes, quod fecerim, & cognoscite & scitote longinqui opus, robur fortitudinis meæ. Festinantes properaverunt pec-* E *catores in Sion: & terror pressuræ cecidit super gentes?* At quid est hoc quod eloquens prædicit, quod faciet & ostendet robur fortitudinis suæ, & quod properantes festinaverunt peccatores in Sion, & quod immiscet timorem & terrorem super gentes? Hoc certe sermone advocat gentes æmulatores populi, & indicat remotis fortitudinem virtutis suæ, inducendo atque infligendo furorem iræ vindictæ tum, cum judicavit condemnavitque populum suum, præparavitque in ejus pressura gentes in Sion, quam nominans vocabat [m] *civitatem sanctitatis*, & ineussit terrorem terrefacientem tamquam febrilem æstum in gentes, quæ factæ sunt prophetæ veritatis; sicut e diverso dixit de prophetis Jerusalem, quod ab eis exierit fermentum gentilitatis per omnem terram.

a Jer. XII. 7. b Ibid. ℣. 11. c Deut. XXXII. 21. d Jer. XII. 7. 9. e Jer. VI. 16. f Ibid. ℣. 17. g Ibid. ℣. 18. h Psal. LXXIII. 2. i Isa. XXXIII. 13. k Isa. II. 2. 3. l Isa. XXXIII. 13. 14. m Isa. LII. 1. LXIV. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

Նաև յառաջագոյն իսկ ամենայն որ միանգամ 'ի հեթանոսաց ոք հաճոյ եղև Աստուծոյ, առաւել ևս արդարացան քան զիսրայէլ, յոթրոն քուրմն 'ի հեթանոսաց, նաև զաւակն իւր օրհնեցաւ, և հզօրացաւ, զօրացաւ 'ի բնակութեան իւրում․ և եդ 'ի փապարս քարանձաւի զբոյն իւր։ Եւ գաբաւոնացիք 'ի պիղծ հեթանոսաց, ետ նոցա յեսու զաջն խաղաղութե, և մտին ապաւինեցան 'ի ժառանգութիւն տեառն, և եղեն փայտակիրք, և ջրկիրք ժողովրդեանն, և սեղանոյն 'ի սպաս պաշտաման տեառն։ Եւ իբրև կամեցաւ սաւուղ սատակել զնոսա, արգելաւ երկին 'ի ցօղոյ անձրևոյ, մինչև մեռան որդիքն սաւուղայ փոխարէն․ և ապա նայեցեալ տեսանէր Տր զերկիրն ողորմութբ, և օրհնէր զժառանգութիւն իւր։ Եւ ռահաբ պոռնիկ երիքովի, ինքն հայրենի տամբ, և ընտանեօք եղև ժառանգակալ յիսրայէլ։ Եւ ովբարդովմ 'ի գեթ գեղջէ այլազգեաց ընկալաւ 'ի տուն իւր զտապանակ կտակարանաց տեառն, և մեծաշուք, մեծապատիւ փառաւորեցաւ առ նմա, քան առ ամենայն իսրայէլ․ և օրհնեցաւ նա, և տուն իւր 'ի Տէ։ Եւ աքիս գեթացի դարմանեաց զդաւիթ 'ի ժամանակի հալածանացն, և փառաւորեցաւ անուն նորա, և զաւակի իւրոյ։ Եւ աբդամելէք քուշացի, այր հաւատարիմ, և հաւատացեալ, եհան զերեմիա 'ի գբոյ անտի, մինչ արկին զնա ժողովուրդն իսրայէլի, մանկունք ժողովրդեան իւրոյ։ Այս այն է, զոր ասաց մովսէս․ եկն, և պանդուխտն, որ իցէ 'ի քեզ, լաւագոյն, և վերագոյն լիցի քան զքեզ․ և նկուն վատթարեալ իջցես, զիջցեալ 'ի կոր կորացեալ։ Նոքա իջուցին, և ընկեցին զերեմիա 'ի գուբ․ և աբդումելէք եկն, և պանդուխտն 'ի քուշացւոց եհան 'ի տղմախոր գբոյ անտի։ Եւ հռութ կին մովաբացի եմուտ, և խառնեցաւ 'ի ժողովուրդն իսրայէլի։ 'Ի զաւակէ անտի նորա եկաց վարչութիւն առաջնորդութե թագաւորացն, ուստի ծնաւ փրկիչն հեթանոսաց։ Եւ ուրիա քետացի 'ի պիղծ ժողովրդենէ, մեծ, և ձոխ էր նա 'ի ակայագունեան քաջամարտիկս դաւթի։ Եւ վասն զի նենգութե սպան զնա դաւիթ 'ի մարտի ամոնացւոց, ընկալաւ զդատավճիռ պատժոյ պատուհասի, զի մի՛ պակասեսցի սուր կոտորածի 'ի տանէ նորա։

B IV. Quin etiam ante gentium conversionem quisquis ex gentibus simul ac Deo placuit, non minus ampliorem, quam Israel justificationem assequutus est. Jethro sacerdos fuit ex gentibus; & semen ejus benedictum & confortatum & corroboratum est in habitatione sua, & in cavernis petrosis posuit nidum suum. Et Gabaonitæ erant ex pollutis gentibus: dedit tamen eis Josue dexteram pacis [e], & ingressi sunt, & consederunt in hereditate Domini: & cædebant ligna [f], & aquas comportabant in obsequio altaris ad cultum Domini. Et cum voluisset Saul interficere eos, prohibitum est cælum a rore & pluvia, donec propter id mortui sunt filii Saul [g]: & deinde placatus respexit Do-
C minus terram cum misericordia, & benedixit hereditati suæ. Et Rahab meretrix ex Jericho [h], cum domo paterna & cum familiaribus habuit hereditatem in Israel. Et Obededom ex oppido Geth alienigena [i] recepit in domo sua arcam Testamenti Domini: & magnifice, & honorifice glorificata est apud eum plus quam apud omnem Israel: & benedictus fuit ipse, & domus ejus a Domino. Achis rex Gethæus [k] cibavit David tempore persecutionis; & glorificatum est nomen ejus, & seminis ejus. Et Abdemelech Chusæus vir fidelis & credens [l] extraxit Jeremiam a lacu, in quem projecerunt eum filii Israel & pueri populi sui. Hoc illud est, quod ait Moyses: [m] *Advena & peregrinus qui sit*
D *in te, erit melior & superior te: & depressus deprecatus descendes, humiliatus, in incurvationem incurvatus*. Illi demiserunt, & projecerunt Jeremiam in lacum, & Abdemelech advena & peregrinus ex Chusæis, a lutoso & profundo lacu extraxit illum. Et Ruth mulier Moabitis [n] ingressa & immixta est populo. Ex semine ejus orti sunt reges, ductores ac rectores populi, a quibus natus est Salvator gentium. Et Uria Hethæus [o] ex polluto populo, magnus & strenuus erat inter eximios & optimos pugnatores David. Et quia dolo occidit eum David in pugna Ammonitarum, in illum sententia lata est [p], eaque pœna punitus, ut gladius cædis in domo ejus non deficeret.

Եւ դարձեալ ասաց եսայի վասն փրկչին մերոյ, ետու զքեզ ուխտ ժողովրդեան։ Այլ 'ի ժամանակէ իբրև եկն լոյսն, և փրկիչն հեթանոսաց, արգելաւ իսրայէլ յերկրպագութէ կռոց դիցն, և եղև նշ ուխտ ճշմարիտ։ Վասն այսորիկ ասաց մովսէս, նախանձեցուցից զձեզ 'ի տոհմս ապատոհմս, և անմիտ ազգաւ զկծեցուցից զձեզ։ Նախանձեցան ընդ մեզ, և վասն մեր, ո՛չ պագանեն երկիր կռոցն օտարաց, զի մի՛ նախատեսցին, և դորովեսցին, և անարգեսցին 'ի մէնջ։ Զի մեք թողաք զկուռս, և զպատկերս․ և անուանեցաք զնոսա սնոտիս, զորս թողին մեզ հարքն մեր։ Եւ արտաքինք երդիծեցեալք են 'ի նախանձ նախանձու․

V. Illud etiam dixit Isaias de Salvatore nostro: [q] *Dedi te in fœdus populi, & in lucem gentium*.
E Profecto cum advenit lux & Salvator gentium, impeditus est Israel, ne amplius adoraret idola & simulacra, & impletum est pactum fœderis cum eis initi a Deo. Propterea dixit Moyses: [r] *Provocabo vos in nationibus ignobilibus, & in gente stulta irritabo vos*. Provocati quidem a nobis & ex nobis, non amplius adorant idola extraneorum, ne vituperentur & despiciantur & spernantur a nobis. Nam nos reliquimus idola & simulacra, & nominavimus ea mendacia quæ reliquerunt nobis patres nostri. Illi autem fracti corde irritati sunt in pro-

a Isa. LIX. 2. *b* Zach. VII. 13. *c* Psalm. XLVI. 2. *d* Psalm. XLVIII. 2. 3. *e* Jos. IX. 15. *f* Ibid. ℣. 21. *g* II. Reg. XXI. 1. & seq. *h* Jos. VI. 25. *i* II. Reg. X. 11. *k* 1. Reg. XXVII. *l* Jerem. XXXVIII. 7. *m* Deut. XXVIII. 43. *n* Ruth I. 4. IV. 13. 14. & seqq. Matth. I. 5. *o* II. Reg. XI. 3. *p* II. Reg. XII. 10. *q* Isa. XLII. 6. *r* Deut. XXXII. 21.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

զի մտին, և եղեաք ժառանգորդք փոխանակ նոցա ։ Արդ ուխտն, որ եղև նոցա, այս է. զի մի՛ երկիր պագանիցեն կռոց օտարաց ։ Եւ թէպէտ ո՛չ ընկալան զՆա, սակայն մեօք նախանձեցոյց զնոսա, և մեզ եղև լոյս, և կեանք ։ Որպէս քարոզեաց յաւետարանին անդ իւր, թէ ես եմ լոյս աշխարհի ։ Եւ դարձեալ, հաւատացէ՛ք, մինչ դոյ ընդ ձեզ լոյս. զի մի՛ ժամանեսցէ ձեզ խաւար ։ Եւ ասաց դարձեալ, գնացէ՛ք 'ի լոյս, զի մանկունք լուսոյ եղիջիք ։ Եւ դարձեալ վասն իւր, լոյսն 'ի խաւարի անդ ծագէր, և խաւար ո՛չ ժամանէր նմա ։ Այս է ուխտն, որ եղև ժողովրդեանն, և լոյսն, որ ծագեցաւ ամենայն հեթանոսաց, և արգել կաղացոյց զնոսա 'ի թիւր շաւղաց անտի ։ Որպէս և գրեալ է. թէ 'ի գալստեան նորա, եղիցի դժուարինն յատակեալ. և տեղին դարբուկ, դաշտ անապատ. և յայտնեսցին փառքն նորա, և տեսցէ ամ տեղի ըզկեանս, և զբարիս Աստուծոյ ։

Զայս սակաւ յիշատակեցի քեզ վասն հեթանոսաց. զի պերճացեալ հպարտանան հրեայք, և ասեն, մեք եմք ժողովուրդ Աստուծոյ, և որդիք աբրահամու ։ Բայց մեք լուիցուք յովհաննու, որ ասացն, մի՛ հպարտանայք, թէ հայր է մեր աբրահամ. զի յայսցիկ 'ի քարանց կարող է Աստուած յարուցանել զորդիս աբրահամու ։ Եւ փրկիչ մեր ասաց զնոսա, որդիս կայենի, և ո՛չ որդիս աբրահամու ։ Եւ առաքեալն ասաց, ոստքն անպտուղ, և աւաղաբեր ճեղքեցան, և մեք 'ի տեղիս նոցա պատուաստեցաք. և եղեաք կցորդք, և բաժանորդք պարարտութե ձիթենւոյն ։ Այսուհետև մի՛ պարծիցուք, և մեղիցուք. զի մի՛ ճեղքեալք գտանիցիմք և մեք. զի ահա պատուաստելով պատուաստեցեալք եմք 'ի ձիթենւոջ անդ ։ Այս պատասխանատրութի ընդդէմ հրէից. վասն զի պարծին, թէ որդիք եմք աբրահամու, և եմք ժողովուրդ Աստուծոյ ։

A vocationem æmulationis; quia intravimus, & facti sumus heredes pro eis. At impletum est pactum fœderis, quod cum eis factum est, hoc est, ne adorent idola extraneorum. Et quamvis non receperint Christum, tamen per nos provocavit eos, & ipse factus est nobis lux & vita: sicut prædicavit in Evangelio suo, dicens. [a] *Ego sum lux mundi*. Et iterum: [b] *Credite, dum vobiscum est lux, ne comprehendant vos tenebræ*. Et rursus ait: [c] *Ambulate in luce, ut filii lucis sitis*. Et iterum scriptum est de eo: [d] *Lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehendebant*. Hoc est fœdus quod initum est cum populo gentium, & lux quæ orta est omnibus gentibus: hæc impedivit, & eos fecit discedere B a perversis semitis suis. Sicut & scriptum est: [e] *In adventu ejus erunt prava in directa, & aspera in vias planas. Et revelabitur gloria ejus, & videbit omnis locus vitam & bona Dei*.

VI. Hæc pauca commemoravi tibi pro gentibus. Nam gloriantes superbiunt Judæi, dicentes: [f] *Nos sumus populus Dei & filii Abrahæ*. Sed nos audiamus Joannem clamantem: [g] *Nolite superbire, dicentes: Pater noster est Abraham: Quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*. Et Salvator noster vocavit eos filios Cain, & non filios Abrahæ; & Apostolus dixit: [h] *Rami infructuosi, & luctiferi fracti sunt*, Et nos in locum C eorum inserti sumus; & facti sumus socii & participes pinguedinis olivæ. Ergo non gloriemur neque peccemus, ne & nos infructuosi & fracti inveniamur; ecce enim insertione inserti sumus. Hæc autem sunt quæ responderi possunt contra Judæos, cum glorientur, dicentes: *Filii sumus Abrahæ, & sumus populus Dei*.

a Joan. VIII. IX. *b* Joan. XII. 35. *c* Ibid. ℣. 36. *d* Joan. I. 5. *e* Luc. III. 5. *f* Joan. VIII. 33. 39. *g* Matth. III. 9. *h* Rom. XI. 17.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

A

ՃԱՌ ՎԵՇՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ·

Ցուցանէ, թէ Քրիստոս է որդի Աստուծոյ.

Պատճէն բանից ընդդէմ հրէից․ զի հայհոյեն զժողովուրդն հեթանոսաց, և ասեն․ թէ երկիր պագանէք, և պաշտէք զայր մի ծնեալ, և զմարդ խաչեալ․ և կոչէք դուք զմարդն Աստուած ։ Եւ մինչ չէք որդի Աստուծոյ, ասէք դուք, թէ Յիսուս այս խաչեալ՝ որդի է ԱՅ ։ Եւ տան եւս զհաւանութիւս, և ասեն․ ասաց Աստուած, ես եմ Աստուած, և չի՛ք այլոք բաց յինէն ։ Եւ դարձեալ ասաց, մի՛ երկիրպագանիցես դու Աստուծոյ օտարի ։ Արդ այսուհետև ընդդէմ Աստուծոյ կայք դուք․ զի կոչէք զմարդն Աստուած ։

SERMO DECIMUS SEXTUS.

Demonstratur, quod Christus sit Filius Dei.

Exponam tibi, quæ responderi possunt adversus Judæos, qui populum gentium redarguentes: Adoratis, inquiunt, & colitis virum natum, & hominem crucifixum; & vocatis hominem Deum. Et cum nemo sit filius Dei, dicitis, quod Jesus iste crucifixus sit filius Dei. Hæc autem suadere etiam contendunt, dicentes: [a] *Dixit Deus, ego sum Deus, & non est alius præter me.* Et iterum ait: [b] *Non adorabis tu Deum alienum.* Ergo concludunt: Contra Deum statis vos vocantes hominem Deum.

B

Վասն այսորիկ սիրելի իմ, որչափ և ունիցիմ զկարյանձին, և հասանիցէ տկարութիւն իմ, տաց քեզ զհաւանութիւն ։ Զի թէպէտ և տացեմք նոցա, թէ մարդ է, և մեք յարդեցաք, և պատուեցաք զնա․ և ո՛չ թէ այլ անուամբ ինչ եղաք նմա, զոր նոցա ո՛չ էր առեալ 'ի կիր, և անուանեալ, և պաշտեալ նովաւ ։ Բայց մեզ ճշմարիտ, եթէ տէր մեր Յիսուս, ԱԾ, և որդի Աստուծոյ, և որդի արքայի․ լոյս 'ի լուսոյ․ որդի, և խորհրդական, առաջնորդ, ճանապարհ, և փրկիչ, և հովիւ, ժողովիչ, դուռն, մարգարիտ, և ճրագ, և յայլս բազում անուանս յորջորջեցաւ ։ Արդ թողցուք զայս ամենայն 'ի միակողմն․ և մեք 'ի մէնջ յառաջ մատիցուք, և տացուք զհաւանութիւն վասն այսր, թէ որդի է նա Աստուծոյ, և ԱԾ․ զի յԱՅ եկն ։

II. Propterea, cariſſime, quoad imbecillitas mea permiserit, argumenta & rationes, quibus id quod asserimus demonstrari potest, adducam. Nam etsi concedamus eis, quod Christus homo dumtaxat sit, nihilominus nos haud alio honore eum colimus, nec alio nomine nuncupamus, quam quod ipsi ad hominem honorandum adhibuissent, & quo nomine

C

vocassent & coluissent. At enim nobis pro vero compertum est certoque persuasum, quod Dominus noster Jesus est Deus & Filius Dei & Filius Regis: Lumen de lumine, Filius, & Consiliarius, Dux, Via & Salvator, & Pastor, Collector, Ostium, Margarita & Lucerna, multisque aliis nominibus nuncupatus. Sed hæc missa faciamus, & ex iis quæ inter nos conveniunt, differamus, & afferamus rationes & argumenta, cur ille dicendus sit Filius Dei, & Deus: quoniam ex Deo venit.

Արդ՝ անուն փառաւորեալ ածութեան եդաւ և 'ի վերայ արդարոց մարդկան՝․ և արժանի եղեն զի կոչեցեն նովաւ ։ Եւ ընդ որ մարդս հաճեցաւ Աստուած, որդիս, և բարեկամս իւր կոչեաց զնոսա ։ Զմովսէս մուերիմ սիրելի, իւրև ընտրեաց, և արար զնա գլուխ, և վարդապետ, և քահանայ ժողովրդեան իւրոյ, ԱԾ կոչեաց զնա ։ Քանզի ասաց ցնա, ահաւասիկ արարի զքեզ Աստուած փարաւոնի ։ Եւ ետ նմա զքահանայն իւր մարգարէ, և ահարոն, ասէ, եղբայր քո խօսեսցի քև ընդ փարաւոնի, և դու լիջիր նմա ԱԾ․ և նա լիցի քեզ թարգման ։ Եւ ո՛չ միայն փարաւոնի, վասն զի չար էր, արար զնա Աստուած, այլ և ահարոնի սուրբ քահանային Աստուած արար զմովսէս ։ Եւ արդ լո՛ւր վասն այսր․ զի որդի Աստուծոյ կոչեցինք զնա, ասեն, իբր չէք որդի Աստուծոյ․ դուք ասէք զՅիսուս զայս խաչեցեալ որդի անդրանիկ Աստուծոյ ։ Արդ և զիսրայէլ իսկ որդի անդրանիկ կոչեաց ասելով ցփարաւոն մովսէսիւ, որդի իմ անդրանիկ իսրայէլ․ ասացի ցքեզ․ արձակեա՛ զորդի իմ անդրանիկ, և պաշտեսցէ զիս ։ Ապա թէ ո՛չ կամիցիս արձակել, ահաւադիկ այդրէն 'ի քեզ սպանանեմ զորդիդ քո զանդրանիկ ։ Եւ 'ի ձեռն մարգարէին վկայեաց վասն այսր, և նախատեաց զնոսա, և ասէ ցժողովուրդն, յեգիպտոսէ կոչեցից զորդի իմ ։ Եւ որպէս կոչեաց զնոսա, սոյնպէս չոգան առ 'ի նմանէ, երկիրպագին բահաղու, և կռոցն դրօշելոց, և եդին խունկս դից օտարաց ։ Եւ եսայի ասաց վն նոցա, զորդիս ծնայ, և սնուցի, և նոքա արհամարհեցին զիս ։ Եւ դարձեալ գրեալ է, որդիք էք դուք տեառն Աստուծոյ ձերոյ ։ Եւ վասն սողոմոնի ասաց․ նա եղիցի ինձ որդի, և ես եղէց նմա հայր ։ Եւ կոչեցինք զՔրիստոս զայս որդի Աստուծոյ․ զի նովաւ գիտացինք մեք զԱստուած ։ Որպէս և կոչեաց զիսրայէլ որդի անդրանիկ ։ Եւ որպէս ասաց վասն սո_

III. Profecto gloriosum Dei nomen impositum fuit hominibus justis: & digni habiti sunt, ut dii nominarentur. In quibus enim hominibus compla-

D


cuit sibi Deus, illos filios & amicos suos hoc nomine vocavit. Cum elegisset Moysen fidelem & dilectum, & constituisset eum caput & doctorem & sacerdotem populi sui, vocavit eum deum. Nam dixit ei: [c] *Ecce constitui te deum Pharaonis.* Et interpretem dedit ei sacerdotem suum, dicens: [d] *Aaron frater tuus loquetur tecum cum Pharaone: & tu eris ei deus, & ille erit tibi interpres.* Et non solum Pharaonis, quia malus erat, constituit eum deum, sed etiam Aaronis sancti sacerdotis fecit Moysen deum. Nunc autem de altero agamus, nempe quod Christum Filium Dei vocavimus, qua de re dicunt: Cum nemo sit Filius Dei, vos dicitis

E

Jesum hunc crucifixum, Filium Dei primogenitum. At vero etiam Israelem filium primogenitum vocavit Deus, dicens Pharaoni per Moysen: [e] *Filius meus primogenitus Israel; Dixi tibi: Dimitte filium meum primogenitum, ut colat me. Nisi volueris dimittere, ecce hinc adversus te occidam filium tuum primogenitum.* Et per prophetam contestatus est hac de re, & exprobravit eis, cum ait ad populum; [f] *Ex Ægypto vocabo filium meum.* Et quoniam, postquam vocavit eos, deinde recesserunt ab eo, & adoraverunt Baal & sculptilia, & incensum obtulerunt idolis alienigenarum; ideo per Isaiam ait de illis: [g] *Filios enutrivi & exaltavi: ipsi autem spreverunt me.* Et alibi de ipsis scriptum est: [h] *Filii estis vos Domini Dei vestri.* Et de Salomone dixit Dominus: [i] *Erit ipse mihi filius, & ego ero ei pater.* Itaque vocavimus Christum hunc Dei Filium, quia per eum nos Deum cognovimus: sicut Deus vocavit Israel filium primogenitum, & sicut dixit de Salomone: *Erit filius meus.* Vocavitque

[a] Deut. xxxii. 39. [b] Exod. xxxiv. 14. [c] Exod. vii. 1. [d] Exod. iv. 16. [e] Ibid. v. 22. 23. [f] Osee xi. 1.
[g] Isa. I. 2. [h] Deut. xiv. 1. [i] II. Reg. vii. 14. [k] Psalm. xxii. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



զօրմնի, թէ եղիցի իմ որդի ։ Եւ կոչեաց զնա ԱԾ, որպէս զի յորջորջեաց զՄովսէս յանուն որդւոյ իւրոյ ։ Եւ Դաւիթ ասաց վասն նոցա, Ես ասէի թէ հրեշտակք իցէք, կամ որդիք բարձրելոյ ամենեքեան ։ Եւ իբր ո՛չ եղէն պիտանացուք. ապա այնուհետև ասաց, թէ իբրև զմարդիկ մեռանիք, և իբրև զմի յիշխանաց անկանիք ։ Արդ անուն Ածութե 'ի մեծ պատիւ տուաւ, և ում կամեցաւ Աստուած ետ զնա ։ Բայց անուանք Աստուծոյ բազումք են, և պատուականք. որպէս և ետ զանուանս իւր Մովսէսի, և ասէ ցնա, Ես եմ ԱԾ հարցն ձերոց. Աստուած Աբրահամու, Աստուած Իսահակայ, և ԱԾ Յակոբայ. Այս է, ասէ, անուն իմ յաւիտեան. և այս է յիշատակ յազգէ յազգս ։ Եւ կոչեաց զանուն իւր, Աշիահ, Շահարահ, Էլիշադէ, և Ադօնէ Ծբաւութ ։ Այսու անուամբ կոչեցաւ ԱԾ ։ Եւ իբր անուն Ածութե մեծ է, և փառաւոր, սակայն և յարդարոց անտի իւրոց ո՛չ արգել զնա ։ Եւ իբր նա ինքն է թագաւոր մեծ. անուն մեծ, և փառաւոր Ածութե, և արքայութե, առանց նախանձու ետ 'ի վերայ որդւոց մարդկան, ստեղծուածոց իւրոց ։

A eum deum, quemadmodum Moysen nomine Dei & Filii sui donavit. Et David inquit de illis: [a] *Ego dicebam, quod estis Angeli, vel filii Excelsi omnes.* Et cum improbi facti fuissent, postea de illis: [b] *Sicut homines*, inquit, *morimini*, *& sicut unus de principibus caditis*. Porro nomen deitatis in magno honore habitum est; sed cui voluit Deus, tribuit illud. Nomina autem Dei multa sunt, & honorifica: ita enuntiavit nomen suum Moysi, dicens: [c] *Ego sum Deus patrum vestrorum: Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Jacob*. *Hoc est*, ait, *nomen meum in æternum. Et hoc est memoriale ex generatione in generationes.* Vocavit quoque nomen suum: *Ahiah*, *Sabarah*, *Elisade*, *& Adonia*, *Zauth*. B His nominibus vocatus est Deus: & cum esset magnum & gloriosum nomen deitatis; tamen justos illos servos suos illo donavit. Et cum ipse sit Rex magnus, & nomen Dei & Regis magnum & gloriosum sit; tamen sine invidia dedit illa filiis hominum, creaturis suis.

Զնաբուգոդոնոսոր ամբարիշտ 'ի բերանոյ մարգարէին իւրոյ արքայ արքայից կոչեաց, ասելով Երեմիայիւ, Ամ ազգք, և թագաւորութի, որ ո՛չ մուծցէ զպարանոց իւր 'ի լուծ Նաբուգոդոնոսորայ ծառայի իմոյ արքայից արքայի, սուր, և սով, և մարդամահ 'ի վերայ այնոցիկ եկեսցէ ։ Եւ իբր ինքն է թագաւոր մեծ, զանուն թագաւորութե ո՛չ արգել յորդւոց մարդկանէ ։ Հայրութե Ամ. Եւ հարս կոչեաց զորդիս մարդկան, ասելով ցժողովուրդն, փոխանակ հարց քոց եղիցին որդիք քո ։ Եւ իբր նր են իշխանութիք, և պետութիք, ետ և զիշխանութե որդւոց մարդկան իւրաքանչիւր 'ի վերայ ընկերի իւրոյ ։ Եւ իբր նորա է երկրպագութի տէրութե. ետ զնա առ 'ի պատիւ, որպէս զի պատուեսցէ իւրաքանչիւր զընկեր յաշխարհի աստ, զի թէպէտ և պագցէ մարդ երկիր անօրինաց, և ամբարշտաց և այնոցիկ, որք ուրացեալք են 'ի շնորհաց անտի նորա, սակայն ո՛չ է եպերեալ յԱստուծոյ ։ Եւ վասն երկրպագութե պատուիրեաց ժողովրդեան իւրում, թէ մի՛ երկիրպագանիցես արեգական, և լուսնի, և մի՛ ամենայն պաշտամանց երկնից. և մի՛ ամենայն արարածոց, որք 'ի վերայ երկրի իցեն յօժարելովք ցանկութե երկիրպագանել ։ Եւ արդ՝ տե՛ս զյորդառատ ողորմութիս, և զշնորհսն բարերարութե բարերարի արարչին մերոյ. զի ո՛չ արգել յորդւոց մարդկան զանուանս Ածութե. և զանուն երկրպագութե, արքայութե, իշխանութե, և պետութե. վասն զի նա ինքն է հայր ամենայն տիեզերաց. և յամենայն արարածոց իւրոց յարգեաց, պատուեաց, բարձրացոյց, և փառաւորեաց զորդիս մարդկան ։ Վասն զի սուրբ ձեռօք իւրովք է ստեղծ զնա, և փչեաց 'ի նա զշունչ կենդանի. և եղև մեզ 'ի սկզբանէ տուն ապաւէն բնակութե. և 'ի մեզ բնակեցաւ, և 'ի մեզ հանգեաւ ։ Քանզի 'ի ձեռն մարգարէին իսկ ասաց. թէ բնակեցայց 'ի ձեզ. և հանգեայց 'ի ձեզ ։ Եւ Երեմիա մարգարէ ասաց, տաճար էք դուք Աստուծոյ, եթէ բարւոք, և հաճոյ արասջիք զգործս, և զճանապարհս ձեր ։ Եւ Դաւիթ. Տր ապաւէն եղեր մեր յազգէ մինչև յազգ. մինչև լերինք հաստատեալք էին. ստեղծեալ երկիր, և ամենայն տիեզերք ։ Յաւիտենից մինչև յաւիտեանս դու ես Աստուած ։ Եւ զիարդ լիցի այս ։ Զի մի մարգարէն ասաց, Տր ապաւէն եղեր մեր յազգէ մինչև յազգ ։ Եւ միւսն ասաց. թէ բնակեցայց 'ի ձեզ, և հանգեայց 'ի ձեզ ։ Նախ ինքն ինքնին եղև մեզ ապաւէն բնակութե. ապա յետ այնորիկ 'ի մեզ բնակեցաւ, և 'ի մեզ հանգեաւ ։ Եւ իմաստնոց երկոքեան դիւրին են, և ճշմարիտ ։ Քանզի ասաց Դաւիթ, Տր ապաւէն եղեր մեր յազգէ մինչև յազգ, մինչ չև լերինք ստեղծեալ էին. մինչ չև հաստատեալ էիր զերկիր, և զամենայն տիեզերս ։

IV. Etenim Nabuchodonosor hominem impium ex ore prophetæ sui vocavit regem regum, dicens per Jeremiam: [d] *Omnis gens & regnum quod non curvaverit collum suum sub jugo Nabuchodonosor servi mei regis regum; gladius & fames & pestis veniet super illos.* Et cum ipse sit Rex magnus, non C prohibuit nomen regis a filiis hominum. Et cum [e] *ex eo omni paternitas sit*; tamen patres vocavit filios hominum, dicens ad populum: [f] *Pro patribus tuis erunt filii tui.* Et cum ejus essent principatus & potestates, dedit principatum etiam filiis hominum, unicuique super proximum suum. Et cum ei soli deberetur adoratio dominatus, concessit, ut ea ad honorem uteretur unusquisque heic in mundo erga proximum. Quamvis enim homo adoret iniquos & impios, & illos qui abnegaverunt ipsam ejus gratiam; tamen non improbatur a Deo, etsi de adoratione præceperit populo suo, dicens: [g] *Non adorabitis solem & lunam, neque omnem militiam cœli; neque omnes creaturas quæ sint super* D *terram, inclinantes vos cum voluntate eas adorandi.* Observa igitur redundantem misericordiam & gratiam beneficæ misericordiæ conditoris nostri; quia non prohibuit a filiis hominum nomina deitatis, & nomen adorationis, regni, principatus & potestatis. Etenim ille ipse est Pater totius mundi, & præ omnibus creaturis suis honorificavit, ornavit, exaltavit & glorificavit filios hominum. Nam formavit hominem sanctis suis manibus, & inspiravit in eum spiraculum vitæ; & ab initio ipse factus est nobis domus & refugium habitationis, & habitavit in nobis, & requievit in nobis. Nam per prophetam ait: [h] *Habitabo in vobis, & requiescam in vo-* E *bis*. Et Jeremias propheta inquit: [i] *Templum vos Dei estis, si bene & ad placitum feceritis opera & vias vestras.* Et David ait: [k] *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Prius quam montes fierent aut formaretur terra & orbis, a sæculo usque in sæculum tu es Deus.* Sed quomodo hæc intelligenda sunt? Nam unus propheta ait: *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem*. Et alter ait: *Habitabo in vobis, & requiescam in vobis*. Primum, & ante omnia ipse factus est nobis refugium habitationis: deinde habitavit in nobis & requievit in nobis. Et sapientibus ambo intellectu facilia sunt, & vera esse agnoscuntur. Etenim David ait: *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Prius quam montes fierent, & formares terram & orbem.*

a Psal. LXXXI. 6. *b* Ibid. ℣. 7. *c* Exod. III. 15. *d* Jer. XXVII. 8. *e* Ephes. III. 15. *f* Psal. XLIV. 17. *g* Deut. IV. 19. *h* Zach. II. 10. 11. *i* Jer. VII. 3. 5. *k* Psal. LXXXIX. 1. 2.

Եւ զայս գիտես ապաքէն սիրելի իմ . զի ամենայն արարածք վերնականք, և ներքնականք նախ հաստատեցան, և ապա զկնի ամենեցուն մարդն : Քանզի իբրև խորհեցաւ Աստուած հաստատել զաշխարհս, համդերձ ամենայն զարդու և կազմուածովք իւրովք . նախ զադամ յղացաւ, և նկարեաց 'ի խորհուրդս իւր . և ապա յղացաւ զարարածս : Որպէս ասաց, մինչ չև յղացեալ էին լերինք, և երկնեալ երկրի զերկունս ծննդեան, առ 'ի սերմանել, և աճել : Քանզի մարդս է երէց, և յառաջ յղութե(ամ)բ, քան զամենայն արարածս . բայց ծննդեամբ յառաջ են արարածք քան զադամ : Յղացաւ ադամ, և յղացեալ կայր 'ի խորհուրդս Աստուծոյ : Եւ իբրև յղութե(ամ)բն արգելեալ կայր 'ի խորհուրդս անդր . 'ի բան բերանոյ հաստատեաց զարարածս ամենայն միանգամայն առհասարակ : Եւ իբրև կատարեաց, բովանդակեաց, և զարդարեաց զաշխարհս 'ի կազմութե(ան) զարդուց իւրոց . և ոչ գոյր 'ի նմա և ոչինչ թերի . յայնժամ ծնաւ զադամ 'ի մտաց անտի խորհրդոց . և ստեղծ յօրինեաց զմարդն ձեռօք իւրովք : Եւ ետես ադամ զաշխարհս կազմեալ յօրինեալ : Եւ իշխեցոյց զնա 'ի վերայ ամենայնի, զոր արար : Զո՞ր օրինակ, եթէ առն ուրուք որդեակ մի միամօր, և կամիցի առնել նմա հարսանիս . խօսի նմա կին, և շինէ նմա սենեակ, և զարդարէ զսենեակն ամենայն զարդուք, և կազմէ պատրաստէ զամենայն պէտս որդւոյ իւրոյ . և ապա առնէ զհարսանիս . և կացուցանէ զորդին 'ի վերայ ամենայն արարածոց իւրոց : Այսպէս արար Աստուած ադամայ : Վասն այսորիկ ասաց մարգարէն, մինչ չև լերինք յղացեալ էին, յաւիտենից մինչև յաւիտեանս դու ես տէր : Զի մի՛ ոք ածիցէ զմտաւ, և կարծիցէ, եթէ իցէ այլ Ա(ստուա)ծ օտարոտի, կամ յառաջ, կամ զկնի : Որպէս և ասաց եսայի, ես եմ առաջին, և ես եմ վերջին : Եւ ապա իբրև ծնաւ Աստուած զադամ 'ի խորհրդոց իւրոց . ստեղծ զնա, և փչեաց 'ի նա շունչ կենդանի . և ետ նմա զգիտութի(ւ)ն հանճարեղ որոշողութե(ան) . զի ընտրեսցէ ընդ չար, և ընդ բարի . և զի գիտասցէ, թէ Ա(ստուա)ծ արար զնա : Եւ վասնզի յոյժ երևելի մարդն արարչին իւրում քան զամենայն արարածս, նկարեցաւ, և յղացաւ 'ի միտս, և 'ի խորհուրդս մարդոյն : Եւ եղև նա տաճար Աստուծոյ արարչին իւրոյ : Որպէս և գրեալ է, տաճար էք դուք Աստուծոյ : Եւ նոյն ինքն ասաց, բնակեցայց 'ի նոսա, և հանգեայց : Բայց որդիքն ադամայ, որք զարարիչն իւրեանց ոչ գիտեն, ո՛չ նկարի Աստուած 'ի միտս նոցա, և ոչ բնականայ, և ոչ յղանայ 'ի խորհուրդս նոցա : այլ իբրև զանասուն համարեալ են առաջի նորա, և իբրև զայլ արարածս : Արդ յայսցանէ իմասցին, և առցեն զհաւանութիւն դժրամիտքն, թէ ոչինչ է այս օտար, զի կոչեցինք մեք զՔրիստոս որդի Աստուծոյ, զի ահա զամենայն որդիս մարդկան ինքն յղացաւ, և ծնաւ 'ի խորհրդոց իւրոց : Եւ խրատեալք ցածիցեն յօրինեալ կարգաւն . զի և զանուն ածութե(ան) ունի յանձն իւր . զի և արդարոց իւրոց ետ նա զանուն Աստուծոյ :

A V. Nam hoc utique fcis, cariffime, quod creaturæ fuperiores & inferiores prius formatæ funt; & deinde poft eas omnes, homo. Cum enim cogitaffet Deus condere mundum hunc cum omni ornatu & pulcritudine fua, primo concepit & depinxit quodammodo in cogitatione fua Adamum, & deinde concepit creaturas. Sicut fcriptum eft: *Prius quam conciperentur montes, & terra pareret* partus generationis ad feminandum & crefcendum. Nam homo eft fenior & prior conceptione, quam omnes creaturæ; fed creaturæ productione præcedunt Adamum. Conceptus eft Adam, & conceptus manebat in cogitatione Dei. Et dum conceptus homo retinebatur B in cogitatione illa, Deus verbo oris fimul in communi creaturas omnes formavit. Et cum perfeciffet, compleviffet & ornaffet mundum hunc in ftructura ornatuum fuorum, & nihil effet incompletum; tunc genuit Adamum ex idea illa quam cogitatione conceperat, & creavit & formavit hominem manibus fuis. Et Adam vidit mundum hunc exftructum & ornatum. Et conftitutus eft princeps fuper omnia quæ Deus fecerat. Nam quemadmodum homo habens filium unicum, & volens ei nuptias parare, fpondet ei mulierem, & deinde ædificat ei cubiculum omnique ornatu parat & inftruit, omniaque filio fuo neceffaria præparat, & deinde celebrat nuptias, & conftituit filium fuper omnia C opera fua: ita fecit Deus cum Adamo. Propterea dixit Propheta: [a] *Prius quam conciperentur montes a fæculo, & ufque in fæculum tu es Dominus;* ne quis cogitaret & opinaretur, quod effet alius extraneus Deus, vel antea vel poftea, ficuti & ait per Ifaiam: [b] *Ego fum primus, & ego fum noviffimus*. Nam poftea quam concepiffet Deus Adamum in cogitatione fua, creavit eum, & infpiravit in eum fpiraculum vitæ; & deinde dedit ei fcientiam perfpicacis difcretionis, ut difcerneret inter malum & bonum, & ut fciret, Deum feciffe ipfum. Et quia apud factorem fuum longe nobilior erat homo omnibus aliis creaturis; depictus & efformatus eft D Deus in mente & cogitatione hominis. Et factus eft ille templum conditoris fui. Sicut & fcriptum eft: [c] *Templum eftis vos Dei*. Et Deus ipfe ait: [d] *Habitabo in eis, & requiefcam.* At in mente illorum filiorum Adæ qui nefciunt factorem fuum, Deus non habitat, neque in cogitatione eorum depingitur, neque concipitur, fed tamquam bruta reputati funt coram eo, & tamquam ceteræ creaturæ. Jam ex his intelligant & fateantur homines deceptæ mentis, quod neque infolens neque extraneum, & alienum eft, quod vocaverimus nos Chriftum Filium Dei; quoniam ecce omnes filios hominum ipfe concepit, & genuit in cogitatione fua. Et tandem admoniti cedant ordini quem Deus conftituit, qui cum deitatis nomen haberet, nomen Dei etiam juftis fuis impertivit.

Եւ երկիր պագանեմք Ք(րիստոսի)ն, զի նովաւ գիտացաք զԱ(ստուա)ծ : Ամօթալից կորացեալք զերեսս . զի պիղծ, և ամբարշտաց աշխարհականաց հեթանոսաց անկանին, և երկիր պագանեն . և մեծապատիւ մեծաշուք փառաւորեն, և չիք ևպերանք ինչ 'ի պամբասանաց : Զի զպատիւս զայս երկրպագութե(ան) ետ Ա(ստուա)ծ որդւոց ադամայ . զի նովաւ յարգեսցեն, և մեծարեսցեն զմեծամեծս, և զայնոսիկ, որք լաւն են, և առաւել են քան զնոսա : Եւ արդ եթէ ամբարշտաց պագանեն երկիր . և պատուեն յանուն երկրպագութե(ան) այնոցիկ, որք ամբարշտութե(ամ)բն իւրեանց, և յանուանէ ևս անգամ Աստուծոյ ուրանան . որպէս զի մի՛ երկիր պագցեն իբրև արարչի իւրեանց, և որպէս նոքա կարծեն առ միտս անձանց իւրեանց, չիք նոցա մեղք ինչ . և յանցանք : Ո՞րչափ ևս պարտ, և պատշաճ իցէ երկիրպագանել, և փառաւորել զՅիսուս, որ դարձոյց զմիտս մեր դժրեալս յամենայն երկրպագութե(ան) ունայն մոլորութե(ան) . և

VI. Adoramus autem Chriftum, quoniam per eum cognovimus Deum. Confufi igitur, & demiffo in terram vultu humilientur; quoniam pollutis & impiis hominibus hujus mundi incurvantur & eos E adorant, & magnifice & honorifice glorificant. Attamen ob hujufmodi adorationes nemo eorum contemtus aut reprehenfus eft, quia Deus conceffit filiis Adæ, ut hujufmodi adorationis honore colerent & honorarent magnates, & eos qui funt aliis majores & præftantiores. Quare fi adorant impios, & adorationis cultu eos honorant, qui ob impietatem fuam nonnumquam nominatim Deum blafphemant, & Deum tamquam factorem fuum non venerantur; & tamen, ut ipfi opinantur & judicant, nullum fibi adorationis honore eos colentibus peccatum & delictum eft; quanto magis oportet & convenit, ut nos adoremus & glorificemus Jefum, qui deceptas mentes noftras convertit ex omni adoratione inanis erroris, & oftendit nobis unum Deum Pa-

a Pfalm. LXXXIX. 2. b Ifa. XLI. 4. c Jer. VII. 3. d Zach. II. 10. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



եցոյց մեզ զմի Աստուած հայր, և արարիչ ամենայնի, և մեր։ Պաշտեսցուք, և օրհնեսցուք. երկրպագեսցուք, և ծառայեսցուք։ Գիտասցեն դարձեալ և զայս. զի թագաւորք աշխարհիս այսորիկ կոչեն զանձինս իւրեանց Աստուածս, յանուն Աստուծոյ մեծի. և ուրացօղք, և հայհոյիչք անկանին, և երկրպագանեն առաջի նոցա, և պաշտեն զնոսա, և պատուեն մեծաւ շքով, որպէս զկուռս, և զդրօշեալս. և ո՛չ պատուհասեն, և յանդիմանեն երբէք օրէնքն զնոսա։ Չեն ինչ մեղք, և յանցանք։ Զոր օրինակ, եպագ երկիր դանիէլ ուրացող, և հայհոյիչ Նաբուգոդոնոսորայ. և ո՛չ եպերեցաւ։ Եպագ երկիր և յովսէփ փարաւոնի. և ո՛չ գրեալ է, թէ մեղաւ ինչ, կամ մեղք ինչ համարեցան նմա։ Այլ մեք ճշմարիտ հաւատացեալ եմք, զի Յիսուս, Աստուած է, և որդի Աստուծոյ. և նովաւ գիտացաք մեք զհայր նորա. և արգել, և կարճեաց զմեզ յամենայն երկրպագութենէ պաշտամանց։ Արդ ո՛չ ունիմք մեք այսուհետև զայն ինչ, որ արժան իցէ տէրութեան դորա։ Որո՞վ իւիք կարիցեմք հանել հատուցմամբ զպարտս կարեաց, որ համբեր վասն մեր. բայց եթէ երկրպագութեամբ հատուսցուք նմա զփառս, և զպատիւ, փոխանակ վշտաց նեղութեան, զոր համբեր վասն մեր։

A trem, & factorem nostrum & rerum omnium? Colamus ergo eum & benedicamus, adoremus & serviamus ei. Illud etiam iterum intelligant, quod reges hujus mundi vocant se ipsos deos nomine Dei magni; & licet apostatæ & blasphemi sint, prosternunt se homines ante eos, & adorant & colunt ipsos, & honore magno non secus ac idola & sculptilia prosequuntur; & tamen nec puniunt eos leges nec reprehendunt, neque aliqua culpa & peccatum ipsis adscribitur. Exemplum præbet Daniel, qui adoravit apostatam & blasphemum Nabuchodonosorem, & non est reprehensus. Adoravit & Joseph Pharaonem, & non est scriptum, quod male fecerit vel aliquod peccatum ei attributum fuerit. B At nos vere credidimus, quod Jesus sit Deus & Filius Dei. Et per eum nos Patrem ejus cognovimus, & ab omni adoratione idolorum nos cohibuit & revocavit. Profecto nos nihil habemus, quod ejus amplitudini & majestati conveniat. Quo igitur alio poterimus compensare id, quod ei debemus ob passiones quas propter nos tulit, nisi adoratione reddamus ei gloriam & honorem pro afflictionibus angustiæ quas tulit propter nos?

Եւ այլեւս՝ օրէն և արժան է մեզ հաւանեցուցանել. զի կանխաւ իսկ խոստացեալ էր Յիսուս այս մարգարէիւք, և կոչեցաւ որդի Աստուծոյ։ Դաւիթ ասաց։ Որդի իմ ես դու, և ես այսօր ծնայ զքեզ։ Եւ եսայի ասաց, ծնունդ ծնաւ մեզ. և եղիցի իշխանութիւն իւր 'ի վերայ ուսոց իւրոց։ Եւ կարդասցի անուն նորա զարմանալի, և առաջնորդ. և Աստուած հզօր աշխարհի, և իշխան խաղաղութեան. բազմանալ երկարել իշխանութեան նորա։ Եւ խաղաղութեան նորա չիք չափ, և համար։ Այսուհետև եկ, և ասա դու ինձ, ո՞ իմաստուն վարդապետ իսրայէլի. ո՞վ է այն, որ ծնանելոց էր. անուն նորա ծնունդ, և որդի, զարմանալի, և առաջնորդ, Աստուած հզօր աշխարհաց, իշխան խաղաղութեան, առ 'ի բազմանալ յերկարել իշխանութեան նորա. և խաղաղութեան նորա չիք թիւ, և համար։ Արդ եթէ կարդացաք զՔրիստոս որդի Աստուծոյ, դաւիթ ուսոյց մեզ, զի կոչեաց զնա որդի։ Եսայեայ մարգարէի լուաք մեք. զի տուաւ իշխանութիւն նորա 'ի վերայ ուսոց իւրոց, վասնզի էառ նա զխաչ իւր, և ել յերուսաղէմէ։ Զի ծնունդ ծնանելոց էր։ Դարձեալ եսայի ասաց, ահա կոյս յղասցի, և ծնցի որդի. և կոչեսցէ զանուն նորա էմմանուէլ. զի նա է Աստուած մեր ընդ մեզ։

VII. Præterea possumus nos, immo conveniens est, illud insuper ostendere, quod jam olim, cum Jesus promissus est, vocatus est per prophetas Fi- C lius Dei. David ait: [a] *Filius meus es tu, & ego hodie genui te.* Et Isaias inquit: [b] *Parvulus natus est nobis, & factus est principatus ejus super humerum ejus: Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, & dux, & Deus fortis mundi, & princeps pacis, ad multiplicandum, dilatandum principatum ejus: & pacis ejus non est mensura neque numerus.* Veni ergo, & dic mihi tu, o sapiens doctor Israel: Quisnam est ille qui nasciturus erat, cujus nomen genitus, & filius, Admirabilis & dux, Deus fortis sæculorum, princeps pacis, ad multiplicandum, extendendum principatum ejus, & pacis ejus non est finis, & numerus? Itaque si vocavimus Christum filium Dei, David id nos docuit, qui jam pridem D vocavit eum Dei filium. Audivimus quoque Isaiam prophetam dicentem, quoniam data est potestas ei super humerum ejus. Et quidem accepit ille crucem suam, & egressus est de Jerusalem: Quod autem parvulus nasci deberet, idem Isaias dixit, [c] *Ecce virgo concipiet & pariet filium; & vocabitur nomen ejus Emmanuel: nam est Deus noster nobiscum.*

Ապա եթէ ասիցես, թէ արդ ևս ո՛չ եկն Քրիստոս. խոտորնակ դժպհութեանդ քում տաց քեզ և զայդ։ Ապաքէն թէ գայ գրեալ է։ Եւ 'ի գալ անդ նորա գրեալ է, թէ հեթանոսք յուսասցեալք հաւատասցեն 'ի նա։ Ահա ես 'ի հեթանոսաց լուայ, թէ գայ Քրիստոս, և մինչև է եկեալ, կանխեցի հաւատացի 'ի նա, և 'ի ձեռն նորա պագանեմ երկիր Այ̃ իսրայէլի. Գուցէ երբ գայ, կշտամբէ՞ զիս վասն այսր, զի մինչև է եկեալ, կանխեցի հաւատացի 'ի նա։ Բայց անմիտ, և չգիտու. սակայն մարգարէք ո՛չ տան քեզ ասել զայս, եթէ ցարդ ևս ո՛չ է եկեալ Քրիստոս։ Դանիէլ յանդիմանէ զքեզ յասել անդ իւրում, թէ յետ վաթսուն և երկու եօթներորդաց եկեսցէ Քրիստոս, և մեռցի։ Եւ 'ի գալ անդ նորա աւերեսցի քաղաքն սրբութեան, և վախճան աւուրց նորա 'ի դերփել կոտորածոյ. և մինչև 'ի սպառումն աւեր համառօտից հանգիցէ 'ի վերայ ապականութեան։ Արդ դու յուսաս, և ակնկալես, թէ 'ի գալ անդ նորա ժողովէ իսրայէլ յամենայն գաւառաց. և երուսաղէմ նիստ աւեալ շինի իւրովք հրապարակօք։ Եւ դանիէլ վկայեաց, թէ երբ գայ Քրիստոս, և մեռանի, աւերի երուսաղէմ, և

VIII. Quod si dicas, quod adhuc non venit Christus adversus ea quæ obloquutus es, respondebo tibi. Certe quod veniat, scriptum est. Et scriptum est [d], quod in adventu ejus gentes sperabunt, & credent in eum. Ecce ego ex gentibus audivi, E quod venturus sit Christus; & prius quam veniret, anticipavi, & credidi in eum, & per eum adoro Deum Israel. Forsan cum veniet, objurgabit me propter hoc, quia, ante quam venisset, anticipavi & credidi in eum? Verum enim, stulte & ignorans, prophetæ utique non sinunt te hoc dicere, quod adhuc non venit Christus. Daniel redarguit te sermone illo suo, in quo dicit: [e] *Post hebdomadas sexaginta duas veniet Christus, & morietur. Et in adventu ejus destruetur civitas sanctuarii; & finis dierum ejus in cæde & devastatione:* & ait: *usque ad consummationem abbreviationum sedebit super desolationem.* Tu autem speras & exspectas, quod in adventu illo suo Israelem ex omnibus regionibus terrarum orbis congregabit, & quod Jerusalem sedens super desolatione rursus ædificabitur cum plateis suis. Et Daniel testatus est, quod cum venerit Christus & mortuus fuerit, Jerusalem destruetur

a Psalm. II. 7. b Isa. IX. 6. 7. c Isa. VII. 14. d Agg. II. 8. e Dan. IX. 26. 27.


հանգչի ․ և զտեղի առնու 'ի վերայ ապականութե՛, մինչև 'ի սպառումն յաւիտեանն համառօտից ։ Եւ վա՛ չարչարանացն Քրիստոսի դաւիթ ասաց , թէ ծակե՛ ցին զձեռս իմ, և զոտս ․ և ճանաչեցին ամենայն ոս՛ կերք իմ ․ նոքա հայեցան , և տեսին զիս ։ Բաժանե՛ ցին զհանդերձս իմ 'ի մէջ իւրեանց ․ և 'ի վերայ պատ՛ մուճանի իմոյ վիճակս արկին ։ Եւ եսայի ասայ, ահա երևեալ յայտնի ծառայ իմ, և բարձրացեալ վերանայ, և փառաւորի յոյժ ․ ոպ̃ զի զարմասցին բազումք 'ի վերայ նորա ։ Այլազգի է տեսիլ նորա քան զառն , և դեղ հասակի նորա քան զորդւոց մարդկան ։ Եւ ա՛ սաց , թէ սրբեսցէ զազգս բազումս , և թագաւորք հիացեալ զարմասցին վասն նորա ․ Եւ ասաց դարձեալ 'ի նմին պատգամի , խաղայ և ելանէ իբրև տղայ ա՛ ռաջի երեսաց, և իբրև արմատ 'ի ծարաւուտ երկրի ։ Եւ ասաց 'ի կատարած պատգամին , թէ նա՛ մեռանի վասն մեղաց մերոց , և չարչարի վասն անօրէնութե՛ մերոյ ։ Խրատ յանդիմանութե՛ մերոյ կատարի 'ի վերայ նորա ։ Եւ 'ի սպիս վիրաց նորա բժշկեսցուք ։ Արդ որո՞վ վիրօք բժշկեցան որդիք մարդկան ։ Դաւիթ ո՛չ սպանաւ ․ վա՛ զի 'ի ծերութե՛ խաղաղութ՛ մեռաւ, և թաղե՛ ցաւ 'ի բէթղէհէմ ։ Եւ եթէ վասն սաւուղայ ասա՛ ցան ։ Նա 'ի լերինսն գելբուէի մեռաւ 'ի մարտի այլազ՛ գեաց ։ Եթէ ասիցեն , թէ ծակեցին զձեռս, և զոտս նորա իբրև կախեցին զմարմին նորա 'ի վերայ պարս՛ պացն բեթսանայ ։ Այլ ո՛չ կատարի այս 'ի վերայ սաւուղայ ․ զի երբ ծակեցան անդամք նորա , ոսկերք նորա ո՛չ զգացին զչարչարանս մարմնոյ իւրոյ, զի մե՛ ռեալ էր նա ։ Եւ իբրև ասաց դաւիթ , թէ ծակեցին զձեռս իմ , և զոտս իմ ․ և ճանաչեցին զամենայն ոս՛ կերս իմ ․ ասաց անդէն զկնի պատգամին ․ Աստուած յօգնել ինձ նայեա՛ց , և ապրեցո՛ 'ի սրոյ զանձն իմ ։ Արդ Քրիստոս ապրեցաւ 'ի սրոյ , և ել 'ի դժոխոց ․ եկաց և յարեաւ յերրորդում աւուր , և նայեաց Ած յօգնել նմա ։ Եւ սաւուղ կարդաց առ տր̃ , և ո՛չ լուաւ նմա ։ Եւ եհարց մարգարէիւք , և ո՛չ ետ պատաս՛ խանի ։ Անկաւ 'ի հեթանոսութի , և եհարց զվհուկս ։ Անկաւ և պարտեցաւ առաջի այլազգեաց , և սպան զանձն իւր 'ի սուր սուսերի իւրոյ ։ Եւ դարձեալ ասաց դաւիթ 'ի նմին պատգամի , աւետարանեցից զանուն քո եղբարց իմոց ․ 'ի մէջ եկեղեցւոյ օրհնե՛ ցից զքեզ ։ Արդ 'ի վերայ սաւուղի զիա՞րդ մարթա՛ ցի կատարիլ այս ամենայն ։ Եւ դարձեալ ասաց դաւիթ ․ ո՛չ տացես սրբոյ քում տեսանել զապականութի ։ Այլ այս ամենայն 'ի վերայ Քրիստոսի կատարեցաւ ․ իբրև եկն առ նոսա , և ո՛չ ընկալան զնա ․ և դատե՛ ցան զնա անօրէնութբ̃ , սուտ վկայութբ̃ն ․ և կախե՛ ցին 'ի վերայ փայտի զմարմին նորա ․ և ձգեցին զձեռս իւրեանց 'ի նա , և ծակեցին զձեռս , և զոտս նորա բևեռօքն , զոր բևեռեցին 'ի նմա ․ և ճանաչեցին զամ ոսկերս նորա ։ Եւ յայնմ աւուր եղև մեծ սքանչելիք ․ զի խաւարեցաւ լոյսն յօր հասարակի , ըստ մարգա՛ րէութե՛ զաքարեայ, թէ օրն այն երևելի եղիցի տն̃ ․ ո՛չ տիւ , և ո՛չ գիշեր ․ և յերեկոյի եղիցի լոյս ։ Ո՞ր օր արդեօք իցէ նա , որ մեկնեցաւ սքանչելեօք ․ զի ո՛չ տիւ , և ո՛չ գիշեր ․ և 'ի ժամ երեկոյին եղև լոյս ․ բայց եթէ օրն այն խաչելութե՛ ․ զի եղև խաւար յօր հասարակի , և երեկոյին եղև լոյս ։ Եւ դարձեալ ասաց ։ օրն այն եղիցի ցուրտ , և դառն ։ Որպէս և դու քե՛ զէն իսկ գիտես , զի ցուրտ էր յայնմ աւուր ․ և կրակ իսկ լուցին , և ջեռնուին ․ և եկն շմաւոն եկաց առ նոսա ։ Եւ դարձեալ գրեալ է , սուր յարիցէ 'ի վերայ հովուի , և 'ի վերայ առն բարեկամի իմոյ ․ և հարցեն զհովիւն , և ցրուեսցին դառինք հօտի նորա , և դարձուցից զձեռն իմ 'ի վերայ հովուաց ։ Եւ դարձեալ ասաց դաւիթ վասն կարեաց նորա , ետուն 'ի կերակուր ինձ լեղի ․ և 'ի ծարաւ իմ արբուցին ինձ քացախ ․ Եւ դարձեալ 'ի նմին պատգամի ասաց , զոր դու հարեր , հալածեցին , և 'ի վերայ ցաւոց իմոց յաւելին ․ Նաև յաւելին իսկ նմա բազում ինչ, որ ո՛չ էր գրեալ վասն նորա , զանէծս, և զթշնամանս , զոր

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.

A & quiescet , & permanebit desolatio usque ad consummationem sæculi abbreviationum . De passione autem Christi inquit David : [a] *Foderunt manus meas & pedes meos ; & cognoverunt omnia ossa mea . Ipsi inspexerunt & viderunt me : diviserunt vestimenta mea inter se, & super vestem meam miserunt sortem*. Et Isaias ait: [b] *Ecce apparens manifestatur servus meus , & exaltatus elevatur & glorificatur valde , ita ut admirarentur multi super eum . Alia est species ejus quam viri , & pulcritudo staturæ ejus quam filiorum hominum* . Et deinde ait : [c] *Sanctificabit generationes multas , & reges stupefacti admirabuntur eum*. Et iterum eodem loco : [d] *Ludit* , inquit , *& egreditur , tamquam puer ante*
B *faciem , & tamquam radix in sitibunda terra* . Et prope finem sermonis sui : [e] *Ille moritur pro peccatis nostris , & patitur propter iniquitatem nostram . Disciplina reprehensionis nostræ perficitur super eum : & in cicatricibus vulnerum ejus sanabimur*. At quibus vulneribus sanati sunt filii hominum ? David non est occisus . Nam in senectute cum pace mortuus est [f], & sepultus est in Bethlehem. Si autem de Saul dicta sunt : ille [g] in montibus Gelboe occubuit in certamine cum alienigenis . Si dicant , quod foderunt manus & pedes ejus, quando [h] corpus ejus suspenderunt super muros Bethsan : Certe prædictio tum impleta non est super Saul . Nam quando foderunt membra ejus , ossa ejus non sense-
C rut cruciatus corporis sui : quia erat mortuus . At vero inquit David : [i] *Foderunt manus meas, & pedes meos , & cognoverunt omnia ossa mea :* Prosequens inde sermonem ait : [k] *Deus ad adjuvandum me inspice , & eripe a gladio animam meam* . Et Christus quidem ereptus est a gladio , & egressus est ab inferis ; stetit, & surrexit tertia die; & respexit Deus ad adjuvandum eum . Saul autem clamavit ad Dominum , & non exaudivit eum . Et [l] interrogavit per Prophetas , & non respondit . [m] Lapsus est in errorem gentium ; & [n] interrogavit Pythonem . Cecidit , & superatus est ab alienigenis , & occidit se ipsum acie gladii sui. Et iterum ait David in eo sermone : [o] *Narrabo nomen tuum fratri-*
D *bus meis : in medio ecclesiæ laudabo te* . At super Saul quomodo impleri potuerunt hæc omnia ? Et iterum inquit David : [p] *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem* . Verum enim hæc omnia impleta sunt super Christum, quando venit ad illos , & non receperunt eum; sed condemnaverunt inique per falsos testes , suspendentes super lignum corpus ejus. Nam injectis in eum manibus , clavis confodientes manus & pedes ejus in cruce confixerunt , & omnia ossa ejus cognoverunt . Et in die illa factum est magnum miraculum , quia obscurata est lux in meridie , juxta prophetiam Zachariæ dicentis : [q] *Dies illa nota erit Domino, non dies , neque nox: & in tempore vesperi erit lux* . Quæ dies est
E illa , quæ per miraculum in tenebras atque in lucem divisa est ? *Nam non dies , neque nox, & in tempore vesperi facta est lux:* Utique non est , nisi dies illa crucifixionis. Quippe [r] tenebræ factæ sunt in meridie , & tempore vesperi facta est lux . Et iterum ait : [s] *Dies illa erit frigida , & amara* . Nam quemadmodum tu ipse profecto non ignoras , quod frigus erat in die illa, [t] & accenderunt ignem, & calefaciebant se; & Simon Petrus venit, & apud eos stetit . Similiter scriptum est : [u] *Gladius surget super pastorem , & super virum amicum meum . Et percutient pastorem , & dispergentur agni gregis ejus : & convertam manum meam super pastores* . Illud

a Psal. XXI. 17. 19. *b* Isa. LII. 13. 14. *c* Ibid. ℣. 15. *d* Isa. LIII. 2. *e* Ibid. ℣. 5. *f* III. Reg. II. 10. *g* I. Reg. XXXI. I. *h* II. Reg. XXI. 12. I. Reg. XXXI. 9. 10. 12. *i* Psal. XXI. 17. *k* Ibid. ℣℣. 20. 21. *l* I. Reg. XXVIII. 6. *m* Ibid. ℣. 7. *n* I. Reg. XXXI. 4. *o* Psal. XXI. 23. *p* Psal. XV. 10. *q* Zach. XIV. 6. 7. *r* Matth. XXVII. 45. *s* Amos VIII. 9. 10. Zach. XIV. 6. *t* Matth. XXVI. 57. Marc. XIV. 53. Luc. XXII. 54. Joan. XVIII. 18. *u* Zach. XIII. 7.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 340.



և ո՛չ գիրք իսկ կարացին յայտնել. զի աղտեղի էին Թշնամանք նորա ։ Բայց Տր կամեցաւ ընդ խոնարհութին չարչարանաց նորա, և նա մեռաւ վասն մեղաց մերոց, և չարչարեցաւ վասն անօրէնութեանց մերոց ։ Եդան մեղք յանձին նորա ։ Արդ մեք երկիրպագանեմք այսոցիկ ողորմութեանց, և կրկնեմք զծունր առաջի երեսաց մեծութեան հօր նորա ։ զի նուաճեալ դարձոյց զերկրպագութն մեր յինքնակողմն անդր ։ Կոչեաց զնա Աստուած իբրև զՄովսէս ։ Անդրանիկ, և որդի իբրև զԻսրայէլ ։ Եւ Յս, իբր զյեսու որդի Նաւեայ ։ Եւ քահանայ, իբր զԱհարոն ։ Եւ Թագաւոր, իբր զԴաւիթ ։ Մարգարէ մեծ, որպէս և զամենայն մարգարէս ։ Եւ հովիւ, իբրև զամենայն հովիւս, որք արածեցին, և առաջնորդեցին ։ Եւ զմեզ կոչեաց որդիս. որպէս ասացն, Թէ որդիք օտարաց լուիցեն ինձ ։ Եւ արար զմեզ իւր եղբարս, ըստ մարգարէին, աւետարանեցից զանուն քո եղբարց իմոց ։ Եւ եղաք մեք բարեկամք նորա. որպէս և ասաց ցաշակերտս իւր, կոչեցի զձեզ բարեկամս իմ, զոր օրինակ կոչեաց հայր նորա զԱբրահամ սիրելի իւր ։ Եւ ասաց ցմեզ, Թէ ես եմ հովիւ քաջ, դուռն, ճանապարհ, այգի, սերմն, փեսայ, դայեակ, սնուցիչ, ճրագ, լոյս, Աստուած կենարար, և փրկիչ. և բազում անուանս յորջորջեցաւ նա ։ Գրեցի առ քեզ սակաւիկ մի զհաւանութիւս զայս սիրելի իմ, զի տացես պատասխանի ընդդէմ հրէից. վասն զի ասեն, Թէ չէք որդի Աստուծոյ. և զի կոչեցինք զնա Աստուած, որդի Աստուծոյ, Թագաւոր, և անդրանիկ ամենայն արարածոց,


A etiam David de passione ejus: [a] *Dederunt*, inquit, *mihi in escam fel; & in siti mea potaverunt me aceto*. Et in eodem sermone: [b] *Quem tu*, ait, *percussisti, persecuti sunt, & super dolores meos addiderunt*: Siquidem multa Judæi addiderunt, quæ non erant de eo scripta, maledictiones & convicia, quæ neque Scripturæ potuerunt manifestare; quia sordida & infanda erant convicia. At Deus voluit humilitatem passionis ejus: & [c] *ille mortuus est propter peccata nostra, & passus est propter iniquitates nostras. Posita sunt peccata nostra in ipso*. Itaque has commiserationes suas nos adoramus, & flectimus genua ante faciem majestatis Patris ejus, quia per eum victoria relata illuc conversa est adoratio B nostra. Vocatus est autem Deus, tamquam Moyses; primogenitus, & Filius, tamquam Israel; & Jesus tamquam Josue filius Nave; & Sacerdos tamquam Aaron; & Rex tamquam David; & [d] *Propheta magnus*, sicut & omnes prophetæ; & Pastor, tamquam omnes pastores qui gregem paverunt & duxerunt. Et nos vocavit filios, dicens: [e] *Filii alienigenarum exaudient me*. Et fecit nos fratres suos secundum prophetam: [f] *Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Et facti sumus amici ejus sicut & dixit discipulis suis: [g] *Vocavi vos amicos meos*; quemadmodum Pater ejus [h] vocavit Abraham amicum suum. Et loquutus est ad nos, dicens: [i] *Ego sum Pastor bonus, ostium, via*, vinea, semen, sponsus, nutrix, educatrix, lucerna, lux, Deus vivificans & Salvator; & multis hisce nominibus nuncupatus est. Scripsi ad te brevem hunc Sermonem, carissime, ut habeas quid respondeas contra Judæos, qui dicunt, quod Jesus non sit Filius Dei, & quod male eum nos vocaverimus Deum, Filium Dei, Regem, & Primogenitum omnium creaturarum.

a Psalm. LXVIII. 22. *b* Ibid. ℣. 27. *c* Isa. LIII. 5. 6. *d* Luc. VII. 16. *e* Psalm. LIX. 10. CVII. 10.
f Psalm. XXI. 23. *g* Joan. XV. 15. *h* II. Paral. XX. 7. Isa. XLI. 8. Jac. II. 23. *i* Joan. X. 9. 12.



A

Sæcul. IV. CIRCA Ann. Chr. 340.



ՃԱՌ ԵՕԹՆԵՒՏԱՍՆԵՐՈՐԴ՝

Օրինակ ցուցանելի ընդդէմ Հրէից վասն կուսութեան, և սրբութեան։

Այժմ է ինձ սիրելի իմ՝ ՚ի հարկէ, զի տաց քեզ հաւանութիւն ՚ի նոսա, վասն սուրբ ուխտիս, և սրբութեան, յորում կամքս մեք. զի վասն աղտեղութեան, և գիճալից անարգութեան մարմնոց իւրեանց, գայթակղեն ՚ի նա ժողովուրդ Հրէից. և լուծանեն, արկանեն թոյլ լուծութեամբն զմիտս տխմար, և ադէտ մարդոց. և որք ձգինն քարշելով, և գերին ՚ի հաւանութիւն տխատուրութեան նոցա։ Եւ ասեն, յորժամ հաստատեաց Աստուած զԱդամ. այսպէս օրհնեաց զնա, և ասաց, սերեցարո՛ւք, բազմացարո՛ւք, ծնջի՛ք, և լցէ՛ք զերկիր։ Եւ զՆոյ նմին նմանուք օրհնեաց, և ասաց, բազմացարո՛ւք յերկրի, սերանալով ծննդեամբ։ Եւ զԱբրահամ օրհնեաց, և ասէ, Նայեա՛ց ընդ երկինս, և տե՛ս. և թուեալ համարիջիր զաստեղս, եթէ կարասցես կալ ՚ի չափ բովանդակութեան համարոյ նոցա. և ասէ, այսպէս եղիցի զաւակ քո։ Եւ ցԻսրայէլ ասաց, մի՛ եղիցի քեզ այր սուք, և կին ամուլ։ Եւ դարձեալ յաւել, և ասաց, մի՛ եղիցի անձեռ, և անզաւակ յերկրի ձեր։ Եւ Աբրահամու օրհնութեամբ տուաւ Իսահակ։ Եւ Իսահակ աղօթս մատոյց վասն Ռեբեկայ ծնանելոյ։ Եւ օրհնեաց զՅակոբ առ ՚ի բազմանալոյ զաւակի նորա։ Եւ Աննա ջերմեռանդն արտասուօք խնդրեաց զՍամուէլ։ Եւ սերեցաւ բազմացաւ զաւակ ամլոյն ծննդեամբ։ Եւ ընկալան ամենայն արդարք զծնունդ, և զօրհնութիւն։ Եւ դուք, ասեն, առնէք զայն, որ յԱստուծոյ ո՛չ է հրամայեալ։ Զի ընկալայք զանէծս, և յաճախեցիք զամլութիւն. կարճեցիք, արգելիք զծնունդս, և զօրհնութիւնս արդարոց։ Ո՛չ արք կանայս առնէք, և ո՛չ կանայքդ արանց լինիք. և ատեցիք զծնունդ օրհնութեան որ յԱստուծոյ տուեալ է։ Վասն բանիցս այսոցիկ սիրելի իմ, որչափ ունիմ զկար յանձին հաւանեցուցից քեզ։

SERMO DECIMUS SEPTIMUS.

De virginitate & sanctitate, contra Judæos.

Opportunum est & necessarium, dilectissime, ut sermonem instituam contra Judæos de virginitatis voto, & de sanctitate in qua vivimus. Etenim propter turpitudinem suam & luxuriosam incontinentiam corporum suorum, ea offenduntur B populi Judæorum, & verbis & exemplis commovent & dejiciunt mentem stultorum & ignarorum hominum, qui allecti trahuntur, & veluti captivi in assensum eorum impuritatis abducuntur. Dicunt siquidem, quando formavit Deus Adam, benedixit ei, & ait: [a] *Crescite, multiplicamini, generate, & replete terram*. Et Noe similiter Deus benedixit, dicens: [b] *Multiplicamini in terra, & propagate generationem*. Et benedixit Abrahæ his verbis: [c] *Suspice cælum, & vide, & numerans enumera stellas, si poteris assequi enumerando numerum earum*; Et subjicit: *Sic erit semen tuum*. Et ad Israel ait: [d] *Non erit tibi vir luctuosus, & mulier sterilis*. Et iterum addidit, inquiens: [e] *Non erit in terra ve-* C *stra infecundus & carens prole*. Abrahæ quidem cum benedictione dedit Isaac: & Isaac obtulit preces pro Rebecca, ut pareret. Et benedixit Jacob, ut multiplicaretur semen ejus. Et Anna devota cum lacrymis petiit Samuelem, & eum concepit; & quæ erat sterilis, per generationem ei multiplicata est proles. Et omnes justi generationem prolis cum benedictione susceperunt. Vos vero, inquiunt, quod non est jussum a Deo, facitis; & cum sterilitatem colatis, excludentes & impedientes generationes & benedictiones justorum, recipitis maledictionem. Nec enim vos viri ducitis uxores; nec vos mulieres nubitis: & odistis generationem in benedictione quæ data est a Deo. De hujusmodi eorum sermonibus, carissime, quantum in me est, te docebo.

Արդ զառաջին զի օրհնեաց Աստուած, և ասաց, ծնանեցարո՛ւք, և բազմասջի՛ք յերկրի. վասն այն օրհնեաց, զի լցցի աշխարհս ՚ի նոցանէ. քանզի ծննդեաց նորա հաստատեալ էին ամենեքեան։ Եւ իբրև բազմացան, և ապականեցան ամբարշտութեամբ. մինչ զի ՚ի մեղս անօրէնութեան իւրեանց զղջացուցին զկամս արարչին իւրեանց, թէ արար զնոսա. սաստիկ դատաստանաւ ջնջեաց զնոսա ջրհեղեղաւ։ Արդ ե՛կ ասա ցիս, ո՛ մաքառող Իսրայելի. զի՞նչ ինչ օգտեցաւ օրհնութիւն Ադամայ. զի ապականեցին զճանապարհս իւրեանց, և ջնջեցան ՚ի ջրհեղեղն։ Եւ ՚ի նոյն բոյս բնութեան ամուսնութեան ապականեցին, և ապականեցան. և շիջաւ օրհնութիւն յանօրէնութիւնս մեղաւորաց։ Եւ Նոյ սակաւ թուովն իբր ո՛չ բազմացաւ, և սերեցաւ, շինեաց սեղան, և հաճեաց զողորմութիւնս սրբոյն։ Եւ բարի եղև Նոյ, նուազ սակաւութեամբն իւրով, քան զամենայն զարն ապականիչ. և ՚ի նմանէն հաստատեցաւ երկրորդ աշխարհս։ Եւ Նոյ դարձեալ օրհնեցաւ, սերանալ, բազմանալ, որպէս զի լցցէ զաշխարհս, և յաճախեսցին որդիք Ադամայ։ Եւ իբրև բազմացան, զօրացան, և շատացան ծննդեամբ, մոռացան զԱստուած. և երկիր պագին դրօշելոց ամենայն ազգք, և լեզուք, որք եղեն ՚ի զաւակէ նորա. և համարեցան զԱստուած իբրև զոչինչ. իբր չիթ մի պուտան, իբր մէտ մի կշռոցի. և միայն զաւակքն արդարոց կեցին, և զօրեցան առաջի Աստուծոյ. Արդ զի՞նչ օգտեցաւ օրհնութիւն տասն դարուց յառաջ քան զջրհեղեղն։ Եւ կամ զի՞նչ շահ եղև Սոդոմացւոց. զի ջնջեցան, սատակեցան կեանք նոցա ՚ի հրոյն, և ՚ի ծծմբոյն. Եւ շիջաւ օրհնութիւն ՚ի մեղս անօրինաց։ Եւ կամ զո՞ր

Մարգարիտ լուսափայլ, և լուսաւորիչ տիեզերաց․ սիւն լուսոյ սրբութեան կանգնեալ ’ի մէջ հայաստանեայց․ յառաքելական աթոռ նստար երանելի սուրբ հայրապետ։

Հողանիւթ բարունակ և բարեխօս առ Տէր վասն մեր։ բարեբանօղ բանին կենաց և պարծանք եկեղեցւոյ․ յառաքելական աթոռ նստար երանելի սուրբ հայրապետ։

B Հայրապետ սուրբ և անբիծ և ընտրեալ յորովայնէ․ սքանչելագործ վկայ և պարծանք ազգի մարդկան, առ Քս բարեխօսեա վասն մեր քո տօնողացս։

Հովիւ հոգևոր բանաւոր հօտի․ լուսաւորիչ տիեզերաց․ սիւն լուսոյ կանգնեալ ’ի մէջ եկեղեցւոյ․ առ Քս բարեխօսեա վասն մեր քո տօնողացս։

Հաստատութիւն հաւատոյ պսակ ’ի գլուխ եկեղեցւոյ․ պայծառ քարոզ տիեզերաց և պարծանք ազգի մարդկան․ առ Քս բարեխօսեա վասն մեր քո տօնողացս։

C ’Ի տաճարի քում սրբութեան երկրպագեմք քոց նշխարաց․ փառաւորեմք զօր յիշատակի կատարման քո հանգստեան․ առ Քս բարեխօսեա վասն մեր քո տօնողացս։

Որ յանապատէ կոչեցար յառաքելական աթոռ. բանիւ սուրբ յակոբ․ բարձրացուցեր զեղջիւր սիօնի ճշմարտութեամբ մասամբ նոյեան տապանին։

Որ արդարութեամբ և լուսով քո փայլման նոր արեգական․ պայծառ քան զարփին վառեալ զօրութեամբ յառնել ’ի հրաշ պատանւոյն։

Որ միացար սրբութեամբ ’ի լոյսն մաքուր որպէս զանմարմինս․ զարմացուցեր զզօրս վերինս, հիացուցեր զարարածս։

Արդ աղաչեմք զքեզ հայրդ գթած և հովիւ բարի․ մաղթանօք հայցեա առ Տէր վասն եկեղեցւոյ միշտ անշարժ պահել յաւիտեան։

Cum exsultatione celebremus commemorationem hujus credentes populi in gloria potentissimæ dominationis, qui est gloria mundi & incercessor pro nobis.

Firmitas fidei, & glorificatio sanctæ ecclesiæ, pastor strenue cælestis Archipastoris: in apostolica sede recubuisti, beate sancte patriarcha.

Margarita lumine splendens, & illuminator orbis, columna luminis sanctitatis erecta in medio terræ Armeniæ: in apostolica sede recubuisti, beate sancte patriarcha.

Arbustum ex terrena materia, & intercessor ad Dominum pro nobis, benedictor verbi vitæ, & gloria ecclesiæ: in apostolica sede recubuisti, o beate sancte patriarcha.

Patriarcha sancte, immaculate & electe in utero: mirum operans martyr, & gloria generis humani, ad Christum intercede pro nobis festum tuum &c.

Pastor spiritualis gregis rationalis, illuminator orbis: columna luminosa erecta in medio ecclesiæ, ad Christum intercede pro nobis festum tuum celebrantibus.

Firmamentum fidei, corona in capite ecclesiæ, illustre præconium orbis & gloria generis humani: ad Christum intercede pro nobis festum tuum celebrantibus.

In templo tuæ sanctitatis adoramus reliquias tuas, & glorificamus diem commemorationis tuæ, in qua consummata est requies tua, ad Christum intercede pro nobis festum tuum celebrantibus.

Qui vocatus fuisti ab eremo in sedem apostolicam verbo tu domine Jacob, & exaltasti cornu Sionis veritate particulæ arcæ Noe.

Qui justitia, & lumine corruscanti tuo sol novus splendens plus quam æthereus potens fecisti miraculum in infante.

Qui sicut incorporeus unisti te sanctitate tua cum lumine puro, & fecisti admirari exercitus super nos, & stupefecisti creaturas.

Et nunc rogamus te, pater misericors & pastor bone, per orationem tuam postula a Domino, ut suam custodiat ecclesiam immobilem in æternum.

INDEX

Eorum quæ in collectione Sermonum S. Jacobi *episcopi* Nisibeni *continentur*.

SERMO V. de Bello.

CAP.

SERMO VI. de Devotis, sive Ascetis.

CAP.

SERMO VII. de Pœnitentia.

CAP.

SERMO VIII. de Resurrectione mortuorum.

SERMO IX. de Humilitate.

SERMO X. de Pastoribus.

SERMO XI. de Circumcisione contra Judæos.

SERMO XII. de Sabbato contra Judæos.

SERMO XVIII. Refutatio adversus Judæos dicentes, propediem Synagogam esse instaurandam.

SERMO UNICUS, seu EPISTOLA SYNODICA.

S. JULII I. PAPÆ

EPISTOLÆ II.

Quarum altera ad EUSEBIANOS, altera ad ALEXANDRINOS.

ACCESSERUNT

MARCELLI EPISCOPI ANCYRANI

EPISTOLA,

In qua quæ Ariani ſentiant, quæ vero ipſe credat, JULIO I. papæ exponit:

ET

EUGENII DIACONI


LEGATIO AD SANCTUM ATHANASIUM

Pro cauſa MARCELLI ANCYRANI: nec non Confeſſio fidei Eccleſiæ Ancyranæ.

S. JULII I. PAPÆ

EPISTOLA I.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
342.



Apud ATHANASIUM Apolog. contr. Arian. *numm.* 21-35. *opp. tom.* I. *part.* I. *pagg.* 141-154. *edit. BB. Parif.* 1698.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΟΥΛΙΟΥ. A

Ἰούλιος Δανίῳ, καὶ Φλακίλλῳ, Ναρκίσσῳ, Εὐσεβίῳ, Μάρι, Μακεδονίῳ, Θεοδώρῳ, καὶ τοῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας γράψασιν ἡμῖν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἀνέγνων τὰ γράμματα τὰ διὰ τῶν πρεσβυτέρων μου Ἐλπιδίου καὶ Φιλοξένου ἀποκομισθέντα, καὶ ἐθαύμασα, πῶς ἡμεῖς μὲν ἀγάπῃ καὶ συνειδήσει ἀληθείας ἐγράψαμεν, ὑμεῖς δὲ μετὰ φιλονεικίας, καὶ οὐχ ὡς ἔπρεπεν, ἐπεστείλατε. ὑπεροψία γὰρ καὶ ἀλαζονεία τῶν γραψάντων διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐδείκνυτο· ταῦτα δὲ ἀλλότρια τῆς ἐν Χριστῷ πίστεώς ἐστιν. ἔδει γὰρ τὰ μετὰ ἀγάπης γραφέντα, ἀμοιβῆς τῆς ἴσης μετὰ ἀγάπης τυχεῖν, καὶ μὴ μετὰ φιλονεικίας. ἢ οὐχὶ ἀγάπης ἐστὶ γνώρισμα πρεσβυτέρους ἀποστεῖλαι συμπαθεῖν τοῖς πάσχουσι, προτρέψασθαι τοὺς γράψαντας ἐλθεῖν, ἵνα πάντα θᾶττον λύσιν λαβόντα διορθωθῆναι δυνηθῇ, καὶ μηκέτι μήτε οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν πάσχωσι, μήτε ὑμᾶς τινες διαβάλλωσιν; ἀλλ' οὐκ οἶδα, τί τὸ δόξαν οὕτως ὑμᾶς διατεθῆναι, ὥστε καὶ ἡμᾶς ποιῆσαι λογίζεσθαι, ὅτι καὶ ἐν οἷς ἐδόξατε ῥήμασιν ἡμᾶς τιμᾶν, ταῦτα μετασχηματιζόμενοι μετὰ εἰρωνείας τινὸς εἰρήκατε. καὶ γὰρ καὶ οἱ πρεσβύτεροι οἱ ἀποσταλέντες, οὓς ἔδει μετὰ χαρᾶς ἐπανελθεῖν, τοὐναντίον λυπούμενοι ἐπανῆλθον, ἐφ' οἷς ἑωράκασιν ἐκεῖ γινομένοις. καὶ ἔγωγε τοῖς γράμμασιν ἐντυχὼν, πολλὰ λογισάμενος, κατέσχον παρ' ἐμαυτῷ τὴν ἐπιστολὴν, νομίζων ὅμως ἥξειν τινὰς, καὶ μὴ χρείαν εἶναι τῆς ἐπιστολῆς, ἵνα μὴ καὶ ἐς φανερὸν ἐλθοῦσα, πολλοὺς τῶν ἐνταῦθα λυπήσῃ. ἐπειδὴ δὲ, μηδενὸς ἐλθόντος, ἀνάγκη γέγονεν αὐτὴν προκομισθῆναι, ὁμολογῶ ὑμῖν, πάντες ἐθαύμασαν, καὶ ἐγγὺς ἀπιστίας γεγόνασιν, εἰ ὅλως παρ' ὑμῶν τοιαῦτα ἐγράφη· φιλονεικίας γὰρ μᾶλλον καὶ οὐκ ἀγάπης ἦν ἡ ἐπιστολή. εἰ μὲν οὖν φιλοτιμίας λόγων ἕνεκεν ὁ ὑπαγορεύσας ἔγραψεν, ἄλλων τὸ τοιοῦτον ἐπιτήδευμα. ἐν γὰρ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς οὐ λόγων ἐπίδειξίς ἐστιν, ἀλλὰ κανόνες ἀποστολικοὶ, καὶ σπουδὴ τοῦ μὴ σκανδαλίζειν ἕνα τῶν μικρῶν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. συμφέρει γὰρ, κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν λόγον, μύλον ὀνικὸν κρεμασθῆναι εἰς τὸν τράχηλον καὶ καταποντισθῆναι, ἢ σκανδαλίσαι κἂν ἕνα τῶν μικρῶν. εἰ δὲ ὡς τινῶν λελυπημένων διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους μικροψυχίαν, οὐ γὰρ ἂν εἰ-

EPISTOLA I. JULII.

JULIUS [1] *Danio*, [2] *Flacillo*, *Narcisso*, *Eusebio*, *Mari*, *Macedonio*, *Theodoro & sociis eorum*, *qui Antiochia nobis scripsere*, *dilectis fratribus in Domino salutem*.

I. LEGI litteras a presbyteris meis Elpidio & Philoxeno mihi allatas, miratusque sum, cum nos ex dilectione & veritatis conscientia scripserimus, a vobis contentiose, nec ut decebat rescriptum esse. Superbia enim & arrogantia scribentium per epistolam se se prodebat: hæc autem a Christiana fide aliena sunt. Decebat enim, quæ B cum dilectione scripta erant, parem cum dilectione, & non cum contentione, responsionem obtinere. An non caritatis indicium est, presbyteros misisse qui cum dolentibus condolerent, & eos qui scripserant adhortarentur ut venirent, quo quam primum omnia tandem componi ac recte constitui valerent, nec diutius fratres nostri vexarentur, nec vos quidam criminarentur? Sed nescio cur sic affici vobis placuerit, ut nos induxeritis ad suspicandum, quæ vos verba nos honorandi caussa dicere videbamini, hæc ipsa cum quadam dissimulatione & irrisione dixisse. Presbyteri namque qui missi sunt, quos cum gaudio rediisse oportebat, contra mæsti rediere ob ea quæ illic geri conspexerant. Ego vero C postquam litteras legi, cum multa mecum reputassem, epistolam apud me retinui, sperans vestrum saltem aliquos esse venturos, nec epistola opus fore; ne si illa manifesta fieret, multos heic contristaret. Quandoquidem autem, nullo adveniente, necesse fuit illam proferre; fateor vobis, omnes admiratione capti, vix induci potuerunt ut crederent res hujusmodi a vobis esse scriptas: contentionis enim magis, quam caritatis epistola illa specimen præ se ferebat. Quod si eloquentiæ ostentandæ caussa qui epistolam dictavit ita scripserit, [3] aliorum sane est hujusmodi institutum. In rebus enim ecclesiasticis non ostentatio eloquentiæ quærenda est, sed canones apostolici; ac studendum, ut ne unus quidem ex pusillis qui in Ecclesia sunt scandalizetur. D Expedit enim, secundum ecclesiasticam sententiam [a], molam asinariam suspendi a collo, & ita in mare demergi potius, quam vel unum ex pusillis scandalizare. Quod si aliquibus mutua quadam simultate

a Matth. XVIII. 6.

1. In Athanasii novissima editione observatum est, neque heic cum Nannio legendum *Diacono*, neque cum plerisque recentioribus *Danii* nomine intelligendum esse Dianæum Cæsareæ in Cappadocia episcopum, licet is præsul Antiochenæ synodo interfuerit; sed potius Theognium Nicænum, qui apud Athanasium non semel Διόγνιος, & apud Hilarium fragm. 2. n. 2. *Diognitus* appellatur; & eum quidem, uti monimenta ab Athanasio Apolog. cont. Arian. p. 192. 193. & 195. relata fidem faciunt, inter Arianorum duces post Eusebium primas obtinere consuevisse. Præterea ex concilio Sardicensi, in quo, ut apud Hilarium fragm. 2. n. 2. habetur, *lectæ sunt litteræ factæ a Theognito falsæ adversus Athanasium & Marcellum*, in concinnandis litteris quæ partes Arianorum juvarent, Theognitum illum celebrem fuisse colligitur. Unde & idem epistolæ cui nunc Julius rescribit, videri posset architectus, ideoque suum ei nomen præ ceteris præposuisse. Quo minus tamen nostrorum conjecturæ sine cunctatione subscribamus, id prohibet, quod infra num. 6. Nicænus episcopus non *Danius*, sed recepto more *Diognius* appelletur.

2. Is erat Antiochiæ episcopus, cujus rursum mentio fit in libello Ægyptiorum episcoporum ad Dionysium Comitem, nec non in rescripto ejusdem Dionysii apud Athanasium Apolog. cont. Arian. pag. 196. & 197. A Sozomeno lib. 3. c. 6. Πλάκιτος, a Socrate lib. 2. c. 9. Πλάκιτος, a Theodoreto lib. 1. c. 22. Πλακεῖτος nuncupatus.

3. Seu *ad alia negotia pertinet*: utrumque enim permittit vox græca.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.

πομὴ πάντων εἶναι ταύτην γνώμην, τοιαύτη γέγονεν ἡ ἐπιστολή, ἔπρεπε μὲν μηδὲ ὅλως λυπηθῆναι, μηδὲ ἐπιδῦναι τὸν ἥλιον ἐπὶ τῇ λύπῃ· ἔδει δὲ ὅμως μὴ εἰς τοσοῦτον παραχθῆναι, ὥστε καὶ ἔγγραφον αὐτὴν ἐπιδείξασθαι.

A exacerbatis (non enim talem omnium mentem fuiſſe dixerim) iſtiuſmodi epiſtolam ſcribi placuit; decebat quidem vel omnino non offendi, vel [a] ſolem non occidere ſuper offenſa: hanc certe eo progredi non oportuit, ut ſcripto declararetur.

Τί γὰρ καὶ γέγονεν ἄξιον λύπης, ἢ ἐν τίνι ἦν ἄξιον λυπηθῆναι ὑμᾶς οἷς καὶ ἐγράψαμεν; ἢ ὅτι προετρεψάμεθα εἰς σύνοδον ἀπαντῆσαι; ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον ἔδει μετὰ χαρᾶς δέξασθαι. οἱ γὰρ παῤῥησίαν ἔχοντες, ἐφ᾽ οἷς πεποιήκασι, καί, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, κεκρίκασιν, οὐκ ἀγανακτοῦσιν εἰ παρ᾽ ἑτέρων ἐξετάζοιτο ἡ κρίσις, ἀλλὰ θαῤῥοῦσιν, ὅτι ἃ δικαίως ἔκριναν, ταῦτα ἄδικα οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν μεγάλῃ συνόδῳ συνελθόντες ἐπίσκοποι, οὐκ ἄνευ Θεοῦ βουλήσεως συνεχώρησαν ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ τὰ τῆς προτέρας ἐξετάζεσθαι, ἵνα καὶ οἱ κρίνοντες, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες τὴν ἐσομένην δευτέραν κρίσιν, μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἐξετάζωσι, καὶ οἱ κρινόμενοι πιστεύωσι, μὴ κατ᾽ ἔχθραν τῶν προτέρων, ἀλλὰ κατὰ τὸ δίκαιον ἑαυτοὺς κρίνεσθαι. εἰ δὲ τοιοῦτον ἔθος παλαιὸν τυγχάνον, μνημονευθὲν δὲ καὶ γραφὲν ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ, ὑμεῖς τοῦτο παρ᾽ ὑμῖν ἰσχύειν οὐ θέλετε, ἀπρεπὴς μὲν ἡ τοιαύτη παραίτησις. τὸ γὰρ ἅπαξ συνήθειαν ἐσχηκὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπὸ συνόδων βεβαιωθέν, οὐκ εὔλογον ὑπὸ ὀλίγων παραλύεσθαι. ἄλλως τε οὐδὲ ἐν τούτῳ δικαίως ἂν φανεῖεν λυπηθέντες. οἱ γὰρ παρ᾽ ὑμῶν τῶν περὶ Εὐσέβιον ἀποσταλέντες μετὰ γραμμάτων, λέγω δὴ Μακάριος ὁ πρεσβύτερος, καὶ Μαρτύριος καὶ Ἡσύχιος οἱ διάκονοι ἀπαντήσαντες ἐνταῦθα, ὡς οὐκ ἠδυνήθησαν πρὸς τοὺς ἐλθόντας Ἀθανασίου πρεσβυτέρους ἀντιστῆναι, ἀλλ᾽ ἐν πᾶσι διετρέποντο καὶ διηλέγχοντο, τὸ τηνικαῦτα ἠξίωσαν ἡμᾶς, ὥστε σύνοδον συγκροτῆσαι, καὶ γράψαι καὶ Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, γράψαι δὲ καὶ τοῖς περὶ Εὐσέβιον, ἵνα ἐπὶ παρουσίᾳ πάντων ἡ δικαία κρίσις ἐξενεχθῆναι δυνηθῇ· τότε γὰρ καὶ ἀποδεικνύναι πάντα τὰ κατὰ Ἀθανάσιον ἐπηγγείλαντο. κοινῇ γὰρ ὑφ᾽ ἡμῶν διηλέγχθησαν οἱ περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον, καὶ οἱ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας πρεσβύτεροι μετὰ πεποιθήσεως ἀνθίσταντο, οἱ δὲ περὶ Μαρτύριον, εἰ δεῖ τ᾽ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἐν πᾶσι διετρέποντο, ὅθεν καὶ ἠξίωσαν σύνοδον γενέσθαι. εἰ τοίνυν μηδὲ τῶν περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον ἀξιωσάντων γενέσθαι σύνοδον, προτρεψάμενος ἤμην ἐγὼ σκύλαι τοὺς γράψαντας ἕνεκεν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν αἰτιωμένων ἀδικίαν πεπονθέναι, καὶ οὕτως εὔλογος ἦν καὶ δικαία ἡ προτροπή· ἔστι γὰρ ἐκκλησιαστικὴ καὶ Θεῷ ἀρέσκουσα. ὅτε δὲ οὓς ὑμεῖς αὐτοὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον ἀξιοπίστους ἡγήσασθε, καὶ οὗτοι ἠξίωσαν ἡμᾶς συγκαλέσαι, ἀκόλουθον ἦν τοὺς κληθέντας μὴ λυπηθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον προθύμως ἀπαντῆσαι. οὐκοῦν ἡ μὲν δόξασα ἀγανάκτησις τῶν λυπηθέντων, προπετής· ἡ δὲ παραίτησις τῶν μὴ θελησάντων ἀπαντῆσαι, ἀπρεπὴς καὶ ὕποπτος ἐκ τούτων δείκνυται. αἰτιᾶταί τις, ἃ πράττων αὐτὸς ἀποδέχεται, εἰ παρ᾽ ἑτέρου γινόμενα βλέποι;

II. Quid enim actum eſt dignum querela: aut quibuſnam epiſtolæ meæ dictis vobis ſuccenſendum fuit? an quia hortati ſumus ut ad ſynodum accederetis? Atqui illud cum gaudio potius excipiendum fuit. Quibus enim eſt de rebus a ſe geſtis aut, ut ipſi aiunt, judicatis fiducia, ii non indigne ferunt ſi ab aliis judicium ſuum examinetur; ſed pro certo habent ea quæ ipſi juſte judicarunt, injuſta B numquam fieri valere. Quocirca epiſcopi in magna ſynodo Nicæna congregati, non citra Dei conſilium, prioris ſynodi acta in alia ſynodo diſquiri permiſerunt; ut qui judicarent, præ oculis habentes ſecundum futurum eſſe judicium, cum omni cautela rem expenderent; & qui judicarentur, crederent ſe non ex priorum judicum odio & inimicitia, ſed ex æquitatis præſcripto judicatos eſſe. Quod ſi hujuſmodi conſuetudinem, antiquam ſane, in magna ſynodo memoratam deſcriptamque, apud vos valere nolitis, indecora fuerit ejuſmodi recuſatio. Morem namque qui ſemel in Eccleſia obtinuit, & a ſynodis confirmatus eſt, minime decet a paucis abrogari. Alioqui neque jure in hoc indignari videantur. Nam C qui a vobis Euſebianis cum litteris miſſi ſunt, Macarius videlicet presbyter ac Martyrius & Heſychius diaconi, huc advenientes cum non valerent presbyteris Athanaſii qui huc ſe contulerant, obſiſtere, ſed in omnibus refutarentur atque convincerentur; tum a nobis id poſtularunt, ut ſynodus indiceretur, litteræque ad Athanaſium epiſcopum Alexandriam, nec non ad Euſebianos mitterentur, ut coram omnibus juſtum poſſet proferri judicium: tum enim ſe omnia contra Athanaſium allata crimina probaturos promiſere. Publice namque a nobis Martyrius & Heſychius convicti ſunt: & presbyteris Athanaſii Alexandriæ epiſcopi cum fiducia obſiſtentibus, Martyrius & ſocii, ut vere dicam, in omnibus refuta- D bantur; hincque factum eſt ut ſynodum coacti ſint poſtulare. Si igitur Martyrio & Heſychio nullam ſynodum poſtulantibus auctor ego fuiſſem, ut ii qui ſcripſerant defatigationis moleſtiam ſubirent fratrum noſtrorum gratia, qui ſe injuriam paſſos conquerebantur; hoc etiam in caſu æqua & juſta fuiſſet adhortatio, quippe quæ eccleſiaſtica ſit & Deo grata. Jam vero cum iidem quos vos ipſi Euſebiani fide dignos cenſuiſtis, nos rogarint ut ſynodus convocaretur; decuit vocatos non indigne ferre, ſed potius alacriter occurrere. Quapropter indignatio eorum qui hoc iniquo animo ferre viſi ſunt, proterva eſt: detrectatio vero eorum qui venire noluerunt, inhoneſta & ſuſpecta hinc deprehenditur. Aliquis ne E reprehendit, ſi quæ probat cum ipſe facit, ab alio fieri videat?

Εἰ γάρ, ὡς γράφετε, ἀσάλευτον ἔχει τὴν ἰσχὺν ἑκάστη σύνοδος, καὶ ἀτιμάζεται ὁ κρίνας, ἐὰν παρ᾽ ἑτέρων ἡ κρίσις ἐξετάζηται, σκοπεῖτε, ἀγαπητοί, τίνες εἰσὶν οἱ σύνοδον ἀτιμάζοντες, καὶ τίνες τὰ τῶν φθασάντων κρίναι διαλύουσι. καὶ ἵνα μὴ τὰ καθ᾽ ἕκαστον νῦν ἐξετάζων ἐπιβαρεῖν τινας δοκῶ, ἀλλὰ τό γε τελευταῖον γενόμενον, ἐφ᾽ ᾧ καὶ φρίξειεν ἄν τις ἀκούων, ἀρκεῖ πρὸς ἀπόδειξιν πάντων τῶν παραλειφθέντων. Οἱ Ἀρειανοὶ οἱ ἀπὸ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ ἀσεβείᾳ ἐκβληθέντες, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν

III. Si enim, ut ſcribitis, quælibet ſynodus firmam habet auctoritatem, & contumelioſe agitur cum judice, ſi ejus judicium ab alio examinetur: conſiderate dilecti, quinam ſint qui ſynodum inhonorant, & quinam ea quæ ab aliis prius judicata ſint reſcindant. Et ne ſingulorum acta expendens, quoſdam gravare videar; ſane quod poſtremo geſtum eſt, cum ſit horrendum auditu, ſufficit ad cetera, quæ a me omittuntur, comprobanda. Ariani a beatæ memoriæ Alexandro quondam Alexandriæ epiſcopo ob impietatem ejecti, non ſolum a ſingulis

a Epheſ. IV. 26.

καθ᾽ ἑκάστην πόλιν ἀπεκηρύχθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πάντων τῶν κοινῇ συνελθόντων ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν μεγάλῃ συνόδῳ ἀνεθεματίσθησαν. οὐ γὰρ ἦν αὐτῶν τὸ τυχὸν πλημμέλημα, οὐδὲ εἰς ἄνθρωπον ἦσαν ἁμαρτήσαντες, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. καὶ ὅμως οἱ ὑπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀποκηρυχθέντες, καὶ κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν στηλιτευθέντες, νῦν λέγονται δεδέχθαι, ἐφ᾽ ᾧ καὶ ὑμᾶς ἀκούσαντας χαλεπαίνειν δίκαιον ἡγοῦμαι. τίνες οὖν εἰσιν οἱ σύνοδον ἀτιμάζοντες; οὐχὶ οἱ τῶν τριακοσίων τὰς ψήφους παρ᾽ οὐδὲν θέμενοι, καὶ ἀσέβειαν εὐσεβείας προκρίναντες; ἡ μὲν γὰρ τῶν Ἀρειομανιτῶν αἵρεσις ὑπὸ πάντων τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων κατεγνώσθη καὶ ἀπεκηρύχθη· Ἀθανάσιος δὲ καὶ Μάρκελλος οἱ ἐπίσκοποι πλείονας ἔχουσι τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγοντας καὶ γράφοντας. Μάρκελλος μὲν γὰρ ἐμαρτυρήθη ἡμῖν, καὶ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσιν ἀντειρηκώς. Ἀθανάσιος δὲ ἐμαρτυρήθη, μηδὲ ἐν Τύρῳ καταγνωσθεὶς, ἐν δὲ τῷ Μαρεώτῃ μὴ παρεῖναι ἔνθα τὰ ὑπομνήματα κατ᾽ αὐτοῦ γεγενῆσθαι λέγεται. οἴδατε δὲ, ἀγαπητοὶ, ὅτι τὰ κατὰ μονομέρειαν ἰσχὺν οὐκ ἔχει, ἀλλ᾽ ὕποπτα τυγχάνει. καὶ ὅμως τούτων ὄντων, ἡμεῖς ὑπὲρ ἀκριβείας, οὔτε ὑμῖν, οὔτε τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν γράψασι πρόκριμα ποιοῦντες, προετρεψάμεθα τοὺς γράψαντας ἐλθεῖν, ἵν᾽ ἐπειδὴ πλείους εἰσὶν οἱ ὑπὲρ αὐτῶν γράψαντες, ἐπὶ συνόδου πάντα ἐξετασθῇ· πρὸς τὸ μηδὲ τὸν ἀναίτιον καταγνωσθῆναι, μήτε τὸν ὑπεύθυνον ὡς καθαρὸν λογισθῆναι. οὐκοῦν οὐ παρ᾽ ἡμῶν ἀτιμάζεται σύνοδος, ἀλλὰ παρ᾽ ἐκείνων τῶν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τοὺς παρὰ πάντων κατακριθέντας Ἀρειανοὺς, καὶ παρὰ γνώμην τῶν κρινάντων, δεξαμένων. οἱ γὰρ πλείονες ἤδη ἀναλύσαντές εἰσι σὺν Χριστῷ· οἱ δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐξετάζονται, ἀγανακτοῦντες ὅτι τὴν αὐτῶν κρίσιν ἔλυσάν τινες.

civitatibus expulsi sunt, sed & ab omnibus pariter qui ad Nicænam magnam synodum simul convenerant, anathemate sunt damnati. Non enim leve erat eorum scelus: nec in hominem, sed in ipsum Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei viventis peccaverant. Attamen qui a toto terrarum orbe rejecti fuerant, & apud universam Ecclesiam infamati, nunc recepti dicuntur; quod & vobis audientibus indigne ferendum existimo. Quinam igitur sunt qui synodum dedecore afficiunt? nonne qui trecentorum episcoporum suffragia pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt? Et Ariomanitarum quidem hæresis ab omnibus ubique episcopis convicta & condemnata est: Athanasius vero & Marcellus episcopi plures habent qui ipsos verbis scriptisque defendunt. Nam de Marcello nobis testimonium perhibuere, quod in Nicæna synodo Arianis obstiterit. De Athanasio autem testes dixerunt, eum nec Tyri [1] convictum, nec in Mareote ubi monimenta adversus illum adornata esse dicitur, præsentem fuisse. Scitis autem, dilecti, quæ ab una solum parte aguntur, nullam vim habere, sed suspecta esse. Nos tamen, quamquam sic actum esset, accuratioris disquisitionis caussa, nec de vobis, nec de iis qui pro illis scripserant, quidquam præjudicantes, hortati sumus eos qui litteras miserant, ut huc se conferrent: ut quando quidem plures sunt qui pro illis scripsere, in synodo omnia examinarentur: quo nec damnetur innoxius, nec qui reus est ut purus habeatur. Non igitur a nobis vilipenditur synodus, sed ab iis qui temere & levissime Arianos ab omnibus damnatos, etiam contra judicum sententiam receperunt. Horum quidem plerique jam resoluti cum Christo sunt: sed qui etiamnum superstites sunt, indigne ferunt quod suum judicium quidam resciderint.


Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν γενομένων μὲν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἔγνωμεν. καὶ γὰρ καὶ Καρπώνης τις ἐκβληθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου διὰ τὴν Ἀρείου αἵρεσιν μετά τινων, καὶ αὐτῶν ἐκβληθέντων διὰ τὴν αὐτὴν αἵρεσιν, ἐληλύθασιν ἐνταῦθα, ἀποσταλέντες παρὰ Γρηγορίου τινός. ὁμῶς δὲ ἐμάθομεν καὶ παρὰ Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ Μαρτυρίου καὶ Ἡσυχίου τῶν διακόνων· πρὸ τοῦ γὰρ ἀπαντῆσαι τοὺς Ἀθανασίου πρεσβυτέρους, προετρέποντο ἡμᾶς γράφειν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πιστῷ τινι, ἡνίκα καὶ Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἦν. τοῦτον δὲ τὸν Πιστὸν οἱ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου πρεσβύτεροι παραγενόμενοι ἀπέδειξαν εἶναι Ἀρειανὸν, ἐκβληθέντα μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου, κατασταθέντα δὲ ὑπὸ Σεκούνδου τινὸς, ὃν ἡ μεγάλη σύνοδος Ἀρειανὸν ὄντα ἐξέβαλε. τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ περὶ Μαρτύριον ἀντέλεγον, οὐδὲ ἠρνοῦντο τὸν Πιστὸν ὑπὸ Σεκούνδου ἐσχηκέναι τὴν κατάστασιν. σκοπεῖτε τοίνυν καὶ ἐκ τούτων, τίνες ἂν ὑπὸ μέμψιν δικαίως γένοιντο, οἱ μὴ πεισθέντες ἡμεῖς, ὥστε Πιστῷ τῷ Ἀρειανῷ γράψαι, ἢ οἱ συμβουλεύοντες ἀτιμάσαι τὴν μεγάλην σύνοδον, καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ὡς εὐσεβέσι γράψαι; καὶ γὰρ καὶ Μακάριος ὁ πρεσβύτερος, ὁ παρὰ Εὐσεβίου μετὰ τῶν περὶ Μαρτύριον ἀποσταλεὶς, ὡς ἤκουσεν ἐπιστάντας τοὺς πρεσβυτέρους Ἀθανασίου, ἐκδεχομένων ἡμῶν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ μετὰ τῶν περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον, ἀπεδήμησε νυκτὸς, καίτοι νοσῶν τῷ σώματι, ὡς ἐκ τούτου

IV. Hoc autem ita se habere deprehendimus ex iis quæ Alexandriæ acta sunt. Nam Carpones quidam ab Alexandro ob Arianam hæresim pulsus, simul & nonnulli ejusdem hæresis caussa ejecti, a quodam Gregorio missi huc venerunt. Idipsum [2] etiam a Macario presbytero, Martyrio & Hesychio diaconis didicimus. Antequam enim presbyteri Athanasii advenirent, auctores nobis erant ut Alexandriam Pisto cuidam litteras mitteremus, quo tempore Athanasius quoque episcopus Alexandriæ degebat. Quem Pistum Athanasii presbyteri supervenientes Arianum esse declararunt, expulsum olim ab Alexandro episcopo & a Nicæna synodo; jam vero ordinatum a quodam Secundo, quem magna synodus ejecerat utpote Arianum. Hoc autem nec ipse Martyrius aut socii infitiabantur, neque negabant Pistum a Secundo fuisse ordinatum. Hinc igitur perpendite, quinam jure culpandi sint, nos ne quibus persuaderi non potuit ut Pisto Ariano scriberemus, an qui auctores erant ut magnam synodum vilipenderemus, & impiis, quasi pii fuissent, litteras mitteremus? Nam Macarius ipse presbyter qui cum Martyrio ab Eusebio missus est, ut audivit instare presbyteros Athanasii, cum nos exspectaremus ut una cum Martyrio & Hesychio coram nobis se sisteret, corpore licet æger, noctu abscessit; ut hinc merito conjiceremus, eum ideo discessisse, quod se puderet

1. Plurimos torsit hic locus a Nannio sic latinitate donatus, *neque Tyri condemnatus est*. Et eum quidem cum Tyriensis synodi gestis, ex quibus Athanasium Tyri condemnatum fuisse certissimum est, conciliare atque componere frustra nisi sunt. Felicior fuisset eorum labor, si verbum καταγινώσκειν pro *convincere*, cum apud alios auctores, tum apud Athanasium, usitatum esse observassent. Ipse Julius, seu interpres illius, infra num. 14. ubi a Tyriensi synodo, si re ipsa illic CONVICTUS fuisset Athanasius, alium ejus loco episcopum substituendum fuisse notat, prædicto verbo utitur, eodemque intellectu num. 20. & 21. ter illud usurpat.

2. Illud [illegible], non ad rem proxime narratam refertur, sed ad id quod numeri hujus initio Julius sibi probandum proponit, quam nihili videlicet Eusebiani [illegible] rent Nicænæ synodi decreta. Hoc primum Carponis & sociorum a Gregorio Romam missorum, nunc Pisti & Secundi exemplo comprobasse se probat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.



λοιπὸν ἡμᾶς ἀκολούθως στοχάζεσθαι, ὅτι αἰσχυνόμενος τὸν κατὰ Πιστοῦ ἔλεγχον, ἀνεχώρησεν· ἀδύνατον γὰρ τὴν κατάστασιν Σεκούνδου τοῦ Ἀρειανοῦ, ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἰσχύσαι. ἀτιμία γὰρ ἀληθῶς αὕτη κατὰ τῆς συνόδου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ συνελθόντων ἐπισκόπων, ἐὰν τὰ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς καὶ εὐλαβείας ὡς Θεοῦ παρόντος γενόμενα, ἀντὶ μηδενὸς λυθῇ.

A circa Pistum refutatum iri: cum fieri non posset ut ordinatio Secundi Ariani in Ecclesia catholica valeret. Illud enim re vera synodo & episcopis qui in ea convenere contumeliosum esset, si quæ illi tanto studio ac pietate, tamquam Deo præsente egerunt, quasi nullius pretii abrogarentur.

Εἴπερ οὖν, ὡς γράφετε, ἐκ τοῦ κατὰ Νοβάτον καὶ τὸν Σαμοσατέα Παῦλον παραδείγματος τὰ τῶν συνόδων ἰσχύειν δόγματα χρὴ, ἔδει μᾶλλον μὴ λυθῆναι τῶν τριακοσίων τὴν ψῆφον, ἔδει τὴν καθολικὴν σύνοδον ὑπὸ τῶν ὀλίγων μὴ ἀτιμασθῆναι. αἱρετικοὶ γὰρ οἱ Ἀρειανοὶ, ὥσπερ κἀκεῖνοι, καὶ ὅμοιαι αἱ κατὰ τούτων ψῆφοι ταῖς κατ᾽ ἐκείνων. τούτων δὲ τολμηθέντων, τίνες εἰσὶν οἱ φλόγα διχονοίας ἀνάψαντες; ἡμᾶς γὰρ τοῦτο πεποιηκέναι γράψαντες, ἐμέμψασθε. ἆρ᾽ οὖν ἡμεῖς διχονοίας εἰργασάμεθα, οἱ συναλγοῦντες τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς, καὶ κατὰ κανόνα πάντα πεποιηκότες, ἢ οἱ φιλονείκως καὶ παρὰ κανόνα τῶν τριακοσίων τὴν ψῆφον λύσαντες, καὶ κατὰ πάντα τὴν σύνοδον ἀτιμάσαντες; οὐ γὰρ μόνον οἱ Ἀρειανοὶ ἐδέχθησαν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεμελετήκασιν ἐπίσκοποι διαβαίνειν. εἰ οὖν ἀληθῶς ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν ἡγεῖσθε τιμὴν τῶν ἐπισκόπων, καὶ μὴ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν πόλεων, ὡς γράφετε, κρίνετε τοὺς ἐπισκόπους· ἔδει τὸν πεπιστευμένον μικρὰν, μένειν ἐν τῇ πιστευθείσῃ, καὶ μὴ ἐξουθενεῖν μὲν τὸ πεπιστευμένον, μεταβαίνειν δὲ εἰς τὴν μὴ ἐγχειρισθεῖσαν, ἵνα τῆς μὲν παρὰ Θεοῦ δοθείσης καταφρονῇ, τὴν δὲ τῶν ἀνθρώπων κενοδοξίαν ἀγαπήσῃ.

V. Si igitur, uti scribitis [1], eorum quæ in caussa Novati & Paulli Samosatensis gesta sunt exemplo, synodorum dogmata vigere oportet; certe multo magis decuit trecentorum episcoporum decreta non irrita fieri, decuit universalem synodum a paucis non contemni. Ariani enim sunt hæretici æque ac illi, B & paria contra hos atque contra illos decreta prodierunt. Cum autem tales ausus viderimus, quinam discordiæ flammam accenderunt? nos enim istud commisisse in litteris vestris arguistis. Nos ne discordiam induximus, qui afflictorum fratrum vicem dolemus, & omnia secundum canonem egimus? an non potius qui contentiose & contra canonem, trecentorum decreta violarunt, & in omnibus synodum contemserunt? Non solum enim Ariani admissi, sed & a loco in locum episcopi se se transferre [2] meditati sunt. Si igitur vere parem eumdemque existimatis episcoporum honorem, neque ex magnitudine civitatum, uti scribitis, episcoporum dignitatem metimini; oportuit eum cui parva civitas concredita C fuerat, in illa manere, nec contemta illa quæ sibi credita erat, ad aliam sibi non commissam transire; ita ut eam quæ sibi a Deo tradita est despiceret, inanem vero hominum gloriam exoptaret.

Οὐκοῦν, ἀγαπητοὶ, ἔδει ἀπαντῆσαι, καὶ μὴ παραιτήσασθαι· ἵνα καὶ τέλος λάβῃ τὸ πρᾶγμα. τοῦτο γὰρ ὁ λόγος ἀπαιτεῖ. ἀλλ᾽ ἴσως ἡ προθεσμία ἐνεπόδισε· γράψαντες γὰρ ἐμέμψασθε, ὅτι στενὴν τὴν προθεσμίαν τῆς συνόδου ὡρίσαμεν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ἀγαπητοὶ, πρόφασίς ἐστιν. εἰ μὲν γὰρ ἐρχομένους τινὰς συνέκλεισεν ἡ ἡμέρα, στενὸν ἂν τὸ διάστημα τῆς προθεσμίας ἠλέγχθη. εἰ δὲ οἱ ἐλθεῖν μὴ βουλόμενοι, κατεσχήκασι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἕως αὐτοῦ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, μὴ θαῤῥούντων ἐστὶν ἡ πρόφασις. ἦλθον γὰρ ἂν, ὡς προεῖπον, εἰ ἐθάῤῥουν, οὐ πρὸς τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ σκοποῦντες, οὐδὲ πρὸς τὴν προθεσμίαν ὁρῶντες, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς εὐλόγοις παῤῥησιαζόμενοι.

VI. Ergo, dilectissimi, oportuit vos huc accedere, & non abnuere: ut negotium ad finem deduceretur; id enim ratio postulat. Sed fortasse præfinitum tempus id vobis non permisit; in litteris enim vestris conquesti estis angustum nos ad synodum cogendam temporis spatium definivisse. Verum hoc, dilecti, mera est caussæ simulatio. Nam si quos jam profectos prævertisset ille dies, angustum sane fuisse præfiniti temporis spatium recte arguerent. Si auD tem ii quibus accedere non libuit, presbyteros quoque usque ad mensem [3] Januarium detinuerint; merus est prætextus hominum suis rebus diffidentium. Venissent enim, ut prius dixi, si de sua caussa bene sperassent, non itineris intervallum considerantes, nec ad præfinitum tempus respicientes, sed justitia & æquitate suæ caussæ freti.

Ἀλλ᾽ ἴσως διὰ τὸν καιρὸν οὐκ ἀπήντησαν· τοῦτο γὰρ γράφοντες πάλιν ἐδηλώσατε, ὡς ἄρα ἔδει ἡμᾶς σκοπήσαντας τὸν ἐπὶ τῆς ἑῴας καιρὸν, μὴ προτρέψασθαι ὑμᾶς ἀπαντῆσαι. εἰ μὲν οὖν διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι τὸν καιρὸν οὐκ ἀπηντήσατε, ὡς φατὲ, ἔδει προτέρους ὑμᾶς τὸν καιρὸν τοῦτον σκοπήσαντας, μὴ αἰτίους σχίσματος, μηδὲ ὀλολυγῆς καὶ θρήνων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γένεσθαι. νυνὶ δὲ οἱ ταῦτα πεποιηκότες, ἔδειξαν μὴ τὸν καιρὸν αἴτιον, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τῶν μὴ θελησάντων ἀπαντῆσαι.

VII. At fortassis ob temporis rationem non venerunt; hoc enim rursum scripto significastis, oportuisse scilicet nos, animadvertentes præsentem rerum Orientalium statum, non vos hortari ad veniendum. Si igitur ob talem temporum conditionem profecti non estis, ut dicitis; decuit vos in primis temporis hujusce ratione E habita, schismatis, luctus & lacrymarum in ecclesiis non esse auctores. Jam vero qui talia egerunt, indicarunt, non temporis conditionem hujusce rei caussam esse, sed meditatum accedere nolentium consilium.

1. Hunc locum, cujus sensum hactenus non satis expresserunt pristinæ interpretationes latinæ, Socrates lib. 2. c. 15. illustrat, ubi ait, Julio ab Orientalibus Antiochiæ congregatis rescriptum, *non debere ab ipso discuti, si quos ipsi ecclesiis suis expellere voluissent; neque enim se contradixisse tunc, cum Novatus Ecclesia ejectus est*. Mentem suam ipsimet Eusebiani apud Hilarium frag. 3. n. 26. apertius explicant, eamdem calumniam subinde Philippopoli non adversus Julium tantum, sed & adversus Occidentales renovantes in hunc modum: *Hanc novitatem moliebantur inducere, quam horret vetus consuetudo Ecclesiæ, ut in concilio Orientales episcopi quidquid forte statuissent, ab episcopis Orientalibus refricaretur; similiter quidquid Occidentalium partium episcopi, ab Orientalibus solveretur. Verum omnium conciliorum juste legitimeque actorum decreta affirmanda majorum nostrorum gesta consignant. Nam in urbe Roma sub Novato & Sabellio & Valentino hæreticis factum concilium, ab Orientalibus confirmatum est: & iterum in Oriente sub Paullo Samosatis quod statutum est, ab omnibus est signatum.*

2. Eusebium carpit, qui relicta Berytensi sede in Nicomediensem invaserat, ac demum hanc quoque repudians, Constantinopolitanam occupavit.

3. Nonnulli *Junium* voci *Januarium* præferendum putant, reclamantibus scriptis codicibus atque ipsa rerum historia. Athanasius epist. ad Solit. n. 11. tantum scribit legatos Julii *ultra præfinitum tempus* detentos. Atque ex utraque illa lectione conficitur, præstitutum concilio habendo diem in anni 341. exitum cecidisse.

Θαυμάζω δὲ κἀκεῖνο τὸ μέρος τῆς ἐπιστολῆς, πῶς ὅλως κἂν ἐγράφη παρ᾽ ὑμῶν, ὅτι δὴ τοῖς περὶ Εὐσέβιον μόνοις, καὶ οὐ πᾶσιν ὑμῖν, μόνος ἔγραψα. ἀφορμὴν γὰρ τῶν μεμψαμένων μᾶλλον ἄν τις εὕροι, ἤπερ ἀλήθειαν. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἄλλοθεν λαβὼν κατὰ Ἀθανασίου γράμματα, ἢ διὰ τῶν περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον, ἐκείνοις ἀνάγκη ἔγραψα τοῖς καὶ γράψασι κατ᾽ αὐτοῦ. ἔδει τοίνυν ἢ αὐτοὺς περὶ Εὐσέβιον μὴ μόνους χωρὶς πάντων ὑμῶν γράψαι, ἢ ὑμᾶς οἷς μὴ ἔγραψα, μὴ λυπεῖσθαι, εἰ ἐκείνοις ἐγράφη τοῖς καὶ γράψασιν. εἰ γὰρ ἐχρῆν καὶ πᾶσιν ὑμῖν ἐπιστεῖλαι, ἔδει καὶ ὑμᾶς σὺν ἐκείνοις γράψαι. νῦν δὲ τὸ ἀκόλουθον σκοποῦντες, ἐκείνοις ἐγράψαμεν τοῖς καὶ δηλώσασιν ἡμῖν, καὶ τοῖς ἀποστείλασι πρὸς ἡμᾶς. εἰ δὲ καὶ τὸ μόνον ἐμὲ γεγραφέναι ἐκείνοις ἐκίνησεν ὑμᾶς, ἀκόλουθόν ἐστιν ὑμᾶς ἀγανακτεῖν, ὅτι καὶ μόνῳ ἐμοὶ ἔγραψαν. ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ πιθανὴ μὲν καὶ οὐκ ἄλογος ἡ πρόφασις, ἀγαπητοί. ὅμως δὲ γνωρίσαι ὑμῖν ἀναγκαῖον, ὅτι εἰ καὶ μόνος ἔγραψα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐμοῦ μόνου ἐστὶν αὕτη ἡ γνώμη, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν ἐπισκόπων. καὶ ἔγωγε τοὺς πάντας οὐκ ἠθέλησα ποιῆσαι γράψαι, ἵνα μὴ παρὰ πολλῶν τὸ βάρος ἔχωσιν. ἀμέλει καὶ νῦν τῇ ὁρισθείσῃ προθεσμίᾳ συνῆλθον ἐπίσκοποι, καὶ ταύτης τῆς γνώμης γεγόνασιν, ἣν πάλιν γράφων ὑμῖν σημαίνω. ὥστε, ἀγαπητοί, εἰ καὶ μόνος ἐπιστέλλω, ἀλλὰ πάντων γνώμην ταύτην εἶναι γινώσκετε. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ μὴ ἀλόγους τινὰς ἐξ ὑμῶν προφάσεις, ἀλλὰ ἀδίκους καὶ ὑπόπτους πορίσασθαι.

Περὶ δὲ τοῦ μὴ ἀφειρῶς μηδὲ ἀδίκως ἡμᾶς ὑποδεδέχθαι εἰς κοινωνίαν τοὺς συνεπισκόπους ἡμῶν Ἀθανάσιον καὶ Μάρκελλον, εἰ καὶ τὰ προλεχθέντα ἱκανά, ὅμως διὰ βραχέων ἄλογον ὑμῖν δεῖξαι. ἔγραψαν οἱ περὶ Εὐσέβιον πρότερον κατὰ τῶν περὶ Ἀθανάσιον, ἐγράψατε δὲ καὶ νῦν ὑμεῖς· ἔγραψαν δὲ καὶ πλεῖστοι ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ ἐξ ἄλλων ἐπαρχιῶν ὑπὲρ Ἀθανασίου. πρῶτον μὲν οὖν τὰ κατ᾽ αὐτοῦ γράμματα παρ᾽ ὑμῶν μάχεται πρὸς ἑαυτά, καὶ οὐδεμίαν συμφωνίαν ἔχει τὰ δεύτερα πρὸς τὰ πρῶτα, ἀλλ᾽ ἐν πολλοῖς τὰ πρῶτα ὑπὸ τῶν δευτέρων λύεται, καὶ τὰ δεύτερα ὑπὸ τῶν πρώτων διαβάλλεται. ἀσυμφώνων δὲ ὄντων τῶν γραμμάτων, οὐδεμία πίστις περὶ τῶν λεγομένων ἐστίν. ἔπειτα εἰ τοῖς παρ᾽ ὑμῶν γραφεῖσιν ἀξιοῦτε πιστεύειν, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ γράψασι μὴ ἀπιστῆσαι. καὶ μάλιστα, ὅτι ὑμεῖς μὲν πόῤῥωθεν, ἐκεῖνοι δὲ ἐν τοῖς τόποις ὄντες, καὶ εἰδότες τὸν ἄνδρα καὶ τὰ ἐκεῖ γινόμενα πράγματα, γράφουσι μαρτυροῦντες αὐτοῦ τῷ βίῳ, καὶ διαβεβαιούμενοι ἐν πᾶσιν αὐτὸν συκοφαντίαν πεπονθέναι. καὶ πάλιν Ἀρσένιός τις ἐπίσκοπος ἐλέχθη ποτὲ ὡς ἀναιρεθεὶς παρὰ Ἀθανασίου· ἀλλὰ τοῦτον ἐμάθομεν ζῆν, ἀλλὰ καὶ φιλίαν ἔχειν πρὸς αὐτόν.

VIII. Miror autem & hanc epistolæ vestræ partem, qua expostulastis quod solus [1] Eusebio ejusque sociis solis, & non omnibus vobis scripserim. Subtilitatem enim potius in expostulantibus invenire est, quam veritatem. Mihi enim, qui litteras contra Athanasium non aliunde quam a Martyrio & Hesychio acceperam, necesse fuit iis qui contra illum scripserant respondere. Oportuit igitur, ut vel Eusebiani non soli sine vobis omnibus scriberent, aut vos quibus non scripsi, moleste non feratis quod iis rescriptum sit qui scripserant. Nam si decuit litteras ad vos omnes mitti, par fuit etiam vos una cum illis scripsisse. Nunc autem quod congruum erat spectantes, illis scripsimus qui nos certiores reddiderant & litteras ad nos miserant. Si vero & illud vos commovit, quod solus scripserim; par est vos etiam indignari, quod illi mihi soli scripserint. Sed in hoc quoque speciosa quidem, at non æqua excusatio est, dilectissimi. Attamen necessum est vobis notum facere, etiamsi solus scripserim, non ideo mei solius, sed omnium episcoporum qui in Italia sunt & qui in his partibus degunt, esse illam sententiam. Et ego quidem nolui omnes ad scribendum inducere, ne complurimis id grave ac molestum foret. Certe jam ad præfinitum tempus episcopi convenere, & ejusdem sententiæ fuerunt quam denuo his litteris vobis significo. Quapropter, dilecti, etiamsi solus scribo, omnium tamen hanc esse sententiam agnoscite. Et hæc quidem satis sint ad demonstrandum, quosdam ex vobis non æquas, sed injustas & suspectas caussas afferre.


IX. Quod autem non temere vel injuste coepiscopos nostros Athanasium & Marcellum ad communionem susceperimus, tametsi ex supradictis id satis planum est, operæ tamen pretium fuerit paucis verbis vobis demonstrare. Contra Athanasium scripserunt primum Eusebiani ac socii; scripsistis & vos modo: pro Athanasio autem complures episcopi ex Ægypto & ex aliis provinciis [2] scripserunt. Primum igitur observandum est, vestras adversus illum litteras inter se pugnare, & priores cum secundis nulla ratione consentire; sed in multis primas a secundis confutari, & secundas a primis falsi argui. Cum autem litteræ inter se non consentiant, nulla iis quæ dicuntur habenda fides. Dehinc si vestris litteris fidem haberi postulatis; consentaneum est & iis qui pro illo scripserunt fidem non negare: maxime quia vos de iis quæ quidem procul a vobis gesta sint scribitis; illi vero cum in ipsis essent locis, ubi & virum ipsum & res illic gestas viderunt, scribant [3], & vitæ ejus probitatem testentur, affirmantes eum calumniam in omnibus passum esse. Ac rursum Arsenius quidam episcopus dictus est aliquando interfectus ab Athanasio; sed hunc vivere, immo ejus amicum [4] esse didicimus.

1. Conjectura non deest heic legendum esse, *soli Eusebio*, & infra, *Oportuit igitur aut Eusebium non absque omnibus vobis solum scripsisse*, ac sic deinceps; adeo ut quæ plurali numero enuntiantur, de uno Eusebio singulariter dicta intelligantur. Nempe heic loquitur Julius de litteris, quas Martyrius & Hesychius sibi tradiderunt. Atqui supra num. 4. Martyrium & Hesychium *ab Eusebio* (παρὰ Εὐσεβίου) missos esse meminit. Sed & Athanasius Apolog. cont. Arian. n. 1. litteras illas quas Martyrius & Hesychius ad Julium detulerunt, uni Eusebio adscribit, γράψαντος Εὐσεβίου. Athanasio Socrates lib. 2. c. 11. & Sozomenus lib. 3. c. 7. concinunt. Theodoretus vero lib 2. c. 4. de iisdem litteris sermonem habens, Julii locutionem retinuit, nec dixit simpliciter Εὐσέβιος, sed οἱ περὶ Εὐσέβιον; qua locutione Epiphanius histor. tripart. c. 6. *Eusebium ejusque consortes*, Valesius (quod idem est) *Eusebianos* litterarum illarum scriptores esse intellexerunt. Qui sint illi Eusebii consortes, synodus Sardicensis (si tamen de his prioribus, non de posterioribus Eusebianorum litteris, quæ huic Julii rescripto occasionem dederint, loquitur) apud Hilarium fragm. II. n. 2. declarat; nempe *Eusebius*, *Marius*, *Theodorus*, *Diognitus*, *Ursacius & Valens*: quibus apud Theodoretum lib. 2. c. 8. adduntur *Menophantus & Stephanus*.

2. Hanc Ægyptiorum epistolam Athanasius initio apologiæ suæ contra Arianos totam inseruit, ac num. 20. diserte monet, eam *ad omnes episcopos & ad Julium Romanum episcopum* fuisse missam.

3. Julius heic haud dubie Eusebianorum testimonio testimonium opponit Mareoticorum clericorum apud Athanasium apolog. cont. Arian. n. 74. p. 191. dicentium: *Nos scilicet hoc testamur, qui non procul episcopo sumus, [illegible] Mareotem perlustrantem omnes comitamur, quæcumque delata sunt, meram esse calumniam.*

4. Arsenius in epistola quam ad Athanasium scripsit, quamque Athanasii apologia contra Arianos n. 69 [illegible] bet, *episcopum Hypselitarum, qui quondam sub* [illegible] *rant*, se nuncupat. Socrates vero lib. 1. cap. 32. [illegible]



Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 342.

Τὰ ὑπομνήματα τὰ ἐν Μαρεώτῃ γενόμενα διε- A βεβαιώσατο κατὰ μονομέρειαν γεγενῆσθαι. μήτε γὰρ ἐκεῖ παρεῖναι Μακάριον τὸν πρεσβύτερον τὸν κατηγορούμενον· μήτε αὐτὸν τὸν ἐπίσκοπον αὐτοῦ Ἀθανάσιον, καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ὧν ἐκόμισαν ἡμῖν οἱ περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον, ἔγνωμεν. ἀναγνόντες γὰρ εὕρομεν, ὅτι ὁ μὲν κατήγορος Ἰσχύρας ἐκεῖ παρῆν, οὔτε δὲ Μακάριος, οὔτε ὁ ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους Ἀθανασίου ἀξιοῦντας παρεῖναι, καὶ μὴ συγχωρηθέντας. ἔδει δὲ, ἀγαπητοὶ, εἴπερ μετὰ ἀληθείας ἐγίνετο τὸ κριτήριον, μὴ μόνον τὸν κατήγορον, ἀλλὰ καὶ τὸν κατηγορούμενον παρεῖναι. ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ Τύρῳ Μακάριος παρῆν ὁ κατηγορούμενος, καὶ Ἰσχύρας ὁ κατήγορος, καὶ B οὐδὲν ἐδείχθη· οὕτως ἔδει καὶ ἐν τῷ Μαρεώτῃ μὴ μόνον ἀπελθεῖν τὸν κατήγορον, ἀλλὰ καὶ τὸν κατηγορούμενον, ἵνα παρὼν ἢ ἐλεγχθῇ, ἢ μὴ ἐλεγχθεὶς, δείξῃ τὴν συκοφαντίαν. νῦν δὲ τούτου μὴ γενομένου, ἀλλὰ μόνου ἀπελθόντος τοῦ κατηγόρου, μεθ' ὧν παρῃτήσατο Ἀθανάσιος, ὕποπτα τὰ πράγματα φαίνεται. ᾐτιᾶτο δὲ καὶ τοὺς ἀπελθόντας εἰς τὸν Μαρεώτην, παρὰ γνώμην αὐτοῦ ἀπεληλυθέναι· ἔλεγε γὰρ, ὅτι Θεόγνιον, καὶ Μάριν, καὶ Θεόδωρον, Οὐρσάκιον, καὶ Οὐάλεντα, καὶ Μακεδόνιον, ὑπόπτους ὄντας ἀπέστειλαν.

X. Ille igitur [Athanasius] monimenta in Mareote adornata, altera solum e partibus præsente facta fuisse affirmavit. Nam nec illic adfuisse Macarium presbyterum qui accusabatur, nec ipsum episcopum ejus Athanasium, non solum ex verbis ejus, sed ex ipsis inquisitionum monimentis quæ Martyrius & Hesychius nobis attulerunt, agnovimus, Legendo quippe comperimus, accusatorem quidem Ischyram illic adfuisse, Macarium autem & episcopum Athanasium minime; quin & Athanasii presbyteris postulantibus uti sibi interesse liceret, illud negatum esse. Oportuit autem, dilectissimi, si modo judicium illud sincere actum fuisset, non tantum accusatorem, sed & accusatum adesse. Sicut enim Tyri aderat Macarius qui accusabatur, & Ischyras accusator, & nihil ibi probatum est; sic & in Mareoten oportuit, non accusatorem solum, sed & accusatum accedere: ut is præsens vel convinceretur, vel non convictus calumniam palam faceret. Jam vero cum hoc factum non sit, sed solus accusator cum iis quos Athanasius recusabat, eo concesserit, suspecta sane acta illa videntur. Conquestus est etiam ipse (Athanasius,) eos qui ad Mareoten abierunt, se ejurante illuc concessisse: dicebat enim Theognium, Marin, Theodorum, Ursacium, Valentem & Macedonium sibi suspectos illuc missos fuisse.

Καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπι- C σκόπου τῆς Θεσσαλονίκης ἐδείκνυε. προήνεγκε γὰρ ἐπιστολὴν αὐτοῦ γραφεῖσαν πρὸς Διονύσιον τὸν ἐν τῇ συνόδῳ [1] κόμητα, ἐν ᾗ δηλοῖ φανερὰν συσκευὴν γενέσθαι κατὰ Ἀθανασίου. καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ κατηγόρου Ἰσχύρα προεκόμισε χεῖρα ὁλόγραφον αὐθεντικὴν, ἐν ᾗ μάρτυρα τὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα ἐπικαλούμενος, μήτε ποτηρίου κλάσιν, μήτε τραπέζης ἀνατροπὴν γεγενῆσθαι ἔλεγεν, ἀλλ' ὑποβεβλῆσθαι ἑαυτὸν ὑπό τινων, πλάσασθαι ταύτην τὴν κατηγορίαν. ἀπαντήσαντες δὲ καὶ πρεσβύτεροι τοῦ Μαρεώτου, διεβεβαιώσαντο μήτε τὸν Ἰσχύραν πρεσβύτερον εἶναι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, μήτε τι τοιοῦτον πεπλημμεληκέναι Μακάριον, ὁποῖον ἐκεῖνος κατηγόρησεν. οἱ πρεσβύτεροι δὲ καὶ διάκονοι ἀπαντήσαντες ἐνταῦθα, οὐκ ὀλί- D γα, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἐμαρτύρησαν ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου, διαβεβαιούμενοι μηδὲν ἀληθὲς εἶναι τῶν κατ' αὐτοῦ λεγομένων, συσκευὴν δὲ αὐτὸν πεπονθέναι. καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου δὲ καὶ Λιβύης πάντες ἐπίσκοποι γράφοντες διεβεβαιώσαντο, καὶ τὴν κατάστασιν αὐτοῦ ἔννομον καὶ ἐκκλησιαστικὴν γεγονέναι, καὶ πάντα τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα κατ' αὐτοῦ, εἶναι ψευδῆ· οὔτε γὰρ φόνον γεγενῆσθαι, οὔτε τινὰς ἀναιρεθῆναι δι' αὐτὸν, οὔτε κλάσιν ποτηρίου γεγενῆσθαι, ἀλλὰ πάντα εἶναι ψευδῆ.

XI. Hoc autem non suis tantum verbis, sed etiam ex epistola Alexandri quondam Thessalonicæ episcopi demonstrabat. Protulit enim ejus epistolam ad Dionysium in ea synodo comitem scriptam, qua significabat manifestam adversus Athanasium conspirationem esse conflatam. Sed & ipsius accusatoris Ischyræ scriptum protulit authenticum, quod totum erat ejus manu exaratum, in quo Deum omnipotentem testem invocans, neque calicem fuisse confractum, neque mensam eversam declarabat; sed se a quibusdam, ut hanc accusationem confingeret, subornatum esse. Cum advenissent autem presbyteri Mareotici, affirmarunt neque Ischyram esse catholicæ Ecclesiæ presbyterum, neque tale facinus perpetrasse Macarium, quale is illi imputabat. Presbyteri vero & diaconi qui huc accessere, non pauca, immo quam plurima de Athanasii episcopi innocentia testabantur, affirmantes nihil eorum quæ illi objiciebantur verum esse, sed conspirationem adversus eum fuisse conflatam. Quin Ægypti quoque ac Libyæ episcopi omnes litteris suis testati sunt, tum ejus ordinationem legitimam & ecclesiasticam fuisse, tum quæ a vobis adversus illum delata sunt omnia, esse falsa: neque enim cædem factam, nec ullos ejus caussa occisos, neque calicem confractum fuisse; sed a vero abhorrere omnia.

Καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων δὲ, τῶν ἐν Μαρεώτῃ κατὰ μονομέρειαν γεγενημένων, ἐδείκνυεν ὁ ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος ἕνα κατηχούμενον ἐξετασθέντα καὶ E εἰπόντα, ἔνδον εἶναι μετὰ Ἰσχύρα, ὅτε Μακάριος ὁ πρεσβύτερος Ἀθανασίου, ὡς λέγουσιν, ἐπέστη τῷ τόπῳ· καὶ ἄλλους δὲ ἐξετασθέντας καὶ εἰπόντας, τὸν μὲν ἐν κελλίῳ μικρῷ, τὸν δὲ ὄπισθεν τῆς θύρας κατακεῖσθαι τὸν Ἰσχύραν τότε νοσοῦντα, ὅτε Μακάριον λέγουσιν ἀπηντηκέναι ἐκεῖ. ἀπὸ δὴ τούτων ὧν ἔλεγε καὶ ἡμεῖς ἀκολούθως στοχαζόμεθα, ὅτι πῶς οἷόν τε τὸν ὄπισθεν τῆς θύρας νόσῳ κατακείμενον τότε ἑστηκέναι, καὶ λειτουρ-

XII. Immo vero ex ipsis inquisitionum monimentis quæ in Mareote una tantum ex partibus præsente facta fuerant, comprobavit episcopus Athanasius, catechumenum quemdam interrogatum dixisse, se intus cum Ischyra fuisse, quo tempore aiunt Macarium Athanasii presbyterum se in eum locum immisisse: ex aliis vero qui item interrogati fuerunt, hunc dixisse quod in parva cellula, alium quod pone januam jaceret Ischyras tunc ægrotus, quo tempore illi Macarium aiunt eo advenisse. Ex hujus autem dictis hoc nos consequenter observamus: quei fieri potuit ut is qui pone ja-

ei Meletianorum sectæ episcopatum ab Hypselitarum episcopatu distinctum attribuere videtur, ubi ait, *Qui prius quidem Meletianorum sectæ fuerat episcopus*, *tunc* (Tyriensi in concilio) *tamquam Hypselitarum urbis episcopus Athanasii depositioni subscripsit*: at allata ipsius Arsenii verba haud satis est affecutus, cum hoc tantum sonent, Hypselitas, quorum se episcopum appellat, quondam Meletii sectæ fuisse addictos. Non levius peccant aut Rufinus, qui Arsenium cleri Alexandrini presbyterum fuisse scribit, aut recentiores vitæ Athanasii scriptores græci, a quibus ejusdem ecclesiæ lector dicitur.

1. Κόμητα] Reg. ms. κύμιτα.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.

γεῖν, καὶ προσφέρειν; ἢ πῶς οἷόν τε ἦν προσφορὰν προκεῖσθαι, ἔνδον ὄντων τῶν κατηχουμένων; εἰ γὰρ ἔνδον ἦσαν οἱ κατηχούμενοι, οὔπω ἦν ὁ καιρὸς τῆς προσφορᾶς. ταῦτα, ὥσπερ εἴρηται, ἔλεγεν ὁ ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος, καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἐδείκνυε, διαβεβαιουμένων καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, μηδὲ ὅλως αὐτὸν πρεσβύτερον γεγενῆσθαί ποτε ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, μηδὲ συνῆχθαι αὐτόν ποτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὡς πρεσβύτερον· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὅτε Ἀλέξανδρος ἐδέχετο, κατὰ φιλανθρωπίαν τῆς μεγάλης συνόδου, τοὺς ἀπὸ τοῦ σχίσματος Μελιτίου, ὠνομάσθαι αὐτὸν ὑπὸ Μελιτίου μετὰ τῶν αὐτοῦ διεβεβαιοῦντο· ὃ καὶ μέγιστόν ἐστι τεκμήριον, μὴ εἶναι αὐτὸν μήτε Μελιτίου· εἰ γὰρ ἦν, πάντως καὶ αὐτὸς αὐτοῖς συνηριθμεῖτο. ἄλλως τε καὶ ἐν ἄλλοις ὁ Ἰσχύρας ψευσάμενος ἐδείκνυτο ὑπὸ Ἀθανασίου ἐκ τῶν ὑπομνημάτων· κατηγορήσας γὰρ ὡς βιβλίων κεκαυμένων, ὅτε, ὡς λέγουσι, Μακάριος ἐπέστη, ἠλέγχθη ὑφ' ὧν αὐτὸς ἤνεγκε μαρτύρων ψευσάμενος.

Τούτων τοίνυν οὕτως λεγομένων, καὶ τοσούτων μὲν ὄντων τῶν μαρτύρων τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, τοσούτων δὲ δικαιωμάτων προφερομένων ὑπ' αὐτοῦ, τί ἔδει ποιεῖν ἡμᾶς; ἢ τί ὁ ἐκκλησιαστικὸς κανὼν ἀπαιτεῖ, ἢ μὴ καταγνῶναι τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέξασθαι καὶ ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον, ὥσπερ καὶ εἴχομεν; καὶ γὰρ πρὸς τούτοις πᾶσι, παρέμεινεν ἐνταῦθα ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας ἐκδεχόμενος τὴν παρουσίαν ὑμῶν, ἢ τῶν βουλομένων ἐλθεῖν, τῇ δὲ παρουσίᾳ ἐδυσώπει πάντας, ὅτι οὐκ ἂν παρῆν, εἰ μὴ ἐθάῤῥει. καὶ γὰρ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐλήλυθεν, ἀλλὰ κληθεὶς καὶ λαβὼν γράμματα παρ' ἡμῶν, καθάπερ καὶ ὑμῖν ἐγράψαμεν. καὶ ὅμως μετὰ τοσαῦτα, ὑμεῖς ὡς παρὰ κανόνας ποιήσαντας ἡμᾶς ἐμέμψασθε.

Σκοπεῖτε τοίνυν, τίνες εἰσὶν οἱ παρὰ κανόνας πράξαντες, ἡμεῖς οἱ μετὰ τοσούτων ἀποδείξεων τὸν ἄνδρα δεξάμενοι, ἢ οἱ ἀπὸ τριάκοντα καὶ ἓξ μονῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀνομάσαντές τινα ὡς ἐπίσκοπον ξένον, καὶ ἀποστείλαντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν μετὰ στρατιωτικῆς ἐξουσίας; ὅπερ οὐ γέγονεν, οὐδὲ εἰς Γαλλίας αὐτοῦ ἀποσταλέντος· ἐγεγόνει γὰρ ἂν καὶ τότε, εἰ ὄντως ἦν καταγνωσθείς. ἀμέλει ἐπανελθὼν σχολάζουσαν καὶ ἐκδεχομένην αὐτὸν τὴν ἐκκλησίαν εὗρεν. Ἀλλὰ νῦν οὐκ οἶδα, ποίῳ τρόπῳ γέγονε τὰ γενόμενα. πρῶτον μὲν γὰρ, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐκ ἔδει γραψάντων ἡμῶν σύνοδον γενέσθαι, προλαβεῖν τινας τὴν ἐκ τῆς συνόδου κρίσιν. ἔπειτα, οὐκ ἔδει τοιαύτην καινοτομίαν κατὰ τῆς ἐκκλησίας γενέσθαι. ποῖος γὰρ κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ ποία παράδοσις ἀποστολικὴ τοιαύτη, ὥστε εἰρηνευούσης ἐκκλησίας, καὶ ἐπισκόπων τοσούτων ὁμόνοιαν ἐχόντων πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, ἀποσταλῆναι Γρηγόριον, ξένον μὲν τῆς πόλεως, μήτε ἐκεῖ βαπτισθέντα, μήτε γινωσκόμενον τοῖς πολλοῖς, μὴ αἰτηθέντα παρὰ πρεσβυτέρων, μὴ παρ' ἐπισκόπων, μὴ παρὰ λαῶν, ἀλλὰ κατασταθῆναι μὲν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀποσταλῆναι δὲ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὐ μετὰ πρεσβυτέρων, οὐ μετὰ

nuam æger decumberet, tunc ſteterit, liturgiam celebrarit ac oblationem fecerit? Aut quei potuit oblatio appoſita eſſe, cum intus eſſent catechumeni? Si enim intus erant catechumeni, nondum oblationis tempus erat. Hæc, ut dictum eſt, aiebat epiſcopus Athanaſius, & ex ipſis monimentis palam faciebat, iis qui cum eo erant affirmantibus, nec Iſchyram umquam in Eccleſia catholica fuiſſe presbyterum, nec in eccleſiaſticis conventibus presbyteri locum habuiſſe. Quin quo tempore Alexander, magna ſynodo (Nicæna) per indulgentiam id concedente, eos qui erant ex ſchiſmate Meletii recepit, Iſchyram a Meletio in numero presbyterorum ſuorum nominatum prorſus non fuiſſe affirmabant: quod maximum argumentum eſt, ipſum ne ex Meletianis quidem presbyteris eſſe; nam ſi ex illis exſtitiſſet, iis ſane & ipſe annumeratus fuiſſet. Præter hæc, alia quoque Athanaſius ex monimentis illis coarguebat Iſchyræ mendacia: quippe qui in accuſatione qua libros, quando Macarius ut ipſi aiunt irrupit, combuſtos denuntiavit, ab iis teſtibus quos ipſe produxit, falſi convictus eſt.

XIII. Hæc cum ita dicerentur, & tot teſtes pro illo ſtarent, totque ipſe afferret innocentiæ ſuæ argumenta; quid, quæſo, nobis agendum fuit? aut quidnam aliud poſtulabat eccleſiaſtica regula, niſi ut virum non damnaremus, ſed potius reciperemus ac pro vero epiſcopo haberemus, quemadmodum & habuimus? Etenim præter hæc omnia, annum unum & ſex menſes [1] heic remanſit, adventum veſtrum aut eorum qui huc ſe conferre vellent exſpectans; ſuaque præſentia omnes pudore afficiebat, non adfuturus quippe, niſi ſuæ cauſſæ confidiſſet. Non enim ſuo motu, ſed accerſitus ac litteris noſtris acceptis, huc acceſſit, quemadmodum & vobis litteris noſtris indicavimus. Attamen poſt tot tantaque a nobis geſta, nos criminati eſtis quaſi contra canones egerimus.

XIV. Perpendite igitur, quinam contra canones egerint; nos ne qui poſt tanta innocentiæ argumenta virum recepimus, an qui triginta ſex [2] manſionibus diſtantes Antiochiæ extraneum quemdam epiſcopum nominarunt, eumque Alexandriam miſerunt militari manu ſtipatum? quod ne tunc quidem factum eſt, cum is in Gallias relegatus eſſet; tunc enim faciendum erat, ſi re vera ille convictus fuiſſet. Certe in reditu ſuo vacantem ſeque exſpectantem eccleſiam invenit. At nunc ignoro qua ratione hæc facta ſint. Primum enim, ſi veritas dicenda eſt non oportuit, cum ad cogendam ſynodum litteras miſiſſemus, aliquos judicium ſynodi prævertere. Deinde non decuit hujuſmodi innovationem adverſus Eccleſiam induci. Qualis enim canon eccleſiaſticus, aut qualis apoſtolica traditio hoc permittit, ut in pace agente Eccleſia, ac tot epiſcopis cum Athanaſio Alexandriæ epiſcopo conſentientibus, Gregorius mittatur, externus homo, qui non illic eſt baptizatus, qui complurimis ignotus eſt, nec a presbyteris vel ab epiſcopis vel a plebe poſtulatus: ſed is Antiochiæ ordinetur; Alexandriam vero, non cum presbyteris vel diaconis urbis, non cum epiſco-

1. Alexandriæ adhuc verſabatur Athanaſius anno 341. atque ibi ſaltem ad Paſchæ diem, qui hoc anno in 19. Aprilis incidebat, permanſit, ut ex ipſius encyclica ad epiſcopos epiſtola n. 5. planum eſt. Ex quo & conficitur horum octodecim menſium initium vix citius duci poſſe, quam ab exitu menſis Maii prædicti anni 341. Opinionem vero eorum, qui ab anno 340. illos computare incipiunt, noſter Bernardus de Montfaucon animadv. 14. in vitam & ſcripta S. Athanaſii pluribus refutat.

2. Julii dictis conſentit Antonini itinerarium, in quo Antiochia Alexandriam contendentibus triginta ſex manſiones re ipſa aſſignantur. Antiquos autem manſionum numero locorum diſtantiam ſeu itinerum longitudinem metiri ſolitos eſſe confirmat illud Auguſtini lib. de unitate Eccleſiæ c. 10. n. 31. *Quærite ab Jeruſalem per terram itinera in circuitu uſque in Illyricum quot manſiones ſint*. Hac de re vide quæ obſervata ſint in nova Hilarii editione pag. 270. not. e & 271. not. a.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.



διακόνων τῆς πόλεως, οὐ μετὰ ἐπισκόπων τῆς Αἰγύπτου, ἀλλὰ μετὰ στρατιωτῶν; τοῦτο γὰρ ἔλεγον καὶ ᾐτιῶντο οἱ ἐνταῦθα ἐλθόντες. εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύνοδον ὑπεύθυνος ἦν εὑρεθεὶς ὁ Ἀθανάσιος, οὐκ ἔδει τὴν κατάστασιν οὕτως παρανόμως καὶ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα γενέσθαι· ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἱερατείου, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κλήρου, τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους ἔδει καταστῆσαι, καὶ μὴ νῦν τοὺς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κανόνας παραλύεσθαι. ἆρα γὰρ εἰ καθ' ἑνὸς ὑμῶν ἐγεγόνει τοιοῦτον, οὐκ ἂν ἐβοήσατε, οὐκ ἂν ἠξιώσατε ὡς παραλελυμένων τῶν κανόνων ἐκδικηθῆναι; ἀγαπητοί, ὡς Θεοῦ παρόντος, μετὰ ἀληθείας φθεγγόμεθα καὶ λέγομεν, οὐκ ἔστι τοῦτο εὐσεβές, οὐδὲ νόμιμον, οὐδὲ ἐκκλησιαστικόν. καὶ γὰρ καὶ τὰ λεγόμενα γεγενῆσθαι παρὰ Γρηγορίου ἐν τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ, δείκνυσι τὴν τῆς καταστάσεως τάξιν· ἐν γὰρ τοιούτοις εἰρηνικοῖς καιροῖς, ὡς αὐτοὶ οἱ ἐλθόντες ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀπήγγειλαν, καθὼς καὶ οἱ ἐπίσκοποι ἔγραψαν, ἡ ἐκκλησία ἐμπρησμὸν ὑπέμεινε, παρθένοι ἐγυμνώθησαν, μονάζοντες κατεπατήθησαν, πρεσβύτεροι καὶ πολλοὶ τοῦ λαοῦ ᾐκίσθησαν καὶ βίαν πεπόνθασιν, ἐπίσκοποι ἐφυλακίσθησαν, περιεσύρησαν πολλοί, τὰ ἅγια μυστήρια, ἐφ' οἷς ᾐτιῶντο Μακάριον τὸν πρεσβύτερον, ὑπὸ ἐθνικῶν διηρπάζετο καὶ εἰς γῆν κατεβάλλετο, ἵνα τὴν Γρηγορίου τινὲς κατάστασιν δέξωνται. τὰ δὲ τοιαῦτα δείκνυσι τοὺς παραλύοντας τοὺς κανόνας. εἰ γὰρ νομίμη ἦν ἡ κατάστασις, οὐκ ἂν διὰ παρανομίας ἠνάγκαζε πείθεσθαι τοὺς νομίμως ἀπειθοῦντας αὐτῷ. καὶ ὅμως τοιούτων γενομένων, γράφετε εἰρήνην μεγάλην γεγενῆσθαι ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ· ἐκτὸς εἰ μὴ ἀντιμεταβέβληται τὸ ἔργον τῆς εἰρήνης, καὶ τὰ τοιαῦτα εἰρήνην ὀνομάζετε.

Κἀκεῖνο δὲ ὑμῖν ἀναγκαῖον ἐνόμισα δηλῶσαι, ὅτι Ἀθανάσιος διεβεβαιοῦτο Μακάριον ἐν Τύρῳ ὑπὸ στρατιώτας γεγενῆσθαι, καὶ μόνον τὸν κατήγορον ἀπεληλυθέναι μετὰ τῶν ἀπελθόντων εἰς τὸν Μαρεώτην, καὶ τοὺς μὲν πρεσβυτέρους ἀξιοῦντας παρεῖναι ἐν τῇ ἐξετάσει μὴ συγκεχωρῆσθαι, τὴν δὲ ἐξέτασιν γεγενῆσθαι περὶ ποτηρίου καὶ τραπέζης ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ ἐπάρχου καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ, παρόντων ἐθνικῶν καὶ Ἰουδαίων. τοῦτο δὲ κατὰ τὰς ἀρχὰς ἄπιστον ἦν, εἰ μὴ καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἐδείκνυτο. ἐφ' ᾧ καὶ ἐθαυμάσαμεν, νομίζω δὲ καὶ ὑμᾶς ἐπιθαυμάζειν, ἀγαπητοί· πρεσβύτεροι μὲν οὐκ ἐπιτρέπονται παρεῖναι, οἱ καὶ τῶν μυστηρίων λειτουργοὶ τυγχάνοντες, ἐπὶ δὲ ἐξωτικοῦ δικαστοῦ, παρόντων κατηχουμένων, καὶ τόγε χείριστον, ἐπὶ ἐθνικῶν καὶ Ἰουδαίων, τῶν διαβεβλημένων περὶ τὸν Χριστιανισμόν, ἐξέτασις περὶ αἵματος Χριστοῦ καὶ σώματος Χριστοῦ γίνεται. εἰ γὰρ καὶ ὅλως ἐγεγόνει τι πλημμέλημα, ἔδει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπὸ κληρικῶν νομίμως ἐξετάζεσθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ ὑπὸ ἐθνικῶν τῶν τὸν λόγον βδελυσσομένων καὶ μὴ εἰδότων τὴν ἀλήθειαν. τοῦτο δὲ τὸ ἁμάρτημα ἡλίκον καὶ ὁποῖόν ἐστι, συνορᾷν καὶ ὑμᾶς καὶ πάντας πεπίστευκα. περὶ μὲν Ἀθανασίου τοιαῦτα.

Περὶ δὲ Μαρκέλλου, ἐπειδὴ καὶ περὶ αὐτοῦ ὡς ἀσεβοῦντος εἰς τὸν Χριστὸν ἐγράψατε, δηλῶσαι ὑμῖν ἐσπούδασα, ὅτι ἐνταῦθα γενόμενος, διεβεβαιώσατο μὲν μὴ εἶναι ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτοῦ γραφέντα παρ' ὑμῶν. ὅμως δὲ ἀπαιτούμενος παρ' ἡμῶν εἰπεῖν περὶ

pis Ægypti, sed cum militibus transmittatur? hoc namque haud sine querela aiebant qui huc venere. Etiamsi enim post synodum reus deprehensus fuisset Athanasius; non decuit sic præter jus fasque, & contra ecclesiasticum canonem, ordinari quempiam: sed in ipsa ecclesia, ex ipso sacerdotali ordine, ex ipso clero, ab episcopis provinciæ illius constitui oportuit, & nequaquam nunc Apostolorum [1] canones violari. Si enim in quemquam vestrum tale quidpiam commissum esset; nonne clamassetis, nonne violatorum canonum vindictam postulassetis? Certe, dilecti, hoc quasi Deo præsente cum veritate loquimur ac dicimus, non est hoc pium, nec legitimum, nec ecclesiasticum. Nam quæ a Gregorio in suo ingressu gesta esse dicuntur, ordinationis ejus modum indicant. In his enim pacis temporibus, ut narrarunt ii qui Alexandria venerunt, & quemadmodum episcopi quoque litteris suis significarunt, ecclesia incendium passa est, virgines denudatæ, monachi conculcati, presbyteri & ex plebe multi laniati ac vim perpessi, episcopi in carcerem trusi, multi circumcirca raptati, sancta mysteria de quibus violatis Macarium presbyterum postulabant, ab ethnicis direpta sunt & in terram projecta, ut Gregorii ordinationem aliqui admitterent. Hæc autem ostendunt quinam canones violent. Nam si legitima fuisset ordinatio, nequaquam præter jus fasque eos coegisset sibi obtemperare, qui jure ipsius imperium detrectabant. Verumtamen his ita gestis, scribitis magnam tum pacem Alexandriæ & in Ægypto fuisse: nisi forte pacis notio mutata sit, & jam hæc pacem appelletis.

XV. Illud quoque vobis necessario indicandum putavi, Athanasium nempe affirmasse, Macarium Tyri sub custodia militum remansisse; accusatoremque solum abiisse cum iis qui in Mareoten proficiscebantur; presbyterisque rogantibus ut sibi inquisitioni adesse liceret, id negatum fuisse; interrogationem autem de calice & de mensa factam esse coram præfecto & ejus cohorte, præsentibus ethnicis & Judæis. Videbatur illud initio incredibile, nisi fuisset ex ipsis monimentis demonstratum. Quod nobis admirationi fuit, id etiam vobis, dilecti, fore existimo: ut de sanguine & corpore Christi interrogatio, cui presbyteri, licet mysteriorum ministri sint, interesse non permittuntur, apud externum tamen judicem, præsentibus catechumenis, & quod indignius est, coram ethnicis & Judæis, qui circa christianismum suspecti & male affecti audiunt, habita sit. Nam si omnino scelus perpetratum est, oportuit hoc negorii in Ecclesia a clericis secundum leges examinari, & non ab ethnicis qui Verbum detestantur & veritatem ignorant. Hoc autem flagitium quantum & cujusmodi sit, & vos & omnes animadversuros existimo. Hæc quidem de Athanasio.

XVI. Quod autem ad Marcellum attinet, postquam de illo ut impio erga Christum scripsistis, vobis studui significare, eum cum huc venisset, affirmasse falsa esse quæ vos de ipso scripsistis. Sed cum nihilo minus postulassemus ut fidem suam [2] expo-

1. Non est cur canonibus qui Apostolorum circumferuntur nomine, patrocinium inde & auctoritas asseratur. In his quippe regulas quæ heic spretæ notantur, frustra quæsieris. Qui autem intelligendi sint hi *Apostolorum canones*, interpretatur Athanasius in epistola, quam statim atque Gregorius intrusus est, ad episcopos encyclicam misit, in cujus numero 2. hæc habet: *Si qua adversum nos criminatio vim haberet, oportuit nec Arianum, nec Arianæ sectæ hominem ordinari; sed secundum ecclesiasticos canones, & secundum verba Paulli, congregatis populis & spiritu ordinantium eum virtute Domini nostri Jesu Christi, omnia secundum ecclesiasticas leges disquiri & peragi, præsentibus & populis & clericis qui illum postularent*. Ideo igitur regulæ a Julio memoratæ dicuntur *canones Apostolorum*, quia vel ex conceptis Paulli verbis, vel ex Apostolorum traditione auctoritatem habeant.

2. Hæc fidei expositio, ni cum eruditis viris fallimur, ipsa est quam Epiphanius nobis asservavit, quamque huic & sequenti Julii epistolis subjiciendam curavimus.

τῆς πίστεως, οὕτως μετὰ παῤῥησίας ἀπεκρίνατο δι' ἑαυτοῦ, ὡς ἐπιγνῶναι μὲν ἡμᾶς, ὅτι μηδὲν ἔξωθεν τῆς ἀληθείας ὁμολογεῖ. οὕτως γὰρ εὐσεβῶς περὶ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡμολόγησε φρονεῖν, ὥσπερ καὶ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία φρονεῖ, καὶ οὐ νῦν ταῦτα πεφρονηκέναι διεβεβαιώσατο, ἀλλὰ καὶ ἔκπαλαι. ὥσπερ οὖν καὶ οἱ ἡμέτεροι πρεσβύτεροι, τότε ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ γενόμενοι, ἐμαρτύρησαν αὐτοῦ τῇ ὀρθοδοξίᾳ· καὶ γὰρ καὶ τότε καὶ νῦν κατὰ τῆς αἱρέσεως τῶν Ἀρειανῶν πεφρονηκέναι διϊσχυρίσατο. ἐφ' ᾧ καὶ ὑμᾶς ὑπομνῆσαι δίκαιόν ἐστιν, ἵνα μηδεὶς τὴν τοιαύτην αἵρεσιν ἀποδέχηται, ἀλλὰ βδελύττηται ὡς ἀλλοτρίαν τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας. ὀρθὰ τοίνυν αὐτὸν φρονοῦντα, καὶ ἐπὶ ὀρθοδοξίᾳ μαρτυρούμενον, τί πάλιν καὶ ἐπὶ τούτου ἔδει ποιεῖν ἡμᾶς, ἢ ἔχειν αὐτὸν, ὥσπερ καὶ εἴχομεν, ἐπίσκοπον, καὶ μὴ ἀποβάλλειν τῆς κοινωνίας;

A neret, tanta fiducia per se ipse respondit, ut nobis exploratum fuerit, eum nihil a veritate alienum profiteri. Namque professus est, se se de Domino & Salvatore nostro Jesu Christo æque pie sentire, ac sentit Ecclesia catholica; neque se nunc primum, sed pridem ita sensisse. Id quoque testati sunt & presbyteri nostri qui Nicænæ synodo adfuerant, fidem illius orthodoxam esse confirmantes: etenim tunc temporis, ut & nunc, adversam Arianorum hæresi sententiam tenuisse se affirmabat. Quocirca vos admonitos velim, ut nullus ejusmodi hæresim recipiat; sed abominetur ut a sana doctrina alienam. Cum ergo ille recte sentiret, & rectæ fidei suæ testimonium haberet; quid, quæso, & de B illo nobis faciendum fuit, nisi ut eum pro episcopo haberemus, ut & habuimus, & a communione non abjiceremus?

Ταῦτα μὲν οὖν ἐγὼ, οὐχ ὡς ὑπεραπολογούμενος αὐτῶν γέγραφα· ἀλλὰ ἕνεκα τοῦ πιστῶσαι ὑμᾶς ὅτι δικαίως καὶ κανονικῶς ἐδεξάμεθα τοὺς ἄνδρας, καὶ μάτην φιλονεικεῖτε. ὑμᾶς δὲ δίκαιόν ἐστι σπουδάσαι, καὶ πάντα τρόπον καμεῖν, ἵνα τὰ μὲν παρὰ κανόνα γενόμενα, διορθώσεως τύχῃ, αἱ δὲ ἐκκλησίαι εἰρήνην ἔχωσι, πρὸς τὸ τὴν τοῦ κυρίου εἰρήνην τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παραμεῖναι, καὶ μὴ σχίζεσθαι τὰς ἐκκλησίας, μὴ δὲ ὑμᾶς ὡς αἰτίους σχίσματος μέμψιν ὑπομεῖναι. ὁμολογῶ γὰρ ὑμῖν, τὰ γενόμενα, οὐκ εἰρήνης, ἀλλὰ σχίσματος προφάσεις εἰσίν.

XVII. Hæc quidem ego, non ut qui eorum caussam agam, scribo; sed ut vobis fidem faciam, nos jure & canonice viros illos suscepisse, & vos frustra disceptationes movere. Æquum est autem, vos studere & omnibus modis contendere, ut & quæ contra canonem acta sunt corrigantur, & ecclesiæ pace fruantur: adeoque pax Domini quæ data est nobis, permaneat, & ecclesiæ non scindantur; nec vos culpemini ut schismatis auctores. Vobis quippe fateor, ea quæ gesta sunt, non pacis, sed schisma- C tis speciem præ se ferunt.

Οὐ γὰρ μόνον οἱ περὶ Ἀθανάσιον καὶ Μάρκελλον οἱ ἐπίσκοποι ἐληλύθασιν ἐνταῦθα, αἰτιώμενοι κατ' αὐτῶν ἀδικίαν γεγονέναι· ἀλλὰ καὶ πλεῖστοι ἄλλοι ἐπίσκοποι ἀπὸ Θρᾴκης, ἀπὸ Κοίλης Συρίας, ἀπὸ Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης, καὶ πρεσβύτεροι μὲν οὐκ ὀλίγοι, ἄλλοι δέ τινες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων μερῶν, ἀπήντησαν εἰς τὴν ἐνταῦθα σύνοδον, ἐπὶ πάντων τῶν συνελθόντων ἐπισκόπων, πρὸς τοῖς ἄλλοις, οἷς ἔλεγον, [1] ὅτι καὶ ἀπωδύροντο, βίαν καὶ ἀδικίαν τὰς ἐκκλησίας πεπονθέναι, καὶ ὅμοια τῶν κατὰ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὰς ἑαυτῶν, καὶ ἐν ἄλλαις ἐκκλησίαις γεγενῆσθαι διεβεβαιοῦντο, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγμασι. καὶ ἐξ Αἰγύπτου δὲ καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας πάλιν ἐλθόντες νῦν πρεσβύτεροι μετὰ γραμμάτων, ἀπωδύροντο, ὅτι πολλοὶ ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι θέλοντες ἐλθεῖν εἰς τὴν σύνοδον, ἐκωλύθησαν. μέχρι γὰρ νῦν καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου ἀποδημίαν, ἔλεγον ἐπισκόπους ὁμολογητὰς κατακόπτεσθαι πληγαῖς, καὶ ἄλλους φυλακίζεσθαι· ἤδη δὲ καὶ ἀρχαίους, πλεῖστον ὅσον χρόνον ἔχοντας ἐν τῇ ἐπισκοπῇ, εἰς λειτουργίας δημοσίας παραδίδοσθαι, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κληρικοὺς καὶ λαοὺς ἐπιβουλεύεσθαι καὶ διώκεσθαι. καὶ γὰρ καί τινας ἐπισκόπους καί τινας ἀδελφοὺς ὑπερορίους ἔλεγον γεγενῆσθαι, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἵνα καὶ ἄκοντες ἀναγκάζωνται κοινωνεῖν Γρηγορίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ Ἀρειανοῖς. καὶ ἐν Ἀγκύρᾳ δὲ τῆς Γαλατίας οὐκ ὀλίγα γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ πάλιν τοῖς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν γενομένοις ἠκούσαμεν καὶ παρ' ἑτέρων, καὶ Μάρκελλος δὲ ὁ ἐπίσκοπος διεμαρτύρατο. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοιαύτας κατηγορίας καὶ οὕτω δεινὰς κατά τινων ἐξ ὑμῶν, ἵνα μὴ λέγω τὰ ὀνόματα, οἱ ἀπαντήσαντες εἰρήκασιν, ἃς ἐγὼ μὲν γράψαι παρῃτησάμην· ἴσως δὲ καὶ ὑμεῖς παρ' ἑτέρων ἀκηκόατε. διὰ τοῦτο γὰρ μάλιστα καὶ ἔγραψα, προτρεπόμενος ὑμᾶς ἐλθεῖν· ἵνα καὶ παρόντες ἀκούσητε, καὶ πάντα διορθωθῆναι, καὶ θεραπευθῆναι δυνηθῇ. ἐπὶ δὲ τούτων προθυμοτέρως ἔδει τοὺς κληθέντας ἀπαντῆσαι, καὶ μὴ παραιτήσασθαι· ἵνα μὴ τύχωσιν ὕποπτοι περὶ τὰ

XVIII. Non enim Athanasius dumtaxat & Marcellus episcopi huc se contulerunt, ac secum injuste actum esse conquesti sunt: sed etiam complurimi alii episcopi ex Thracia, Cœlesyria, Phœnicia & Palæstina, & una presbyteri non pauci, atque alii quidem Alexandria, & alii ex aliis partibus, ad synodum huc coactam accessere, qui coram omnibus episcopis congregatis, præter alia quæ in medium protulere, conquesti sunt insuper, ecclesias vim injuriamque esse perpessas, ac in suis aliisque ecclesiis paria iis quæ Alexandriæ, gesta esse asseverarunt non solum verbo, sed rebus ipsis. Ex Ægy- D pto quoque & Alexandria rursum cum litteris proxime advenientes presbyteri, haud sine querela & gemitu testati sunt, episcopos complures ac presbyteros qui ad synodum se conferre vellent, prohibitos fuisse. Aiebant enim ab Athanasii discessu ad præsens usque tempus, episcopos, eosque confessores, plagis laniari, & alios in carcere detineri: jamque antiquos præsules qui multos annos in episcopatu transegerant, ad ministeria publica tradi, & omnes fere ecclesiæ catholicæ clericos & populos insidiis appeti ac persecutionem sustinere. Nonnullos enim episcopos & quosdam fratres extorres factos dicebant, nulla alia de caussa, nisi ut vel inviti cogerentur cum Gregorio ejusque sociis Arianis E communicare. Ancyræ autem in Galatia non parva, sed ea ipsa quæ Alexandriæ gesta sunt, commissa audivimus cum ab aliis, tum a Marcello episcopo qui illud testimonio suo confirmabat. Ad hæc, tanta tamque atrocia crimina nonnullorum ex vobis quorum nomina taceo, ab iis qui huc accessere delata sunt, ut ego illa scribere veritus sim, cum fortasse & vos didiceritis ab aliis. Etenim hæc potissima mihi scribendi caussa fuit, & vos adhortandi ut huc veniretis: quo & coram hæc audiretis, & omnia corrigi & sanari possent. Ideirco accersitos promtiori animo occurrere oportuit, & non recusare: ne si non occurrerent, jam circa ea

1. Ὅτι] Forte ἔτι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.

λεχθέντα, ἐὰν μὴ ἀπαντήσωσι, νομισθῶσιν, ὡς μὴ δυνάμενοι ἐλέγξαι ἃ ἔγραψαν.

A quæ dicta sunt suspecti haberentur, utpote qui res a se scriptas probare non potuerint.

Τούτων τοίνυν οὕτως λεγομένων, καὶ οὕτως τῶν ἐκκλησιῶν πασχουσῶν καὶ ἐπιβουλευομένων, ὡς οἱ ἀπαγγέλλοντες διεβεβαιοῦντο, τίνες εἰσὶν οἱ φλόγα διχονοίας ἀνάψαντες; ἡμεῖς οἱ λυπούμενοι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις καὶ συμπάσχοντες τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς, ἢ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐργασάμενοι; θαυμάζω γὰρ πῶς τοιαύτης καὶ τοσαύτης ἐκεῖ ἀκαταστασίας καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν οὔσης, (δι' ἣν καὶ οἱ ἀπαντήσαντες ἦλθον ἐνταῦθα,) γράφετε ὑμεῖς ὁμόνοιαν γεγενῆσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. τὰ δὲ τοιαῦτα οὐκ ἐπὶ οἰκοδομῇ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐπὶ καθαιρέσει ταύτης γίνεται· καὶ οἱ ἐν τούτοις δὲ χαίροντες, οὐκ εἰσὶν εἰρήνης υἱοὶ, ἀλλὰ ἀκαταστασίας. ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἀκαταστασίας, ἀλλ' εἰρήνης. διόπερ, ὡς οἶδεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κηδόμενος μὲν καὶ τῆς ὑμῶν ὑπολήψεως, εὐχόμενος δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας μὴ ἐν ἀκαταστασίᾳ εἶναι, ἀλλὰ διαμένειν ὥσπερ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐκανονίσθη, γράψαι ὑμῖν ταῦτα ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ἵνα ἤδη ποτὲ δυσωπήσητε τοὺς διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπέχθειαν, οὕτως διαθεμένους τὰς ἐκκλησίας. ἤκουσα γὰρ ὅτι τινές εἰσιν ὀλίγοι οἱ τούτων πάντων αἴτιοι τυγχάνοντες. σπουδάσατε, ὡς σπλάγχνα ἔχοντες οἰκτιρμοῦ, διορθώσασθαι, ὡς προεῖπον, τὰ παρὰ κανόνα γενόμενα, ἵνα εἰ καί τι προελήφθη, τοῦτο τῇ ὑμετέρᾳ σπουδῇ θεραπευθῇ.

XIX. Hæc cum ita delata sint, & ecclesiæ adeo gravibus premantur malis ac insidiis appetantur, ut affirmavere qui hæc renuntiabant; quinam sunt qui flammam discordiæ accendunt? nos ne qui ista dolemus & vexatos fratres miseramur, an qui talia perpetrarunt? Miror enim, cum talis ac tanta rerum perturbatio fuerit in singulis ecclesiis, (quæ caussa illis fuit huc properandi,) vos tamen scribere, concordiam in ecclesiis exstitisse. Hæc autem non ad ædificationem Ecclesiæ, sed ad ejus ruinam vergunt; & qui his gaudent, non pacis, sed dissen- B sionis filii sunt. [a] *Nobis autem non est dissensionis Deus, sed pacis.* Quapropter, ut mihi conscius est Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, vestræ existimationis curam gerens, exoptans quoque ecclesias non in perturbatione degere, sed eas ut ab Apostolis statutum est permanere, hæc ad vos scribere necessarium duxi, ut nunc tandem illos retundatis, qui ob mutuum inter se odium, ecclesias eo redigunt. Audivi enim paucos numero esse, qui horum omnium essent auctores. Operam date, ut viscera misericordiæ habentes, ea corrigatis, uti supra dixi, quæ contra canonem gesta sunt; ut si quid mali anteverterit, id vestro studio emendetur.

C

Καὶ μὴ γράφητε, ὅτι τὴν Μαρκέλλου καὶ Ἀθανασίου, ἢ τὴν ἡμῶν εἵλου κοινωνίαν. οὐ γὰρ εἰρήνης, ἀλλὰ φιλονεικίας καὶ μισαδελφίας τὰ τοιαῦτα γνωρίσματα. διὰ τοῦτο οὖν κἀγὼ τὰ προειρημένα ἔγραψα, ἵνα μαθόντες ὅτι οὐκ ἀδίκως ἐδεξάμεθα αὐτοὺς, παύσησθε τῆς τοιαύτης ἔριδος. εἰ μὲν γὰρ ἐλθόντων ὑμῶν ἦσαν καταγνωσθέντες, εἰ μὴ εὐλόγους ἀποδείξεις ἔχειν ἐφαίνοντο ὑπὲρ ἑαυτῶν, καλῶς ἂν τὰ τοιαῦτα γεγραφήκειτε. ἐπειδὴ δὲ, ὡς προεῖπον, κανονικῶς καὶ οὐκ ἀδίκως τὴν πρὸς αὐτοὺς ἔσχομεν κοινωνίαν, παρακαλῶ ὑπὲρ Χριστοῦ, μὴ ἐπιτρέψητε διασχισθῆναι τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ τοῖς προλήμμασι πιστεύσητε, ἀλλὰ τὴν τοῦ κυρίου εἰρήνην προτιμήσατε. οὐ γὰρ ὅσιον οὐδὲ δίκαιον, δι' ὀλίγων μικροψυχίαν, τοὺς μὴ καταγνωσθέντας ἀπορρίπτειν, καὶ λυπεῖν ἐν τούτῳ τὸ πνεῦμα.

XX. Nec mihi scribatis: Marcelli & Athanasii communionem potius, quam nostram, cooptasti; nam hæc non pacis, sed contentionis & odii fraterni sunt indicia. Quapropter superiora scripsi, ut certiores facti, eos non injuste a nobis receptos esse, hujusmodi jurgio finem imponeretis. Si enim illi vobis huc concedentibus convicti fuissent, & si non æquas rationes pro sua defensione protulissent; jure merito talia scripsissetis. Quandoquidem autem, ut prædixi, ex canonum præscripto & non injuste cum illis communione jungimur; obsecro vos per Christum, ne sinatis discindi membra Christi, neu præconceptis opinionibus credatis, sed Domini pacem D pluris faciatis. Non enim equum justumque fuerit, ob paucorum simultatem, eos qui convicti non sunt abjicere, & in hoc Spiritum contristare.

Εἰ δὲ νομίζετε δύνασθαί τινα κατ' αὐτῶν ἀποδεῖξαι, καὶ εἰς πρόσωπον αὐτοὺς ἐλέγξαι, ἐλθέτωσαν οἱ βουλόμενοι. ἑτοίμους γὰρ ἑαυτοὺς καὶ αὐτοὶ εἶναι ἐπηγγείλαντο, ὥστε καὶ ἀποδεῖξαι καὶ διελέγξαι, περὶ ὧν ἡμῖν ἀπήγγειλαν. σημάνατε οὖν ἡμῖν, ἀγαπητοὶ, περὶ τούτου, ἵνα κἀκείνοις γράψωμεν, καὶ τοῖς ὀφείλουσι πάλιν συνελθεῖν ἐπισκόποις· πρὸς τὸ πάντων παρόντων τοὺς ὑπευθύνους καταγνωσθῆναι, καὶ μηκέτι ἀκαταστασίαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γενέσθαι. ἀρκεῖ γὰρ τὰ γενόμενα· ἀρκεῖ ὅτι παρόντων ἐπισκόπων ἐπίσκοποι ἐξωρίζοντο· περὶ οὗ οὐδὲ μακρηγορεῖν δεῖ, ἵνα μὴ βαρεῖσθαι οἱ παρόντες τότε δοκῶσιν. εἰ γὰρ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐκ ἔδει μέχρι τούτων φθάσαι, οὐδὲ εἰς τοσοῦτον ἐλθεῖν τὰς μικροψυχίας. ἔστω δὲ Ἀθανάσιος καὶ Μάρκελλος, ὡς γράφετε, μετετέθησαν ἀπὸ τῶν ἰδίων τόπων· τί καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἄν τις εἴποι, τῶν ἐκ διαφόρων τόπων, ὡς προεῖπον, ἐλθόντων ἐνταῦθα ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων; καὶ αὐτοὶ γὰρ πάλιν ἡρπάσθαι ἑαυτοὺς καὶ τοιαῦτα πεπονθέναι ἔλεγον.

XXI. Quod si arbitramini posse quædam adversus illos probari, & coram eos convinci; veniant quibus id placuerit. Nam se paratos esse polliciti sunt ad ea quæ nobis denuntiarunt, liquido confutanda. Certiores igitur nos, dilectissimi, ea de re facite, quo & illis & episcopis huc rursum conventuris scribamus: ut præsentibus omnibus qui rei sunt convincantur; nec ulterius perturbatio in ecclesiis exsistat. Sufficiunt enim quæ facta sunt, sufficit quoque præsentibus episcopis episcopos in exsilium actos E esse: qua de re non est prolixior sermo habendus, ne gravari videantur qui tum adfuere. Nam si verum est dicendum, minime decuit ad hæc usque facinora procedere, aut eo usque has dissensiones progredi. Esto, sint Athanasius & Marcellus, uti scribitis, de suis sedibus [1] moti; sed quid de aliis dicatur cum episcopis, tum presbyteris, qui ex diversis locis, quemadmodum prædixi, huc se contulere? nam & isti quoque se abreptos, & istiusmodi calamitatibus afflictos esse testati sunt.

Ὦ ἀγαπητοὶ, οὐκέτι κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ

XXII. O dilecti, non jam Ecclesiæ judicia secun-

[a] 1. Cor. XIV. 33.

1. Heic subaudiendum videtur, *juste*,

λοιπὸν ἐπὶ ἐξορισμῷ καὶ θανάτῳ αἱ κρίσεις τῆς ἐκκλησίας εἰσίν. εἰ γὰρ καὶ ὅλως, ὥς φατε, γέγονέ τι εἰς αὐτοὺς ἁμάρτημα, ἔδει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, καὶ μὴ οὕτως γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν. ἔδει γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως παρὰ πάντων ὁρισθῇ τὸ δίκαιον· ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν οἱ πάσχοντες, καὶ οὐχ αἱ τυχοῦσαι ἐκκλησίαι αἱ πάσχουσαι, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι δι' ἑαυτῶν καθηγήσαντο. διατί δὲ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας μάλιστα οὐκ ἐγράφετο ἡμῖν; ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν, πρότερον γράφεσθαι ἡμῖν, καὶ οὕτως ἔνθεν ὁρίζεσθαι τὰ δίκαια; εἰ μὲν οὖν τι τοιοῦτον ἦν ὑποπτευθὲν εἰς τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐκεῖ, ἔδει πρὸς τὴν ἐνταῦθα ἐκκλησίαν γραφῆναι. νυνὶ δὲ οἱ ἡμᾶς μὴ πληροφορήσαντες, πράξαντες δὲ αὐτοὶ ὡς ἠθέλησαν, λοιπὸν καὶ ἡμᾶς οὐ καταγνόντας βούλονται συμψήφους εἶναι. οὐχ οὕτως αἱ Παύλου διατάξεις, οὐχ οὕτως οἱ πατέρες παραδεδώκασιν· ἄλλος τύπος ἐστὶν οὗτος, καὶ καινὸν τὸ ἐπιτήδευμα. παρακαλῶ, μετὰ προθυμίας ἐνέγκατε· ὑπὲρ τοῦ κοινῇ συμφέροντός ἐστιν, ἃ γράφω. ἃ γὰρ παρειλήφαμεν παρὰ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ταῦτα δὲ ὑμῖν δηλῶ· καὶ οὐκ ἂν ἔγραψα, φανερὰ ἡγούμενος εἶναι ταῦτα παρὰ πᾶσιν, εἰ μὴ τὰ γενόμενα ἡμᾶς ἐτάραξεν. ἐπίσκοποι ἁρπάζονται καὶ ἐκτοπίζονται, ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθεν ἀντιτίθενται, καὶ ἄλλοι ἐπιβουλεύονται· ὥστε ἐπὶ μὲν τοῖς ἁρπασθεῖσιν αὐτοὺς πενθεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς πεμπομένοις ἀναγκάζεσθαι· ἵνα οὓς μὲν θέλουσι, μὴ ἐπιζητῶσιν, οὓς δὲ μὴ βούλονται, δέχωνται. ἀξιῶ ὑμᾶς μηκέτι τοιαῦτα γίνεσθαι. γράψατε δὲ μᾶλλον κατὰ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρούντων, ἵνα μηκέτι τοιαῦτα πάσχωσιν αἱ ἐκκλησίαι, μηδέ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ὕβριν πάσχῃ, ἢ παρὰ γνώμην, ὥσπερ ἐδήλωσαν ἡμῖν, ἀναγκάζηταί τις ποιεῖν· ἵνα μὴ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσι γέλωτα ὀφλήσωμεν, καὶ πρό γε πάντων, ἵνα μὴ τὸν Θεὸν παροξύνωμεν. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ἀποδώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, περὶ ὧν ἐνταῦθα ἔπραξε. γένοιτο δὲ πάντας κατὰ Θεὸν φρονῆσαι, ἵνα καὶ αἱ ἐκκλησίαι, τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἀπολαβοῦσαι, χαίρωσι διαπαντὸς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί.

A dum Evangelium, ſed [1] ad exſilii ac mortis pœnas decernendas inſtituuntur. Nam ſi omnino, ut dicitis, aliqua fuit eorum culpa, judicium ſecundum eccleſiaſticum canonem, nec eo pacto, fieri oportuit. Oportuit omnibus nobis ſcripſiſſe, ut ita ab omnibus quod juſtum eſſet decerneretur; epiſcopi enim erant qui patiebantur, nec vulgares eccleſiæ quæ vexabantur, ſed quas ipſi Apoſtoli per ſe gubernarunt. Cur autem de Alexandrina potiſſimum eccleſia nihil nobis ſcriptum eſt? An ignoratis hanc eſſe conſuetudinem, ut primum nobis ſcribatur, & hinc quod juſtum eſt decernatur? Sane ſi qua hujuſmodi ſuſpicio in illius urbis epiſcopum cadebat, ad hanc eccleſiam ſcribendum fuit. Nunc autem illi, re no- B bis non indicata, poſtea quam quod libuit egere, nos quibus ea crimina explorata non ſunt, ſibi demum ſuffragatores eſſe volunt. Nequaquam talia ſunt [2] Paulli ſtatuta, non hæc patres tradiderunt: ſed aliena eſt iſta forma, novum hoc inſtitutum. Obſecro, bono animo ferte; quæ enim ſcribo ad publicum bonum conferunt. Nam quæ accepimus a beato Petro apoſtolo, ea vobis ſignifico; non ſcripturus tamen, quod nota apud omnes ea eſſe exiſtimem, niſi quæ geſta ſunt nos conturbaſſent. Epiſcopi rapiuntur & e ſuis ſedibus pelluntur, alii aliunde eorum loco ſubſtituuntur, & alii inſidiis appetuntur: ita ut populi de abreptis doleant, ac ſubmiſſos recipere cogantur; ut quos exoptant [3] non requirant, C quos autem nolunt, inviti recipiant. Rogo vos ne ultra hujuſmodi res agantur: immo potius contra eos ſcribite qui talia moliuntur; ne deinceps ita vexentur eccleſiæ, neve quis epiſcopus aut presbyter contumeliam patiatur, aut contra animi ſui ſententiam, ut nobis indicatum eſt, quis facere cogatur: ne apud ethnicos riſum moveamus, ac in primis ne Deum ad iram concitemus. Unuſquiſque enim noſtrum in die judicii rationem ſuorum in hac vita operum eſt redditurus. Utinam omnes ſecundum Deum ſentiant: ut & eccleſiæ, epiſcopis ſuis receptis, perpetuo gaudeant in Chriſto Jeſu Domino noſtro, per quem gloria Patri in ſæcula ſæculorum. Amen. Valere vos in Chriſto exopto, cariſſimi ac deſideratiſ- D ſimi fratres.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.

1. Supple, *more ſæculi*, a cujus ſeveritate abeſt evangelica atque eccleſiaſtica clementia.

2. Alludit heic Julius ad formam judicii, cujus ſpecimen in damnando inceſti reo Paullus 1. Cor. 5. 4. tradit his verbis: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti congregatis vobis & ſpiritu meo* &c. Ad eadem Apoſtoli verba Eccleſiam non judicia ſolum, ſed & epiſcoporum inſtitutiones atque ordinationes exegiſſe teſtis eſt Athanaſius in epiſtola encyclica, cujus verba ſuperius pag. 10. not. 1. retulimus.

3. Hoc eſt, adeo ut priventur jure poſtulandi quos exoptant. Ut enim ſupra Julius n. 14. docet, eccleſiaſticæ leges volebant, ut epiſcopus ordinandus a clericis & populis poſtularetur. Nec minus canonibus repugnat populos cogi, ut quos nolint epiſcopos inviti recipiant. Quapropter concilium Aurelianenſe v. an. 549. c. 11. cavens, *Epiſcopus ne invitis detur*, conceptis verbis adjungit, *ſicut antiqui canones decreverunt*. Vide Cæleſtini I. epiſtolam ad epiſcopos Vienn. & Narbon. n. 4. & 5.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
342.



EPISTOLA II.

Apud ATHANASIUM Apolog. contr. Arian. *numm.* 52. 53. *l. c. pagg.* 171. *seq.*

Et ex SOCRATE Hist. eccl. *lib.* II. *cap.* XXIII.

ΙΟΥΛΙΟΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙΣ

καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ παροικοῦντι Ἀλεξάνδρειαν.

Συγχαίρω κἀγὼ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ὅτι τὸν καρπὸν τῆς ἑαυτῶν πίστεως ἐπ' ὀφθαλμῶν λοιπὸν ὁρᾶτε. τοῦτο γὰρ καὶ ἀληθῶς ἄν τις ἴδοι γενόμενον ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου μου Ἀθανασίου, ὃν διὰ τὴν καθαρότητα τοῦ βίου, καὶ διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχάς, Θεὸς ὑμῖν ἀποδίδωσιν. ἐκ δὴ τούτου συνορᾷν ἔστι, καθαρὰς ὑμᾶς καὶ μεστὰς ἀγάπης ἀεὶ τὰς εὐχὰς ἀνενηνοχέναι πρὸς τὸν Θεόν. μνήμονες γὰρ ὄντες τῶν οὐρανίων ἐπαγγελιῶν, καὶ τῆς πρὸς αὐτὰς ἀγωγῆς, ἣν ἐκ τῆς διδασκαλίας τοῦ προειρημένου ἀδελφοῦ μου ἐπαιδεύθητε, ἔγνωτε ἀληθῶς, καὶ κατὰ τὴν προσοῦσαν ὑμῖν ὀρθὴν πίστιν κατειλήφατε, ὡς οὐκ ἂν εἰς τέλος ἀφ' ὑμῶν ἀποχωρισθήσεται οὗτος, ὃν ταῖς θεοσεβεστάταις ὑμῶν ψυχαῖς ἀεὶ ὡς παρόντα ἐσχήκατε. οὐκοῦν οὐ πολλῶν μοι χρεία λόγων πρὸς ὑμᾶς ἐπιστέλλοντι· ὅσα γὰρ ὑμῖν ἂν λεχθῇ παρ' ἐμοῦ, ταῦτα ἡ ὑμετέρα πίστις προέλαβε, καὶ πεπλήρωκε κατὰ Θεοῦ χάριν τὰ τῆς κοινῆς πάντων ἡμῶν εὐχῆς. συγχαίρω τοίνυν ὑμῖν, πάλιν γὰρ ἐρῶ, ὅτι τὰς ψυχὰς ἀκαταμαχήτους ἐν τῇ πίστει τετηρήκατε. καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ἀδελφῷ μου Ἀθανασίῳ οὐκ ἔλαττον συγχαίρω, ὅτι καίπερ πολλὰ πάσχων λυπηρὰ οὐδεμίαν ὥραν ἐπιλήσμων γέγονε τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καὶ τοῦ ὑμετέρου πόθου. εἰ γὰρ καὶ τῷ σώματι πρὸς καιρὸν ἔδοξεν ἀφ' ὑμῶν ἀφελκυσθῆναι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι διαπαντὸς ὡς συνὼν ὑμῖν διῆγεν.

Καὶ ἔγωγε, ἀγαπητοί, τὸν γενόμενον κατ' αὐτοῦ πάντα πειρασμὸν οὐκ ἄδοξον ἡγοῦμαι γεγενῆσθαι· καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑμετέρα, καὶ ἡ τούτου πίστις ἐγνώσθη παρὰ πᾶσι καὶ δεδοκίμασται. εἰ γὰρ μὴ τοσαῦτα συμβεβήκει, τίς ἂν ἐπίστευσεν, ἢ ὑμᾶς τοσαύτην κρίσιν καὶ τοσαύτην ἀγάπην περὶ τὸν τηλικοῦτον ἐπίσκοπον ἔχειν, ἢ ἐκεῖνον τοσαύταις ἀρεταῖς περιβεβλῆσθαι, δι' ἃς καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς ἐλπίδος οὐκ ἀλλότριος γένοιτο; ἐπέτυχε τοίνυν οἱῳδήποτε τρόπῳ καὶ ἐν τῷ νῦν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ὁμολογίας ἔνδοξον μαρτυρίαν. διαφόρως γὰρ κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν πολλὰ πειρασθείς, τὴν σκευωρίαν πᾶσαν τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως κατεπάτησε, καὶ πολλάκις διὰ φθόνον καὶ εἰς κίνδυνον ἐπιβουλευθεὶς κατεφρόνησε θανάτου, φρουρούμενος ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐλπίζων ἅμα καὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἐκκλινεῖν, καὶ ἀποκατασταθήσεσθαι πρὸς ὑμετέραν παράκλησιν, φέρων ὑμῖν ἅμα ἐκ τῆς ὑμετέρας

JULIUS [1] PRESBYTERIS,

Diaconis & [2] populo Alexandriam incolenti.

A I. Gratulor & ipse vobis, dilectissimi fratres, quod fructum fidei vestræ ob oculos demum conspicitis. Illud enim ita re vera se habere cuivis palam est in fratre & coepiscopo meo Athanasio, quem Deus tum ob vitæ puritatem, tum ob preces vestras vobis restituit. Ex quo sane animadvertere licet, vos semper puras & caritate plenas orationes ad Deum extulisse. Memores quippe cælestium promissionum, & ad illas ducentis disciplinæ in qua per doctrinam prædicti fratris mei instituti estis, verissime nostis, & secundum rectam fidem B vobis insitam comprehendistis, nequaquam illum a vobis perpetuo sejunctum fore, quem in piissimis vestris animabus semper quasi præsentem habuistis. Mihi itaque ad vos scribenti non multis opus est sermonibus: quæcumque enim vobis a me dicta fuerint, hæc vestra fides præoccupavit, [3] perque Dei gratiam commune omnium nostrum explevit votum. Gratulor itaque vobis, (iterum enim dicam) quod in fide invictas servaveritis animas vestras. Nec minus ipsi Athanasio fratri meo gratulor, quod multas licet passus ærumnas, nulla tamen hora fuerit vestræ caritatis vestrique desiderii immemor. Nam etsi corpore ad tempus abstrahi a vobis visus est, spiritu tamen indesinenter est ut præsens vobiscum C versatus.

II. Atque [4] ego quidem, dilectissimi, omnes illas quas pertulit, vexationes non inglorias fuisse existimo: nam & vestra & illius fides ab universis cognita & comprobata est. Nisi enim tot ac tanta contigissent, quis crederet, aut vos de tanto episcopo tale tulisse judicium tantaque caritate eum prosecutos esse; aut illum tot ac tantis ornatum fuisse virtutibus, propter quas a spe quæ reposita est in cælis alienus non est? Adeptus est igitur undecumque, tum in hoc, tum in futuro sæculo, gloriosum confessionis testimonium. Multas siquidem ac diversas calamitates terra marique perpessus, cunctas D Arianæ hæreseos molitiones conculcavit; ac sæpe per invidiam appetitus insidiis & in vitæ discrimen adductus, mortem contemsit, omnipotentis Dei & Domini nostri Jesu Christi præsidio munitus: confidens futurum, ut & insidias declinaret, & vobis ad vestram consolationem restitueretur, majora etiam

1. Apud Socratem heic additur græce ἐπισκόποις καὶ, quod & in edit. concil. retentum. Ad unos tamen Alexandrinos quibus Athanasius præerat, & qui nullum præter eum, episcopum agnoscebant, hanc epistolam scriptam esse manifestum est. Græce legisse videtur Epiphanius Scholast. Ἰούλιος ἐπίσκοπος. Sed nec lectioni huic plane hæsit; nam latine habet, *Julius archiepiscopus*. Ita vero Valesius vocem græcam ἐπισκόποις servavit, ut latine non *episcopis*, sed *episcopus* converterit. Titulum temere a Socrate interpolatum fuisse eo major suspicio est, quod episcopi nomen Julius non solum heic apud Athanasium, sed & in superiore epistola 1. minime sibi adscribat.

2. In historia tripart. *& plebi, habitantibus in Alexandria dilectissimis fratribus in Domino salutem*: suffragante Socratis græco textu καὶ λαῷ παροικοῦντι Ἀλεξάνδρειαν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

3. Epiphan. *& divina gratia communis orationis nostræ vota complevit*. Apud Socratem edit. Vales. καὶ πεπλήρωται κατὰ Χριστοῦ χάριν τὰ τῆς κοινῆς ὑμῶν πάντων εὐχῆς: sed superior Epiphanii interpretatio fidem facit, eum legisse ut in nostris mss. πεπλήρωκε, non πεπλήρωται; Θεοῦ, non Χριστοῦ; & ἡμῶν non ὑμῶν. Sane quod Valesius præfert, minus cohæret cum antecedentibus, ubi Julius multis sibi non opus esse scribit, non quia completa sint quæ Alexandrini communibus votis optarant, sed quia ipsi jam fide sua prævenissent & explessent, quidquid ab illis desiderare Julius posset.

4. Quæ toto hoc num. II. habentur in laudem Athanasii, præ modestia suppressit ipsemet Athanasius. Ea tamen nobis servavit Socrates *Hist. eccl.* lib. II. cap. XXIII. ubi hanc Julii epistolam integram exhibet: & ex eo Epiphanius Scholasticus *Hist. trip.* lib. IV. cap. XXIX.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.

συνειδήσεως μείζονα τὰ τρόπαια, ἐν οἷς καὶ ἄχρι περμάτων πάσης τῆς γῆς ἔνδοξος ἐγνώσθη, δοκιμασθεὶς ἐκ τοῦ βίου. παῤῥησιασάμενος μὲν τῇ προθέσει καὶ τῇ οὐρανίᾳ διδασκαλίᾳ· ἀποδειχθεὶς δὲ ἀθανάτῳ κρίσει παρ' ὑμῶν ἀγαπώμενος.

Ἐπανέρχεται τοίνυν πρὸς ὑμᾶς λαμπρότερος νῦν, ἢ ὅτε παρ' ὑμῶν ἀπεδήμησεν. εἰ γὰρ καὶ τὰς τιμίας ὕλας χρυσὸν δὴ καὶ ἄργυρον εἰς καθαρότητα τὸ πῦρ δοκιμάζει, τί ἄν τις εἴποι κατ' ἀξίαν τοῦ τοσούτου ἀνδρὸς, ὃς κινδύνους τοσούτων θλίψεων νικήσας, ἀποδίδοται ὑμῖν, ἀθῶος οὐ παρ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάσης τῆς συνόδου ἀποδεχθείς; ὑποδέξασθε τοίνυν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, μετὰ πάσης τῆς κατὰ Θεὸν δόξης καὶ χαρᾶς, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν Ἀθανάσιον, μετὰ τούτων οἵτινες αὐτῷ καὶ τῶν τοσούτων καμάτων κοινωνοὶ γεγόνασι· καὶ χαίρετε τῶν εὐχῶν ἑαυτῶν ἀπολαύοντες, οἱ τὸν ποιμένα τὸν ὑμέτερον, ἵν' οὕτως εἴπω, ποθοῦντα καὶ διψῶντα τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν, σωτηρίοις γραφαῖς ἐθρέψατε καὶ ἐποτίσατε. καὶ γὰρ τῆς ἐπὶ ξένης αὐτοῦ διατριβῆς ὑμεῖς παραμυθία γεγόνατε· καὶ διωκόμενον καὶ ἐπιβουλευόμενον ἐθάλψατε ταῖς πιστοτάταις ἑαυτῶν ψυχαῖς καὶ διανοίαις. ἐμὲ δὲ ἤδη εὐφραίνει ἐννοούμενον καὶ προορῶντα τῷ λογισμῷ τὴν ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ ἑκάστου ὑμῶν χαρὰν, καὶ τοῦ πλήθους τὰς θεοσεβεστάτας ἀπαντήσεις, καὶ τὸ ἔνδοξον τῆς τῶν συντρεχόντων ἑορτῆς. καὶ τίς ἐκείνη ἡ ἡμέρα ὑμῖν καὶ ποία ἔσται, ἐπανερχομένου μὲν τοῦ ἀδελφοῦ μου, παυομένων δὲ τῶν προγενομένων, καὶ τῆς πολυτιμήτου καὶ κατ' εὐχὴν ἐπανόδου εἰς εὐφροσύνην τινὰ πληρεστάτης χαρᾶς συναπτούσης τοὺς πάντας; ἡ τοιαύτη δὲ χαρὰ κατὰ τὸ μέγιστον μέχρις ἡμῶν φθάνει, οἷς θεόθεν καὶ τοῦτο συγχωρεῖσθαι συνέστηκεν, ὅπως εἰς γνῶσιν τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς ἐλθεῖν δυνηθῶμεν. εἰς εὐχὴν δὴ οὖν τὴν ἐπιστολὴν τελειῶσαι καλόν.

Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ ὁ τούτου υἱὸς ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, διηνεκῆ τὴν χάριν ὑμῖν παράσχοι, διδοὺς ἔπαθλον τῇ θαυμαστῇ ὑμῶν πίστει, ἣν περὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν ἐνδόξῳ μαρτυρίᾳ ἐνεδείξασθε· ἵνα ὑμῖν τε καὶ τοῖς μεθ' ὑμᾶς, ἐνταῦθα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, τὰ βελτίονα νέμοι, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ τῷ παντοκράτορι Θεῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

ex [1] vestra conscientia referens tropæa, in quibus ad extremos usque totius orbis fines gloriosus innotuit, ob vitæ integritatem probatus. In proposito quidem animi sui cælestique doctrina fiduciam gessit: sed & a vobis eum diligi perpetuo constantique judicio demonstratis.

III. Redit igitur ad vos jam multo clarior, quam cum a vobis discederet. Si enim pretiosa metalla aurum & argentum ad puritatem ignis probat; quid quis pro tanti viri dignitate dixerit, qui tot calamitatum periculis superatis, vobis restituitur, purus innocensque non nostro tantum, sed & totius synodi judicio declaratus? Excipite igitur, dilecti fratres, cum omni secundum Deum gloria & lætitia, episcopum vestrum Athanasium, cum iis qui tot ejus laborum fuere consortes: & votorum compotes effecti gaudete, qui pastorem vestrum, cum vestram pietatem, ut ita dicam, esuriret ac sitiret, salutaribus scriptis nutrivistis & potastis. Vos enim illi, in extranea regione commoranti, consolationi fuistis: vos eum fidelissimis animabus mentibusque vestris in persecutione [2] & periculis fovistis. Mihi certe jam volupe est, cogitanti & animo prævidenti uniuscujusque vestrum in ejus reditu lætitiam, multitudinis piissimos occursus, gloriosamque concurrentium festivitatem. Quæ & qualis vobis illa futura dies est, qua frater noster revertetur, & præcedentia mala cessabunt, ac pretiosus ille optatissimusque reditus omnes coaptabit in quamdam plenissimi gaudii alacritatem? Hujusmodi sane gaudium maxima ex parte etiam ad nos usque pertingit, quibus a Deo id muneris concessum esse constat, ut in tanti viri cognitionem venire possemus. Par est igitur precando claudi epistolam.


IV. Deus omnipotens, & filius ejus Dominus & Salvator noster Jesus Christus perpetuam vobis conferat gratiam, præmium referens admirandæ fidei vestræ quam erga episcopum vestrum præclaro testimonio exhibuistis: ut vobis vestrisque posteris, heic & in futuro sæculo optima impertiat, [a] quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se: per Jesum Christum Dominum nostrum, per quem omnipotenti Deo gloria in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos in Domino exopto, fratres dilecti.

[a] Ephes. IV. 26.

1. Pro *vestra*, apud Epiphanium legimus *fortissima*; quæ lectio maxime arridet. Unde in græco Socratis textu loco ὑμετέρας restituendum suspicamur καρτερᾶς.

2. Apud Athanasium desideratur καὶ ἐπιβουλευόμενον, cujus verbi latinam interpretationem ab Epiphanio schol. mutuamur.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
342.



MARCELLI EPISCOPI ANCYRANI
EPISTOLA,

In qua quæ Ariani ſentiant, quæ vero ipſe credat JULIO I. papæ exponit.

Αντίγραφον ἐπιστολῆς Μαρκέλλου, ὃν καθεῖλεν ἡ σύνοδος χάριν ἑτεροδοξίας.

Exemplum epiſtolæ MARCELLI, *quem ob hæreſim ſynodus depoſuit.*

Apud EPIPHANIUM Hær. LXXII. *num.* II.

Τῷ μακαριωτάτῳ συλλειτουργῷ Ἰουλίῳ Μάρκελλος ἐν Χριστῷ χαίρειν. A

Beatiſſimo [1] *conſacerdoti* JULIO MARCELLUS *in Chriſto ſalutem.*

Ἐπειδή τινες τῶν καταγνωσθέντων πρότερον ἐπὶ τῷ μὴ ὀρθῶς πιστεύειν, οὓς ἐγὼ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ διήλεγξα, κατ᾽ ἐμοῦ γράψαι τῇ θεοσεβείᾳ σου ἐτόλμησαν, ὡς ἂν ἐμοῦ μὴ ὀρθῶς μήτε ἐκκλησιαστικῶς φρονοῦντος, τὸ ἑαυτῶν ἔγκλημα εἰς ἐμὲ μετατεθῆναι σπουδάζοντες· τούτου ἕνεκεν ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀπαντήσας εἰς τὴν Ῥώμην ὑπομνῆσαί σε, ἵνα τοὺς κατ᾽ ἐμοῦ γράψαντας μεταστείλῃ, ὑπὲρ τοῦ [3] ἀπαντήσαντος αὐτοὺς ἐπ᾽ ἀμφοτέροις ἐλεγχθῆναι ὑπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι τε καὶ ἃ γεγράφασι κατ᾽ ἐμοῦ, ψευδῆ ὄντα τυγχάνει, καὶ ὅτι ἔτι καὶ νῦν ἐπιμένουσι τῇ ἑαυτῶν προτέρᾳ πλάνῃ, καὶ δεινὰ κατά τε τῶν Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ ἡμῶν τῶν προεστώτων αὐτῶν τετολμήκασιν. ἐπεὶ τοίνυν ἀπαντῆσαι οὐκ ἠβουλήθησαν, ἀποστείλαντός σου πρεσβυτέρους πρὸς αὐτοὺς, καὶ ταῦτα ἐμοῦ ἐνιαυτὸν καὶ τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν τῇ Ῥώμῃ πεποιηκότος, ἀναγκαῖον ἡγησάμην μέλλων ἐντεῦθεν ἐξιέναι, ἔγγραφόν σοι τὴν ἐμαυτοῦ πίστιν μετὰ πάσης ἀληθείας τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ γράψας ἐπιδοῦναι, ἣν ἔμαθον, ἔκ τε τῶν θείων γραφῶν ἐδιδάχθην· καὶ τῶν κακῶς ὑπ᾽ αὐτῶν λεγομένων ὑπομνῆσαί σε· ἵνα γνῷς οἷς χρώμενοι πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων λόγοις, τὴν ἀλήθειαν κρύπτειν βούλονται.

I. Cum nonnulli ex iis qui quod non recte crederent, antea condemnati ſunt, quique a me in Nicæna ſynodo [2] convicti ſunt, contra me ad pietatem tuam ſcribere non dubitaverint, me nec recte neque ſecundum Eccleſiæ doctrinam ſentire, crimen ſuum in me nitentes transferre: propterea neceſſario mihi Romam veniendum & te commonendum putavi, quo eos qui contra me ſcripſerunt accerſeres: ut cum adveniſſent, de duobus a me convincerentur, & illa ſcilicet falſa eſſe quæ in me ſcripſerunt, & eos adhuc in priſtino errore perſeve- B rare; atque indigna quædam adverſus eccleſias Dei, & nos ipſos qui illis præſumus, eſſe machinatos. Sed cum illi venire noluerint, tametſi presbyteros ad ipſos miſeris; ego vero anno uno atque integris tribus menſibus Romæ commoratus fuerim: neceſſarium duxi, prius quam hinc proficiſcerer, fidei meæ profeſſionem cum omni ſinceritate mea manu perſcriptam tibi tradere, qualem didici atque ex divinis Scripturis edoctus ſum: ſimulque tibi in memoriam revocare quæ perperam ab illis aſſeruntur: ut intelligeres quibus ad auditores decipiendos adhibitis ſermonibus, veritatem occultare conentur.

Φασὶ γὰρ μὴ ἴδιον καὶ ἀληθινὸν Λόγον εἶναι τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ τὸν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀλλ᾽ ἕτερον αὐτοῦ λόγον εἶναι, καὶ ἑτέραν σοφίαν καὶ δύναμιν· τοῦτον γενόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ ὠνομάσθαι λόγον καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν. καὶ διὰ τὸ οὕτως αὐτοὺς φρονεῖν, ἄλλην ὑπόστασιν διεστῶσαν τοῦ πατρὸς εἶναί φασιν. ἔτι μέν τοι καὶ προϋπάρχειν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, δι᾽ ὧν γράφουσιν, ἀποφαίνονται μὴ εἶναι αὐτὸν ἀληθῶς υἱὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ. ἀλλὰ κἂν λέγουσιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὕτως λέγουσιν ὡς κατὰ πάντα. ἔτι μὴν καὶ ὅτι ἦν ποτε, [5] ὅτι οὐκ ἦν, λέγειν τολμῶσι, καὶ κτίσμα αὐτὸν καὶ ποίημα εἶναι, διορίζοντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πατρός. τοὺς οὖν ταῦτα λέγοντας ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶναι πεπίστευμαι.

II. Aiunt quippe omnipotentis Dei filium Domi- C num noſtrum Jeſum Chriſtum non proprium ac verum illius Verbum, ſed aliud eſſe ipſius Verbum, & aliam ſapientiam ac virtutem; eumque, poſtquam factus eſt ab ipſo, Verbum & ſapientiam ac virtutem eſſe nominatum. Atque ex hac eorum ſententia conſequens eſt, ut & aliam a Patre diverſam [4] ſubſtantiam eſſe prædicent. Præterea ex iis quæ ſcribunt, Patrem ante Filium exſiſtere, manifeſte declarant ipſum vere filium ex Deo non eſſe. Sed etſi ex Deo illum eſſe dicunt, hoc ea ratione dicunt, qua cetera omnia ab eo exſiſtunt. Ad hæc, fuiſſe aliquando cum non eſſet, ac rem creatam & factam eſſe, affirmare non dubitant, eumque a Patre ſeparant. Itaque eos qui hæc aſſerunt, a catholica Ec- D cleſia alienos eſſe perſuaſum habeo.

Πιστεύω δὲ, ἑπόμενος ταῖς θείαις γραφαῖς, ὅτι εἷς Θεὸς, καὶ ὁ τούτου μονογενὴς υἱὸς Λόγος, ὁ ἀεὶ

III. Ego vero ſacris litteris inhærens, credo unum eſſe Deum, & unigenitum ejus Filium Verbum,

1. Vocem συλλειτουργῷ Petavius *collegæ*, alii *comminiſtro* latine convertunt; Hilarius vero, quem imitandum duximus, frag. 2. n. 2. græca ſynodi Sardicenſis verba de litteris Euſebianorum Julio συλλειτουργῷ datis, quas apud Theodoretum lib. 2. hiſt. c. 8. legere eſt, reddidit his latinis, *Julio conſacerdoti noſtro*.

2. Julius in epiſtola I. n. 16. iſtud presbyterorum ſuorum qui Nicænæ ſynodo interfuerant, teſtimonio comprobatum notavit.

3. Leg. ἀπαντήσαντας.

4. Hoc eſt, ut Patris & Filii diverſam eſſe ſubſtantiam prædicent, contra expreſſam profeſſionem Nicæni ſymboli, anathemate ferientis eos qui Filium *ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe*, ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι. Ubi ὑποστάσεως vocabulum, ut a Nicæno concilio, ita & a Marcello, eo intellectu uſurpatum eſſe palam eſt, quo illud ſæcularium litterarum magiſtri uſurpandum eſſe tradidere. *Tota* quippe, inquit Hieronymus epiſt. 57. ad Damaſum, *ſæcularium litterarum ſchola nihil aliud hypoſtaſim niſi uſiam novit*. Recte igitur Valeſius apud Socratem lib. 1. c. 8. prædicta Nicæni concilii verba, ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, latine ſic reddidit: *qui ex altera ſubſtantia vel eſſentia dicunt*. Quapropter emendandus eſt Petavius apud Epiphanium hær. 72. n. 11. ubi eadem verba Nicænæ fidei quam Marcelli diſcipuli profitentur, ſic latine convertit: *qui ex altera perſona aut eſſentia dicunt exſtitiſſe*. Procul enim aberat Nicænum concilium, ut Filium *ex altera perſona* exſiſtere negaret.

5. Leg. ὅτι.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
342.



συνυπάρχων τῷ πατρὶ, καὶ μηδεπώποτε ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐσχηκὼς, ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐ κτισθεὶς, οὐ ποιηθεὶς, ἀλλὰ ἀεὶ ὢν, ἀεὶ συμβασιλεύων τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, οὗ τῆς βασιλείας, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου μαρτυρίαν, οὐκ ἔσται τέλος· οὗτος υἱὸς, οὗτος δύναμις, οὗτος σοφία, οὗτος ἴδιος καὶ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀδιαίρετος δύναμις τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα τὰ γενόμενα γέγονε, καθὼς τὸ εὐαγγέλιον μαρτυρεῖ λέγον· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. οὗτός ἐστιν ὁ Λόγος, περὶ οὗ καὶ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς μαρτυρεῖ λέγων, καθὼς παρέδωκαν ἡμῖν οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ Λόγου. περὶ τούτου καὶ Δαβὶδ ἔφη· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἡμᾶς διδάσκει διὰ τοῦ εὐαγγελίου λέγων· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. οὗτος ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθὼν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθεὶς τὸν ἄνθρωπον ἔλαβε.

A qui cum Patre semper exsistit, nec exsistendi initium ullum umquam habuit; qui ex Deo vere est, non creatus, non factus, sed semper exsistens, & simul cum Deo ac Patre perpetuo regnans, [a] *cujus regni*, ut testatur [1] Apostolus, *non erit finis*. Ipse filius, ipse virtus, ipse sapientia, ipse proprium ac verum Dei Verbum Dominus noster Jesus Christus, indivisa Dei virtus, per quem facta sunt omnia quæ facta sunt, ut Evangelium docet dicens: [b] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Ille est Verbum, de quo Lucas evangelista testatur, dicens: [c] *Sicut tradiderunt nobis qui ab initio inspectores & ministri fue-* B *runt Verbi:* de quo, & David dixit: [d] *Eructavit cor meum verbum bonum.* Ita & Dominus noster Jesus Christus in Evangelio nos docet dicens: [e] *Ego ex Patre exivi, & venio.* Hic est qui novissimis diebus propter nostram salutem descendens, & ex virgine Maria natus hominem assumsit,

Πιστεύω οὖν εἰς Θεὸν παντοκράτορα, καὶ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν αὐτοῦ μονογενῆ τὸν κύριον ἡμῶν, τὸν γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, τὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν, ἀναβάντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὅθεν ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἁγίαν ἐκκλησίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον. ἀδιαίρετον εἶναι τὴν θεότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, παρὰ τῶν θείων μεμαθήκαμεν γραφῶν. εἰ γάρ τις χωρίζει τὸν υἱὸν, τουτέστι τὸν Λόγον τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, ἀνάγκη αὐτὸν ἢ δύο Θεοὺς εἶναι νομίζειν, ὅπερ ἀλλότριον τῆς θείας διδασκαλίας εἶναι νενόμισται, ἢ τὸν Λόγον μὴ εἶναι Θεὸν ὁμολογεῖν, ὅπερ καὶ αὐτὸ ἀλλότριον τῆς ὀρθῆς πίστεως εἶναι φαίνεται, τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. ἐγὼ δὲ ἀκριβῶς μεμάθηκα ὅτι ἀδιαίρετος καὶ ἀχώριστός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. αὐτὸς γὰρ ὁ σωτὴρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός φησι, ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί· καὶ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ, ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν πατέρα.

IV. Credo igitur in Deum omnipotentem, & in Jesum Christum filium ejus unigenitum, Dominum nostrum; qui natus est ex Spiritu sancto & Maria virgine; qui sub Pontio Pilato crucifixus est, & sepultus, & tertia die resurrexit a mortuis, adscendit in cælos, & sedet ad dexteram Patris, unde C venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Indivisam esse Patris & Filii deitatem e divinis litteris didicimus. Si quis enim Filium, hoc est omnipotentis Dei Verbum, separet, necesse est ut aut duos esse Deos arbitretur, quod a divina doctrina abhorrere constat; aut Verbum non esse Deum profiteatur, quod & ipsum a recta fide alienum esse liquet, cum Evangelium dicat: [f] *Et Deus erat Verbum.* Ego vero certo didici, virtutem Patris Filium neque dividi neque separari posse. Ipse enim Salvator Dominus noster Jesus Christus dicit: [g] *In me est Pater, & ego in Patre*; &: [h] *Ego & Pater* D *unum sumus*; &: [i] *Qui me vidit, vidit & Patrem.*

Ταύτην καὶ παρὰ τῶν θείων γραφῶν εἰληφὼς τὴν πίστιν, καὶ παρὰ τῶν κατὰ Θεὸν προγόνων διδαχθεὶς, ἔν τε τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ κηρύττω, καὶ πρός σε νῦν γέγραφα, τὸ ἀντίγραφον τούτου παρ' ἐμαυτῷ κατασχών. καὶ ἀξιῶ τὸ ἀντίτυπόν σε τούτου τῇ πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐπιστολῇ ἐγγράψαι· ἵνα μή τινες τῶν ἀκριβῶς μὴ εἰδότων ἡμᾶς, κἀκείνοις τοῖς ὑπ' αὐτῶν γραφεῖσι προσέχοντες, ἀπατηθῶσιν. ἔρρωσθε. πεπλήρωται.


V. Hanc fidem, quam a divinis litteris accepi & a majoribus secundum Deum didici, cum in ecclesia Dei prædico, tum ad te modo perscripsi, ejus exemplar penes me retinens. Et rogo ut ejus exemplum tuis ad episcopos litteris adtexas: ne qui eorum quibus probe noti non sumus, iis quæ ab illis [2] scripta sunt fidem adjungentes, in errorem inducantur. Valete. Explicit.

a Luc. I. 33. b Joan. I. 1. &c. c Luc. I. 2. d Psalm. XLIV. 2. e Joan. XVI. 28. f Joan. I. g Joan. XIV. 10. h Joan. X. 30. i Joan. XIV. 9.

1. Verba laudata sunt ex Evangelio secundum Lucam: adeoque Marcellus ex iis fuisse videtur, qui Lucæ Evangelium Paullo adscriberent, de quibus Hieronymus lib. de script. eccl. c. 17. scribit: *Quidam suspicantur, quotiescumque in epistolis suis Paullus dicit, Juxta Evangelium meum, de Lucæ significare volumine.* Inferius tamen ipsius Lucæ nomine illud citat.

2. Ab Arianis videlicet, quorum doctrinam epistolæ seu libelli hujus initio arguit, nominatimque ab Eusebio, cujus exstant quinque adversus Marcellum libri; vel etiam ab Acacio, ex cujus opere adversus eumdem Marcellum Epiphanius hær. 72. n. 6. & seq. quædam fragmenta exscribit.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
342.



EUGENII DIACONI
LEGATIO
AD S. ATHANASIUM,

Pro cauſsa MARCELLI ANCYRANI, & Confeſſio fidei Eccleſiæ Ancyranæ.

Ἔκθεσις πίστεως πρὸς Ἀθανάσιον ὑπὸ Εὐγενίου διακόνου.

[1] Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ, Εὐγένιος διάκονος.

ΟΙ μὲν κληρικοὶ καὶ οἱ λοιποὶ ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας μετὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Μαρκέλλου συναγόμενοι, ἀπέστειλαν ἡμᾶς πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἔχοντας παρά τε τῶν τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Μακεδονίας ἐπισκόπων συστατικά. ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντες ἐμάθομεν διαβληθέντας ἑαυτοὺς ὡς ἑτεροδόξους· σύ τι καλῶς ποιῶν, ἠθέλησας μαθεῖν πῶς φρονοῦμεν περὶ τῆς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐσεβείας· ἀναγκαίως καὶ προθύμως γράφομεν ταῦτα πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν· ἵνα γινώσκῃς τοὺς μὲν διαβάλλοντας ἡμᾶς, μάτην εἰρηκότας καθ' ἡμῶν· ἡμᾶς δὲ ἔχοντας τὴν καθολικὴν τῆς ἐκκλησίας πίστιν. ἡμᾶς δὲ λέγομεν, συναριθμοῦντες καὶ τοὺς ἀποστείλαντας ἡμᾶς πάντας λαούς· οὐ γὰρ ὀλίγοι, ἀλλ' ἀναρίθμητον πλῆθός εἰσιν.

Ἡμεῖς τοίνυν προηγουμένως μὲν ἀναθεματίζομεν τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν· πιστεύομεν δὲ, ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν ὡμολόγησαν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν γενομένῃ συνόδῳ· ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, καὶ μήτε κτίσμα μήτε ποίημα εἶναι αὐτόν· ἀλλὰ δι' αὐτοῦ πάντα τὰ γενητὰ γεγενῆσθαι. οὐ γὰρ ἄλλον τὸν υἱὸν καὶ ἄλλον τὸν Λόγον φρονοῦμεν, ὡς τινὲς ἡμᾶς διέβαλον· ἀλλὰ τὸν Λόγον εἶναι υἱὸν, σοφίαν, δύναμιν τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ τὰ πάντα, ὡς ἐδίδαξεν ὁ ἀπόστολος, τάτε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθαι. οὕτω δὲ φρονοῦντες ἀναθεματίζομεν καὶ ἐξ ὀνόματος τὸν ἀσεβέστατον Σαβέλλιον, καὶ μετ' αὐτοῦ τοὺς τὰ ἐκείνου φρονοῦντας, καὶ λέγοντας αὐτὸν τὸν πατέρα εἶναι υἱόν· καὶ ὅτε μὲν γίνεται υἱὸς, μὴ εἶναι τότε αὐτὸν πατέρα· ὅτε δὲ γίνεται πατὴρ, μὴ εἶναι τότε υἱόν. ἡμεῖς γὰρ ὁμολογοῦμεν πατέρα ἀΐδιον, υἱοῦ ἀϊδίου ὄντος καὶ ὑφεστῶτος· καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀϊδίως ὂν καὶ ὑφεστός. οὐ γὰρ ἀνυπόστατον τὴν τριάδα λέγομεν· [2] ἀλλ' ἐν ὑποστάσει αὐτὴν γινώσκομεν.

Expoſitio fidei ad Athanaſium facta ab Eugenio diacono.

Sanctiſſimo & beatiſſimo epiſcopo Athanaſio, Eugenius diaconus.

I. CLERICI quidem ac ceteri qui Ancyræ in Galatia ſunt, una cum patre noſtro Marcello congregati, nos ad tuam pietatem commendatitiis epiſcoporum Græciæ & Macedoniæ litteris munitos delegarunt. At quandoquidem accedentes comperimus, nos tamquam aliena doctrina imbutos, calumniis impetitos fuiſſe; tuque jure ac merito edicere voluiſti, quam ſententiam & doctrinam teneamus erga Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: neceſſitate compulſi, ſed alacriter tamen, hæc ad tuam pietatem reſcribimus; ut cognoſcas, eos qui nos calumniis impetivere, iſtæc falſo adverſum nos protuliſſe, noſque catholicam Eccleſiæ tenere fidem. Cum porro de nobis loquimur, univerſos item populos qui nos miſerunt, qui non pauci ſane, ſed ingenti multitudine ſunt, nobiſcum annumeramus.

II. Nos igitur in primis anathemate damnamus Arianam hæreſim; credimuſque, quemadmodum & patres noſtri in Nicæna ſynodo confeſſi ſunt, ex ſubſtantia Patris eſſe Filium & conſubſtantialem Patri, ipſumque neque rem creatam neque rem factam eſſe: verum omnia opificia per ipſum facta fuiſſe. Neque enim cenſemus alium eſſe Filium, alium eſſe Verbum, ut quidam nos ſentire mentiti ſunt; ſed ipſum Verbum eſſe Filium, ſapientiam, virtutem Patris, in qua omnia, ut nos docuit Apoſtolus [a], cum viſibilia, tum inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates; omnia demum per ipſum & in ipſum creata ſunt. Cum ita porro ſentiamus, anathemate ferimus nominatim impiiſſimum Sabellium, & cum ipſo quotquot ejus doctrinæ adſtipulantur, & dicunt, ipſum Patrem eſſe Filium; ipſumque quando filius efficitur, non ulterius eſſe patrem; & quando fit pater, non eſſe tunc filium. Nos quippe confitemur Patrem æternum, Filio æterno exſtante ac ſubſiſtente; Spiritum quoque ſanctum ſempiterne exſtantem atque ſubſiſtentem. Non enim Trinitatem ſine ſubſiſtentia, ſive hypoſtaſi dicimus eſſe; verum in hypoſtaſi ipſam cognoſcimus.

[a] Coloſſ. I. 16.

1. Non inſolens iſto ſæculo fuit, ut ſcripta de rebus eccleſiaſticis tradita, epiſtolari forma præſentibus darentur. Sic primo operum Athanaſii tomo p. 396. epiſtola Alexandri ad clerum Alexandrinum hoc ſingulari titulo inſignitur: *Alexander presbyteris diaconiſque Alexandriæ & Mareotæ, præſens præſentibus, dilectis in Domino fratribus, ſalutem*; data videlicet iis qui præſentes aderant. Eodem ritu Eugenius legatus expoſitionem ſuam, Ancyranæ eccleſiæ nomine, concinnavit. Vide in Præfatione ad Athanaſii Opera p. XXXI.

2. Licitum erat hoc tempore hypoſtaſim unam in Trinitate confiteri, dum hypoſtaſis pro ſubſtantia haberetur; ſimiliterque tres hypoſtaſes confiteri, dum tres perſonæ exſiſtentes intelligerentur. Vide in epiſtola ad Antiochenos tom. I. operum Athanaſii.

Καὶ εἰ αὐτάρκη ταῦτα δεῖξαι τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν ὁμοφροσύνην· ὅμως ἐπειδὴ τινὲς τῶν ἐπαγγελλομένων μὴ φρονεῖν τὰ Ἀρείου, ὑποκρινόμενοι φρονοῦσι λέγοντες, τὸν μὲν υἱὸν ἀνόμοιον εἶναι τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κτίσμα καὶ ἓν τῶν ποιημάτων ἐστιν· ἀναθεματίζομεν, ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἀποστείλαντες ἡμᾶς, τὰς αἱρέσεις ταύτας. οὔτε γὰρ ἀνόμοιος ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, ἀλλ' ὁμοούσιός ἐστι τῷ πατρί· οὔτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτιστὸν, ἢ ἓν τῶν ποιημάτων ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς ἁγίας τριάδος ἐστί. καὶ τεθαῤῥήκαμεν ὅτι οὐδὲν ἐπείσακτον οὐδὲ κτίσμα ἐστὶν ἐν τῇ τριάδι. πνεῦμα γὰρ ἁγιωσύνης ἐστίν· οὐχ ἁγιαζόμενον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ πάντων τῶν ἁγίων ἁγιαζομένων. καὶ γὰρ ἡ τελειότης ἡμῶν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι δίδοται, καὶ γίνεται. καὶ μία πίστις ἐστὶν εἰς ἕνα Θεὸν δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὑπὲρ πλείονος γοῦν μαρτυρίας, ἀναθεματίζομεν τοὺς φρονοῦντας καὶ λέγοντας· ἦν ποτε μονὰς, μὴ ὄντος υἱοῦ· καὶ ἦν ποτε δυὰς, μὴ ὄντος ἁγίου πνεύματος· ἀΐδιον γὰρ καὶ ἀειτελείαν οἴδαμεν, καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν τὴν ἁγίαν τριάδα. διὸ καὶ ἀλλοτρίους τῆς ἐκκλησίας ἔχομεν τοὺς φρονοῦντας καὶ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

A III. Sed etiamsi hæc satis sint ad commonstrandum eadem nos atque patres nostri sententia esse; attamen quia nonnulli sunt, qui cum dissimulanter profiteantur se minime cum Ario sentire, idem tamen quod ille sentiunt; atque dicunt, Filium quidem dissimilem esse Patri, Spiritum autem sanctum esse rem creatam, unamque ex rebus factis: cum nos, tum ii qui nos huc delegarunt, hujusmodi hæreses anathemate ferimus. Neque enim Filius dissimilis est Patri, sed consubstantialis ipsi Patri est; neque Spiritus sanctus res est creata, aut una ex rebus conditis, sed sanctæ Trinitatis est: atque confidenter profitemur, nihil aliunde inductum aut creatum in sancta Trinitate esse. Nam Spiritus sanctitatis est, non qui sanctificetur, verum in quo omnes B sancti sanctificantur. Perfectio quippe nostra in Patre & Filio & Spiritu sancto datur, atque efficitur. Unaque fides est in unum Deum per Filium in Spiritu sancto. Plenioris itaque majorisque testimonii caussa, anathemate ferimus eos qui sentiunt ac dicunt: Fuit aliquando *monas*, sive unitas, cum nondum esset Filius; & fuit aliquando *dyas*, q. d. duitas, cum nondum esset Spiritus sanctus. Scimus enim sanctam Trinitatem sempiternam, semper perfectam fuisse, ac eodem modo se habuisse. Quamobrem ab Ecclesia catholica alienos reputamus eos qui sentiunt atque dicunt: Fuit cum non esset Filius, atque ex non exstantibus factus est Spiritus C sanctus.

Ἵνα δὲ μή τις ποτὲ ἡμᾶς καὶ περὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διαβάλῃ ματαιολογῶν· ἀναγκαίως καὶ περὶ τούτου γράφομεν, ὅτι ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, οὐχ ὥσπερ εἰς τοὺς προφήτας ἐγίνετο, οὕτως καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἦλθεν εἰς ἅγιον ἄνθρωπον· ἀλλὰ πιστεύομεν ὅτι κατὰ τὸν Ἰωάννην, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἔλαβεν δούλου μορφὴν, τὸ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς· ἵνα, ὡς εἶπεν αὐτὸς, πληρώσῃ τὸ ἔργον τοῦ πατρός· καὶ οὕτως τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐν αὐτῷ τελειώσας καὶ συνάψας τῇ θεότητι, εἰσαγάγῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ εἰ ταῦτα πάλιν αὐτάρκη δεῖξαι τὴν πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστιν, ὅμως ὑπὲρ πλείονος ἀσφαλείας ἀναλαμβάνοντες ταῦτα λέγομεν, καὶ ἀναθεματίζομεν τοὺς λέγοντας καὶ φρονοῦντας, ποτὲ τὸν πατέρα εἶναι χωρὶς τοῦ υἱοῦ, καὶ ποτὲ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν χωρὶς τοῦ ἁγίου πνεύματος. πνεῦμα γὰρ Θεοῦ ἐστιν, καὶ τελεία καὶ ἀΐδιός ἐστιν ἡ τριάς. ἀναθεματίζομέν τε καὶ τοὺς νῦν ἐξελθόντας, καὶ λεγομένους ἀνομίους· καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν τοῦ Σαμοσατέως καὶ Φωτεινοῦ παραφροσύνην, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας αὐτοῖς. ὅτι μὴ λέγουσι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ζῶντα Λόγον εἶναι καὶ ἐνεργῆ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· ἀλλὰ ὡς ἀνθρώπου λόγον προφορικὸν μόνον· καὶ ὅτι μὴ φρονοῦσι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ αὐτὸν εἶναι τὸν Λόγον· ἀλλὰ διαιροῦσιν ἀλόγως, καὶ ἀρχὴν τῷ υἱῷ διδοῦσιν ἀπὸ τῆς ἐκ Μαρίας κατὰ σάρκα γενέσεως, βλασφημοῦντες· ὅτι μηδὲ Θεὸν ἀληθινὸν αὐτὸν εἶναι πιστεύουσιν.

IV. Ne quis vero falsa jactitans nos frustra incuset circa carnalem Servatoris adventum, necesse quoque fuerit ut ea de re quædam litteris consignemus: quod scilicet Dominus & Salvator noster Christus, non quemadmodum ad Prophetas *factus est*, ita in consummatione sæculorum advenerit in sanctum hominem. Sed credimus, quod secundum Joannem [a] Verbum caro factum sit; & secundum Apostolum [b], quod cum in forma Dei esset, propter nos acceperit servi formam, secundum carnem genitus homo ex Maria virgine; ut, quemadmodum ipse ait [c], perficeret opus Patris; atque ita cum genus D humanum in se ipso perfecerit ac cum divinitate conjunxerit, ipsum introducat in regnum cælorum. Ac etiamsi istæc satis sint ad declarandam fidem in Dominum nostrum Jesum Christum; attamen majoris securitatis ergo hæc repetimus ac dicimus, atque anathemate damnamus eos qui dicunt & credunt, Patrem aliquando sine Filio fuisse; Patremque ac Filium aliquando fuisse sine Spiritu sancto. Spiritus enim Dei est, ac perfecta atque sempiterna est Trinitas. Anathemate quoque damnamus eos qui nuper exorti sunt, & Anomœi dicuntur, ac cum ipsis Samosateni & Photini insaniam, nec non eos qui paria cum ipsis sentiunt. Quia non dicunt, Verbum Dei, Verbum esse vivens & efficax, per quod E omnia facta sunt; sed quasi hominis verbum prolatitium dumtaxat: & quia non arbitrantur Filium Dei ipsum esse Verbum; verum temere & sine ratione dividunt, & principium Filio a nativitate secundum carnem ex Maria blasphemo ore tribuunt: quia item non credunt ipsum verum esse Deum.

Ταῦτα τοιγαροῦν φρονοῦντες, καὶ ἐγγράφως ὁμολογοῦντες, διαβεβαιούμενοί τε ταῦτα φρονεῖν καὶ τοὺς ἀποστείλαντας ἡμᾶς, ἀξιοῦμεν τὴν σὴν θεοσέβειαν μηκέτι πιστεύειν τοῖς καθ' ἡμῶν λέγουσιν· ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἀποστείλασιν ἡμᾶς ταῦτα γνωρίσαι,

V. Hæc itaque cum sentiamus atque scripto profiteamur, asseramusque id ipsum sentire eos qui nos istuc miserunt: tuam rogamus pietatem, ne fidem iis habeas qui nos insimulant; idque iis significes qui nos huc delegarunt; rescribas item iis quos or-

[a] Joan. I. 14. [b] Philipp. II. 6. [c] Joan. IV. 34.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 342.

καὶ γράψαι καὶ οἷς ἂν γινώσκεις ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, ἵνα εἰ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἡ καθ' ἡμῶν διαβολὴ ἐγένετο, μαθόντες τὴν ὁμολογίαν ἡμῶν ταύτην, καταγνῶσι τῶν θελησάντων ἡμῖν ἁπλῶς φθόνον κινῆσαι. Θεόδουλος ἐπίσκοπος Ὀξυρύγκου, Πλήνης ἐπίσκοπος Ἑρμοθιὲ, Ἰσχυρίων ἐπίσκοπος Λεοντῶ, Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος. Ἀμήν.

A thodoxos episcopos esse noveris; ut si ad eos calumnia adversum nos conflata pervenerit, conspecta hac nostra fidei confessione, malitiam eorum deprehendant, qui temere invidiam nobis movere studuerunt. [1] Theodulus episcopus Oxyrynchi, Plenes episcopus Hermothi, Ischyrion episcopus Leonto, Isaac episcopus. Amen.

1. Hæ subscriptiones mutilæ haud dubiæ sunt, cum Athanasii nomen non compareat, qui sane huic fidei confessioni suffragium dedit ac subscripsit; alias vero, refragante Athanasio, eam minime probassent, additoque nomine confirmassent episcopi heic memorati. Veri simile item est alios Ægyptios episcopos, quorum cecidere nomina, eamdem fidei confessionem suffragio suo muniisse. Solebat enim Athanasius ad tanti ponderis negotia e vicinioribus multos accersere.



JULII FIRMICI


MATERNI V. C.

DE ERRORE PROFANARUM
RELIGIONUM

AD

CONSTANTIUM ET CONSTANTEM AUGG.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
344.



JULII FIRMICI
MATERNI V. C.
DE ERRORE PROFANARUM
RELIGIONUM.

*** QUOD in fabricatione hominis artifex fecit, ut antea diximus, annuis perditorum commonitionibus ac communicationibus specialiter retexenda sunt, in testificationem veritatis manifestis rationibus exemplorumque testimoniis divinationem probabimus per diabolum esse inventam & perfectam; ut per hoc spiritus maculata cogitatione, spe fluxæ felicitatis, perversa discretione perverteret miseros homines perpetuis calamitatibus implicitos. ***

I. Quatuor elementa esse principia creaturarum nemo est qui dubitet; id est, ignem, aquam, aerem & terram: sed hæc elementa diversa sunt, vel in potestate contraria. In errore sunt itaque gentes, quæ cum elementis tribuant principatum, adhuc deputant ignem quasi summum Deum, quasi cetera ex ipso habeant substantiam calore: nescientes, quod omnia elementa ex ipsa sint sua contrarietate conjuncta, & quod & ipsa habeant fabricatorem Deum, qui singula suis locis ordinibusque constituens creavit: quod aut mente aut cogitatione colligimus, aut certe quod oculis cernimus divina verbi sui societate compositum, æquata corporum moderatione in hoc toto.

II. Ægypti incolæ aquarum beneficia percipientes, aquam colunt, aquis supplicant, aquas superstitiosa votorum continuatione venerantur. Sed in sacris suis (quæ [1] mysteria vocant) addunt tragica funera & funesta calamitatis metuendæ certamina. Incestum cum sorore adulteriumque ajunt commissum; & hoc facinus severis mariti animadversionibus vindicatum. Isis soror est, Osiris frater, Typhon maritus: is cum comperisset Isidem uxorem incestis fratris cupiditatibus esse corruptam, occidit Osirim, artuatimque laceravit, & per omnes Nili fluminis ripas miseri corporis palpitantia membra projecit. Isis repudiato Typhone, ut & fratrem sepeliret & conjugem, [2] adhibuit sibi Nephthen sororem sociam & Anubin venatorem. Cui ideo caninum caput impositum est, quia lacerati corporis partes artificio canis vestigantis invenit. Sic inventum Osirim Isis tradidit sepulturæ. Fuerant sane hi apud Ægyptum reges pariter ac tyranni: sed Osiris justus, præter illud quod cum sorore commisit. Typhon furiosus impotens ac superbus. Ideo ille colitur, iste vitatur. Hæc est Isiaci sacri summa. In adytis habent idolum Osiridis sepultum: hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis, tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum resecant cicatrices, ut annuis luctibus in animis eorum funestæ ac miserandæ necis exitium renascatur. Et cum hæc certis diebus fecerint, tunc fingunt se lacerati corporis reliquias reperire; & cum invenerint, quasi sopitis luctibus, gaudent. O misera & caduca mortalitas, ut regibus tuis per annos singulos funestas mittas inferias, neglecto Deo summo, qui omnia divini artificii moderatione composuit, & spem tuam perdis & vitam! Nec ostensi tibi luminis splendore corrigeris, nec recuperatæ libertatis quæris insignia, nec spem redditæ tibi salutis agnoscis, nec ex pœnitentia præteritorum criminum indulgentiam postulas. Frustra tibi hanc aquam quam colis, putas aliquando prodesse. Alia est aqua, qua renovati homines renascuntur. Hanc aquam quam colis per annos singulos, vis alia decoctis venarum meatibus siccat, aut certe funestus regis tui sanguis commaculat. Illa quam despicis, ignita venerandi spiritus majestate decoratur: ut ex ipsa per veteres conscientiæ cicatrices credentibus hominibus salutaris sanitas irrigetur. Sed in his funeribus & luctibus, quæ vere sunt funera quæ facta sunt, quorum exstant hodie quoque reliquiæ, (nam & sepulcrum Osiridis hodie in Ægypto est, & cremati corporis reliquiæ cernuntur) defensores eorum volunt addere physicam rationem: frugum semina Osirim dicentes esse, Isin terram, Typhonem calorem. Et quia maturatæ fruges calore, ad vitam hominis colliguntur, & a terræ consortio separantur, & rursus appropinquante hieme seminantur: hanc volunt esse mortem Osiridis, cum fruges [3] reddunt; inventionem vero, cum fruges genitali terræ [4] fomento conceptæ, nova rursus cœperint procreatione generari. Pone hanc veram esse sacrorum istorum rationem, pone propter fruges vota reddi numinibus: quid addis incestum, quid adulterium, quid miserandæ animadversionis exitium? Quid errantibus hominibus & simpliciter peccare cupientibus de sacris tuis malum monstras exemplum? Physica ratio quam dicis, alio genere celetur. Quid autem celari oportuit, quod omnibus notum est? Cur plangitis fruges terræ, & crescentia lugetis semina? Ad sustentationem generis humani hæc omnia divina summi Dei liberalitate donata sunt. Agendæ sunt summo Deo gratiæ propter hoc, nec est summi Dei lugenda largitio. Deflete potius quod erratis, & quod errorem vestrum restauratis: semper luctibus plangite. Nolite annuis sacris quærere funus alienum; vestris potius funeribus parate solatia per annos singulos. O miser homo, invenisse te nescio quid gaudes, cum animam tuam ex istis sacris per annos singulos perdas. Nihil illic invenis nisi simulacrum quod ipse posuisti, nisi quod iterum aut quæras aut lugeas. Quære potius spem salutis, quære exordium lucis, quære quod te summo Deo aut commendet aut reddat. Et cum veram viam salutis inveneris, gaude: & tunc erecta sermonis libertate proclama, [5] εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν, cum ab his calamitatibus post pœnitentiam tuam summi Dei fueris indulgentia liberatus.

1. *Quæ mysteria vocant*] Glossema.
2. *Adhibuit sibi Nephthen.*] Ita legendum docet Plutarch. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος.
3. *Reddunt*] Leg. *redduntur*.
4. *Fomento*] Sic leg. Al. *frumento*.
5. Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν] Solemnia verba exclamantium in sacris Isidis, invento corpore Osiridis. Scholiastes Juvenal. ad illa Sat. VIII. *Exclamare* [illegible] quod *clamat Osiri Invento*. [illegible] *Ægypti* [illegible] *εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.



III. Phryges qui Pessinuntem incolunt circa Galli fluminis ripas, Terræ ceterorum elementorum tribuunt principatum, & hanc volunt omnium esse matrem. Deinde ut & ipsi annuum sibi sacrorum ordinem facerent, mulieris divitis ac reginæ suæ amorem, quæ fastus amati adolescentis tyrannice voluit ulcisci, cum luctibus annuis consecrarunt. Et ut satis iratæ mulieri facerent, aut ut pœnitenti solatium quærerent; quem paullo ante sepelierant, revixisse jactarunt; & cum mulieris animus ex impatientia nimii amoris arderet, mortuo adolescenti templa fecerunt. Tunc quod irata mulier pro injuria spretæ fecerat formæ, hoc ordinantes a se pati voluere sacerdotes: sic annuis sacris cum honore Terræ istius funeris pompa componitur; & cum persuadetur hominibus quod colant Terram, miseri funeris venerantur exitium. Heic quoque, sacratissimi imperatores, ut error iste celetur, etiam hæc sacra physica volunt esse ratione composita. Amare terram volunt fruges; amatum vero, hoc ipsum volunt esse quod ex frugibus nascitur; pœnam autem quam sustinuit, hoc volunt esse quod falce messor maturis frugibus facit; mortem ipsius dicunt, quod semina collecta conduntur; vitam rursus, quod jacta semina annuis vicibus reconduntur. Velim nunc mihi inquirenti respondeant, cur hanc simplicitatem seminum ac frugum cum facinore, cum morte, cum fastu, cum pœna, cum amore junxerint? Ita ne non erat aliud, quod diceretur? Ita ne non erat, quod in agendis Deo summo pro frugibus gratiis faceret misera mortalitas? Ut gratias pro renatis frugibus agas, ululas; ut gaudeas, plangis: nec te, cum veram rationem videris, hoc aliquando fecisse pœnituit; sed hoc agis, ut annuis luctibus occupatus vitam semper fugias, mortem requiras. Dicant mihi, quid hoc frugibus profuit, ut fletus suos annuis ululatibus seminent in tristitia, interfecti funeris calamitatibus ingemiscant, quod dicant physica ratione compositum: lugetis & plangitis, & luctus vestros alia ratione celatis. Novit agricola, quando terram aratro dimoveat, quando sulcis frumenta committat: novit, quando maturas solis ardoribus colligat segetes: novit, quando tostas terat fruges. Hæc est physica ratio, hæc sunt vera sacrificia, quæ ab sanæ mentis hominibus annuo labore complentur. Hanc simplicitatem divinitas quærit, ut homines in colligendis fructibus ordinatis temporum legibus serviant. Cur huic ordini miseræ mortis figmenta quæsita sunt? Cur celatur lacrymis, quod celari non debuit? Unde confiteantur necesse est, hæc sacra non in honorem frugum, sed in honorem esse composita mortis alienæ. Nam quod Terram matrem esse omnium deorum dicunt, qui huic elemento tribuunt primas partes; vere deorum suorum mater est: nec abnuimus aut recusamus. Quia ab hac collectos deos suos, aut lapideos faciunt semper aut ligneos. Terram omnem circumfluunt maria, & rursus inclusa oceani ambientis circulo stringitur. Cæli etiam rotunda sublimitate operitur, perflatur ventis, aspergitur pluviis, & timorem suum assidui motus tremoribus confitetur. Quid vos maneat, qui hæc colitis considerate, cum dii vestri infirmitatem suam vobis quotidianis professionibus prodant.


A IV. Assyrii & pars Afrorum aerem ducatum habere elementorum volunt, & hunc imaginata figuratione venerantur. Nam hunc eumdem, nomine Junonis vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas, consecrarunt. Junonem sane, & ne huic deesset incestus, Jovis volunt ex sorore conjugem factam. Effeminarunt sane hoc elementum, nescio qua veneratione commoti. Num quia aer interjectus est inter mare & cælum, effeminatis eum sacerdotum vocibus prosequuntur? Dic mihi: hoccine est, quod in viro feminam quærunt, cui aliter servire sacerdotum suorum chorus non potest, nisi effeminent vultum, cutem poliant, & virilem sexum ornatu muliebri dedecorent? Vide-
B re est in ipsis templis cum publico gemitu miseranda ludibria, viros muliebria pati, & hanc impuri & impudici corporis labem, gloriosa ostentatione detegere. Publicant facinora sua, & contaminati corporis vitium cum maxima [1] delectationis macucula confitentur. Exornant muliebriter nutritos crines, & delicatis amicti vestibus vix caput lassa cervice sustentant. Deinde, cum sic se alienos a viris fecerint, adimpleti tibiarum cantu, vocant deam suam, ut nefario repleti spiritu vanis hominibus quasi futura prædicant. Quod hoc monstrum est, quodve prodigium? Negant se viros esse, & sunt: mulieres se volunt credi, sed aliud qualiscumque qualitas corporis confitetur. Considerandum est etiam, quale
C sit numen, quod sic impuri corporis delectatur hospitio, quod impudicis adhæret membris, quod polluta corporis contaminatione placatur. Erubescite o miseri [2] supinitatem: aliter vos Deus fecit. Cum cohors vestra ad tribunal judicantis Dei accesserit, nihil vobiscum afferetis, quod Deus qui vos fecit, agnoscat. Abjicite hunc tantæ calamitatis errorem, & studia profanæ mentis aliquando deserite. Nolite corpus quod Deus fecit, scelerata diaboli lege damnare: calamitatibus vestris, dum adhuc tempus patitur, subvenite. Misericordia Dei dives est: libenter ignoscit. Relictis [a] nonaginta novem ovibus amissam quærit unam. Et [b] reverso pater prodigo filio vestem reddit, & parat cœnam. Nulla vos desperare
D faciat criminum multitudo: Deus summus per filium suum Jesum Christum Dominum nostrum volentes liberat, & pœnitentibus libenter ignoscit, nec [3] multa exigit ut ignoscat. Fide tantum & pœnitentia potestis redimere, quidquid sceleratis diaboli persuasionibus perdidistis.

V. Persæ & Magi omnes qui Persiæ regionis incolunt fines, ignem præferunt, & omnibus elementis putant debere præponi. Hi itaque Jovem in duas dividunt potestates, naturam ejus ad utriusque sexus transferentes, & viri & feminæ simulacra ignis substantiam deputantes. Et mulierem quidem triformi vultu constituunt, monstrosis eam serpentibus illi-
E gantes: quod ideo faciunt, ne ab auctore suo diabolo aliqua ratione dissentiant; sed ut dea sua serpentibus polluta, maculosis diaboli insignibus adornetur. Virum vero abactorem boum colentes, sacra ejus ad ignis transferunt potestatem. Sicut propheta ejus nobis tradidit, dicens: [4] Μικτάβω μυστάκυ ὁ κλοπίης σύνδετε πάτρος ἀγαύου. Hunc Mithram di-

a Matth. XVIII. 12. Luc. XV. 14. b Luc. XV. 22.

1. *Delectationis*] Forte *detestationis*.
2. *Supinitatem*] Sic legendum. Al. *sublimitatem*.
3. *Multa*] Forte *mulctam*.
4. Μικτ.] Emenda :
Μυκήτκο βοὸς μύσται —— ——
Κύκλα βοοκλοπίης συνδέετε πατρὸς ἀγαυῦ.
Mithras vocabatur βοοκλόπος. Unde eo nomine a Firmico paullo ante vocatur *abactor boum*. Ejus τελετὴ idcirco vocatur βοοκλοπίη: & quia quotannis in orbem redibat, propterea κύκλα βοοκλοπίης dixit Poeta, hoc est solenne & in orbem rediens festum. Firmicus de industria truncavit acroteleutium prioris versus, ut sæpe auctores facere solent. Sed posterioris versus lacunæ sunt a librariis, aut ab eo qui primus Firmicum edidit, quod litteras συναγνώστης non posset consequi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.




cunt. Sacra vero ejus in speluncis abditis tradunt; ut semper obscuro tenebrarum squalore demersi, gratiam splendidi ac sereni luminis non videant. O cæca numinis consecratio! O nefariæ legis fugienda commenta! Deum esse credis, cujus de sceleribus confiteris. Vos itaque, qui dicitis in his templis rite sacrificari, non magorum ritu Persico, cur hæc Persarum sacra laudatis? Scio hoc Romano nomine dignum putatis, ac Persarum sacris. At Persarum legibus sequatur.

****** ut armata clypeo, lorica, gladio & hasta consecratur. ***** Tertia etiam pars est, qua in asperis secretisque silvarum agrestiumque ferarum sortita imperium. Ultima pars tripartitæ istius divisionis æstimat libidinum vias, quæ prava desideria quæque præposteræ cupiditatis monstrant illecebras. Ideo unam partem capiti assignant, ut hominis iram quodammodo denotare videatur. Aliam in corde statuunt, ut diversarum cogitationum varietatem quas multiplici intentione concipimus, in modum silvarum tenere videatur. Tertia pars constituitur in jecore, unde libido nascitur & voluptas: illic enim genitalium seminum collecta fecunditas, naturalibus stimulis desiderium cupiditatis exagitat. Quid ergo perficit ista divisio, diligenter aspicite, ut cernatis, quam facile commentum ratio veritatis impugnet. Si dividitur anima, & substantia ejus diverso efficaciæ genere separatur; dissoluto ordine suo incipit esse quod fuerat. Aliud enim mens est, aliud ira, aliud libido. Animam ergo separatio ista dissolvit, & patitur maximam ex ista partitione jacturam; nec integram suam speciem res ista custodit, quæ per tres contrarias separatim dividitur, & (ut verum dicam) fit ex ipsa divisione mortalis. Etenim quod potest dividi, corpus est. Quod autem corpus est, necesse est esse mortale. Ergo si anima dividitur, corpus est. Si corpus est, necesse est sit res mortalis. Egregia erroris istius, ac præclara comitantia. Maximum nobis beneficium ex ista consequentia confertur. Commentis istarum absurditatum animas volunt esse mortales. Sic sunt, sacratissimi imperatores, elementa a perditis hominibus consecrata.

VI. Sed adhuc supersunt aliæ superstitiones quarum secreta pandenda sunt, Liberi & Liberæ; quæ omnia sacris sensibus vestris specialiter intimanda sunt, ut & in istis profanis religionibus sciatis mortes esse hominum consecratas. Liber itaque Jovis fuit filius, regis scilicet Cretici. Hic cum fuisset adultera matre progenitus, nutriebatur apud patrem studiosius quam decebat. Uxor Jovis, cui Junoni fuit nomen, novercalis animi furore commota, ad necem infantis omnifariam parabat insidias. Proficiscens peregre pater, quia indignationes tacitas sciebat uxoris, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis (sicut sibi videbatur) custodibus tutelam credit filii. Tunc Juno opportunum insidiarum nacta tempus, & ex hoc fortius inflammata, quia proficiscens pater & solium regni puero tradiderat & sceptrum, custodes primum regalibus præmiis muneribusque corrupit; deinde satellites suos qui Titanes vocabantur, in interioribus regiæ locat partibus; & crepundiis ac speculo affabre facto animos ita pueriles illexit, ut desertis regiis sedibus ad insidiarum locum puerilis animi desiderio duceretur. Illic interceptus trucidatur. Et ut nullum posset necis inveniri vestigium, particulatim membra conscissa, satellitum sibi dividit turba. Tunc, ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decocta variis generibus pueri membra con- A sumunt, ut humani cadaveris inauditis usque in illum diem epulis vescerentur. Cor visum sibi soror servat cui Minerva fuit nomen, quia & ipsa sceleris fuit particeps, & ut manifestum esset delationis indicium, & ut haberet unde furentis patris impetum mitigaret. Reverso Jovi filia ordinem facinoris exponit. Tunc pater funesta calamitate cladis, & acerba luctus atrocitate commotus, Titanes quidem vario genere suppliciorum excruciatos necat. Nec prætermissum est in ultione filii, aut tormentum aliquod aut pœna; sed per omnia pœnarum genera bacchatus, necem qualitercumque filii vindicavit, affectu quidem patris, sed tyrannica potestate. Tunc quia diutius pater ferre lugentis animi tormenta non B poterat, & quia dolor ex orbitate veniens nullis solatiis mitigabatur, imaginem ejus ex gypso, plastico opere perfecit; & cor ex quo facinus fuerat, sorore deferente, detectum, in ea parte plastæ collocant qua pectoris fuerant lineamenta formata. Post hæc pro tumulo exstruit templum, & pædagogum pueri constituit sacerdotem. Huic Silenus fuit nomen. Cretenses ut furentis tyranni sævitiam mitigarent, festos funeris dies statuunt, & annuum sacrum trieterica consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quæ puer moriens aut fecit aut passus est. Vivum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes; & per secreta silvarum clamoribus dissonis ejulantes fin- C gunt animi furentis insaniam, ut illud facinus non per fraudem factum, sed per insaniam crederetur: præfertur cista, in qua cor soror latenter abscondérat; tibiarum cantu & cymbalorum tinnitu, crepundia quibus puer deceptus fuerat, mentiuntur. Sic in honorem tyranni a serviente plebe deus factus est, qui habere non potuit sepulturam.

VII. Fuit etiam alius Liber apud Thebas tyrannus, magicæ artis potestate conspicuus. Hic cum muliebres animos venenis quibusdam & carminibus occupasset, pro arbitrio suo crudelia facinora furentibus imperabat, ut mente captas nobiles feminas, & libidinum ministras haberet & scelerum. Qui qualia D fecerit scelera, vel quantum matri contra filium, vel sororibus contra fratrem imperaverit facinus; in scenis quotidie a tragici carminis auctoribus traditur, ut scelerati tyranni facinorosa crudelitas in animis audientium funestis semper relationibus renascatur. Hunc Lycurgus, sobria virorum conjuratione protectus, regno exuit, pellit patria. Neque enim effeminatus ille consensum virorum potuit diutius sustinere: effeminatum enim fuisse, & amatorum servisse libidinibus, Græcorum gymnasiis decantatur. Nec fuga ejus Lycurgus tantum est exsilioque contentus; sed timens ne fugiens & ab aliis receptus, ludibriosa scelerum suorum etiam in alia regione conderet semina, succinctus ferro, patriæ dedecus minaci per- E sequitur edicto. Tunc Liber projectis infulis, quas pampineis coronarum circulis illigabat, cum semiviro comitatu fugiens (soli enim eum sequuti sunt stuprorum & flagitiorum & libidinum socij) per omnes oras vicini maris cum summa trepidatione desperationis erravit. Illic inter ebrias puellas & vinolentos senes, cum adhuc eum scelerum pompa præcederet, & alter nigro amictu teter, alter ostenso angue terribilis, alter cruentus ore, dum viva pecoris membra discerpit, a Lycurgo comprehensus per proximam rupem quæ immensum præcipitium saxis inviis fecerat, in mare præcipitatur, ut lacerum corpus marinis diu jactatum fluctibus, errantium populorum animos ad sanitatis ac sobrietatis ordinem

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.



severa animadversione revocaret. Hunc finem Liberi Homerus, ut fugam & trepidationem detegeret, & ut ostenderet mortem, ait [1]:

——— Διώνυσσος δὲ φοβηθεὶς,
Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα. Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Δειδιότα, κρατερὸς γὰρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ.


Imitatur te Lycurge, & sobrium tuum institutum sequitur, nec a salutaribus tuis legibus exorbitat etiam consul noster Postumius. Nam sicut in libris Annalibus invenimus, bacchanaliorum scelera Ebutio quodam adolescente deferente, detecta sunt. Erant adhuc in urbe Roma integri mores, nec quisquam peregrinas superstitiones dissolutis moribus appetebat: tunc nec senatus consuli, nec leges reipublicæ, nec consul legibus defuit: Sed investigatis omnibus qui hujus sacri scelerata commenta tradebant, contra omnes servos, immo Romanos quæstionis examine capitalis pœna de senatus sententia decreta est. Nec tamdiu vindices gladii consulis conquierunt, quamdiu hoc malum fuisset radicitus amputatum. O digna Romano nomine animadversio! O priscæ virtutis laudanda constantia! Nec civibus suis consul parcere voluit, cum ob purgandam patriam peregrina vitia corriguntur.

VIII. Sequitur hanc sacri contagionem, & imitatur ordinem funeris, a Cerere Hennensi muliere mors filiæ consecrata. Nam quidquid in Creta pater ob filium fecerat, hoc totum Ceres apud Hennam amissa filia, impatientia materni doloris instituit: quod quatenus factum sit, brevi sermone perstringam. Unicam Cereris filiam, quam Græci Περσεφόνην, nostri immutato sermone Proserpinam dicunt, ad conjugale consortium plures petebant. Mater solicite de singulorum meritis judicabat. Et cum adhuc omnibus matris sententia videretur incerta, dives rusticus cui propter divitias Πλούτων fuit nomen, temerario cupiditatis ardore, cum moram dilationis ferre non posset, & cum de præposteri amoris conquereretur incendiis, prope Percum inventam virginem rapit. Percus autem lacus, in Hennæ civitatis finibus satis amœnus & gratus, cujus amœnitas ex florum varietatibus nascitur. Nam per omnem annum vicissim sibi succedentibus floribus coronatur. Illic invenies quidquid hyacinthi turget in caulem; illic comam narcissi, vel quod auream rosam desuper pingit: illic albæ hederæ per terram molliter serpunt, & cum purpureis violis suaviter rubens amaracus invenitur: nec coronam istam alba deserunt lilia. Prorsus aptus locus, qui gratia sua puellares animos & invitaret pariter & teneret. In hoc loco, cum a Plutone virgo prope vesperam fuisset inventa, vi rapitur, & superimposita vehiculo, scissis vestibus, laceratis crinibus ducitur. Nec reservati ungues contra amatorem rusticum aliquid profuerunt, nec clamor atque ululatus adjuvit, nec ceterarum strepitus puellarum. Tunc una celeri cursu, cum de civitate nemo succurreret, facta ex ipso timore velocior, matri raptum virginis nuntiat. Contra raptorem indignata mater, armatam manum ducit. Nec Plutonem mulieris fefellit adventus, sed ut retorsit ad civitatem oculos, & infinitos cuneos respexit venire cum matre, funestum cœpit ex desperatione consilium. Quadrigam quæ vehiculum trahebat, per medium lacum dirigit. Is erat profundis voraginibus immersus: illic cum amata submersus virgine, miserandæ matri de morte filiæ funestum spectaculum præbuit. Hennenses, ut possent maternis luctibus ex aliqua parte invenire solatium, inferorum regem virginem rapuisse finxerunt. Et ut fides figmentum sequeretur, prope Syracusas eum per alium locum cum virgine emersisse jactarunt. Templum sane & raptori & virgini accurate collatis sumtibus faciunt, & annua in templo vota decernunt. Sed nullo genere matris dolor vincitur, nec muliebris impatientiæ tormenta curantur: sed credens vere filiam prope Syracusas esse visam, Triptolemo villico suo duce, nocturnis itineribus ad Syracusanæ civitatis litus cum lugubri veste ac sordido squalore pervenit; nec illi defuit, qui credulam de calamitatibus suis falleret matrem. Tunc ait se Pandarus, nescio quis, vidisse non longe a Pachyno navem raptorem ascendisse cum virgine. Persuasum est mulieri, quæ quolibet genere vivere filiam cupiebat audire, infinitis dotibus remunerat civitatem. Syracusani liberalitate mulieris provocati, raptum virginis consecrant, & mitigantes dolorem matris pompam miseri funeris excolunt honore templorum.

IX. Sed nec hoc sufficit matri, sed ascensa nave per peregrina litora filiam quærit. Sic fluctibus tempestatibusque jactata ad Atticæ urbis locum pervenit. Illic hospitio recepta, incolis incognitum adhuc triticum dividit. Locus ex patria & ex adventu mulieris nomen accepit. Nam Eleusis dictus est, quod illuc Ceres, relicta Henna, venerat. Sicque tum ipsa dispensatio quod attulerat frumenta, tum quod colligendarum frugum tradiderat disciplinam, post mortem ob beneficium quod ex frugum copia nascebatur, & sepulta in eo loco est, pariter & consecrata, & divino cum filia appellata nomine. Amat enim Græcorum levitas eos qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio aut virtute se juverint, divinis appellare nominibus. Et sic ab ipsis beneficiorum gratia repensatur, ut deos dicant & deos esse credant, qui sibi aliquando profuerint. Sic de Libero Nisa non dubitat, nec de novis ambigit Sparta sideribus: cremat & consecrat Herculem tristis Oetas: & a vanis Cretensibus adhuc mortui Jovis tumulus adoratur. Additur tamen, sacratissimi imperatores, ad hujus profani erroris augmentum, quod hos homines, (id est, Liberum & Proserpinam,) majore quasi auctoritate defendat. Nam Liberum ad Solem volunt referre commenta Græcorum: Proserpinam vero Liberam dicentes, Lunam esse confingunt. Quod quam absurdum & quam miserum sit, ex ipsa veritatis possumus ratione colligere. Quis vidit puerum Solem? quis fefellit? quis occidit? quis laceravit? quis divisit? quis membris ejus epulatus est? Quis Lunam rapuit? quis abscondit? quis Plutonis conjugem fecit? Sed & errorem istum physica rursum volunt protegere ratione, indivisam mentem, & divisam; id est, τὸν ἀμέριστον, καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν, hac se putant posse ratione venerari. Dicite mihi, o vos mortales, quid naturalibus rebus additis funera? quid Dei dispositionem crudelium mortium atrocitate polluitis? quid opus erat tam duro crudelique tormento? quid sibi vult ista persuasio, ut divinis rebus funestæ calamitatis ordo societur? ut naturæ siderum quam Deus summus certis legibus fecit, mortalis calamitas luctibus jungeretur? Cui rei prodest quod facitis? miscetis terrena cælestibus, caduca superis, tenebrosa lucentibus, dolores ac luctus hominum divinis honoribus consecrantes.

X. Si convocato omni genere humano Sol habita concione loqueretur, desperationem vestram hac forsan oratione percuteret. Quis vos caduci homines

1. Homerus *Iliad.* ζ'.



& per dies singulos summo Deo variis generibus rebellantes, ad hoc tantum facinus impegit, ut profano nefariæ cupiditatis errore & mori me dicatis vestro arbitrio & vivere? Atque utinam usitato more vel uno genere vesanæ cogitationis vestræ figmenta procederent. Utinam sine contumelia mei, sceleratæ cogitationis vestræ grassaretur improbitas. Nunc vosmet per præcipitia jactantes, mihi quoque non parcitis, nec aliquam habet vester sermo reverentiam; sed cum dedecore meo in exitium vestrum mortemque properatis. Alii me apud Ægyptum undis Nili & rapidis vorticibus obstinato mentis furore submergunt. Alii amputatis virilibus plangunt. Alii crudeli morte cæsum, aut in olla decoquunt, aut septem verubus corporis mei membra lacerata B subfigunt. Qui paullulum mihi placida fuerit oratione blanditus, quadrijugi currus aurigam me esse confingit. Projicite aliquando tanti furoris exitium, & salutari persuasione convicti, veram salutis viam quærite. Inimicus Dei est, qui hæc aut cogitavit aut finxit; nec facinus ejus simplex aut usitata pœna comitatur, qui sacra profanis persuasionibus polluit, qui de præclaro opere Dei tanta confingit. Lugete mortuos vestros, & ipsi simili morte morituri. Mittite regibus vestris, ut vultis inferias, & orbitates eorum alio remediorum genere mitigate. Lugete Liberum, lugete Proserpinam, lugete Attin, lugete Osyrin; sed sine nostræ contumelia dignitatis. Nolo me per tumulos eorum favillasque ducatis: nolo ut errori vestro nomen meum fomenta suppeditet. Ad lucem diei a Deo factus sum; hoc mihi sufficit solum. Quid me honesti muneris dignitate privatis? Aliud me Deus fecit, aliud esse jussit: & vos me pro libidine vestra dividitis, pro arbitrii vestri cupiditate laceratis? Quidquid sum, simpliciter Deo pareo, nec aliud volo de me intelligatis nisi quod videtis. Hoc Deo gratum est, hoc Deus libenter amplectitur, hoc homines ad salutis viam ducit, si projectis erroribus Dei gratiam simpliciter ac fideliter audiatis. Hæc quidem, sacratissimi imperatores, prosopopœjaco me sermone dixisse sufficiat. At ego nunc sacrarum lectionum institutione formatus, perditos homines religioso sermone convenio. D Si dii sunt quos colitis, cur eos lugetis? cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis & luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis? Unum itaque e duobus facite: aut nolite eos lugere, si dii sunt: aut, si luctu eos dignos putatis ac lacrymis, deos eos appellare nolite, ne luctibus ac lacrymis vestris majestas divini nominis polluatur.

XI. Sed quia mens perdita & sceleratæ cupiditatis laqueis implicata, nulla potest ratione revocari; persequar cetera, ut publicatis omnibus atque detectis quæ profana consecravit improbitas, misericordia Dei in nomine Domini nostri Jesu Christi lapsos erigat, fugientes ad se revocet, dubitantes E confirmet, errantes corrigat, & quod est potissimum, vitam morientibus donet. In plurimis Orientis civitatibus, licet hoc malum etiam ad nos transitum fecerit, Adonis quasi maritus plangitur Veneris; & percussor ejus circumstantibus, vulnusque monstratur. Mars enim in porci silvestris speciem formamque mutatus, ut sibi primas partes in amore Veneris vindicaret, incaute contra se ruentem percutit juvenem. Si deus erat Adonis, cur rivalis insidias nesciebat? Si homo, cur cum superiore certabat? Sed & alium

A audio cum Venere conjugale habuisse consortium Vulcanus, nisi fallor, ab his deorum cultoribus maritus Veneris esse perhibetur. O vanorum hominum ridenda persuasio! Inter duos maritos adulter positus ab uno capitur, alterum vincit. Sed vide ut adulter deus maritum vinceret, quod sibi corpus elegit; porcus esse maluit: qui, si habebat corporis mutandi potestatem, leonis debuit potius speciem formamque suscipere. Sed leonem dicunt qui naturas animalium norunt, in illa agrestis animi feritate pudicitiæ servare virtutem. Merito igitur ab adultero leonis spernitur forma, & libidinosi animalis eligitur. Heic jam Evangelicæ traditionis secreta tractemus. Ejecto dæmonio [a], Dominus porcorum gregem donat. Nec immerito: ut cum libidinosis animalibus per dura præcipitia fluctusque jactatus, per mortes porcorum varias, digna nece immundus spiritus carperetur.

XII. Audio Cinyram Cyprium templum amicæ meretrici donasse: ei erat Venus nomen. Initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos, & vanis consecrationibus, deputasse. Statuisse etiam ut quicumque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, [1] assem in manum mercedis nomine deæ daret. Quod secretum quale sit, omnes taciti intelligere debemus; quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus. Bene amator Cyniras meC retriciis legibus servit: consecratæ Veneri a sacerdotibus suis stipem dari jussit, ut scorto. Sebazium colentes Jovem, anguem, cum initiantur, per sinum ducunt. Adhuc primi erroris vitia grassantur; & quidquid hominem perdidit, colitur, & funesti anguis callida & malitiosa crudelitas adoratur. In sacris Corybantum parricidium colitur. Nam unus frater a duobus interemtus est; & ne quod indicium necem fraternæ mortis aperiret, sub radicibus Olympi montis a parricidis fratribus consecratur. Hunc eumdem Macedonum colit stulta persuasio. Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruento, cruentis manibus supplicabant. Considerandum itaque est, quale sit numen, quod parricidalis amentia, ut parricidium coleret, invenit.


XIII. Quapropter quicumque hæc sacra devota mente veneratur, cuicumque placet superstitionis istius metuenda contagio, aut malis suis solatium quærit, aut facinora eorum tacita collaudat cogitatione; hoc optans, hoc quærens, hoc utique magnopere desiderans, ut & sibi liceat, quod diis suis licuit, ut & se ad consortium talis vitæ morum similitudo perducat. Adulterio delectatur aliquis? Jovem respicit, & inde cupiditatis suæ fomenta conquirit, probat, imitatur & laudat, quod deus suus in cygno fallit, in tauro rapit, ludit in satyro, & ut liberalis in flagitiis esse consuescat, quod inclusam regiam virginem auro largiter fluente corruperit. Puerorum aliquis delectatur amplexibus? Ganymedem in sinu Jovis quærat, Herculem videat Hylam impatienti amore quærentem, Hyacinthi desiderio captum Apollinem discat. Chrysippum alius, alius Pelopem videat, ut per deos suos sibi licere dicat, quidquid hodie severissime Romanis legibus vindicatur. Adulteria omnia eorum enumerare difficile est. Quis Amymonem? quis Alopen? quis Menalippen? quis Chionem, [2] Hippothoenque corrupit? Nempe deus vester hæc fecisse memoratur. Ille quem vo-

a Matth. VIII. 30. Marc. V. 11. Luc. VIII. 32.

1. *Assem in manum*] Lege, *assem unum*, vel *assem annuum*. Sed prior lectio vera.

2. *Hippothoenque — Æthusam*] Sic ex Clementis Protreptico emendavimus pravas lectiones *Hippogoenque — Æthisam*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.



lunt severis oraculis errantium hominum peccata A corrigere, Steropen amat, Æthusam rapit, Zeuxippen stuprat, quærit Prothoen, & Arsinoæ adultera cupiditate blanditur. Sed ex isto corruptarum mulierum grege una puella amatorem deum vitavit & vicit: Daphnen enim divinans deus & futura prædicens, nec invenire potuit, nec stuprare. Muliebria patitur aliquis, & effeminato corpori solatium quærit? videat Liberum amatori suo post mortem etiam promissæ libidinis præmia imitatione flagitiosi coitus repræsentantem. Si quis monstroso cupiditatis ardore in paternæ necis armatur exitium, a Jove sumat exemplum. Qui fraternum desiderat sanguinem, Corybantum sequatur institutum: & incestum desiderantibus a Jove sumantur exempla: cum B matre concubuit; sororem duxit uxorem; & ut integrum facinus impleret incesti, filiam quoque animo corruptoris aggressus est. Inferiores aliquis æmulo stridore persequitur, & adversarium cupit crudeli feritate torquere? ab Apolline ex Marsiæ casibus crudelium tormentorum casus discat. Alienum aliquis desiderat & hoc cum morte domini conatur implere? videat ut Hercules occiso Gerione Iberas abegerit boves. Si quis promiscua hominum cæde gaudet, præposteras Martis cupiditates diligenter inspiciat. Semina pæne omnium scelerum a diis suis peccantium turba collegit. Et ut perditus animus impune facinus posset admittere, ex præcedentibus facinorum exemplis majore se auctoritate defendit. Si stupri C præmia corruptor inquirit, si viam optat solicitationis addiscere, in sinu corruptæ mulieris aurum videat Jovis. Si publicus parricida commissam sibi regni custodiam nefaria prodere cupiditate desiderat, respiciat ad eos qui Saturnum filio prodiderunt. Quatenus jus lædatur hospitii, vel quatenus amicitiæ jura turbentur, vel quatenus mensæ conciliatio sancta violetur. Si quis ad injuriam pronus quærit esse, ordinem scelerum de Tantali casibus discat. O facinorosæ cupiditatis triste solatium! O hominum deflenda persuasio! O infelicis imitationis cruenta meditatio. [1] Scenam de cælo fecistis, & errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum D via de deorum monstratur exemplis. Sed in ista criminum lege, in ista confessione scelerum gratias agamus illis, qui etiam exitia & mortes deorum istorum nobis nescientibus prodiderunt: ut disceremus omnia per tot obstantes. Fuit enim & apud veteres, licet nondum terram illuminasset Domini nostri Jesu Cristi veneranda dignatio, in spernendis superstitionibus religiosa constantia. Diomedes pudicus ac sobrius Venerem vulnerat, Martem vincit & percutit. [2] Oti & Ephialtæ edicto Mars bellipotens temporali exsilio damnatus, ferrea catenarum vincla sustinuit. Sarpedonem filium mortuum in Troja Juppiter plangit. Et mercedem fabricatorum murorum Neptunus a superbo rege non recepit. Alterius re- E gis Apollo greges pascit. Et Soli omnia videnti alius, occisarum boum nuntiat mortes. Castores sepelit Sparta: ardet apud Oetam Hercules: & Æsculapius alibi fulminatur: Vulcanus a patre præcipitatus pedem frangit: Lycurgum fugiens Liber moritur: Venus in adulterio deprehensa detegitur, & post dei nuptias Anchisæ hominis cubile sectatur: Saturnus regno timens devorat filios. Hic ex Creta fugiens, in Italia a Spartanis absconditur. Ob amorem [3] Catamiti Juno spernitur: & ad Endymionem Luna descendit: & contra voluntatem uxoris & filiæ Trojanis auxilium ferens deceptus Juppiter dormit. O flagitiosa confessio, o miserabiles deflendique cultus, o duræ servitutis miseranda conditio! Ad istorum cultum deorum sanctos homines & Deum devota mente colentes, sacrilegum tyrannorum traxit imperium; & ut huic facinori aliud facinus adderetur, mors est decreta nolentibus. Ad theatrum potius templa transferte, ut in scenis religionum istarum secreta tradantur; & ut nihil prætermittat improbitas, histriones facite sacerdotes. Alter dignior locus religionibus istis inveniri non poterit. Illic amores deorum vilis turba decantet: [4] illic casus mortesque saltatores ****** illic deorum in templis ab impiis & facinorosis magistris melius mens perdita & muliebris docetur facinus.

XIV. Discite etiam, sanctosancti imperatores, venerandum Alexandriæ numen unde sumserit exordium; ac a communi nostra fragilitate detecta, ad veritatis exordium mortalitatis nostræ sermo revocetur. Cum ingrueret arescentibus frugibus malitiosa fames, Jacobi religiosi patriarchæ semine procreatus juvenis Joseph, interpretatusque somnium regis, totum quidquid innuebat, ostendit [a]. Joseph ([5] est Jacobi filius) qui ob pudicitiam in carcerem missus [b], ereptus post interpretationem somnii, fuit particeps regni. Nam septem annorum collectis & servatis frugibus, alterius septennii egestatem divinæ manus providentia mitigavit. Huic post mortem Ægyptij patrio gentis suæ instituto templa fecerunt: &, ut justam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modio esurientibus & ementibus frumenta diviserat, capiti is superpositus est. Nomen etiam, ut sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit. Nam quia Saræ pronepos fuerat, ex qua nonagenaria Abraham indulgentia Dei susceperat filium [c], Serapis dictus est græco sermone, hoc est, Σαρᾶσ. ἀπο. Sed hoc invito Joseph accidit, immo mortuo. Neque enim ad hoc facinus religiosus animus & Deo summo dicatus adduci potuisset, ut erroris illecebras ex nomine suo superstitiosis hominibus ipse præberet; præsertim cum sciret hæc esse in Dei sacrosanctis legibus, ne quis hominum tale aliquid aut veneraretur aut coleret. Hic in Ægypto colitur, hic adoratur, hujus simulacrum [6] Neocororum turba custodit; & ad memoriam vetustatis errans populus ordinem sacrorum in honorem integerrimi ac prudentissimi hominis constitutum, contentiosa hodie animositate custodit. Sed & in ipso simulacro, sicut in ceteris, ex assiduis sacrificiis immundi dæmonum spiritus colliguntur. Nihil enim operantur animæ & cruor ex assidua pecudum cæde profusus, nisi ut dæmonum substantia qui diaboli procreatione generantur, ex isto sanguine nutriatur. Nam ita esse Porphyrius defensor Stoicorum, hostis Dei & veritatis in multis sceleratarum impietatum scriptis, manifestis nobis probationibus prodidit. In libris enim quos appellat περὶ τῆς * εὐλογίων φιλοσοφίας

a Gen. XLI. b Gen. XXXIX. c Gen. XXI.

1. *Scenam*] Hæc est vera emendatio pro *Cænam*.
2. *Oti*] Sublata mendosa lectio *Oethi*, ex Homer. *Iliad.* E. & Arnob. lib. IV.
3. *Catamiti*] Ganymedis. Al. corrupte *Cantamiti*.
4. *Illic* cet.] Locus mutilus, ita forte supplendus: *Illic casus mortesque saltatores exhibeant: illis deorum in templis* cet.
5. *Est Jacobi filius*] Glossema expungendum.
6. *Neocororum*] Hæc vera lectio pro *Neogrorum* corrupta.

* Εὐλογ'ων] Legendum ἐκ λογίων. Sic enim Porphyrii liber inscribitur: *περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας: de philosophia ex oraculis*. Vide Jonsium de Script. Hist. Philos. lib. 3. cap. 15. n. 5. p. 84.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 344.

majeſtatem ejus prædicans, de infirmitate confeſſus eſt. In primis enim librorum partibus, (id eſt, in ipſis auſpiciis poſitus) dixit: *Serapis vocatus, & intra corpus hominis collocatus talia reſpondit*. Dicant nunc mihi perditi homines, quis potior eſt, qui vocat & imperat & includit, an qui vocatur & paret? Et cum venerit, in ſuſcipientis hominis corpore poteſtate jubentis includitur. Gratias agimus, Porphyri, quod libris tuis deorum tuorum nobis ſubſtantiam prodidiſti. Didicimus per te, quatenus dii tui hominibus viventibus ſerviant. Serapis tuus ab homine vocatur, & venit; & cum venerit, ſtatim juſſus includitur, & loquendi neceſſitas nolenti forſitan imperatur. Sic apud nos deos veſtros, cum hominibus nocere cœperint, religioſi ſermonis flagella caſtigant. Sic in corpore hominum conſtituti dij veſtri, verbo Dei ſpiritualium flammarum igne torquentur; & qui apud vos quaſi dij coluntur, apud nos religioſæ fidei medela Chriſti gratia humano ſubjacentes imperio, & tormenta repugnantes ſuſtinent, & victi pœnis ultricibus ſubjugantur.

XV. Penates etiam qui ſint, explicare contendam, ne quid a me ſit prætermiſſum. Qui nihil aliud putant eſſe vitam, niſi veſcendi & potandi licentiam, hos ſibi deos ex cupiditatis ſuæ humilitate finxerunt; nutrimenta corporis quæ ex quotidianis epulis comparantur, hoc nomine pro ſalute hominum conſecrantes. Quia per epulas corporis reficitur infirmitas, alimenta ſolum eſſe deum ſanxerunt, neſcientes divini oraculi veritatem. Cum enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum diabolo pro noſtra ſalute ſolicitus, divina majeſtatis ſuæ colluctatione certaret, & ut de faucibus ejus quem gerebat hominem liberaret, hac eum reſponſione quaſſavit. Nam cum diceret ei diabolus: [a] *Si filius Dei es, fac ut iſti lapides panes fiant;* reſpondens ei Dominus dixit: *Non in pane tantum vivit homo, ſed in omni verbo Dei*. Neſcientes itaque ſubſtantiam generis humani, quotidianas epulas hoc nomine conſecrarunt. Nam omne quo veſcuntur homines, penus vocatur; hinc & cella penaria, hinc & dii penates, ab abjectis & proſtratis hominibus miſera ſunt cogitatione compoſita. Veſta autem quid ſit, diſcite, ne putetis antiquum aliquid, aut cum ſummo terrore inventum. Ignis eſt domeſticus, qui in focis quotidianis uſibus ſervit. Quapropter coquos habeat, non miſeras virgines, ſacerdotes; quæ contemnentes ignis ipſius favillas, aut proſtituto corpore peccare coguntur, aut in virginitate perſeverantes perdunt honeſtam glorioſi nominis dignitatem.

XVI. Palladii etiam quid ſit numen, audite. Simulacrum eſt ex oſſibus Pelopis factum. Hoc [1] avarus Scytha feciſſe perhibetur: jam quale ſit conſiderate, quod Scytha barbarus conſecravit. Eſt ne aliquid apud Scythas humana ratione compoſitum; & illa effera gens (hominum) & crudeli atque inhumana ſemper atrocitate graſſata, in conſtituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire? Simulacrum hoc Trojanis avarus vendidit, ſtultis hominibus vana promittens. Vendebatur deus, ut prodeſſet emtori: & emtor ſuppliciter adorabat, quidquid paullo ante viderat ſubhaſtatum. Subſtantia autem ſimulacri ipſius ex oſſibus Pelopis eſt. Si humana vis [*] miſeros homines oſſa venerari, purioris ſaltem

A & caſtioris hominis reliquias collige. Accedat idolo quod facis, ex hominis virtutibus meritum. Pelops in deliciis amatoris fuit, & diu proſtituti pudoris damna ſuſtinuit. Sed nec adulto ei ſcelus defuit. Is enim cujus filiam petebat, eum fraude proditoris occidit. Proditorem etiam ipſum perjuriis aggreſſus eſt; & ne promiſſa redderet præmia, hunc eumdem per abrupta præcipitia jactavit. En cujus electa ſunt oſſa, ut deus fieret qui urbes & regna ſervaret. Sed nec ſervavit aliquando, nec profuit; & quid ſe maneat, ex urbium in quibus fuit, caſibus vidit. Incenſa eſt Troja a Græcis, a Gallis Roma; & ex utroque incendio Palladium reſervatum eſt. Sed reſervatum non propriis virtutibus, ſed B humano præſidio: ab utroque enim loco homines liberant; & translatum eſt, ne humano flagraret incendio. Tanto numini humana fuerunt præſidia neceſſaria; & ne arderet, humanum quæſivit auxilium. Dilatum eſt Palladium ab incendio, non liberatum. Stat ſententia, manet pœna, ignis imminet, ignis urget, quem vitare non poterit. Jam parturit flamma cæleſtis, jam divinæ animadverſionis monſtratur adventus, jam futuræ cladis nuntiatur exitium: in hoc incendio Palladium latebras invenire non poterit: ignis iſte ſcrutatur abdita, quærit abſconſa: & quidquid errantes homines vanis perſuaſionibus perdidit, rapida flammarum populatione complectitur: [b] *Venit enim*, inquit, *dies Domini ut ardens clibanus*. C Audiſti quid veniat? Nihil eſt, quod ex te collectum in apothecis dominicis reponi poſſit: ardebis ut ſtipula, cujus inanis vilitas in cineres favillaſque ſervatur, quam rapax ignis violentia congeniti ſpiritus paſcitur. Hic eſt exitus finiſque veſter: hæc eſt pœna, quam pro deceptis hominibus Deus ſtatuit; ut perpetuis ardeat flammis, qui contra voluntatem Dei miſerum hominem aut decepit aut perdidit.

XVII. Volo ſane diligenter inquirere, cujus Minervæ hoc volunt eſſe ſignum. Plures enim Minervas fuiſſe conſtat, nec aliquis in iſta parte diſſentit. Singularum itaque genus, inſtitutum, artem propoſitumque dicamus, ut ex his omnibus inveniri poſ- D ſit, Palladium cujus Minervæ ſit nomine conſecratum. Quinque Minervas fuiſſe legentibus nobis tradit antiquitas. Una eſt Vulcani filia quæ Athenas condidit, quam ex agreſtibus locis ad urbanæ converſationis ordinem ruſtica turba comitata eſt. Fuit alia in Ægypto, Nili regis filia, textrinæ artis magiſtra. Tertia vero patre Saturno genita eſt. Sed hanc viraginem fuiſſe commemorant: nam numquam ſe intra feminei ſexus verecundiam tenuit, ſed arma ſemper ſtrepitumque pugnarum, & cruenta ſequuta eſt ſtudia bellorum. Quarta Jovis Cretici regis fuit filia, quæ occiſum patri detulit Liberum. Quinta Pallante patre, & [2] Tritonide matre orta eſt, quæ patris appellata nomine, Pallas eſt E ab hominibus nuncupata. Hæc parricidalis amentia furoris & veſanæ temeritatis inſtinctu, patrem Pallantem crudeli morte jugulavit. Nec ſimplici patris morte contenta, ut diutius malis ſuis frueretur, & ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis ejus ornata eſt, ut parricidii facinus ex crudeli oſtentatione publicaret. Hujus eſt Palladium, pro nefas! nomine conſecratum. Hæc eſt Pallas quæ colitur, hæc eſt quæ pontificali lege ſervatur; & cujus facinus ſeverius damnari debuerat, ejus imago

a Matth. IV. 3. 4. Luc. IV. 3. 4. b Malach. IV. 1.

1. *Avarus*] Reſcribe *Abaris*. Idem error paullo poſt ita corrigendus: *Simulacrum hoc Trojanis Abaris tradidit*.

2. *Tritonide*] Ita correximus vulgatam lectionem *Titanide*.

* *Miſeros homines*] Leg. *miſerorum hominum*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.



suppliciter adoratur. Apponite ignem, augete flammas, ut quotidianis sacrificiis vestris dicatur ardere. Quid enim meretur aliud parricida, nisi ut perpetua mutatione flammarum ante sententiam Dei quotidie flammis ultricibus concremetur? Busta sunt, sacratissimi imperatores, appellanda, non templa. Rogi sunt potius dicendi miserorum. Nam in honorem hominum perditorum ædes pro sepulcris miseranda hominum servitus facit. Heic crematorum corporum favillæ servantur, heic cineres mortuorum irreligiosa lege conduntur; ut acerbarum mortium casus quotidiano victimarum sanguine recrudescat, ut tristis lamentationis exitus renovatus annuis luctibus renascatur, ut sopitos fletus recentior ululatus exagitet, ut parricidia vel incesta vel mortes ex sacrorum ritu misera mens hominum & colere discat & facere. Amputanda sunt hæc, sacratissimi imperatores, penitus atque delenda, & severissimis edictorum vestrorum legibus corrigenda, ne diutius Romanum orbem præsumtionis istius error funestus commaculet, ne pestiferæ consuetudinis convalescat improbitas. Quidquid hominem Dei conatur perdere, ne diutius in terra dominetur. Nolunt quidam & repugnant, & exitium suum prona cupiditate desiderant: sed subvenite miseris, liberate pereuntes: ad hoc vobis Deus summus commisit imperium, ut per vos vulneris istius plaga curetur. Facinoris eorum periculum scimus; erroris notæ sunt pœnæ: sed melius est, ut liberetis invitos, quam ut volentibus concedatis exitium. Ægrotantes contraria delectant; & cum corpus hominis adversa valetudo possederit, contra salutem suam a laborantibus perversa poscuntur. Capta mens languoris vitio, morborum semper augmenta desiderat, & medelas artificum [1] aspernat ac contemnit; respuit remedium medicinæ, & in exitium suum prona animositate festinat. Tunc si malum morbi fortius creverit, majora remedia quæruntur, & pro salute hominis solicita fortius se medicina opponit. Asperi cibi, amari potus nolentibus ingeruntur: & si convaluerit malum, & ignis adhibetur & ferrum. Sic homo recepta sanitate & salute sibi reddita, quidquid ægrotantis corporis vitio invitus passus est, hoc totum pro utilitate sua factum esse, stantis animi judicio confitetur.

XVIII. Accipite etiam, sacrosancti principes, nomina eorum qua sunt ratione composita. Lumen hoc quod hominibus jussu Dei fugatis tenebris diem reddit, quod per duodecim horarum spatia cursus sui ordinem dirigit, Solem dici volunt: non quia solus est, ut quidam volunt, quia ibi & cælum est & Luna & alia plurima sidera quæ videmus; ex quibus quædam una serie & cohærentia perpetua simulque copulata lucent; alia tota sparsa cælo vagos cursus suis metiuntur erroribus: sed ideo Sol appellatur, quia cum ortus fuerit, obscuratis ceteris sideribus luceat solus. Luna etiam hæc eadem Lucina a nocturno lumine nomen accepit. Hanc etiam quidam dici voluerunt Dianam, quod per noctem lucens hominibus alterum pæne diem faciat. A natando Neptunum dici voluerunt, ex hoc quod libenter faciebant, substantiam nominis figurantes. Terrenam vim omnem atque naturam, Ditem patrem dicunt; quia hæc est natura terræ, ut & recidant in eam omnia, & rursus ex ea orta procedant; quæ res opulentiam terræ divitiasque monstravit. Frugum substantiam volunt Proserpinam dicere; quia fruges hominibus, cum seri cœperit, pro-

A sunt. Terram ipsam Cererem nominant: nomen hoc a ferendis fructibus mutuatum. Ex bellorum casibus Mavors nomen accepit; quasi magna vertat. Minerva similiter bellicum nomen est, quasi aut minuat aut minetur. Venustas hominum, Venus dicta est. Apollinis nomen ex humanis finxerunt casibus, sermone græco; quasi omnia commissa sibi, aut amittat aut perdat. Solem etiam quidam Apollinem dicunt, quia quotidie in occasu constitutus splendorem luminis perdat. Perdere autem græci ἀπόλλειν dicunt. Videtis ut vestros ementitos & fictitios deos turbulentus error excogitaverit, ut superstitionibus anilibus & formæ vobis traditæ sunt & nomina. Sed hæc omnia veritas detexit, & ratio sanæ men-
B tis invenit; ut investigatis omnibus atque detectis, quæ sacrilegus error absconderat, veritatis semita luceret. Hæc enim omnia cum essent male composita, terrori primum fuere mortalibus: dehinc consumta novitate, quasi ex longa ægritudine convalescentibus hominibus, natus est quidam ex admiratione contemtus. Sic paullatim, quod stupebat animus, ausus est diligenter inquirere; & statim in arcana fictarum ac vanarum superstitionum sagax misit ingenium. Tunc ex assiduis tractatibus latentium ratione collecta pervenit ad caussas; ut profanarum religionum miseranda commenta humanum genus primum disceret, & deinde contemneret, tertio recusaret.

C XIX. Libet nunc explanare quibus se signis vel quibus symbolis in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quæ illis in istis sacrilegiorum cœtibus diaboli tradidit disciplina. In quodam templo, ut in interiores partes homo moriturus possit admitti, dicit: *De tympano manducavi, de cymbalo bibi, & religionis secreta perdidici.* Quod græco sermone dicitur ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικός. Male miser homo de admisso facinore confiteris: pestiferum veneni virus hausisti, & nefario furoris instinctu letale poculum lambis: cibum istum mors sequitur semper & pœna æterna. Hoc quod bibisse te prædicas, vitalem
D venam stringit in mortem, & sedes animæ contaminata malorum te continuatione conturbat. Alius est cibus qui salutem largitur & vitam; alius est cibus, qui hominem summo Deo & commendat & reddit: est cibus, qui languentes relevat, errantes revocat, lapsos erigit, qui morientibus æternæ immortalitatis largitur insignia. Christi panem, Christi poculum quære, ut terrena fragilitate contemta, substantia hominis immortali pabulo saginetur. Quis est autem hic panis, vel quod poculum? de quo in libris Salomonis Sapientia magna voce præclamat; ait enim: [a] *Venite, & manducate de meis panibus, & bibite vinum quod miscui.* Et [b] Melchisedech rex Salem & sacerdos summi Dei, reverenti Abrahæ
E cum pane & vino benedictionis obtulit gratiam. Isaac etiam cum Jacob benedixisset, cum hoc idem Esau a patre suppliciter exigeret, respondit ei pater: [c] *Dominum tuum feci illum, & omnes fratres ejus feci servos: tritico & vino confirmavi illum.* Tunc Esau casus suos misera lamentatione deflevit, quia tritici & vini, id est, futuræ felicitatis perdidit gratiam. Quod autem consecratis hominibus a Deo panis divinus iste præstetur, per Esaiam dicit Spiritus sanctus: [d] *Sic dicit Dominus, Ecce qui serviunt mihi manducabunt; vos autem esurietis. Ecce qui serviunt mihi, jucundabuntur; vos confundemini,*

a Prov. IX. 5. *b* Gen. XIV. 18. *c* Gen. XXVII. 37. *d* Isa. LXV. 13. 14.

1. *Aspernat ac contemnit*] Ita restituimus pravam lectionem *aspernatus contemnit*.



vos interficiet Dominus. Non solum panis iste a Deo A summo sacrilegis & impiis denegatur; sed & pœna promittitur, & acerbæ mortis decernuntur exitia, ut esurientibus faucibus divinæ animadversionis exitus ingeratur. Sequuntur etiam hoc idem XXXIII. Psalmi veneranda responsa; ait enim per David Spiritus sanctus: [a] *Gustate & videte, quoniam dulcis est Dominus*. Dulce est cæleste pabulum, dulcis Dei cibus, nec habet in se miseræ famis triste tormentum: de medullis hominum præcedentis veneni virus excludit. Hæc ita esse sequentia oraculi responsa declarant; ait enim: [b] *Timete Dominum sancti ejus, quia non est inopia eis qui metuunt eum. Divites eguerunt, & esurierunt; qui autem inquirunt Dominum, non indigebunt omni bono*. Qui sic in B templo prætextatus incedis, qui fulges purpura, cujus caput aut auro aut lauro premitur, errorem tuum turpis egestas insequitur, & cervicibus tuis onerosum paupertatis imminet pondus. Illum quem despicis pauperem, [1] largus & dives est; spatium [c] illi Abraham in sinu suo præparat. Tunc tu per interjecta flammarum spatia ad mitigandæ conscientiæ tuæ vulnera, tenuem ab eo stillantis aquæ guttulam postulabis; nec tibi volens Lazarus lenimentum doloris tui aut dare poterit aut impetrare. Singulorum enim pari gratia merita pensantur: illi vita confertur, propter hujus sæculi mala: tibi propter hujus sæculi bona, perpetua tormentorum pœna decernitur. Ut autem manifestius diceretur, quinam ille esset C panis per quem miseræ mortis vincuntur exitia, ipse Dominus sancto ac venerando ore signavit, ne per diversos tractatus spes hominum pravis interpretationibus fallerentur. Dicit enim in Evangelio Joannis: [d] *Ego sum panis vitæ: qui venerit ad me, non esuriet: & qui in me crediderit, non sitiet umquam*. Item in sequentibus hoc idem simili modo significat; ait enim: [e] *Si quis sitit, veniat & bibat, qui credit in me*. Et rursus ipse, ut majestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait: [f] *Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis*. Quare nihil vobis sit cum tympanis, cibo odii, miseri mortales: salutaris cibi gratiam quærite, & immortale poculum bibite. D Christus vos epulis suis revocat ad lucem, & gravi veneno putres artus & torpescentia membra vivificat. Cælesti cibo renovate hominem perditum, ut quidquid in vobis mortuum est, divinis beneficiis renascatur. Didicistis quid vos facere conveniat; eligite quod vultis: inde mors nascitur, hinc immortalis vita donatur.

XX. Dicis etiam: *χαῖρε νύμφιε, χαῖρε νέον φῶς*. Quid sic miserum hominem per abrupta præcipitas, calamitosa persuasio? Quid illi falsæ spei polliceris insignia? Nullum apud te lumen est, nec est aliquis sponsus qui hoc mereatur audire. Unum lumen est, unus est sponsus hominum, quorum gratiam Chri- E stus accepit. Non poteris ad te alienæ felicitatis transferre gloriam, nec poteris cælestis numinis splendore decorari. In tenebras squaloresque projectus es: illic sordes, squalor, caligo, tenebræ, & perpetuæ noctis dominatur horror. Si vis ut tenuis saltem tibi splendor luminis luceat, erige vultus, & demersos erige oculos, & desertis his ad eum te confer qui dixit: [g] *Ego sum lux mundi*; cujus divinis præceptis continetur, ut in hac terrena conversatione opus nostrum per dies singulos luceat. Lucere autem non potest nisi immaculata nos conscientiæ ornamenta protexerint, nisi integra nos & incorrupta vita commendet: tunc orietur nobis veri luminis gratia: tunc se nobis lucis auctor insinuet: tunc verum lumen & accipere possumus & videre. Sed ut sacrilegæ vocis comprimatur improbitas, quis sit vere sponsus, sacrarum lectionum oraculis comprobabo; ut probetur sponsum esse Christum, sponsam Ecclesiam: ex quo venerando patri spirituales filii per dies singulos procreantur. In hac probatione arcana prophetarum veneranda pandantur. Adsistat nobis sanctorum oraculorum fides. Joel divino spiritu monente sic dicit: [h] *Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium & indicite curationem, aggregate populum, sanctificate ecclesiam, excipite majores natu, colligite parvulos lactentes, procedat sponsus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo*. Hoc idem Jeremias simili ratione significat; ait enim cum Hierosolymæ truci minatur oraculo: [i] *Et auferam de civitatibus Judæ & de urbibus Hierusalem vocem lætantium, & vocem sponsi & vocem sponsæ*. Processum sponsi etiam per Psalmos prædicat Spiritus sanctus. In XIIX. Psalmo hoc invenitur oraculum; ait enim: [k] *Et ipse velut sponsus egrediens de thalamo suo, exsultavit ut gigas viam currere. A summo cæli profectio ejus, & decursio ejus usque ad summum ejus; & non est qui lateat a calore ejus*. Secretiora pandantur arcana: in [2] Apocalypsi, quis sit sponsus inveniemus; ita enim scriptum est: [l] *Veni: ostendam tibi novam nuptam uxorem agni. Et duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo*. Investigandum est, quid etiam nobis de hac ipsa re tradat evangelica disciplina: inveniemus enim in Evangelio Joannis ita esse signatum: [m] *Vos mihi testes estis, quoniam dixi* eis qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, *quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante ipsum. Qui enim habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi est, qui stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi*. Hujus rei mysterium ostensum est: hujus sponsi adventum sapientium virginum chorus exspectat; huic [n] præfert lumina pervigili cura sancta virginitas: exspectantibus sponsum servis felicium præmiorum promittitur munus. Invenimus enim in Evangelio Lucæ: [o] *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes: & vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando veniat a nuptiis: ut cum venerit & pulsaverit, aperiant illi. Felices servi illi, quos adveniens dominus invenerit vigilantes*. Ecce venerandorum responsorum oraculis sponsus ostensus est. Quid tu tibi in acerbis casibus constitutus beatum nomen imponis? Si vis liberatus lumen sequi sponsi, projice errores; & pervigili cura solicitus, præcedentia vitæ facinora religiosa devotione castiga. Tunc te in nomine suo cum vigilantem invenerit sponsus, cum fidei tuæ merita cognoverit, dabit maximum præmium, dabit integrum munus, intrabis cum eo cæli thalamum, videbis regna mundi; & ut eorum particeps esse possis, a piissimo & justissimo Domino immortalitatis tibi gratia conferetur.

XXI. Alterius profani sacramenti signum est: [3] *θεὸς ἐκ πέτρας*. Cur hoc sanctum venerandumque secretum ad profanos actus adulterata professione


a Psalm. XXXIII. 9. *b* Ibid. vv. 10. 11. *c* Luc. XVI. *d* Joan. VI. 35. *e* Joan. VII. 37. 38. *f* Joan. VI. 54. *g* Joan. VIII. 12. *h* Joel. II. 15. 16. *i* Jerem. XVI. 9. *k* Psalm. XVIII. 6. 7. *l* Apoc. XXI. 9. 10. *m* Joan. III. 28. 29. *n* Matth. XXV. 7. 10. *o* Luc. XII. 35 - 37.

1. *Largus*] Forte *lautus*.

2. *In Apocalypsi*] Deletum glossema, *id est in revelatione*.

3. *Θεὸς ἐκ πέτρας*] Mithra, in cujus mysteriis hoc sacramenti signum usurpatum. Hieronymus 1. adversus Jo-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.



transfertis? Alius est lapis, quem Deus in confirmandis fundamentis promissæ Hierusalem missurum se esse promisit. Christus nobis venerandi lapidis significatione monstratur. Quid tu ad commaculatas superstitiones furtiva fraude venerandi transfers nominis dignitatem? Lapidem tuum ruina sequitur, & cadentium culminum funesta collapsio. Noster lapis Dei fundatus manu exstruit, confirmat, erigit, munit, & restaurati corporis gratiam perpetuæ immortalitatis splendore condecorat: ait enim de hoc Esaias, innuente Spiritu sancto: [a] *Sic dicit Dominus, Ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honoratum; & qui crediderit in eum, non confundetur*. In Psalmis etiam simile responsum est: ait enim Spiritus sanctus in CXVII. Psal. [b] *Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. An non factus est iste, & est mirabilis in oculis nostris?* Per multos prophetas Spiritus sanctus nominis istius ordinem monstrat; ait enim Zacharias propheta: [c] *Ecce ego adduco puerum meum, Ortus ei nomen est: quoniam lapis quem dedi coram Jesu, super lapidem ipsum unum, septem oculi sunt*. Sed ut manifestius constet, antiquiora venerandarum lectionum secreta pandamus. In Deuteronomio ita comprehensum est: [d] *Et scribes super lapidem omnem legem hanc*. Jesus etiam Nave jussu divinitatis hoc specialiter comprehendit; ait enim: [e] *Et accepit lapidem magnum, & statuit eum contra Dominum. Et ait Jesus ad populum: Ecce lapis iste erit mihi in testimonium, quia iste audivit omnia quæ dicta sunt a Domino, quando loquutus est ad vos. Et erit iste nobis in testimonium in novissimo dierum, quando recesseritis a Domino vestro*. Quod autem per hunc lapidem, id est, per Dominum nostrum Jesum Christum, & dii isti casuri sint & multitudo templorum, aperte Daniel venerandis oraculis explicavit; ait enim, cum interpretaretur somnium regis: [f] *Et ecce imago, imago nimis magna, & contemplatio ipsius imaginis metuenda, elata stabat contra te; cujus caput fuit ex auro bono, pectus & brachia ejus argentea, venter & femora ærea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles: quoadusque abscissus est lapis de monte, sine manibus concidentium, & percussit imaginem super pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos minutatim: & factum est simul ferrum & testa, & æramentum, & argentum & aurum facta sunt minuta quasi palea, & ut pulvis in avida æstate; & ventilavit illa ventus, ita ut nihil remanserit in illis. Et lapis qui percussit imaginem, factus est mons magnus, & implevit totam terram*. Quis locus in terra est, quem non Christi possederit nomen? qua sol oritur, qua occidit, qua erigitur septemtrio, qua vergit auster, totum venerandi numinis majestas implevit. Et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriæ morientia palpitent membra; tamen in eo res est, ut e Christianis omnibus terris pestiferum hoc malum funditus amputetur. De idololatrarum lapide, de quo dicunt, Θεὸς ἐκ πέτρας, quid prophetarum responder oraculum? quis autem restitit, vel cui parcit iste lapis? Lapis autem hic sanctus, id est, Christus, aut fidei fundamenta sustentat; aut in angulo positus, duorum parietum membra

A æquata moderatione conjungit, id est, veteris & novi Testamenti in unum colligit gentes; aut certe corporis & animi diversitatem, inviolata homini immortalitate consociat; aut legem promulgat, aut contra peccantes testimonium perhibet: aut (quod est potius) imaginem diaboli percutit, ut superato eo atque prostrato, & in cinerem favillasque converso, erecto sublimitatis suæ vertice, purum dominationis imperium habeat. Vos nunc, Constanti & Constans, sacratissimi imperatores, & venerandæ fidei vestræ imploranda virtus est, quæ supra homines erigitur & a terrena fragilitate separatur, cælestiumque se rerum societate conjungit; quæ in omnibus actibus suis, prout potest, Dei summi se-
B quitur voluntatem. [1] Modicum tantum superest, ut legibus vestris funditus prostratus diabolus jaceat, ut extinctæ idololatriæ pereat funesta contagio. Veneni hujus virus evanuit, & per dies singulos substantia profanæ cupiditatis exspirat. Erigite vexillum fidei: vobis hoc divinitas reservavit, cujus favore eminentes prostratores estis omnium hostium vestrorum; quorum opera Romanum [2] infirmabatur imperium. Signum venerandæ legis erigite, sancite, promulgate quod prosit. Sit faustum felixque Reip. quod tot acervis cæsorum hostium prostravistis exercitum. Felices vos quoque gloriæ ac voluntatis suæ Deus fecit esse participes: idololatriæ excidium & profanarum ædium ruinas propitius Christus populo
C vestris manibus reservavit. Ille spiritualibus armis malos spiritus; vos mala terrena vicistis. Erigite tropæa victoriæ, & proferatur ingens titulus triumphorum: profanarum rerum strage gaudentes, exsultate fortius, exsultate fidenter. Felicitas vestra cum Dei virtute conjungitur: pro salute hominum Christo pugnante vicistis.

XXII. Omnia symbola profanæ religionis per ordinem suggerantur, ut probemus nequissimum hostem generis humani de sanctis hæc venerandisque prophetarum oraculis ad contaminata furoris sui scelera transtulisse. Invenimus enim & ita dici: [3] ἐλιλίκερες διμόρφει. Deus iste vester non biformis est,
D sed multiformis. In multas enim species veteratoris forma mutatur. Ipse est basiliscus & scorpio, qui fidelium securis vestigiis premitur: ipse malitiosus anguis, cujus caput quærit decepta mortalitas: ipse [g] tortuosus draco, qui hamo ducitur, qui captivus includitur: iste deus vester Lernæi anguis crinibus adornatur, videns ut percusso Domino morientium anguium turba succedat. Quid sic renascentibus hydris pullulas? quid te fecunda scelerum sobole componis? mortis tuæ viam didicimus; scimus quibus remediis artis tuæ venena vincantur. Christi immortalem sanguinem bibimus; nostro sanguini Christi sanguis adjunctus est. Hoc est salutare remedium scelerum tuorum, quod a Dei plebe mortiferum vi-
E rus excludit. Quis deum istum quem plangunt, cum cornibus vidit? quæ sunt ista cornua, quæ habere se jactat? Alia sunt cornua, quæ propheta sancto Spiritu annuente commemorat, quæ tu, diabole, ad maculatam faciem tuam putas te posse transferre. Unde tibi ornamenta quæris & gloriam? Cornua nihil aliud nisi venerandum signum crucis monstrant.

a Isa. XXVIII. 16. *b* Psalm. CXVII. 22. 23. *c* Zach. III. 8. 9. *d* Deut. XXVII. 8. *e* Jos. XXIV. 26. 27. *f* Dan. II. 31-35. *g* Job XL. 10.

vinianum, Mithram juxta gentilium fabulas in lapide de æstu libidinis generatum scribit. Justinus adv. Tryphon. §. LXX. *οἱ δὲ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες λέγουσιν ἐκ πέτρας γεγεννῆσθαι αὐτόν*.

1. *Modicum tantum*] Sic reformata prava lectio, *modicum talium*.

2. *Infirmabatur*] Antea *firmabatur*.

3. Ελιλ.] Emenda: ἑλιξόκερως, δίμορφε. Vel potius: ἥλιε δίκερως, δίμορφε. Symbolum orgiorum Bacchi, sive Solis. Idem enim utriusque numen, ut multis docet Macrobius *Saturn.* — Vide sis Hesychium v. Ελιξόκερως tom. I. pag. 1178. noviss. edit.

Hujus signi uno extenso ac directo cornu mundus sustentatur, terra constringitur: & e duorum quæ per latus vadunt compagine oriens tangitur, occidens sublevatur; ut sic totus orbis tripartita stabilitate firmatus confixi operis, immortalitatis radicis fundamenta teneantur. Hoc secretum nobis venerandum prophetæ oraculum tradidit. Invenimus enim in Abacuc ita esse perscriptum: [a] *Texit cælos virtus ejus, & laude ejus plena est terra. Et splendor ejus ut lux erit: cornua in manibus ejus erunt. Et illic constabilita est virtus gloria ejus, & constituet dilectionem suam. Ibit verbum, & præcedet secundum gressus suos.* En veneranda crucis cornua, en sanctæ virtutis immortale fastigium, & gloriosi operis divina compago. Tu, Christe, mundum ac terram extensis manibus, ut cæleste sustentas imperium: tuis immortalibus adhæret humeris salus nostra: tu Domine, æternæ vitæ bajulas signum: tu venerando instinctu hoc nobis denuntias per prophetas. Ait enim Esaias: [b] *Ecce natus est nobis filius: imperium super humeros ejus: & vocatum est nomen ejus, magnæ cogitationis nuntius.* Hæc sunt crucis cornua, quibus omnia & sublevantur pariter & continentur. His cornibus bene hominum nititur vita. Ut Amalech vinceretur, extensis manibus Moyses [c] hæc imitatus est cornua; ut facilius impetraret quod magnopere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. Ad hæc cornua festina celeritate properate; ad hæc cornua humili veneratione confugite. His vos affigant cornibus, justitia, æquitas, pudicitia, misericordia, patientia, fides: ut veneranda præferentes insignia, consecrati fontis majestate gaudentes, & sepulturæ Christi participes sitis & vitæ.

XXIII. Aliud etiam symbolum proponamus, ut conamine cogitationis scelera revelentur; cujus totus ordo dicendus est, ut apud omnes constet, divinæ dispositionis legem perversa diaboli esse imitatione corruptam. Nocte quadam simulacrum in lectica supinum ponitur, & per numeros digestis fletibus plangitur. Deinde cum se ficta lamentatione satiaverint, lumen infertur. Tunc a sacerdote omnium qui flebant, fauces unguntur; quibus perunctis, sacerdos hoc lento murmure susurrat:

Θαῤῥεῖτε μύσαι τῦ θεῦ σεσωσμένυ,
Εσαι γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία.


Quid miseros hortaris ut gaudeant? quid deceptos homines lætari compellis? quam illis spem, quam salutem funesta persuasione promittis? quid illos falsa pollicitatione solicitas? Dei tui mors nota est, vita non comparet; nec de resurrectione ejus divinum aliquando respondit oraculum; nec hominibus se post mortem, ut sibi crederetur, ostendit: nulla hujus operis documenta promisit, nec se hoc facturum esse præcedentibus monstravit exemplis. Idolum sepelis, idolum plangis, idolum de sepultura profers; & miser, cum hoc feceris, gaudes. Tu deum tuum liberas, tu jacentia lapidis membra componis, tu insensibile corrigis saxum. Tibi habeat gratias deus tuus, te paribus remuneret donis, & sui velit esse participem: sic moriaris ut moritur, sic vivas ut vivit. Nam quod unguento perunguntur fauces, quis non facinus istud despecta vanitate contemnat? Habet ergo diabolus Christos suos, & quia ipse Antichristus est, ad infamiam nominis sui miseros homines scelerata societate perducit. Unguentum hoc reserva morituris; ut quos laqueis tuis ceperis, eos venenato unguento oblitos lugubri ac funesto semper mergas exitio.

A XXIV. Aliud, est unguentum, quod Deus pater unico tradidit filio, quod filius credentibus divina nominis sui majestate largitur. Christi unguentum immortali compositione conficitur, & spiritualibus pigmentorum odoribus temperatur. Hoc unguentum a mortalibus laqueis putres hominum artus exuit; ut sepulto primo homine, ex eodem statim homine homo alius felicius nascatur. Et ut hoc manifestius explicetur, sacrarum lectionum arcana pandenda sunt. Ait enim David, ut hujus unguenti gratiam traderet: [d] *Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit tibi in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum, potentissime. Specie & pulcritudine tua inten-*
B *de, prospere procede, & regna propter veritatem & mansuetudinem & justitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ acutæ potentissimæ: populi intra te decident, in corde inimicorum regis. Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi: virga recta, est virga regni tui. Dilexisti justitiam, odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha & gutta, casia a vestimentis tuis de ædificiis eburneis, ex quibus te jucunditate affecerunt.* Immortalis unguenti secreta pervidimus, & divinæ nobis dispositionis ordo monstratus est. Regnum perpetuum, & cæli diadema Domino nostro cum unguenti majestate collatum est. Quis autem hic sit qui regendi orbis accepit potestatem,
C qui venerandi nominis majestate decoratur, aliud nobis monstrat oraculum: ait enim is idem David: [e] *Ut quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* Quid te sic extollis sacrilega persuasio? quid miseros homines effrenata temeritate circumvenis? Unguentum Christi, cæli donat imperium: unguentum vestrum, gehennæ suscitat flammas.

XXV. Sed quod impuro ore sacerdos iste, & polluta verborum contaminatione componit, libet diligenti inquisitione discutere. Liberato deo suo, bonum animum gerere socios, fiduciam bonæ spei habere
D persuadet. O quam miseris, quam luctuosis se laqueis involvit caduca calliditas! Quis deum tuum liberat? cui hoc præstitit, quod laborat? Disce, disce quod nescis, disce quod non vides. Christus filius Dei, ut humanum genus a mortis laqueis liberaret, omnia ista sustinuit: ut captivitatis duræ jugum tolleret, ut hominem patri redderet, ut mitigata offensa hominum cum Deo prospera conciliatione componeret, ut promissæ resurrectionis fructum proprio monstraret exemplo; fecit filius Dei quod ante promiserat: clausit januas sedis infernæ, & duræ legis necessitatem calcata morte prostravit. Per triduum recens ita ab eo justorum turba collecta est, ne diutius contra eos mortis dominaretur im-
E probitas; ne justorum meritum ex longa desperatione concideret, fregit claustra perpetua; & ferreæ fores Christo jubente collapsæ sunt: ecce terra contremuit, & fundamentorum suorum stabilitate concussa, præsentis Christi numen agnovit. Ante præfinitum tempus præcipitat diem mundi rotata vertigo; & sol non completo diurnarum horarum spatio, properato cursu vergit in noctem. Ecce veli fastigia summa finduntur, & obscurioribus tenebris orbem terrarum caligo noctis abscondit. Omnia elementa Christo pugnante turbata sunt; tunc fer[illegible] cum primum contra mortis tyrannidem humanum corpus armavit. Per triduum ista conflictatione pu-

a Habac. III. 3-5. b Isa. IX. 6. c Exod. xvii. 11. d Psalm. xliv. 3-9. e Psal. ii. 1. 2.

SAECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.



gnatum est, quamdiu mors superatis malitiæ suæ viribus frangeretur. Quid solita impatientia, homo religiose, homo Christi desperas & deficis? Tridui moram non fers, solicitudinem ad desperationem tuam novis precibus confiteris? Hoc te facturum esse illo die Spiritus sanctus veneranda voce significat, cum per David dicit: [a] *Æstimati sumus sicut oves occisionis. Exsurge, quare obdormis, Domine? exsurge, & ne disperdas usque in finem. Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiam nostram & tribulationem? quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, hæsit in terra venter noster. Exsurge Domine, opem fer nobis, & libera nos propter nomen tuum.* Ecce post triduum lucidior solito dies oritur, & reddita soli præteriti luminis gratia. Omnipotens Deus Christus splendidioribus solis radiis adoratur. Exsultat salutare numen, & triumphales currus ejus justorum ac sanctorum turba comitatur. Tunc elato gaudio clamat elata mortalitas: [b] *Ubi est, mors, aculeus tuus?* Tunc præcurrens salutare numen aperiri sibi cælestes januas præcipit. Aperite, aperite, & immortalia claustra convellite. Christus Deus calcata morte, ad cælum hominem quem susceperat revocat. Hoc a venerando propheta sancta voce præcanitur, & ex ore prophetico vox jubentis auditur; ait enim Spiritus sanctus, ut nobis potentiam Christi jubentis ostenderet: [c] *Tollite portas, principes, vestras, & extollite vos, portæ æternales; & introibit rex gloriæ.* Hoc angelis nescientibus imperatur; neque enim scire potuerunt, quando Verbum Dei descendit ad terram; ideo & ipsi solicita interrogatione respondent: *Quis est iste rex gloriæ?* Quibus quærentibus perspicua Christus numinis sui majestate respondit: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Cognoscitur statim a custodibus cæli filius Dei; & quidquid illos ante fefellit, agnoscunt. Vident prostrati hostis exuvias; & recordati primæ dispositionis ordinem, etiam ipsi cum ascendentibus iterata pariter voce conclamant: *Tollite portas qui præestis illis, & extollite vos, portæ æternæ; & introibit rex gloriæ.* Reverso filio promissa pater regni sceptra restituit, & sellam regni æqua potestate concedit, ut imperet, [1] ut regnet, ut teneat, ut perpetua numinis sui majestate dominetur. Audi quid de illo Danielem Spiritus sanctus jusserit dicere: [d] *Videbam in visu nocte; & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniens: venit usque ad veterem dierum, & stetit in conspectu ejus; & qui assistebant, obtulerunt eum. Et data est ei potestas regia; & omnes reges terræ & regnum & omnis claritas serviuit ei. Et potestas ejus æterna, quæ non auferetur; & regnum ejus non corrumpetur.* Hæc eadem nobis sancta revelatione monstrantur: invenimus enim in Apocalypsi ita esse perscriptum: [e] *Et conversus respexi, ut viderem vocem quæ mecum loquebatur: & vidi septem candelabra aurea, & in medio candelabrorum similem filio hominis vestitum podere; & erat præcinctus supra mammas zona aurea. Caput autem ejus & capilli erant albi, velut lana alba ut nix; oculi ejus ut flamma ignis, & pedes ejus similes aurichalco, sicut de fornace ignea; & vox ejus, ut sonus aquarum multarum. Et habebat in dextera sua septem stellas; & ex ore ejus gladius, ex utroque acutus; & facies ejus splendebat, ut sol in virtute sua. Et cum vidissem, cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus. Et imposuit dexteram suam super me dicens: Noli* A *timere: ego sum primus, & novissimus; & vivus, qui fueram mortuus: & ecce sum vivens in sæcula sæculorum; & habeo claves mortis & inferorum.* Post resurrectionem etiam, cum discipulis suis daret certa mandata, immortalium mandatorum ordinem ista lege conclusit: [f] *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ite ergo & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos observare omnia, quæcumque præcepi vobis.* Quod autem Deus pater participem eum regni faciens, regalis sellæ ei concesserit sedes, hoc docetur oraculo: [g] *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum. Virgam* B *virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in claritate sanctorum; & ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, nec pœnitebit eum.* Hi sunt inimici Dei, sacratissimi imperatores, qui veritatis ordinem contraria lege conturbant, qui perversæ cupiditatis instinctu sacrilega vota concipiunt, qui profanæ mentis furore aut lignum semper venerantur aut lapidem. In isto loco positi ordinem debemus sanctæ dispositionis aperire: ut quidquid nobis investigantibus sanctum Dei verbum, prophetica tradidit disciplina, ad refutandas profani erroris maculas specialiter explicetur, ne ** sicut nos diximus, commenti sunt, qui sacrilegia C errantibus tradiderunt.

XXVI. Sic a nobis ordo veritatis curiosius requiratur. Suspensis itaque paullulum ceteris, ad hæc explicanda quæ vera sunt, transferatur oratio. Vos, domini imperatores, sanctarum aurium vestrarum mihi commodate patientiam, ut totum clementiæ vestræ, quod promittimus, explicemus. Cur Deus, id est, filius Dei, homo passus est fieri, brevi ac vera pietati vestræ ratione monstrabitur. Cum hominem primum, id est, Adam, ad imaginem suam Deus faceret, certam illi mandatorum dedit legem. Is per feminam, id est, Evam deceptus diaboli persuasionibus, promissæ sibi gloriæ perdidit dignitatem. D Lignum erat in paradiso, quo promissorum a Deo præmiorum perdidit gratiam. De virginis terræ limo homo factus est: nondum enim, ut ait scriptura [h], super terram pluerat. Hic contemtis mandatis Dei, humanum genus mortalitatis laqueis afflixit. Oportebat hoc totum & reformari, & corrigi; & reformatio originis debuit reformare primordia. Ex virginis terræ limo factus Adam prævaricatione propria promissam perdidit vitam. Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum, Christus natus, & immortalitatem accepit & regnum. Arbor ligni pestiferum deceptis pabulum præbuit: lignum crucis vitam immortali compage restituit. Contemsit Adam, obedivit Deo Christus. Sic divina E dispositione quidquid Adam perdidit, Christus invenit. Nam post multa tempora novissimis temporum spatiis (id est, novissima pæne sæculorum hebdomade) Verbum Dei humano se miscuit corpori, ut hominem liberaret, ut mortem vinceret, ut fragilitatem humani corporis cum divina immortalitate conjungeret. Quid enim faceret tanta turba sanctorum? quæ illis spes salutis? quod meritorum præmium, si sub una eademque conditione sortis ineluctabilibus mortalitatis laqueis etiam ipsa obligata teneretur? Nihil Abel, nihil Enoch, nihil

a Psalm. XLIII. 22-26. *b* I. Cor. XV. 55. *c* Psalm. XXIII. 7. 8. *d* Dan. VII. 13. 14. *e* Apoc. I. 12-18. *f* Matth. XXVIII. 18-20. *g* Psalm. CIX. 1-4. *h* Gen. II. 5.

1. *Ut regnet, ut teneat*] Alterutrum superfluum videtur. Fortasse melius, *ut regna teneat*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.

Noe, nihil Sem, nihil Abraham, nihil Isaac, nihil Jacob de Dei sibi misericordia ac majestate promitterent: irent etiam ipsi post tantum fidei meritum cum ceteris omnibus pariter addictis, & omnes Dei sanctos unum mortis exitium exciperet: nec haberet apud Deum præmium pietas, si una eademque omnes conditio mortis hauriret. Sed Deus Abrahæ clarius a cæli sideribus promiserat regnum: ideo ex genere Abrahæ descendens Maria virgo Deum concipit, ut supradictorum hominum soboles immortalis societatis vinculo jungeretur; & sic humanum genus per hominem pariter & Deum æquata societatis comparatione conjunctum, ad immortalitatis imperium obedientiæ merito perveniret.

XXVII. Quia itaque, sacratissimi imperatores, curiosis auribus satisfecimus, reliqua prosequamur, ut vel sic pollutarum aurium sordes purificans possit sermo purgare. Sequitur adhuc aliud symbolum, quod pro magno miserorum hominum credulis auribus traditur; Ταῦρος δράκοντος, καὶ δράκων ταύρου πατήρ. Aliquando nobis signa, diabole, maculati nominis prodidisti, aliquando infame nomen propria voce confessus es. Scio qui fueris, quid ausus sis; scio quid fecerit scelerum tuorum malitiosa persuasio. Hoc erat, quod Evæ, quum eam perderes, magnopere pollicebaris, cum ei diceres: [a] *Eritis quasi dii*. Tunc parabas tibi ac tuis templa, & delubra faciebas, & venenati oris illuviem nefariis cærimoniis consecrabas. Serpis in templis, & occisarum hostiarum misero pasceris sanguine. Nec venenis tuis cruor defuit, nec [1] semiustæ crematorum corporum partes, humanarum te etiam victimarum frequenter sanguine cruentasti. Et [2] satiaris templi cruore, vel ara Carthaginis rabies tua & siccarum faucium venena nutrita sunt. Tu hæc faciens hominibus te miseris prodesse jactas, ut crudelitate tua perimas, persuasione decipias, pollicitatione prosternas. Sic tuis prospicis parricida. Fugite o miseri homines, fugite, & contagionem istam quantacumque potestis celeritate deserite. Draco est, qui colitur. Latere non potest; proprietatem nominis sui ipse confessus est. Confessum reum pœna consequitur. Audite quid sanctus propheta divina instigatione denuntiet. Oraculum hoc Esaiæ nobis fides tradidit; ait enim: [b] ***In illa die superinducet Deus gladium sanctum & magnum, & fortem super draconem, serpentem magnum & tortuosum, & interficiet draconem***. Voluntas Dei, perfectio operis [3] substantia est. Bene draconis lata sententia est: quidquid Deus dixit, factum est: morituri draconis hoc solatium est, ut exitium suum frequens perditorum turba comitetur. Si mortis ejus dies quæritur, tunc percussus est, cum hominem Deum vidit, cumque nobis Christi numen apparuit. Post illum diem, qui serpentis hujus secutus fuerit institutum, necesse est ut cum serpente moriatur. Deos istos quos colitis, ipse finxit, ipse composuit. Si pertinaces animi vestri in isto errore permanserint, ardebitis etiam vos pariter cum diis vestris; ut quidquid auctores vestri divina animadversione meruerunt, etiam ad vestrum exitium hoc societatis consortio transferatur. Mihi credite, nihil prætermisit diabolus, quod hominem miserum aut debilitaret aut perderet: ideo se se in omnes formas multiplici diversitate convertit; ideo se diversi generis calliditate composuit, ut variis ac multiplicibus fraudibus homines irretitos interimeret.

XXVIII. Sacra sua perditus carnifex, pro nefas, per lignum semper renovari disposuit: ut quia sciebat ita fore, ut ligno crucis affixa vita hominis perpetuæ immortalitatis compagine stringeretur, ideo perituros homines ex ligni imitatione deciperet. In sacris Phrygiis, quæ matris Deum dicunt, per annos singulos arbor pinea cæditur. In Isiacis sacris de pinea arbore cæditur truncus: hujus trunci media pars subtiliter excavatur: illis [4] de segminibus factum idolum Osiridis sepelitur. In Proserpinæ sacris cæsa arbor in effigiem virginis formamque componitur; & cum intra civitatem fuerit illata, quadraginta noctibus plangitur, quadragesima vero nocte comburitur. Sed & illa alia ligna quæ dixi, similis flamma consumit; nam etiam post annum ipsorum lignorum rogum flamma depascitur. Errasti miser, & vehementer errasti: nihil tibi poterit ignis iste prodesse: frustra tibi ex ista flamma blandiris, hunc ignem commentis tuis semper renovans. Ignis qui de facinoribus tuis exigit pœnas, perpetua tormentorum continuatione grassatur. Divini ac liberantis ligni ordinem disce, ut scias nulla tibi posse ratione succurri. De cataclysmo [c] humanum genus arca lignea liberavit. Deinde [d] Abraham ligna unici filii humeris imponit. De Ægypto, recedentem populum [e] Dei plebem, lignea virga protexit. Lignum [f] dulcem saporem amaræ myrrhæ fontibus reddidit. Lignea virga [g] ex spirituali petra salutaris unda profertur. Et, ut Amalech vinceretur, [h] circa virgam Moyses expansis manibus extenditur. [i] Scalæ ligneæ patriarcha incumbentem angelum somniat, & per eamdem alios ascendere, alios cernit descendere. Et [k] lex Dei arcæ ligneæ creditur, ut his omnibus, quasi per gradus quosdam, ad lignum crucis salus hominum perveniret. Quapropter lignum crucis cæli sustinet machinam, terræ fundamenta corroborat, affixos sibi homines ducit ad vitam. Lignum diaboli ardet semper & moritur, & ad ima tartari credentes homines cum favillis suis ducit. Illud etiam quale sit, ratione tractetur. Arborem suam diabolus consecrans, intempesta nocte arietem in cæsæ arboris facit radicibus immolari. Quis tibi hoc scelerate persuasit? unde hoc pestifera cupiditate didicisti? Semper ne te contra Dominum summum nefaria cupiditate componis? Ideo te de cælo severum divinitatis judicium caduca humilitate præcipitat; ideo tibi Dei sententia perpetua pœna decernitur, quod facinoribus tuis per dies singulos novum semper additur facinus, quod hominem Dei fraudulenta conaris persuasione decipere. Vide quid sibi ludibriosus hostis invenerit. Abrahæ [l] immolaturo filium jussu Dei aries supponitur, & in vicinæ arboris radicibus alligatur. Liberaturus Deus summus [m] ex Ægyptiorum tyrannide plebem suam, arietem nocte jussit occidi, & sanguine ejus postes liniri præcepit. Ipsum a certo numero hominum per nocturnas epulas confici jubet, & sacrificio ipsi Paschæ nomen imponit. Sed hoc ad imaginem futurorum providentia divinæ majestatis invenit; ut

a Gen. III. 5. b Isa. XXVII. 1. c Gen. VII. d Gen. XXII. e Exod. XIV. f Exod. XV. g Exod. XVII. h Ibid. i Gen. XXVIII. k Exod. XL. l Gen. XXII. m Exod. XII.

1. *Semiustæ*] Olim inepte, *se injusto*.
2. *Satiaris templi cruore*] Omnino emendandum censeo: *Latiaris templi cruore*.
3. *Substantia*] Forte *sub instantia*.
4. *De segminibus*] Antea male, *de feminibus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.

per signum, verum Pascha nobis ostenderet. Ideo cum de passione Domini nostri divino Spiritu jubente propheta præcaneret, ait: [a] *Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ei sublatum est. Nativitatem ejus quis enarravit? quoniam auferetur a terra vita ejus.* Alius etiam propheta hæc eadem simili respondit oraculo: [b] *Domine significa mihi, & cognoscam; tunc vidi meditationes eorum. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam. In me cogitaverunt cogitatum dicentes: Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus a terra vitam ejus.* Agnum autem appellari Dominum nostrum sancta nobis revelatione monstratur. In Apocalypsi enim ita invenimus esse perscriptum: [c] *Et vidi in medio throni & quatuor animalium & in medio seniorum agnum stantem, quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi per orbem terræ. Et venit & accepit librum de dextra sedentis in throno. Et cum accepisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores prostraverunt se ante agnum, habentes singuli aureas cytharas plenas odoramentis supplicationum, quæ erant orationes sanctorum, & cantaverunt novum canticum dicentes: Dignus es accipere librum, & aperire signa ejus; quoniam occisus es, & redemisti nos Deo sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione; & nos regnum Deo nostro sacerdotesque fecisti, & regnabimus super terram.* Joannes quoque filium Dei agni nomine appellat, ut & ipse propheticæ pollicitationi respondeat; ait enim in Evangelio: [d] *Altero die videt Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi.* Pro salute hominum agni istius venerandus sanguis effunditur, ut sanctos suos filius Dei profusione pretiosi sanguinis redimat: ut qui Christi sanguine liberantur, majestate prius immortali sanguinis consecrentur. Neminem apud idola profusus sanguis juverit. Et ne cruor pecudum miseros homines aut decipiat aut perdat, polluit sanguis iste, non redimit, & per varios casus homines premit in mortem. Miseri sunt, qui profusione sacrilegi sanguinis cruentantur. [1] Tauribolium vel Oriobolium scelerata te sanguinis labe perfundit. Laventur itaque sordes istæ, quas colligis. Quære fontes ingenuos, quære puros liquores, ut illic te post multas maculas cum Spiritu sancto Christi sanguis incandidet.

XXIX. Ut autem miseros homines ad sanam mentem revocet plena persuasio, majore auctoritate opus est, ut curatis ac sanatis mentibus, nullum præcedentis pestilentiæ vestigium relinquatur. Quid itaque sint idola, vel quam habeant substantiam, prophetarum oraculis ac divina voce monstratum est: quæ omnia specialiter dicenda sunt, ut hoc non nostra temeritate prolatum, sed divino magisterio nobis traditum, & cælesti agnoscatur voce signatum. Quæ sit substantia, ejus Sapientiæ veneranda voce monstratur; ait enim in libris Salomonis: [e] *Omnia idola nationum æstimaverant deos, quibus neque oculorum visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum. Sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, finxit illos. Nemo autem sibi hominum poterit deum formare: cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem his quos colit; quoniam quidem ipse vixit, illi numquam.* Quid amplius quærimus? Sapientia nos divina voce convenit, & quidquid in arcanis Dei viderat docuit, & quod erat salubre monstravit, ne fragilis & caduca mortalitas in exitium suum mortemque properaret. Hoc idem in Psalmis præmonet Spiritus sanctus. Invenimus enim in Psalmo CXIII. ita esse perscriptum: [f] *Idola gentium, argentum & aurum, opus manuum hominum. Os habent & non loquuntur, oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt. Neque enim est spiritus in ore ipsorum; similes sunt illis qui faciunt ea.* Si artifex, qui ad ostentationem ingenii simulacrum aut sculpsit aut fudit, divina maledicti animadversione percutitur; quid sperare debeat considerandum est, qui, quod alter vendidit, deum dicit. Jeremias etiam cum præcepta Deo jubente plebi daret, hac populum oratione convenit: [g] *Dicite autem in corde vestro: Te oportet adorare, Domine. Angelus autem meus vobiscum est; legem autem exquiram ab animabus vestris. Lingua eorum polita fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata, falsa sunt, & non possunt loqui: Et sicut virgini, hortatu amantis accepto auro fabricati sunt coronas supra capita deorum suorum. Est autem, quando subtrahent sacerdotes a diis suis aurum & argentum, & erogabunt illud in semet ipsos. Dabunt etiam ex ipso & prostitutis meretricibus, ornabuntque illos ut homines vestimentis, deos argenteos & aureos & ligneos.* Addit etiam in sequentibus, ut omnem dubitationem trepidationis excutiat: [h] *Supra corpus ejus & caput volitant noctuæ & hirundines & aves similiter. Unde scietis quia non sunt dii. Non ergo timueritis eos. Aurum est, quod circa se habent ad speciem: nisi aliquis extorserit æruginem, non fulgebit. Neque enim cum conflabantur sentiebant: pretio emti sunt in quibus spiritus non est: sine pedibus in humeris portantur.* Addit etiam ut confirmata mens fortius roboretur: [i] *Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timueritis eos.* Et ut sacerdotum eorum miserum dedecus monstret, addit: [k] *In domibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbas rasas, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in gebenna mortui.* Quod autem & reges & gentes hæc de ipsis pronuntiaturi sunt, is idem propheta præsaga voce significat; ait enim: [l] *Scietur postea, quia falsa sunt, gentibus universis & regibus: quia manifestum est, quod non sunt dii, & nullum Dei opus sit in ipsis. Regem regioni non suscitabunt, neque pluviam hominibus dabunt. Judicium quoque non discernent, neque regionem liberabunt ab injuria, quia nihil possunt. Et cum inciderit in domo deorum ligneorum & inauratorum & inargentatorum ignis, sacerdotes illorum liberabuntur: ipsi autem sicut trabes in medio comburentur. Regi autem & bello non resistent: quomodo existimandum est vel recipiendum, quia sunt dii? Neque a furibus, neque a latronibus se liberabunt dii lignei & aurati & inargentati, quibus hi qui fortes sunt, aurum & argentum quo operti sunt, aufe-*

a Isa. LIII. 7. 8. *b* Jer. XI. 18. 19. *c* Apoc. V. 6-10. *d* Joan. I. 29. *e* Sap. XV. 15-17. *f* Psal. CXIII. 4-8. *g* Baruch. VI. 5-10. *h* Ibid. ℣℣. 20-25. *i* Ibid. ℣. 28. *k* Ibid. ℣℣. 30. 31. *l* Ibid. ℣℣. 50-57.

1. *Tauribolium vel Oriobolium*] Rescribe *Taurobolium vel Criobolium*.

rent illis. Tollite, tollite ſecuri, ſacratiſſimi imperatores, ornamenta templorum. Deos iſtos aut monetæ ignis, aut metallorum coquat flamma. Donaria univerſa ad utilitatem veſtram dominiumque transferte. Poſt excidia templorum in majus Dei eſtis virtute provecti: viciſtis hoſtes, propagaſtis imperium; &, ut virtutibus veſtris gloria major accederet, mutato ac contemto temporum ordine, Hieme (quod nec factum eſt aliquando, nec fiet) tumentes ac ſævientes undas calcaſtis oceani ſub remis veſtris. Incogniti jam nobis pæne maris unda contremuit, & inſperatam imperatoris faciem Britannus expavit. Quid amplius vultis? Virtutibus veſtris victa elementa ceſſerunt.

XXX. Quod autem Deus jubeat idola non fieri, ſacroſanctæ legis ſcripta declarant. In Exodo enim ſic invenimus eſſe perſcriptum: [a] *Non facietis vobis deos argenteos, neque deos aureos*. Et rurſus in eodem libro, vocem Dei jubentis invenio: [b] *Non facies idolum, nec cujuſquam ſimilitudinem*. Pudorem miſeris indicit Spiritus ſanctus, quia cupit errantes revocare, non perdere. Et ait per Eſaiam: [c] *Confundemini confuſione, qui fiditis ſuper ſculptilia, qui dicitis fuſilibus: vos eſtis dii noſtri*. Dat etiam legem quam conſecratus populus devota perpetuitate cuſtodiat, & ita mandat: [d] *Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies*. Et in Deuteronomio ſimilia Dei mandata noſcuntur; ait enim: [e] *Non erunt tibi dii alii abſque me*. Addit etiam, ut animis eorum majeſtatis ſuæ pondus inſinuet: [f] *Videte, videte quia ego ſum, & non eſt Deus præter me. Ego interimam & vivere faciam, percutiam & ego ſanabo; & non eſt, qui eripiat de manibus meis*. In Apocalypſi etiam hoc idem ſancta revelatione monſtratur; ita enim ſcriptum eſt: [g] *Et vidi alium angelum volantem medio cælo, habentem Evangelium æternum, ut annuntiaret ſuper terram per omnes nationes & tribus & linguas & populos dicentem voce magna: Metuite potius Dominum, & date illi claritatem: quoniam venit hora judicii ejus, & adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt*. Dominus quoque noſter Jeſus Chriſtus paterna legis inſtituta cuſtodiens, hoc idem veneranda conſtitutione promulgat; ait enim: [h] *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt: & diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua: hoc primum eſt; & ſecundum ſimile huic: Diliges proximum tibi tamquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet, & prophetæ*. Sequitur autem hoc divinum venerandumque præceptum immortalis Domini ac ſancta concluſio; addit enim, ut manifeſtius viam ſalutis oſtendat, & ita loquitur: [i] *Hæc eſt autem vita æterna, ut agnoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*. Sacrorum mandatorum ordinem ſcitis: quid ſequi, quid fugere debeatis, veneranda atque immortali voce didiciſtis. Audite rurſus, quod maneat contemnentes exitium, quibus illos calamitatibus neceſſitas venerandæ legis adſtrinxerit: clauſula enim venerandorum mandatorum in hæc verba colligit: [k] *Sacrificans diis eradicabitur, præter Domino ſoli*. Si ſolum ſacrilegum hominem metuenda pœna percuteret: ſi peccanti ſoli minaretur ſeveritas legis, bene ſe ad ſacrilegium obſtinati furoris temeritate firmaret: nunc

A etiam ſtirpi minatur & ſoboli; & hoc agit ne qua pars nequiſſimi ſeminis relinquatur, ne quod profani generis veſtigium maneat. *Sacrificans*, inquit, *diis eradicabitur*. Conſidera quid agas, miſera ac luctuoſa perſuaſio. Facinus tuum plurimos perdit, & per omnem ſubſtantiam generis tui fecunda pœna dividitur. Cur autem contra ſacrificantes ſic ſæviat, ordinatæ legis auctoritas in Deuteronomio manifeſta ſignificatione monſtratur: ita enim invenimus eſſe perſcriptum: [l] *Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo*. Ad contaminatos ac pollutos te ſpiritus ne transferas; ab inferioribus ne ſperes auxilium: ne his ſupplices, quibus Dei gratia jam imperare debes. Ecce dæmon eſt quem colis: cum B Dei & Chriſti ejus nomen audierit, contremiſcit; & ut interrogantibus nobis reſpondeat trepidantia verba, vix ſe colligit: adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, & ſtatim de commiſſis ſceleribus confitetur. Ne hunc colas, ne huic ſupplices, ne proſtratus huic flectas genua, interdicto venerandæ legis juberis. Hinc ſeveritatis pœna, hinc animadverſionis metu metuenda ſententia. Quid Dei indulgentia libertate conceſſa, jugum eligis ſervitutis? Non deſinit Deus ſummus crimen hoc ſalutari voce pulſare; ſed miſericordia ejus errantes homines corrigere frequenti comminatione feſtinat. Audi per Eſaiam prophetam vox divina quid dicat: [m] *Adoraverunt deos quos fecerunt digiti eorum, & curvatus eſt homo, & humiliatus eſt vir; & non laxabo illis*. C Et jam vos, o profani homines, iratum numen alloquitur, & adhuc errores veſtros ſacra convenit voce; ait enim in ſequentibus per eumdem prophetam: [n] *Illis fudiſtis libamina, & illis impoſuiſtis ſacrificia. Super hæc non indignabor, dicit Dominus?* Adhuc indignationem ſuam ſalutaris Deus dilatat, ſeveritatem ſuſpendit, ſi vos forſitan peccare pœniteat, ut ſacrilegæ voluntatis exitium aliquo genere relinquatis. Ecce in ipſo indignationis impetu moderata rurſus voce perſuadet, & irarum ſuarum comprimit ſtimulos; ait enim per Hieremiam prophetam: [o] *Nolite ambulare poſt deos alienos, ut ſerviatis eis; & ne adoraveritis, ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum ad diſperdendos vos*. D Quid heic ad ſacrilegium pronus aures tuas obſtruis? quid heic obſtinati furoris ardore in exitium mortemque feſtinas? Liberum te Deus fecit: in tua manu eſt, ut aut vivas, aut pereas. Quid te per abrupta præcipitas? in lubrico itinere conſtitutus, & in ipſo lapſu potius, titubantia aliquando ſuſpende veſtigia. Ecce ſententia depromitur, ecce pœna decernitur: diu criminibus tuis pepercit divina moderatio, diu facinus tuum cum diſſimulatione reſpexit: pervenis ad illud anceps, ubi ſpes, ubi vota deficiunt. Et ut manifeſtius inſtruaris, animadverſionis exitium diſce. Super hac re in Apocalypſi totus ordo reſponſi E eſt; ita enim ſcriptum eſt: [p] *Si quis adorat beſtiam & imaginem ejus, & accipit vota in fronte ſua & in manu, bibet & ipſe de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ejus. Et puniet igne & ſulphure ſub oculis Agni: & fumus de tormentis eorum in ſæcula ſæculorum aſcendet. Nec habebunt requiem die ac nocte, quicumque adorant beſtiam & imaginem ejus*.

XXXI. Sed & vobis, ſacratiſſimi imperatores, ad vindicandum & puniendum hoc malum neceſſitas imperatur: & hoc vobis Dei ſummi lege præ-

a Exod. xx. 23. b Ibid. v. 4. c Iſa. xlii. 17. d Deut. vi. 13. e Ibid. V. 7. f Ibid. xxxii. 39.
g Apoc. xiv. 6. 7. h Marc. xii. 29-31. i Joan. xvii. 3. k Exod. xxii. 20. l Deut. xxxii. 17
m Iſa. II. 8. 9. n Iſa. lvii. 6. o Jer. xxv. 6. p Apoc. xiv. 9-11.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 344.

cipitur, ut severitas vestra idololatriæ facinus omnifariam persequatur. Audite & commendate sanctis sensibus vestris, quid de isto facinore Deus jubeat. In Deuteronomio lex ista præscripta est, ait enim: [a] *Quod si rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut uxor tua quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus qui est æqualis animæ tuæ, latenter dicens: Eamus & serviamus aliis diis gentium; non consenties ei, & non exaudies eum, & non parcet oculus tuus super eum, & non celabis; annuntians annuntiabis de illo. Manus tua erit super eum in primis interficere eum, & manus omnis populi deinceps. Lapidabunt eum, & morietur; quoniam quæsivit avertere te a Domino tuo.* Nec filio jubet parci, nec fratri, & per amatam conjugem gladium vindicem ducit. Amicum quoque sublimi severitate persequitur, & ad discerpenda sacrilegorum corpora omnis populus armatur. Integris etiam civitatibus, si in isto fuerint facinore deprehensæ, decernuntur excidia: & ut hoc providentia vestra manifestius discat, constitutæ legis sententiam proferam. In eodem libro integris civitatibus pœnam Dominus hac voce constituit; ait enim: [b] *Aut si audieris in una ex civitatibus quas Dominus Deus tuus dat tibi, inhabitare illic dicentes: Eamus & serviamus diis aliis, quos non nostis: interficiens necabis omnes qui sunt in civitate, cæde gladii, & incendes civitatem igni; & erit sine habitatore. Non ædificabitur in æternum. Et avertetur Dominus ab indignatione iræ* A *suæ, & dabit tibi misericordiam, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & observaveris præcepta ejus.* Misericordiæ suæ vobis, sacratissimi imperatores, Deus summus præmia pollicetur, & amplificationis maximæ augmenta decernit. Facite itaque quod jubet, complete quod præcipit. Auspicia vestra majoribus cumulata sunt donis: initio fidei positæ divini favoris incrementa sensistis. Numquam vos manus Dei veneranda deseruit, numquam vobis laborantibus denegavit auxilium. Strati sunt adversantium cunei, & rebellantia ante conspectum vestrum semper arma ceciderunt. Missi sunt superbi sub jugum populi, & Persica vota collapsa sunt. B Nec stare diu contra vos poterit malis suis armata crudelitas. Dei virtutem utrique diverso sensistis eventu. Vobis cælestis victoriæ corona collata, & felicitate vestra nostra relevantur incommoda. Hæc vobis Deus summus, sacratissimi imperatores, pro fide vestra reddidit præmia. His vos interim remuneratos insignibus ad arcana venerandæ legis invitat. Pura mente, devota conscientia, incorrupto animo clementia vestra cælum semper aspiciat, a Deo semper exspectet auxilium, Christi venerandum numen imploret, & pro salute orbis terrarum ac vestra, salutari Deo spirituales offerat victimas. Sic vobis feliciter cuncta provenient, victoriæ, opulentia, pax, copia, sanitas & triumphi; ut divina majestate protecti, orbem terræ felici gubernetis imperio.

a Deut. XIII. 6-10. b Ibid. ℣℣. 12-18.

INDEX CAPITUM
OPERIS
JULII FIRMICI MATERNI V. C.
De errore profanarum religionum.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
345.



S. ORSIESII
ABBATIS TABENNENSIS
DOCTRINA
DE INSTITUTIONE MONACHORUM.

I. Audi Israel mandata vitæ; auribus percipe, & intellige prudentiam. [a] *Quid est Israel quod in terra inimicorum es? inveterasti in terra aliena: commaculatus es cum mortuis: comparatus es cum his qui in inferno sunt, & dereliquisti fontem sapientiæ. Per viam Dei si ambulasses, forsitan habitaveris in pace. Disce ergo*, ait, *ubi est prudentia tua, ubi est fortitudo gloriæ atque virtutis, ubi est intelligentia, ubi est lux oculorum & pax. Quis invenit locum ejus, & quis ingressus est ad thesauros illius?* Hæc loquebatur Baruch propter eos qui in terram Babylonis & inimicorum suorum ducti sunt in captivitatem, quia noluerunt prophetarum suscipere mandata, & obliti sunt legis Dei quæ data est per Moysen. Idcirco induxit Deus super eos pœnas atque supplicia, & captivitatis subdidit jugo: erudiens ergo eos ut suos, & quasi pater filios emendans, nolensque perire correctos, sed salvare cupiens per pœnitentiam.

II. Unde & nos Apostolicorum debemus meminisse verborum, qui ait: [b] *Si naturalibus ramis non pepercit, nec nobis parcet*: & Dei præcepta complere negligimus? [c] *Hæc omnia in figuris contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Et illi quidem de urbe Judæ translati sunt ad urbem Chaldæorum, in terris mutantes loca: nos autem si Deus viderit negligentes, in futuro sæculo amittemus civitatem nostram; & lætitiam deserentes, trademur pœnarum captivitati, perdemusque gaudium sempiternum, quod patres nostri & fratres labore instabili repererunt.

III. Igitur non nos vincat oblivio, nec patientiam Dei existimemus ignorantiam, qui idcirco sustentat & differt, ut ad meliora conversi, cruciatibus non tradamur. Quando peccamus, non putemus Deum consentire nostris peccatis, quia non statim vindicat: sed illud cogitemus, quod cito exeuntes de sæculo separabimur in futuro a patribus & fratribus nostris, qui locum victoriæ possident. Quem & nos habebimus, si illorum voluerimus calcare vestigia, & illud attendere, quod Apostolus Paullus heic quoque sanctos a peccatoribus separat, & tradit delinquentes [d] *in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat*. Beatus homo qui timet Dominum, & quem corripit ut emendetur; & legem suam docet eum, ut ambulet in mandatis ejus omnibus diebus vitæ suæ; qui non murmurat pro peccato suo.

IV. Itaque & nos scrutemur vias nostras, & gressus proprios dijudicemus; revertamurque ad Dominum, & levemus cum manibus nostris corda nostra in excelsum, & in cælum: ut in die judicii adjutor noster sit, & non confundamur cum loquemur inimicis nostris in porta, sed magis digni simus illud audire: [e] *Aperite portas, ut ingrediatur populus, qui custodit justitiam & veritatem.* Cui veritas cordi est, & qui possidet pacem, dicere potest, quia in te speravimus Domine in æternum. Recordemur Domini, & Hierusalem ascendat super cor nostrum. Ne obliviscamur illius hominis, de quo scriptum est: [f] *Benedictus homo qui confidit in Domino, cujus est spes in eo: erit quasi lignum fructiferum juxta aquas, & ad humorem mittit radices suas: non timebit cum æstus advenerit, habebitque frondentes ramos, & in tempore siccitatis virebit, poma solicita germinans. Grave cor in omnibus, & homo est, & quis cognoscit eum? Ego Dominus scrutans corda & renes, ut reddam unicuique secundum vias suas.*

V. Meminerimus nostri, nec contemnamus delicta quæ fecimus: & singula mandata patris nostri, & eorum qui nos docuerunt, corde solicito pertractemus: non solum credentes in Christo, sed & pro ipso patientes, & scientes illud mysterium de quo dicitur: [g] *Spiritus vultus nostri, Christus Dominus*. Et alibi: [h] *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis*. Et iterum: [i] *Eloquium Domini vivificavit me*: &, [k] *Lex Domini immaculata, convertens animas. Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos*. Et Apostolus: [l] *Lex*, inquit, *sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum*. Quæ omnia intelligentes, digni erimus audire: [m] *Cum ceciderit justus non allidetur, quia Dominus sustentat manum illius*. Et iterum: [n] *Septies cadet justus, & resurget*.

VI. Nunc ergo fratres, Deo agente patienter & nos ad pœnitentiam provocante, de gravi somno evigilemus, quia adversarius noster [o] *quasi leo rugiens circuit quærens quem devoret*, cui acriter resistendum est, & sciendum eadem etiam certamina nostris evenisse majoribus. Non deficiamus laborantes, jacientesque virtutum semina, ut in futuro gaudia metere possimus, audiamusque Paullum docentem: [p] Tu autem qui servasti doctrinam, eruditionem, studium, patientiam, persecutionem: & sanctorum exempla sectantes permaneamus in eo quod cœpimus, habentes principem & perfectorem Jesum. Intelligamus comam capitis nostri in via, [q] ut sit unguentum in barba nostra, ut ad oram perveniat vestimenti, ut possimus implere universa quæ scripta sunt.

VII. Quapropter o duces & præpositi monasteriorum ac domorum, quibus crediti sunt homines, & apud quos inveniuntur T, sive I, sive E, sive A. ut in commune dicam, quibus crediti sunt homi-

a Bar. III. 10-15. *b* Rom. XI. 21. *c* I. Cor. X. 11. *d* I. Cor. V. 5. *e* Isa. XXVI. 2. *f* Jer. XVII. 7-10. *g* Thren. IV. 20. *h* Psal. CXVIII. 105. *i* Ibid. ℣. 50. *k* Psal. XVIII. 8. *l* Rom. VII. 12. *m* Psal. XXXVI. 24. *n* Prov. XXIV. 16. *o* I. Pet. V. 8. *p* II. Tim. III. 10. *q* Psalm. CXXXII. 2.

nes, finguli cum turmis suis exspectent Salvatoris adventum, ut conspectui illius ornatum armis exercitum præparent. Ne refrigeretis eos in carnalibus, & spiritalia non tribuatis alimenta. Aut rursum doceatis spiritalia, & in carnalibus affligatis, in escis videlicet atque vestitu. Sed & spiritales & carnales cibos pariter tribuite, & nullam detis eis occasionem negligentiæ. Aut quæ est ista justitia, ut fratres labore affligamus, & ipsi otio vacemus? aut eis jugum imponamus, quod ipsi ferre non possumus. Legimus in Evangelio: [a] *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Unde & laborem & refrigeria cum ipsis habeamus communia, nec discipulos servos putemus, & illorum tribulatio sit nostra lætitia; ne Evangelicus nos cum Pharisæis corripiat: [b] *Væ vobis legis peritis, qui ligatis onera importabilia, & imponitis ea super humeros hominum, & ipsi ne digito quidem audetis attingere.*

VIII. Sunt aliqui attendentes semet ipsos, ut viventes juxta mandatum Dei sibi loquuntur, & dicunt: Quid mihi est cum aliis? Ego vero ut serviam Deo, & mandata ejus impleam; non ad me pertinet quid alii faciant. Hoc Ezechiel corripit dicens: [c] *O pastores Israel, numquid semet ipsos pascunt pastores? nonne oves pascunt? Ecce lac comedistis, & lanis operimini: quod pingue est immolastis: & quod infirmum non confortastis: quod fractum est non ligastis: quod errabat non reduxistis: quod perierat non quæsistis: quod forte erat fecistis labore deficere, & dispersistis oves meas, eo quod non haberent pastores.* Propterea ipse Dominus veniet cum senioribus & principibus suis, & complebitur illud in nobis: [d] *Exactores vestri deprædantur vos, & qui repetunt, errare vos faciunt.* Quin magis audire debemus: [e] *Beata terra, cujus rex filius: ingenui & principes tui in tempore comedunt in fortitudine, & non confundentur.*

IX. Ideo o homo usque ad unam animam quæ tibi credita est, monere non cesses & docere quæ sancta sunt, & te ipsum bonorum operum præbere exemplum, & cavere quam maxime, ne alterum ames & alterum oderis; sed & cunctis exhibeas æqualitatem; ne forte quem tu diligis, Deus oderit; & quem tu oderis, Deus diligat. Nulli erranti pro amicitia consentias, & alterum premas, & alterum subleves, & pereat labor tuus. Sedentes in locis humilioribus in quibus pater noster præcipit penitus non sedendum, caveant præpositi domorum, ne forsitan quilibet unus ex fratribus præposito injuriam fecerit, & iratus ille discernat, ac dicat: Quid caussæ habeo ad hominem contemtorem? Faciat quod vult, ad me non pertinet; nec eum moneo, nec errantem corrigo: sive salvetur, sive pereat, ad me non pertinet. O homo quid hæc loqueris? intellige quo furore supereris; & odium occupavit cor tuum, ut magis tuo vitio quam suo peccato frater pereat; cui debes ignoscere & eum suscipere pœnitentem, ut possis illud evangelicum dicere: [f] *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Si ergo vis ut Deus peccata tua tibi dimittat; & tu dimitte fratri tuo quidquid illud est quod in te peccavit, memor illius præcepti: [g] *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.* Et Salomonis monentis: [h] *Suscita civem tuum pro quo spopondisti.* Et iterum: [i] *Ne cesses erudire parvulum, si enim virga percusseris eum, non morietur.* Moysen quoque ausculta dicentem: [k] *Correptione corripies proximum tuum, ne habeas peccatum pro eo.* Ne eveniat rursum illud Salomonis: [l] *Qui non prædicit filio, ut se custodiat a perditionibus, velociter dissolvetur.*


X. Omnes quibus fratrum cura commissa est, parent se adventui Salvatoris & formidoloso tribunali ejus. Si enim pro se ipso reddere rationem, plenum est discriminis ac timoris; & quanto magis pro alterius culpa subire cruciatum, & incidere in manus Dei viventis? Nec possumus obtendere ignorantiam, cum scriptum sit: [m] *Omne factum Deus adducet in judicio, in omnibus quæ neglecta sunt, sive bonum, sive malum.* Et in Apostolo legimus: [n] *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut unusquisque recipiat pro eo quod operatus est, sive bonum, sive malum.* Esaias quoque diem constitutam significat, in qua judicaturus sit Deus orbem terræ in justitia, dicens: [o] *Ecce dies Domini insanabilis venit furoris & iræ, ut ponat orbem terræ in deserto, & perdat peccatores de eo.* Scimus quia omnia quæ in lege scripta sunt, & prophetarum nobis vaticinia prædixerunt: sanctus quoque pater noster erudivit, nos esse retinendos, & reddituros rationem de singulis, quare non fecerimus ea, aut negligentius fecerimus. Loquitur enim cui traditum est a Patre omne judicium, & veritas erudit veritatem: [p] *Non putetis quia ego accuso vos ad Patrem: est qui vos accuset Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit.*

XI. Ex quibus omnibus discimus, quod oporteat nos stare ante tribunal Christi, & de singulis non solum operibus, sed & cogitationibus judicari: & post rationem vitæ nostræ, etiam pro aliis qui nobis crediti sint, reddituros esse similiter rationem. Et hoc non solum de præpositis domorum audiendum est, sed & de monasteriorum principibus, & de singulis fratribus qui reputantur in plebem: [q] quia omnes invicem debent sua onera portare, ut adimpleant legem Christi, & audiant Apostolum scribentem ad Timotheum: [r] *O Timothee depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, & professionem falsi nominis scientiæ.* Et nos habemus depositum a Deo traditum, conversatione fratrum, pro quibus laborantes & exspectamus futura præmia: ne forsitan dicatur & nobis: [f] *Dimitte populum istum, ut abeat.* Et traditiones patris nostri deferentibus ingeratur: [t] *Qui habent legem non noverunt me, pastores egerunt impie in me.* Unde alios corripit dicens: [u] *Ego dedi hereditatem meam in manu tua, tu autem non dedisti ullam misericordiam: senes aggravasti jugo.* Quod & nos non solum audire, verum etiam intelligere necesse est: [x] *qui enim ignorat, ignorabitur.* Et in alio loco scriptum est: [y] *Quia tu scientiam meam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.*

XII. Itaque fratres carissimi, qui cœnobiorum

a Matth. VII. 2. *b* Matth. XXIII. 4. *c* Ezech. XXXIV. 2-5. *d* Isa. III. 12. *e* Eccle. X. 17. *f* Matth. VI. 12.
g Lev. XIX. 17. *h* Prov. VI. 1. 6. *i* Prov. XXIII. 13. *k* Lev. XIX. 17. *l* Prov. XIX. 18. *m* Eccle. XII. 14.
n II. Cor. V. 10. *o* Isa. XIII. 9. *p* Joan. IV. 45-46. *q* Gal. VI. 5. *r* 1. Tim. VI. 20. *f* Exod. V. 1. *t* Jer. II. 8.
u Isa. XLVII. 6. *x* 1. Cor. XIV. 38. *y* Osee IV. 6.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 345.



vitam & præcepta ſectamini, ſtate in arrepto ſemel propoſito, & implete opus Dei: ut pater qui primus inſtituit cœnobia, gaudens pro nobis loquatur ad Dominum; ſicut tradidi eis, ſic vivunt. Quod idem & Apoſtolus adhuc in corpore conſtitutus loquebatur: [a] *Laudo autem vos, quod in omnibus meminiſtis mei; & ſicut tradidi vobis, traditiones meas cuſtodiſtis.*

XIII. Et vos ergo monaſteriorum principes, eſtote ſoliciti, & adhibete omnem curam pro fratribus cum timore & juſtitia Dei: nec abutamini poteſtate in ſupplicia, ſed exemplum præbete vos cunctis & ſubdito gregi; ſicut & Dominus noſter in omnibus exemplum ſe præbuit, qui poſuit quaſi oves familias: ut misereamini gregi vobis credito, & memineritis Apoſtolicæ ſententiæ, in qua ait: [b] *Nihil ſubtraxi, ut non annuntiarem vobis omnem voluntatem Dei.* Et iterum: *Non ceſſavi deprecando unumquemque veſtrum, & docendo vos publice.* Videte quanta viſcera, & quanta miſericordia fuerint in homine Dei, qui non ſolum ſolicitus eſt pro omnibus Eccleſiis, ſed languet cum languentibus, & omnium ſuſtinet paſſiones. Caveamus, ne per noſtram negligentiam aliquis ſcandalizetur & corruat, & oblivifcamur verborum Domini Salvatoris, qui in Evangelio loquitur: [c] *Pater, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Nullam animam contemnamus, ne quiſque per noſtram duritiem pereat. Si enim aliquis propter nos fuerit mortuus, anima noſtra pro illius anima tenebitur in reatu. Quod quidem & pater noſter indeſinenter nobis ſolebat inculcare, & monebat, ne illud eloquium impleretur in nobis: *Singuli opprimunt proximum ſuum.* Et iterum: [d] *Si invicem mordetis & devoratis, videte ne ad invicem conſumamini.* Ex quo apparet, quod qui alterius ſervat animam, cuſtos animæ ſuæ ſit.

XIV. Sed & vos qui ſecundi eſtis monaſterii, primos vos exhibete virtutibus, ne quis vitio veſtro pereat. Ne incurratis in illud opprobrium in quod incurrit ille, qui comedit & bibit cum ebriis, & non dedit in tempore ſuo conſervis cibaria: [e] *Et veniet Dominus in die qua non ſperat, & in hora qua neſcit, ut dividat eum, & ponat partem ejus cum hypocritis, ubi fletus & ſtridor eſt dentium.* Ne quos apprehendat e vobis ſimilis condemnatio; ſed cum tempora venerint refrigerii, mereamur audire: [f] *Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper modicum fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.*

XV. Vos quoque præpoſiti domorum ſingularum, [g] parati eſtote ad reſpondendum omnibus, qui a vobis exigunt rationem ſuper ea fide quæ in vobis eſt. Monete eos qui inordinati ſunt; conſolamini puſillanimes; ſuſtinete infirmos; patienter agite ad omnes, & audite Apoſtolum monentem: [h] *Et vos patres nolite ad iram provocare filios veſtros, ſed enutrite illos in diſciplina, & admonitione Domini:* & ſcitote, quia [i] *cui plus datum eſt, plus quæretur ab eo; & cui plus creditum eſt, amplius exigetur.* Nec tantum ea conſideretis quæ vobis proſint, ſed illa quæ proximis; & impleatur in vobis ſcriptura dicens: [k] *Quia vos ſequimini unuſquiſque utilitatem domus ſuæ; idcirco continebit cælum rorem ſuum, & terra non dabit* A *fructus ſuos, quoniam ingravaſtis contra me ſermones veſtros.* Dicitur & alibi: [l] *Quia non feciſtis uni ex minimis meis, nec mihi feciſtis.*

XVI. Sæpius dicam, & eadem repetam: Cavete ne alios diligatis, alios oderitis: ne hunc ſuſtentetis, & illum negligatis, & caſſus inveniatur labor veſter, & omnis ſudor pereat: & quando exieritis de corpore, & de mundi hujus turbine liberati, portum vos putaveritis quietis intrare; tunc inveniatis injuſtitiæ naufragia, & in qua menſura menſi eſtis, remetiatur vobis ab eo, qui perſonas in judicio non accipit. Si quid mortale aut aliquid turpitudinis ob negligentiam præpoſitorum B in domibus commiſſum fuerit; poſt illorum propria ſupplicia, præpoſitus quoque reus tenebitur criminis: quod nobis ſemper ſanctæ memoriæ pater noſter ſolebat ingerere.

XVII. Quamobrem cum omni cautione & ſolicitudine ſinguli commiſſum ſibi gregem cuſtodiant, & imitentur paſtores de Evangelio [m], ad quos non dormientes, ſed vigilantes venit Angelus Dei, & Salvatoris eis annuntiavit adventum. Qui & ipſe loquitur: [n] *Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ovibus ſuis: qui autem mercenarius eſt, & non eſt paſtor, cujus non ſunt oves, videt lupum venientem, & dimittit gregem & fugit, & lupus* C *rapit eum atque devaſtat; quia mercenarius eſt, & non ad eum pertinet de ovibus.* De bonis autem paſtoribus Lucæ ſcribit hiſtoria: [o] *Erant autem paſtores obſervantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et Angelus Domini venit ad eos, & gloria Dei circumfulſit eos, & timuerunt timore magno. Dixitque eis Angelus: Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia eſt hodie vobis natus Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus in civitate David. Et hujus rei ſignum erit vobis: invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepi.* Num illi ſoli eo tempore paſcebant oves, & per deſertum ſequebantur gregem? Sed D quia ſoli erant ſoliciti, & naturalem noctium ſomnum inſidiantium luporum timor ſuperabat; idcirco primi audire meruerunt quod in vicino ſit: at Hieroſolyma dormiens ignorabat. Unde & David dicit: [p] *Ecce non dormiet, qui cuſtodit Iſrael.* Itaque & vos cum tremore & timore vigilate operantes veſtram ſalutem, & ſcientes, quod univerſitatis Dominus per quem omnis caro receptura eſt quidquid operata eſt, poſt reſurrectionem ſolis Apoſtolis apparuit, & dixit Apoſtolorum principi Petro: [q] *Simon Joannis diligis me plus his? Reſpondit ei: Domine tu ſcis, quia ego diligo te. Dicit ei Jeſus: Paſce agnos meos. Dicit ei rurſum ſecundo: Simon Joannis diligis me? Reſpon-* E *dit ei: Etiam Domine tu ſcis, quia diligam te. Dicit ei: Paſce oves meas.* Tertio præcepit ut paſceret oves: & in illo omnibus nobis hoc injunxit officium, ut diligenter paſcamus oves Domini, & in die viſitationis ejus pro labore ac cuſtodia recipiamus quæ nobis in Evangelio promiſit, dicens: [r] *Pater, volo ut ubi ſum ego, & iſti ſint mecum.* Et iterum: [ſ] *Ubi ego ſum, ibi & miniſter meus erit.* Reſpiciamus ad promiſſa; & ad præmia creduli, facilius omnem perferamus laborem, ambulantes ſicut ambulavit ipſe Dominus, qui promiſſor eſt præmiorum.

a 1. Cor. xi. 2. *b* Act. xx. 20. *c* Joan. xviii. 9. *d* Gal. V. 15. *e* Matth. xxiv. 50. 51. *f* Matth. xxv. 21. 23. *g* I. Pet. III. 15. *h* Epheſ. vi. 4. *i* Luc. xii. 48. *k* Agg. I. 9. 10. *l* Matth. xxv. 45. *m* Luc. II. 8. *n* Joan. x. 11-13. *o* Luc. II. 8-12. *p* Pſal. cxx. 4. *q* Joan. xxi. 15. 16. *r* Joan. xvii. 24. *ſ* Joan. xii. 26.

XVIII. Vos quoque qui secundi estis singularum domorum, humilitatem sectamini & modestiam; & singula præcepta majorum vitæ communis normam putate, ut in illis conservandis vestras servetis animas, & similes sitis ei qui ait: [a] *Anima mea in manibus meis semper*. Filius glorificet patrem, & lætamini fructibus vestris: quia absque operibus & fructibus nullus Domini societate lætabitur: ut cum habueritis fructum in Domino, ipso herede & coherede potiamini.

XIX. Sed & vos omnes fratres, qui subjecti estis per ordinem liberæ servitutis, [b] *habetote accinctos lumbos vestros & ardentes lucernas in manibus; similes servorum qui exspectant dominum suum quando revertatur de nuptiis, ut cum venerit & pulsaverit, statim aperiant ei. Beati servi, quos veniens dominus invenerit vigilantes*. Sic & vobis fiet, si longus labor lassitudinem non operetur in vobis: vocabimini ad cæleste convivium, & Angeli ministrabunt vobis. Hæ sunt repromissiones custodientium mandata Dei, & ista præmia futurorum. [c] *Gaudete in Domino; rursum dico, gaudete*. Subjecti patribus cum omni obedientia; sine murmurationibus & cogitationibus variis, simplicitatem animæ ad bona opera perferentes; ut pleni virtutibus & timore Dei, digni efficiamini adoptione Dei. [d] *Arripite scutum fidei, in quo possitis omnes sagittas diaboli ardentes restinguere, & gladium spiritus, quod est verbum Dei*. [e] *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*. Audite Paulum loquentem: [f] *Filii obedite parentibus*, & possidete salutem animarum vestrarum per eos qui vobis præpositi sunt. Et in alio quoque loco scriptum est: [g] *Acquiescite principibus vestris & subjicimini, quia ipsi vigilant pro animabus vestris, rationem reddentes pro vobis*. Et semper illud timete, quod idem Apostolus loquitur: [h] *Templum Dei estis, & Spiritus Domini habitat in vobis. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*. Et iterum: [i] *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemtionis justi judicii*.

XX. Servate pudicitiam corporis vestri, ut sitis [k] *hortus conclusus, fons signatus*. [l] *Qui enim natus ex Deo, non peccat; quoniam semen illius in eo permanet*. Idem Joannes loquitur: [m] *Scribo vobis juvenes, quoniam fortes estis, & sermo Dei in vobis permanet, & vicistis malignum*. Cum & vos viceritis inimicum, Deo vobis præbente auxilium, tunc & ipse dicet: [n] *Eruam eos de inferno, & redimam eos de morte: ubi est mors contentio tua? ubi est mors stimulus tuus?* Si vero mortem devorabimus, superabimus eam, & dicetur nobis: [o] *Mors eis nequaquam dominabitur*: quoniam mors qua peccato mortui semel sumus, in nobis mortua est, & vita qua in Christo vivimus, semper vivimus. [p] Qui enim in carne moritur, justificabitur a peccato. Nequaquam ultra vivamus in desideriis hominum, sed reliquam vitam in voluntate Dei expleamus. Qui timetis Dominum, armate vos castitate, ut audire mereamini: [q] *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu*. Et scitote quod perfectis perfecta tribuantur, & inanibus reddantur inania, juxta sermonem Evangelicum: [r] *Qui habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod videbatur habere auferetur ab eo*. Imitemur virgines sapientes [f], quæ cum sponso thalamum ingredi meruerunt, quæ habebant in vasis suis & lampadibus oleum bonorum operum. Porro stultæ virgines clausam thalami januam repererunt, quia ante nuptias parare sibi oleum noluerunt. [t] *Hæc in figura contingebant illis; scripta sunt enim ad correctionem nostram*; ut evitemus vetera, & servemus præcepta sapientis, qui ait: [u] *Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, lætificabis cor meum, & commemorabunt labia mea sermones tuos*, si tamen recti fuerint. Et iterum: [x] *Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Dei esto tota die; & Dei cultum observa jugiter*.

XXI. Vigilemus attentius, & sciamus, quod magnam nobis Deus præstiterit gratiam per patrem nostrum Pachomium, ut renuntiaremus sæculo; & omnem solicitudinem mundi, & curas rerum sæcularium pro nihilo poneremus. Quæ nobis occasio relicta est, ut habeamus quidquam proprium a funiculo usque ad corrigiam calceamenti; cum habeamus præpositos, qui pro nobis cum timore & tremore soliciti sunt tam in cibo, & vestitu, & corpusculi languore si forte obvenerit; ut in nullo timeamus, & per occasionem carnis animæ emolumenta perdamus? Liberi sumus; jugum de cervicibus nostris mundanæ servitutis abjecimus: cur rursum volumus reverti ad vomitum nostrum, & aliquid habere unde soliciti simus, & quod perdere metuamus? Ad quos usus superfluum palliolum, aut epulæ lautiores, aut melior lectus; cum omnia in commune sint præparata, & nihil cruce Christi durius sit? juxta quam viventes patres nostri, ædificaverunt nos [y] super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, & Evangeliorum disciplinam, quæ angulari continetur lapide Domino Jesu Christo: quem sequentes de mortifera altitudine ad vitalem descendimus humilitatem, divitias paupertate mutantes, & delicias simplici cibo.

XXII. Nolite, obsecro vos, oblivisci semel arrepti propositi, & traditiones patris nostri scalas putemus ad cælorum regna tendentes. Ne desideretis quæ ante calcastis. Sufficit nobis habere quod homini satis est, duo levitonaria, & alium attritum, & palliolum lineum, duos cucullos, zonam lineam, gallicas, pellem & virgam. Cui ministerium aliquod & dispensatio est credita monasterii, & si ex ea lucrum faciat, scelus putetur, & sacrilegium quidquam ex ea contingere & in propriam vertere requiem, quasi despiciens eos qui non habent, & felici paupertate sunt divites: ut non solum ipse perierit, sed & ceteros provocet ad pereundum. Et illi quidem qui incurvaverunt cervicem suam, & cum omni humilitate & afflictione lugentes atque plangentes in præsentiarum placuerunt Deo, cum de corpusculo isto exierint, ducentur, & accumbent cum sanctis patribus Abraham, Isaac & Jacob, Prophetis & Apostolis; & consolatione digna fruentur, sicut & Lazarus fruitus est in sinu Abraham. Qui autem vixerunt in cœnobio, & de communi in suos aliquid averterunt usus, væ eis: cum de corpore exierint dicetur illis: [z] *Mementote quia recepistis bona in vita vestra*; fratribus laborantibus, & jejuniis &

a Psal. CXVIII. 109. b Luc. XII. 35-37. c Philipp. IV. 4. d Ephes. VI. 16. 17. e Matth. X. 16. f Coloss. III 3. g Heb. XIII. 17. h I. Cor. III. 16. 17. i Ephes. IV. 30. k Cant. IV. 12. l I. Joan. III. 9. m I. Joan. II. 14. n Osee XIII. 14. I. Cor. XV. 55. o Rom. VI. 9. p Rom. VIII. 4. q Ibid. ℣. 9. r Marc. IV. 25. f Matth. XXV. 1. seqq. t I. Cor. X. 11. u Prov. XXIII. 15. 16. x Ibid. ℣. 17. y Ephes. II. 20. z Luc. XVI. 25.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 345.

continentia & inceſſabili labore ſudantibus. Idcirco videte eos in gaudio atque lætitia, qui reliquerunt præſentem vitam, ut futuram conſequerentur: vos autem in ſqualore ac tormentis & miſeria conſtitutos, quia noluiſtis Evangelicum audire ſermonem, & Eſaiæ contemſiſtis verba dicentis: [a] *Ecce qui ſerviunt mihi comedent; vos autem eſurietis. Ecce qui ſerviunt mihi bibent, vos autem ſitietis. Ecce qui ſerviunt mihi exſultabunt; & vos clamabitis propter dolorem cordis veſtri, & ob contritionem ſpiritus ejulabitis*. Audiſtis omnes beatitudines ſcripturarum, & noluiſtis ſuſcipere diſciplinam.

XXIII. Ideo fratres æquales ſimus, a minimo uſque ad maximum, tam dives quam pauper, concordia & humilitate perfecti, ut de vobis quoque poſſit dici: [b] *Qui multum, non abundavit; qui parum, non indiguit*. Ne quis ſuis provideat deliciis, cernens fratrem in paupertate & anguſtia conſtitutum, & dicatur ei illud propheticum: [c] *Nonne Deus unus creavit vos? Nonne pater unus omnium veſtrum? Quare dereliquiſtis unuſquiſque fratrem ſuum, ut abominabile facerent teſtamentum patrum veſtrorum? Derelictus eſt Juda, ſed abominatio facta eſt in Iſrael*. Quapropter juxta illud quod Dominus atque Salvator præcepit Apoſtolis dicens: [d] *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut & ego dilexi vos: & in hoc ſciemini, quod vere diſcipuli mei eſtis*; nos invicem amare debemus, & oſtendere quod vere ſimus famuli Domini noſtri Jeſu Chriſti, & filii Pachomii, & diſcipuli cœnobiorum.

XXIV. Si præpoſitus domus aliquem corripuerit ex fratribus qui ſibi ſubjecti ſunt, erudiens eum in timore Dei, & cupiens ab errore corrigere; & alius voluerit pro eo loqui, & eum defendere, ſubvertens cor illius: qui hoc facit, peccat in ſuam animam; quia ſubvertit eum qui corrigi poterat, & conſurgentem dejicit in terram, atque ad meliora tendentem mala perſuaſione decepit, errans ipſe & alios errare faciens. Huic illud aptabitur congruenter: [e] *Væ qui potum dat proximo ſuo ſubverſionem turbidam, & inebrians eum*: [f] *Væ qui errare facit cæcum in via*: [g] *qui ſcandalizat quempiam de his qui credunt Deo: expedit ei, ut appendatur ei mola aſinaria ſuper collum ejus, & præcipitetur in mare*. Quia ſubvertit, ut diximus, ſublevantem ſe, & obedientem tranſtulit ad ſuperbiam; & eum qui in dulcedine caritatis poterat ambulare, convertit in amaritudinem; & ſubjectum legibus monaſterii, malis conſiliis depravavit, fecitque odiſſe eum & contriſtari contra illum, qui eum docebat Domini diſciplinam, lites ferens inter fratres atque diſcordias, & non timens illud quod ſcriptum eſt: [h] *Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Suo domino ſtat, aut cadit. Stabit autem: potens eſt enim Dominus rurſum ſtatuere illum*. Conſidera quid dixerit: *Potens eſt autem Dominus ſtatuere illum*. Non ille potens eſt, qui verba Domini præterit.

XXV. Unde fratres magnopere devitemus alicujus mentem ſubvertere contra doctorem & monitorem ſuum; & meminerimus ſcripturæ dicentis: [i] *Libera cor tuum a malitia, ut ſalveris*. Nec pro obedientia ſuperbiam & contumaciam in cordibus noſtris invicem ſeminemus. Qui enim timet Dominum ſuum, ſi viderit fratrem ſuum errare & labi, magis debet monſtrare quæ ſancta ſunt, & rectum iter oſtendere, ut cum omni caſtitate & tremore Dei incedens, illam Salomonis exſequatur ſententiam: [k] *Libera eos, qui ducuntur ad mortem, & redimere de interfectione non ceſſes*. Nec dicas, Neſcio hunc. Scito quoniam Deus corda omnium novit. Et Judas in epiſtola loquitur ſua: [l] *Et hos quidem de igne rapientes, & odio habentes commaculatam tunicam*. Caveamus hujuſcemodi veſtimentum, & [m] *induamur potius armaturam Dei, ut poſſimus reſiſtere contra inſidias diaboli. Non eſt enim nobis pugna contra carnem & ſanguinem, ſed adverſus poteſtates & principatus, adverſus rectores tenebrarum harum, adverſus ſpiritalia nequitia in cæleſtibus*.

XXVI. Hoc quoque maxime providendum eſt, ne quis in alteram domum & alterius cellulam commendet aliquid, & contra monaſterii faciat diſciplinam. Qui talis eſt, non eſt in numero fratrum, ſed mercenarius & advena: nec Paſcha Domini inter ſanctos debet comedere; quia factus eſt lapis ſcandali in monaſterio, & de eo poſſet dici: [n] *Lapides de via mea projicite*. Si enim levitonaria noſtra quando lavamus, ſicca non fuerint, uſque ad veſperam non habemus poteſtatem apud nos tenere, damuſque præpoſito cui crediti ſumus, vel ei cui creditum eſt cellarium, ut deferat ad eum locum ubi veſtimenta pariter omnium reſervantur, & mane nobis dantur ut expandamus illa ad ſolem, & cum ſicca fuerint non apud nos tenemus, ſed damus in commune ſervanda juxta præcepta majorum: quanto magis ea, quæ proprie viſus es poſſidere, ſi alteri commendaveris aut in tua volueris eſſe poteſtate, peccas in monaſterii diſciplinam, & non intelligis Paullum tibi loquentem: [o] *Vos autem in libertatem vocati eſtis: tantum ne libertate in occaſionem carnis abutamini, ſed caritate ſervite invicem*. Et iterum: [p] *Dominus juxta eſt: nolite eſſe ſoliciti, ſed eſtote in oratione intenti & deprecationibus*. Sciat quoque ille qui ab alio ſuſceperit commendatum, & rem ſe arbitratur facere piam ut fratrem refrigeret, quod peccet contra animam ſuam, ſubvertens regulam monaſterii. O ſtulte, anima tua commiſſa eſt præpoſito tuo; & qui animam tuam corpuſque cuſtodit, indignus habebitur ut peritura conſervet? Amemus juſtitiam, ut juſtificemur. Legimus enim: [q] *Miſericordia occurrit his, qui faciunt veritatem*.

XXVII. Hoc quoque obſervandum eſt, ne quis ſtulta cogitatione deceptus, immo diaboli laqueis irretitus, dicat in corde ſuo: Quando morior, tunc dono fratribus quod habuero. O ſtultiſſime hominum, ubi hoc ſcriptum inveniſti? Nonne omnes ſancti ſervientes Deo, ſtatim omnem ſæculi ſarcinam depoſuerunt? Nonne in actibus Apoſtolorum [r], omnia quæ habebant, ad pedes Apoſtolorum deferebant? At quomodo poteris mortuus juſtitiæ induere veſtimentum, qui illud vivus habere non meruiſti? Quare oblitus es illud, quod ſcriptum eſt: [ſ] *Quod ſeminaverit homo, hoc & metet*. Et, [t] *Unuſquiſque recipiet, juxta quod egit*. Et, [u] *Reddet unicuique juxta opera ſua*. Et iterum: [x] *Ego Dominus ſcrutans corda & probans renes*, [y] *ut reddam unicuique juxta vias ſuas & juxta fru-*

a Iſa. LXV. 13. 14. *b* II. Cor. VIII. 15. *c* Malach. II. 10. 11. *d* Joan. XIII. 34. 35. *e* Habac. II. 15. *f* Deut. XXVII. 18. *g* Matth. XVIII. 6. *h* Rom. XIV. 4. *i* Jer. IV. 14. *k* Prov. XXIV. 11. *l* Jud. V. 23. *m* Epheſ. VI. 11. 12. *n* Jer. L. 26. *o* Gal. V. 13. *p* Philipp. IV. 6. *q* Pſalm. LXXXIV. 11. *r* Act. IV 35. *ſ* Gal. VI. 8. *t* Epheſ. VI. 8. *u* Rom. II. 6. *x* Pſalm. VII. 10. *y* Pſalm. LXI. 13.

ctum adinventionum ejus? Quare nondum versaris in vita, & in hoc corpusculo constitutus non audis David loquentem: [a] *Thesaurizat, & ignorat cui congregat ea.* Et sermonem evangelicum, avarum corripientem: [b] *Stulte hac nocte animam expetent a te: quæ autem præparasti, cujus erunt?* Et iterum: [c] *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Stulte quare non vis audire Dominum cohortantem: [d] *Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & tolle crucem tuam, & veni, & sequere me?* Quod adolescens audiens conversus est retro; non enim erat rectum cor ipsius; & ideo non potuit gravem divitiarum sarcinam deponere. Habebat quidem voluntatem, ut Scriptura testatur, perfectæ vitæ, & splendore virtutum trahebatur ad laudem; sed retrahebant eum currentem divitiæ: nec poterat Salvatoris audire doctrinam, quia adhuc de mundi deliciis cogitabat. Unde & Salvator loquitur: [e] *Difficile est eos qui habent divitias intrare in regna cælorum.* Et iterum: [f] *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut uni est obediens, & contemnet alterum. Non potestis Deo servire & mammonæ.* Pharisæi autem cum essent avari, hæc audiebant & irridebant: quorum incredulitatem devitemus, nec irrideamus eos qui nos provocant. Renuntiemus mundo, ut perfecti perfectum sequamur thesaurum. Quorum animam possidet avaritia, his videtur pro Christo stulta paupertas. [g] *Quæstus est magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, nec auferre quid possumus: habentes enim victum & vestitum, his contenti simus. Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem & laqueum, in concupiscentias multas quæ sunt stultæ & noxiæ, & demergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas.*

XXVIII. Usque hodie Helias Israelem corripit dicens: [h] *Quousque claudicatis pede? Si Deus est, ite & sequimini eum.* Et nobis loquitur: Si mandata sunt Dei quæ per patrem nostrum tradidit nobis, & quæ sequentes possumus pervenire ad regna cælorum; toto eadem desiderio compleamus: si autem sequimur cogitationes nostras, & ad aliud tendit animus; cur non errorem simpliciter confitemur, & ostendimus, nos esse quod videri erubescimus? Ne forte dicatur & nobis: [i] *Quare polluistis locum meum sanctum?* Et, [k] *Ejiciam eos e domo mea.* Siquidem conciliabula monachorum vere Dei domus est, & sanctorum vinea, sicut scriptum legimus: [l] *Vinea facta est Salomoni in loco qui vocatur Beelamon: dedit eam custodibus: unusquisque affert pro fructibus ejus mille argenteos. Vinea mea in conspectu meo est: mille Salomoni, & ducenti his qui custodiunt fructum ejus.* Ne igitur polluentes eam projiciamur, sicut in Evangelio legimus [m] ejectos esse de templo qui vendebant in eo oves & boves: numularios quoque ingrediens Dominus atque Salvator, & faciens sibi flagellum de funiculis, ejecit e templo, & fundens æra mensasque vendentium, & his qui vendebant columbas ait: [n] *Auferte hæc omnia, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Scriptum est enim: [o] *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus; vos autem fecistis eam* A *speluncam latronum.* Et alibi: [p] *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus.*

XXIX. Obsecro vos fratres, ne de nobis quoque dicatur: [q] *Alius quidem esurit, alius autem ebrius est: an domos non habetis, ut bibatis & comedatis? nisi forte Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent.* Ad quos dicitur: *Si quis esurit domi comedat, ut non in judicium conveniatis.* Non sit domus nostra vocis alienæ, ne illud nobis congruenter aptetur: [r] *Opera Ægypti non abstulerunt a se.* Et iterum: *In præceptis meis non ambulaverunt, & sabbata mea contaminaverunt; propterea cum clamaverint ad* B *me, ego non exaudiam eos.* Non permaneamus in cordis duritia, & ad iracundiam provocemus Deum, & fiat inimicus noster, & dicat: [f] *Ego autem dabo eis præcepta non bona, & justificationes in quibus non vivant*; quia comederunt fructum mendacii, & adoraverunt opera manuum suarum, & repleta est terra eorum a principio augurio, ut terra alienigenarum.

XXX. Ne postquam renuntiaverimus sæculo, & cœperimus vexillum crucis sequi, iterum ad posteriora conversi, quæramus refrigerium temporale, imitantes Ephraim dicentem: [t] *Dives factus sum, & inveni refrigerium mihi*; ne audiamus il- C lud quod & ille meruit audire: *Omnes labores illius non inveniuntur præ iniquitatibus, in quibus peccavit.* Et ne illud impleatur in nobis: [u] *Cœpistis spiritu, & nunc carne consummamini: tanta passi estis sine caussa?* Et ille contra nos sermo dicatur: [x] *Lex periit a sacerdote, & consilium a senioribus; & manus populi dissolutæ sunt:* [y] *senes de porta quieverunt, electi a psalmis suis cessaverunt.* Rursumque dicatur: [z] *Propter vos nomen blasphematur in gentibus*: & contemtis institutionibus patris nostri subrepat oblivio, mediatoremque Dei atque sanctorum nostro vitio negligamus.

D XXXI. Quis enim fructus, aut quod signum præceptorum Dei inveniatur in nobis, aut in quo professionem impleamus arreptam? Nonne omnia dimisimus, & avaritiæ subjacemus, & dicitur nobis: [aa] *unde bella, & pugnæ?* nonne ex avaritia? Nam quia unusquisque quærit utilitatem suam, non proximi; usque hodie vivens Ezechiel prophetali sermone nos corripit dicens: [bb] *Negotiatores erant in te.* [cc] *Filius inhonorat patrem, & pater exprobrat filio.* Quid in die judicii respondebimus, aut quid in novissimo tempore pro defensione nostra poterimus obtendere? Hæc omnia facta sunt nobis, quia [dd] *Sacerdotes plauserunt manibus, & populus dilexit similiter.* [ee] *Quia sicut populus, sic* E *sacerdos. Propterea reddam ei, inquit, secundum vias suas, & cogitationes illius restituam ei.*

XXXII. Non de omnibus vobis hæc loquor, sed de his qui majorum præcepta contemnunt: multoque [ff] *melius erat illis ignorare viam justitiæ, quam scientes reverti ab eo, quod traditum est illis, sancto mandato.* De hujuscemodi hominibus mærens Hieremias scribit: [gg] *Defecerunt in lacrymis oculi mei, conturbatus est venter meus, effusa est in terra gloria mea, super contritione filiæ*

a Psalm. XXXVIII. 7. *b* Luc. XII. 20. *c* Psalm. CXLV. 4. *d* Matth. XIX. 21. XVI. 26. *e* Matth. XIX. 23. *f* Matth. VI. 24. Luc. XVI. 13. *g* I. Tim. VI. 6-10. *h* III. Reg. XVIII. 21. *i* Ezech. XXII. 26. *k* Osee IX. 15. *l* Cant. VIII. 11. 12. *m* Matth. XXI. 12. *n* Joan. II. 16. *o* Matth. XXI. 13. *p* Isa. LII. 5. Rom. II. 24. *q* I. Cor. XI. 21. 22. 34. *r* Ezech. XX. 8. 13. *f* Ibid. ℣. 25. *t* Osee XII. 8. *u* Gal. III. 3. 4. *x* Ezech. VII. 26. 27. *y* Thren. V. 14. *z* Rom. II. 24. *aa* Jac. IV. 1. *bb* Ezech. XXVII. 21. *cc* Mich. VII. 6. *dd* Jer. V. 31. *ee* Osee IV. 9. *ff* II. Pet. II. 21. *gg* Thren. II. 11. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 345.

populi mei; quia defecit parvulus & lactens in plateis civitatis. Matribus suis dixerunt: ubi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis urbis, cum funderent animas suas in sinu matrum suarum. Scimus quod [a] *non in fortitudine equi velit Deus, neque in femoribus viri sibi complaceat.*

XXXIII. Et idcirco revertamur ad Dominum Deum nostrum: ut quando oraverimus exaudiat nos, qui quotidie hortatur ut vacemus & cognoscamus eum. Et alibi loquitur: [b] *Revertimini ad me, & ego revertar ad vos.* Et iterum: [c] *Revertimini ad me filii recedentes, & ego dominabor vestri.* Ezechiel similiter contestatur ac dicit: [d] *Quare moriemini domus Israel? Nolo mortem peccatoris: tantum ut revertatur de via mala sua, & vivat.* Et clementissimus ac totius bonitatis caput clamat in Evangelio ad nos Dominus atque testatur: [e] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris.* Consideremus quod [f] bonitas Dei ad pœnitentiam nos provocet, & sancti viri cohortantur ad salutem. Non induremus corda nostra, neque thesaurizemus iram nobis in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique juxta opera sua: sed ex toto corde revertamur ad Dominum, & secundum Moysi verba memorantis: [g] *Si revertaris ad Dominum ex toto corde tuo, mundabit cor tuum & cor seminis tui.*

XXXIV. Laboremus sicut boni milites Christi, & observemus illud quod scriptum est: [h] *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei cui militat, placeat. Si autem quis & in agone contendat, non coronatur nisi legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus ejus participare.* Scriptum est: [i] *Omnes populi ibunt unusquisque in viam suam.* [k] *Nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Ipsi impediti sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.*

XXXV. [l] *Qui ambulat in die non impingit: qui autem in nocte graditur impingit, quia lumen non est in eo.* [m] *Nos autem*, sicut dixit Apostolus, *non sumus filii prævaricationis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.* Et alibi: [n] *Omnes*, inquit, *filii lucis estis, & filii Dei. Non sumus filii noctis, neque tenebrarum.* Si ergo sumus filii lucis, debemus scire quæ lucis sunt, & facere fructus luminis in omni opere bono: quod enim manifestatur, lux est. Si in toto corde revertamur ad Dominum, & in præceptis sanctorum illius & patris nostri simplici corde conversamur; abundabimus in omni opere bono. Quod si superemur carnis voluptatibus; in die quasi in media nocte parietem palpabimus, & non inveniemus viam civitatis & habitaculi nostri, de quo dicitur: [o] *Esurientium & sitientium anima deficit*; quia contempserunt legem sibi a Deo traditam, & vocem prophetarum non audierunt: & idcirco non potuerunt ad promissam requiem pervenire.

XXXVI. Vigilemus & attenti simus: [p] si enim naturalibus non pepercit, nec nobis parcet. Non A de cunctis, sed de negligentibus loquor, quibus jure aptabitur illa deploratio: [q] *Væ eis qui recesserunt a me! Manifesti sunt quia impie egerunt in me: quia dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi contritos lacus, qui non possunt aquam continere.* Et quia non audierunt judices ejus, audiant dicentem Deum: [r] *Constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.* Unde ista incredulitas? nonne ex eo, quia alienos cognoverunt, & non adversati sunt? Loquitur & alibi Spiritus sanctus per prophetam: [f] *Ego enim sum Deus Dominus tuus, qui formavi cælum, & creavi terram: cujus manus condiderunt omnem cæli militiam, & non ostendit* B *ea tibi, ut ambulares post illam.* Quod quidem & per Moysem præcepit, dicens: [t] *Non cum suspexeris cælum, & videris solem & lunam ac stellas & omne ornamentum cæli, errore cæli deceptus adores ea.* [u] *Ego sum Deus qui eduxi te de terra Ægypti, & Deum extra me nescis, & qui salvos posset facere non est præter me. Ego sum qui te pavi in solitudine, in terra inhabitabili: & impleti sunt saturitate, & elevata sunt corda eorum.* Idcirco [x] *obliti sunt mei, & ego tradam eos dispersioni in gentibus cunctis.*

XXXVII. Quæ audientes quasi de somno expergiscamur, & præbeamus nos dignos Domini servi- C tuti, ut misereatur, & dicat nobis: Invocate me, & ego exaudiam vos. Ipse enim ait: [y] *Qui dispersit Israel, congregavit eum.* Et alibi: *Non faciam*, inquit, *juxta iram furoris mei, nec sic relinquam ut deleam Ephraim.* Et iterum: *Non in æternum puniam vos, nec semper irascar vobis. Spiritus enim a me egreditur, & omne quod spirat ego feci.* Et in eodem loco jungit, ac dicit: *Dedi eis consolationem veram, pacem super pacem his, qui erant prope & longe; dixitque Dominus, sanabo eos.* Cujus ut plene misericordiam cognoscamus, Hieremiæ sermone docet, dicens: [z] *Si elevatum fuerit cælum in sublime, & si humiliatum pavimentum terræ deorsum, ego non reprobo* D *gentem Israel pro omnibus quæ fecerunt.*

XXXVIII. Cumque tanta clementia sit Salvatoris Domini, & nos provocet ad salutem, convertamus corda nostra ad eum: [aa] *Quia jam hora est ut de somno evigilemus: nox præcessit, dies autem appropinquavit; deponamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Filioli mei, primum ex toto corde diligamus Deum; deinde nosmet ipsos amemus mutuo, memores præceptorum Dei Salvatoris, in quibus ait: [bb] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: Non sicut mundus dat pacem, ego do vobis.* [cc] *In his enim duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ.*

E XXXIX. Si quis in domo monasterii sub præposito manens, nulla re indigens quam in monasterio habere permissum est; & habet patrem, fratremque & amicum carissimum, nihil ab eis penitus accipiat, non tunicam, non palliolum, non aliam quamlibet rem. Si autem comprobatum fuerit quod minus habeat de his quæ præcepta sunt, culpa omnis atque correctio ad præpositum convertetur.

XL. Vos igitur qui estis principes monasterio-

a Psalm. CXLVI. 10. *b* Jer. III. 14. *c* Ibid. ℣. 22. *d* Ezech. XVIII. 31. 32. *e* Matth. XI. 28. 29. *f* Rom. II. 4-6. *g* Deut. XXX. 2. 6. *h* II. Tim. II. 4-6. *i* Mich. IV. 5. *k* Psalm. XIX. 8. 9. *l* Joan. XI. 9. 10. *m* Heb. X. 39. *n* I. Thess. V. 5. *o* Psalm. CVI. 5. *p* Rom. XI. 21. *q* Jer. II. 12. 13. *r* Jer. VI. 17. *f* Isa. XLV. 7. 18. *t* Deut. IV. 19. *u* Exod. XX. 2. *x* Jer. IX. 15. 16. *y* Jer. XXXI. 10. *z* Jer. III. *aa* Rom. XIII. 11. 12. *bb* Joan. XIV. 27. *cc* Matth. XXII. 40.

rum, si quos aliqua re videritis indigere & esse in angustia constitutos, nolite eos negligere; scientes vos reddituros rationem pro omni grege, [a] *super quem vos Spiritus sanctus constituit inspicere, & pascere Ecclesiam Dei quam acquisivit proprio sanguine*. Propterea [b] *nos qui fortiores sumus, debemus infirmitates invalidorum portare, & non nobismet ipsis placere, sed proximo in bono ad ædificationem. Nam & Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est:* [c] *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me*. Et iterum: [d] *Non quæro*, inquit, *quod mihi expedit, sed quod omnibus, ut salvi fiant*.

XLI. Si autem Dominus ac Salvator noster ita præcipit, & sancti ita conversati sunt, patres quoque nostri ita nos docuerunt; consurgamus a somno, & quæ sunt nobis præcepta faciamus. [e] *Quæcumque enim scripta sunt ad nostram eruditionem scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus*: & nullus nostrum caussa sit erroris alieni, nec æmulemur eos qui prospere agunt in vita sua. Cum enim omnia necessaria carni fuerint consecuti, morientes nihil secum asportabunt. Filii sæculi hujus habent in hoc sæculo fiduciam, quoniam de mundo sunt, & mundus amat quod suum est. Qui autem filii Dei sunt, illius sermonis Evangelici recordantur: [f] *Si mundus vos odit, scitote quod me primum oderit*. Et iterum: [g] *Qui voluerit esse amicus hujus mundi, inimicus fiet Deo*. Et rursum: [h] *Tribulationem habebitis: sed confidite, ego vici mundum*. Et iterum: [i] *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. De filiis autem noctis quid e contrario dicitur? Nonne illud? [k] *Væ vobis divites, quoniam recepistis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis nunc, quia esurietis. Væ vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis ac flebitis*.

XLII. Quamobrem mundi amicitias devitemus, ut illud mereamur audire: [l] *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Audivit Dominus, & misertus est mei. Scidisti saccum meum, & accinxisti me lætitia*. Quis enim sanctorum non in lucta ac tristitia per mundi hujus transivit viam? Hieremias: [m] *Non sedi*, inquit, *cum consilio ludentium, sed tremebam a facie manus tuæ. Solus sedebam, quoniam amaritudine repletus sum*. David quoque scribit: [n] *Quasi lugens ac mærens, sic humiliabar*. Quorum nos vestigiis insistentes intelligimus, quod salus nostra in tempore tribulationis sit, & prophetæ pollicitatio impleatur dicentis: [o] *Non relinquuntur qui in angustia sunt usque ad tempus*. Si ergo habet tempus tribulatio & angustia, & non erit sempiterna; seminemus in lacrymis, ut metamus in gaudio, non deficientes; quod noverimus Dominum de tentatione liberare cultores suos.


XLIII. Dominus pater noster est: Dominus judex noster est: Dominus princeps, Dominus rex noster: Dominus ipse nos salvabit: cujus præcepta si neglexerimus, permanebimus in angustia. Ipse enim dicit: [p] *Qui sequuntur me possidebunt terram, & hereditabunt montem sanctum meum*: quem & nos possidebimus, si impleamus legem ejus & audiamus illud quod dicitur: [q] *Mundas facite in conspectu ejus vias vestras*. Et iterum: [r] *Tollite offendicula de via populi mei*. Et alibi: [s] *Ejicite de consilio pestilentem, & egredietur cum eo contentio*. Qui justum dicit injustum, & injustum judicat justum, uterque in conspectu Dei immundus est. Caveamus ne dicatur & de nobis: [t] *Filii alienati sunt ei*; & illud: [u] *Filiæ Sion elevatæ sunt, & ambulaverunt in excelso collo, & in superbia oculorum, trahentes pedibus tunicas, & pedibus simul ludentes*; & in correptione nostra rursum propheticalis sermo concordet, dicens: [x] *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicio, in qua justitia dormit? nunc autem latrones*; &: [y] *Populus intelligens commiscebatur meretrici. Tu ergo Israel ne ignoraberis*. Si vero divina meditemur, poterimus illud dicere, quod & David: [z] *Exsultabo super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa*. Et: [aa] *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel & favum ori meo. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*. Et in alio loco: [bb] *Non proposui ante oculos meos rem iniquam: facientes iniquitatem odio habui. Et non adhæsit mihi cor pravum: declinantes a me malignos non agnoscebam: detrahentem in absconso proximo suo, hunc persequebar: superbo oculo & insatiabili corde cum hoc simul non edebam. Oculi mei super fideles terræ, ut facerem eos sedere mecum*.

XLIV. Quorum omnium nos imitemur opera, ut fit in diebus nostris pax & justitia, & non nobis illud eveniat quod alibi legimus: [cc] *Super terra populi mei spinæ & fœnum consurgent*. Sed magis innovemus nobis novalia, & non seminemus super spinas. Cumque custodierimus quæ mandata sunt nobis, manifesti erimus quod diligamus Deum, sicut testatur & in alio loco scriptura divina: [dd] *Qui audit mandata mea & servat ea, ille est qui diligit me: qui autem diliget me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & veniemus ego & Pater meus, & mansionem apud eum faciemus, & ostendam ei me ipsum*. Et, [ee] *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis*. Tollamus nobiscum multos sermones, & convertamur ad Dominum Deum nostrum, & dicamus ei: [ff] *Potes dimittere peccata, ut accipiamus bona, & reddamus ei fructum labiorum nostrorum*, & delectetur in nobis anima nostra.

XLV. Atque utinam pœniteat nos erroris & negligentiæ, & conversi ad priora dicamus: [gg] *Assur non salvabit nos; super equos non ascendemus, nec jam dicemus: dii nostri opera manuum nostrarum. Deus qui in te est miserebitur pupilli: sanabo habitacula eorum*. Rursumque dicet de nobis: [hh] *Diligam eos manifeste, & avertam iram meam ab eis. Ero quasi ros: Israel florebit ut lilium, & mittet radices suas quasi Libanus. Ibunt rami ejus, & erit quasi oliva fructifera, & odor ejus ut turis. Revertentur & sedebunt unusquisque in tabernaculis suis, & vivent, & confirmabuntur frumento: florebit sicut vinea memoria eorum, sicut odor turis Ephraim. Quid ei & idolis? Ego humiliabo eum, & confortabo eum. Ego*

a Act. xx. 28. *b* Rom. xv. 1-3. *c* Psal. LXVIII. 10. *d* 1. Cor. x. 33. *e* Rom. xv. 4. *f* Joan. xv. 18. *g* Jac. IV. 4. *h* Joan. xvi. 33. *i* Matth. V. 5. 6. 10. *k* Luc. VI. 24. 25. *l* Psal. xxix. 6. 11. 12. *m* Jer. xv. 17. *n* Psal. xxxiv. 14. *o* Isa. LIV. 7. 8. *p* Isa. LVII. 13. *q* Jer. VII. 3. xxvi. 13. *r* Jer. L. 26. *s* Prov. xxII. 10. *t* Psalm. LVII. 4. *u* Isa. III. 16. *x* Isa. I. 21. *y* Osee IV. 14. 15. *z* Psalm. CXVIII. 162. *aa* Ibid. ŷŷ. 103. 54. *bb* Psalm. c. 3-6. *cc* Isa. xxxII. 13. *dd* Joan. xIV. 21-23. *ee* Joan. xv. 14. *ff* Osee xIV. 3. *gg* Ibid. ŷŷ. 4. 5. *hh* Ibid. ŷŷ. 5-10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 345.



ut juniperus condensa : ex me fructus ejus inventus est. Quis sapiens, & intelligit hæc ; aut intelligens, & cognoscit ista? Atque utinam & nos ex eo fructum afferre valeamus, sine quo nihil boni operis fieri potest.

XLVI. Revertamur ad Dominum, ut de nobis quoque possit dicere : [a] *Peccatorum & iniquitatis eorum memor amplius non ero*. Non relinquamus legem Dei, quam pater noster ab eo accipiens nobis tradidit ; neque parvi ejus mandata pendamus, ne & super nos planctus ille dicatur : [b] *Quomodo obscuratum est aurum & immutatum argentum bonum, effusi sunt lapides sancti in omni viarum principio?* nec post plurimos labores patris nostri quos pro salute nostra suscepit, se ipsum exemplum virtutis tribuens, & glorians de nobis & apud sanctos loquens ; Isti filii mei sunt, & populus meus filii mei, & non denegabunt : & post hujuscemodi testimonium non perdamus fiduciam bonæ conscientiæ, spoliati vestibus quibus nos induit : & introducti ab eo in stadium ut legitime certemus, non superemur ab inimicis nostris. Et postquam venerimns ad illud tempus quo egrediamur de corpore, ne inimici efficiamur patris nostri, thesauris servientes : ut qui jejuniis & afflictione corporis debuimus acquirere animæ libertatem, carni & deliciis, & pulcrioribus vestimentis stratisque mollioribus nos dedicemus ; non solum ipsi pereuntes, sed & alios qui proficere potuerunt, exemplo nostro ducentes ad ruinam, de quibus scriptum est : [c] *Non accepistis spiritum servitutis in timorem*, sed fortitudinis, & caritatis, & pudicitiæ. Et, [d] *Cibus nos non commendat Deo. Neque enim si comederimus, abundabimus : nec si non comederimus indigebimus*. [e] *Non est enim regnum Dei, cibus & potus ; sed justitia, gaudium & pax in Spiritu sancto*. Qui in hoc servit Christo, placet Deo, probatus est omnibus. Esaias quoque dicit : [f] *Qui exspectant Dominum, immutabunt virtutem, assument pennas ut aquilæ ; current, & non laborabunt ; gradientur, & non esurient*. [g] *Idcirco elevabit signum in gentes, & congregabit profugos Israel. Cito velociter venient : non esurient, neque dormitabunt. Non dormient, nec solvent zonas de lumbis suis, neque rumpentur in calceamentis eorum corrigiæ. Quorum jacula acuta sunt & intenti arcus : pedes equorum, ut petra fortissima : rotæ curruum quasi tempestas : impetum facient ut leones, & aderunt ut catuli leorum*.

XLVII. Et nos igitur sanctorum imitatores simus, nec obliviscamur institutionis qua nos erudivit pater noster dum adhuc esset in corpore. Ne extinguamus lucernam ardentem quam posuit super capita nostra. Ad cujus lumen hujus sæculi incedentes, meminerimus quod per studium illius Deus nos in propriam familiam receperit, peregrinis hospitium tribuens, in maris turbinibus constitutis portum ostendens, panem in fame, umbram in æstu, vestimentum in nuditate ; imperitos præceptis spiritalibus erudivit ; vitiis servientes castitate circumdedit ; procul positos sibi junxit. Ne post illius dormitionem obliviscamur tantæ bonitatis & beneficiorum immortalium, vertentes [1] furorem in judicium, & fructum justitiæ in amaritudinem, & loquatur contra nos : [h] *Judicate inter* A *me & vineam meam. Exspectavi ut faceret fructum, & fecit iniquitatem, & non justitiam, sed clamorem* : & veniat super nos illa maledictio, quam prophetalis sermo ille prosequitur, & quam omni studio fugere ac vitare debemus, sequentes conversationem eorum qui nos in Domino præcesserunt, patrum pariter ac fratrum : qui renuntiantes sæculo & inoffenso ad Dominum pergentes gradu, nunc ejus hereditate potiuntur : quam vereor ne perdamus nostra desidia, & illud nobis propheticum aptetur, quod dictum est in Ephraim : [i] *Oleum in Ægyptum mercatur*. [k] *Mixti sunt in gentibus, & didicerunt opera eorum*. Ne postquam vocati sumus in libertatem, sicut scriptum est : B [l] *Tollam vos unum de populo, & duos de familia, & inducam vos in Sion, & dabo vobis pastores secundum cor meum, qui pascant vos cum disciplina* ; resolvantur vincula caritatis, & dicatur de nobis : [m] *Filius glorificat patrem, & servus dominum suum. Si pater ego sum, ubi est gloria mea? Si Dominus, ubi est timor meus?*

XLVIII. Idcirco unusquisque nostrum clamet ad Dominum : [n] *Muri Sion deducant sicut torrentes lacrymas die ac nocte. Ne des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Surge, & lauda in nocte, in principio vigiliarum tuarum : effunde sicut aquam cor tuum in conspectu Domini. Leva ad illum manus* C *tuas pro animabus parvulorum tuorum, qui defecerunt in capite universorum gressuum*. Ne illud contra nos dicatur : [o] *Luxit, & corruptus est orbis. Luxerunt excelsi terræ, & terra impie egit propter habitatores suos : dereliquerunt enim legem, & immutaverunt præcepta mea, testamentum æternum. Idcirco maledictio devorabit terram, quia peccaverunt habitatores ejus & dereliquerunt homines pauci*. Ne & nostrum vinum lugeat & vinea, & ingemiscant qui prius toto animo lætabantur, dicaturque de nobis : *In domo insaniam confinxerunt, corrupti sunt sicut dies collis*. Aut illud : *Captio ex vobis est*. Et, [p] *Dixistis enim, fecistis testamentum cum inferno, & cum morte pactum*. Quæ verba vitantes, credimus magis, D quod in tempore suo [q] *Orietur stella ex Jacob, & exsurget homo de Israel, qui percutiet principes Moab, & filios Seth*. [r] *Ut non sit in domo Israel stimulus furoris, & spina doloris*. [s] *Quia facta est Domino pars ejus Jacob, funiculus hereditatis ejus Israel*. Et alibi loquitur Jeremias : [t] *Si cessaverit in conspectu meo lex ista, gens etiam Israel cessare poterit*. Et rursum : [u] *Dabo laborem eorum justis, & testamentum æternum ponam cum ipsis, & scietur in gentibus semen eorum, ac nepotes. Omnis qui viderit eos, cognoscet quia isti sunt semen a Domino benedictum, & gaudio perfruentur Domini*.

XLIX. Et nos ergo scrutemur vias nostras, & E gressus dijudicemus, & sequamur odorem scientiæ ; abscondentes semper verba ejus in cordibus nostris, ut simus [x] immaculati in via, & in lege Domini ambulemus. Non nos terreat fragilitas corporis, & longi temporis labor. [y] *Patres vestri ubi sunt, & prophetæ?* ut scriptum est, *numquid in æternum vivent? Verba autem mea & legitima mea suscipite, quæ ego præcipio in Spiritu meo servis meis prophetis, qui fuerunt cum patribus vestris*. Sentiamus ineffabilem clementiam Dei nostri, qui usque hodie ad pœnitentiam nos hortatur, dicens : [z] *Numquid qui cadet non resurget? aut qui aversatur non*

a Isa. XLIII. 25. *b* Thren. IV. 1. *c* Rom. VIII. 15. *d* 1. Cor. VIII. 8. *e* Rom. XIV. 17. *f* Isa. XL. 31. *g* Isa. V. 26-29. *h* Ibid. ℣℣. 3. 4. *i* Osee XII. 1. *k* Psalm. CV. 35. *l* Jer. III. 14. 15. *m* Malach. I. 6. *n* Thren. II. 18. 19. *o* Isa. XXIV. 4-6. *p* Isa. XXVIII. 15. *q* Num. XXIV. 17. *r* Ezech. XXVIII. 24. *s* Deut. XXXII. 9. *t* Jer. XXXI. 36. *u* Isa. LXI. 8. 9. *x* Psalm. CXVIII. 1. *y* Zach. I. 5. 6. *z* Jer. VIII. 4.

1. *Furorem*] Legendum videtur *favorem*, vel *fervorem*. Sed ex iis quæ statim sequuntur, priorem lectionem prætulerim.

revertetur? Quare aversatus est populus meus aversione impudenti, & obtinuerunt in voluptatibus suis, & noluerunt reverti? Si reversi fuerimus ad eum, ædificabit nos Spiritu suo, juxta illud quod scriptum est: [a] *Ædificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit.*

L. Quod autem nostri cœtus & communio ex Deo sit qua nos invicem copulamur, Apostolus nos docuit dicens: [b] *Bonorum operum communionis oblivisci nolite: talibus enim victimis placetur Deo.* In actibus Apostolorum quoque idem legimus: [c] *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una; & nullus suum quid dicebat, sed erant eis universa communia. Et virtute magna dabant Apostoli testimonium resurrectionis Domini Jesu.* Et Psalmista in eadem verba consensit dicens: [d] *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Et nos in cœnobiis commorantes, & nobis mutua caritate sociati, demus studium, ut quomodo sanctorum patrum in hac vita meruimus consortium, ita in futuro quoque participes eorum simus; scientes quod crux vitæ nostræ doctrinæque principium sit, & oporteat nos cum Christo pati, & nosse quod absque tribulationibus & angustiis nullus victoriam consequatur: [e] *Beatus vir qui suffert tentationem, quia cum probatus fuerit, coronam vitæ accipiet.* Et iterum: [f] *Laboravit in sæculum, & vivet in æternum.* [g] *Si tamen compatimur, ut & glorificemur. Æstimo,* inquit, *quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Et alibi scriptum est: [h] *Existimavi ut cognoscerem hoc: labor est in conspectu meo.* Et iterum: [i] *Ego laboravi sequens te, & diem hominum non consideravi.* Et alio loco: [k] *Multæ tribulationes justorum, & ex omnibus his liberabit eos Dominus.* Et Dominus noster loquitur in Evangelio: [l] *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Et alibi: [m] *Hic est liber mandatorum, & lex scripta in sempiternum. Omnes qui observaverint eam, vivent; qui autem dereliquerint, morientur. Revertere Jacob, & apprehende eum: ambula in splendore luminis ejus, & non des alteri gloriam tuam, & ea quæ conducunt tibi, genti alienæ. Beati sumus Israel, quia placita Deo nostro nota sunt nobis. Confide popule meus memorialem Israel.* Et iterum Esaias loquitur: [n] *Lætare Israel, & festum agite diem omnes qui diligitis eum. Gaudete qui confiditis in eo, ut sugatis, & impleamini ex uberibus consolationis ejus.*

LI. Habeamus curam legendarum & discendarum scripturarum, & in earum semper meditatione versemur, scientes scriptum: [o] *Ex fructu oris sui vir saturabitur:* [p] *& merces laborum ejus reddetur.* Hæc sunt quæ nos ducunt ad æternam vitam, quæ nobis tradidit pater noster, & jugiter meditanda præcepit ut impleatur illud in nobis quod scriptum est: [q] *Erunt hæc verba quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & in anima tua docebis ea filios tuos: & loqueris in eis sedens in domo, & ambulans in via, & accubans atque consurgens. Scribe ea pro signo in manu tua, & erunt immobilia ante oculos tuos. Scribes quoque ea in postibus domuum tuarum, & in liminibus, ut discatis timere Dominum cunctis diebus quibus vivitis.* Salomon quoque id

A ipsum significans dicit: [r] *Scribe ea in latitudine cordis tui.*

LII. Considerate quantis testimoniis ad meditationem sacrarum scripturarum nos sermo Domini cohortetur, ut quæ ore volumus, corde possideamus. [f] *Bonum est homini cum levaverit jugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit, quoniam levabit super se jugum. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis, quoniam non semper abjiciet Dominus.* Et alibi scriptum est: [t] *Recordatus sum misericordiæ infantiæ tuæ.* Et iterum: [u] *Lætare juvenis in adolescentia tua, & exsultet cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui
B absque macula, & in conspectu oculorum tuorum: & scito quoniam in omnibus his adducet te Dominus in judicio. Aufer furorem a corde tuo & malitiam a carne tua, quoniam adolescentia & stultitia vanitas est.* Et: [x] *Memento creatoris tui in diebus adolescentiæ tuæ, donec veniant dies pessimi, & occupent anni in quibus dices: Non est mihi in eis voluntas: donec obtenebrescat sol & lux & luna & stellæ, & convertantur nubes post pluviam: In die qua movebuntur custodes domus, & subvertentur viri virtutis, & cessent molentes, quia paucæ factæ sunt: Et obscurabuntur quæ vident in foraminibus, & claudent vias in foro in infirmitate vocis molentis: Et exsurgent ad vocem passeris, & humiliabuntur omnes filii
C cantici. Et quidem ab alto aspicient, & pavores in via, & floreat amygdalum, & ingrassetur locusta, & scindatur capparis. Quoniam abiit homo in domum sæculi sui, & gyraverunt in foro qui plangunt, quoadusque evertatur funiculus argenti, & conteratur monile auri, & confringatur hydria ad fontem, & impediatur rota super lacum, & convertatur pulvis in terram, sicut fuit, & spiritus revertatur ad Dominum, qui dedit eum.* In Evangelio quoque scriptum est: [y] *Pueri, numquid habetis pulmentum? Mittite in dexteram partem navis, & invenietis.* Et iterum: [z] *Omnis puer ac juvenculus, qui nescit hodie bonum ac malum, ipsi intrabunt in terram bonam.* Ac rursum: [aa] *Omne masculinum quod aperit vulvam, sanctum vo-
D cabitur.* Et in Evangelio: [bb] *Puer autem ibat, & crescebat, & proficiebat apud Deum & apud homines.* Jesus quoque minister Moysi juvenis erat, & non egrediebatur de tabernaculo Dei. Et de David scriptum legimus: [cc] *Puer flavi coloris, elegantibus oculis.* Timotheus quoque adhuc puer & adolescens sacris litteris eruditus est [dd], ut ad fidem Domini salvatoris illarum semita perveniret. Et de Daniele quia eruditus erat, scriptum legimus, [ee] quod *vir desideriorum* appellatus sit. Joseph quoque erat dilectissimus patri suo [ff], quoniam ejus imperiis serviebat; & decem ac septem adhuc natus annos, præcepta illius legem vitæ suæ arbitrabatur.

E LIII. Et hæc cuncta replicavi, ut sanctorum vitas considerantes, [gg] *non circumferamur omni vento doctrinæ*, sed laboremus, & eorum conversationem nostræ vitæ propositum habeamus exemplum, ut simus populus Dei peculiaris. Nec [hh] contristemus Spiritum sanctum, in quo signati sumus in die redemtionis; ne [ii] illum extinguamus in nobis: [kk] & prophetias non contemnamus; ne forsitan volenti Spiritui sancto habitare in nobis, non demus locum. Nullum alium timeamus præter Deum, qui ultor &

a Psalm. CXLVI. 2. *b* Heb. XIII. 16. *c* Act. IV. 32. 33. *d* Psalm. CXXXII. 1. *e* Jac. I. 12. *f* Psalm. XLVIII. 9. 10. *g* Rom. VIII. 17. 18. *h* Psalm. LXXII. 16. *i* Jer. XVII. 16. *k* Psalm. XXXIII. 21. *l* Matth. X. 22. *m* Bar. IV. 1-5. *n* Isa. LXVI. 10. 11. *o* Prov. XIII. 2. *p* Sap. X. 17. *q* Deut. XI. 18-21. *r* Prov. III. 3. *f* Thren. III. 27. 28. 30. 31. *t* Jer. II. 2. *u* Eccle. XI. 9. 10. *x* Eccle. XII. 1-7. *y* Joan. XXI. 5. 6. *z* Deut. I. 39. *aa* Exod. XIII. 2. Luc. II. 23. *bb* Luc. II. 52. *cc* 1. Reg. XVI. 12. *dd* II. Tim. III. 15. *ee* Dan. X. 23. *ff* Gen. XXXVII. 2. 3. 14. *gg* Ephes. IV. 14. *hh* Ephes. IV. 30. *ii* I. Thess. V. 19. *kk* Ibid. ℣. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 345.

judex est operum singulorum, [a] & cum sancto sanctus est, & cum viro innocente innocens: & dicit; [b] *Ego amantes me diligo, & qui me quærent invenient gaudium.* Et alibi loquitur: [c] *Si ambulaveritis contra me perversi, ego ambulabo contra vos perversus.*

LIV. Non irascamur invicem: [d] etiamsi ira nos vicerit, non peccemus irati, [e] solis occubitum pœnitentia præoccupantes. Meminerimus esse præceptum [f], quoties peccanti in nos ignoscere debemus; [g] & munus nostrum relinquere ante altare, quod nequaquam suscipitur, si non fuerit reconciliatione placabile: ut possimus dicere; [h] *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Et Apostolus præcepit; [i] *Si quis habet adversus aliquem querimoniam, sicut & Christus donavit nobis, sic facite.* Simus discipuli mansuetudinis sanctorum omnium, & præcipue David, de quo scriptum est: [k] *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.* Et Moysi de quo legitur, [l] quod fuerit mansuetus super omnem terram. Et Dominus in Evangelio de mansuetis ac mitibus loquitur: [m] *Beati mansueti & mites corde, quoniam ipsi possidebunt terram.* Magnæ sapientiæ est, mansuetudinem possidere, & audire: [n] *Sapiens esto fili, ut lætetur cor meum.* Et iterum: [o] *Imitatores estote Dei, filii carissimi.* Et: [p] *Estote perfecti, sicut & pater vester qui in cælis est, perfectus est.* Et alibi: [q] *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dixit Dominus.*

LV. Quæ legentes testimonia, seminemus nobis justitiam, ut metamus fructum vitæ. Illuminemus lucem scientiæ, quia tempus est ut cognoscamus Deum, donec veniat fructus justitiæ nobis. [r] *Ecce nunc tempus acceptabile, & dies salutis.* Et vere, secundum quod scriptum est: [f] *Plenitudo legis est dilectio.* Joanne in hæc eadem concinente; [t] *Hoc præceptum accepimus a Patre, ut diligatis ad invicem.* Et: [u] *Qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Et: [x] *Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et quare occidit? quia opera ejus maligna erant; fratris autem ejus bona. Non admiremur, fratres, si oderit nos mundus: nos scimus quia transivimus de morte ad vitam, eo quod diligamus fratres.* Ergo diligamus nos mutuo.

LVI. Loquar aliud ad vos audentius, filii carissimi. Ex quo credidit mihi Deus conversationis vestræ & sanctæ conversationis gregem, non cessavi lacrymis monere & docere singulos, ut placeatis Deo; nec subtraxi aliquod quod vobis utile sentiebam, ut non dicerem. [y] *Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ejus, qui potest vos ædificare, & dare vobis hereditatem cum sanctis.* Vigilate, omni studio curaque contendite ne obliviscamini propositi vestri: sed implete quod vos scitis esse pollicitos. [z] *Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ adest: qui certamen bonum ex parte certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De cetero reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: non solum mihi, sed & omnibus qui dilexerunt justitiam ejus,* & omnia patris mandata fecerunt. [aa] *Finis verbi: omnia audi, Deum time, & mandata ejus custodi; quoniam omnis homo: universum opus Deus adducet in judicium, sive bonum, sive malum sit.*

Explicit Doctrina S. ORSIESII.

a Psalm. XVII. 26. *b* Prov. VIII. 17. *c* Lev. XXVI. 23. 24. *d* Psalm. IV. 5. *e* Ephes. IV. 26. *f* Matth. XVIII. 21. seqq. *g* Matth. V. 24. *h* Matth. IV. 12. Luc. XI. 4. *i* Coloss. III. 13. *k* Psalm. CXXXI. 1. *l* Num. XII. 3. *m* Matth. V. 4. *n* Prov. X. 1. *o* Ephes. V. 1. *p* Matth. V. 48. *q* Lev. XI. 44. *r* II. Cor. VI. 2. *f* Rom. XIII. 10. *t* II. Joan. ℣. 4. *u* I. Joan. IV. 21. *x* I. Joan. III. 12-14. *y* Act. XX. 32. *z* II. Tim. IV. 6-8. *aa* Eccle. XII. 13. 14.

S. ORSIESII ABBATIS TABENNENSIS

DE SEX COGITATIONIBUS SANCTORUM LIBELLUS.

I.

DE Domino cogitare debemus, ut delectemur in illo sperare, ad eum recordare, ut beatus David: *Sæculi homines consolantur se omnium dolorum, pergunt & considerant agnos, & equis equitant, aurum & argentum pensant, hominibus tradunt:* [a] *ego autem memor fui Dei, & delectatus sum, & me omnium adversitatum consolabor.*

II.

De passione Christi, ut sustineamus pro illo, adsidue [1] cogitando atque recolendo, quod omnipotens Dominus ac æternus Dei Filius descendit de alta cælorum altitudine in humanum corpus, [2] in quo sancto corpore sursum in crucem elevatus est: revocavit eo omnia superna regna ad pacem nostram: fudit pretiosum sanguinem in terram; eo nobis terrestribus sursum viam fecit, ut fieremus Angelorum cives.

III.

De hora transitus, ut simus parati. Omnis [3] vita hominis, omnis sapientia, meditatio est mortis, de qua uno die omnes sapientes trepidabunt.

IV.

De die judicii, ut rationem reddamus. Magnus est ille dies ad cogitandum, & memoriæ dignus; in qua die Dominus franget creaturam, quam in A principio creavit. Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam. Cælum & terra transibunt: & revelabit Dominus faciem ejus, id est, aperiet terram, & procedent mortui de sepulcris suis, & omnia opera hominum proferentur in publicum. Omnes ex æquo stabunt ante tribunal Christi. [b] *Nihil opertum, quod non revelabitur; nec occultum, quod non scietur.* Tamen peccata quæ ante emendantur, sciendo in judicio abscondet. In illa die magnam iram Dei nullus impiorum evadet; ideo recordari ante debemus, quod beatus David dicit: [c] *Jocundus homo in die judicii, qui miseretur & commodat; insuper disponit quotidie sermones suos in judicio, quod in æternum non commovebi-* B *tur.*

V.

De inferno, ut timeamus terribile, quod Esaias dixit: [d] *Vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.* Vermis, id est, conscientia, eo quod sciunt, quod meriti omnia mala sustinent.


VI.

De vita æterna, ut desideremus, ubi gaudium & lætitiam tenebunt sancti, & fugiet dolor & metus. De his sex Cogitationibus vincit anima C justi inimicum, & his custoditur sæpe & assidue cogitare de Domino & recolere, & super omnia diligere, ut post sæculum in æternum eum cum Angelis & Archangelis & cum omnibus Sanctis diligere valeamus, per eum qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

a Psalm. LXXVI. 4. *b* Matth. x. 26. *c* Psalm. CXI. 5. 6. *d* Isa. LXVI. 24.

1. Ms. cogitandum atque recolendum.
2. Ms. in quo sanctorum cor sursum in cruce elevatur.
3. Ms. vita hominis sapientiam mediam esse mortem, de quo uno die omnes sapientes trepidabunt.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
347.



S. SERAPIONIS
EPISCOPI THMUEOS,
LIBER
ADVERSUS MANICHÆOS.

Interprete FRANCISCO TURRIANO *Soc. Jesu.*

A Ἐπιλύει τὴν πλάνην ἡ ἀλήθεια καὶ ἀναιρεῖ τὴν ἀπάτην, καὶ πᾶν ψεῦδος προελθεῖν οὐκ ἐᾷ. ἱκετεύσωμεν τὸν κύριον Ἰησοῦν ἀλήθειαν ὄντα, ἐλλάμψαι τὴν διάνοιαν ἡμῶν, ἵνα μήτε τὴν διάνοιαν ἀναιρῆται ἀπάτη δυνηθῇ, ἢ κρατῆται πλάνη ἰσχύσῃ· μήτε ἠρηκυῖα καὶ κεκρατηκυῖα ἔμμονον τὴν κράτησιν ἔχῃ. μόνον γὰρ φανεὶς καὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς ἀληθείας ἑαυτοῦ ἐκλάμψας· ἀποσκεδάσει μὲν τὴν γενομένην ἀπάτην, ἀνεξαπάτητον δὲ διατηρήσει τὴν διάνοιαν. αὐτὸς γὰρ βοᾷ· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. αὐτὸς παραγγέλλει· προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δὲ εἰσὶ λύκοι ἅρπαγες. ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνων πεφενακισμένος ἦν ὁ τρόπος, καὶ πεπλασμένον τὸ ἦθος, οὐκ ἐσιώπησεν ἡ ἀλήθεια, ἀλλ' ἐγύμνωσε τὸ ἀφανὲς τῆς διανοίας καλύπτεσθαι ὑπὸ τοῦ πεπλασμένου καὶ ἐσχηματισμένου μὴ ἐπιτρέψασα, ἵνα καταφωρος γενομένη αὐτῶν ἡ ἀπάτη ἀσθενὴς γένηται ἐν ταῖς ἐπιχειρήσεσι, μηδένα συλλαμβάνειν δυναμένη.

I. Solvit errorem veritas & extinguit fallaciam, & omnis mendacii ortum intercipit ac prohibet. Obsecremus igitur Dominum Jesum qui est veritas, ut illuminet mentem nostram, ut neque fallacia mentem capere possit nec error vincere: neque si ceperit aut vicerit, firmam & stabilem victoriam obtineat. Solummodo enim si apparuerit, & radios veritatis suæ emiserit, fallaciam quidem inductam dissipabit, mentem vero extra errorem conservabit. Ipse enim clamat: [a] *Ego sum via, veritas & vita.* Ipse præcipit: [b] *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces.* Quia enim illorum modus fraudulentus erat & B mores simulati, non celavit eos veritas, sed nudavit; non permittens, ut quod in mente latet, ab eo quod extrinsecus fictum & simulatum est, tegatur: ut ipsa fallacia deprehensa infirma fiat in eorum argumentis, ita ut neminem irretire queat.

Ἔστι μὲν οὖν ἡ κακία πολυειδὴς καὶ πολυσχιδὴς κατὰ διαφόρους ἡπλωμένη τὰς ἐπιχειρήσεις, ἔνια τῶν ἑαυτῆς μερῶν βλαπτικώτερα καὶ ἀναιρετικώτερα ἔχουσα. διὰ τοῦτο οὐδὲ τὰ ἥττονα σιωπητέον, οὐδὲ τῶν μειζόνων ἀφεκτέον, εἰδότας τοῦτο, ὅτι τὰ μὲν ἐλάττονα μόρια τῆς κακίας βραχυτέρας ποιεῖται τὰς βλάβας, τὰ δὲ μείζονα μεγάλας· ὁ γὰρ μείζοσι σφαλεὶς μείζων καὶ τιμωρεῖται· καὶ ὁ ὑπὸ μείζονος ἀπατηθεὶς μείζονα καὶ C κολάζεται.
ται γὰρ αἱ ἀπάται
δὲ καὶ τὰ πλη
καὶ σταθμίζω
δικά
τιμα
ἀστάθμητον ἐᾷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑκάστου τοῦ ἠπατηκότος ἀπάτην, καὶ τοῦ ἠπατημένου τὴν εὐκολίαν μετρήσας ὁρίζει τὴν τιμωρίαν. σπουδαστέον οὖν, μήτε τῷ βραχυτάτῳ αἱρεῖσθαι. καὶ γὰρ ἡ βραχυτάτη ἀπάτη σπινθῆρος δίκην ὕλην παραλαβοῦσα τὴν συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς ἐξάπτει, καὶ μεγάλην φλογὰ κατασκευάζει· πολλοὶ γὰρ ἐξ ὀλίγης ἀπάτης ἀρξάμενοι εἰς πέλαγος ἀπάτης ἐξεχύθησαν. D

II. Est igitur malitia multiformis & multipartita, in varias argumentationes fusa: cujus partes quædam nocentiores sunt, & magis mortiferæ. Quamobrem neque minora tacenda sunt, neque majoribus parcendum; cum sciamus minores quidem partes vitii minora damna parere; majores vero magna. Qui enim in gravioribus labitur, gravioribus pœnis punitur: & qui a majore deceptus est, majus supplicium sustinet. Ponderantur enim fallaciæ; ponderantur etiam peccata: & qui ponderatur, pro gravitate ponderis supplicium reportat: neque quidquam qui judicat, non ponderatum relinquit. Quin etiam uniuscujusque qui fefellit, fallaciam & facilitatem ejus qui deceptus est, demensus pœnam decernit. Quocirca studendum est, ut ne minima quidem fallacia capiamur: siquidem minima fallacia instar scintillæ, nacta materiam assensionem animæ, incendium magnæ flammæ efficit; multi enim principio ex parvo errore cœpto, in pelagus erroris dilapsi & effusi sunt.

Διὰ τοῦτο φροντιστέον, μήτε τῇ βραχυτάτῃ ἀπάτῃ αἱρεῖσθαι, τειχίον τῇ ψυχῇ κάλλιστον οἰκοδομοῦντας· ἵνα μήτε τῷ μείζονι αἱρεθῶμεν· ὁ γὰρ περὶ τὰ βραχύτατα σφαλεὶς πταίσει ποτὲ καὶ περὶ τὰ μείζονα, καὶ ὁ μηδὲν τῶν μικρῶν αἱρεθεὶς
αναν
τὸν τὴν ἀσφάλειαν καὶ
μείζονα σχήσει. ἐπεὶ
λύκοι πολλοὶ κώδια
ἠμφιεσμένοι
ημη. μή σι
υ τοῖς
οὖσα

III. Idcirco curandum est, ut ne minimo quidem errore labi contingat; pulcherrimo animæ propugnaculo ædificato, ne majore capiamur. Qui enim in parvis labitur errore, labetur aliquando in majoribus: & qui non est seductus a parvis, erit ita contra majora munitus & tutus, ut ei resisti non possit. Quia igitur si multi lupi pelles ovium induti, gregem invaderent, non sileret pastor, sed gladium vibraret, ut in tuto gregem collocaret, nudans & patefaciens conatum ferarum. Ecce multi sunt qui exierunt, & heic atque illic errant, pro pellibus ovium nomen Christi induti: qui se quidem dicunt, quod non sunt; quod

a Joan. XIV. 6. *b* Matth. VII. 15.

μάχαιραν σειέτω, ἀσφάλειαν μυωμένη τῇ ποίμνῃ, γυμνοῦσα δὲ καὶ τὴν ἐπιχείρησιν τῶν θηρίων· ἰδοὺ γὰρ πολλοὶ μέν εἰσιν οἱ προελθόντες, καὶ ὧδε κἀκεῖ πλάζονται, ἀντὶ κῳδίων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιβεβλημένοι, καὶ λεγόμενοι μὲν ὃ μή εἰσιν, ὄντες δὲ ὃ λέγεσθαι οὐκ ἀνέχονται· ἀλλὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν καλύπτοντες τῷ σχήματι τοῦ ὀνόματος, καὶ κοινωνοῦντες μὲν τῷ ὀνόματι, ἄρδην δὲ διαφθεῖραι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐσπουδακότος, κατὰ μὲν τοῦ Ἰησοῦ στρατευόμενοι, Ἰησοῦν δὲ ἐπικεκλημένοι· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ χαλεπωτάτη πονηρία, ὅτι λέγονται τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Χριστῷ πολεμοῦντες· ἐπὶ γὰρ ἠτόνησεν ἡ πονηρία πολεμεῖν πρὸς Θεὸν, κέχρηται τῷ ὀνόματι, ἵνα τῇ χρήσει τοῦ ὀνόματος οἴησιν ἐμποιήσασα τοῖς ἄφροσιν, ὡς οἰκεία τοῦ Χριστοῦ, ὧδε κἀκεῖ, ὡς βούλεται λυμαίνηται τοὺς τῷ σωτῆρι πεπιστευκότας· ὧδε μὲν Οὐαλεντῖνος προῆλθεν· ὧδε δὲ Μαρκίων· ὧδε δὲ [1] Σιπανός· ἀλλοθεν δὲ καὶ [2] ὁ Φάνιος· τελευταῖον δὲ ἔκτρωμα τῆς πονηρίας, πάσας τὰς ἄλλας πονηρίας ἐλαττώσασα, καὶ μείζονι πονηρίᾳ τὰς τῶν ἄλλων πονηρίας δευτέρας ἀποδείξασα, ἡ τοῦ Μανιχαίου προῆλθε μανία· καὶ ἐν μὲν τοῖς προφητικοῖς γέγραπται, διὰ τὸ πάνυ ἠμεληκέναι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ· ἄρτι δὲ πολλαὶ καὶ ἄτοποι δόξαι πεπλανημέναι οὖσαι τῷ μεγέθει τῆς τῶν Μανιχαίων κακοδοξίας, συμμεμέτρηνται πελάγει κακίας καταπεπλυσμέναι.

XXV. O rem communem mirabilem ! Scripta ſunt ſanctorum peccata, ut ſciatur veritas ; quod ex ſimilibus nati & ſimiliter orti, ſtudio virtutis excelluerunt, qui non natura vicerunt, ſed virtute claruerunt. Quod ſi apud Petrum & alios Apoſtolos non natura, ſed libera voluntas virtutem definit ; apud quoſnam naturam peccati expertem invenire poſſumus, ſi apud Apoſtolos non potuimus? Ubi indagare poterimus ? Fruſtra & vane, quæ non ſunt, curioſe inquirimus. En, Petrum interrogo ; en, Thomam excutio ; non loquor vetera ; B non commemoro David, tametſi debeam, ut a quibus optant ignorantes, inde accuſationes ferant ; ut de quibus libenter diſſerunt, ab illis redarguantur. Quia enim Evangeliis ſtuduerunt, ex Evangeliis protulimus unde convincantur. Idcirco enim legem ſine lege loquuntur, μὴ φιλολογοῦντες ; idcirco ſcientiam Evangeliorum non tenent, qui initium Evangeliorum non ſuſceperunt, initium Evangelii Jeſu Chriſti. Sicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta : *Hi principium diſciplinarum repudiaverunt facto principio telarum, quæ in malitia ab ipſis texuntur.*

Ὁ τὴν εὐεργεσίαν αὐτοῦ ἀποκρύπτων ἐν τῇ ψυχῇ, οὗτος ἐὰν εἰσβάλῃ καὶ γένεται ἔνδον, πανηγύρεις θεῖαι καὶ ἱεροπρεπεῖς ἀποτελοῦνται, χοροὶ λαληθῆναι μὴ δυνάμενοι, θυμηδίᾳ σιωπῇ τετιμημένη· εὐθὺς γὰρ ἀνέλκει τὴν διάνοιαν, καὶ πτεροῖ τὴν ψυχήν, καὶ μετάρσιον αὐτὴν πρὸς τὰ κρείττονα κατασκευάζει. ἀμέλει ἐάν τις ἐκεῖνον ἴδῃ, οὐκέτι πρὸς ἑαυτὸν βλέψει, ἀλλὰ τῷ θεωρηθέντι κάλλει καταπλήττεται· πάντα ἀκαλλῆ ἡγεῖται. διὰ τὴν ἐκείνου εὐπρέπειαν, βοᾷ· ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης· βοᾷ· πάντα ἡγοῦμαι σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν κερδήσω. ἐὰν δ' ἄρα οὗτος κρούῃ καὶ βραδύνῃ ἡ διάνοια, καὶ ὕπνῳ χρήσηται, καὶ τοῦ βράδους αἰτία γένηται, ἀφίησι φωνήν, ἄνοιξόν μοι ἀδελφή μου, νύμφη, ὅτι ἡ κεφαλή μου ἐνεπλήσθη δρόσου, καὶ οἱ βόστρυχοί μου ψεκάδων νυκτός· ἵνα τὴν φιλίαν δείξῃ, καὶ τὴν κηδεμονίαν σημάνῃ· ὅτι καὶ ἀποκλειόμενος ὁ λόγος ἀνέχεται, καὶ ἔξω ὢν χαίρει· καὶ οὐκ ἀφίσταται, ἕως ἂν τῇ συνεχείᾳ τῆς αἰτήσεως καὶ τῆς κρούσεως ὑπανοίξῃ ἑαυτὴν ἡ διάνοια, τόπον τῷ κρούοντι παρέχουσα.

XXVI. Qui beneficium ſuum in anima recon- C dit, hic ſi ingrediatur & intus ſit, divini conventus fiunt in ea & celebritates quæ ſanctos decent, & chori qui ſermone exprimi non poſſunt, grato animo & ſilentio honoratur. Statim enim iſte mentem erigit, atque animam reddit aligeram, & ſublimem ad meliora efficit. Sane quidem, ſi quis illum videret, non jam ſe ipſum aſpiceret, ſed pulcritudinem quam contemplaretur, obſtupeſceret ; cetera omnia fœda duceret. Propter illius decorem clamat : [a] *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* [b] *Omnia exiſtimo ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam.* Si vero hic pulſet, & mens cunctetur ac ſomno ſe dedat, ſitque ipſe tarditatis cauſſa, emittit vocem : [c] *Aperi mihi, ſoror mea,* D *ſponſa, quoniam caput meum impletum eſt rore, & cincinni mei guttis noctis.* Hæc dicit, ut amicitiam declaret, & curam providam ſignificet, & quod ratio excluſa tolerat ; & cum foris eſt, ſuſtinet, & non recedit, donec continua petitione & pulſu ſe ipſam mens aperiat, præbens locum pulſanti.

Περιέρχονται δὲ καὶ οἱ γοήτες· καὶ οἱ ψευδο-προφῆται, καὶ οἱ ψευδό-χριστοι, πῇ μὲν κρούοντες, πῇ δὲ ὀρύττοντες· καὶ τῷ μὲν κρούσματι ἁπαλωτέρῳ χρώμενοι, καὶ μιμούμενοι τὴν ἀληθῆ κροῦσιν, ὡς τάχα τῇ ὁμοιότητι τῆς κρούσεως ἀπατηθεῖσα ἡ διάνοια, ὡς οἰκείῳ καὶ γνωρίμῳ ὑπανοίγῃ· οὐ παραιτούμενοι δὲ οὐδὲ τὸ τοιχωρυχεῖν, ἀλλὰ καὶ διορύττειν ἐσπουδακότες, ἵνα ἢ ἀπάτῃ ἢ βίᾳ δελεάσωσι τὰς διανοίας· ἀμέλει τοὺς μὲν βίᾳ εἷλον, τοὺς δὲ ἀπάτῃ γεγοητεύκασι. διὰ τοῦτο οἱ σοφοὶ καὶ σεμνοὶ κλειδοφύλακες, ὄντες, ἐπιστήμην μετὰ τοῦ γρηγόρου κερασάμενοι· διὰ τὸ ἐγρηγορέναι οὐδέποτε διορύττονται· διὰ δὲ τὴν ἐπιστήμην, οὐδέποτε ἀπατῶνται· ἐπιστήμη μὲν γὰρ τῇ γοητείᾳ, γρηγόρησις δὲ τόπον τοῖς διορύττουσιν οὐ δίδωσι. τούτου χάριν οἱ σεμνοὶ καὶ σεμναὶ κλειδοφυλακήσωμεν ἑαυτῶν τὰς διανοίας, ἐπιστήμῃ μὲν τὴν ἀπάτην νικῶντες, τῇ δὲ γρηγορήσει τὸ ἄσυλον ἑαυτοῖς μνηστευόμενοι.

XXVII. Circumeunt autem præſtigiatores, & pſeudo-prophetæ ac pſeudo-chriſti, partim pulſantes, partim fodientes ; ac pulſu quidem molliore utentes, & verum pulſum imitantes, ut ſimilitudine pulſus fortaſſe mens decepta, tamquam domeſtico & noto aperiat ; qui non recuſant parietes E labefactare, immo ſtudent perfodere, ut aut per fallaciam aut per vim mentes capiant : & vero alios quidem vi, alios præſtigiis fraudulentis fefellerunt. Quamobrem ſapientes & honeſti cuſtodes clavium ſcientiam cum vigilantia miſcent, ut quia vigilant, non perfodiantur parietes ; quia ſapientes ſunt, non fallantur : ſapientia enim non præbet locum præſtigiis, neque vigilantia perfodientibus. Quocirca honeſti & honeſtæ qui ſumus, mentes noſtras clave cuſtodiamus ; ſcientia quidem fraudem vincentes, vigilia vero nos ipſi a direptione ſervantes.

a Eccle. I. 2. b Philipp. III. 8. c Cant. V. 2.

1. Τὴν ἀρχ.] Locus contextus videtur ex *Iſa.* LIX. 4. 6.

INDEX CAPITUM LIBRI

S. SERAPIONIS EPISCOPI THMUITANI,


ADVERSUS MANICHÆOS.

LIBERII PAPÆ EPISTOLÆ.

ACCESSIT

ORATIO EJUSDEM LIBERII,

Marcellinam S. Ambrosii sororem dato virginitatis velamine consecrantis.



EPISTOLÆ LIBERII PAPÆ.

EPISTOLA I. [1]

LIBERII PAPÆ AD HOSIUM episcopum Cordubensem.

De Vincentii episcopi Capuani legatione & lapsu.

QUia in nullo conscientiam tuam debeo prætermittere: multi ex Italia episcopi convenerunt, qui mecum religiosissimum imperatorem Constantium fuerunt deprecati, ut juberet, sicut ipsi placuerat dudum, concilium ad Aquilejam congregari. Vincentium Capuensem cum Marcello æque ex Campania episcopo legationem nostram suscepisse sanctitati tuæ insinuo. De quo cum multa sperarem, quod & caussam optime retineret, & judex in eadem caussa cum sanctitate tua frequenter resedisset; credideram [2] integrum Dei Evangelium sua legatione posse servari. Non tantum nihil impetravit, sed & ipse in illam ductus est simulationem. Post cujus factum duplici mærore confectus, mihi moriendum magis pro Deo decrevi, ne viderer novissimus delator [3], aut sententiis contra Evangelium accommodare consensum.

EPISTOLA II. [4]

LIBERII PAPÆ AD CÆCILIANUM Spoletinum episcopum.

De eadem re.

NOlo te factum Vincentii ab intentu boni operis revocet, frater carissime.

EPISTOLA III. [5]

LIBERII PAPÆ AD EUSEBIUM Vercellensem episcopum.

De legatione Luciferi Calaritani episcopi ad Constantium imp. ut concilium, quo res Ecclesiæ componantur, ab eo postulet. Ut Eusebius ipse illius adjutor sit, quo petitionem impetret.

LIBERIUS [6] episcopus dilectissimo fratri EUSEBIO.

I. ME, frater carissime, ad solatium vitæ præsentis erigit invicta fides tua, qua A secutus Evangeliorum præcepta, nullo genere a consortio sedis apostolicæ discrepasti: quod credo non sine Dei impulsu, qui [7] digno sibi in sacerdotio detinet, benevolentia complesse. Cum igitur post legationem Vincentius in illam ductus [8] est simulationem; reliqui per Italiam episcopi publica conventione coacti fuissent sententiis Orientalium obedire; Deo procurante, frater & coepiscopus noster Lucifer de Sardinia supervenit, qui cum latebras caussæ interioris cognovisset, & pervenisset ad ejus conscientiam, sub occasione nominis Athanasii hæreticos hæc velle tentare; pro devotione fidei suæ subire voluit justum laborem, & ad Comitatum religiosi principis pergere: ut tandem exposito B ordine totius caussæ, impetraret ut omnia quæ in medium venerunt, in cœtu possent sacerdotum Dei tractari.

II. Itaque quia scio sanctum fidei tuæ calorem cum ejus animo concordare, prudentiam tuam peto, ut si procurante Deo habuerit te præsentem, per quoscumque potueris, solicite excubare contendas, ut possitis universa quæ fides catholica exigit, clementissimo imperatori insinuare: ut tandem aliquando deposita animi indignatione, faciat quod & quieti nostræ, & saluti [9] suæ possit in omnibus convenire. Ex superfluo autem credidi, ordinationem caussæ totius honorificentiæ tuæ litte- C ris insinuare, cum supradictus frater meus vel ejus comites [10] in præsenti possint omnia relatione sua referre. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

EPISTOLA IV. [11]

Missa ad Constantium imperatorem a Liberio episcopo urbis Romæ per Luciferum episcopum.

D

Constantium sibi placare, & concilium quo paci ecclesiarum consulatur, ab eo impetrare conatur.

Gloriosissimo CONSTANTIO Augusto LIBERIUS episcopus.

I. OBsecro [12], tranquillissime imperator, ut mihi benignas aures clementia tua tribuat, quo possit mansuetudini tuæ mentis meæ propositum apparere. De Christiano enim imperatore & sanctæ memoriæ Constantini filio hoc ipsum sine

1. Exstat inter fragmenta Hilarii fragm. VI. num. 2. nec non apud Baronium ad ann. 353. num. 9. edita. Integram non esse, prima ejus verba apud Hilarium, *Inter hæc*, persuadent. Scripta est post recentem Vincentii in Arelatensi synodo lapsum; adeoque circa exitum anni 353. aut circa initium anni 354.

2. Apud Baron. desideratur *integrum*. In duobus mss. habetur, *integrum jus Evangeliorum*.

3. Apud Baron. *delator exsistere: nam videtur sententiis accommodasse consensum*.

4. Hanc epistolæ tenuem particulam nobis transmisit Hilarius fragm. VI. num. 3. Epistola autem eo ipso tempore, quo superior, scripta est.

5. A Baronio ad annum 353. num. 20. & a Stephano Ferrerio Vercellensi episcopo ex ipsius Vercellensis ecclesiæ archivo exscripta atque edita est. Ad annum 354. videtur referenda.

6. Ita Ferrerius. At Baron. *Liberius fratri Eusebio*.

7. *Digno*] Forte *dignos*.

8. Orationis integritas postulat, *ductus esset simulationem, & reliqui*.


9. Apud Baron. *saluti tuæ*. Rectius apud Ferrer. *saluti suæ*.

10. Scil. Pancratius presbyter & Hilarius diaconus, uti declaratur in epistola sequenti.

11. Ex Hilarii fragm. V. nobis suppeditatur. Ibi *epistola legatorum*, hoc est, quam legati perferendam acceperunt, inscribitur. Ipsis una cum superiore tradita est. Baronius ad annum 354. num. 2. eamdem ex bibliotheca Patrum edit. Paris. exscripsit.

12. Apud Baron. *Opto*; & mox, *quo possim . . . aperire*, pro *quo possit . . . apparere*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 353.



cunctatione mereor impetrare. Sed in eo me laborare intelligo, quia repetita satisfactione placabilem etiam circa reos animum tuum in gratiam meam revocare non possum. Sermo enim pietatis tuæ, jam dudum ad populum missus, me quidem, quem patienter omnia ferre necesse est, plurimum lacerat: sed animum tuum qui lenitati semper vacat, qui numquam, ut scriptum est, in occasum diei iracundiam servat [a], retinere circa me indignationem miraculo mihi est. Ego enim, religiosissime imperator, tecum veram pacem requiro, quæ non sit verbis composita interna dispositione fallaciæ, sed præceptis Evangeliorum rationabiliter confirmata. Non Athanasii tantum negotium, sed multa alia in medium venerunt, propter quæ concilium fieri mansuetudinem tuam fueram deprecatus: ut ante omnia, quod specialiter optat mentis tuæ erga Deum sincera devotio, cum fidei caussa, in qua prima nobis spes est ad Deum, diligenter fuisset tractata; [1] ne eorum qui nostram circa Deum observantiam mirari debent, possent finiri. Et dignum fuerat Dei cultore, dignum imperio tuo quod Christi pietate regitur & augetur, specialiter hoc ipsum pro reverentia sanctæ religionis cui prudenter intentus es, clementiam tuam nobis ad hæc impetranda præstare.

II. Sed multi Ecclesiæ membra lacerare festinant, qui confinxerunt me litteras suppressisse, ne crimina ejus quem dicebantur condemnasse, apud omnes paterent. Quas [2] illas litteras? Episcoporum Orientalium & Ægyptiorum, quibus in omnibus eadem in Athanasium crimina continebantur? At satis omnibus clarum est; nec quisquam negat, nos Orientalium litteras intimasse, legisse ecclesiæ, legisse concilio, atque [3] hæc etiam Orientalibus respondisse: qui fidem & sententiam non commodavimus nostram, quod eodem tempore [4] octoginta episcoporum Ægyptiorum de Athanasio sententia repugnabat, quam similiter recitavimus atque insinuavimus episcopis Italis. Unde contra divinam legem visum est etiam, cum episcoporum numerus pro Athanasio major exsisteret, in parte aliqua commodare consensum. Hæc scripta, si Deo fidem [5] debet Eusebius qui missus fuerat, festinans ad Africam nobis reliquit: quæ tamen postea omnia scripta, ne ad impetrandum forte concilium deessent, Vincentius qui cum ceteris missus fuerat Arelatum pertulit.

III. Videt igitur prudentia tua, nihil in animum meum introisse, quod Deo servientibus non dignum fuerat cogitare. Testis autem mihi est Deus, testis est tota cum suis membris Ecclesia, me fide & metu in Deum meum cuncta mundana ita, ut evangelica & apostolica ratio præcepit, calcare atque calcasse. Non furore temerario, sed constituto atque observato jure divino, atque in alio ministerio ecclesiastico vivens, nihil per jactantiam, nihil per gloriæ cupiditatem, quod ad legem pertinebat implevi: & ad istud officium, testis est mihi Deus meus, invitus accessi; in quo cupio quidem sine offensa Dei, quam diu in sæculo fuero, permanere. Et numquam mea statuta, sed apostolica, ut essent semper firmata & custodita, perfeci. Secutus morem ordinemque majorum, nihil addi episcopatui urbis Romæ, nihil minui passus sum: & illam fidem servans, quæ per successionem tantorum episcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres exstiterunt, illibatam custodiri semper exopto.

IV. Denique jam me aperire caussam pietati tuæ solicitudo ecclesiastica atque ipsa devotio persuadet. Significant Orientales, paci nostræ velle conjungi. Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluissent damnare, de concilio animis iratis exierunt? Horum, si fas est sententiis, quale sit aut quid periculi habeat, commodare consensum, æquitas & clementia tua poterit æstimare. Non est novum, quod nunc subtiliter & sub occasione nominis Athanasii attentatur. Manent litteræ [6] Alexandri episcopi olim ad Silvestrum sanctæ memoriæ destinatæ, quibus significavit ante ordinationem Athanasii, undecim tam presbyteros quam etiam diacones, quod Arii hæresim sequerentur, se Ecclesia ejecisse: ex quibus nunc quidam extra Ecclesiam catholicam foris positi dicuntur sibi conciliabula invenisse, quibus asseveratur etiam Georgius [7] in Alexandria per litteras communicare. Quæ ergo pax potest esse, tranquillissime imperator, si [8] exhibitis episcopi, ut nunc per Italiam factum est, cogantur talium sententiis obedire.

V. Accipe aliud, quia tranquillitas tua patienter admittit. Manent legatorum litteræ qui ad clementiam tuam fuerant destinati, quæ nuper venerunt; quibus significant, propter turbationem quidem omnium ecclesiarum, se quidem ante succumbere sententiis Orientalium voluisse, proposuisse tamen conditionem, ut si iidem Arii hæresim condemnassent, hoc genere inclinati eorum sententiis obedirent. Placitum, ut ipsi significant, scriptura teste firmatur; itur in concilium; accipiunt cum deliberatione responsa, Arii doctrinam se damnare non posse; Athanasium, quod solum exigebant, communione esse privandum. Hinc jam clementia tua hoc quoque consideret, recte catholicæ religionis jure servato, an hominis caussa debeat diligenter excusseque tractari.

a Ephes. IV. 26.

1. Apud Baron. *nec eorum*. Mallemus *tunc eorum* supplendo *caussæ*. Hoc enim sibi vult Liberius heic, quod infra epist. seu §. VIII. p. 69. Eusebium spadonem alloquens repetit, *Primum omnis de fide dissensio abscindenda est, ac deinde alia negotia excutienda*.

2. In ms. Pith. hoc est in archetypo fragmentorum Hilarii, *quasi illas*.

3. Apud Baron. *ad hæc*, abundat præpositio *ad*. Mox magis placeret, *quia iis fidem*: ut heic indicet Liberius quid Orientalibus responderit.


4. Apud Baron. *septuaginta quinque*: exemplaribus Hilarii ut & Epistola 3. synodi Sardicensis ad Julium num. 2. refragantibus.

5. In bibl. PP. *debet Theosebius*. Baron. habet *Theosebius*, & ad marg. *Theobadius*. Num is notatur Eusebius eunuchus, qui & postea ad Liberium cum muneribus missus est, ut eum ad obsequendum Constantii voluntati induceret?

6. Encyclicæ scilicet, quas Socrates lib. 1. cap. 6 [illegible] riæ suæ inseruit. Exstant & apud Athan. [illegible] tom. 1. pag. 397. — Eas habes sup. tom. [illegible]

7. Forte Laodiceæ episcopus. Heic ce[illegible] ab eo Georgio, qui anno dumtaxat 3[illegible] post quam hæc epistola scripta est, in Ale[illegible] dem invasit.

8. Apud Baronium desideratur *exhibitis*. [illegible] edictum, ab imperatore, ut narrat Sulpic[illegible] situm, *ut qui in damnationem Athanasii* [illegible] *in exsilium pellerentur*.



VI. Unde iterum atque iterum mansuetudinem tuam atque animum tuum Deo devotum rogamus per ejus virtutem qui se in defensione tua quantus sit universis mortalibus approbavit, ut habens ante oculos ejus beneficia qui imperium tuum in omnibus regit, hæc in cœtu episcoporum diligenter facias cum omni consideratione tractari: ut pacatis per te, Deo favente, temporibus, tranquillitate tua consentiente, sic omnia discutiantur, ut quæ fuerint judicio sacerdotum Dei confirmata, cum constiterit omnes in expositionem fidei quæ inter tantos episcopos apud Nicæam præsente sanctæ memoriæ patre tuo confirmata est, universos consensisse, cum exemplo possint in posterum custodiri: ut ipse Salvator qui desuper mentis tuæ propositum intuetur, in tanta rerum expeditione lætetur, caussam fidei & pacis etiam reipublicæ necessitatibus non immerito præposuisse.

VII. Ad exorandum igitur mansuetudinem tuam, ut benevolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem & coepiscopum meum sanctum virum Luciferum cum Pancratio [1] presbytero & Hilario diacono placuit proficisci. Quos credimus de clementia tua ad pacem omnium ecclesiarum catholicarum non difficulter posse concilium impetrare. Dei omnipotentis clementia te nobis custodiat, clementissime ac religiosissime Auguste.

EPISTOLA V. [2]

LIBERII PAPÆ AD EUSEBIUM episcopum Vercellensem.

Ut legatis ad Constantium pergentibus se adjungat.

LIBERIUS episcopus dilectissimo fratri EUSEBIO.

Remeante filio meo [3] Callepio ad patriam suam, optimum credidi per hunc sanctitatem tuam salutare, domine frater carissime, orans Dei clementiam, ut salvus atque hilaris litteras meas accipias. Sane quia scio invictum animum tuum fideliter agere quæ Deus præcepit, commendo tibi fratrem & coepiscopum nostrum Luciferum, sed & carissimos filios meos Pancratium presbyterum & Hilarium diaconum, qui pro statu Ecclesiæ animo virili & virtute deifica, tempore tempestivo, aggressi sunt [4] contra inimicos Ecclesiæ, quos Deus spiritu oris sui destruet. Scio enim ferventem spiritum Dei esse in te, ut simul cum eisdem aggrediaris: ut fides, quæ ab Apostolis tradita est Ecclesiæ catholicæ, nullo modo irrumpi possit: (Certe dignaris retinere si leges publicæ absentem non [5] condemnant) ut eorum consortio jungat se fides tua, & similis ubi fuerit, adsit sanctitas tua, uno colloquio, uno consilio id agatis, quod Deo & Angelis ejus placet, & Ecclesiæ catholicæ expedit. A Pro hoc labore præmium cæleste, coronam immarcescibilem, hereditatem regni cælorum Christus Dominus noster retribuat vobis. Salutamus omnes qui tecum Deo fideliter serviunt. Salutate omnem clerum. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

EPISTOLA VI. [6]

LIBERII PAPÆ AD EUSEBIUM episcopum Vercellensem.

Quanta lætitia affectus sit Eusebii litteris, quibus eum se legatis ipsius adjunxisse didicit. Fortunatiano Aquilejensi episcopo se pariter scripsisse, ut cum eis excubet, & si opus sit, suam eis præsentiam non neget. B

LIBERIUS episcopus dilectissimo fratri EUSEBIO.

I. Sciebam, domine frater carissime, quod Spiritu Dei fervens in caussa fidei quæ nos potest Domino commendare, fratri & coepiscopo nostro Lucifero, & Pancratio compresbytero nostro qui simul erat profectus cum filio meo Hilario diacono, fida dignareris solatia exhibere, nec te posses iis denegare, quos sciebas pro devotione fidei suæ tantum laborem itineris suscepisse. Magnum itaque C levamen animus meus ex lectione litterarum tuarum accepit: immo caussam ipsam in melius proficere posse, Deo favente, quod fratres nostros deserere noluisti, jam jamque confido. Labora itaque ut bonus miles, qui præmium æterni Imperatoris exspectas, & virtutem animi qua te scio mundi hujus illecebras contemsisse, adversus eos qui Ecclesiæ quidem luce orbi sunt, [7] præbere contende. Habens utpote contemtum vitæ istius, veridicum te sacerdotem ostende: ut laborantibus vobis pro Ecclesiæ statu, concilium possit celebrari; ut omnia quæ in præjudicium fidei subtiliter e diverso venientes machinati sunt, possint in melius reformari. Hunc laborem quem egregia fides tua melius D novit, æterna præmia comitantur: cui quemadmodum insistere debemus, etiamsi exhortatio frigesceret, fervens Spiritus sanctus qui in te est, propter unitatem sanctæ Ecclesiæ per momenta animum tuum stimularet ad majora solatia.

II. Etiam ad fratrem & coepiscopum nostrum [8] Fortunatianum, quem sciebam neque personas hominum vereri & futura magis præmia cogitare, litteras erogavi; ut & ipse pro sinceritate pectoris, & pro fide quam se scit etiam cum discrimine vitæ præsentis custodisse, etiam nunc vobiscum dignaretur excubare. Quem quidem scio pro sanctitate pectoris sui indubitanter & consilio suo E prudentiam vestram firmare; & si ita vobis placuerit, præsentiam suam in nullo dilectioni vestræ negare. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

1. Baron. *compresbytero meo*: qua quidem locutione utitur infra Liberius epist. 6.
2. Tabulis ecclesiæ Vercellensis hanc debemus epistolam, quam Baronius ad annum 354. num. 6. & Stephanus Ferrerius exinde vulgarunt. Scriptam esse apparet post legatorum profectionem, sed antequam hi in Gallias pergentes Vercellis transissent, adeoque non longe post duas superiores.
3. Baron. ad marg. *Calepodio*. Sardicensi concilio Calepodius Neapolitanus episcopus subscriptus legitur: sed ecclesiastico more Liberius episcopos *fratres*, non *filios* appellare solet. Neque de episcopo ad ecclesiam suam redeunte, sed de laico *ad patriam* remeante heic videtur loqui.
4. Addit Baron. ad marg. *pugnare*. Nullum verbum heic desiderari suadet eadem mox repetita locutio, *ut simul cum eisdem aggrediaris*.
5. Hoc est, condemnari non vetant.
6. Ex eodem Vercellensis ecclesiæ archivo primum apud Baronium, ad ann. 354. num. 8. tum apud Steph. Ferrerium prodiit. Scripta est postquam Eusebius, a Liberio ut se legatis ipsius adjungeret rogatus, voluntati ejus parere se rescripsit, sed antequam Liberius legatos suos ad imperatorem pervenisse resciret, ut ex eo colligitur quod de Fortunatiano scribit. Pertinet igitur & hæc epistola ad annum 354.
7. *Præbere*] Seu *exserere*.
8. Apud Ferrer. *Fortunianum*, mendose.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 353.

EPISTOLA VII.[1]

LIBERII PAPÆ AD EUSEBIUM, Dionysium & Luciferum in exsilio constitutos.

Iis de confessionis gloria gratulatus, illorum orationibus se commendat, & ut de universis quæ Mediolani gesta sunt, se certiorem faciant rogat.

QUamvis sub imagine pacis, humani generis inimicus vehementius in membra Ecclesiæ videatur esse grassatus; vos tamen, [2] acceptissimi in Domino sacerdotes, egregia & singularis fides & heic probabiles Deo ostendit, & jam ad futuram gloriam martyres designavit. Quo itaque præconio laudis, qua vocis exsultatione merita virtutis vestræ proferam, positus inter mærorem absentiæ vestræ & gaudium gloriæ, prorsus invenire non possum: nisi quod scio hinc me probabiliora vobis solatia exhibere, si credatis me in exsilium simul vobiscum esse detrusum. Denique me adhuc in ipsa exspectatione pendentem quod a consortio vestro durior necessitas interim distrahit, satis contristor. Optaveram enim, fratres devotissimi, prior pro omnibus vobis impendi: ut exemplum gloriæ per me magis vestra dilectio consequeretur. Sed fuerit hæc palma meritorum vestrorum, ut priores de perseverantia fidei ad confessionis illustrem gloriam veneritis. Quæso igitur dilectionem vestram, ut me præsentem vobiscum esse credatis; atque eo me affectu absentem non esse sentiatis; & intelligatis dolere me satis, quod sum interim a vestro consortio disparatus. Quantam denique gloriam fueritis consecuti, hinc magis scire potestis, quod si qui in persecutione coronati sunt, solius [3] persecutoris cruentos gladios sentire potuerunt: contra vos, devoti per omnia Dei milites, etiam falsos fratres inimicos experti, de perfidia victoriam pertulistis: quorum quanto violentia in sæculo crescere potuit, tanto sanctis sacerdotibus præmia laudis inveniuntur conferre.

II. Estote itaque de promissione cælesti securi: & quia proximiores estis Deo effecti, vestris orationibus me vestrum consacerdotem famulum Dei ad Dominum sublevate, ut supervenientes impetus, qui de die in diem cum annuntiantur, graviora vulnera infligunt, tolerabiliter ferre possimus: ut inviolata fide, salvo statu Ecclesiæ catholicæ, parem vobis dignetur me Dominus efficere. Et quia cupio quæ gesta sunt in ipsa [4] congressione fidelius scire, obsecro sanctitatem vestram, universa fideliter litteris intimare dignemini: ut additamentum majus vel ipse animus qui diversis rumoribus cruciatur, vel vires corporis ipsius quæ jam extenuatæ sunt, de cohortatione vestra possint sentire. *Et alia manu*, [5] Deus vos incolumes custodiat, domini fratres.

VIII.

LIBERII PAPÆ DICTA

Ad Eusebium spadonem, dum ipsum, ut in Athanasium subscribens imperatori obtemperaret, hortabatur.

Apud ATHANASIUM *in* Hist. Arianor. ad Monach. §. XXXVI. *opp. tom.* I. *part.* I. *pag.* 365. *edit. BB. Paris.* 1698.

ΠΩΣ οἷόν τε γενέσθαι κατὰ Ἀθανασίου; ὃν γὰρ οὐ μόνον μία, ἀλλὰ καὶ δευτέρα σύνοδος πανταχόθεν συναχθεῖσα καλῶς ἐκαθάρισε, καὶ ἡ Ῥωμαίων δὲ ἐκκλησία μετ᾽ εἰρήνης ἀπέλυσε, πῶς δυνάμεθα κατακρῖναι; ἢ τίς ἡμᾶς ἀποδέξεται, εἰ ὃν παρόντα ἠγαπήσαμεν, καὶ εἴχομεν τῇ κοινωνίᾳ, τοῦτον ἐὰν ἀποστραφῶμεν ἀπόντα; οὐκ ἔστιν οὗτος ἐκκλησιαστικὸς κανὼν, οὔτε τοιαύτην πώποτε παράδοσιν ἔσχομεν παρὰ τῶν πατέρων, τῶν καὶ αὐτῶν παραλαβόντων παρὰ τοῦ μακαρίου καὶ μεγάλου ἀποστόλου Πέτρου. ἀλλ᾽ εἴπερ ἄρα μέλει τῷ βασιλεῖ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, εἰ κελεύει λυθῆναι τὰ παρ᾽ ἡμῖν περὶ Ἀθανασίου γραφέντα, λυέσθω καὶ τὰ παρ᾽ ἐκείνων κατ᾽ αὐτοῦ γενόμενα, λυέ-

QUei, quæso, adversus Athanasium id fieri possit (quod suades?) Nam quem non una solum, sed & altera synodus ex toto orbe coacta purum innoxiumque jure declaravit, quemque Romana synodus cum pace dimisit, quo pacto damnare possumus? Aut quis nos probaturus est, si quem præsentem dileximus & ad communionem admisimus, absentem aversemur? Non est illud ecclesiastici canonis, nec talem umquam accepimus a patribus, qui & ipsi a beato & magno apostolo Petro acceperunt, traditionem. Sed si imperator ecclesiasticæ pacis est studiosus, si jubet abrogari quæ apud nos pro Athanasio scripta sunt; abrogentur pariter quæcumque ab illis adversus eum

1. Apud Hilarium exstat fragm. VI. ex mss. Remig. & Pith. nec non apud Baronium ad annum 355. num. 32. & Stephanum Ferrerium e tabulis ecclesiæ Vercellensis & Vaticano codice exscripta. Non longe post Mediolanensem synodum, quæ anno 355. &, ut eruditis quidem videtur, ineunte habita est. Baronius ad an. 355. num. 34. *tum ad Eusebium tum ad reliquos episcopos exsules Dionysium, & alios omnes* datam in codice Vaticano legi testatur. Optandum erat ut propria exemplaris verba exscripsisset. Nam vereor ut non aliud præ se ferat hic codex, quam quod apud Hilarium, *Liberius ante quam ad exsilium iret, hanc uniformem epistolam Confessoribus scripsit, id est, Eusebio, Dionysio & Lucifero in exsilio constitutis.* Cujus inscriptionis litteræ si hæreamus, non *ad Confessores omnes diversis in locis exsulantes encyclica*, ut scribit Baronius, sed ad unos Eusebium, Dionysium & Luciferum *uniformis*, seu tribus unius formæ exemplis, quod postea dictum est *a pari*, conscripta est. In tabulis ecclesiæ Vercellensis propria Eusebio servata est inscriptio in hunc modum, *Liberius episcopus dilectissimo fratri Eusebio*: sed in epistolæ serie nihil immutatum.

2. Ita Baron. At mss. Pith. *acceptissimos sacerdotes*. Apud Ferrer. *acceptissimos Deo sacerdotes*.

3. Apud Ferrer. *quod qui in persecutione coronati sunt, solius persecutoris fructus gladio*. In tribus hisce postremis verbis concinit & ms. Pith. Baronius vero præfert, *quod qui . . . solius persecutionis cruentos gladios*. Retinendum *persecutoris*, cui opponantur *fratres falsi*, a quibus persecutionem sustinere ut gravius est, ita & de ipsis triumphare gloriosius esse Liberius ducit.

4. Baron. *congregatione*, rejecto in marg. *congressione*, quod præferunt alii libri, & quidem concinnius.

5. Clausulæ istius loco hæc apud Ferrerium legitur: *Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime. Item ipse & mei memor esse digneris.* Ibi nempe hæc epistola ut uni Eusebio inscripta exhibetur.

σθω δὲ καὶ τὰ κατὰ πάντων· καὶ γενέσθω λοιπὸν ἐκκλησιαστικὴ σύνοδος μακρὰ τοῦ παλατίου, ἐν ᾗ βασιλεὺς οὐ πάρεστιν, οὐ κόμης παραγίνεται, οὐ δικαστὴς ἀπειλεῖ, ἀλλὰ μόνον ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἀρκεῖ, καὶ ἡ τῶν ἀποστόλων διάταξις· ἵν᾽ οὕτως προηγουμένως, ἡ μὲν ἐκκλησιαστικὴ πίστις σώζηται, καθὼς οἱ πατέρες ὥρισαν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ. οἱ δὲ τὰ Αρείου φρονοῦντες ἐκβάλλωνται, καὶ ἡ αἵρεσις αὐτῶν ἀναθεματισθῇ· καὶ τότε λοιπὸν κρίσεως γενομένης περὶ ὧν Αθανάσιος, καὶ εἴ τις ἕτερος ἐγκαλεῖται, καὶ περὶ ὧν ἐγκαλοῦνται καὶ αὐτοὶ, οἱ μὲν ὑπεύθυνοι ἐκβάλλωνται, οἱ δὲ καθαροὶ παῤῥησίαν ἔχωσιν. οὐ γὰρ οἷόν τε συνόδῳ συναριθμηθῆναι τοὺς περὶ πίστιν ἀσεβοῦντας· οὐδὲ πρέπει προκρίνεσθαι πράγματος ἐξέτασιν, τῆς περὶ πίστεως ἐξετάσεως. χρὴ γὰρ πρῶτον πᾶσαν περὶ τῆς πίστεως διαφωνίαν ἐκκόπτεσθαι· καὶ τότε τὴν περὶ τῶν πραγμάτων ἔρευναν ποιεῖσθαι. καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς ὁ Χριστὸς οὐ πρότερον ἐθεράπευε τοὺς πάσχοντας, πρὶν ἂν δείξωσι καὶ εἴπωσιν ὁποίαν πίστιν εἶχον εἰς αὐτόν. ταῦτα παρὰ τῶν πατέρων ἐμάθομεν, ταῦτα ἀπάγγειλον τῷ βασιλεῖ· ταῦτα γὰρ καὶ αὐτῷ συμφέρει, καὶ τὴν ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. μὴ [1] ἀκουέτω καὶ Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης· καὶ γὰρ ἐν τοῖς προτέροις μετενόησαν, καὶ νῦν λέγοντες, οὐκ εἰσὶ πιστοί.

A gesta fuerint, abrogentur & quæ adversus omnes sunt acta: ac demum ecclesiastica synodus procul palatio cogatur, ubi nec imperator compareat, nec comes accedat, nec judex comminetur; sed tantum Dei timor sufficiat cum Apostolorum constitutione; ut cum primis ecclesiastica fides eo modo servetur, quo a patribus in Nicæna synodo definita est. Ejiciantur Arianæ pravitatis sectatores, eorumque hæresis anathemate damnetur: ac tum demum de criminibus quæ Athanasio vel alii cuipiam inferuntur, nec non de iis quibus accusantur illi, judicio facto, expellantur rei, & innoxii cum fiducia & securitate degant. Neque enim fas est synodo eos annumerari, qui fide impii sunt: ne- B que alterius cujusque negotii inquisitionem inquisitioni fidei anteferri convenit. Primum quippe omnis de fide dissensio abscindenda: ac deinde excutienda alia negotia. Nam Dominus noster Jesus Christus ægrotos non prius curavit, quam ostenderent verbisque declararent quam erga se haberent fidem. Hæc a patribus didicimus, hæc imperatori renuntia: ei enim & Ecclesiæ ædificationi hæc conducunt. Ne audiantur Ursacius & Valens: qui cum de rebus a se ante gestis pœnitentiam egerint, quidvis nunc dicant, minime fide digni sunt.

IX.

C

ΔΙΑΛΟΓΟΣ

Λιβερίου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ Κωνσταντίου βασιλέως.

DIALOGUS [2]

Liberii episcopi Romani & Constantii imperatoris, triduo ante quam Liberius in exsilium deportaretur, habitus.

Apud THEODORITUM Hist. eccl. *lib.* II. *cap.* XVI.

Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς εἶπεν· ἡμεῖς καὶ διὰ τὸν χριστιανόν σε, καὶ ἐπίσκοπον τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἄξιον ἐκρίναμεν, καὶ τοῦτο μεταστειλάμενοι παραινοῦμέν σοι, τῆς ἀποῤῥήτου ἀπονοίας τοῦ ἀνοσίου Αθανασίου τὴν κοινωνίαν ἀρνήσασθαι. Τοῦτο γὰρ ἡ οἰκουμένη δεῖν ἔχειν ἐδοκίμασε, συνόδου τε ψηφίσματι ἀλλότριον τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἔκρινε. Λιβέριος ἐπίσκοπος εἶπε· Βασιλεῦ, τὰ ἐκκλησιαστικὰ κρίματα μετὰ πολλῆς δικαιοκρισίας γίνεσθαι ὀφείλει. διόπερ εἴ σου δοκεῖ τῇ εὐσεβείᾳ, κριτήριον συσταθῆναι κέλευσον· καὶ εἰ ὀφθείη Αθανάσιος ἄξιος καταδίκης, τότε κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τύπον, ἐξενεχθήσεται ἡ κατ᾽ αὐτοῦ ψῆφος. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε καταψηφίσασθαι ἀνδρὸς, ὃν οὐκ ἐκρίναμεν. Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς εἶπε· Πᾶσα ἡ οἰκουμένη κατεψηφίσατο περὶ τῆς ἀνοσιότητος αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐξ ἀρχῆς τὸν καιρὸν διαπαίζει. Λιβέριος ἐπίσκοπος εἶπεν· Οσοι ὑπέγραψαν, οὐκ αὐτόπται τῶν γεγενημένων ἦσαν, ἀλλὰ διὰ δόξαν καὶ φόβον καὶ ἀτιμίαν τὴν παρὰ σοῦ. ὁ Βασιλεὺς· Τί ἐστι δόξα καὶ φόβος καὶ ἀτιμία; Λιβέριος· Οσοι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀγαπῶσι, τὰς παρὰ σοῦ μᾶλλον δωρεὰς προτιμήσαντες, ὃν μὴ ταῖς ὄψεσιν εἶδον, οὐ κρίναντες κατεδίκασαν· ὅπερ ἐστὶν ἀλλότριον χριστιανῶν.

I. CONSTANTIUS imperator dixit: Nos, quoniam & Christianus es & episcopus nostræ civitatis, idcirco te evocandum duximus, & admonendum ut nefariæ dementiæ impii Athanasii communionem abjicias. Id enim æquum esse D orbis terrarum censuit, eumque ab ecclesiastica communione alienum esse synodali sententia decrevit. LIBERIUS episcopus dixit: Judicia ecclesiastica, o imperator, summa cum æquitate fieri debent. Quare si placet pietati tuæ, judicium constitui jube: & si quidem Athanasius condemnatione dignus videbitur, tunc secundum ecclesiastici ordinis formam in illum sententia proferetur. Neque enim a nobis condemnari potest vir, quem non judicavimus. CONSTANTIUS imperator dixit: Totus terrarum orbis de ejus impietate sententiam tulit; & perinde atque ab initio tempori illudit. LIBERIUS episcopus dixit: Quicumque subscripserunt, res gestas ipsi non viderunt: sed propter E gloriam ac metum, neve abs te ignominia afficerentur, subscripserunt. IMPERATOR dixit: Quænam est gloria, quis metus, quæ ignominia? LIBERIUS respondit: Quicumque non diligunt gloriam Dei, ii tua munera anteponentes, eum quem ipsi non viderant, nullo judicio prævio condemnarunt: quod alienum est a Christianis.


Ο Βασιλεὺς· Καίτοι κέκριται κατὰ πρόσωπον ἐν τῇ γενομένῃ συνόδῳ ἐν Τύρῳ, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ κατεψηφίσαντο πάντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς οἰκουμένης.

II. IMPERATOR dixit: Atqui præsens judicatus est in concilio Tyri, & omnes orbis terræ episcopi eum in concilio damnarunt. LIBERIUS dixit: Num-

1. Ακυέτω] Forte ἀκουέσθω.

2. Liberius Mediolanum missus, seu, ut loquitur Athanasius hist. Arian. ad Monachos num. 39. *tractus*, sequentem cum imperatore dialogum anno 355. labente habuit. Hunc Theodoretus lib. 2. hist. eccl. cap. 16. descripturus, cap. 15. ita præfatur: *Jam vero celeberrimi Liberii pro veritate fiduciam & admirabiles sermones quos coram Constantio habuit, scripto mandare [illegible]. Digni [illegible] sunt enim a [illegible] viris, ut idonei qui stimulent & excitent ad æmulationem rerum divinarum studiosos.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 353.



Λιβέριος· οὐ δέ ποτε κατὰ πρόσωπον κέκριται ὁ ἄνθρωπος. ὅσοι γὰρ τότε συνελθόντες κατεψηφίσαντο αὐτοῦ, ἀναχωρήσαντος Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κριτηρίου, κατεψηφίσαντο ἀλόγως. Εὐσέβιος ὁ εὐνοῦχος εἶπεν· Εν τῇ συνόδῳ κατὰ Νίκαιαν ἀλλότριος ἀπεδείχθη τῆς καθολικῆς πίστεως. Λιβέριος· Πέντε μόνοι ἔκριναν τῶν συμπλευσάντων αὐτῷ ἐν τῷ Μαρεώτῃ, οὓς ἀπέστειλαν κατὰ τοῦ ἐγκαλουμένου συστήσασθαι κατ' αὐτοῦ ὑπομνήματα. ἀπὸ τούτων τοίνυν τῶν ἀποσταλέντων, οἱ δύο τεθνήκασι, Θεόγνιος καὶ Θεόδωρος· οἱ δὲ λοιποὶ τρεῖς ζῶσι, τουτέστι Μάρης καὶ Οὐάλης καὶ Οὐρσάκιος. ἀπὸ τούτων τῶν ἀποσταλέντων κατὰ Σαρδικὴν τοῦ πράγματος τούτου ἕνεκα συνεκροτεῖτο ψῆφος. οἳ ἐν τῇ συνόδῳ βιβλία ἐπιδεδώκασι, συγγνώμην αἰτοῦντες, ἐφ' οἷς ἐν τῷ Μαρεώτῃ κατὰ συκοφαντίαν ἐκ μονομεροῦς συνεθήκαντο κατὰ Ἀθανασίου ὑπομνήματα· ἅ τινα βιβλία αὐτῶν νῦν ἔχομεν μετὰ χεῖρας· τίνι τούτων δεῖ πείθεσθαι ἡμᾶς, βασιλεῦ, κοινωνεῖν; τοῖς πρότερον καταψηφισαμένοις, καὶ ἐκ δευτέρου συγγνώμην αἰτήσασιν, ἢ τοῖς νῦν τούτων καταψηφισαμένοις; Επίκτητος ἐπίσκοπος εἶπε· Βασιλεῦ, οὐ πίστεως ἕνεκεν σήμερον, οὐδὲ κριμάτων ἐκκλησιαστικῶν ἀντιποιούμενος Λιβέριος τὸν λόγον ποιεῖται, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἐν Ῥώμῃ συγκλητικοῖς καυχήσηται, ὡς συλλογισάμενος τὸν βασιλέα.

A quam ille præsens judicatus est. Quotquot enim tunc congregati Athanasium damnarunt, post illius e judicio discessum, absque ratione eum condemnarunt. EUSEBIUS eunuchus dixit: In concilio Nicæno alienus a catholica fide demonstratus est. LIBERIUS dixit: Quinque soli judicarunt ex iis, qui cum Ischyra navigarunt in Mareotem: quos quidem illi miserant, ut adversus accusatum acta conficerent. Ex iis qui tunc missi fuerant, ex hac luce migrarunt duo, Theognius scilicet & Theodorus: tres autem reliqui adhuc superstites sunt, nempe Maris, Valens & Ursacius. Contra hos qui missi erant, Sardicæ eam ob rem lata est sententia. Qui postea in synodo libellos obtulerunt, B veniam poscentes ob acta quæ per calumniam una dumtaxat parte præsente adversus Athanasium in Mareote fecerant. Quos quidem libellos nunc in manibus habemus. Utris horum assentiri & communicare debemus, imperator? his ne qui cum prius condemnassent Athanasium, postea veniam petierunt; an illis qui nuper istos condemnarunt? EPICTETUS episcopus dixit: Non fidei caussa, nec pro defensione judiciorum ecclesiasticorum Liberius hodie verba facit, o imperator, sed ut apud Romanos senatores glorietur, imperatorem a se esse superatum.

Ο Βασιλεὺς εἶπε Λιβερίῳ· Πόστον εἶ μέρος τῆς οἰκουμένης, ὅτι σὺ μόνος συναίρῃ ἀνθρώπῳ ἀνοσίῳ, καὶ τῆς οἰκουμένης τὴν εἰρήνην καὶ ὅλου τοῦ κόσμου λύεις; Λιβέριος· Οὐ διὰ τὸ εἶναί με μόνον, ὁ τῆς πίστεως ἐλαττοῦται λόγος· καὶ γὰρ κατὰ τὸ παλαιὸν, τρεῖς μόνοι εὑρίσκονται ἀντιστάντες προστάξει. Εὐσέβιος εὐνοῦχος εἶπε· Τὸν βασιλέα ἡμῶν Ναβουχοδονόσορ ἐποίησας. Λιβέριος εἶπεν· Οὐχὶ, ἀλλ' οὕτως ἀλόγως καταδικάζεις ἄνθρωπον, ὃν οὐκ ἐκρίναμεν. ἀλλὰ κἀγὼ ἀξιῶ πρότερον οἰκουμενικὴν ὑπογραφὴν προχωρῆσαι, βεβαιοῦσαν τὴν πίστιν τὴν κατὰ Νίκαιαν ἐκτεθεῖσαν· ἵν' οὕτως ἀνακληθέντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἀπὸ τοῦ ἐξορισμοῦ, καὶ ἀποκατασταθέντων τοῖς ἰδίοις τόποις, εἰ ὀφθείησαν οἱ νῦν θορύβους ἐγγεννῶντες ταῖς ἐκκλησίαις, συγκατατιθέμενοι τῇ ἀποστολικῇ πίστει, τότε ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων οἱ πάντες ἀπαντήσαντες, ἔνθα ὁ ἐγκαλούμενος καὶ οἱ ἐγκαλοῦντές εἰσι, καὶ ὁ ἀντιποιούμενος αὐτῶν, ἐξετάσαντες τὰ περὶ αὐτῶν συμπεριενεχθῶμεν. Επίκτητος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἀλλ' ὁ δρόμος τῶν δημοσίων οὐχ ὑποστήσεται τὴν χρείαν τῆς τῶν ἐπισκόπων παρόδου. Λιβέριος· Οὐ χρείαν ἔχει τὰ ἐκκλησιαστικὰ δημοσίου δρόμου· αἱ γὰρ ἐκκλησίαι ἱκαναί εἰσιν ἕως τῆς θαλάσσης διαπέμψασθαι τοὺς ἑαυτῶν ἐπισκόπους.

III. IMPERATOR Liberio dixit: Quota pars es C orbis terrarum, ut tu solus homini impio suffragari velis, & orbis ac mundi totius pacem dissolvas? LIBERIUS dixit: Etiamsi solus sim, fidei caussa non idcirco minuitur: nam & olim [a] tres tantum reperti sunt, qui regis mandato resisterent. EUSEBIUS eunuchus dixit: Imperatorem nostrum Nabuchodonosor facis. LIBERIUS dixit: Nequaquam: sed tu temere hominem condemnas, quem non judicavimus. Ego vero postulo, ut primum generalis præcurrat subscriptio, quæ fidem Nicææ expositam confirmet: deinde ut revocatis ab exsilio fratribus nostris & in sedes suas restitutis, si ii qui tumultus in ecclesiis nunc excitant, visi fuerint apostolicæ fidei consentire; tunc universi Alexandriam convenientes, ubi & accusatus & accu- D satores sunt & defensor eorum, examinata illorum caussa, concordem sententiam proferamus. EPICTETUS episcopus dixit: Verum cursus publicus haudquaquam sufficiet episcoporum subvectioni. LIBERIUS dixit: Ecclesiastica negotia non indigent publico cursu; ecclesiæ enim episcopos suos ad mare usque perducere suis sumtibus facile possunt.

Ο Βασιλεύς· τὰ ἤδη τύπον ἐσχηκότα ἀναλύεσθαι οὐ δυνατόν ἐστι· τῶν γὰρ πλειόνων ἐπισκόπων ἡ ψῆφος ἰσχύειν ὀφείλει. σὺ μόνος εἶ ὁ ἀντιποιούμενος τῆς φιλίας τοῦ ἀνοσίου ἐκείνου. Λιβέριος εἶπεν· Βασιλεῦ, οὐδέ ποτε ἠκούσαμεν μὴ παρόντος τοῦ ἐγκαλουμένου, κριτοῦ ἀνοσιότητα καταγγέλλοντος, ὡς ἰδίαν ἔχθραν εἰσφέροντος πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Ο Βασιλεύς· Πάντας μὲν κοινῶς ἠδίκησεν, οὐδένα δὲ οὕτως ὡς ἐμέ. ὅς τις μὴ ἀρκεσθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ μειζοτέρου μου ἀδελφοῦ, οὐδὲ τὸν μακαρίτην Κώνσταντα ἐπαύσατο παροξύνων εἰς ἡμετέραν ἔχθραν, εἰ μὴ ἡμεῖς πλείονι ἡμερότητι ὑπηνέγκαμεν τὴν τοῦ παροξύνοντος καὶ τοῦ παροξυνομένου ῥοπήν. οὐδὲν δέ μοι τοιοῦτον κατόρθωμα, οὐδὲ τὸ κατὰ Μαγνέντιον καὶ Σιλβανὸν, ὡς τοῦ μιαροῦ ἐκείνου περιαιρουμένου τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. Λιβέριος· Μὴ διὰ τῶν ἐπισκόπων ἀμύνου τὴν ἔχθραν, βασιλεῦ. αἱ γὰρ χεῖρες τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς τὸ ἁγια-

IV. IMPERATOR dixit: Quæ jam formam excepere, ea resolvi amplius non possunt: valere enim debet plurium episcoporum sententia. Tu solus es, qui impii illius amicitiam retineas. LIBERIUS dixit: Numquam audivimus, imperator, judicem E absenti reo impietatem objicere, quasi privatas inimicitias cum eo gerat. IMPERATOR dixit: Omnes quidem ille in commune affecit injuria, neminem tamen æque ac me: qui non contentus exitio fratris mei majoris natu, etiam felicis memoriæ Constantem ad suscipiendas nobiscum inimicitias incitare numquam destitit: nisi nos majori mansuetudine incitantis & incitati impetum sustinuissemus. Nullam itaque victoriam tanti facio, ne illam quidem quam de Magnentio retuli ac de Silvano, quanti ut hic sceleratus ab Ecclesiæ administratione submoveatur. LIBERIUS dixit: Noli, imperator, inimicitias tuas per episcopos vindicare. Ec-

[a] Dan. III.

ζειν εὐχαριρεῖν ὀφείλουσιν. ὅθεν εἴ σοι δοκεῖ, κέλευσον ἀνακληθῆναι τοὺς ἐπισκόπους εἰς τοὺς ἰδίους τόπους, καὶ εἰ ὀφθείησαν ὁμόφρονες τοῦ σήμερον ἀντιποιουμένου τῆς κατὰ Νίκαιαν ἐκτεθείσης ὀρθοδόξου πίστεως, τότε συνελθόντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἴδοιεν ὑπὲρ εἰρήνης τοῦ κόσμου, ἵνα μὴ τὸν ἁμαρτήσαντα ἄνδρα χαρακτηρισθῆναι δοκιμασθῇ. Ο Βασιλεύς· ἕν ἐστι τὸ ζητούμενον: βούλομαι γάρ σε ἀσπασάμενον τὴν πρὸς τὰς ἐκκλησίας κοινωνίαν, πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην ἀποστεῖλαι. διὰ τοῦτο πείσθητι τῇ εἰρήνῃ, καὶ ὑπογράψας ὑπόστρεψον εἰς τὴν Ῥώμην. Λιβέριος· Ἤδη τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἀπεταξάμην. μείζους γάρ εἰσιν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοί, τῆς ἐν Ῥώμῃ διατριβῆς. Ο Βασιλεύς· ἐκ τριῶν τριῶν ἡμερῶν ἔχεις σκέψεως διάστημα, εἰ βούλει ὑπογράψας ὑποστρέψαι εἰς τὴν Ῥώμην, ἢ ἐννοῆσαι ἐν ποίῳ τόπῳ μετατεθῆναι βούλει. Λιβέριος· τὸ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἢ μηνῶν διάστημα οὐ μετατίθησι λογισμόν· ὅθεν ὅπου βούλει, ἀπόστειλόν με.

A clesiasticorum enim manus ad sanctificandum & benedicendum vacare debent. Jube igitur, si placet, ut episcopi ad proprias sedes revocentur: & si visi fuerint consentire cum illo qui fidem orthodoxam Nicææ olim expositam tuetur, tunc in unum convenientes, paci orbis terrarum provideant; ne virum qui nihil deliquit, notatum esse comprobetur. IMPERATOR dixit: Unum est quod quæritur: te namque, ubi ecclesiarum communionem amplexus fueris, Romam remittere volo. Assentire igitur paci, & subscribe, atque ita Romam revertere. LIBERIUS dixit: Fratribus qui Romæ sunt, jam vale dixi. Potiores enim sunt ecclesiasticæ leges, quam domicilium Romæ. IMPERATOR dixit: B Ergo trium dierum spatium habes ad deliberandum, utrum subscribens Romam redire velis, aut ad cogitandum quem in locum cupias deportari. LIBERIUS dixit: Trium dierum vel mensium intervallum non mutat sententiam: quocirca mitte me quo voles.

Καὶ ὁ βασιλεὺς, μετὰ δύο ἡμέρας κληθέντος Λιβερίου, καὶ μὴ μετατεθέντος τοῦ λογισμοῦ, εἶπεν ἐξορισθῆναι εἰς τὴν Βέροιαν τῆς Θρᾴκης. ἐκβάντος δὲ Λιβερίου, ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε πεντακοσίους ὁλοκοτίνους αὐτῷ εἰς δαπάνας. Λιβέριος εἶπε τῷ κομίσαντι· Ἄπελθε, δὸς αὐτὰ τῷ βασιλεῖ· χρείαν γὰρ ἔχει δοῦναι τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ. Ὁμοίως καὶ ἡ βασίλισσα ἔπεμψεν αὐτῷ τὰ αὐτά. Λιβέριος εἶπεν· Ἀπόδος αὐτὰ τῷ βασιλεῖ· χρείαν γὰρ αὐτῶν ἔχει εἰς τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐξοδίασιν. ἐὰν δὲ μὴ χρείαν ἔχῃ ὁ βασιλεὺς, δότω αὐτὰ τῷ Αὐξεντίῳ καὶ Ἐπικτήτῳ· χρείαν γὰρ ἔχουσιν τούτων. Ὡς δὲ παρ' αὐτῶν οὐκ ἔλαβεν, Εὐσέβιος ὁ Εὐνοῦχος προσφέρει αὐτῷ ἑτέρους. Λιβέριος δὲ εἶπεν αὐτῷ· τὰς ἐκκλησίας τῆς οἰκουμένης ἠρήμωσας, καὶ ὡς καταδίκῳ ἐλεημοσύνην μοι προσφέρεις. Ἄπελθε, πρῶτον γενοῦ χριστιανός.

V. Biduo post imperator cum Liberium accivisset, & is de sententia non decederet, eum Berœam Thraciæ urbem relegari præcepit. Cumque egressus esset Liberius, imperator quingentos ei solidos misit ad sumtus faciendos. Liberius vero dixit ei qui attulerat: Abi, redde hos imperatori; opus enim his habet, ut præbeat militibus suis. Similiter C & Augusta totidem ei misit. Liberius dixit: Redde hos imperatori; hisce enim opus habet ad stipendium militum. Quod si imperator his opus non habet, det Auxentio & Epicteto: his enim opus habent. Cum igitur ab his noluisset accipere, Eusebius eunuchus alios ei attulit. Cui Liberius dixit? Ecclesias orbis terrarum vacuas ac desertas fecisti, & mihi tamquam noxio eleemosynam affers: abi, & primum Christianus fias. [1]

EPISTOLA X. [2]

LIBERII EPISCOPI URBIS ROMÆ facta ad catholicos episcopos Italiæ.

Veniam iis qui Arimini lapsi sunt, negandam non esse. Qua conditione admittendi sint.

LIBERIUS episcopis catholicis per Italiam consistentibus in Domino æternam salutem.

I. IMperitiæ culpam oblitterat resipiscens. Hoc autem & de Scripturis sanctis advertere est. Pietatem ad omnia utilem esse legimus [a]; cui cedit corporalis exercitatio; quamvis & ipsa utilitatis retineat fructus, quam sectandam nobis etiam ratio temporis præsentis exposcit. Non enim si aliqui [3] forte qui hoc studii gerunt, ratione provisam destruere imprudenter sæviori censura, hoc E æstimaverunt & novare, quod jam ex apostolica D auctoritate munitum est de pietate, cum dictum est non esse parcendum his qui apud Ariminum ignorantes egerunt. Quibus nescire inlicitum, fuit captum errori incidere, idcirco veritas repedanda est. Sed mihi cui convenit omnia moderate perpendere, maxime cum & Ægyptii omnes & Achivi accusati sententiam receperunt, multis, parcendum quidem his de quibus supra tractavimus, auctores vero esse damnandos, qui obliqua & maligna subtilitate & caligine offenderunt innocentium sensus, per quæ velamen obducerent veritati, tenebras lucem, & lucem tenebras venditantes.

II. Igitur si quis ignorationis captum resipiscens sermonis nostræ advocationis [4] brevissima illud virus in se pestiferum Ariani dogmatis subdolum ac E tenebrosum fuerat expertus, reparatus exhauriat,

a I. Tim. IV. 8.

1. His adjungit Theodoretus: *Et post triduum relegatus est, cum nihil accepisset.*

2. Inter Hilarii fragmenta nobis asservata est *Fragm.* XII. mendis quidem obsita, sed in novissima Hilarii editione ita illustrata, ut quid Liberius edisserat, quidve probet aut damnet, jam non lateat.

3. Forte, *Non enim si aliqui forte sunt qui hoc studii gerunt*, (rem scil.) *ratione provisam destruere impudenter sæviori censura; hoc existimaverint* (se posse) *exauctorare* (aut *renovare*) *quod jam ex apostolica auctoritate munitum est de pietate, contendentes non esse parcendum his qui apud Ariminum ignorantes egerunt* (seu *erraruns*) *quibus nescire* quod illicitum erat, *fuit captum* (ceu laqueum) *erroris incidere; idcirco eis severitas* (disciplinæ) *rependenda est. Sed mihi, cui convenit omnia moderate perpendere, maxime cum & Ægyptii omnes & Achivi adunati sententiam* (hanc) *receperint; visum est parcendum quidem his de quibus supra tractavimus*, qui scil. in erroris laqueum ita inciderunt, ut illæsa conscientia hæreticis consenserint.

4. In Pithœano mss. *benissima*, forte pro *lenissima* aut *benignissima*. Mox in mss. Sirm. *latebrosum*, non *tenebrosum*. Minus vero obscura erit oratio, constructa in hunc modum: *Igitur si quis illud virus in se pestiferum Ariani dogmatis subdolum ac* [illegible] (seu [illegible]) *fuerat expertus, ignorationis captum* (seu [illegible]) [illegible], *sermonis* [illegible] illud jam [illegible] & [illegible].

condemnet, vehementiusque in auctores ejus insæviat, quos in se violentos expertus est, totumque se fidei apostolicæ & catholicæ usque ad Nicænæ synodi [1] conventum de integro mancipet. Per quam professionem, etiamsi quibusdam leve & remissum videtur, recuperet id quod per astutiam rectitatis A amiserat. Verum si aliquis tam stolidæ mentis, quod haud credo, fuerit inventus, qui non solum nolit converti, antidotum recipiens sanitatis, [2] venenum virusque noxius se se vindicare crediderit; & ratione vincetur, & auctori perfidiæ perdite deputatus, Ecclesiæ catholicæ spiritali vigore plectetur.

EPISTOLA XI. [3]

Legatorum Lampsacenæ synodi ad Liberium papam.

Tum proprio, tum eorum a quibus missi sunt, nomine profitentur, se fidem Nicænam tenere ac servaturos esse; ac si quis ipsos accusaverit, se coram episcopis quos Liberius probaverit, caussam esse dicturos.

Apud SOCRATEM Hist. eccl. *lib.* IV. *cap.* XII. & SOZOMENUM *lib.* VI. *cap.* XI.

Κυρίῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Λιβερίῳ Εὐστάθιος, Θεόφιλος, Σιλβανὸς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΔΙὰ τὰς τῶν αἱρετικῶν μανιώδεις ὑπονοίας, οἳ οὐ παύονται ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις σκάνδαλα ἐπιφέροντες, τούτου χάριν πᾶσαν ἀφορμὴν αὐτῶν ἀναιροῦντες, ὁμολογοῦμεν τὴν σύνοδον τὴν γενομένην ἐν Λαμψάκῳ καὶ ἐν Σμύρνῃ, καὶ ἐν ἑτέροις διαφόροις τόποις τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, ἧς συνόδου πρεσβείαν ποιούμενοι, πρὸς τὴν χρηστότητά σου καὶ πάντας τοὺς Ἰταλούς τε καὶ δυτικοὺς ἐπισκόπους γράμμα κομίζομεν, τὴν καθολικὴν πίστιν κρατεῖν καὶ φυλάττειν, ἥτις ἐν τῇ ἁγίᾳ Νικαέων συνόδῳ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων βεβαιωθεῖσα, ἀκεραίᾳ καὶ ἀσαλεύτῳ καταστάσει ἕως νῦν καὶ διηνεκῶς διαμένει, ἐν ᾗ τὸ ὁμοούσιον ἁγίως καὶ εὐσεβῶς κεῖται ὑπεναντίως τῆς Ἀρείου διαστροφῆς. ὁμοίως καὶ ἡμᾶς καὶ τὰ τῶν προειρημένων τὴν αὐτὴν πίστιν κεκρατηκέναι, καὶ κρατεῖν, καὶ ἄχρι τέλους φυλάσσειν, ἰδίᾳ χειρὶ ὁμολογοῦμεν· κατακρίνοντες Ἄρειον καὶ τὴν ἀσεβῆ διδαχὴν αὐτοῦ σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν Πατροπασσιανοῦ, Μαρκίωνος, Φωτινοῦ, Μαρκέλλου, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ τούτων τὴν διδαχὴν, καὶ πάντας τοὺς ὁμόφρονας αὐτῶν, καὶ πάσας τὰς αἱρέσεις τὰς ἐναντιουμένας τῇ προειρημένῃ ἁγίᾳ πίστει, ἥτις εὐσεβῶς καὶ καθολικῶς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐξετέθη πατέρων ἐν Νικαίᾳ· ἀναθεματίζοντες ἐξαιρέτως Ἄρειον καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ συνόδῳ ὅσα ὑπεναντίως τῆς D προειρημένης ταύτης πίστεως τῆς ἁγίας συνόδου Νικαέων ἐπράχθη· οἷς δόλῳ καὶ ἐπιορκίᾳ ὑποπεισθέντες ἐν Κωνσταντίνου πόλει κομισθεῖσιν ἀπὸ Νίκης τῆς Θρᾴκης ὑπεγράψαμεν. ἔστι δὲ ἡ πίστις ἡμῶν, καὶ αὐτῶν ὧν καὶ προείρηται, ὧν καὶ τὴν πρεσβείαν ποιούμεθα, αὕτη·

Domino fratri & consacerdoti Liberio Eustathius, Theophilus & Silvanus in Domino salutem.

B I. PRopter insanas [4] suspiciones hæreticorum, qui offensionum caussas catholicis ecclesiis inferre non cessant, nos omnem illis occasionem adimere cupientes, profitemur & adseveramus episcoporum orthodoxorum synodum quæ Lampsaci, Smyrnæ variisque in locis celebrata est, cujus legatione fungentes, tum ad tuam benignitatem, tum ad universos Italiæ & Occidentis episcopos litteras afferimus, catholicam fidem tenere & custodire quæ in sancta synodo Nicæna beati Constantini temporibus a trecentis decem & octo [5] episcopis confirmata, C hactenus integra & inconcussa perpetuo permansit, in qua consubstantialis vocabulum adversus Arii perversitatem sancte ac pie positum est. Similiter & nos cum supradictis eamdem fidem tenuisse, & tenere, & usque ad extremum spiritum servaturos esse propria manu profitemur: condemnantes Arium & impiam doctrinam ejus cum discipulis illius; nec non [6] omnem hæresim Patropassiani, Marcionis, Photini, Marcelli & Paulli Samosateni, horum doctrinam, & omnes qui eadem atque illi sentiunt, omnes denique hæreses adversantes prædictæ sanctæ fidei, quæ pie & catholice a sanctis patribus Nicææ exposita est: in primis [7] anathema dicentes Ario, atque iis omnibus quæ in Ariminensi synodo adversus prædictam fidem sancti concilii Nicæni gesta sunt: quibus ab oppido Thraciæ Nice Constantinopolim allatis, dolo ac perjurio circumventi, subscripsimus. [8] Fides autem nostra ac supradictorum quorum legatione fungimur, hæc est:

1. Hoc est, id præstet, quod Macedoniani episcopi in epistola sequenti, jussu Liberii, profitentur: *Hanc autem catholicam & apostolicam fidem esse agnoscimus, quæ usque ad concilium Nicænum integra & inconcussa permansit.* Uterque ille locus opinionem profligat eorum, quibus patres qui Nicænam synodum præcesserunt, Arii placitis favisse visi sunt.

2. Forte, *Verum etiam venenum virusque potius se se.* Locum hunc illustrat alter subsequentis epistolæ XII. quam rursum Liberius sic claudit num. IV. *Si post hoc concilium, perversæ doctrinæ virus evomere, & omnes Arii blasphemias rejicere, easque anathemate damnare noluerint, sciant se pariter cum Ario ejusque discipulis, ceterisque serpentibus .... extraneos esse & alienos a communione Ecclesiæ.*

3. A Socrate quidem βιβλίον, quod proprie *libellus*, appellatur: sed nihil vetat quo minus nuncupetur & *epistola*, quo nomine ab Epiphanio hær. 72. n. 1. donatur similis libellus, quem Marcellus Ancyranus Julio coram tradidit. Contra epistolam sequentem, quam Liberius legatis perferendam dedit, quamque illi Tyanensi synodo reddiderunt, Basilius Magnus epist. 82. βιβλίον vocat. Quodam modo igitur promiscua vocabula sunt βιβλίον & ἐπιστολὴ seu γράμμα.

4. Vertit Valesius *opiniones*: sed quod græca vox proprie sonat, malumus etiam latine retinere. Notum est id semper hæreticis solemne fuisse, ut adversantes sibi hæreseos alicujus suspicione infamarent.


5. Loco ἐπισκόπων, apud Sozomenum exstat, θεοφόρων πατέρων, id est, *deiferis patribus*.

6. Apud Socratem, καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν Σαβελλίου, Πατροπασσιανοὺς, Μαρκιωνιστὰς, Φωτεινοὺς, Μαρκελλιανοὺς καὶ Παύλου. Hoc est, *qui idem atque ille sentiunt, nec non omnem hæresim Sabellii, Patropassianos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos & Paulli.* Sozomenum E sequimur. Quamquam ex Socrate placebat revocare vocem *Sabellii* ante *Patropassiani*: sed advertentes Liberium in epistola sequente *Sabellianos* & *Patropassianos* distinguere, Sozomeni textui nihil addendum esse duximus. Aut certe legendum cum hac interpunctione, *Sabellii, Patropassiani.*

7. Totus hic locus apud Socratem ita effertur: ἀναθεματίζοντες ἐξαιρέτως καὶ τὴν ἐν Ἀριμίνῳ συνόδῳ ἀναγνωσθεῖσαν ἔκθεσιν, ὡς ὑπεναντίως; ac subinde πραχθεῖσαν, pro ἐπράχθη, & κομισθεῖσαν, pro κομισθεῖσιν, nec non ὑπέγραψαν, pro ὑπεγράψαμεν legitur. Sozomeno quem ei præferimus, suffragatur Liberius in epistola sequente, ubi cum narret quid cum legatis gestum sit, hi ab eo exhibentur ut ἀναθεματίσαντες Ἄρειον καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ πραχθέντα κατὰ τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ θεσπισθείσης.

8. Prætermittit quidem Sozomenus sequentem fidei Ni-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 353.



A Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ποιητὴν, καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ Θεὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, B ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ.

II. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum unigenitum Deum Dominum Jesum Christum, filium Dei, genitum ex Patre, id est ex Patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tam quæ in cælo, quam quæ in terra: qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, homoque factus est: passus est etiam, & resurrexit tertia die; adscendit in cælum, & venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando, quando non erat, & antequam gigneretur non erat, & quia ex nullis exstantibus factus est, aut qui dicunt ex alia substantia vel essentia, aut mutabilem & conversioni obnoxium esse Filium Dei, anathematizat catholica & apostolica Ecclesia Dei.

Ἐγὼ δὲ Εὐστάθιος ἐπίσκοπος πόλεως Σεβαστείας, καὶ Θεόφιλος καὶ Σιλβανὸς πρεσβεῖς συνόδου Λαμψάκων, Σμύρνης καὶ τῶν λοιπῶν, ταύτην τὴν ὁμολογίαν χερσὶν ἡμῶν καὶ οἰκείαις προαιρέσεσιν ἐγράψαμεν. εἰ δέ τις μετὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν παρ' ἡμῶν πίστιν καθ' ἡμῶν, ἤτοι τῶν ἀποστειλάντων ἡμᾶς ἔγκλημά τι προσενεγκεῖν θελήσει, μετὰ γραμμάτων τῆς σῆς ἁγιοσύνης, πρὸς οὓς ἐὰν δοκιμάσῃ ἡ σὴ ἁγιότης ὀρθοδόξους ἐπισκόπους ἔρχεσθαι, καὶ ἐπ' αὐτῶν μεθ' ἡμῶν διαδικάζεσθαι, C καὶ εἴ τι ἐγκλήματος ἕνεκεν συσταθῇ, εἰς τὸν αἴτιον ἐκδικηθείη.

III. Ego Eustathius episcopus urbis Sebastæ, & Theophilus & Silvanus legati synodi Lampsacenæ & Smyrnensis & aliarum, hanc professionem propriis manibus & nostra sponte conscripsimus. Si quis autem post hanc fidei nostræ expositionem adversus nos, aut adversus eos a quibus missi sumus, aliquam criminationem inferre voluerit, cum litteris sanctitatis tuæ coram orthodoxis episcopis quos probaverit sanctitas tua, veniat, & apud illos judicio contendat nobiscum, ac si quid criminis convictum fuerit, in auctorem animadvertatur. [1]

EPISTOLA XII. [2]

Liberii urbis Romæ episcopi ad universos Orientis orthodoxos episcopos.

Legatos eorum fidem Nicænam professos esse; fidei hujus robur in substantiæ & consubstantialis vocabulis situm esse. Pravorum conatus, ut Arimini hæc vocabula supprimerentur. Ariminensis synodi gesta ab ipsorum Legatis damnata esse, & ab iis qui decepti tunc fuerant, summo consensu damnari.

Apud SOCRATEM Hist. eccl. *lib.* IV. *cap.* XII.

Τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς Εὐηθίῳ, Κυρίλλῳ, Ὑπερεχίῳ, Οὐρανίῳ, Ἥρωνι, Ἐλπιδίῳ, Μαξίμῳ, Εὐσεβίῳ, Εὐκαρπίῳ, Ἑορτασίῳ, D Νέωνι, Εὐμαθίῳ, Φαυστίνῳ, Προκλίνῳ, Πασινίκῳ, Ἀρσενίῳ, Σευήρῳ, Διδυμίωνι, Βρεττανίῳ, Καλλικράτει, Δαλματίῳ, Αἰδεσίῳ, Εὐτοχίῳ, Ἀμβροσίῳ, Γελωνίῳ, Παρδαλίῳ, Μακεδονίῳ, Παύλῳ, Μαρκέλλῳ, Ἡρακλείῳ, Ἀλεξάνδρῳ, Ἀδολίῳ, Μαρκιανῷ, Σθενέλῳ, Ἰωάννῃ, Μάκερι, Χαρισίῳ, Σιλβανῷ, Φωτεινῷ, Ἀντωνίῳ, Ἀνύθῳ, Κέλσῳ, Εὐφράνορι, Μιλησίῳ, Πατρικίῳ, Σεβηριανῷ, Εὐσεβίῳ, Εὐμολπίῳ, Ἀθανασίῳ, Διοφάντῳ, Μηνοδώρῳ, Διοκλεῖ, Χρυσαμπέλῳ, Νέωνι, Εὐγενίῳ, Εὐσταθίῳ, Καλλικράτει, Ἀρσενίῳ, Εὐγενίῳ,

Dilectis Fratribus & comministris [3] Evethio, Cyrillo, [4] Hyperechio, Uranio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, [5] Proclino, Pasinico, Arsenio, Severo, Didymioni, Britannio, Callicrati, Dalmatio, Ædesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paullo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Joanni, [6] Maceri, Charisio, Silvano, Photino, Antonio, [7] Anytho, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysampelo, Neoni, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arsenio, Eugenio,

E

cænæ expositionem, heic tamen subnexam fuisse monet in hunc modum: *Cum hæc professi essent, fidem Nicææ editam iisdem plane verbis confessioni suæ subjunxerunt.*

1. His subjicit Socrates, *Hoc libello quasi cautione quadam cum legatos Liberius obligavisset, eos in communionem suscepit, datisque hujusmodi litteris* (quæ scil. subsequuntur) *dimisit.* Et ipsum quidem autographum libellum Romæ asservatum fuisse, ex Basilii epistola 82. constat.

2. Apud Socratem inscribitur, ἐπιστολὴ Λιβερίου τοῦ ἐπισκόπου τῶν Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ἐπισκόπους τῶν Μακεδονιανῶν.

3. Ita Valesius. Epiphanius vero histor. tripart. lib. 7. cap. 25. *Eustathio*. Baron. legit *Hypatio*, & ad marg. cum priscis Socratis editionibus, *Hytbio*. Hinc Blondellus mallet *Hypsio*, qui nimirum in Galatiæ conciliabulo an. 375. exeunte ab episcopatu dejectus fuit. Demum Tillemontius *Hypatiano* qui Heracleæ episcopus fuit, legendum esse conjectat. Quin episcoporum heic appellatorum nominibus conscriptæ subscriptæque fuerint litteræ, quas Eustathius, Silvanus atque Theophilus ad Liberium pertulerant, nulli ambigendum.

4. Epiphan. *Hypericio*.

5. Idem *Proclo*.

6. Baron. *Macario*, & ad marg. cum priscis Socrat. edit. *Macari*. Valeſ. *Macro*. Revocamus Epiphanii lectionem ut litteræ græcæ tenaciorem.

7. Epiphan. *Antho*. Baron. *Aytho*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 353.

Μαρτυρίῳ, Ἱερακίῳ, Λεοντίῳ, Φιλαγρίῳ, Λουκίῳ καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἀνατολῇ ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις Λιβέριος ἐπίσκοπος Ἰταλίας καὶ οἱ κατὰ τὴν δύσιν ἐπίσκοποι ἐν Κυρίῳ πάντοτε χαίρειν. A

ΤΗΝ εὐκταιοτάτην ἡμῖν χαρὰν τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας ἐνήνεγκε τὰ ὑμέτερα γράμματα, τῷ τῆς πίστεως φωτὶ προλαμπόμενοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, τὰ ἀποδοθέντα ἡμῖν διὰ τῶν τιμιωτάτων ἀδελφῶν τῶν ἐπισκόπων Εὐσταθίου, Σιλβανοῦ καὶ Θεοφίλου· καὶ ταύτῃ μάλιστα, ὅτι τὴν ὑμετέραν γνώμην καὶ τὰ ὑμέτερα φρονήματα συμφωνεῖν καὶ συνᾴδειν πρός τε τὴν ἐμὴν ἐλαχιστότητα καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ δυτικῶν πάντων διεβεβαιώσαντο καὶ ἀπέδειξαν. καὶ ταύτην εἶναι γινώσκομεν τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν πίστιν, ἥτις μέχρι τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου ἀκεραία καὶ ἀσάλευτος διέμεινε. ταύτην τε αὐτοῖς ἔχειν ὡμολόγησαν, καὶ χαρᾶς ἀναπλησθέντες, πᾶν ἴχνος καὶ ζώπυρον ἀτόπου ὑπονοίας ἐκβαλόντες, οὐ μόνον διὰ λόγου, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως ταύτην ἐξέθεντο· ἧς καὶ τὸ ἀντίτυπον ἀναγκαίως τούτοις τοῖς γράμμασιν ὑποτάξαι ἡγησάμεθα δεῖν· μή τινα πρόφασιν τοῖς αἱρετικοῖς εἰς ἐπιβουλὴν αὖθις καταλείπωμεν, ἐν ᾗ πάλιν τὰ ὑπεκκαύματα τῆς ἰδίας κακίας ἀνακινοῦντες, πυρκαϊὰς διὰ διχοστασιῶν συνήθως ἐξάπτοιεν.

Ἐπεί τε καὶ τοῦτο ὡμολόγησαν οἱ τιμιώτατοι ἀδελφοὶ ἡμῶν Εὐστάθιος καὶ Σιλβανὸς καὶ Θεόφιλος, ἑαυτούς τε, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, πάντοτε ταύτην τὴν πίστιν ἐσχηκέναι, καὶ ταύτην μέχρι τέλους διαφυλάξειν, δηλαδὴ τὴν ἐν Νικαίᾳ δοκιμασθεῖσαν ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων· ἥτις τὴν τελείαν περιέχει ἀλήθειαν, καὶ πάντα τὰ τῶν αἱρετικῶν πλήθη ἐπιστομίζει τε καὶ ἀνατρέπει. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ ταυτομάτου, ἀλλὰ θείῳ νεύματι, ὁ τῶν τοσούτων ἀριθμὸς ἐπισκόπων συνεκροτήθη κατὰ τῆς Ἀρείου μανίας, ἀλλ' ἐν ὅσῳ ἀριθμῷ ὁ μακάριος Ἀβραὰμ τοσαύτας χιλιάδας διὰ πίστεως κατεστρέψατο. ἥτις πίστις ἐν τῇ ὑποστάσει καὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ὁμοουσίου περιεχομένη, ὥσπερ ἔρυμα ὀχυρὸν καὶ ἄμαχον, πάσας τὰς προβολὰς καὶ τὰς κακομηχανίας τῆς Ἀρείου κενοδοξίας καθαιρεῖ τε καὶ ἀποτρέπεται.

Τοιγαροῦν πάντων τῶν κατὰ τὴν δύσιν ἐπισκόπων, τῶν εἰς [6] τὴν Ἀρίμινον συνελθόντων, ὁπότε τούτους ἡ κακοήθεια τῶν Ἀρειανῶν συνεκρότησεν, ὅπως ἢ διὰ πειθοῦς τινός, ἢ ἵνα ἀληθέστερον εἴπω, κοσμικῆς δυναστείας, τοῦθ' ὅπερ ἀσφαλέστατον ἦν ἐν τῇ πίστει κείμενον ἀνέλοιεν, ἢ πλαγίως ἀρνήσωνται, οὐδὲν τούτων ὠφέλησεν ἡ πανουργία. καὶ γὰρ σχεδὸν πάντες ἐκεῖνοι ἐν τῇ Ἀριμίνῳ γενόμενοι, καὶ δελεασθέντες, ἢ ὑπαχθέντες τότε, νῦν ἀναφρονήσαντες, καὶ ἀναθεματίσαντες τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Ἀριμίνῳ συνελ-

Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrio, Lucio, & [1] omnibus Orientis orthodoxis episcopis Liberius episcopus Italiæ & Occidentis episcopi in Domino [2] sempiternam salutem.

I. OPtatissimum nobis pacis & concordiæ gaudium attulerunt litteræ vestræ, fidei lumine resplendentes, fratres dilectissimi, redditæ nobis per carissimos fratres & episcopos Eustathium, Silvanum & Theophilum; idque eo maxime, quod sententiam vestram atque doctrinam cum tenuitate mea cumque omnibus Italis & Occidentalibus consentire prorsus & concinere affirmarunt simul ac demonstrarunt. Hanc autem fidem catholicam & B apostolicam esse agnoscimus, quæ usque ad Nicænum concilium integra & inconcussa permansit. Et hanc legati vestri se habere professi sunt: & cum inæstimabili gaudio omne vestigium ac fomitem absurdæ suspicionis abolentes, non sermone solum, sed & scripto eam exposuerunt, cujus [3] etiam exemplum his litteris necessario subjiciendum esse existimavimus: ne quam hæreticis occasionem ad struendas rursum insidias relinquamus, quibus de integro incentiva malitiæ suæ commoventes, discordiarum ignes pro suo more excitent.

II. Insuper & hoc professi sunt carissimi fratres C nostri Eustathius, Silvanus ac Theophilus, tum se, tum vestram caritatem, semper eam fidem habuisse, & ad extremum usque spiritum servaturos esse, quæ scilicet Nicææ a trecentis decem & octo orthodoxis episcopis comprobata est: quæ & perfectam continet veritatem, & omnes [4] hæreticorum catervas confutat & evertit. Non enim fortuito casu, sed divino nutu adversos Arii insaniam tantus episcoporum numerus congregatus est, quanto numero beatus Abraham tot millia per fidem profligavit. Quæ quidem fides [5] in substantia & consubstantialis vocabulo comprehensa, tamquam firmum & inexpugnabile munimentum, omnes impetus & pravas machinas Arianæ dementiæ re- D primit ac repellit.

III. Quocirca cum omnes Occidentalium partium episcopi Ariminum convenissent, quo illos Arianorum improbitas convocaverat eo consilio, ut aut persuasione aliqua, aut, quod verius est, sæcularis potentiæ auctoritate coacti, id quod in fide cautissime positum fuerat tollerent, aut oblique negarent; nihil profecit illorum versutia. Etenim omnes propemodum ii qui apud Ariminum collecti, partim illecebris, partim dolo tunc decepti fuerant, nunc ad sanam mentem reversi, formulam ab Ari-

1. Epiphan. *universis Orientalibus orthodoxis Liberius episcopus & Occidentales episcopi in Domino semper salutem,* E omisso vocabulo *Italiæ*, quod supervacaneum quidem videtur, quia Italiæ episcopi ad Occidentem pertinent. Sed hæc salutatio exacta est ad verba legatorum in superiori epistola n. 1. dicentium: *Asseveramus orthodoxorum episcoporum synodum . . . cujus legatione fungentes, tum ad tuam benignitatem, tum ad universos Italiæ & Occidentis episcopos litteras afferimus.* Sicut autem hæ Orientalium litteræ quamvis Liberio & Occidentalibus inscriptæ, uni tamen Liberio a Socrate lib. 4. cap. 12. & Sozomeno lib. 6. c. 10. dicuntur traditæ, ita & quæ præ oculis est epistola, tametsi Liberii & Italiæ atque Occidentalium episcoporum nomen præ se ferat, a Sozomeno ibid. uni Liberio adscribitur, ac legati cum litteris Liberii, nulla Occidentalium episcoporum mentione facta rediisse dicuntur.

2. Vales. post Epiphan. *in Domino salutem*, voce πάντοτε non expressa. Græcam litteram reddere sic liceret, *Gaudere in Domino semper*, quasi hæc dicta sint ad imitationem verborum Paulli Phil. 4. 4. *Gaudete in Domino semper*. Hilarii exemplum habemus, episcopis quibus contra Auxentium scribit, *in Domino æternam salutem* pariter in scripti sui fronte optantis.

3. Epistolæ seu libelli superioris exemplar his litteris a se subjectum esse heic Liberius monet. Hujusmodi exemplum in quo Liberii litteris legatorum libellus subnexus erat, penes se esse Basilius epist. 82. testatur.

4. Epiphanius, *Os totius hæreticæ multitudinis obstruit & dissolvit*. Hilarii de Nicæna fide eadem, quæ heic Liberii, erat sententia: siquidem ab eo fragm. 2. n. 27. *conscripta a* CCCXVIII. *episcopis contra omnes hæreses* inscribitur. Idem quoque Hilarius lib. de Synod. n. 86. quomodo heic Liberius, patrum Nicænorum numerum cum numero famulorum, quorum subsidio Abraham reges impios devicit, comparat: eosque hac in re imitantur Ambrosius prologo in lib. 1. de fide n. 5. ac vulgatus Paschasius diaconus, seu potius Faustus Regiensis episcopus, præfat. in lib. 1. de Spiritu sancto.

5. Valesius græcum vocabulum *ἐν ὑποστάσει*, latine non mutavit, sed retinuit *in hypostasi*.

6. Τὴν Ἀρίμινον] Legit Valesius τὸ Ἀρίμινον.

θόντων, καὶ ὑπογράψαντες τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ πίστει τῇ κατὰ Νίκαιαν θεσπισθείσῃ, οἳ καὶ ἡμῖν κοινωνήσαντες, ἐνθυμότερον κατὰ τοῦ Αρείου δόγματος καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν χαλεπαίνουσιν. οὗ τινος πράγματος τὸν ἔλεγχον καὶ αὐτοὶ οἱ πρεσβεῖς τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἐπιγνόντες, ὑμᾶς αὐτοὺς τῇ οἰκείᾳ ὑπογραφῇ συνέζευξαν· καὶ ἀναθεματίζοντες Αρειον καὶ τὰ ἐν Αριμίνῳ πραχθέντα κατὰ τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ θεσπισθείσης, οἷς καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ δελεασθέντες δι' ὁρκωμοσιῶν ὑπεγράψατε.

Οθεν ἀκόλουθον ἡμῖν ἐφάνη, γράψαι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ βοηθῆσαι τοῖς δίκαια αἰτουμένοις· μάλιστα δὲ, ὅτε διὰ τῆς ὁμολογίας τῶν ὑμετέρων πρεσβειῶν ἀναφρονήσαντας τοὺς ἀνατολικοὺς συμφωνεῖν πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους τῶν δυτικῶν ἐπέγνωμεν. καὶ δηλοῦμεν, ὅπως εἰδέναι ἔχοιτε, τὰς ἐν τῇ Αριμίνῳ βλασφημίας, καὶ ὑπὸ τῶν δοξασάντων τότε κατὰ συναρπαγὴν παραβεβλάφθαι, νῦν ἀναθεματισθείσας, καὶ πάντας πρὸς τὴν κατὰ Νίκαιαν πίστιν συμπεπνευκέναι. καὶ χρὴ δι' ὑμῶν τοῦτο πᾶσι γνωσθῆναι, ὅπως δυνηθεῖεν καὶ οἱ κατ' ἐπήρειαν παραβλαφθέντες, ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ αἱρετικοῦ σκότους πρὸς τὸ θεῖον φῶς τῆς καθολικῆς ἐλευθερίας ἀνακάμψαι· οἵ τινες μετὰ ταύτην τὴν σύνοδον εἰ μὴ θελήσειαν ἀποπτύσαι τὸν τῆς κακοδοξίας ἰὸν, καὶ τὰς βλασφημίας Αρείου πάσας ἀνελεῖν, ταύτας τε ἀναθεματίσαι, γινωσκέτωσαν ἑαυτοὺς μετὰ τοῦ Αρείου καὶ τῶν τούτου μαθητῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ὄφεων, ἤτοι Σαβελλιανῶν, ἢ Πατροπασσιανῶν, ἢ οἱασδήποτε ἄλλης αἱρέσεως ἐκσπόνδους εἶναι καὶ ἀκοινωνήτους τῶν ἐκκλησιαστικῶν συνάξεων, ἥτις τοὺς ἐκ μοιχείας υἱοὺς οὐ προσίεται. ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἐῤῥωμένους διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

A minensi concilio editam anathemate damnarunt, & catholicæ atque apostolicæ fidei apud Nicæam promulgatæ subscripserunt, & communione nobiscum inita, adversus Arium ejusque discipulos graviori indignatione commoventur. Cujus rei argumentum cum ipsi caritatis vestræ legati viderent, vos ipsos in subscriptione sua conjunxerunt, anathemate damnantes Arium, nec non ea quæ Arimini contra fidem Nicææ firmatam gesta sunt; quibus & vos perjuriis in fraudem inducti subscripsistis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 353.

IV. Quamobrem congruum nobis visum est, litteras ad caritatem vestram scribere, & justa petentibus subvenire: præsertim cum ex professione B legatorum vestrorum cognoverimus, Orientales ad sanam mentem reversos cum orthodoxis Occidentalibus consentire. Significamus autem vobis, ne sitis nescii, Ariminensis concilii blasphemias ab iis qui tunc per fraudem decepti fuisse visi sunt, nunc anathemate perculsas esse, & universos conspirantibus animis in Nicænam fidem consensisse. Sed & vos id omnibus indicare debetis, ut qui per vim ac fraudem aliquod fidei suæ detrimentum passi sunt, nunc tandem ex hæretica caligine ad divinam catholicæ libertatis lucem valeant emergere. Qui quidem si post hoc concilium perversæ doctrinæ virus evomere, & omnes Arii blasphemias rejicere, easque anathemate damnare noluerint; sciant C se pariter cum Ario ejusque discipulis & reliquis serpentibus, sive Sabellianis seu Patropassianis aut quibuslibet aliis hæreticis extraneos esse & alienos a communione Ecclesiæ, quæ adulterinos filios non admittit. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.



Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
353.

LIBERII PAPÆ ORATIO,

Marcellinam S. Ambroſii ſororem dato virginitatis velo conſecrantis.

Apud Ambrosium de Virgin. *lib.* III. *capp.* I. II. III. *opp. tom.* II. *pag.* 173 - 177. *edit. BB. Pariſ.* 1690.

I. Bonas [1], filia, nuptias deſideraſti. Vides quantus ad natalem Sponſi tui populus convenerit, & nemo impaſtus recedit? Hic eſt qui rogatus [a] ad nuptias aquam in vina convertit. In te quoque ſincerum ſacramentum conferet virginitatis, quæ prius eras obnoxia vilibus naturæ materialis elementis. Hic eſt [b] qui quinque panibus & duobus piſcibus quatuor millia populi in deſerto pavit. Plures potuit, ſi plures jam tunc qui paſcerentur, fuiſſent. Denique ad tuas nuptias plures vocavit: ſed jam non panis ex hordeo, ſed corpus miniſtratur e cælo.

II. Hodie quidem ſecundum hominem homo natus ex virgine, ſed ante omnia generatus ex Patre: qui matrem corpore, virtute referat patrem. Unigenitus in terris, unigenitus in cælo: Deus ex Deo, partus ex virgine: juſtitia de Patre, virtus de potente, lumen ex lumine: non impar generantis, non poteſtate diſcretus: non verbi extenſione, aut prolatione confuſus, ut cum Patre mixtus, ſed ut a Patre generationis jure diſtinctus ſit: ipſe eſt fraternus tuus, ſine quo nec cæleſtia nec marina nec terreſtria conſiſtunt. [c] Verbum Patris bonum, quod [d] *erat*, inquit, *in principio*: habes ejus æternitatem. *Et erat*, inquit, *apud Patrem*: habes indiſcretam a Patre, inſeparabilemque virtutem. *Et Deus erat Verbum*: habes ingenitam ejus divinitatem; de compendio enim tibi fides eſt haurienda.

III. Hunc, filia, dilige, quia bonus eſt: [e] *Nemo* enim *bonus niſi unus Deus*. Si enim non dubitatur quia Deus Filius, Deus autem bonus eſt: utique non dubitatur, quia Deus bonus Filius. Hunc, inquam, dilige. Ipſe eſt [f] quem Pater genuit ante luciferum, ut æternum: ex utero generavit, ut Filium: [g] ex corde eructavit, ut Verbum. Ipſe eſt [h] in quo complacuit Pater: ipſe eſt Patris brachium, quia creator eſt omnium: [i] Patris ſapientia, quia ex Dei ore proceſſit: Patris virtus, quia [k] divinitatis in eo corporaliter habitat plenitudo. Quem Pater ita diligit, ut in ſinu portet, ad dexteram locet; ut ſapientiam diſcas, virtutem noveris.

IV. Si igitur virtus Dei Chriſtus, numquid aliquando ſine virtute Deus? Numquid aliquando ſine Filio Pater? Si ſemper utique Pater, utique ſemper & Filius. Perfecti ergo Patris perfectus eſt Fi-
A lius. Nam qui virtuti derogat, ei derogat cujus eſt virtus. Inæqualitatem non recipit perfecta divinitas. Dilige igitur, quem Pater diligit: honorifica, quem honorificat Pater: [l] *Qui* enim *non honorificat Filium, non honorificat Patrem. Et qui negat Filium, nec Patrem habet*. Hæc quantum ad fidem.

V. Sed interdum etiam cum fides tuta ſit, juventus ſuſpecta eſt. [m] Modico itaque vino utere, ne infirmitatem corporis augeas, non ut voluptatem excites; incendunt enim pariter duo, vinum & adoleſcentia. Infrenent etiam teneram ætatem jejunia, & parcimonia cibi retinaculis quibuſdam indomitas
B cohibeat cupiditates. Ratio revocet, mitiget ſpes, reſtringat metus. Nam qui moderari neſcit cupiditatibus, is ſicut equis raptatus indomitis, volvitur, obteritur, laniatur, affligitur.

VI. Quod aliquando juveni ob amorem Dianæ contigiſſe proditur. Sed poeticis mendaciis coloratur fabula, ut Neptunus prælati rivalis dolore incitatus, equis dicatur furorem immiſiſſe, quo ejus magna potentia prædicetur; quod juvenem non virtute vicit, ſed fraude decepit. Unde etiam ſacrificium quotannis inſtaurant Dianæ, ut equus ad ejus immoletur aras. Quam virginem dicunt, quæ (id quod etiam meretrices erubeſcere ſolent) amare po-
C tuit non amantem. Sed habeant, per me licet, fabulæ ſuæ auctoritatem; quia licet ſceleſtum utrumque, minus tamen ſit juvenem amore adulteræ ſic flagraſſe ut periret, quam duos, ut ipſi dicunt, deos de adulterio certaſſe: Jovem autem dolorem ſcortantis filiæ in medicum vindicaſſe adulteri, quod ejus curarit vulnera, qui Dianam in ſilvis adulteraverit, venatricem ſane optimam, non ferarum, ſed libidinum; ſed ferarum etiam, ut nuda venaretur.

VII. Dent igitur Neptuno dominatum furoris, ut adſtruant crimen inceſti amoris. Dent Dianæ regnum in ſilvis quas incolebat, ut confirment adul-
D terium quod gerebat. Dent Æſculapio quod mortuum reformaverit, dummodo profiteantur quod fulminatus ipſe non evaſerit. Dent etiam Jovi fulmina quæ non habuit, ut teſtificentur quæ habuit opprobria. Sed a fabulis ad propoſitum revertamur.

VIII. Eſcis quoque omnibus quæ gignant membris calorem, parce utendum puto: carnes enim etiam

a Joan. II. 9. *b* Luc. IX. 13. & ſeq. *c* Cant. V. 1. *d* Joan. I. 3. & ſeq. *e* Luc. XVIII. 19. *f* Pſal. CIX. 3. *g* Pſal. XLIV. 2. *h* Matth. XVII. 5. *i* I. Cor. I. 30. *k* Coloſſ. II. 9. *l* Joan. V. 23. *m* I. Tim. V. 23.

1. *Bonas* cet.] Huic loco iſta præmittit S. Ambroſius, ſororem ſuam alloquens: „ Tempus eſt, ſoror ſancta, ea „ quæ mecum conferre ſoles, beatæ memoriæ Liberii „ præcepta revolvere; ut quo vir ſanctior, eo ſermo ac- „ cedat gratior. Namque is, quum Salvatoris natali ad „ apoſtolum Petrum virginitatis profeſſionem veſtis quo- „ que mutatione ſignares — adſtantibus etiam puellis „ Dei compluribus quæ certarent invicem de tua ſocie- „ tate: *Bonas*, inquit, *filia nupt.* „

aquilas volantes deponunt. In vobis quoque ales interior illa, de qua legimus: [a] *Renovabitur* [1] *ficut aquila juventus tua*, fublime tenens, virgineo præpes volatu fuperfluæ carnis nefciat appetentiam. Conviviorum devitandæ celebritates, fugiendæ falutationes.

IX. Ipfas vifitationes in junioribus effe parciores volo, fi forte deferendum fit parentibus aut æqualibus. Teritur enim officiis pudor, audacia emicat, rifus fubrepit, modeftia folvitur, dum affectatur urbanitas: interroganti non refpondere, infantia: refpondere, fabula eft. Deeffe igitur fermonem virgini, quam fupereffe malim. Nam fi mulieres etiam de rebus divinis in Ecclefia jubentur tacere [b], domi viros fuos interrogare: de virginibus quid cautum putamus, in quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas commendat pudorem?

X. An vero mediocre pudoris exemplum eft, quod [c] Rebecca cum veniret ad nuptias, & fponfum vidiffet, velamen accepit; ne prius videretur, quam jungeretur? Et utique pulcra virgo non decori timuit, fed pudori. Quid Rachel; [d] quemadmodum [2] extorto ofculo, flevit & gemuit: nec flere defiiffet, nifi proximum cognoviffet? Ita & pudoris fervavit officium, & pietatis non omifit affectum. Quod fi viro dicitur: [e] *Virginem ne confideres, ne quando fcandalizet te*; quid dicendum eft facratæ virgini, quæ fi amet, animo peccat; fi amatur, & facto?

XI. Maxima eft virtus tacendi, præfertim in Ecclefia. Nulla te divinarum fententia fugiet lectionum, fi aurem admoveas, vocem premas. Nullum ex ore verbum quod revocare velis, proferas: fed parcior loquendi fiducia fit. Copiofum quippe [f] in multiloquio peccatum. Homicidæ dictum eft: [g] *Peccafti, quiefce*, ne peccaret amplius: fed virgini dicendum eft: Quiefce, ne pecces. Confervabat enim Maria, ut legimus [h], omnia in corde fuo quæ de Filio dicebantur: & tu cum legitur aliquod quo Chriftus aut venturus annuntiatur, aut veniffe

A oftenditur; noli fabulando obftrepere, fed mentem admove. An quidquam eft indignius, quam oracula divina circumftrepi, ne audiantur, ne credantur, ne revelentur: circumfonare facramenta confufis vocibus, ut impediatur oratio pro falute depromta [3] omnium?

XII. Gentiles idolis fuis reverentiam tacendo deferunt. Unde illud exemplum proditur: Alexandro facrificante Macedonum rege, puerulum barbarum qui ei lumen accenderet, excepiffe ignem brachio, atque adufto corpore, manfiffe immobilem, nec dolorem prodidiffe gemitu, nec tacito pœnam indicaffe fletu. Tanta in puero barbaro fuit difci-

B plina reverentiæ, ut natura vinceretur. Atque ille non deos qui nulli erant, fed regem timebat. Quid enim timeret eos, quos fi idem ignis contigiffet, arfiffent?

XIII. Quanto melius [4] quod quidam in convivio patris adolefcens jubetur, ne meretricios amores indiciis infolentibus prodat? Et tu in myfterio, Dei virgo, gemitus, fcreatus, tuffis, rifus abftine. Quod ille in convivio poteft, tu in myfterio non potes? Voce virginitas prima fignetur, claudat ora pudor, debilitatem excludat religio, inftituat confuetudo naturam. Virginem mihi prius gravitas fua nuntiet, pudore obvio, gradu fobrio, vultu modefto;

C & prænuntia integritatis ante eant figna virtutis. NON SATIS probabilis virgo eft, quæ requiritur, cum videtur.

XIV. Frequens fermo eft: cum plurima ranarum murmura religiofæ auribus plebis obftreperent, facerdotem Dei præcepiffe ut conticefcerent, ac reverentiam facræ deferrent orationi; tunc fubito circumfufos ftrepitus quieviffe. Silent igitur paludes, homines non filebunt? Et irrationabile animal per reverentiam recognofcit, quod per naturam ignorat: hominum tanta eft immodeftia, ut plerique deferre nefciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati? [5]

a Pfalm. CII. 5. *b* I. Cor. XIV. 34. *c* Gen. XXIV. 65. *d* Gen. XXIX. 11. & 12. *e* Eccli. IX. 5. *f* Prov. X. 19. *g* Gen. IV. 7. *h* Luc. II. 19.

1. *Sicut aquila*] Ita mss. fere ad unum: nonnulli tamen, & omnes editi, *ficut aquilæ*.

2. *Extorto ofculo*] Verfio Vulg. & aliæ cum textu Hebræo, *ofculatus eft eam; & elevata voce flevit, & indicavit ei* cet. E quibus verbis quod heic de fletu pudicum illud ofculum confecuto narratur, eleganter quidem & appofite ad materiam, tribuitur Racheli; quum tamen ad Jacob referri oporteat. Et certe ut effet aliqua in aliis idiomatis ambiguitas, aperte apud LXX. legere eft, *καὶ βοήσας τῇ φωνῇ αὐτοῦ, ἔκλαυσε*.


3. *Depromta omnium* ?] Omnes editi, *depr. omnium, quum gentiles.....deferant*. Mss. autem magno confenfu nobifcum faciunt. Porro fubjectam ephebi hujufce barbari

D hiftoriam memorat V. Maximus lib. III. cap. III. *de Patientia*.

4. *Quanto melius quod quidam*] Editi, *Quid quod quidam*. Et infra, *in minifterio .....tuffes, rifus abftine.... in minifterio Dei non potes? Vocis* cet. Mss. vero ut in textu, nifi quod aliqui pro *myfterio* legunt cum editis *minifterio*. Ceterum heic indicatur Terentianæ fabulæ qua infcribitur *Heautontimorumenos*, Actus II. ubi fub finem fcenæ III. admonetur Clitipho adolefcens, ut præfente patre modeftiam in convivio retineat: quo in loco ea verba leguntur: *Gemitus, fcreatus, tuffis, rifus abftine*.

5. *Voluptati* ?] Hujufmodi Liberianam orationem ita concludit S. Doctor: *Hæc tecum fanctæ memoriæ* LIBERIUS.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
354.



SANCTI EUSEBII
VERCELLENSIS EPISCOPI ET MARTYRIS
EPISTOLÆ.

I.

Ex archivo ecclesiæ Vercellensis.

Apud Baronium *ad ann.* cccLV. *num.* VII.

Eusebius *Constantio Imp. Augusto salutem.*

Ego, clementissime imperator, videns animum tuum Deo devotum hoc cupere, quemadmodum per orbem terrarum pax ecclesiastica permaneret; satis cum gaudio litteras tuas accepi. Suscepi etiam litteras fratrum & coepiscoporum meo- A rum quibus hoc intimare dignati sunt, ut plena mihi relatio per ipsos, quos tuæ parere [1] hoc necessarium duxi, Mediolanum venire properarem. Quidquid, domine imperator, quum in præsentiam venero, justum fuerit visum & Domino placitum, id me facturum promitto. Deus te custodiat, gloriosissime imperator.

II.

Apud Baronium *ad ann.* cccLVI. *num.* XCII. *seqq.*

Dilectissimis fratribus, & satis desideratissimis presbyteris, sed & sanctis in fide consistentibus plebibus Vercellensibus, Novariensibus, Hipporegiensibus, nec non etiam Dertonensibus: Eusebius *episcopus in Domino æternam salutem.*

Licet nos multis Dominus noster a vobis corpore separatos foveret bonis, & vestram admodum in adventu & visitatione plurimorum fratrum nobis præsentiam exhiberet; tamen mæsti ac tristes & sine lacrymis non eramus: quia longo temporis intervallo vestræ sanctitatis [2] non accipiebamus scripta. Verebamur enim ne qua vos aut accepisset diabolica subtilitas, aut potestas humana infidelibus subjugasset. His ergo dum afficimur cogitationibus, & omnem consolationem fratrum qui ad nos e diversis veniebant provinciis, ad dolorem magis absentiæ vestræ, quam ad lætitiam verterem: hoc præstare dignatus est Dominus, ut id de quo eram solicitus, non solum litteris sinceritatis vestræ, sed & præsentia carorum nostrorum Syri diaconi & Victorini exorcistæ cognoscere potuerim. Agnovi itaque fratres carissimi, vos, ut desiderabam, esse incolumes. Et quasi subito raptum omni longinquitate terrarum (ut Habacuc factum est, qui per Angelum portatus fuit usque ad Danielem) sic me judicavi ad vos pervenisse, dum [3] singulorum litteras accipio, dumque sanctos amicos vestros & amorem in scriptis vestris percurro.

II. Miscebantur mihi cum gaudio lacrymæ: & avidus ad legendum animus occupatione lacrymarum tenebatur. Et erant utraque necessaria, ut singuli sensus in hoc complementum desiderii sua dilectionis officia cuperent prævenire. Sic per dies in occupatione hac vobiscum me famulari judicans, præteritos labores oblivíscebar: ita enim undique circumdabant me gaudia, hinc stabilem fidem, hinc dilectionem, hinc fructum porrigentia; ut in tot & tantis constitutus bonis, subito me, ut superius dixi, non in exsilio, sed vobiscum esse judicarem. Gaudeo itaque, fratres carissimi, de fide vestra: gaudeo de salute quæ fidem sequitur: gaudeo de fructibus, quod non solum illic constituti, sed & B longe pergitis. Ut enim agricola arbori bonæ inseruit illi, quæ fructuum caussa non securim patitur, non ignibus mancipatur; ita & nos vestræ sanctitati non solum servitium secundum carnem volumus & cupimus exhibere, sed animas nostras pro vestra salute impendere. Extendistis, ut dixi, firmos cum fructu ramos, & per tam longa terrarum spatia ad me pertingere laborastis. Gaudeo agricola, & libens [4] vestri laboris poma decerpo, quia tantum facere voluistis: nec solum ego, vel qui mecum sunt sanctissimi nostri presbyseri & diaconi vel ceteri fratres, sed & omnes qui desiderantes sumus. Replestis enim, ut Apostolus beatissimus dicit [a], viscera mea cum complestis mandata divina, C quæ [5] complere decebat Christianos in episcopum vel ecclesiasticos viros, quos in exsilio fidei caussa nostis laborare. Complestis quæ oportebat fratres fratribus facere: & patri filios exhibere. Sed cum nos secundum mandata divina, vobis volentes de terrenis cælestes, de caducis stabiles, de fragilibus sempiternos fructus facere; cœpimus per necessitatem patientes quotidie seminare. Gaudebant de vestris fructibus pauperes: glorificabant Deum non solum civitatis ipsius homines, sed & omnes: qui autem videre potuerunt, quam mecum dilectionem haberetis, ex ipsis fructibus videntes glorificabant Deum, & omni nos honore cum vestra benedictione nominabant.

D III. Videns hoc diabolus innocentium hostis, justitiæ inimicus, contrarius fidei, quia in hoc opere benedicebatur Deus, inflammavit adversum nos Ariomanitas suos, qui jam longo tempore suspirabant non solum de hoc opere, sed & de sua infidelitate ad quam nos persuadere non poterant, ut exsisterent violenti; more hoc quo semper est usus, ut quos persuadere non poterat, vi & potestate terreret. Congregavit itaque suorum multitudinem, qui nos ad officinam infidelitatis suæ rapiunt & eludunt:

a Philem. ℣℣. 7. 20.

1. *Quos tuæ parere.*] Supple *jussioni in hoc*. Sic Baronius. Hujus tamen loci sensus adhuc implexus videtur.
2. *Non accipiebamus scripta. Vereb.*] Al. *non accipientes scripta, verebamur ne qua* cet.
3. *Dum sing.* — *Miscebantur* cet.] Al. *Dum autem sing.* — *miscebantur* cet.
4. *Vestri lab.*] Al. *nostri lab.*
5. *Complere decebat*] Al. *complere* — *viros decet*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 354.



& totam hanc poteſtatem traditam ſibi ab imperatore dicunt. His ergo multa dicentibus & de ſua poteſtate gloriantibus, in hoc illis oſtendere volui, quia nihil erant quæ poterant, dum tacens ut carnificibus corpus tradidi, quod Dominus dicebat poſſe in perſecutionibus tradi. Quam libero autem fuerim animo, dum ab ipſis patior, & recludor, & per quatriduum ſervor, & diverſorum increpationes & perſuaſiones audio: in hoc oſtendi, quia nec unum ſermonem dixi. Addere voluerunt ad malitiam ſuam, ut a me ceſſarent fratres, id eſt, presbyteri & diaconi; ſed & ceteros dicebant ſe eſſe prohibituros, ne ad me accederent. Ego, ne ab infidelium manibus, vel potius tranſgreſſorum (quod deterius eſt) infidelium, ut Apoſtolus dicit, manducarem cibum, libellum ad ipſos hoc more feci:

EXEMPLAR LIBELLI FACTI ad Patrophilum cum ſuis.

Servus Dei Eusebius *cum conſervis ſuis qui mecum fidei cauſſa laborant,* [1] *Patrophilo cuſtodi cum ſuis.*

IV. Qua [2] me vi multorum & furore non ſolum tractum per terram, ſed interdum nudato corpore ſupinum portaſtis de hoc hoſpitio quod mihi per veſtros & agentes in rebus dediſtis, e quo numquam niſi veſtra violentia egreſſus ſum; & Deus ſcit, & civitas novit, nec vos heic & in futuro negare poteſtis. Ideo Deo cauſſam reſervo, ut quemadmodum ipſe ordinaverit, finem poſſit accipere. Interim me hoc decreviſſe ſciatis, (ut ratio nunc & in futuro, & heic poſſit ſtare) in hoſpitio quo me clauſum tenetis, in quo me poſt primam portationem retrudentes crudelius, auſi fuiſtis inde eodem modo portare, & in unam cellam [3] rejicere, non panem manducaturum neque aquam bibiturum, niſi ante ſinguli profeſſi fueritis, non ſolum verbo, ſed & manu vos non prohibituros, fratres meos qui mecum hæc fidei cauſſa libenter patiuntur, de hoſpitio quo manent, neceſſarias eſcas offerre nec eos qui me dignati fuerint requirere. Oportuerat quidem exire de corpore, ne tantum ſcelus quod contra jus divinum & publicum commiſiſtis, ſæpe ſcire volentibus cogerer dicere. Sed ne quis de infidelibus vos in nobis crudeles appellet, & ignorantes divina præcepta putet nos confuſionem potius vitare noluiſſe quam Domino parere, ideo hoc voluiſſe præſumere: iterum dico quod niſi profeſſi & verbo & conſcriptione fueritis, eritis homicidæ prohibendo.

V. Novit hoc omnipotens Deus: novit & ejus Unigenitus inenarrabiliter de ipſo natus Filius, qui ſalutis noſtræ cauſſa Deus ſempiternæ virtutis hominem perfectum induit, pati voluit, morte triumphata tertio die reſurrexit, ad dexteram Patris ſedet, venturus judicare vivos & mortuos: novit & Spiritus ſanctus: teſtis eſt Eccleſia catholica, quæ ſic confitetur: quia non ego in me reus ero, ſed vos, qui conſervos meos neceſſaria miniſtraturos prohibere voluiſtis. Et ſi hoc paraveritis, vos debere contemnere: non quaſi mortem timentem, ſed ne poſt exceſſum meum dicatis me voluntaria morte exire voluiſſe & [4] quamdam nobis nebulam accuſationis inveniatis: conventurum me ſcitote Eccleſias, quas [5] clauſis interim litteris poſſim pertingere; conventurum & Dei ſervos, ut in ipſis concurrentibus, orbis terrarum, quid fides integra quæ ab univerſis catholicis epiſcopis comprobata eſt, ab Ariomanitis patiatur quos ante damnavit, poſſit agnoſcere. Item ſubſcripſi ego Euſebius epiſcopus.

Adjuro te qui has litteras legeris, per Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, ut non ſupprimas, ſed alii legendas tradas.

VI. Hi ergo vix quarta die ad hunc libellum [6] mitigati, jejunos ad hoſpitium in quo manſeramus, revertere nos compulerunt. Viderunt interea, quemadmodum nos revertentes populi cum gaudio ſuſceperunt. Lucernis noſtrum hoſpitium circumdederunt. Cœpimus annuente Domino iterum egentibus miniſtrare. Non hoc ſuſtinuit ipſorum inhumanitas, & noſtrum amorem in ſuum odium [7] perdiderunt. Vix fere viginti & quinque tolerare potuerunt dies. Erumpunt denuo, & cum perdita multorum manu ad noſtrum hoſpitium veniunt armati fuſtibus, per aliena clauſtra parietem rumpunt, & ad nos [8] violenti perveniunt. Iterum rapiunt, & in arctiore cuſtodia cum ſolo cariſſimo Tegrino presbytero recludunt. Noſtros quoque fratres, id eſt presbyteros & diaconos omnes rapiunt & includunt. Poſt triduum poteſtate ſua per loca diverſa in exſilium mittunt. Alios fratres qui ad nos venerant viſitandos, in carcere publico mittunt, per plurimos dies recluſos tenent. Advolantes iterum ad hoſpitium, omnia quæ aut in ſumtu aut pauperibus fuerant comparata, [9] diruunt. Sed quia hoc publicum ipſorum facinus ab omnibus civibus notabatur, argumento hoc uſi ſunt, ut aliqua redderent leviora, & ſe nobis noſtra reddidiſſe jactarent. Sumtus vero apud ſe tenuerunt: & poſt tantum ſcelus quærebant, ſi fieri poſſit, ſic negare, ut nullum de meis ad me venire permitterent, qui eſcas corpori neceſſarias afferret. Vix ſexta die, clamantibus ſibi diverſis, unum venire permiſerunt. Quantum ad ſe fuit, oſtenderunt homicidæ animos; quem primum, ne a malignitate ceſſarent, quarta die dimiſerunt. Poſtmodum ſexta vix, deficientibus nobis, olim cum victu venire permiſerunt. Hæc itaque ſunt Ariomanitarum opera.

VII. Videte ſanctiſſimi fratres, ſi non eſt perſecutio, dum hæc patimur qui fidem catholicam cuſtodimus: & altius cogitate, num valde etiam deterior ſit quam illa, quæ fiebat per hos qui idolis ſerviebant. Illi mittebant in carcerem, non tamen prohibebant ad ſe venire ſuos. Quantum ergo ſatanas Eccleſias vulneraverit per Ariomanitarum crudelitatem? In cuſtodia publica mittunt, qui liberare debent. Violentiam faciunt, qui ut patiantur juſtitiæ cauſſa diſcunt. Aliena diripiunt, qui ſua direpta ne repetant, de divina lege docentur. Prætereo quanta illos invaſit crudelitas, dum facultatibus temporalibus gaudent. In carcere latronibus clauſis a quæſtionariis vel a judicibus non denegatur facultas videndi ſuos: a nobis & noſtri prohibentur: & devoti fratres ne veniant, non ſolum ab hoſpitio

1. *Patrophilo cuſtodi*] Cur Patrophilum Arianum antiſtitem, *cuſtodem* potius quam epiſcopum appellet Euſebius, vide ſis Baronium ad ann. 356. num. XCVII.

2. *Qua me vi* cet.] *Qui me in multorum furore non ſolum tractum per terram, ſed interdum nudato corpore ſupinum portaſtis, de hoc hoſpitio quod mihi per veſtros agentes in rebus dediſtis, me numquam niſi cum veſtra violentia egredi paſſi fuiſtis. Et Deus ſcit*, cet. Minus recte, ut videtur.

3. *Rejicere*] Legit Baronius cum al. *reficere*.

4. *Et quamdam nobis nebulam accuſationis*] Al. *& quamdam vobis nebulam excuſationis*.

5. *Clauſis*] Al. *clauſus*. Mox, *ut ipſis conc.*


6. *Mitigati*] Al. *mitigata*. Et paullo poſt: *Viderunt in terra*. Mendoſe.

7. *Perdiderunt*] Al. *perviderunt*.

8. *Violenti*] Al. *volentes*. Corruptiſſime.

9. *Diruunt*] Leg. *diripiunt*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 354.



arceantur quo tenemur, sed ne adeant [1] carcerem, comminatione terrentur. Sic cunctos subjugaverunt, ut manifestissime [2] agnoverim *. Ab episcopis incipiam: dum honorem quidam timent amittere, ipsos fidem perdidisse; dumque facultates terrenas & immunitates nolunt perdere, cælestes thesauros & veram securitatem nullam judicasse. Sic quoque ducti ceteri, dum episcopos hæc timentes perdere vident, amare cœperunt quæ semper habere non possunt.

VIII. Sic Ariomanitæ divites terrent, dum his proscriptionem minantur: sic pauperes, dum potestatem in carcere recludendi habent. Et quanta insania est? In loco quo tenemur, non solum viros qui nobis serviunt, in carcerem mittunt, sed & puellas sanctimoniales sine ullo divino timore in custodia publica recludunt. Sed ut gavisi non sunt seniores mali, qui pudicitiam Susannæ violare quærebant; ita nec hi gaudebunt semper, qui Ecclesiam persecutione varia & depressione nimia suæ infidelitati conantur subjicere. Dixit enim sanctus Daniel ad illos: [a] *Sic timentes filiæ Israel concumbebant vobiscum.* Sed recedat, sanctissimi, humanus timor a vestris animis, cum habeatis Domini consolationem, qui dicit: [b] *Nolite timere illos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt.* Tempus est probationis: tempus est, ut probati innotescant [3] manifesti. Ideo acceperunt humanum adjutorium, quia divinum non habent: quod si haberent, numquam potestate terrena innocentium sibi animas subjugarent.

IX. Multa de illorum malis, quibus non solus ego, seu plurimi deprimimur, debueramus scribere; sed ne possemus hoc facere, & ipsorum crudelitatem litteris intimare, arctissima custodia servamur ab ipsis. Ideo ad nos, & alii nostri & amici prohibentur accedere. Sed concessit mihi Dominus hanc epistolam per carissimum nostrum ad vos Syrum diaconum mittere, quem in potestate mittendi habui; quia providentia Domini nostri eo tempore ad videnda loca sancta accesserat, & cum ceteris fratribus inventus non est.

X. Ceterum vix hanc epistolam quomodocumque conscripsimus, Deum semper postulantes, ut custodes in horas refrenaret, & concederet, ne ad vos diaconus nuntium magis laboris nostri, quam qualescumque salutationis litteras ferret. Propter quod satis vos peto, ut cum omni vigilantia custodiatis fidem, servetis concordiam, orationibus incumbatis, nostri memores sine intermissione sitis: ut dignetur Dominus Ecclesiam suam liberare quæ super universum orbem laborat, & ut nos qui deprimimur, possimus vobiscum liberati gaudere: quod præstare dignabitur Dominus, petentibus vobis, per Dominum nostrum Jesum Christum qui est secum [4] benedictus a sæculis & in omnia sæcula sæculorum, Amen.

XI. Iterum peto, & vos per misericordiam Dei rogo, ut unusquisque in hac epistola salutationem suam nuncupet; quia singulis, ut solebam, faciente necessitate, scribere non potui. Ita in hac vos omnes fratres, sed & sanctæ sorores, filii & filiæ, omnem sexum appello, omnem ætatem peto, ut hac contenti salutatione, nostro obsequio, etiam hos qui foris sunt, & nos dignantur diligere, salutare dignemini. Salutant vos fratres nostri qui mecum sunt, presbyteri & diacones, sed & omnes nostri: qui una mecum satis petunt, ut nostri memores, omnes vestros nostro dignemini obsequio salutare. Transmisi præterea litteras, quas ad Patrophilum custodem meum feci, ut ex his agnoscatis, nos Ariomanitarum nec minis posse terreri, neque ipsorum serpentina blanda subtilitate posse ad ipsorum societatem perduci. Divinitas vos protegat, florentesque vivere & heic & in futuro faciat cum omnibus vestris, fratres carissimi & satis desideratissimi.

III.

Ex opere historico S. Hilarii episcopi Pictaviensis, Fragm. XI.

Incipit epistola Eusebii ad Gregorium episcopum [5] Spanensem.

Domino sanctissimo fratri Gregorio episcopo Eusebius *in Domino salutem.*

Litteras sinceritatis tuæ accepi, quibus, ut decet episcopum & Dei sacerdotem, transgressori te Osio didici restitisse, & plurimis cadentibus Arimino in communicatione Valentis & Ursacii & ceterorum, quos ipsi agnito blasphemiæ crimine ante damnaverunt, tuum assensum denegasse, fidem scilicet servans quam patres Nicæni scripserunt. Gratulamur tibi in hoc, gratulamur & nobis, quia hoc [6] cujus proposito & hac fide pollens nostri dignatus es meminisse. Permanenti autem tibi in eadem confessione, & nullam cum hypocritis retinenti societatem, nostram tibi communicationem promitte. Quibus potes [7] tractatibus, quanto labore prævales, transgressores objurga, infideles increpa, nihil metuens de regno sæculari, ut fecisti: quia [c] potior est qui in nobis est, quam qui in hoc mundo. Nos vero tui consacerdotes tertio laborantes exsilio, hoc dicimus quod manifestum esse putavimus: quoniam omnis spes Ariomanitarum non in sua aut [8] linito consensu, sed in protectione pendet regni sæcularis: ignorantes scripta, quia [d] maledicti sunt qui spem habent in hominem. Nostrum [e] autem adjutorium in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. In passionibus perdurare cupimus, ut, secundum quod dictum est [f], in regno glorificari possimus. Dignare nobis scribere quid malos corrigendo profeceris, vel quantos fratres aut stantes agnoveris, aut ipse monendo correxeris. Salutant te omnes qui mecum sunt, [9] maxime diaconus: simulque petunt, ut cunctos lateri tuo fideliter adhærentes nostro digneris obsequio salutare.

Explicit epistola Eusebii *ad Gregorium episcopum Spanensem.*

a Dan. XIII. 57. *b* Matth. X. 28. *c* I. Joan. IV. 4. *d* Jer. XVII. 5. *e* Psal. CXXIII. 8. *f* Rom. VIII. 17.

1. *Ne adeant carcerem, commin.*] Al. *ne adeant, carcerum commin.*
2. *Agnoverim *.*] Locus mutilus.
3. *Manifesti*] Al. *manifestati.*
4. *Benedictus*] Deest hæc vox apud Baronium, quam tamen habent alii editi.
5. *Spanensem*] In Pithœano ms. brevitatis caussa scriptum erat *Span.* ubi ex codicis ejusdem indice vocabulum integrum restituimus. Coutant.
6. *Cujus*] In ms. Sirm. *cuivis*. Forte *usus*, vel *pius*. Id.
7. *Tractatibus*] Ita Sirm. ms. Al. vero ex Pith. *tractabis*. Id.
8. *Linito*] Ita mss. At editi *limito*. An, *non in suavi & unito consensu*? Faber mallet, *non in vi sua aut unito consensu*. Idem Eusebius in epistola superiore. §. VIII. rursum de Arianis scribit: *Ideo acceperunt humanum adjutorium, quia divinum non habent: quod si haberent, numquam potestate terrena innocentium sibi animas subjugarent*. Id.
9. *Maxime diaconus*] Superiorem epistolam §. XI. ita claudit Eusebius: *Salutant vos fratres nostri qui mecum sunt, presbyteri & diacones*. Unde oboritur suspicio, etiam heic pro *maxime diaconus*, legendum esse *presbyteri & diacones*. Id.

HOSII
CORDUBENSIS EPISCOPI
EPISTOLA
AD CONSTANTIUM AUGUSTUM.

Apud ATHANASIUM *in* Hist. Arian. ad Monach. §. XLIV. *opp. tom.* I. *part.* I. *pag.* 370. *edit. BB. Parif.* 1698.

῞Οσιος Κωνσταντίῳ βασιλεῖ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.


ΕΓΩ μὲν ὡμολόγησα καὶ τὸ πρῶτον, ὅτε διωγμὸς γέγονεν ἐπὶ τῷ πάππῳ σου Μαξιμιανῷ. εἰ δὲ καὶ σύ με διώκεις, ἕτοιμος καὶ νῦν πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένειν, ἢ ἐκχεῖν ἀθῷον αἷμα, καὶ προδιδόναι τὴν ἀλήθειαν· σὲ δὲ οὐκ ἀποδέχομαι τοιαῦτα γράφοντα καὶ ἀπειλοῦντα. παῦσαι τοῦ τοιαῦτα γράφειν, καὶ μὴ φρόνει τὰ Αρείου, μηδὲ ἄκουε τῶν ἀνατολικῶν, μηδὲ πίστευε τοῖς περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι λέγουσιν, οὐ δι᾽ Αθανάσιον φθέγγονται, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰδίαν αἵρεσιν. πίστευέ μοι, Κωνστάντιε, πάππος εἰμί σου καθ᾽ ἡλικίαν, ἐγενόμην αὐτὸς ἐν τῇ κατὰ [1] Σαρδικὴν συνόδῳ, ὅτε σύ B τε καὶ ὁ μακαρίτης ἀδελφός σου Κώνστας, πάντας ἡμᾶς συνήγαγε. καὶ δι᾽ ἐμαυτοῦ τοὺς ἐχθροὺς Ἀθανασίου προσεκαλεσάμην ἐλθόντας αὐτοὺς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ ᾤκουν ἐγὼ, ἵν᾽ εἴ τι ἔχοιεν κατ᾽ αὐτοῦ, λέγωσιν· ἐπαγγειλάμενος αὐτοῖς θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἄλλο τι προσδοκᾷν, ἢ ὀρθὸν τὸ κριτήριον ἐπὶ πᾶσιν ἔσεσθαι. τοῦτο δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον ἐποίησα, προτρέπων, εἰ μὴ θέλοιεν ἐπὶ πάσης τῆς συνόδου, κἂν ἐπ᾽ ἐμοῦ μόνου· ἐπαγγειλάμενος πάλιν, ὅτι ἂν μὲν ὑπεύθυνος δειχθῇ, πάντως ἀποβληθήσεται καὶ παρ᾽ ἡμῶν· ἂν δὲ ἀναίτιος εὑρεθῇ, καὶ ἐλέγξῃ συκοφάντας ὑμᾶς, εἰ παραιτεῖσθε τὸν ἄνθρωπον, ἐγὼ μετ᾽ ἐμαυτοῦ πείθω τὸν Ἀθανάσιον ἐλθεῖν εἰς τὰς Σπανίας. καὶ ὁ μὲν Ἀθανάσιος ἐπὶ τούτοις ἐπείθετο, καὶ οὐκ ἀντέλεγεν· C ἐκεῖνοι δὲ πρὸς πάντα μὴ θαῤῥοῦντες, ἴσως ἀνένευον. ἐγένετο δὲ πάλιν ὁ Ἀθανάσιος εἰς τὸ σὸν στρατόπεδον, ἡνίκα μετεπέμψω γράψας αὐτῷ, καὶ παρόντας ἐν αὐτῇ τῇ Αντιοχείᾳ τοὺς ἐχθροὺς κληθῆναι πάντας ἢ ἕκαστον αὐτῶν ἠξίωσεν, ἵν᾽ ἢ ἐλέγξωσιν, ἢ ἐλεγχθῶσι, καὶ ἵνα ἢ παρόντα δείξωσιν οἷον λέγουσιν, ἢ ἀπόντα μὴ διαβάλλωσι. καὶ οὔτε σου λέγοντος [2] ἠνέσχου, ἀλλὰ κἀκεῖνοι παρῃτήσαντο. τί τοίνυν ἀκούεις ἔτι τῶν κακολογούντων αὐτόν; πῶς ἀνέχῃ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, καίτοι μετανοησάντων αὐτῶν, καὶ ἐγγράφως αὐτῶν ὁμολογησάντων τὴν συκοφαντίαν; ὡμολόγησαν γὰρ οὐ βίαν παθόντες, ὡς αὐτοὶ προφασίζονται, οὐ στρατιωτῶν ἐπικειμένων, οὐκ εἰδότος τοῦ ἀδελφοῦ D σου· οὐκ ἐγίγνετο γὰρ παρ᾽ αὐτῷ τοιαῦτα, οἷα νῦν γίγνεται, μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ αὐτοὶ θέλοντες ἑαυτοῖς ἀνῆλθον εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων παρόντων ἔγραψαν· γράψαντες [3] πρότερον καὶ Ἀθανασίῳ φιλικὴν καὶ εἰρηνικὴν ἐπιστολήν. εἰ δὲ βίαν προφασίζονται, καὶ τοῦτο γινώσκουσι κακὸν, οὐκ ἀποδέχῃ δὲ οὐδὲ σύ· παῦσαι τοῦ βιάζεσθαι, καὶ μήτε γράφε, μήτε πέμπε [4] κόμητας· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξορισθέντας ἀπόλυσον, ἵνα μὴ βίαν αἰτιωμένου σου, μείζονας βίας ἐκεῖνοι ποιῶσι. τί γὰρ τοιοῦτον γέγονε παρὰ Κώνσταντος; τίς ἐπίσκοπος ἐξωρίσθη; πότε κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς μέσος γέ-

A HOSIUS, *Constantio imperatori in Domino salutem.*

EGO jam pridem confessus sum, cum sub avo tuo Maximiano persequutio grassaretur. Quod si tu quoque me persequare, etiamnum ad quidvis potius tolerandum paratus sum, quam ut innoxium effundam sanguinem, veritatemque prodam: teque eo modo scribentem ac interminantem minime adprobo. Desine itaque talia scribere, ac cum Ario ne sentias, nec Orientales audias, neu Ursacio & Valenti habeas fidem. Nam quæ effutiunt illi, non Athanasii caussa, sed hæresis suæ gratia loquuntur. Crede mihi, Constanti, qui per ætatem B avus tuus esse possim: Sardicensi interfui synodo, quo tempore tute ac beatæ vir memoriæ frater tuus Constans, nos omnes convocastis. Ipseque inimicos Athanasii provocavi, cum in Ecclesiam ubi commorabar ego, advenissent; ut si quid in Athanasio culpandum haberent, id renuntiarent. Fidem dedi securitatemque promisi, ut nihil nisi rectum in omnibus judicium exspectarent. Id non semel tantum, sed & bis præstiti, hortatus, si nollent coram tota synodo, mihi saltem soli rem deferrent. Id quoque pollicitus sum: Si reus deprehendatur homo, a nobis plane abjicietur; sin innoxius, vosque sycophantas probarit: si nihilominus illum recusaveritis, Athanasio persuadebo, C ut mecum in Hispanias proficiscatur. Hisque conditionibus citra repugnantiam obtemperabat Athanasius. Illi vero rebus omnino suis diffisi, æque id abnuerunt. Iterumque ubi Athanasius ad tuum exercitum se contulit; cum tu illum litteris tuis accivisti, inimicos ille suos qui tum ibi, Antiochiæ videlicet, versabantur, vel omnes una vel singulos advocari rogavit, ut aut se convincerent, aut convincerentur ipsi; & se vel coram qualem esse dicebant comprobarent, vel absentem non calumniarentur. Verum nec tu hæc dicenti morem gessisti, immo illi abnuerunt. Cur itaque etiamnum obtrectatores ejus audis? Cur Ursacium Valentemque toleras, tametsi illi pœnitentiam egerunt, ca- D lumniamque suam scripto confessi sunt? Confessi sunt, inquam, non vi coacti, ut obtendunt illi: non urgentibus militibus, non conscio fratre tuo: non talia quippe sub illo, qualia his temporibus, agebantur, absit: sed ultro ipsi Romam profecti, coram episcopo & presbyteris hæc scripsere, cum antea amicam & pacificam epistolam ad Athanasium misissent. Quod si vim sibi illatam obtendunt, quam illicitam agnoscant: sique vim tu te non approbes, desine vim inferre, nec litteras, nec comites miseris; sed exsules remitte, ne cum tu vim redarguas, majorem illi vim exerceant. Quidnam ejusmodi a Constante actum est? quis

1. Regius codex Σερδικὴν.
2. Ita Reg. & sic legendum. Editi ἠνέσχον.
3. Sic Reg. Editi, πρότερον.
4. Reg. κόμιτας, de more.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
355.



γονε; ποῖος αὐτοῦ Παλατῖνος ἠνάγκασε κατά τινος ὑπογράψαι, ἵνα οἱ περὶ Οὐάλεντα τοιαῦτα λέγωσι; παῦσαι, παρακαλῶ, καὶ μνήσθητι, ὅτι θνητὸς ἄνθρωπος τυγχάνεις. φοβήθητι τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, φύλαξον σεαυτὸν εἰς ἐκείνην καθαρόν. μὴ τίθει σεαυτὸν εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ, μηδὲ σὺ περὶ τούτων ἡμῖν παρακελεύου· ἀλλὰ μᾶλλον παρ' ἡμῶν σὺ μάνθανε ταῦτα. σοὶ βασιλείαν ὁ Θεὸς ἐνεχείρισεν, ἡμῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπίστευσε. καὶ ὥσπερ ὁ τὴν σὴν ἀρχὴν ὑποκλέπτων ἀντιλέγει τῷ διαταξαμένῳ Θεῷ· οὕτω φοβήθητι μὴ καὶ σὺ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑαυτὸν ἕλκων, ὑπεύθυνος ἐγκλήματι μεγάλῳ γένῃ· ἀπόδοτε, γέγραπται, τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. οὔτε τοίνυν ἡμῖν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἔξεστιν, οὔτε σὺ τοῦ θυμιᾷν ἐξουσίαν ἔχεις, βασιλεῦ. ταῦτα [1] μὲν οὖν κηδόμενος τῆς σῆς σωτηρίας γράφω· περὶ δὲ ὧν ἐπέστειλας, ταύτης εἰμὶ τῆς γνώμης· ἐγὼ οὔτε Ἀρειανοῖς συγκατατίθεμαι, ἀλλὰ καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ἀναθεματίζω· οὔτε κατὰ Ἀθανασίου γράφω, ὃν ἡμεῖς τε καὶ ἡ Ῥωμαίων ἐκκλησία, καὶ πᾶσα ἡ σύνοδος ἐκαθάρισε. καὶ γὰρ ταῦτα καὶ σὺ συνορῶν μετεπέμψω τὸν ἄνθρωπον, καὶ συνεχώρησας αὐτῷ μετὰ τιμῆς εἰς τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἐκκλησίαν [2] ἐπανελθεῖν. τίς τοίνυν γέγονε πρόφασις τῆς τοσαύτης μεταβολῆς; οἱ αὐτοὶ γὰρ ἐχθροὶ οἱ καὶ πρότερον ὄντες καὶ νῦν εἰσιν αὐτοῦ, καὶ ἃ νῦν ψιθυρίζουσιν· οὐ γὰρ παρόντος αὐτοῦ φθέγγονται· ταῦτα, καὶ πρὶν [3] μεταπέμψῃ τὸν Ἀθανάσιον, κατελάλουν, ταῦτα καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν σύνοδον διεθρύλλουν. καὶ ἀπαιτούμενοι παρ' ἐμοῦ, καθὰ προεῖπον, τὰς ἀποδείξεις οὐκ ἴσχυσαν παρασχεῖν· εἰ γὰρ εἶχον, οὐκ ἂν ἔφυγον οὕτως αἰσχρῶς. τίς οὖν ἔπεισέ σε μετὰ τοσοῦτον χρόνον ἐπιλαθέσθαι τῶν σαυτοῦ γραμμάτων καὶ ῥημάτων; ἐπίσχες, καὶ μὴ πείθου κακοῖς ἀνθρώποις, ἵνα μὴ διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους καθῆκον, σαυτὸν ὑπεύθυνον ποιήσῃς. ὧδε γὰρ τούτοις [4] καθηκετεύεις, ἐν δὲ τῇ κρίσει μόνος μέλλεις ἀπολογεῖσθαι. οὗτοι τὸν ἴδιον ἐχθρὸν, διὰ σοῦ θέλουσιν ἀδικεῖν, καὶ βούλονταί σε διάκονον τῆς ἑαυτῶν πονηρίας γενέσθαι, ἵνα διὰ σοῦ καὶ τὴν μυσαρὰν αἵρεσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπισπείρωσιν. οὐκ ἔστι δὲ φρόνιμον δι' ἄλλων ἡδονὴν ἑαυτὸν εἰς προὖπτον κίνδυνον ἐμβάλλειν. παῦσαι παρακαλῶ, καὶ πείσθητί μοι, Κωνστάντιε. ταῦτα γὰρ πρέπει καὶ ἐμὲ γράφειν, καὶ σὲ τούτων μὴ καταφρονεῖν. [a]

episcopus exsulavit? quandonam ille ecclesiasticis judiciis medius interfuit? quis sub illo Palatinus contra quem subscribere coegit, ut Valens cum socio talia effutiat? Desine, quæso te, & memento te mortalem hominem esse: time judicii diem, teque ipse innoxium ad eam diem custodias. Ne te rebus misceas ecclesiasticis: neu nobis his de rebus præcepta mandes; sed a nobis potius hæc edifcas. Tibi Deus imperium tradidit, nobis ecclesiastica concredidit. Ac quemadmodum qui tibi imperium subripit, Deo ordinanti repugnat; ita metue ne si ad te ecclesiastica pertrahas, magni criminis reus fias. *Reddite*, scriptum est [a], *quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo*. Neque nobis igitur terræ imperare licet, neque tu imperator adolendi habes potestatem. Hæc quod tuam curem salutem, scribo: quod vero res spectat de quibus scripsisti, ecce meam sententiam: Arianis minime adjungor, immo eam hæresim ferio anathemate: nec contra Athanasium scribo, quem nos & Romana ecclesia, immo tota synodus insontem declaravit. Nam tu te hæc cum perspecta haberes, hominem accivisti, ac concessisti, ut cum honore in patriam ille & in ecclesiam suam remigraret. Quænam exstitit tantæ mutationis caussa? Iidem enim ipsi sunt ejus inimici qui jam ante fuere: & quæ jam susurrant, (non enim ea coram illo proferunt) hæc prius etiam quam Athanasium accires, obloquebantur: hæc cum ad synodum advenissent obmurmurabant: meque, uti supra dixi, probationes postulante, proferre ipsi nequivere; nam si habuissent, non ita turpiter aufugissent. Quis te induxit, ut post tantum temporis, litterarum juxta ac verborum tuorum obliviscerere? Cohibe te, quæso, & ne improbis hominibus morem geras, ut ne mutui commodi caussa te ipse reum constituas. Quod enim jam illis indulges, de hoc in die judicii solus rationem es redditurus. Adversarium illi suum auspiciis tuis lædere optant, teque volunt esse malitiæ suæ ministrum, ut tua ope exsecrandam hæresim in Ecclesia disseminent. Non est prudentis, ob aliorum libidinem se se in manifestum conjicere periculum. Desine, quæso te, & mihi obtempera, Constanti. Hæc enim & me decet scribere, & te non vilipendere.

a Matth. XXII. 21.

1. In Reg. ἂν deest.
2. Reg. ἀπελθεῖν, minus recte.
3. Ita Reg. Editi vero, πέμψῃ. Mox Reg. διεθρύλουν de more cum unico λ.
4. Sic editi. Reg. καθικετεύεις. Alias idem Reg. καθηκετεύειν. In editis vero καθικετεύειν, vulgo scribitur.


a Hac epistola recitata, subdit Athanasius: ταῦτα μὲν ὁ Ἀβραμιαῖος γέρων, ὁ ἀληθῶς Ὅσιος ἐφρόνησέ τε καὶ ἔγραψεν. *Hæc illa fuit Abrahamici senis, vere Hosii, id est, Sancti, sententia: hæ illius litteræ.*

S. HILARII

PICTAVIENSIS EPISCOPI

PSALMORUM XV. XXXI. ET XLI. INTERPRETATIO,

Quæ in novis editionibus Parisiensi & Veronensi desideratur.



ACCESSIT

VETUSTISSIMI SCRIPTORIS ANONYMI

Sermo in die Paschatis,

IN QUO

PSALMUS CXLIX. EXPLICATUR.

SANCTI HILARII

PICTAVIENSIS EPISCOPI

PSALMORUM XV. XXXI. & XLI. INTERPRETATIO,

Quæ hactenus in editis desideratur.

TRACTATUS S. HILARII EPISCOPI

DE PSALMO DECIMO QUINTO.

I. Tituli inscriptione prænotatur iste psalmus: sed quæ fuerit David tituli inscriptio, in historia non invenimus. Verumtamen tituli inscriptionem in passione Domini factam recognoscimus: & negari non potest secundum interpretationem, quia iste psalmus de passione & resurrectione Christi prophetasse videatur, quod in illo loco manifestum est, ubi ait: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*. David enim mortuus est & sepultus: Christi autem caro sola non vidit corruptionem, nec detineri potuit anima ejus in inferno. Quamobrem psalmus qui & de passione ejus & resurrectione & hereditate dicturus esset, merito notatus est tituli inscriptione. Quid enim in se habuit scriptura tituli, quam cruci ejus Pilatus affixit? *Jhesus*, inquit, *rex Judæorum*. Quod in se nomen & ipse confessus est, interrogante eum Pilato: [a] *Tu es rex Judæorum? In hoc*, inquit, *veni, & in hoc natus sum.*

II. Sed numquid carnalium Judæorum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus? non utique arbitror in monte hoc terreno qui est in Judæa, regnum a Patre datum Domino, cujus cæleste regnum Apostolus docet: sicut & ipsam civitatem Jerusalem, non hanc Christi esse ostendit quæ nunc servit cum filiis suis, sed illam quæ sursum est, matrem nostram liberam, cælestem Jerusalem. Ita nec horum Judæorum qui circumcisi sunt circumcisione manu facta, sed sicut Apostolus docuit dicens: quia non est hic Judæus qui palam videtur, neque illa circumcisio quæ in carne fit, sed circumcisio cordis, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est; & non horum Judæorum rex JESUS qui ex operibus apud homines gloriantur, sed quorum gloria apud Deum propter spem gratiæ ejus est. Vide enim Apostolum dicentem, quorum sit gloria apud Deum. [b] *Si enim*, inquit, *Abraham ex operibus justificatus est, apud homines habens gloriam*; ad quid credit in eum qui justificare impium potest, & gratuitam misericordiam Dei sperat? habet gloriam, sed non apud Deum.

III. Judæorum itaque rex Christus, quorum gloria non ex hominibus, sed ex Deo. Denique & hic psalmus significanter ait: *Dominus est portio hereditatis meæ. Funes ceciderunt mihi in ipsis potentissimis, etenim hereditas mea perquam maxima est*. Quæ est ergo hereditas Domini, nisi hæc de qua scriptum est: *Posce, & dabo tibi gentes hereditatem tuam?* Peccatores autem ex gentibus credunt in eum qui justificare impium potest. Et si gloria eorum non ex hominibus, sed ex Deo est; & istorum Judæorum rex Christus. Non enim hic Judæus qui palam videtur, neque illa quæ in aperto in carne fit circumcisio. Sed quid ait? numquid ex illa circumcisione non plurimi crediderunt? verum est quia crediderunt; sed & ipsi ad exemplum gentium reducti, ut prius se confiterentur peccatores, & sic misericordiam mererentur, sicut Paullus ad Galatas scribens docet: [c] *Si tu*, inquit, *cum Judæus sis, gentiliter vivis; quomodo gentes cogis judaizare?* Nos natura Judæi, & non ex gentibus peccatores, scientes quod non justificatur omnis caro ex lege. Itaque volens lucrifieri in Christo inventus est peccator; quia Christus venit non justificatos vocare, sed peccatores. Itaque & qui ex circumcisione manu facta crediderunt, ad confessionem peccatricum gentium humiliati crediderunt, ut essent omnes hereditas Christi: non in his qui ex operibus suis justificabuntur, sed in his qui per gratuitam gratiam Dei justificantur. Et hæc est tituli inscriptio, quod sit ipse rex Judæorum. Itaque narrat hic psalmus quorum Judæorum rex Christus esse videatur, & quam habeat rationem tituli inscriptione; qui non eorum Judæorum qui palam viderentur, & quorum esset aperta in carne circumcisio, sed potius illorum Judæorum qui in secreto Judæi, quibus circumcisio cordis, quorum gloria non ex hominibus, sed ex Deo est. Videamus denique psalmi textum, si ad hæc quæ diximus attinet.

IV. *Custodi me*, inquit, *Domine, quoniam in te speravi*. Qui debitum petit, non sperat: nam si debetur mihi aliquid, jure id reposco. Quod si quis mihi ex voluntate tribuat, non ex oblatione; de hac consuetudine ejus, benevolentiam ejus sperabo. Itaque hic qui non ex operibus justitiam magnificabat, sed gratuitam Dei gratiam introducebat, *Custodi me*, dixit, *Domine, quia in te speravi. Dicam Domino, Deus meus es tu*. Potestas enim Domini in eo est, ut faciat in servum quod vult, non quod necesse habet. Si autem operibus merces debetur; id mihi retribuet, quod necesse habuerit, non quod voluerit. Si enim operatus fuero, velit nolit, debetur mihi merces, & evacuabitur per hæc gratia Dei, sicut Apostolus ait: Nam qui operatur, merces illi accepta fit per debitum, non per gratiam; sed qui se non ex operibus suis, sed ex gratia Dei salvum fieri vult, sicut oportet nos omnes credere; hic sperans in Deum constituet sibi bonum quod voluerit Deus, non quod necesse habuerit, ac per hoc significanter ait: *Dixi Domino, Deus meus es tu*. Neque enim umquam Dominus gratias agit servo, si fecerit quod jusserit; sed per hæc omnia exspectari volet benevolentiam suam & gratiam, sicut & Dominus docet dicens: [d] *Quis ex vobis habet servum arantem aut pascentem? Numquid cum venerit domum, dicit ei; transi & recumbe? sed dicit: transi & ministra mihi, & tunc manducabis. Numquid agit dominus illi gratias servo, quia sic fecerit? amen dico vobis quia*

a Marc. xv. 26. b Rom. iv. 2. c Gal. II. 14. d Luc. xvii. 7.

non agit. Sic & vos cum omnia feceritis quæ jussero vobis, dicite: Servi inutiles sumus: quod necesse habuimus, fecimus. Igitur qui agnoscit se Deum habere, talem exhibere debet servitutis humilitatem. Sed hæc confessio non est operum, sed fidei. Itaque novi testamenti bene annuntiator ait: *Dixi Domino meo, Deus meus es tu.* Et quid post hæc dicit?

V. *Quoniam bonorum meorum non indiges, sanctis qui sunt in terra.* Quid tam consequens erat, quam quod ait, bona sua necessaria non esse sanctis terræ, neque ea bona Domini ad usum esse sanctorum terræ habitatorum? Quæ autem sunt bona Christi, quæ bona novi testamenti, nisi gratuita, nisi peccatorum remissio? Hæc bona sanctis terræ necessaria non sunt. [a] *Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent.* Et proprie illos qui se in operibus suis justificant, sanctos non cæli sed terræ appellavit; ex hominibus enim laus eorum, non ex Deo est: quales fuisse eos Dominus notat, justificantes se in conspectu hominum, qui reprehendentibus quod cum publicanis conviveret, [b] *Non veni*, inquit, *justos facere salvos, sed peccatores.* Igitur gratia gratuita & remissio peccatorum justis necessaria non est; sed utique justis qui se justos putant; nam vere justus ex fide [1] venit. Isti itaque sancti non indigent bonorum filii sui. Itaque infra ait: *Non congregabo synagogas eorum de sanguine meo.* Non est enim talibus redemtio per sanguinem meum necessaria, qui se justos esse arbitrantur.

VI. Sed quare ait, *Ipsi miras fecerunt voluntates tuas in se; multiplicatæ sunt infirmitates eorum: post hæc acceleraverunt?* Tractat hunc locum Apostolus plenissime ad Romanos, [c] *quod lex introivit ut amplificaretur peccatum. Ubi amplificatum est peccatum, ibi gratia abundavit.* Postquam enim repudiantes gratiam Dei inventi sunt in operibus legis, infirmis mira facta est voluntas Dei, qua ad gratiam suam provocabat eos. Quicumque ergo vult salvus esse, oportet ut gratia Dei liberari velit. Itaque bene psalmus ait: *Ipsi miras fecerunt voluntates tuas in se; multiplicatæ sunt infirmitates eorum: post hæc acceleraverunt.* Cum enim multiplicatæ sunt infirmitates eorum qui se in operibus justificari volebant, miræ factæ sunt voluntates Dei quæ ad fidem gratiæ vocabant. Horum igitur synagogas, ait, non aggregabo de sanguine meo: id est, non redimam eos qui redemtionem meæ gratiæ non requirunt. *Nec memorabor*, inquit, *nomina eorum per labia mea.* Qui enim in operibus suis vult salvus esse, hic beneficium meum non confitetur: & [d] *qui me confessus non fuerit coram hominibus, nec ego confitebor illum coram Patre meo qui est in cælis.* Quod si hos tales non fuerat congregaturus, supererat ut ostenderet quos in hereditate accepturus esset. Itaque ordine subjungit:

VII. *Dominus portio hereditatis meæ & calicis mei: tu es qui custodisti mihi hereditatem meam.* Si enim eos qui ex operibus justificantur repudiabat; eos utique quos Deus per gratiam salvos faciebat, habere malebat. Itaque significanter ait: *Dominus portio hereditatis meæ.* Cum enim Dominus gratia sua salvos fecerit illos, quos ille in hereditatem dedit; vere Dominus est portio hereditatis ejus. Ser- A vavit autem obsequium filius, ut hereditatem suam non in sanguine suo quæsitam prædicaret; sed per Deum donatam sibi diceret a Deo, ut & calicis sui, id est passionis, Dominum portionem esse confiteatur. Etenim si passione Domini redemtæ sunt gentes de peccato, ipsa tamen passio Domini voluntas Patris fuit. Sicut testatur in evangelio dicens: (ut homo loquitur quem suscepit) [e] *Pater, transeat calix iste a me: verumtamen, non quod ego volo, sed quod tu.* Igitur si voluntatem Domini consideres, ipse confessus est dicens: si fieri potest, transeat iste calix a me. Unde etiam redemtio gentium non in voluntate Filii, sed in voluntate Patris recipienda est. Non enim quod ego volo, inquit, B sed quod tu. Igitur hanc ipsam gratiam qua per mortem ejus redemtæ sunt gentes, non sibi Filius, sed Patri assignat. Itaque & hereditatis suæ & calicis portionem, Dominum esse asserit.

VIII. *Funiculi*, inquit, *ceciderunt mihi in potentissimis: etenim hereditas mea maxima est mihi.* Fuit enim consuetudo vetus, ut & fines possessionum in funiculo mensurarentur: ideoque heic cum de hereditatis suæ portione loqueretur, *funiculi*, inquit, *ceciderunt mihi in ipsis potentissimis.* Accipimus autem rei hujus testimonium ex cantico Moysi, ubi scriptum est: [f] *Cum dispersit Deus filios Adæ, & statuit fines gentium secundum nu-* C *merum angelorum Dei, & facta est portio Domini populus ejus, Jacob funiculus hereditatis ejus.* Et merito hic qui portionem hereditatis suæ Deum esse dixerat, funiculos possessionis suæ in ipsis potentissimis cecidisse dicebat. Quid enim nisi potentissimi sunt, quos Dominus justificat, quos Dominus honorificat? [g] *Quis accusabit electos Dei? Deus qui justificat? quis damnavit?* Igitur qui in talibus hereditatem suam futuram esse dicebat, merito ait: *Funiculi ceciderunt mihi in ipsis potentissimis.* Quod autem *ceciderunt*, ait; nemo sic accipiat, quasi deteriorem factam hereditatem suam dicat, quia omne quod cadit deterius fiat: sed usus est proprio verbo & necessario. Ubi enim quis non D propter meritum eligitur, ibi quasi quædam sors cadit gratiæ; sicut in assumtione apostoli qui subrogatus est in locum Judæ, scriptum est, quia [h] *sors cecidit super Matthiam.* Itaque quia non nisi ex gratia Domini talis sibi hereditas forte contigerit, significanter ait: *Funiculi ceciderunt mihi in ipsis potentissimis: etenim hereditas mea maxima mihi est.* Heic novus Adam loquitur.

IX. *Benedicam Dominum qui intelligere me fecit*: nihil enim scit Filius, nisi quæ vidit & audivit a Patre. Itaque benedicit eum, qui intelligere se fecit. Et vere hic intellectus non ex homine, sed ex Deo est. Nam quis hominum duabus positis hereditatibus, quarum altera sit in ope- E ribus magnifica & dives, altera pauper & egens; eligat eam quæ aliena egeat misericordia? Verum Filius edoctus a Patre, mavult in his hereditatem qui in Deum sperent, quam qui in operibus suis justificantur. Ita pulcre ait: *Benedicam Dominum qui intelligere fecit me: adhuc autem & sicut in nocte erudierunt me renes mei.* Quid eum erudierunt renes sui? scilicet, ait, intelligere eum fecerunt, melius esse sperare in Domino, quam in suo opere justificari. Nam & ipsum Dominum nonne renes sui quasi in nocte erudierunt sperare in Deum? Nam & contristata est anima ejus usque ad mor-

a Marc. II. 17. *b* Ibid. *c* Rom. V. 20. *d* Matth. X. 32. *e* Matth. XXVI. 39. *f* Deut. XXXII. 8. *g* Rom. VII. 33. *h* Act. I. 26.

1. *Venit*] An *vivit*?

tem. Didicit sperare in Deum, & hoc est quod ait in hunc se intellectum eruditum esse a renibus quasi in nocte. Et sequentia enim ostendunt de passione eum sua dicere, cum subjungit:

X. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quia a dextris est mihi ut non commovear. Propter hoc jucundatum est cor meum, & exsultavit lingua mea, insuper & caro mea habitabit in spe: quia non derelinques animam meam in infernum, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Et textus quidem hic & ordo manifestus est: sed quod renes nominavit, & quasi in nocte, ait, erudierunt me; ne obscuriora videantur, interrogemus. Deus scrutator dicitur renum & cordis, in quibus quasi duobus locis hominis secreta teneantur. Sed in corde quidem secretum animæ, in renibus vero secretum carnis est; quas subinde inter se diversitates interioris & exterioris hominis etiam Apostolus docet cum ait: [a] *Consentio legi secundum interiorem hominem; sed video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Et alio loco: [b] *Igitur ego ipse quidem mente servio legi Dei; carne autem legi peccati.* Talem ergo ipse quamdam & Dominus noster JESUS sentire se refert dissensionem, ubi ait: *Spiritus promtus, caro autem infirma*: secundum interiorem enim hominem consentiebat legi Patris, ut pateretur; secundum exteriorem autem, ut ipse testatur, in carne trepidabat. Itaque quia renes secreta continent carnis quæ infirmabatur in tempore passionis, eruditum se renibus suis ait, ut intelligeret ipse, licet esset Filius, sperare in Deum. Quod similiter de eo & epistola quæ scribitur ad Hebræos, sentit. [c] *Quamquam enim*, ait, *esset Filius Dei, didicit ex his quæ passus est obaudientiam: & perfectus factus est omnibus obaudientibus caussa salutis æternæ.* Sic enim renes erudierunt eum, ut provideret Deum a dextris suis semper ut non moveatur. Scilicet de voluntate, spiritus promtus est, sed caro infirma. Et proprie sic eruditum se esse dixit renibus suis quasi in nocte; non dixit in noctem, sed quasi in nocte. Non enim penitus contenebrati sunt sensus ejus de timore mortis, qui dicebat: [d] *Verum non quod ego volo, sed quod tu.* Sed tamen non erat sine quadam perturbatione, qui infirmitatem & tristitiam fatebatur. Nam si alibi David ait: [e] *Metus mortis cecidit super me, timor & tremor occupaverunt me, & operuit me tenebra*; recte hæc tenebra ex timore mortis veniens, quam minima fuisse in Filio Dei convenit, non nox sed quasi nox appellatur. Itaque significanter dicitur: Adhuc autem quasi in nocte erudierunt me renes mei. Quid autem erudierunt? Scilicet quod sequitur infra, ut provideret Deum in conspectu suo semper, quia a dextris ejus est ut non commoveatur.

XI. *Pro hoc*, ait, *jocundatum est cor meum, & exsultavit lingua mea; adhuc autem & caro mea habitabit in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas fecisti mihi vias vitæ: implebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua.* Ergo & jocunditates in dextera Dei, quibus cunctis repletus est Filius. In dextris enim habebat Deum. *Providebam Dominum*, inquit, *in conspectu meo semper; quia a dextris meis est.* Ascendens autem in cælum, ipse

A in dextris Patris factus est. In dextris ejus: quæ sit istius dextræ sinistra, interrogemus. Novit ergo quodam loco Apostolus, arma justitiæ dextra, & sinistra gloriam quidem & ignobilitatem. Dextra formam justitiæ puto; ignobilitatem autem & infamiam sinistra. Attamen utraque justitiæ arma sunt. Sed ut perveniamus ad dextra arma justitiæ, in sinistris prius militandum est. Suscipienda est vero in hoc mundo ignobilitas, infamia, infirmitas, stultitia & cetera his similia; ut perveniamus ad nobilitatem, ad gloriam, ad virtutem, ad sapientiam: quæ omnia accipiemus, cum pervenerimus illic ubi Christus est in parte dextra Dei sedens. Seminamur autem in ignobilitate, ut
B resurgamus in gloriam; seminamur in mortalitate, ut resurgamus in æternitatem. Itaque Dominus noster passus in tempore passionis flagellorum ludibria atque sputaminum, cum accusaretur quasi blasphemus, cum intra latrones deputaretur, positus in tanta ignobilitate & infamia, quid nisi in sinistris armis justitiæ militabat? Itaque tunc in sinistra Dei positus, providebat eum a dextris suis, ut non commoveretur. At vero postea quam resurrexit & ascendit in cælum, perveniens ad dexteram, ad palmam justitiæ, ad gloriam, ad nobilitatem, impletur lætitia cum vultu Dei, & habet delectationes in dextris ejus. A quibus nos spe cohortatur Apostolus dicens: [f] *Quia non sunt con-*
C *dignæ præsentis temporis passiones ad illa ventura bona, quæ adaperientur in nobis.* Propter quod & nos libentius in infirmitatibus nostris gloriemur, ut protegat nos virtus Dei. Et nunc quidem sit nobis ipsis Pater in dextris ut non moveamur, translaturus nos postmodum in dextris suis, in divitias Domini nostri JESU CHRISTI: cui est gloria. Amen.

Explicit de psalmo XV. explanatio.


INCIPIT DE PSALMO XXXI.

I. *Psalmus David intellectus* notat quam conti-
D net prophetiam. Apostolus docuit, quia novum testamentum adnuntiaret per vocationem gentium. In quo justificanda erat fides sine operibus, & in quo futura promittebatur remissio iniquitatum & oblivio peccatorum per gratuitam gratiam Dei: & ad hoc manifesta est ratio. Sed operæ pretium est persequi omnem psalmi textum, in quo affectus psallentis deprehendantur. Quis viderit secundum carnem, tentationes introeuntes ad fidem? Vidit enim beatos quidem esse, quorum justitia ex operibus non computaretur. Lex enim intravit ut amplificarentur peccata: & lex iram fabricat: & ubi lex non est, nec transgressio. Quamobrem non immerito beatus vocabitur, qui non fuerit sub lege,
E sed fuerit potius sub gratia.

II. Verum fides hæc qualis requiratur, notavit psalmista dicendo: *Neque inventus fuerit in ore ejus dolus.* Credo utique talem virum quærat, qualem venientem ad se Nathanaelem Dominus laudavit; quales non erant in Israel, quos ita Deus increpaverat per prophetas: [g] *Populus his labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Nec dubium est quin hoc sit dolus, aliud in labiis, aliud in corde habere. Itaque bene David in alio psalmo: [h] *Credidi*, inquit, *propter quod locutus sum.* Et Apostolus enarrat: [i] *quia corde creditur ad ju-*

a Rom. VII. 22. *b* Ibid. ℣. 25. *c* Heb. V. 8. *d* Matth. XXVI. 39. *e* Psal. LIV. 6. *f* Rom. VIII. 18. *g* Isa. XXIX. 13. *h* Psal. CXV. 10. *i* Rom. X. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 356.



stitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ita si A in corde credat quod labia confitentur, non invenietur in ore ejus dolus. At si labiis quis honoret Deum, cor autem ejus longe inveniatur ab eo; dolus in ore ejus est, quo proprie in eo tempore notamur, in quo doctrinas hominum & consilia nostra sequimur, mandata Dei repudiantes. Sic enim scriptum est: [a] *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est*: [b] *colunt me, mandata & doctrinas hominum sequentes*. Sic & Dominus in evangelio legis doctores hypocritas vocat, prætereuntes voluntatem Dei, & consilia sua statuentes. Omnis autem hypocrita simulator est & dolosus est. Et profecto manifestus dolus est, fidem Deo promittere, & humanis consiliis credere. Hujusmodi B autem viri nec remittere iniquitates, nec operire peccata possunt; quia salutem suam magis ponunt in consiliis hominum, quam in auxilio Dei. Denique quasi suam statim tentationem in vacillatione fidei notat propheta; & quasi semet ipsum castigans, quid alii vitare debeant, commonet dicens: cum gravis super se manus Dei fuisset, hoc est perseverans in tentationibus multis, clamasse quidem ad Deum, sed in clamore non perseverasse: verum postremo tacuisse, & ex taciturnitate continuo inveterasse ossa sua.

III. Ossa autem spiritaliter quid æstimemus, frequenter notavimus: quia sicut corporis sui stabili- C mentum & fortitudo sunt ossa, ita & mentis nostræ stabilimentum & fortitudo patientia est; ita hic qui gravata super se manu Dei perseverare non potuit ad Deum, sed defecit & tacuit; inveterasse merito dicit ossa sua: id est consenuisse patientiam suam. Omne autem senium affert infirmitatem. Itaque & manifestum est infirmatam esse patientiam ejus. Et proprie posuit inveterasse, id est ad veterem impatientiam redisse: novus enim homo & nativitas nova habet perseverantem patientiam; inde Apostolus ait: [c] *Vexatio patientiam pariet, patientia probationem, probatio spem; spes autem non conturbat, quia caritas Dei diffusa est in corda nostra*. Igitur quia in novo homine ca- D ritas Dei diffusa est in corde per Spiritum sanctum qui clamat Abba Pater; merito perseverans est patientia ejus, ut possit dicere: [d] *Quis me dividet a caritate Dei? Vexatio, angustia, an nuditas, an fames, an gladius?* At qui defecit clamando & sperando in Deum, benedicit quia inveteraverunt ossa sua: quod est, ad veterem impatientiam reversa sunt, deficiente novæ nativitatis caritate, quæ numquam de Patre desperat.

IV. Quid ergo docet? Quoniam hæc nobis fida repromissio est: quoniam si iniquitas aut operatio peccati, etiamsi gravis facta fuerit manus Domini super nos, & oneraverit nos tentationibus multis, E non deficere debet clamor noster ad Deum. Quid si tacuerimus? Quod revertamur ad veteres cogitationes, remedium in nostris consiliis requirentes, adhibentes curas & solicitudines, & per sapientiam nostram relinquentes spem quæ est ex Deo, quæ est firmior omnibus cogitationibus nostris. Et hanc quasi in tentatione notans propheta, psallit: *Quoniam tacui, inveteraverunt omnia ossa mea; cum clamassem tota die ac nocte, gravata est in me manus tua*. Et quid novissime ait? *Conversus sum in miseriam, dum infixa est mihi spina*. Ideo aperte significat, ex hoc vitio quod in tentationibus supervenientibus clamare ad Deum & sperare desisset, succedente silentio & taciturnitate, suscepisse se in cogitationibus curas & solicitudines vitæ suæ, ac per hoc conversum se esse in miseriam, relicta scilicet spe adjutorii Dei: atque significanter ait, infixam sibi esse spinam. Spinas enim in evangelio Dominus docet curas & solicitudines victus esse, quibus suffocatur verbum: aut quam heic propheta spinam, id est curam & solicitudinem vitæ, infixam esse sibi dicit, ex eo ex quo tacuerit & desierit clamare ad Deum, per quod conversum se esse in miseriam confitetur. Et quoniam hæ curæ & solicitudines sæculares frequenter in animos nostros, etiam cum non attenduntur, inrepunt; *Peccatum*, inquit, *meum cognitum mihi fac*.

V. Et separavit, distinguens iniquitatem a peccato; quia iniquitas ignota esse minime potest. Cujus verbi magis aptior est significantia in græco. Ansdayan enim vocant, per quod significatur tempus quo sine lege vixerit mundus, cum adhuc in gentili vita Deum nesciret. Omnes autem conversi ad Dominum confiteantur necesse est, damnabilem fuisse prioris temporis vitam. At vero quia peccati nomen in hoc definimus, in quo quis intrat in curas & solicitudines & cogitationes victus, quæ quammultæ & variæ sunt, quarumque imagines invitis etiam bonis quam frequenter occurrunt; quis possit in sua observantia deprehendere? Itaque super hoc bene auxilium de Deo requirit propheta dicendo: *Peccatum meum cognitum mihi fac, Domine*. Et in hoc peccati nomen a principio mundi & teneri, si ipsam protoplasti transgressionem discriminemus, manifesto invenimus. Sed de hoc longum erit persequi; æque tamen sensus discriminantes inter peccatum & iniquitatem, persequentibus quoque manifestantur. De peccato enim petit, ut cognitum sibi fiat; ut vero iniquitatem non celaverit sibi inquit. Illud enim, quia sine scientia hominis non erat, supererat in eo medicina humilitatis, ut adnuntiaret illud, & confiteretur Domino. At vero peccatum, cujus varietas etiam ignoranti poterat obrepere, cujus multitudo fallere poterat & latere, ut cognitum sibi fieret deprecatus est. Perseveravit denique in significantia verbi; & quia iniquitatem a peccato separabat dixit: *Ego*, inquit, *renuntiabo adversum me iniquitatem meam, Domine*. Adeo & heic non peccatum meum nuntiabo, Domine, sed iniquitatem. Peccatum enim annuntiare non poterat, cujus cognitionem sibi quærebat a Domino. At vero iniquitatem quam in conscientia habebat, hanc, ait, annuntiabo adversum me coram Domino. Iniquitati enim alia nulla medicina est, nisi confessio ad Deum. Facimus enim ignoranter quod agnitum facit Dominus, cum agnitionem ejus conversio fecerit, & necesse est pœnitentia consequatur. Ita post iniquitatem hanc, si confessus fuerit coram Domino, & annuntiaverit illam adversum se, scilicet accusator sui factus; redimet impietatem cordis sui. Et heic prudenti ratione ait: *Dixi: pronuntiabo adversum me iniquitatem meam Domine; & tu remisisti impietatem cordis mei*. Denique qui iniquitatem non confitetur Domino, superbiam adversum Dominum recipit, ac sic impietatem adquirit. Dominum enim non agnoscit patrem totius creaturæ. Contra, propheta eum qui confitebitur, ac per hoc impietatis crimen deprecatur, humilem vocat; quod est utique superbo contrarium.

a Isa. XXIX. 12. *b* Matth. XV. 7. *c* Rom. V. 3. *d* Rom. VIII. 35.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
356.

VI. Pro hoc enim, inquit, deprecabitur humilis & justus ad te in tempore recte. Est ergo tempus quando non est recte justus a Domino. Ipse propheta in subsequenti docet dicens: *Verum in diluvium multarum aquarum ad illum non appropinquabunt*. Ergo in diluvio multarum aquarum non rectum est tempus, ut justus appropinquet ad Dominum; justi enim viri non est dare animæ suæ audaciam, sicut & lex dicit: *Non dabis animæ tuæ audaciam*. Quod si quis profundus & altissimus mysteriis Dominum quærat, scrutetur omnia judicia ejus: & si forte ad sustinendos omnes [1] fructus ejus existimet se posse sufficere, non erit iste vir justus, neque utiliter in diluvio aquarum multarum appropinquare conabitur ac Dominum quærere; quoniam in exaltatione sapientiæ suæ, profundi ejus absconsa pulsare pertentaverit. Sic & apostolus Paullus: [a] *Et ne in multitudine*, ait, *adapertionum exalter*, *datus est carni meæ stimulus*, *angelus satanæ qui me colaphizet*: *propter quod ter Dominum rogavi*: *& dictum est mibi*; *Sufficit tibi gratia mea*: *nam virtus in infirmitate perficitur*. Itaque & heic propheta, cum dixisset: quia justi & humiles in diluvio aquarum multarum non appropinquabunt ad Dominum, ostendit ipse quo magis sibi tempore Dominus requiratur: *Tu es*, inquit, *refugium meum a tribulatione circumdante me*. Et hic ergo magis in infirmitatibus gloriatur, ut protegat eum virtus Dei, sicut Paullus ait: [b] *Libentius ergo in infirmitatibus meis gloriabor*, *ut protegat me virtus Christi*. Denique & subjunxit: *Exsultatio mea*, *libera me a circumdantibus me*. Dominum exsultationem suam vocat: quia non glorietur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua; sed in hoc unusquisque glorietur, quod cognovit & timet Dominum. *Exsultatio ergo mea libera me a circumdantibus me*.

VII. *Intelligam & conjungar tibi in via hac qua ambulabis*: *firmabo in te oculos meos*. Sequitur præceptum quod mandatur: *Post Dominum Deum tuum ambulabis*. Et hoc est fidelis vir, non sibi ipsum eligere viam, sed ipsum sequi viam quam Dominus ostendit, illud putare rectum quod ille mandavit. Denique ait: *Confirmabo in te oculos meos*; ut scilicet nullum aliud iter videant, nisi quod dirigat Dominus: quod ait in alio psalmo manifestius: [c] *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ*, *sic oculi nostri ad Dominum nostrum*; scilicet, non quod ipsi verum intendere dirigamur; sed quod Dominus convertit oculos nostros, in cujus manibus esse debebunt; & quia in ejus potestate sit, ubi aperiat visum nostrum, ubi claudat.

VIII. Quod si quis ad hoc refugium Dei non sponte accedat, discamus quomodo talem castigat propheta, cui comparet, quid prohibeat. *Nolite*, inquit, *fieri sicut equus & mulus*, *quibus non est intellectus*. Homo enim verbo obsequitur, & ad vocem obaudit. At vero quibus dici potest: [d] *Quæsivi & non fuit homo*, *vocavi & non fuit qui exaudiret*; ejusmodi sunt equus & mulus: in freno & camo cogendi sunt illuc ire quo nolunt. Ex quo postulat justus, ut dura cervix & duræ maxillæ eorum tormento & violentia molliantur. Et benigne propheta non vult illos duritiæ suæ relin- A qui, quicumque sponte non appropinquant ad Dominum: sed potius expostulat quibuscumque suppliciis pertrahantur, dummodo salvi fiant. Itaque ait: *In freno & camo maxillas eorum deduc*, *qui non appropinquant ad te*.

IX. *Multa flagella peccatoris*. Per hæc enim Dominus salutem peccatoribus fabricat: inferendo enim plagas & tribulationes, superbiam peccatorum, ut timere consuescat, erudit. *Sperantem autem in Dominum misericordia circumdabit*. Neque enim aut freno aut camo ducendus est, aut flagello arguendus ut appropinquet, cujus spes semper est in auxilio Dei. Itaque huic proxima est B misericordia ejus. Quamobrem sicut propheta ait: [e] *Jocundamini in Domino*, *& exsultate justi*, *& gaudete omnes recti corde*. Per JESUM CHRISTUM Dominum nostrum, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit tractatus de psalmo XXXI.

INCIPIT DE PSALMO XLI.

I. Disciplinam enarrandi generaliter in omnibus psalmis servandam puto, ut prius titulus inspiciatur, & ad ipsum omnis psalmus aptetur. Neque enim aliquis tam stultus est, qui cum se C de cedro promiserit esse dicturum, describat quercum: nedum Spiritus Dei quem locutum credimus per prophetam, aliud in titulo notaverit, aliud in psalmi cantico dixerit, sicut in præsenti ea utique cantavit David quæ [f] *intellectus* esse deberent *filiis Core*: sic enim est prætitulatio psalmi. Legimus autem synagogam Core in tempore Moysi adversus ordinationem Dei murmurasse, ut summam ministrationis sacerdotii quam Aaron & filii ejus secundum voluntatem Dei susceperant, usurpare sibi & rapere niterentur. Quod vitium cupiditatis Apostolus notat & monet quodammodo arguens: [g] *Ita dico vobis per gratiam quæ data est mibi in omnibus vobis*, *ne supra modum sapiatis*, *quam sapere vos oportet*; sed in eo sapiat unus- D quisque vestrum secundum quod & Dominus impertivit mensuram fidei: [h] *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus*, *omnia autem membra non eosdem actus habent*; *sic multi unum corpus sumus in Christo*, *alter autem alterius membra*, *habentes charismata diversa*. Igitur alii datur ministratio, alii prophetia, alii virtus, alii sermo doctrinæ. Quod si quis supra modum sapere volens egrediatur mensuram partitionis Domini, invenitur in stultitia Core, vocabiturque spiritualiter filius Core: & his talibus cantabitur *intellectus*, psalmus iste quem docet.

E II. *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum*, *sic desiderat anima mea ad Deum vivum*. Arbitror enim non sine caussa fontes positos aquarum, cum proximum fuisset, ut diceret, sicut desiderat cervus ad aquas; sed maluit *ad fontes aquarum* nominare, id est originem & principium aquarum; sciens videlicet per sapientiam spiritalem quæ sola novit radices arborum, & naturas bestiarum, etiam hoc mutum animal, non proximas quasque aquas, sed ipsos aquarum fontes desiderare, mundiora & puriora rivorum appetere principia. Quo exemplo

a II. Cor. XII. 7-9. *b* Ibid. ♥. 9. *c* Psal. CXXII. 2. *d* Isa. LXIII. 5. *e* Psal. XXXI. 11. *f* Num. XVI. 8. *g* Rom. XII. 3. *h* Ibid. ♥♥. 4-6.

1. *Fructus*] Forte *fluctus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 356.

commoneri vult, ut & nos ad ipsum fontem vitæ & sapientiæ Dominum, qui est omnium caput, desideremus. Unus est enim iste fons, ex quo multæ spiritualium aquarum divisiones efficiuntur, ut curationes, ut prophetiæ, ut genera linguarum, ut ministrationes, ut sermo scientiæ, ut sermo doctrinæ. Sed & proximorum modi non ita appetendi sunt, ut per æmulationem & concertationem & discordias, ipsius fontis desideria negligamus. Negligimus enim eum, quotiens nolumus mensuram divisionis ejus & ordinationis in pace & caritate servare. Ita in similitudinem filiorum Core figurati quicumque in hac superbia invenientur, commonebuntur hoc psalmo, ut intelligant potius ad quod intendere debeant desiderium suum, dicente justo: *Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, sic desiderat anima mea ad Deum vivum.*

III. *Quando veniam & parebo ante faciem Dei? Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus?* Sed de hoc ipso, *quando veniam & parebo*, ostenditur nobis quoniam non de proximo impetrabile est; & nisi fuerint nobis panis lacrymæ nostræ die ac nocte, nequaquam perveniatur ad faciem Domini. Et debet intellectus filiorum Core doctrinæ ordinem sequi, ut sciat per multas tribulationes & vexationes & imperia [1] pervenire usque ad domum Dei, ne exaltetur in superbia sua, sciens quod virtus in infirmitatibus magis probatur, neve sibi rapiat dignitatem, quia Apostolus ait: [a] *Id sapite in vobis quod & in* CHRISTO JESU: *qui cum esset in forma Dei, non rapinam existimavit se esse parem Deo; sed humiliatus est, formam servi accipiens, & habitu inventus ut homo, Exinanivit se usque ad mortem, mortem autem crucis*; in qua cum esset affixus, audivit hæc improperia: [b] *Ubi est Deus tuus?* cum dicerent ei exprobrantes, *Veniat & liberet eum*. Docetur ergo, ut dixi, synagoga Core, per quantas tribulationes & lacrymas accedatur ad domum: quas sibi lacrymas pulcre ait propheta in pane fuisse, id est in cibum vitæ æternæ; & ex ordine venit, ut in subsequentibus dicat;

IV. *Hæc memini, & effudi in me animam meam, quia transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.* Et quidem aliquantulum heic præloquendum puto de signantia verbi, quid sit *effudi*. Ideo se effudisse dicit, quia transiturus esset in locum tabernaculi usque ad domum Dei. Bona autem spiritus sunt transitus usque ad domum Dei. Effundere ergo animam, spei bonæ operatio est; sed quid de communi ejus novimus? quia quidquid effunditur, projicitur & perit, nec tam salvum est quam cum retineatur in vasculo. Hoc enim est effundere, quod alicubi clausum habueris id foras fundere. Ita qui dixit, *effudi animam meam*, non aliud dixisse intelligendus est, quam projeci & perdidi & vilem habui. Quomodo ergo ideo projecit & perdidit, quia transiturus esset in locum tabernaculi usque ad domum Dei? nisi forte manifestum facit præceptum Dei, qui ait discipulis suis: [c] *Quicumque salvaverit animam suam, perdet illam; & quicumque perdiderit, salvam faciet eam.* Et re vera ordinem tenuit: cum enim prælocutus de tribulationibus fuisset, quoniam factæ essent lacrymæ ejus panis die ac nocte, dum dicitur ei quotidie, *Ubi est Deus tuus? Hæc*, inquit, *memini, & effudi in me animam meam*: in quo non aliud dixisse intelligendus est, quam projeci & perdidi & vilem habui. Quomodo ergo animam Deo projecit? Scit enim justus, quotiens superveniunt tribulationes & persecutiones & improperia propter nomen Dei, perdendam esse & projiciendam & vilem habendam animam, ut salva fiat in die Domini; ideoque & heic significanter, non ideo se fudisse animam suam ostendit, quia desperaverit de spe vitæ futuræ; sed ideo effudisse animam, quia transiturus esset in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Docti igitur hoc psalmo, quotiens persequetur inimicus & improperabit nobis nomen Domini, effundamus ei animas nostras, perdere eas parati, ut salvas faciamus illas: non ideo effundentes eas, quasi desperemus de fiducia adjutorii Dei; sed ideo quia certi simus reddendas illas esse nobis, & transituros nos esse in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

V. Quisquis autem hic locus sit admirabilis tabernaculi, in quo transitus erit usque ad domum Dei, jam heic interrogare incipiamus. In veteribus libris [d] invenimus tabernaculum a Moyse factum Deo Israel, in quo arca testamenti tenebatur, & in hoc omnia celebrata mysteria, & heic eos prius hostias offerentes apparuisse ante faciem Dei, usquequo per Salomonem ædificata est domus Dei, transivit arca ex tabernaculo pellium in templum lapidibus instructum: sed illud tabernaculum quod in deserto fuerat, & illæ pelles quæ ante tecta templi cooperiebant, ministerio admirabiles fuerunt. Denique in canticis canticorum initia sua sponsa sic laudat: [e] *Nigra sum & bona, filiæ Jerusalem sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis.* Et in alio psalmo David licet in atria Domini concupisceret; laudat tamen & tabernacula ejus dicens: [f] *Quam admirabilia*, inquit, *Domine, concupiscit anima mea in atria Domini.* Est enim quidem admirabile tabernaculum Dei; sed magis concupiscenda domus Dei. Denique & ipse David pacifico jam regno Israel, cum arca Dei in Sylon sub pedibus [2] tabernaculi moraretur, concupiscit ædificare domum Dei. Sed quid illi ait propheta? [g] *Non mihi ædificabis domum*: non est omnium ædificare domum Dei. Itaque quasi ad majores ascensiones, transitus nobis est faciendus in loco tabernaculi, ut perveniamus usque ad domum Dei. Et admonemur de exemplo Jerusalem, quia non prius ædificatur domus Domini, nisi hoste victo atque peccato: sed tamen tamdiu in tabernaculo sumus, quousque desertum transeatur, & intretur in terram Jordanis, initium repromissæ hereditatis, debelletur omnis Cananæus hostis.

VI. Id autem interest inter dignitatem tabernaculi & domus, quod in tabernaculo non semper degitur; at vero in domo semper, sicut in ascensionibus significat David dicens: [h] *Quoniam elegit Dominus Sion, complacitam habuit inhabitationem sibi: hæc requies mea in sæculum sæculi.* At vero in tabernaculo non habet requiem: movendum est enim in tempore belli, in quo & recedebat nubes ab eo quæ significabat præsentiam Dei: quæ recte

a Philipp. II. 5-8. *b* Matth. XXVII. 43. *c* Luc. XVII. 33. *d* Exod. XXVI. 1. *e* Cant. I. 4. *f* Psal. LXXXIII. 2. *g* II. Reg. VII. 7. *h* Psalm. CXXXI. 13.

1. *Imperia*] Forte *improperia*.

2. *Pedibus*] Forte *pellibus*.

comparabitur similitudo nobis, quamdiu in hoc corpore peregrinamur, in hac æquanimitate vincamus omnia vitia ejus, ut nullus hostis vivens aut vigens relinquatur. Visitabit enim nos etiam in tabernaculo Deus, & in tempore quietis: at ubi exorta fuerit pugna cum vitiis, constringendum est tabernaculum nostrum, & ad expeditionem belli præparandum; nec poterit expandi, nec delectari in requiem Dei tempore quo fiet interpellatio vitiorum: & præcedet te Deus quidem in pugna, ut si ambulaveris post eum, facile vincas hostes tuos; habitare autem illo tempore in te non potest. Itaque licet vincas, licet exsuperes vitia carnis, ex ipsa tamen conflictatione contaminas manus tuas in sanguine tuo. Nec idoneus eris in hoc tempore ædificare domum Domini, sicut reprobatur David qui operatus esset in sanguine. Ille autem ædificat domum Domini qui intrat in requiem, qui nullis inquietatur vitiis, cui omnis hostis extinctus est, qui possit dicere: [a] *Mihi autem mundus crucifixus est & ego mundo*; apud quem omnia vetera transierunt, nova facta sunt, quale regnum Salomonis in figuram nostri refertur. Sed si in hujus vitæ cursu nemo tam perfectus inveniatur, qui mundus ab omni interpellatione peccati pervenire in domum Dei possit: potero tamen ita dicere, *quoniam transibo in locum tabernaculi usque ad domum Dei*: id est in hac vita præsenti, ut quamdiu in hoc mundo sum, in locum transeam tabernaculi; quippe cum quotidie pugna contra carnem & sanguinem, contra spiritualia nequitiæ gerenda sit. At cum resoluta fuerit inhabitatio tabernaculi hujus, sicut Apostolus ait, & accipere domum non manibus fabricatam, sed æternam in cœlis; cum transfiguratum fuerit corpus humilitatis nostræ in similitudinem corporis filii Dei: tunc perveniam in domum Dei, quo tempore possit in æternum habitare in me; & recte psallam, *quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei*.


VII. Erit autem hic transitus meus *in voce exsultationis & confessionis*, *sonus epulantis*. Nec mirum autem si umbra futurorum bonorum habuit imaginem hujus jocunditatis, vel David transferens arcam Dei de tabernaculo Sylon, intrabat in Jerusalem cum choro & timpanis diem festum agens, vel cum Salomon ædificato templo intulit omne ministerium in multa exsultatione cantantium & psallentium Deo. Nec mirum, inquam, cum unusquisque nostrum tabernaculum hoc corporis sui commutabit in illam domum non manu factam, sed æternam in cælis, si erit transitus ejus in voce exsultationis & confessionis sonus epulantis.

VIII. Hanc igitur spem qui percepit, merito interpellavit tristitiam animæ dicendo: *Ut quid anima tristis es, & ut quid conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus*. Et vide nisi conveniat intellectui huic quem secuti sumus, ut in tempore persecutionis & improperii nominis Dei hujusmodi spe consoletur animam justus. *Ut quid tristis es anima, & ut quid conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor illi*. Sed quoniam fieri non potest, ut projiciens animam suam in mortem non aliqua contristatione turbetur, quippe cum ipse omnium virtutum Dominus, ipse princeps fidei,

A ipse Filius Dei, qui antequam in tempus crucis veniret, hac fiducia loquebatur ut diceret: [b] *Nemo auferet animam meam a me, potestatem habeo ponendi animam meam & iterum resumendi eam*; idem tamen in proxima hora mortis, [c] *perturbata est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*; & [d] *Pater, si fieri potest, transeat calix iste a me*; & in novissimo gemitu: [e] *Deus, Deus meus, ut quid me dereliquisti*? Ita & psalmus iste imaginem persecutionis in ordinem ostendens, quantæ conflictiones tribulationesque sustinendæ sint justo, per quas tentanda & probanda sit fides ejus; ideo ait: *Deus meus, turbata est in me anima mea*. Quis enim est cujus non turbetur anima in tem-
B pore persequentium nomen Dei? Præter illam enim necessitatem fragilitatis humanæ, præter corporales trepidationes, est quædam peculiaris fidei perturbatio, cum videantur persecutores nominis Dei increscere & dominari, nec vindicare Deus famulos suos, nec subvenire tribulationibus eorum, nec extendere adversus inimicos suos potentem dextram suam. Et ideo quia nemo in hujusmodi tempore sensum judiciorum Dei retinet, pulcra est illa exclamatio Domini: [f] *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* qua ostendit se non intelligere caussam quare sit derelictus. Et si ille sapientiæ magister & enarrator Patris, Filius sic perturbatur, ut interroget Patrem, ut quid dereliquisset;
C quid facient reliqui quamlibet justi, cum judiciorum Dei altitudines supervenerint eis? Verumtamen docet psalmus, quid in his perturbationibus retinere & solum facere debeamus. Oportet enim omnem virum justum cum tentatur, cum tribulatur, cum angustiatur, cum in perturbatione animæ venit, etsi quare hæc sibi accidant non intelligit, fidem tamen non relinquere, nec condemnare credulitatem, quam docuit propheta dicendo. *Propterea memor ero tui, Domine, de terra Jordanis & Hermonis a monte modico*. Nam quia perturbata est in me anima mea, propterea, inquit, memor ero tui de terra Jordanis & Hermonis. In terra enim Jordanis introitum significat re-
D promissæ hereditatis populo Israel. Et quoniam nos spiritualibus spiritualia comparantes, nobis hereditatis introitus fides existimatur. Hæc est enim janua repromissionum nostrarum. Itaque ubi initium fidei nostræ commendare voluit propheta, ibi terram Jordanis & montem Hermonem nominavit. Sic & in Canticis canticorum ubi prima vocatio ecclesiæ facta est: [g] *Veni*, inquit, *a Libano, sponsa; veni a Libano, sponsa; veni a Libano*: transiens transibis, & transibis ab initio fidei, a capite Hermon. Nec moveat quemquam quod in hoc loco & Sanis nominatus est, cum idem sit mons Sanis qui Hermon, quem in terra Jordanis constitutum esse historia docet per Moy-
E sem in Deuteronomio. [h] *Et accepimus*, ait, *in tempore illo terram de manibus duorum regum Amorræorum, qui erant secus Jordanem, a torrente usque Hermon Sanir*. Amorræus nominavit illum Sanir. Caput ergo Hermon quod est in terra Jordanis, initium vocatur fidei. Ideo illic & Joannes primus præcursor auditur, & Joanni primum Christus ostenditur: illic Spiritu sancto Dominus adimpletur, illic paternæ vocis testimonium redditur: [i] *Hic est filius meus in quo complacui*. Heic progrediens initia virtutum, heic initia signorum quibus Filius Dei creditur operatus.

a Gal. VI. 14. b Joan. X. 18. c Marc. XIV. 34. d Matth. XXVI. 39. e Matth. XXVII. 46. f Ibid.
g Cant. IV. 8. h Deut. III. 8. i Matth. III. 17.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 356.



IX. Merito igitur caput Hermon initium fidei vocatur: unde memores nos esse oportet salutare vultus nostri Deum nostrum, quotiens in tentationibus anima nostra turbatur. Initium enim fidei simplex prima credulitas, qua via intramus ad fidem Dei per JESUM CHRISTUM. [a] *Sapientia vero inter perfectos quæritur*: quæ varietates sint judiciorum Dei, quæ altitudines cogitationum ejus. Ita etsi in tempore persecutionum, in perturbatione mortis instantis defecerit sapientia, initium tamen fidei non relinquatur: sed saltem simplici illa & nuda credulitate memores simus Dei, scientes quia non habeat in nos inimicus potestatem, nisi quantum permittitur. Non abutamur tamen insipientis mulieris jactatione, qua dictum est: [b] *Ubi sunt opera justitiæ Dei? Job, quid profuit timor Domini?* Sed quoties in hanc perturbationem veniet cogitatio, justum erit secundum hujus psalmi doctrinam dicere: *Deus meus, perturbata est anima mea; propterea memor tui ero de terra Jordanis & Hermonis de monte modico.* Ergo & significanter monti Hermoni *modici* addit appellationem: fidei enim initium mons pusillus, & cui multæ ascensiones usque ad regnum cælorum per contumelias, per injurias, per tribulationes, per mortem crucis credere in Deum primus ascensus est: quoties enim in illo vertice amarissimo crucis perturbabitur anima mea de initio fidei, de monte modico; memor ero Domine qui es salus vultus mei.

X. *Abyssus* enim *abyssum invocat in voce cataractarum tuarum*, id est fluctus tentationis Dei, qua terra patietur; quia altitudines cogitationum & judiciorum ejus quis novit? Diluvium est sensus Domini, cujus magnitudinem ostendere volens justus, quoniam de tribulationibus suis loquebatur, *Abyssus*, inquit, *abyssum invocat, in voce cataractarum ejus.*

XI. *Omnes altitudines tuæ & fluctus tui super me transierunt.* Reddit caussam cur turbata est anima ejus: abyssus enim abyssum invocat in voce cataractarum. Prælocuti quidem jam sumus, quid esse abyssum putaverimus; reddimus tamen rationem quid de hoc ipso propheta ait: [c] *Judicia tua, Domine, abyssus multa*: magnum enim profundum est in altitudines judiciorum Dei, quasi in nos ita frequenter ut judicium judicia consequantur, quæ caro emergat, quæ caro sustineat? Vide apostolum, licet in pace tractaret, intendens tamen mysterium Dei, perturbatus exclamat: [d] *O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei! quam inscrutabilia judicia ejus, quam investigabiles viæ ejus!* Hæc igitur altitudo cordis Dei recte abyssus nominatur, cujus profundum nemo cognoscit: multæ enim altitudines, ubi nullus est finis. Et merito heic nos abyssus ad abyssum invocat in voce cataractarum tuarum. Species quasdam abyssorum constituamus, quo tractatus magis luceat. Ecce Filius Dei in multis signis & virtutibus veniens curat multorum varias ægritudines, & accusatur quod faciat sanitates. Quis umquam male audivit qui bene fecerit? Et admittit Pater tam impiam contumeliam Filii sui: ecce una abyssus. Judicia Dei struuntur, comparantur falsi testes quasi adversus blasphemum & irreligiosum, cum esset solus verus Dei testis: & dicunt impii testimonium, & obtinent caussam: ecce altera abyssus consequitur priorem. Co-

A laphizatur, flagellatur, in ludibriosum habitum componitur, exsultat & subsannat inimicus, in Filium Dei longa omnis transit impietas: ecce jam tertia abyssus supervocatur. Damnatur in cruce gloriæ Dominus, inter latrones & impios deputatur. Vide quanta judicia abyssus consequatur, ut merito ab hoc dici possit: Omnes altitudines & fluctus tui super me transierunt.

XII. Et heic jam satis dictum puto. Sed ne aliquis requirat & studio præterisse nos existimet, quid sit quod ait: *In voce cataractarum tuarum abyssus abyssum invocat*, modice de cataractarum voce repetamus. Habent utique hæ visibiles aquarum B cataractæ voces suas, quia emissiones fluminum sonare & strepere necesse est. Et quoties ex infinito lacu stagnorum vel fontium eructatione surgunt in exitum flumina, cujus profundum nequaquam deficere & exhauriri queat; bene de his dicitur abyssus abyssum invocat in voce cataractarum. Sed nos meminisse debemus de quibus abyssis loquatur propheta, de quibus etiam prælocuti sumus. Itaque & cataractas horum nosse debemus: omnes autem eructationes judiciorum Dei per voces prophetarum invenimus sonuisse, quas heic cataractas appellatas existimo. Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum. Post prædicationem prophetarum consecuta sunt Dei judicia, & velut vocarunt se in illam vo- C cem quam præmiserat ut sequerentur. Vox cataractæ fuit: [e] *Opprimamus justum, quia inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & Filium Dei se nominat.* Altera vox cataractæ est: [f] *Sicut ovis ad victimam adductus, & sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum.* Est & alia vox: [g] *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.* Est & illa vox: [h] *Diviserunt vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem*: [i] *& in siti mea potaverunt me aceto.* Et quid necesse est nunc omnes voces cataractarum referre, cum pleni sunt libri prophetarum de contumeliis & passione Domini? Quoniam ergo omnes prædicationes etiam rerum D gestarum fides secuta est, in hanc vocem cataractarum abyssus abyssum invocavit, ut suppleret scilicet effectus sonos earum. Igitur quia de talibus abyssis loquebatur propheta, opportune subjungens ait:

XIII. *Inter diem mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte manifestavit: apud me oratio mea Deo vitæ meæ: dicam Deo, susceptor meus es, quare oblitus es?* Dat videlicet doctrinam & consolationem omnibus justis, ut si ex multis tentationum fluctibus operti, perturbationem sensus patiuntur, quæ tenebræ oculorum nox vocatur; meminerint quia semper in hanc noctem manifestatur E misericordia Dei potens, nisi sit tempus caussa miserandi. Sed cum in periculum venerimus, & perturbatio ex desperatione vitæ quamdam cordi nostro fecerit noctem, tunc si potuerimus dicere: *Apud me oratio Deo meo: dicam, susceptor meus es, quare me dereliquisti?* Hoc ergo in nocte retinendum est; & cum ceteri sensus perturbantur, hoc tamen deficere non debet quod clamemus ad Dominum: *quare me dereliquisti?* de quo sermone prius tractavimus: quia etsi caussa judiciorum Dei non intelligamus quare nos in aliquibus tentationibus relinquat; deficere tamen nos non oportet, quin ab ipso misericordiam deprecemur.

a I. Cor. II. 6. b Job XXII. 3. c Psal. XXXV. 7. d Rom. XI. 33. e Sap. II. 12. f Isa. LIII. 7.
g Psal. XXI. 17. h Ibid. ℣. 19. i Psal. LXVIII. 22.

XIV. *Quare*, inquit, *tristis incedo, dum affligit me inimicus, & confringit ossa mea?* Hæc ergo semper etiam in nocte apud justum erit oratio ejus. Quod autem ait: *Confringit ossa mea:* non utique, proxima mors, subintelligendum est; sed quia heic in tribulatione frangebatur patientia ejus, quæ est stabilimentum & fortitudo mentis nostræ, sicut ossa sunt corporis: ossa patientiam vocavit, quæ cum assiduis tribulationibus confringetur: *dum confringit*, ait, *ossa mea*, improperabant tribulantes me, cum dicerent quotidie, *Ubi est Deus tuus?* Sed licet hanc gravem manum sentiat justus, quid tamen fieri necesse sit, & quod remedium obtinendum sit in persecutionibus, docet dicens: *Ut quid tristis es anima mea, ut quid conturbas me? Spera in Deum, quia confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.* Quo nobis proposito exemplo, si qua vexatio, si qua pressura, si quod improperium nominis Dei venerit super nos, si tristis erit anima nostra, si perturbabitur, nos dicamus: Spera in Deum, quia confitebor illi, protegente JESU CHRISTO Domino nostro, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit de psalmo XLI.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 356.

ANONYMI SERMO IN DIE PASCHATIS,

in quo psalmus CXLIX. *explicatur.*

I. Solemnitas paschæ est, & illuminationis mysteriorum dies iste est, in quo propheta nos cohortatur & dicit: [a] *Cantate Domino canticum novum*. Sed sicut bona arbor bonos fructus affert, ita & novus homo novum canticum canit. Interim sicut non potest arbor mala fructus facere bonos, ita nec vetus homo cantare canticum novum. Propterea ergo novis hominibus propheta dicit: *Cantate Domino canticum novum, laudatio ejus in ecclesia sanctorum*. Solemnitas paschæ est, & innovationis mysteriorum dies iste est, in quo deponentes in baptismo veterem hominem, novi homines effecti, sanctum altare circumdant [1], & de secretioribus thalamis nuper genitos novos filios ecclesia mater educit. Et ideo propheta ad vos maxime loquitur, o novi homines, *Cantate Domino canticum novum*. Sed sicut beatum est ablata veteri conversatione & tenebrosis actibus, factum esse hominem lucis & hominem novum; & infelicissimum est, si quis per Domini gratiam jam renovatus ex novo homine rursum convertatur in veterem. Vetus autem homo dicitur qui secundum carnem est, in quo sunt opera carnis, quæ enumerat Apostolus, fornicatio, immunditia, concupiscentia mala, & avaritia. [b] *Si enim*, inquit, *spiritu actus carnis mortificetis, vivetis*. Novus autem homo est, sicut dicit Apostolus, [c] *qui secundum Deum creatus est, ad imaginem ejus qui creavit eum*. Et iste est novus, qui cantare potest Domino canticum novum. Sed & ille novum Domino canticum cantat, qui neque ut gentiles plures deos, neque ut Judæi Deum sine Filio confitetur, sed unum verum Deum sub mysterio prædicat Trinitatis. Cantat & ille canticum novum, qui sacramentum novi suscipit sacramenti. Et ille novum canticum cantat, qui in dilectione Dei perfectus, implet mandatum novi hominis dicentis: [d] *Mandatum novum do vobis, ut invicem diligatis*.

II. Vide denique, ubi vel a quibus canticum istud novum Domino cantetur. *In ecclesia*, inquit, *sanctorum*. Non dixit, quia potest hoc unus sanctus implere, aut duo vel tres, sed ecclesia & congregatio multorum. Sicut enim multi malignantes in unum convenientes ecclesiam faciunt malignantium; ita multi sancti in unum congregati faciunt ecclesiam sanctorum. Dicit enim propheta, quia contaminata est terra in sanguine, & adulteria & homicidia effusa sunt super terram. Quomodo ergo videbitur ecclesia sanctorum haberi posse in terris? Apostolus docet, dicens: [e] *Quia in terris ambulantes, conversationem habemus in cælis*. Et iterum: [f] *In carne ambulantes, non secundum carnem militamus*. Sic ergo efficitur, ut in terris positi cælestem ecclesiam faciant sancti: sicut rursus e contrario peccatores, cum nequiores se fuerint effecti, atque in ultima flagitia devoluti, non jam in terris esse dicantur, sed in inferiora terræ demergi, sicut propheta dicit de eis: [g] *Introibunt in inferiora terræ*. Et ideo, fratres carissimi, operam demus quotidie, deponentes veterem hominem cum actibus suis, per Spiritum renovari, ut possimus cantare Domino canticum novum, imitationem tenere cælestium, oblivionem sumere terrenorum, sicut & Apostolus dicit: [h] *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, ubi Christus est in dextera Dei*; ut cum Christo regnare possimus: ne forte sicut terrenis semper incubamus, & de terra semper cogitamus, & de terra semper loquimur, & interiora terræ gravius peccando serpentium more defodimus; serpentis etiam nos sententia condemnemus.

III. *Lætetur*, inquit, *Israel in eo qui fecit ipsum*. Quæstio videtur exsurgere, quo putetur tamquam ceteris hominibus ab alio factis, Israel sub proprio factore debere lætari. Sed si diligentius requiramus quæ scripta sunt in Genesi de factura hominis, invenimus jota unum vel apicem in lege Dei non esse mysteriis vacuum. Dicit ergo in Genesi primo: [i] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Et paullo post addidit: [k] *Et plasmavit Deus hominem de terræ limo*. In quo utique, si diligentius prospicit, videt illum interiorem qui ad imaginem Dei est, qui & Israel nominatur, factum dici: illum vero qui de terræ limo est, plasmatum vel factum nominari; quod & propheta in alio loco simulque utrumque repetit dicens: [l] *Manus tuæ fecerunt me & plasmaverunt me*. Lætetur ergo Israel, qui est interior homo secundum imaginem Dei creatus, su-

a Psal. CXLIX. *b* Rom. VIII. 13. *c* Coloss. III. 10. *d* Joan. XIII. 34. *e* Philipp. III. 20. *f* II. Cor. X. 3. *g* Psal. LXII. 10. *h* Coloss. III. 1. *i* Gen. I. 26. *k* Gen. II. 7. *l* Psal. CXVIII. 73.

1. Recens quidem baptizatis olim accedere ad altare permittebatur ad percipiendam eucharistiam.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 356.

per eo qui fecit ipsum, non qui plasmavit, sed qui fecit: quia hoc ad rationabilem spiritum pertinet; illud ad materiam corporalem. *Lætetur ergo Israel in eo qui fecit eum, & filii Sion exsultent in rege suo.*

IV. Sed & filii Sion qui exsultare dicuntur super rege suo, qui illi sint, operæ pretium est noscere. Sion, specula interpretatur. Specula vero locus est excelsus & editus, de quo longe prospicitur quod venturum est. Si ergo & tu vitam tuam altius a terra & longe sublimius ab humanis vitiis collocaveris, per virtutem fidei & per intelligentiæ rationem procul quæ ventura sunt prospiciens, recte Sion filius appellaberis. Ex his enim est & ille, ad quem dicit sermo divinus: [a] *Fili hominis, speculatorem te dedi domui Israel.* Quærere ergo quæ sursum sunt, & speculari non præsentia, sed futura; & [b] *aspicere non quæ videntur, sed quæ non videntur, quoniam quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt*, hoc est filium esse Sion. Exsultant ergo filii Sion in rege suo: quo rege? illo sine dubio qui dicit: [c] *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus.* Sed ille rex non super omnes regnat, nisi super eos tantum qui se ei sponte & voluntate subjecerint. Vis autem scire quomodo regnet Christus in unoquoque? ex scripturis dicamus. Christus veritas est: veritas in mendace non regnat. Christus justitia est: justitia non regnat in injusto. Christus sanctificatio est: sanctitas in peccatore non regnat. Christus sapientia est: sapientia in insipiente non regnat. Si autem vis & hoc discere, qui in illis regnat, in quibus Christus non regnat, audi Apostolum dicentem: [d] *Non regnet adhuc peccatum in vestro mortali corpore.* Ex quo declarat, quod hi qui non sunt sub rege Christo, possideantur a rege peccato. Qui autem exitus sit eorum, qui noluerunt regnare super se Christum, ex parabola evangelii edocemur. Ait enim: [e] *Istos autem qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite; sed & civitatem eorum igne consumite.* Filii autem Sion exsultant super rege suo.

V. *Laudent nomen ejus in choro.* Requiramus qui sit iste chorus, ex quo nomen Dei laudare jubet propheta. Chorum gentiles ducunt, triginta plus minus vel puerorum vel puellarum eodem sono atque eadem symphonia canentium conspirationem, a quibus una vox modulis aptata mutuo redditur, quæ aures mulceat & delectet auditum. Sed ego non puto per Spiritum sanctum de hujus chori modulatione mandari, sed illa potius nobis chorum efficit consonantia, de qua Apostolus dicit: [f] *Ut unum sapiatis omnes & unum dicatis, nec sint inter vos schismata, sed sitis perfecti in uno sensu atque in eadem sapientia.* Qui chorus consonus atque conspirans in Actibus Apostolorum fuisse describitur, ubi refertur quia [g] *omnium credentium erat cor & anima una; nec aliquis ex his aliquid proprium dicebat, sed erant illis omnia communia.* Dominus vero chori hujus consonantiam magnificentius in evangeliis describit dicens: [h] *Si consenserint ex vobis duo vel tres, de quacumque re petieritis a Patre, dabit vobis.* Vides chorum ex duobus vel tribus mira consonantiæ modulatione compositum, non qui homines mulceat, sed qui Deum moveat; non qui aures delectet, sed qui Deum flectat: unde mihi multum videtur esse duo vel tres in unum consentire. Quanti modo adestis, quanti ad ecclesiam convenitis, & nescio in omnibus vobis qui sit, qui non a semet ipso dissentiat? aut non vobis videtur a semet ipso dissentire, ille qui in ecclesia stat corpore, & animo per actus sæculi vagatur; oculos corporis ad intuitum divinæ lectionis intendit, animi vero vel cordis acie, aut contra inimicos acuitur, aut adversum vicinos & confines exasperatur, aut ad negotia & lucra distenditur sæculi, aut quibuslibet aliis occupationibus mens dirimitur & discedit a corporis statu, & perturbat adeo placitum corporis & animæ ac spiritus consonantiæ chorum? Si ergo & vos vultis laudare nomen ejus in choro, stringite & continete vanas & lubricas cogitationes cordis vestri, & tres in uno consensu, corporis, animæ ac spiritus chorus evangelicus efficimini, quia scriptum est: [i] *Ubi fuerit cor tuum, ibi erit & thesaurus tuus.* Sed quid additur in consequentibus?

VI. *In tympano, inquit, & psalterio psallant ei.* Ecce iterum musicorum nomina organorum propheticus inserit sermo. Quo nobis tympana, quo nobis psalterium præcipitur? Tympanum namque est quod aptatur e ligno, ut sonitum quemdam æquivocum reddat; psalterium vero quod tenditur & aptatur ex chordis. Sed quoniam lex spiritalis est, non abducimur per hæc ut musicis delectemur; sed intelligimus tympanum dici de illis [k] *qui carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis;* hoc enim per lignum crucis efficitur: per psalterium vero divinæ scientiæ gratia significatur; & ideo recto ordine prius tympanum, deinde psalterium nominatur: nisi enim per continentiam corporis & abscissionem sæcularium negotiorum, ad donum scientiæ quod per psalterium significatur, non potest perveniri. Denique legimus quia Maria in deserto accepit tympanum, & ducens mulierum chorum, dicebat: [l] *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem projecit in mare.* Quando ergo dicebat Maria, vel quando acceperat tympanum? postquam ei submersus est Pharao, & quando rubrum mare transiit. Ita ergo & nobis nisi submersus rex peccati fuerit Pharao, & transierimus mare rubrum, & aruerint nobis sæculi undæ vel fluctus, non possumus in tympano & psalterio psallere Domino. Indicatur & alio loco per prophetam hujus ipsius cautissime servatus ordo mysterii. Dicit namque David: [m] *Sumite psalmum & date tympanum.* Damus enim & nos tympanum, hoc est mortificationem membrorum nostrorum, & abscissionem vitiorum per continentiam offerimus Deo; & ita demum accipimus ab eo psalmum, id est scientiæ & intelligentiæ gratiam.


VII. *Quia beneplacitum est Domino in populo suo.* In quo populo suo? isto sine dubio qui cantat canticum novum, qui congregatur in ecclesia sanctorum, qui lætatur super eo qui fecit eum; qui filius Sion effectus, super rege suo exsultat; qui laudat nomen ejus in consonantiæ & unanimitatis choro; qui tympanum effectus, in psalterio scientiæ psallit ei. Iste est populus Dei, in quo beneplacitum est Domino. *Exaltavit mansuetos in salute.* In evangelio dicitur quia mansueti possidebunt terram: & heic dicitur, quia exaltabit mansuetos in salute: unde consequens videtur, in alto esse illam terram quam mansueti in hereditate percipiunt. De ista vero terra in qua nunc sumus, dicitur qui

a Ezech III. 17. *b* II. Cor. IV. 18. *c* Psal II. 6. *d* Rom. VI. 12. *e* Luc. XIX. 27. *f* I. Cor. I. 10. *g* Act. IV. 32. *h* Matth. XVIII. 19. *i* Matth. VI. 21. *k* Gal. V. 24. *l* Exod. XV. 21. *m* Psal. LXXX. 3.

deorsum est, sicut dicit scriptura: [a] *Dominus in* A *cælo sursum; tu autem in terra deorsum*. Et in alio loco dicitur de illa terra: *Exaltabit te ut hereditas terram*; illam sine dubio terram in qua est Jerusalem cælestis, quæ est mater omnium nostrum. Illuc ergo exaltabit mansuetos in salute.

VIII. *Exsultabunt sancti in gloria*. In qua gloria? non in illa quam Moyses habuit, de qua dicit Apostolus: [b] *Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculamur, transformati a gloria in gloriam, tamquam a Domini spiritu. Lætabuntur in cubilibus suis*. Hoc non mihi videtur ad omnes passim dictum, sed ad illos quibus proprium Deus donum contulit castitatis; alioquin quomodo B perfecte lætabitur in cubili suo ille vir qui uxori debitum reddit, vel illa mulier quæ sui corporis potestatem non habet, sed vir ejus? Quæ erit eis lætitia in operibus carnis, maxime cum audiant & Apostolum dicentem, [c] *quia qui seminat in carne, de carne metet & corruptionem*? Verumtamen honestas & legitimas nuptias non condemnamus, sed proprium in castitate lætitiæ munus exponimus, quia dixit Apostolus: [d] *Tristitiam carnis habebunt qui ejusmodi sunt*. Sancti ergo continentes ac virgines lætabuntur in cubilibus suis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 356.




IX. *Exsultationes Dei in gutture eorum*. Ad ipsos pertinet etiam qui subsequitur iste versiculus: nam impiorum & eorum qui operibus mortui sunt, [e] *Sepulcrum patens est guttur eorum*. Sancti vero qui psalmis & tympanis & canticis spiritualibus vacant, qui verbo Dei indesinenter assistunt, & qui in lege Dei meditantur die ac nocte; exsultationes Dei sunt in gutture eorum: & ideo unusquisque vestrum qui hæc auditis, considerate cum loquimini, qualis sermo de vestro ore procedat: si ea loquaris quæ ad carnem pertinent, non est exsultatio Dei in gutture tuo; si ea loquaris quæ ad avaritiam pertinent, quæ ad invidiam, quæ ad livorem.

a Deut. IV. 39. b II. Cor. III. 18. c Gal. VI. 8. d II. Cor. VII. 28. e Psal. XIII. 3.



SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
357.



POTAMII
EPISCOPI
Tractatus duo: quibus accessit Epistola ad S. Athanasium.

TRACTATUS I.

De [1] *Lazaro.*

GRandi, fratres, stupore grandique miraculo per ambiguas curas hinc inde in concavo [2] vertiginis sinu pronis fluctibus torqueor. Lazarus mortuus est, Deo hic familiaris, [3] ut ferunt, teste Evangelio apud Joannem [a], cum quadragenariæ [4] voluntatis gestu carnis detrimenta pensasset. Nam sub occasu jam propero, quod terrenis artubus debebatur, hoc est ipsi humo [5] magis, quam homini, ut nobis ipsis juxta librum Genesis [b] optimus luti [6] liquor in caussa est, longe alibi Christo censore, dum Judææ finibus salutaria feneraret, sepultus est & humatus: hoc est, ut inciperet esse quod fuerat, lutum scilicet; dum desinit esse quod erat, forma vel fabula. Hic quippe per graves tenebrarum globos & nigri horroris umbracula, hoc est per quatuor dierum circulos, succidua incrementi & decrementi vicissitudine renascentes, octo (ut ita dixerim) cum [7] cærulis noctibus dies pendulo mandibularum rictu, elisis in ore dentibus, fœtido ore sic jacuit. Vere quia de terrena labe confectus, putris gleba marcesceret; & nervorum traduces cum corporis qualitate miserabili tabo infelix sepultura damnaret. Contractis igitur membris inter jejunas & numerabiles costas pellis tetra distenditur, & humoris rivus qui de gurgite viscerum relaxatur, fœtenti jam sentina per solum cadaveris teter & cæruleus labebatur. Heu quando non poterat cadaver quatuor diebus, & quatuor noctibus per totum oris, fellis & [8] phlegmatis flumina sentinarum, corruptis artubus fœtentia pulmonis spiramenta conflare? cum ipsa etiam rosa pudoris & venustatis fragranti folio in suo sibimet parato balsamo (ut ita dixerim) pretiosior, contra si fuerit de rosario falce pollicis vellicata, marcenti morte tristis albescat, ita ut [9] & colore floris careat, & odore? Aqua ipsa, si de flumine rapta sit in quo vivit, perit, natura dum desinit esse quod vixit. Mox ergo, quia elementi sui, dum rapitur, substantia caret; ubicumque jacuerit, limum liquor [10] abducit: mox & fœtore sordescit. Nemo ergo mirari debeat, si [11] hominis, quem spiritus sapientiæ sale conditum redolenti aura servaverat, & ex cæli suavitate anima [12] vivacitate nectarea, & balsami generositate melliflua [13] rexerat, ne fieret divortio recedentis spiritus lutea moles, [14] & pigra glebositas, caduca linea defunctorum repugnantibus fabricæ qualitatibus, corpus omne ad fœtoris maculam sui de putredine [15] relaxetur. Inde est, quod per [16] distantiam rerum in unam glomerationem compacta omnis membrorum natura torpescit. Recedente igitur anima quæ corporis floriarium recolebat, tota materies liventi gena in putredinem relaxatur; & pro voce cadaveris nigri fellis teter [17] mortui fœtor hauritur. Terra igitur, humore, frigore & calore composita corporis fabrica, quæ quatuor partes [18] semper sibimet repugnantes corpus criminum in procella subvertunt (calor frigus non amat, & frigus calore torquetur, contraria contrariis mancipantur: terra nimio humore vitiatur, & humor de terra sordescit) his quadriformibus elementis in unum quadripartita mole constantibus, [19] dissociato per divortium mortis auriga, qui quatuor istis partibus loca dederat, ne quisquam [20] mobilitatem sui vehementius tolleret, & dominante flagro divisis in unum concordanti junctura finibus agitabat; [21] hæ, inquam, quatuor partes, recedente anima, in globum corporis viduati, excusso societatis auctore, miscentur. Sed quia istum juvenem (Lazarum loquor) Dominus in sæculo di-

A B C

a Joan. XI. 14. *b* Gen. I.

1. Ita Codices. At editio Veneta: *de Lazaro resuscitato*. Veronensis addit: *Sermo de Evangelio secundum Lucam*.
2. Sparaverius legeret *voraginis*.
3. *Ut ferunt* ab editis exclusum, legitur in mss. omnibus, uno ms. Spar. excepto, qui scribit *ut fertur*. Codd. Zen. Spar. Pomp. & edit. Ven. scribunt: *teste Evangelio, cum apud Joannem quadragenariæ*: sed *cum* extra suum locum librarii transposuere: *Evangelium* enim *Joannis* heic appellatur; nisi forte legendum sit; *ut ferunt cum teste Evangelio apud Joannem quadragenariæ* &c.
4. *Vitæ* pro *voluntatis* Sparaverio placet. *Ætatis* emendatio a vulgata scriptura minus distat.
5. *Magis* abest a ms. Pomp. & edit. Ven. sed retinendum credidimus, cum de sepultura sermo sit, quæ cadaveri, & *humo magis, quam homini* debebatur; ex ea scilicet Geneseos sententia, qua hominem in humum de qua sumtus fuerat, conversum iri decretum fuit.
6. Ms. Rem. *optimus liquor obducit, in caussa est*. Vox *optimus* abundare Sparaverio creditur. Inferius legitur: *Limum luti liquor abducit*, vel *obducit*. Num heic quidpiam simile scribendum? Idem Sparaverius pro *censore* legendum putat *censente*. In ms. Pomp. posteriori manu deleto antiquo nomine, nescio quo, *censore* superscriptum fuit. *Absente* potius legendum crederemus, vel *exsistente*; cum Christo quidem alibi longe exsistente, Lazarus mortuus & sepultus fuerit.
7. Ms. Pomp. corrigit *cæruleis*. Infra autem ubi alii codices legunt *cæruleis*, idem ms. habet *cærulus*. Pro *rictu* ms. Zen. & edit. Ven. *ritu*.
8. Ms. Pomp. *fleumatis*, Zen. *pheumatis*. Pro *fragranti*, Pomp. paullo post scribit *flagranti*.
9. *Et* additum est ex mss. Pomp. Spar. Zen. & edit. Ven.
10. Mss. Pomp. & Spar. *obducit*, ut supra codex Rem. adnotat. 6. At edit. Ven. *obduxit*.

D

11. In mss. Pomp. Zen. Spar. & edit. Ven. *hominem*.
12. Ms. Tol. addit *undæ vivacitate*, quod quidem cum balsami generositate concinit.
13. Sex codices Tol. Vat. Pomp. Urb. Sp. Zen. addunt *corpus rexerat*. Mox edit. Ven. *ne faceret*. Sparaverius mallet *eum* pro *ne* scribi. Sed nihil opus est immutare, cum hoc membrum referri possit ad id tempus, quo hominem anima regebat, ut proximo antecedenti membro traditur.
14. In ms. Pomp. & edit. Ven. particula & abest, & forte melius, cum sic *caduca linea defunctorum* ad verbum *fieri* referri, & commode intelligi possit.
15. Mss. Urb. Pomp. Zen. & edit. Ven. *relaxatur*.
16. Sparaverius *discordiam* scriberet.
17. *Mortui* nomen abundare eidem videtur.
18. *Semper* in ms. Rem. non legitur.
19. In ms. Tol. *dissortiatio*.
20. Ms. Pomp. *nobilitatem*.
21. Ms. Urb. *hæc igitur in quatuor partes recedenti anima* &c. *hæc* item legitur in ms. Pomp.

lexerat, præscius futurorum Apostolis suis dormisse Lazarum dixit [a], quem promisit, si ad illam civitatem accederet, protinus excitandum. [1] Hunc ergo Lazarum, cui liventi errante connixu per cærulas venas membra tabuerant, quem loculatum in specu incisæ rupis, immani objectus ex pondere lapis perenni valva, gravis libra detruserat, resurgere [2] posse, si ista crederent, sacratissima vera Dei pietas intonabat. Mox sorores constipatæ [3] turba, ejulatu, æstu, jejuniis, lacrymarum ubertatibus ebriatæ, Dei genibus stratu totius corporis miserandæ jactantur, & Hebræas voces [4] græcessando fractis in unum singultibus mistas Salvatoris in laudibus expiabant. Quantus illic, rogo vos, populi festinatus? Quæ spectantium turba? Qualis tanti miraculi potuit esse concentus, ubi essent plangentes puellæ, mortuus frater, & Christus hominem promitteret excitandum? Convenerunt (credo) ad hoc spectaculum servandæ memoriæ sempiternum milites, Judæi, gentiles, proselyti, clarissimi senatores, nobiles judices, [5] servi, & omnis pæne civitas certatim occurrit, ut viderent, an resurgere possit Lazarus, cujus fœtor [6] jam longius de sepulcro populos feriebat. Quo viso, tota civitas mirabatur. Qualis illic eras Christe Jesu? quam croceus, quam decorus, fonte purior, nive candidior, sole candentior, & luna species clarior? Heu me, quid interrogo, quem tunc videre non merui? Nunc tamen, quis quantusve sis pietate, cognovi. Ecce inter hæc Jesus Christus salvator humani generis flevisse narratur [b]. [7] Age age Potami, servus Dei vivi: si aliquid prævales, de laudibus Domini vel pauca narrato. Flebat Deus mortalium lacrymis excitatus; & cum Lazarum potestate sua fretus mortis de vinculo revocaret, præstabat pietatis officium solatio lacrymarum. Flebat Deus non quod ante se mortuum periisse

A cognosceret, sed quod sororum [8] fletus temperaret. Flebat Deus, quod eos quibus omnia donaverat & in potestatem redegerat, paradiso etiam, floribus & liliis sine ullo labore præposuerat, diabolus docendo peccatum de omnibus pæne [9] fecit extorres. Flebat Deus, quod eos quos fecerat innocentes, diabolus per malitiam fecit inveniri nocentes. [10] Heu tenuis aura de cælo corpus quod rexeras, succiduis artibus deferebas. Sed non te Pater, non Filius aliquando despexit. Pro tua morte factus est & Christus ipse mortalis. Harum ad lacrymas, [11] & sparsam crinis miserandi cæsariem Salvator pietate commotus, fletus fletibus [12] recontrabat. Et quia ipse sororum fletibus [13] movebatur, lacrymis filii sui B salvatoris nostri inter ipsos cælos [14] ejus paternitas flectebatur. Mox ergo Jesus Christus ad sepulcrum Lazari accessit. Statim jussione ejus revolvuntur saxa; secretarium patescit horroris. Curiosi affatim in specum gementium populorum oculi [15] mittebantur. Visus est Lazarus tecta facie, manibus pedibusque constrictus: & ad documenta virtutum [16] ipse se mortuus, & adhuc pedibus vinctus, ut Christus jusserat, suis manibus resolvebat. Quæ, rogo vos, fratres, [17] illic voces? Quæ pressura videntium? Quam curiosa mirantium lumina? Qualis in cervicibus prævenientium multitudo pendebat? Qui fletus? quæ gaudia? quale murmur? quam novum & cæleste miraculum? Mors vincitur, homo redditur, in- C fernorum catenæ franguntur, & post quatriduum Lazari lingua movetur, manus officio præparantur, oculi suis in orbibus currunt, vestigia gressibus explicantur, auribus renovatur auditus, acies dirigitur in parentes, cognatio redivivis obtutibus [18] numeratur, frigida poscitur, non respuitur panis, domus petitur, Christi miracula referuntur [19].

a Joan. xi. 11. seqq. b Ibid. ℣. 15.

1. *Huic ergo Lazaro* mss. Vat. Pomp. Urb. Zen. & edit. Ven.

2. *Posse Lazarum* additur in mss. Tol. Urb. Pomp. Zen. & edit. Ven. Omnia tamen obscura & corrupta. Post pauca *vere Dei* pro *vera Dei* in ms. Pomp.

3. *Turba miraculi* mss. Rem. Tol. Vat. Urb. Pomp. Zen. & edit. Ven. Post non nulla *ebrietatæ* pro *ebriatæ* in mss. Pomp. & Vat.

4. Vox *græcessando* ex omnibus mss. & edit. Ven. addita est. *Complicabant* pro *expiabant* Sparaverio magis placet, qui & particulam *in* ab ablativo *laudibus* demeret.

5. Mss. Vat. Urb. Pomp. Zen. & edit. Ven. addunt *nautæ*, *servi* &c. In duobus primis codicibus vox *nobiles* non legitur.

6. *Jam* abest a ms. Pomp. & in eodem codice *populum* pro *populus*.

7. Integra hæc sententia ab *Age* usque ad *narrato* ex mss. omnibus & editione Veneta restituta est, quam cur abjecerint editores Veronenses, ignoramus, nisi ex eo forte præjudicio, quo hunc tractatum, Zenonis fetum habendum putabant: hæc autem sententia Potamio aperte tribuit. In mss. quidem *Phota mi* vel *Photami* per *Ph* scribitur: sed φ Græcum per *P* sæpe reddi, vel promiscue per *ph*, vel *p*, multis exemplis patet. *P* autem prætulimus contra scriptionem codicum, quod hi tractatus auctorem habere videantur eumdem Potamium, cui inter monumenta ab Acherio edita ejusdem stili epistola vindicatur. Itaque vel ibi *Photamius* scribendum, vel *Potamius* hoc loco reddendum fuit.

8. Ms. Rem. & editiones Veneta ac Veronensis *fletibus*. Cod. Pomp. idem scribit, sed in margine, *fletus*, quod in editione Patavina receptum fuit.

9. Ms. Urb. *fecit invenire extorres*. Inferius quidem paul- D lo absimiliter legitur in omnibus & mss. & editis, *fecit inveniri nocentes*.

10. Tria sequentia membra in edit. Veronensi omissa ab *Heu* usque ad *mortalis*, restituimus ex omnibus mss. & edit. Veneta. Solum *tenus* pro *tenuis* scribitur in ms. Rem. *texeras* pro *rexeras* in ms. Urb. *artubus* pro *artibus* in mss. Pomp. & Zen. & *deferebas* pro *deserebas* in ms. Vat.

11. In mss. Pomp. Zen. & edit. Ven. *&* particula deest.

12. Mss. Rem. Vat. Urb. Pomp. Spar. Zen. cum edit. Ven. & Veron. *recontabat*. At in edit. Patav. *recontrahebat* emendatum est.

13. Ms. Pomp. *commovebatur*.

14. Sic omnes mss. & edit. Ven. At editores Veron. pro *ejus paternitas* supposuere *pater*; quo autem monumento ignoramus.

15. Ms. Rem. *initebantur*.


16. In edit. Ver. erat: *Ipse qui fuerat mortuus, & adhuc manibus & pedibus vinctus, ut Christus jusserat, resol-* E *vebatur*. Congruunt hæc quidem magis historiæ, ut ab Evangelistis innuitur; at absunt a mss. & edit. Ven. quorum lectionem inserendam judicavimus. Unus ms. codex Tol. *resolvebatur* scribit.

17. Mss. Tol. & Pomp. addunt *dilectissimi*.

18. Sic mss. Rem. Vatic. & Pomp. Ceteri codd. & editi libri *muneratur*.

19. Ms. Rem. *Explicit de Lazaro feliciter*. Idem erat in Pomp. sed deletum subinde fuit.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
357.




POTAMII EJUSDEM

TRACTATUS II.

De martyrio Isaiæ prophetæ.

ISaias cum Christum [1] prædicaret, vel cum futuræ damnationis elogium Israelitico populo nuntiasset, atroci feritate blasphemantium commota barbaries, sectum a capite duabus eum violento supplicio quasi offulis [2] bifidavit, jussitque a capite per aures usque ad scapulas secari cervicem: quasi parum fuerit si immanitate lymphatica martyrem Dei acuto ense transfoderet, [3] aut ipsa lamina insontis viri per jugerum fidiculæ sævientis per costas stridente ictu sulcaret; nisi in unum corpus duas offulas gemini pæne cadaveris sciffæ carnis ruptura truculentus appeteret, & duas de æqualitate juncturæ quasi [4] formulas exsecaret. Sed in tanto cælestis palestræ miraculo nullus, ut arbitror, spectaculo [5] resultanti, ita videre [6] eum poterit, nisi gesta numerare pertentet. Idcirco solicitis [7] visibus veteris disciplinæ novam de passionibus celebritatem advertite; qualisque illic fuerit martyrii nobilitas, quam præclara, quam fortis. Cum in capite, hoc est, collectæ sensualitatis umbilico serra viam faceret, & stridore reciproco sulcos dentium [8] duceret, labebatur (credo) lamina, dum dentes infigit, & per messem capillamenti, crassumque tegminis velamentum, vel callosæ glutinum cutis Hebræas capitis litteras textum verticis [9] mersit. Mox se ut A ad cubile cordis [10] concinnamenti nisu sector solicitus defixisset, fontis fluenta purpurei laxatis venarum lapsibus, ne venas vermiculatim pollice [11] profanus intenderet, croceus se affatim imber infudit, ut tecta gurgite sanguinis venarum pictura [12] non tremeret, neque miraretur, quale esset illud unde victus erubescere cogeretur. Patuerunt quippe internorum viscerum castidici juvenis laqueata commercia, sonus [13] buccinæ ferientis, profunda vivacitas & sicca jejunia voluptatum. [14] Sed Belias filius Ezechiæ, vir cruentus, & prodigus genealogiæ, mathematicus, catabolicorum, [15] fatidicorum, & [16] pythonicorum antistes, intra loricam sacri pectoris fidei comitium, prædicationis politicæ litterarum B curiam requirebat. Et licet jam esset membratim corporis divisa possessio, interna proderet, abdita revelaret, obscura porrigeret, & quale esset illud, unde victus erubescere [17] cogeretur, ut persecutor infamis hominem Dei dentibus discerperet alienis; propheta tamen egregius & illustris inter resupinatos sectores, & pendulos tamdiu immobili inconcussi corporis perduravit statu, quamdiu duo esse inciperent, qui figuras gentium cum suo persecutore damnarent. [18]

1. Sic mss. Rem. Vat. Urb. Pomp. Zen. & edit. Ven. Alias *prædiceret*.
2. *Bifidarunt* pro *bifidavit* legitur in mss. Urbin. Pomp. C Zen. & edit. Ven. ad quos accedens codex Rem. *bifœderunt*.
3. Ms. Rem. *aut in ipsa laniena insontis*. Editio Ven. *fideculæ* pro *fidiculæ*.
4. *Formulæ* heic portiones æquales significant, seu quæ æqualem formam & quantitatem haberent.
5. Sparaverius corrigit *resistente*.
6. Codd. Rem. Vat. Urb. Pomp. Sp. Zen. cum edit. Ven. *se poterit, qui gesta*.
7. Ms. Pomp. in margine *nisibus*.
8. Ms. Rem. *duceretur*. Pro *labebatur* ms. Pomp. *lavabatur*.
9. Ms. Rem. *morsit*.
10. Idem ms. Rem. cum Vat. & Pomp. *concinenti nisus sector*. Zen. *concinenti nisu*.
11. In mss. Tol. Pomp. Zen. Vat. Urb. & Sp. *profanatus*.
12. Mss. Rem. Vat. Sp. Pomp. Zen. & edit. Ven. *non tremeret, & quale esset illud, unde victus erubescere* (forte *erubesceret*) *miraretur. Patuerunt quippe* &c.
13. Ms. Rem. *buccina*.
14. *Sed Beliab filius Hiezechiæ*, in mss. Pomp. Zen. *Beliab* item est in ms. Rem. & edit. Ven. *Jerechiæ* autem in editione Veneta.
15. *Phisidicorum* in ms. Rem. *Phiridicorum* in mss. Pomp. Sp. & edit. Ven.
16. Ms. Rem. *Ephithonicorum*: Edit. Ven. *Phitonicorum*.
17. Heic quoque omnes mss. & edit. Ven. *miraretur*, ut paullo superius eamdem in sententiam legitur.
18. Addit ms. Tol. *qui est benedictus in secula seculorum*. At in mss. Rem. & Pomp. hæc clausula legitur. *Explicit de Esaia feliciter*.



POTAMII EJUSDEM.

[1] Epistola ad Athanasium ab Arianis (impetitum,) postquam in Concilio Ariminensi subscripserunt.

Domino Fratri gloriosissimo ac beatissimo Athanasio episcopo Potamius.

TAnti carceris fossa crudam illuviem damnabilis officinæ [2] coacervatam, ut recte conscribis, exordium & stercoris cruento de fœtore cadaverum mortuorum, [3] quæ magis manus potuisset igneis virtutibus extricare vel radere, nisi illa tua castis de exsilio capitis coronati perennata titulis exclusisset hæresis sectam anathema maranatha? Adrisisti, inquam, nobis catholica virginitate perfectus, jugulando perfidos, damnando perjuros: corruptas adulterio mentes ambiguas, maledicti pecoris libidinoso commercia veneno damnabiliter sarcinata, unius fidei romphæa feriente vicisti. Jaceat serpens, & terra quæ illum susceperit, purulento veneno nigrescat: jaceat serpens cælesti ictu damnatus, jaceat serpens sanguineo horrore [4] contactus: jaceat serpens elisio luminum sinu, trisulci oris patefacta sentina vomat, defluat: torqueatur culparum auctor, cui parum fuerat, quod protoplastum æternitate privaverat, nisi & contra Salvatorem hydra virosior prorupisset. Separare voluit Dominum nostrum Jesum Christum, quasi verbum Christi posset incidere, substantiæ fibula concatenata Trinitatis unitate, ut ait: [a] *Ego & Pater unum sumus.* Et, [b] *Qui me videt, videt & Patrem.* Et, [c] *Ego in Patre, & Pater in me.* Et, [d] *In principio erat Verbum, & Verbum apud Deum, & Deus erat Verbum.* Lanio truculentus, parricida desertor, milvinis, ut reor, unguibus, vel dentibus male sanis, si potuisset, tentavit scindere. Et post hæc quid opposuero blasphemiis? [e] *Qui me misit*, inquiunt, *major me est.* Ex quo genitus est Pater? utique quia Filius confitetur; major ergo quia Pater Filio? ordo præponitur, non substantia separatur. Quid ad hæc dicis, adulter infamis? Bene quod te antiquitas patrum in synodo sanctiori, voluntate viperea impuræ virositatis inflata, castis etiam te transfixere missilibus. Nam & heic doceris calumniandi pedicas prætendisse, quod Salvator ait: [f] *Non veni opera mea facere, sed ejus qui misit me.* Quid dicis serpens? Numquid in hac luce tenebras infundis simplici huic professioni, quam quæstiunculam putant? Tempus in caussa est: Salvator apud homines, quia hominum corpus induerat, videbatur in corpore; ideo dixit: *Non veni facere opera mea:* hominis in se negavit officia? Clamat ergo, ut illum ordinatorem in se prædicet, quem in se sibi meminit auctorem Patrem; quia Filius sequitur vocabulo, ita major est ille qui prævenit; sed & mittentis & missi, quia tres unum sunt, de divinitatis unitate una substantia est: [g] *Ego & Pater unum sumus.* Et, [h] *Qui me videt, videt & Patrem.* Et ipse Salvator ad Apostolus: *Tanto tem-*


A *pore*, inquit, *vobiscum sum, & Patrem non nostis?* Dicunt etiam quod in libris dominicis substantia numquam videatur esse conscripta. Redde quod involaveras, furacissime tentator: ecce vinceris confutare de substantia; etenim boni clamant sanctorum antiqui greges prophetarum tota præconia, ut ait; vocem substantiæ a volatilibus cæli usque ad pecora expaverunt, & vociferabantur: [i] *Ego dabo Jerusalem in transmigrationem.* Ecce cum Christus Deus anteriori de populo minime esset auditus, tabefactis commanentibus Jerosolymæ columnæ ceciderunt. Ecce miser, adhuc licet una Dei sententia sufficere debuit, quod propheta sanctus intonuit: [k] *Si stetissent in substantia mea, & audissent ser-*
B *mones meos, & docuissent populum meum, avertissem eos a multis studiis eorum.* Ecce hic felix de substantia infelicibus populis prorupit auditus, ut & propheta ex persona Adæ Christum requirat in lacrymis: [l] *Infixus sum*, inquit, *in limo profundi, & non est substantia.* Scilicet quia nec dum Patris substantia apud Christum in carne convenerat. Sicut & ille [5] Evangelista, [m] cum vastatis rebus luxuriose vivendo perdidit omnem substantiam suam, ut sanctus Dei vates scripsit: [n] *Spiritus Dei effugiet fictum.* Inde ergo substantiam perdidit, quia per luxuriam sanctitate caruit: si tibi sufficit, dixit; quibus si jam palpitas, plena sunt omnia: si adhuc torqueris, intendo; scriptum legimus: [o] *Congregavi enim*
C *aurum atque argentum & substantiam regum & regionum.* Hæc est illa substantia, quam propheta meminit dicens: [p] *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi.* In una quippe voce duo hæc audisse se propheta testatur; ut ait David: [q] *Lingua mea calamus scribæ.* Ut enim calamus denticulorum subdivisa æqualitate ducitur, & radiis consonantibus expeditur; ita Salvator indivisibili connexione cum Patris operibus unitatur. Quod enim Pater dixit, Filius exclamavit; & quod Filius locutus est, Pater implevit.

Merito, inquit, *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi.* Duæ personæ unum tulere judicium; ut in decalogo una sententia duplices tabulæ conscribun-
D tur. Obmutescat hæresis æterno silentio prædamnata, divinis ictibus cæsa, barathro tartarisque deposita. Sola semper cum laureis suis virgo puerpera, Deo una, nobis columba fecunditate numerosior, usque ad nubes cæli caput coronatum attollat. Sit benedicta cum populis Trinitatis unitate consegregata justissimis; cujus laude plena est, a nunc & in æterna semper sæcula sæculorum beatificet Pater & Filius & Spiritus sanctus.

a Joan. x. 30. *b* Joan. xiv. 9. *c* Ibid. ℣. 11. *d* Joan. I. 1. *e* Joan. xiv. 28. *f* Joan. vi. 38. *g* Joan. x. 30. *h* Joan. xiv. 9. *i* Ezech. xii. 11. *k* Jer. xxiii. 22. *l* Psal. lxviii. 3. *m* Luc. xv. *n* Sap. I. 5. *o* Eccle. II. 8. *p* Psal. lxi. 12. *q* Psal. xliv. 2.

1. Hæc epistola cum præfixa inscriptione ex mss. Abbatiæ S. Ebrulfi ab Acherio edita, legitur tom. 3. Spicilegii novissimæ editionis pag. 299.
2. In Acheriana editione legebatur *concervatam*; correctionem novæ editionis retinuimus.
3. Prima Acherii editio *quæ magis manus*, scribit.
4. Eadem prima editio *contractus*.
5. Forte *apud Evangelistam*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 361.



SANCTI MELETII
EPISCOPI ANTIOCHENI
ORATIO
ANTIOCHIÆ AD POPULUM HABITA.
ACCESSIT
EPISTOLA AD JOVIANUM IMPERATOREM.

I.

Apud EPIPHANIUM Hær. LXXIII. *num.* XXIX - XXXIII.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΟΜΙΛΙΑΣ ΜΕΛΕΤΙΟΥ.

Ὁ μὲν σοφώτατος Ἐκκλησιαστής φησι· ἀγαθὴν ἐσχάτην λόγου ὑπὲρ ἀρχὴν αὐτοῦ· ὅσῳ κρεῖττόν ἐστι καὶ ἀσφαλέστερον παύεσθαι τῆς περὶ τὸ λέγειν ἀγωνίας, ἢ ἄρχεσθαι· μάλισθ᾽ ὅτε ὁ αὐτὸς Ἐκκλησιαστής φησι· αὕτη ἡ σοφία τοῦ πένητος ἐξουθενημένη, καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ οὐκ εἰσὶν ἀκουόμενοι. ἐπειδὴ τὸ σῶμα οὐχ ἕν ἐστι μέλος, ἀλλὰ πολλά· πάντα δὲ μεριμνᾷ ὑπὲρ ἀλλήλων τὰ μέλη, ἵνα μὴ σχίσμα ᾖ ἐν τῷ σώματι· καὶ οὐ δύναται εἰπεῖν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶν, χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω· ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, δεδωκὼς τῷ ὑστερουμένῳ περισσοτέραν τιμήν. ὅτι μὲν οὖν ἀπαραίτητόν ἐστι κινουμένῳ παντὶ τῷ σώματι μὴ συγκινεῖσθαι, αὐτόθεν δῆλόν ἐστι.

Τίνα δ᾽ ἄν τις τοῦ λόγου τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν ποιήσαιτο; ἢ δῆλον ὡς παντὸς ἀρχομένου καὶ λόγου καὶ ἔργου, προσήκει τὴν εἰρήνην ἀρχὴν ποιεῖσθαι καὶ τέλος, καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς ἀρχομένους, καὶ εἰς αὐτὴν καταλήγειν; τοῦτο γάρ φησι ὁ ἀπόστολος ἀποβήσεσθαι εἰς σωτηρίαν, διὰ τῆς ἡμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ πνεύματος, ὃ δίδωσιν Ἰησοῦς τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. καὶ εἴ τε οἰκοδομὴν λαλοίη τις, εἴ τε παράκλησιν, εἴ τε παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τε κοινωνίαν πνεύματος, διὰ τῆς κατὰ Θεὸν παραγίνεται. οὐ μὴν πᾶσιν ἀδιορίστως, ἀλλὰ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον, ὡς προφήτης φησί· τὸν νόμον οὐ τὸν σωματικὸν, ὃς εἰκόνα καὶ σκιὰν ἔχει τῶν μελλόντων, ἀλλὰ τὸν πνευματικὸν, ὃς σοφῶς ἀνακαλύπτει τῶν προαναφωνηθέντων τὴν ἔκβασιν. εἰρήνη γάρ φησι, πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον. ὡς δῆλον εἶναι, ὅτι τοὺς τὴν εἰρήνην μεμισηκότας μένει τὸ σκάνδαλον. καὶ προσήκει τοὺς τούτων ἐλευθερωθῆναι ποθοῦντας, καθάπερ θυρεόν τινα προβάλλεσθαι τὴν ἀγάπην πρὸς τὸν Κύριον. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. καὶ οὔτε τηρεῖν ἔστι τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου, μὴ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ προηγουμένης. ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτέ με, φησὶ, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσετε. οὔτε φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐδὲ τὴν καρδίαν, μὴ τῆς ἐντολῆς φωτιζούσης. ἐντολὴ γὰρ, φησι, Κυρίου [1] τηλαυγῶς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. ἀλλ᾽ οὐδὲ λόγον ἀλη-

EXEMPLUM SERMONIS A MELETIO HABITI.

I. MEliorem *principio sermonis exitum esse*, sapientissimus Ecclesiastes asseruit [a]: propterea quod a dicendi contentione ac solicitudine cessare longe est, quam illam inchoare, melius ac securius; præsertim cum idem hic Ecclesiastes dixerit: [b] *Ista pauperis sapientia contemta; & sermones ejus non audiuntur*. Jam vero cum corpus ipsum non unum sit membrum, sed ex pluribus contextum, quæ omnia de se mutuo solicita sunt, ne ullum sit in corpore dissidium; neque caput pedibus dicere potest, nihil vobis opus habeo. Verum [c] *Deus corpus ita temperavit, ut ei parti quæ deterior esset, abundantiorem honorem tribuerit*. Porro cum totum ipsum corpus movetur, necessarium esse penitus, ut singulæ partes una moveantur, vel inde constare potest.

II. Ecquod vero dicenti mihi apud vos adhibendum est orationis exordium? An hoc perspicuum est: quemcumque sermonem vel opus aggrediare, initium & exitum a pacis mentione esse capiendum, ut ab ea & ordiamur & in eam desinamus? Hoc enim ipsum ad salutem profuturum docet Apostolus: vestrarum quidem orationum suffragio, communicationeque spiritus quem Christus credentibus in se se largitur. Ac sive quispiam ædificationis verba loquatur, sive adhortationis, sive consolationis quæ a caritate proficiscitur, sive communionis spiritus: hæc omnia ab ea pace quæ secundum Deum est, proficiscuntur. Quamquam non promiscue omnibus illa suppetit, sed iis dumtaxat qui legem diligunt, ut propheta testatur. Legem vero non corpoream, quæ futurarum umbram atque imaginem continet; sed spiritualem videlicet, quæ eorum omnium quæ prædicta sunt, exitum manifeste demonstrat. [d] *Pax enim*, inquit, *multa diligentibus te: & non est illis scandalum*. Ex quo consequens est: eos ipsos in scandalum incurrere, qui pacem odio prosequuntur. Et eos oportet qui ab his liberari cupiant, caritate erga Dominum velut scuto quodam se se protegere. [e] *Est enim ipse pax nostra, qui fecit utraque unum: & medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne: lege præceptorum in dogmatibus abrogata*. Neque vero fieri potest, ut Domini mandata serventur, nisi Dei caritas præcesserit. [f] *Si enim diligitis me*, inquit, *mandata mea servabitis*. Neque ut oculi, vel corda collu-

a Eccle. VII. 4. *b* Eccle. IX. 16. *c* I. Cor. XII. 24. *d* Psal. CXVIII. 165. *e* Ephes. II. 14. *f* Joan. XIV. 15.

1. Τηλαυγῶς] LXX. τηλαυγής.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 361.

θείας προέσθαι, εἰ μή τις ἔχει Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, κατὰ τὸν λέγοντα· εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; μᾶλλον δὲ οὐ λαλοῦντος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐλεοῦντος. ἔλθοι γάρ, φησι, τὸ ἔλεός σου καὶ τὸ σωτήριόν σου ἐπ᾽ ἐμέ, καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον. ὅπερ οὐκ ἂν ὑπάρξειεν, εἰ μή τις τὰ δικαιώματα ἐκζητήσει. τῶν γὰρ μὴ οὕτω διακειμένων [1] ἐπὶ σχήματος ἢ ἐν τοῖς ὀνείδεσιν αἰσχύνη, ὡς μὴ δύνασθαι λέγειν, περίελε ἀπ᾽ ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν. περιαιρεῖται δὲ ἐκ τοῦ στόματος τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, ὡς μηδὲν εἶναι πλέον τῷ εὐχομένῳ· μὴ περιέλῃς λόγον ἀληθείας ἐκ τοῦ στόματός μου.

A strentur, nisi lux a mandatis affulgeat. [a] *Præceptum enim*, inquit, *Domini lucidum, illuminans oculos.* Sed neque veritatem eloqui potest, nisi qui Christum in se ipso loquentem habeat; ut testatur ille, qui dicit: [b] *Num experimentum quæritis loquentis in me Christi?* Immo vero non modo loquentis, sed & miserentis. [c] *Veniat*, inquit, *misericordia tua & salutare tuum in me, & respondebo exprobrantibus mihi verbum.* Quod nullo modo contingeret; nisi quis *justificationes requireret*. Qui enim sic affecti non sunt, horum propria est in opprobriis verecundia; adeo ut istud usurpare nequeant: *Aufer a me opprobrium & contemtum.* Nam ex illorum ore sermo veritatis aufertur, ut
B nullum is fructum sentiat, qui sic precatur: *Ne auferas verbum veritatis ex ore meo.*

Πότε δὲ τοῦτο γίνεται; ὅταν μὴ φυλάξῃ τὸν νόμον διαπαντός· ὅταν μὴ πορευθῇ τις ἐν πλατυσμῷ. πλατυνθῆναι δεῖ τὴν καρδίαν, [2] ἧς μέλλοι τις Χριστὸν ἐμπεριπατοῦντα χωρεῖν, οὗ τὴν δόξαν οὐκ ἄνθρωποι, ἀλλ᾽ οὐρανοί [3]. οὐρανοὶ γὰρ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, μᾶλλον δὲ ὁ αὐτὸς Πατήρ, λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. ὃν οὐκ ἔστιν ὁμολογῆσαι, εἴ τις εἰς ὕψος ἀδικίαν λαλοίη πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· εἴ τις εἰς τὴν Αντιχρίστων τάξιν καὶ ἐπωνυμίαν αὐτὸν [4] καλέσειεν, ἀποστὰς τῆς τάξεως καὶ ἐπωνυμίας τῶν Χριστιανῶν, περὶ ὧν εἴρηται, μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου. τίς γάρ, φησι, ὁ ψευδόμενος, εἰ μὴ ἀρνούμενος, ὅτι Ιησοῦς ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν; οὗτός, φησι, ὁ Αντίχριστος. ὁ γὰρ ἀρνούμενος τὸν Υἱόν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. ὁ δὲ ὁμολογῶν τὸν Υἱόν, καὶ τὸν Πατέρα ὁμολογεῖ. ὅπερ οὖν, φησι, ἐξ ἀρχῆς ἠκούσατε, τοῦτο μενέτω ἐν ὑμῖν. καὶ ἐάν, φησι, μένῃ ἐν ὑμῖν ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ Υἱῷ μενεῖτε καὶ τῷ Πατρί. μενοῦμεν δέ, ὅταν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἐκλεκτῶν ἀγγέλων ὁμολογήσομεν, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον βασιλέων, καὶ μὴ αἰσχυνώμεθα. ἐλάλουν γάρ, φησι, ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην. ὅτι Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, εἷς ἐξ ἑνός, ἐξ ἀγεννήτου μονογενής, ἐξαίρετον γέννημα τοῦ γεγεννηκότος, καὶ ἄξιος ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνάρχου, τοῦ ἀδιηγήτου ἑρμηνεὺς ἀδιήγητος, Λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις τοῦ ὑπὲρ σοφίαν καὶ δύναμιν, ὑπὲρ ὃ φθέγξασθαι δύναται γλῶττα, ὑπὲρ ὃ κινῆται διάνοια. γέννημα τέλειόν τε καὶ μένον, ἐκ τελείου καὶ μένοντος ἐν ταυτότητι, οὐκ ἀπορρεῦσαν ἐκ Πατρός, οὔτε ἀποτμηθέν τε καὶ διαιρεθέν, ἀλλ᾽ ἀπαθῶς καὶ ὁλοκλήρως προελθόν, ἐκ τοῦ μηδὲν ἀποβεβληκότος ὧν εἶχε. καὶ ὅτι Λόγος ἐστί τε καὶ λέγεται Υἱός, οὐ μὴν φωνὴ τοῦ Πατρός, οὐδὲ ῥῆμα νοεῖται. ὑφέστηκε γὰρ καθ᾽ ἑαυτὸν καὶ ἐνεργεῖ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα· ὥσπερ καὶ σοφία ὁ αὐτὸς ὢν οὐκ ἐνθύμημα τοῦ Πατρὸς νοεῖται, οὔτε κίνησις τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐνέργεια, ἀλλὰ γέννημα ὅμοιόν τε τοῦ Πατρός, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ Πατρὸς ἀκριβοῦν. τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός· καὶ οὐχ ἑτέρῳ μὲν ἐνυπάρχει, οὐχ ὑφέστηκε δὲ καθ᾽ ἑαυτό, ἀλλὰ γέννημα ἐνεργητικόν, καὶ πεποιηκὸς τόδε τὸ πᾶν, καὶ φυλάττον ἀεί. ταῦτα ἱκανὰ καὶ τῆς Ελλήνων πλάνης ἡμᾶς, καὶ τῆς Ιουδαϊκῆς ἐθελοθρη-

III. Quandonam vero illud accidit? Cum legem quispiam perpetuo non observat: cum in latitudine non ambulat. Quippe collatari cor necesse est ejus, qui inambulantem Christum recipere velit; cujus gloriam non homines, sed cæli prædicant. [d] *Cæli enim enarrant gloriam Dei*; vel ipsemet potius Pater dicens: [e] *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi placui.* Quem quidem confiteri nemo potest, qui [f] *in sublime loquatur iniquitatem ad proximum suum*: si in Antichristorum illum cœtum appellationemque pelliciat, a Christia-
C norum ordine & appellatione distractus: de quibus scriptum est: [g] *Nolite tangere christos meos.* [h] *Quis enim est*, inquit, *mendax, nisi qui negat Jesum esse Christum? Hic est*, inquit, *Antichristus. Nam qui negat Filium, neque Patrem habet: & qui Filium confitetur, una confitetur & Patrem. Quod igitur*, inquit, *ab initio audistis, maneat hoc in vobis. Et si maneat*, inquit, *in vobis, quod ab initio audistis, & vos in Filio manebitis, & in Patre.* Atqui tum demum manebimus, cum coram Deo & electis Angelis, sed & coram principibus sine ullo pudore confitebimur. [i] *Loquebar enim*, inquit, *de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar.* Si hoc fateamur, in-
D quam, Dei Filium Deum esse de Deo, unum ex uno, unigenitum ex ingenito, eximiam quamdam generantis sobolem, dignumque carentis principio Filium, ineffabilis ineffabilem interpretem, Verbum & sapientiam ac virtutem ejus, qui sapientiam ac virtutem omnem excellit: supra id omne quod vel eloqui lingua, vel agitare mentis intelligentia potest. Perfectam, inquam, sobolem & stabilem, ex perfecto & in eodem statu permanente. Quæ quidem soboles neque a Patre profluxit, nec exsecta est vel divisione propagata: sed citra passionem integreque ab eo processit, qui nihil eorum quibus præditus esset, amiserit. Tum eumdem illum Filium Verbum esse dicique, non vocem aut
E dictionem Patris. Siquidem per se ille subsistit & agit, ac [k] *per ipsum omnia, & in ipso sunt omnia.* Quemadmodum ita ille sapientia est, ut Patris cogitatio vel motio mentis actiove minime sit putandus: sed similis Patris soboles, & accuratam in se se Patris effigiem exprimens. Nam hunc Deus Pater sigillo velut obsignavit. Neque sic exsistit in altero, ut per se se minime subsistat. Sed efficax quidam ille fetus est, qui totum hoc universum quod condidit, perpetuo conservat. Hæc ido-

a Psal. XVIII. 9. *b* II. Cor. XIII. 3. *c* Psal. CXVIII. 48. *d* Psal. XVIII. 2. *e* Matth. III. 17.
f Psal. LXXII. 8. *g* Psal. CXXIII. 15. *h* I. Joan. II. 22. *i* Psal. CXVIII. 46. *k* Coloss. I. 16.

1. Ἐπὶ σχήματος] Vet. Reg. ἐπισχήματος
2. Ἧς μέλλ.] Corrig. ᾗ μέλλ.
3. Ἀλλ᾽ οὐρανοί] Deest verbum.
4. Καλέσειεν] Scrib. ὁμολογήσειεν.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 361.

σκείας ἐλευθερῶσαι, καὶ τῆς αἱρετικῆς κακοδοξίας.

nea sunt, ut nos & a Græcorum errore, & a Judæorum superstitione, & ab hæreticorum nefaria opinione vindicent.



Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς κειμένων λέξεων τὸν νοῦν παρατρέποντές τινες, καὶ ἑτέρως ἢ προσῆκεν ἑρμηνεύοντες, καὶ μήτε τῶν ῥημάτων τὴν διάνοιαν, μήτε τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν κατανοοῦντες, τολμῶσιν ἀθετεῖν τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ, προσκόπτοντες τῇ λέξει τῆς κτίσεως τῇ ἐμφερομένῃ ταῖς παροιμίαις· Κύριος γὰρ ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· οὓς δέον τῷ πνεύματι τῷ ζωοποιοῦντι ἀκολουθεῖν, καὶ μὴ τῷ γράμματι τῷ ἀποκτείνοντι. τὸ γὰρ πνεῦμα ζωοποιεῖ. φέρε δὴ τολμήσωμεν καὶ ἡμεῖς μικρὰ περὶ τούτων διαλαβεῖν, [1] οὐχ ὅτι ἐντελῶς εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν εἰρηκόσιν· ἢ γὰρ ἂν μαίνοιτό τις, εἰ τοῦτο λέγοι· οὐδὲ ὅτι χρήζετε διδάσκοντος· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶμεν ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ἡμῶν, ὅτι τῶν ἐπιθυμούντων ἐσμὲν χαρίσματος ὑμῖν μεταδοῦναι πνευματικοῦ.

IV. Quoniam vero nonnulli vocum illarum quæ in scripturis exstant, sensum detorquentes, atque aliter quam par sit interpretantes, neque aut verborum proprietatem aut rerum naturam intelligentes, Filii divinitatem evertere non dubitant, & ad illud creationis vocabulum offendunt, quod in Proverbiis legitur: [a] *Dominus*, inquit, *creavit me initium viarum suarum in opera ipsius*. Quos quidem oportebat, vivificum potius spiritum quam occidentem litteram sequi: [b] *Spiritus enim vivificat*. Age & nos de his pauca disputemus; non quod ea res ab iis perfecte tractata non fuerit, qui ante nos dixerunt: furere enim illum necesse est, qui istud afferat. Neque quod doctore opus habeatis: vos enim ipsi divinitus estis edocti. Sed ut de nobis fit illud in conscientia vestra manifestum: cupere nos Spiritus sancti dona communicare vobiscum.

Πίστευσον οὖν, ὅτι οὔτε ἀλλαχοῦ τῆς γραφῆς, οὔτε ἐπὶ τοῦ παρόντος χωρίου ἐναντία τὰ ῥήματα τῆς γραφῆς ἀλλήλοις ἐστὶ, κἂν μάχεσθαι δοκῇ παρὰ τοῖς τῇ πίστει μὴ ὑγιαίνουσιν, ἤτοι ἀσθενοῦσι τῇ γνώμῃ· καὶ ὡς οὐδὲν τῶν κατὰ τὸν κόσμον παραδειγμάτων οἷόν τέ ἐστιν εὑρεθῆναι, ὅπερ ἐξαρκεῖ καθ' ἑαυτὸ σαφῶς παραστῆσαι τοῦ μονογενοῦς τὴν φύσιν. καὶ διὰ τοῦτο ἡ γραφὴ πολλαῖς ἐπινοίαις περὶ τοῦ μονογενοῦς καὶ ἐπωνυμίαις κέχρηται, εἴ πως δυνηθείημεν διὰ τῶν καθ' ἡμᾶς τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς καταλαβεῖν, καὶ διὰ τῶν γινωσκομένων φαντασθῆναι τὰ ἀγνοούμενα, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἀπὸ τῶν φανερῶν πρὸς τὰ κεκρυμμένα προβιβαζόμενοι. ἐπεὶ τοίνυν [2] ἔδει τοὺς πιστεύοντας εἰς Χριστὸν, ὡς ὅμοιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἅτε δὴ εἰκὼν ὑπάρχων τοῦ ἐπὶ πάντων, ὁ διὰ πάντων, δι' οὗ τὰ πάντα δεδημιούργηται, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. εἰκὼν δὲ οὐχ ὡς ἄψυχον ἐμψύχου, οὐδ' ὡς ἐνέργεια τέχνης, οὐδ' ὡς ἀποτέλεσμα ἐνεργείας, ἀλλὰ γέννημα τοῦ γεννήσαντος. καὶ ὅτι οὐ θέμις ἐστὶ τῆς σωματικῆς ἀνθρωπίνης γεννήσεως, τὴν τοῦ μονογενοῦς γέννησιν τὴν πρὸ τῶν αἰώνων χαρακτηρίζεσθαι· [3] καὶ ὡς κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς σοφίας τῆς περιεκτικῆς τῶν ἀνθρωπίνων ἐνθυμημάτων τοῦ Πατρὸς, οὐ μὴν ἀνυπόστατός τε καὶ ἀνύπαρκτος, ἑκατέραις ταῖς λέξεσιν ἐχρήσατο ἡ γραφὴ, τῇ τε τῆς κτίσεως, καὶ τῇ τῆς γεννήσεως, τῇ τε τοῦ ἔκτισε, καὶ τοῦ ἐγέννησεν, οὐχ ἵνα τὰ ἐναντία δοκῇ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τῶν αὐτῶν λέγεσθαι, ἀλλ' ἵνα διὰ μὲν τοῦ ἔκτισε τὸ ἐνυπόστατόν τε καὶ μόνιμον, διὰ δὲ τοῦ ἐγέννησε, τὸ ἐξαίρετον τοῦ μονογενοῦς καὶ ἰδιάζον παραστῇ. ἐγὼ, φησι, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. ἱκανὸν δέ ἐστι καὶ τὸ τῆς σοφίας ὄνομα πᾶσαν ἔννοιαν πάθους ἀποκλεῖσαι.

V. In primis itaque crede, nihil nec in ceteris scripturæ locis, nec in eo de quo nunc agimus, ulla sibi invicem esse scripturæ verba contraria: tametsi iis dumtaxat, qui vel sana fide præditi non sunt, vel imbecillioris ingenii sunt, repugnare videantur. Deinde nullum in mundo exemplum reperiri posse, quod ad repræsentandam Unigeniti naturam per se se sufficiat. Quam ob caussam scriptura multas ad id excogitatas rationes & appellationes accommodat; si quo fortasse modo ex his quæ nobis familiaria sunt & cognita, quæ captum nostrum superant comprehendere possimus, & ex cognitis ignotarum rerum informare notitiam, a perspicuis illis pedetentim ad arcana occultaque perducti. Quod igitur, eos qui in Christum crederent, credere oportebat similem esse Patris Filium, utpote cum illius qui supra omnia est, imago sit ille qui pervadit omnia, & per quem producta sunt omnia, tam in cælo quam in terra. Imago porro ejusmodi, non qualis est animati figura, id quod animæ est expers: neque velut artis effectio, aut effectionis opus; sed tamquam genitoris, id quod genitum est. Cumque præterea nefas sit ad Unigeniti generationem quæ sæculis omnibus prior est, corporeæ & humanæ generationis proprias notas conditionesque transferre. Ac denique cum ad sapientiæ illius exemplum quæ humanas cogitationes complectitur, ita Filii sit exigenda generatio, ut per se se subsistat nihilominus, & exsistat: Ideo ambabus illis dictionibus, creationis, ac generationis, uti Scriptura voluit; cum *creavit* perinde dixit, ac *genuit*: Non ut eadem de re simul contraria dici videantur; sed ut per *creandi* vocabulum, subsistentem ac stabilem unicum esse Dei Filium: per alterum vero, *genuit*, eximium ac peculiare quiddam habere monstraret. [c] *Ego*, inquit, *exivi a Patre & vado*. Quamquam vel sapientiæ nomen ipsum ad omnem passionis excludendam opinionem sufficit.

Ἀλλὰ ποῖ φερόμεθα μὴ μνημονεύοντες τοῦ εἰπόντος; ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. ἔχομεν γὰρ διδάσκαλον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ἔδωκεν

VI. Verum quo tandem rapimur ejus, qui ita scripsit, obliti? [d] *O altitudo divitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Nos enim doctorem habemus veritatis spiritum: quem nobis

a Prov. VIII. *b* II. Cor. III. 6. *c* Joan. XVI. 28. *d* Rom. XI. 33.

1. Οὐχ ὅτι ἐντ.] Deest altera negatio. Leg. οὐχ ὅτι οὐκ ἐντ.

2. Ἔδει τοὺς πισ.] Addo πιστεύειν.

3. Καὶ ὡς κατὰ τὸ παρ.] Parum expeditus hic locus.

ἡμῖν ὁ Κύριος μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν· ἵνα ἴδωμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἐν ᾧ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς τοῦ Πνεύματος, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, ἐν ᾧ λατρεύομεν καὶ προσκυνοῦμεν· δι' ὃ ἀτιμαζόμεθα, ἐν ᾧ προφῆται προεφήτευσαν, ἐν ᾧ δίκαιοι ὁδηγήθησαν, δι' οὗ προσαγόμεθα τῷ Υἱῷ. ἀλλὰ τί πολυπραγμονοῦμεν τὰ τῆς φύσεως; μὴ γὰρ ὡς σαρκικοῖς, ἀλλ' οὐχ ὡς πνευματικοῖς διαλεγόμεθα; ἐπ' ἄλλων γὰρ εἴρηται, ὅτι οὐ δυνάμεθα ἡμῖν λαλῆσαι ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς. δέος γὰρ ἐστι μή πως ἐκ τῆς τῶν ἀκαταλήπτων φιλονεικίας, καὶ τῆς τῶν ἀνεφίκτων ζητήσεως εἰς βυθὸν ἀσεβείας ἐμπέσωμεν. καὶ εἶπα, σοφισθήσομαι, καὶ αὐτὴ ἐμακρύνθη ἀπ' ἐμοῦ ὑπὲρ ὃ ἦν, καὶ βαθὺ βάθος, τίς εὑρήσει αὐτήν· μνημονεύσωμεν γὰρ τοῦ εἰπόντος, ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν, ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται· εἴ τις δοκεῖ γινώσκειν, οὔπω ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι. καὶ διὰ τοῦτο δέος ἐστὶ, μή πως βιαζόμενοι λέγειν περὶ ὧν οὐ δυνάμεθα λέγειν, μηκέτι συγχωρηθῶμεν μηδὲ περὶ ὧν δυνάμεθα. ἐκ πίστεως γὰρ δεῖ λαλεῖν, οὐκ ἐκ τῶν λαλουμένων πιστεύειν. ἐπίστευσα γάρ, φησι, διὸ ἐλάλησα. ὅταν οὖν τὸ μὲν περὶ τῆς οἰκείας γεννήσεως μὴ δυνάμενοι ἀποφαίνεσθαι περιεργαζώμεθα, καὶ φιλονεικεῖν ἐπιχειρῶμεν περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ γεννήσεως, πῶς οὐ δέος ἐστὶ, μή πως ὁ διδοὺς οὐ μόνον γλῶτταν παιδείας, ἀλλὰ καὶ γνῶναι ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον, καταψηφίσηται ἡμῶν τῆς ἐπὶ τῷ λέγειν προπετείας τὴν σιωπήν; ὅπερ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ζαχαρίου πεποίηται. ὃς ἐπειδὴ μὴ ἐπίστευσε τῷ εὐαγγελισαμένῳ τὴν γένεσιν τοῦ παιδὸς, ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς δοκιμάζων τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ δύναμιν, καὶ διαπορῶν πρὸς ἑαυτὸν, εἰ φύσιν ἔχει τὸν πρεσβύτην ἐκ τῆς προβεβηκυίας παιδοποιήσασθαι, τί φησι; πῶς γνώσομαι τοῦτο ὅτι ἔσται; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. τοιγαροῦν [1] ὁπότε ἤκουσεν, ὅτι ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ οὐ δυνάμενος λαλεῖν. καὶ οὐκ ἐλάλησεν ἐξελθών.

posteaquam in cælum ascendit largitus est Dominus: [a] *Ut videamus quæ a Deo donata sunt nobis. In quo & loquimur, non in edoctis humanæ sapientiæ verbis, sed a disciplina spiritus acceptis, spiritalibus spiritalia comparantes*: in quo colimus & adoramus: cujus gratia ignominia afficimur: per quem prophetæ vaticinati sunt: a quo justi homines per viam deducti sunt: per quem conciliamur Filio. Quid attinet igitur in illius naturam inquirere? Nonne apud vos sic tamquam spiritales sermonem instituimus? Nam ad alios ista pertinent: [b] *Quoniam non possumus vobis loqui tamquam spiritalibus, sed tamquam carnalibus*. Est illud vero metuendum, ne ex earum rerum quæ comprehendi nequeunt, ambitioso studio, & eorum quæ investigari non possunt, inquisitione, in altissimam impietatis voraginem incidamus. [c] *Et dixi; sapiens ero: & ipsa longius a me recessit, quam erat: & altissimum est profundum; quis inveniet illud?* Meminerimus enim ejus, qui ista dixit: [d] *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* [e] *Si quis videtur scire, nondum novit, quemadmodum oporteat scire.* Quamobrem verendum nobis est, ne dum de his quæ assequi non possumus, quo jure quaque injuria disputare volumus; ne de his quidem quæ attingere possumus, disputandi facultas relinquatur. Nam ex fide loqui, non ex his quæ quispiam loquitur, fidem adhibere convenit: [f] *Credidi enim* inquit, *propter quod & locutus sum*. Quare qui de propria generatione certi nihil affirmare possumus; cum Dei generationem curiose perscrutamur, & ambitiose explicare illam aggredimur, nonne timendum est, ne is qui non disciplinæ modo linguam, sed & opportunitatis ad dicendum scientiam confert, nostram illam ad dicendum præcipitem audaciam silentio damnet? Quod beato illi Zachariæ contigit. Qui quidem Filii nativitatem nuntianti sibi Angelo minime credens, ac Dei gratiam & virtutem humanæ rationis momentis ac ponderibus æstimans, secumque ipse dubitans, ecquid natura pateretur, ut senio confectus ex anu liberos susciperet, quid demum eloquitur? [g] *Quomodo*, inquit, *fore ista cognoscam? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis*. Unde statim audiit: *Ecce eris tacens, & non poteris loqui. Et non poterat loqui, cum esset egressus.*


Διόπερ ἀφέντες περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων φιλονεικεῖν, καὶ περὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς, κρατοῦμεν ἃ παρειλήφαμεν. τίς γάρ ἐστιν ὁ τολμῶν ἐπιγνώσει φυσιωθῆναι, ὁπότε αὐτὸς ὁ τῶν ἀποκαλύψεων καταξιωθεὶς, ὁ εἰς οὐρανὸν τρίτον ἀναληφθεὶς, ὁ ἀκούσας ἄρρητα ῥήματα, ἐσωφρονίσθη διὰ τοῦ κατὰ τὴν σάρκα σκόλοπος μὴ ὑπεραίρεσθαι; καὶ αὐτὸς ὁ προφήτης ὁ εἰπών· ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα, ἐταπεινώθην, φησὶ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ σφόδρα. ὅσῳ γὰρ ἄν τις ἐγγυτέρω τῆς γνώσεως εἶναι δοκῇ, τοσούτῳ μᾶλλον ὀφείλει λογίζεσθαι πρὸς ἑαυτὸν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι. περὶ τούτου ἄκουε τί λέγει· ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. ἔχοντες οὖν τὸν διδάσκαλον τῆς ἀληθείας, μηκέτι ἀνθρωπίνοις διδασκάλοις προσχρώμεθα, ἀλλ' ἐννοοῦντες, καὶ μήτε τρόπους περιεργαζώμεθα, μήτε ἕτερόν τι. ὥσπερ γὰρ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὐδὲ

VII. Quæ cum ita sint, contentiosa illa dubiis de rebus quæ captum nostrum superant, tractatione prætermissa, iis quæ a majoribus accepimus inhæremus. Quis est enim qui scientia jactare se & insolentius audeat efferre, cum ille ipse cui divina patefacta sunt, [h] *Qui ad tertium usque cælum est evectus, qui audivit arcana verba*: cum ille, inquam, [i] *carnis stimulo coercitus sit, ne se arroganter extolleret?* Quin propheta ille qui dixit: [k] *Credidi propter quod & locutus sum: Humiliatus sum*, inquit, non utcumque, sed *nimis*. Etenim quanto quisque ad scientiam propius videtur accedere, tanto magis reputare cum animo suo debet, hominem se esse. Qua de re audi, quid ille dicat: [l] *Ego vero dixi in excessu meo: Omnis homo mendax*. Itaque cum præceptorem veritatis habeamus, nullos amplius humanos doctores adjungamus; sed apud nos ipsi cogitemus: ac neque divinarum rerum modos & rationes, neque quidquam

a I. Cor. II. 12. 13. *b* I. Cor. III. 1. *c* Eccle. VII. 24. *d* I. Cor. XIII. 9. 10. *e* I. Cor. VIII. 2. *f* Psal. CXV. 10. *g* Luc. I. 18. 20. 22. *h* II. Cor. XII. 2. *i* Ibid. ℣. 7. *k* Psal. CXV. 10. *l* Ibid. ℣. 11.

1. Ὁπότε] Forte ὅτι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 361.



τὸν τρόπον τῆς γεννήσεως τοῦ Πατρός ἐστιν ἀποφήνασθαι. ἀλλὰ ἀρκεῖν ἡγεῖσθαι πρὸς διδασκαλίαν τοῦτο, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. δῴη δὲ Κύριος κατὰ τὸν Ἀβραὰμ φρονοῦντας ἡμᾶς τὸν λέγοντα, νῦν ἠρξάμην λαλεῖν τῷ Κυρίῳ μου· ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδὸς, καὶ μὴ ὑπεραιρομένους κατὰ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· ὅτι μὴ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πίστεως ἡ ὁμαλὴ καὶ εἰρηνικὴ κατορθοῦται σοφία· μήτε διαπορεῖν ἡμᾶς, ἀλλ' ὁτιοῦν ποιοῦντες εὐαρεστήσωμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ μετ' αὐτοῦ, [1] καὶ σὺν αὐτῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ἡ δόξα, τὸ κράτος, ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A aliud curiosius indagemus. Ut enim Filii generationem explicare nemo potest; ita & modum illum quo Pater genuit, enarrare nullus potest. Verum illud ad doctrinam sufficere putatote: [a] *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Utinam vero det illud nobis Dominus, ut eadem qua Abrahamus prudentia præditi, cum dixit: [b] *Nunc cœpi cum Domino meo colloqui. Ego vero sum terra & cinis*: adeo ut non cedrorum Libani instar attollamur; eo quod [c] *non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed fidei institutione perceptis*, æquabilis illa ac pacifica sapientia comparatur. Det, inquam, nobis, ut nequaquam hæsitemus: verum quidquid tandem agamus, Deo B ac Patri, & cum ipso Filio, in Spiritu sancto placeamus. Cui gloria, imperium, honor, & virtus nunc & semper in sæcula sæculorum. Amen.

II.

S. MELETII ANTIOCHENI EPISTOLA
AD JOVIANUM IMPERATOREM.

Apud SOCRATEM Hist. eccl. *lib.* III. *cap.* XXV. & SOZOMENUS *lib.* VI. *cap.* IV.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ δεσπότῃ ἡμῶν Ἰοβιανῷ Νικητῇ Αὐγούστῳ, ἡ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ παρόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν σύνοδος.

Piissimo Deoque carissimo, Domino nostro Joviano Victori Augusto, synodus episcoporum ex variis provinciis congregatorum Antiochiæ.

Τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν, [2] ὅτι σοῦ καὶ πρώτη πρεσβεύειν ἐσπούδασεν ἡ εὐσέβεια, εὖ ἴσμεν καὶ αὐτοὶ, θεοφιλέστατε βασιλεῦ· ὅτι δὲ κεφάλαιον τῆς τοιαύτης ἑνότητος, τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως καλῶς ὑπείληφας τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦμεν· ἵνα μὴ τοίνυν μετὰ τῶν παραχαρασσόντων τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας τετάχθαι νομιζώμεθα, ἀναφέρομεν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, ὅτι τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ πάλαι πρότερον συγκροτηθείσης τὴν πίστιν καὶ ἀποδεχόμεθα, καὶ κατέχομεν· ὁπότε καὶ [3] τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ ξένον τισὶν ὄνομα, τὸ τοῦ ὁμοουσίου φαμὲν, ἀσφαλοῦς τετύχηκε παρὰ τοῖς πατράσιν ἑρμηνείας, σημαινούσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ πατρί· οὔτε δὲ ὡς πάθους τινὸς τὴν ἄρρητον γέννησιν ἐπινοουμένου· οὔτε κατά τινα χρῆσιν ἑλληνικὴν λαμβάνεται τοῖς πατράσι τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας· εἰς ἀνατροπὴν δὲ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, περὶ τοῦ Χριστοῦ ἀσεβῶς τολμηθέντος παρὰ τοῦ Ἀρείου· ὅπερ καὶ οἱ νῦν ἐπιφοιτήσαντες ἀνόμοιοι, ἔτι θρασύτερον καὶ τολμηρότερον ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας ἀναισχύντως παρρησιάζονται. διὸ συνετάξαμεν τῇδε ἡμῶν τῇ ἀναφορᾷ καὶ τὸ ἀντίγραφον τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν συγκροτηθέντων ἐπισκόπων ἐκτεθείσης, ἥν τινα καὶ ἀγαπῶμεν, ἥτις ἐστίν· πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, [4] καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος πλήρης· Μελίτιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ἔδωκα συναινῶν τοῖς προγεγραμμένοις· κ. τ. λ.

C Quod ecclesiasticam pacem atque concordiam tua primum pietas prædicare studuerit, nobis quoque exploratum est, piissime imperator. Quod vero caput hujus unitatis recte senseris non aliud esse, quam formam veræ atque orthodoxæ fidei, neque illud ignotum est nobis. Quocirca ne inter illos qui doctrinam veritatis adulterant, esse videamur, religioni tuæ suggerimus, nos sacrosanctæ synodi olim apud Nicæam congregatæ fidem & suscipere & constanter retinere. Si quidem vocabulum Consubstantialis, quod novum quibusdam & insolens visum est, cauta interpretatione a patribus est explanatum: ita ut significet, Filium ex Patris substantia genitum esse, & similem esse Patri secundum substantiam. Neque vero quasi passio aliqua in generatione D illa inexplicabili intelligatur, aut juxta Græci sermonis usum, substantiæ nomen a patribus accipitur: sed ad subversionem ejus quod Arius de Christo ausus est dicere, illum scilicet ex non exstantibus ortum esse. Quod quidem etiam Anomoei isti qui nuper exorti sunt, longe audacius atque impudentius ad dirimendam Ecclesiæ concordiam asseverant. Quamobrem huic nostræ suggestioni adjunximus exemplum fidei olim ab episcopis apud Nicæam congregatis expositæ, quam nos etiam amplectimur. Est autem hujusmodi. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, & reliqua quæ sequuntur in symbolo. Melitius Antiochiæ episcopus obtulit, consentiens suprascriptis.

a Joan. I. *b* Gen. XVIII. *c* I. Cor. II. 3.

1. Καὶ σὺν αὐτ.] Deest vox υἱῷ, conjunctioni addenda.

2. Ὅτι σοῦ καὶ πρώτη] Sic legitur etiam apud Sozomenum lib. VI. cap. IV. nec non apud Nicephorum. Malim tamen scribere ὅτι σὴ καὶ πρώτη. Epiphanius Scholasticus legisse videtur πρῶτον. Sic enim vertit: *Quod ecclesiasticam pacem atque concordiam tua primum studuerit pietas celebrare*. Qui sensus non displicet. Gratulantur enim episcopi Joviano imperatori, quod ecclesiæ pacem restituere prius studuerit quam reipublicæ Romanæ.

3. Τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ ξένον τισὶν ὄνομα] Vocem ξένον ex Nicephoro Callisto addidit Christophorsonus. Nam in codice regio quo usus est Robertus Stephanus, & in Florentino ac Sfortiano hæc vox deerat. Sed neque Epiphanius Scholasticus in suo codice eam vocem legerat, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Quando etiam consubstantialitatis nomen, quod aliter se quibusdam habere videtur, dicimus cautam interpretationem a patribus excepisse*. Videtur etiam Epiphanius sequentia aliter legisse, ac distinxisse hoc modo, φαμὲν ἀσφαλοῦς τετυχηκέναι παρὰ τοῖς πατράσιν ἑρμηνείας.

4. Καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος πλήρης] Jam supra in annotationibus ad librum primum Socratis observavi, vocem μάθημα a Græcis usurpari pro symbolo fidei, quod memoriter addisci solet. Vox autem πλήρης nullum heic locum habet. Melius meo quidem judicio poneretur post verba, quæ paullo supra leguntur, ἥτις ἐστίν. Nicephorus vero pro hac voce ista substituit: καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος ἀπαραλλάκτως ὡς χρεὼν εἰρημένα. Ex quibus apparet, Nicephorum legisse πλήρη; id est, *plene usque ad finem, nullo verbo demto aut immutato*.

S. ZENONIS

EPISCOPI VERONENSIS

TRACTATUS.

Ex luculenta Balleriniana editione Veronensi
anni MDCCXXXIX.

VETERUM TESTIMONIA
DE S. ZENONE
VERONENSI EPISCOPO.

I.

S. Ambrosius *Epistola* V. *ad Syagrium episcopum Veronensem n.* 1.

Tu autem sine alicujus fratris consilio hoc judicium tibi solum vindicandum putaris: in quo tamen ante judicium præjudicium feceris, ut puellam Zenonis sanctæ memoriæ judicio probatam ejusque A sanctificatam benedictione, post tot annos sine auctore criminationis, sine accusatore, sine professore delationis, in periculum reatus deducendam arbitrarere.

II.

S. Gregorius Magnus *lib.* III. Dialogorum *cap.* xix.

Nuper Joannes tribunus relatione sua me docuit, quod Pronulphus comes cum illi adesset, se cum rege Authari eodem tempore in loco eodem ubi mira res contigit, adfuisse eamque rem cognovisse testatus est. Prædictus etenim tribunus narravit dicens: Quia ante hoc fere quinquennium, quando apud hanc Romanam urbem alveum suum Tiberis egressus est, tantum crescens ut ejus unda super muros urbis influeret, atque inde jam maximas regiones occuparet; apud Veronensem urbem fluvius Athesis excrescens, ad beati Zenonis martyris atque pontificis ecclesiam venit. Cujus ecclesiæ dum essent januæ apertæ, aqua in eam minime intravit: quæ paullisper crescens usque ad fenestras ecclesiæ quæ erant tectis proximæ, pervenit; sicque stans aqua ecclesiæ januam clausit, ac si illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset mutatum. Cumque essent multi inventi interius, sed aquarum multitudine omni ecclesia circumdata, qua possent egredi non haberent, ibique se siti ac fa- B me deficere formidarent; ad ecclesiæ januam veniebant, ad bibendum hauriebant aquam, quæ, ut prædixi, usque ad fenestras excreverat, & tamen intra ecclesiam nullo modo diffluebat. Hauriri itaque ut aqua poterat, sed diffluere ut aqua non poterat. Stans autem ante januam ad ostendendum cunctis meritum martyris, & aqua erat ad adjutorium, & quasi aqua non erat ad invadendum locum.

III.

Anonymus Pipinianus *in* Rythmo de Veronæ laudibus.

Octavus pastor & confessor Zeno martyr C
inclytus,
Qui Veronam prædicando reduxit ad baptismium,
A malo spiritu sanavit Gallieni filiam:
Boves cum homine mergentes reduxit a pelago.
Et quidem multos liberavit ab hoste pestifero:
Mortuum resuscitavit ereptum e fluvio.
Multa idola destruxit per crebra jejunia
Non queo multa narrare hujus sancti opera,
Quæ a Syria veniendo usque in Italiam,
Per ipsum omnipotens Deus ostendit mirabilia.

IV.

Ratherius *episcopus Veronensis* de Contemtu canonum, *part.* I. *pag.* 360. A. *novissimæ editionis Veronensis*, *ann.* 1765.

Utar ut heic auctoritate Zenonis beati, in sermone videlicet quem de Juda patriarcha & Thamar nuru ipsius, more suo luculentissime fecit, dicentis: *Omnium corrupte viventium diabolus pater est.*

Idem Ratherius *in* Synodica ad Presbyteros §. v. *pag.* 413. C.

Et cum specialis noster doctor atque provisor, D quem de Juda filio Jacob, & Thamar nuru ipsius beatus utique Zeno dicat, in sermone utique elegantissime composuit, cet.

V.


Joannes *Presbyter*, *Mansionarius ecclesiæ Veronensis qui an.* 1320. *scribebat*, Historiarum Imperialium *lib.* I. *ms.*

Floruerunt in ecclesia Dei illustres doctores, inter quos B. Zeno episcopus Veronensis, doctor egregius, octavus ejusdem civitatis episcopus ...... Scripsit autem hic doctor egregius Zeno, de Pudicitia, Patientia, Fide, Spe & Caritate tractatus tres: de Justitia tractatum unum: de Timore unum: de Spiritu & corpore unum: de eo quod scriptum est: *Cum tradiderit regnum Deo & Pa-*

tri sermonem unum : de Ædificatione domus A Dei a Salomone, expositionem pulcherrimam : de Continentia tractatum unum : de Baptiſmo tractatus tres : de Nativitate Domini & majeſtate unum : Super Danielem in Paſcha duos : ſuper Pſalmus XL. XLI. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXIX. CXXX. tractatus ſeptem : de Livore & invidia tractatum unum : de hoc verbo : *Adtende tibi, ne forte fiat in te ſermo abſconſus in corde tuo iniquitas*, tractatum unum valde prolixum : de Jejunio quatuor temporum, ſuper [1] Pſalmo LXXX. tractatum unum : de Avaro & divite unum : de Avaritia tres : de Circumciſione unum ; ſuper Geneſim tractatus [2] novem : ſuper Exodum novem : ſuper Iſaiam ſeptem : ſuper Danielem tres : ſuper Job unum : de feſto Paſchæ octo : de Invitatione ad fontes tractatus quinque : de Somnio Jacob ſermonem unum : de XII. ſignis cæli ad Neophytos tractatum unum : item ad Neophytos duos : de Fide duos : ſuper Jonam unum : ſuper Hiſtoriam Suſannæ tractatum brevem : de Die dominico tractatus duos : de Abraham duos : de Nativitate Domini tractatus duos : Epiſtolam de paſſione martyris Arcadii, qui eodem tempore paſſus eſt, II. Idus Januarii apud Mauritaniam .... Hæc ipſius ſcripta & tractatus ipſe legi & vidi.

1. Per errorem allegatur tract. ſuper Pſalmum LXXX. B pro tractatu ſuper Pſalmum C. qui inter Zenonis tractatus legitur, & in hoc Indice Joannis Veronenſis non recenſetur.

2. Paſtrengus & Petrus de Natalibus in Indice, quem e Joanne Veronenſi ſimiliter exſcripſerunt, referunt *ſuper Geneſim tract. VIII.* non vero *IX.* cum tamen in Mſſ. non niſi ſex hoc titulo prænotati inveniantur. Sed non omnino exactum tractatuum indicem ab eodem Joanne ex mss. collectum palam fit ex eo, quod tractatus ſolum 87. admiſtis etiam ſuppoſititiis, recenſeat, cum genuini ipſi plures ſint ; ac inter ceteros omiſerit tractatum *de Juda*, quem Ratherius quater allegavit.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

SANCTI ZENONIS
EPISCOPI VERONENSIS
TRACTATUUM
LIBER PRIMUS.
TRACTATUS I.
De Fide.

I. CHristianæ fidelitatis felicitas maxima est fidei nosse naturam; quæ talis ac tanta est, ut unicuique homini non ab alio commodetur, sed ejus ex voluntate nascatur. Ceterum si, ut quidam putant, docentis pendet ex ore, procul dubio eodem aut cessante, aut aliter docente consumitur. Huc accedit, quod nisi insinuationem legis omni devotione succincta præcedens amplectatur fides, quæ tam sibi quam illi credendo præstet effectum; insinuatio inanis erit, quia incredulo credentis fructum præstare non poterit. Denique Abraham placuit Deo credulitate sine lege [a], & Judaicus populus displicuit Deo incredulitate cum lege. Unde dubium non est, legem non posse sine fide, fidem posse sine lege: alioquin istæc innumerabilis simplicitate sua felicior turba adhuc mortis imperio subjaceret, si legis periti tantum justificari meruissent. At cum scriptum sit: [b] *Littera occidit, spiritus autem vivificat*, quia non sub lege, sed sub gratia sumus, quæ nos diligere Deum ac soli illi servire in sacramento semel creditæ unicæ Trinitatis, non argumento, non necessitate, sed voluntate compellit; manifestissimum puto, nimis astuto esse simplicem meliorem: quia simplex omnibus Dei verbis simpliciter credit; astutus autem nimia sapientia infatuatus, inquisitionibus vanis semet ipsum confundit.


II. Sed dicet aliquis: si ita est, nulli ergo lex prodest. Absit. Prodest, & quidem plurimum: nam [c] per ipsam Dei voluntas populis intimatur: per ipsam disciplina cælestis colligitur ac tenetur: per ipsam, inquam, genus omne peccati, ne quis imprudens intereat, diffamatur. Semper monere non desinit, ignorantia ne quis reatum excuset: nunc severa, nunc blanda demonstrat præmium, demonstrat & gladium; unicuique, quod elegerit, tributura, ut jure possit implere quod gerit. Qui ad se veniunt, professionem credulitatis ab eis solam ideo, quia eorum fidem videre non potest, exigit: quam si abesse ex moribus deprehenderit, confestim ut perfidum punit irata, quem docuit: nullamque aliam ob caussam promulgatam se esse testatur, nisi ut fides de infidelibus vindicetur. Denique tolle peccatum; cessat legis imperium. [d] *Lex* enim, sicut scriptum est, *justo posita non est, sed peccatori:* quia [e] *justus ex fide vivit*; infidelis injuste. Errat igitur, quisquis disputationem legis æstimat fidem: quisquis duo in unum diversa confundit. Disputatio enim sicut excolit legem, ita, si versuta sit, eradicat fidem: quia fides profecto non est, ubi quæritur fides. Deinde quia lex communis est; fides vero privata: quia lex semper manat ex libro genitali; fides autem tenaciter inhæret suo soli proposito. Lex ab alio transit in alium; fides interit, si a suo statu aliquando vel aliquo declinaverit. Lex hominis conscientiam alloqui tantum potest, videre autem non potest; fides conscientiam medullitus mundat, ne quid reatui vel intrinsecus debeat: qui enim suam conscientiam non timet, is est qui Deum non timet. Adde, quod lex partibus & discitur & docetur. Adde, quod tota nec intelligitur, nec tenetur. Adde, quod a quolibet pro ingenii qualitate argumentis adseritur. Adde, quod ab omnibus appetitur, & a nullo completur. Adde, quod index Dei voluntatis est, non Dei originis aut naturæ.

III. Sequitur, ut scire debeamus, utrum tractatum fidei, an fidem tractatus debeamus adserere. Si tractatum fidei dixerimus; vehementer errabimus: subjici enim se loquacitatis artificio fidei natura non patitur, a qua nihil aliud laboratur, nisi ut suis sibi tantum virtutibus approbetur: non enim potest esse perfectum, quod aliunde exspectat sibi aliquid necessarium. Si vero fidem tractatus dicere cœperimus; erit profecto nec nostra, nec sua; sed nec ejus, cujus esse dicetur: quia tractatus fidem cum adstruit, ex eo ipso eam, quo adstruit, destruit: nec ulli dabit, quod non habet: sed potius, ut non habeat, adhuc ipse disquirit. Video præterea, sicut adsertorum indicant nomina (quæ si auferas, nulla fortassis est pugna) multos fuisse tractatus, multas fides, & quidem novellas, & litis labore ac favore nutritas: quas, quia vera vix potest inveniri, credo, ne populi penuria laborarent, venales esse propositas. Verumtamen ex his omnibus eligendum quid sit, non potest nosci aut comprehendi: quia non erit nec proprium nec firmum, quod habet statum semper incertum: quippe cum unius electio sit alterius reprobatio: vel si omnes omnino amplectendæ sint, ut tot quis habeat fides, quot non habet verba; multo magis nihil habebit, quia tractatus qui eas genuit vel quotidie generat, adhuc potest generare: e diverso provocatus, rursus eas pro ingeniorum argumentorumque viribus retractando ac refellendo consumit. Sin vero, sicut necesse est, una est illa nobilis & antiqua, quæ non dicam tractatu, sed ipsius nativitate porro major est legis, quæ Deum Deo credendo promeruit, quæque credere non didicit, sed præsumsit; edicat mihi perniciosa ista adinventio tractatus sui, quo proficit pugna? Ne fides, inquit, intereat, cum male aut creditur aut docetur. Quod malum est ista ratio, mox videbimus.

IV. Nunc scire cupio, fides ex doctrina constet, an ex credulitate, an ex utroque. Si ex doctrina constat; non habent ergo fidem qui litteras nesciunt, sed nec ipsi qui sciunt: quia legis scientiam obser-

a Gal. III. 6. *b* II. Cor. III. 6. *c* Rom. III. 20. VII. 7. *d* I. Tim. I. 9. *e* Gal. III. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



vantiamque ad perfectionem perducere nullis rationibus possunt. Si ex credulitate; non ei opus est ulla interpretatio: quia sicut semel creditur, ita semel ex eo ipso quod creditum est, consummata fides, ultra nec minuitur nec augetur. Sin vero ex utroque; patriarcharum semensa fides est: ac per hoc illis constitutionis nostræ videlicet decernendi sunt libri, ut possint esse perfecti. O quam misera est fides, quam verba concinnant! O quam debilis, cujus quotidie dissipantur variis argumentationibus membra! O quam indefensa, quæ regum, judicum, divitum, aliquoties etiam, quod pejus est, gentium desiderat per momenta patrocinia! O quam turpis ac lubrica, de qua ludit aliena sententia! O quam adultera, quæ non agnoscit, quo auctore sit nata! O quam ridiculosa, quæ duobus confligentibus Christianis, ab altero eorum, si non transducitur, perfidia, cum transducta fuerit, fides vocatur! O quam non vera, si factionibus pollet! O quam publicana, cujus fabulantur etiam profani secreta! O quam præsumta, quæ mavult magis novellæ traditioni suæ credi, quam antiquitati, quam Deo Domino dicenti: [a] *Rejicitis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.* Sed non eo dico, ut ingratum faciam doctrinæ beneficium; sed ut sciat unusquisque, aliud esse fidem, aliud esse tractatum: nec fidem per tractatum posse vel dari, vel nosci, vel destrui. Dari non potest; quia si verbis dari potest, poterit & verbis auferri. Nosci adæque non potest; quia fieri potest, ut quis aliud gestet in labiis, aliud in penetralibus cordis. Similiter ne destrui quidem; quia si vera fides est, aliud esse non potest, quam quod est. Igitur cum possibilitatis humanæ non sit, fidei videre secreta; nusquam, frater, tua curiositas, nusquam tua proficit pugna: quia quem putas vel de tuis ipsis studiosis fidelissimum, hic infidelis; & quem putaveris infidelem, hic fidelis est. Forte in eo se quis æstimet fideliorem, si loquatur argute; cum magis verus sit ille fidelis, qui sacra in prædicatione non ultra quam licitum est, aciem suæ tetenderit mentis: eo enim res deducta est, ut fides nostra per Dei requiratur injuriam. Quod futurum Salomon enuntiavit, & cavendum quid sit, his verbis edocuit: [b] *Melior, qui deficit sensu in timore, quam qui abundat astutia, & transgreditur legem.* Et iterum: [c] *Noli esse sapiens multum; & noli argumentari plus, quam oporteat.* Similiter Paullus: [d] *Noli altum sapere, sed time.*

V. Cum hæc ita sint, cur legem lege distringis? Cur sub imagine fidei fidem deponis? Cur ipsum fontem divinitatis philosophicis argumentis exhaurire conaris? Si peritiam legis ostendere cupis, lectionum nubila disserena. Doce eam sibi non esse contrariam: doce, omnia quæ canit, esse credenda. Ceterum si ejus partem probes, reprobes partem; quomodo per hanc fidem quæris, quam etiam ipsam infidelitatis ream constituis, cum universa non credis? Sin vero fidem spiritus calles, aliquam demonstra virtutem. Impera montibus, ut transferant se se. In admirationem tui rictu blandiente leonum rabies evanescat. Sub gressibus tuis maris unda pinguescens, marmoreo stupore solidetur. Cetina cymba inter æstuantis pelagi solicitos sinus fidem tuam fideliter portet. Solis cursus ac lunæ ab occidui carceris receptaculo orationis freno refrena. Anhelantis camini ignis exæstuans, victa natura, sentiat per te tecum & ipse refrigerium. Mortuorum in postliminium vitæ animas reductas inspira. Discute labo- A rantibus morbos, cura languores, in tentationibus gaude & in tormentis pro nomine Domini. Si obvenerint dura, fidem tamquam granum sinapis te habere demonstra. Sin vero, quod magis est, sub sono legis ac fidei, sæcularis amore jactantiæ accensus, nascentis Dei de Deo Spiritusque sancti inæstimabilem incomprehensibilemque divinitatis perpetuitatem, jure ipso quo ex se se est, argumentis te cogere, examinare, metiri ac discernere posse præsumis; heic tibi ego respondere non audeo: sit quippe cum tutius imperitum videri, quam esse sacrilegum. Et tamen habeo, qui pro me tibi obsistat: nam lex per quam me forte minus peritum peccare compellis, ipsa te magnopere retundens ac red- B arguens confutabit, Salomone dicente: [e] *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus sis. Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper; & in plurimis operibus illorum non eris curiosus: multos enim seduxit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.* Similiter Paullus curioso rescribit dicens: [f] *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei quam inexquisita sunt judicia illius, & quam investigabiles viæ illius! Quis enim cognovit cogitationem Dei?* Et tu ejus naturam quæris? Sed & alio loco hoc quod agitur, evidenter expressit, cum ad Timotheum loquitur instruendum his verbis: [g] *Hortatus sum, ut denuntiares quibusdam, ne perversa doctrina uterentur, neque attenderent fabulis & genea- C logiis quæ sine fine sunt, quæ magis quæstiones præstant quam veram rationem Dei, quæ est in fide. Definitio autem jussionis est caritas ex corde puro & conscientia bona, ex fide simplici.*


VI. Igitur si Dei servus es, [h] *stultas & ineruditas quæstiones evita, sciens, quia lites generant. Servum autem Dei non oportet litigare*; quia lis & caritatis est hostis, & fidei: quas si quis amiserit, nec divina ille profecto, nec humana cognoscit. Hæc, si religiosus es, serva: si vere timoratus, custodi: de eo quod modum humani sensus excedit, disputare devita. Negat quodammodo Deum, quisquis adserit Deum: defensio enim non nisi imbecil- D li præstatur: nec potest eum revereri, qui ingenii sui putat esse quod ille fuerit æstimatus. Ceterum illa est fidei generositas vera, ut Deo fideliter serviat; in solo ipso fiduciam gerat; a fidelitate & fiducia fidelem se vocari cognoscat; inculpatis moribus vivat; [i] conscientia eum bona, non loquacitate quæ mater profecto peccati est, nosse præsumat; Trinitatisque unam potentiæ plenitudinem quæ una mente, una credulitate concipitur, non violet, sed honoret.

TRACTATUS II.

De Spe, Fide & Caritate.

E I. Tribus in rebus Christiani culminis fundamenta consistunt, id est in spe, in fide & in caritate: quæ ita invicem sibi videntur esse connexa, ut sint alii alia necessaria. Spes enim nisi præcedat, cui laborat fides? fides si non sit, quomodo spes ipsa nascetur? quibus si deneges caritatem, utræque cessabunt: quia neque fides sine caritate, neque spes poterit operari sine fide. Itaque Christianus tribus in rebus, si cupit esse perfectus, debet esse constructus: si quid enim ei ex his defuerit, perfectionem sui operis non habebit. Unde primo omnium spes nobis proponenda est futurorum, sine qua nec

a Marc. VII. 9. b Eccli. XIX. 21. c Eccle. VII. 17. d Rom. XI. 20. e Eccli. III. 22-26. f Rom. XI. 33. 34. g I. Tim. I. 3. 4. h II. Tim. II. 14. i Prov. X, 8.



præsentia quidem ipsa stare posse perspicimus. Adeo tolle spem, torpet humanitas tota. Tolle spem, artes virtutesque universæ cessabunt. Tolle spem, & interemta sunt omnia. Quid facit ad litteratorem puer, si litterarum non sperat fructum? Quid ratem profundo gurgiti nauta committit, si ei numquam lucrum, numquam portus desideratus occurrit? Quid miles, non dicam horridæ hiemis, aut torridæ æstatis injurias, sed se ipsum contemnit, si gloriæ spem futuræ non gerit? Quid agricola semina spargit, si sudoris sui præmium non colligit messem? Quid Christianus credit in Christum, si promissum sibi ab eo perpetuæ felicitatis tempus non credit esse venturum?

II. Sed spes ex fide est, quæ quamvis in futuro sit posita, fidei tamen est jure subjecta: ubi enim fides non est, nec spes est; fides enim spei substantia est, & spes fidei gloria: quoniam præmium quod spes habet, fides meretur: quæ quidem pro spe pugnat, sed sibi vincit. Amplectenda est igitur, fratres, tenaciter nobis, & omni genere custodienda virtutum: in hanc fortiter incumbendum: ipsa est enim vitæ nostræ immobile fundamentum, invictum adversus diaboli impetus propugnaculum pariter ac telum, animæ nostræ impenetrabilis lorica, legis compendiosa ac vera scientia, dæmonum terror, martyrum virtus, Ecclesiæ pulcritudo vel murus, Dei ministra, Christi amica, Spiritus sancti conviva. Huic & præsentia subjacent & futura: ista, quia contemnit: illa, quia sua esse præsumit. Nec spes timet, ne non veniant: quia ea semper secum suis in virtutibus portat. Hoc est, quod Abraham [a] *contra spem in spem credidit Deo, ut fieret pater multarum gentium*. Contra spem autem est, quod impossibile est ac non videtur: sed possibile hac spe fit, cum Dei dicto indubitanter ac fortiter creditur: dicit enim Dominus: [b] *Omnia possibilia credenti*. Unde [c] *Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam*: qui ideo justus, quia fidelis; [d] *justus enim ex fide vivit*: ideo fidelis, quia credidit Deo; qui nisi credidisset, neque justus neque pater gentium esse potuisset. Quapropter manifestum est, spei ac fidei unam inseparabilemque esse naturam: quia in homine ex his quæcumque defecerit, ambæ moriuntur.


III. Fides itaque vel maxime res propria nostra est, Domino ipso dicente: [e] *Fides tua te salvum fecit*. Igitur si nostra est, servemus ut nostram, ut jure speremus aliena: nemo enim censum decoctori committit, nec desertorem præmiis triumphalibus honorabit; maxime cum scriptum sit: [f] *Qui habet, dabitur illi, & abundabit: qui autem non habet, etiam id quod habet, auferetur ab eo*. Per hanc, fratres, a Deo Henoch [g] meruit cum corpore contra legem naturæ transferri. Per hanc evadens Noe [h] non invenit, cum quo diluvium fuisse conferret. Per hanc Abraham [i] ad Dei pervenit amicitiam. Per hanc Isaac [k] præter ceteros enituit. Per hanc Jacob [l] Deo colluctari prævaluit. Per hanc Joseph [m] Ægyptum suæ ditioni subjecit. Hæc Moysi [n] in mari rubro terram vitream fecit. Hæc, ut cursus soliti contemta mensura Jesu Nave [o] desiderio pareretur, soli lunæque suos frenos induxit. Hæc de armato Golia [p] David inermi triumphos attulit. Hæc in Job [q] inter crebra & ingentia mala non desperavit. Hæc in Tobiæ [r] cæcitate medica fuit. Hæc in Daniele [s] ora leonibus alligavit. Hæc in Jona [t] cetum in cymbam convertit. Hæc in Machabaicæ [u] germanitatis exercitu sola vicit. Hæc in tribus pueris [x] ignes amœnos effecit. Hæc [y] mare pedibus ambulari posse in Petro præsumsit. Per hanc Apostoli multos in nitidam cutem lepræ deformis contagiosis scabiosisque crassantium ulcerum spoliavere verticibus. Per hanc, inquam, cæcos videre, surdos audire, mutos loqui, claudos currere, paralyticos reformari, de obsessis dæmones fugere, mortuosque sæpe ipsos a sepulcris cum suis sibi exsequiis reverti jusserunt, ut omnes mirarentur fieri lacrymas gaudii, quæ nunc fuerant orbitatis.

IV. Sed longum est, fratres, ire per singula; maxime quia caritas sua ingerit fortiora: quæ est ita rebus universis prædita, ut sit omnium jure ipso regina. Triumphet licet, quibus vult virtutibus, fides; ac spes multa & magna proponat: tamen sine hac utræque non stabunt; fides primo omnium si se ipsam non amet, spes si non ametur. Adde, quod fides sibi soli prodest; caritas omnibus. Adde, quod fides non gratis pugnat; caritas autem etiam ingratis conferre consuevit. Adde, quod fides non transit in alium; caritas, parum est dicere, transit in alium, quæ transit in populum. Adde, quod fides paucorum est; caritas omnium. Adde, quod spes ac fides tempus [z] habent; caritas autem finem non habet, momentis omnibus crescit, quantoque ab ea diligentibus invicem creditur, tanto invicem plus debetur. Non quemquam pro persona diligit, adulari quia nescit; non pro honore, quia ambitiosa non est; non pro sexu, quoniam illi unus est ambo; non pro tempore, quia varia non est; non æmulatur, quia invidia quid sit, ignorat; non inflatur, quia humilitatem colit; non malum cogitat, quia simplex est; non irascitur, quia etiam injurias libenter amplectitur; non fallit, quia fidem ipsa custodit; non ulla re indiget, quia ei præter quod est, nihil est necessarium. Hæc rura, urbes ac populos, composita pacisque conservat. Hæc circa regum latera securos gladios facit. Hæc bella premit, lites tollit, jura evacuat, fora compescit, odia eradicat, iras extinguit. Hæc mare penetrat, orbem circuit, commercio nationibus necessaria subministrat. Potentiam, fratres, cito ejus edicam. Quidquid locis natura negaverit, caritas reddit. Hæc conjugalis affectus duos homines sacramento venerabili unam cogit in carnem. Hæc humanitati præstat esse, quod nascitur. Hujus est munus, quod cara uxor, quod generosi liberi, quod veri sunt patres. Hujus est munus, quod alii, ut nos, aut plusquam nos, proximi vel amici sunt nobis. Hujus est munus, quod diligimus servos, ut filios; ac nos illi colunt libenter, ut dominos. Hujus est munus, ut, non dicam notos aut amicos, sed sæpe etiam eos quos numquam vidimus, diligamus. Hujus est munus, quod antiquorum aut virtutes ex libris, aut ex virtutibus libros agnoscimus.

V. Sed quid ego diutius demorer in humanis, quasi sola isto affectu sint prædita? Nonne videmus omne animantium genus congregatione, con-

a Rom. IV. 18. b Marc. IX. 22. c Gen. XV. 6. d Rom. IV. 9. Gal. III. 6. Rom. I. 17. e Marc. X. 52. f Matth. XIII. 12. g Heb. XI. 5. h Ibid. ℣. 7. i Ibid. ℣. 11. k Ibid. ℣. 20. l Gen. XXXII. m Gen. XLI. n Exod. XIV. 22. o Jos. X. 13. p I. Reg. XVII. q Job I. 2. r Tob. XI. s Dan. VI. t Jon. II. u II. Mach. VII. x Dan. III. y Matth. XIV. 29. z I Cor. XIII. 8. seqq.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



cordia testari caritatem; atque ita omnes motus quasi uno sensu magistra dilectione converti, ut quivis intelligat, hoc fieri non posse sine naturalis amicitiæ disciplina? Quid autem pro se in necessitatibus gerant, omnibus nota porcorum quotidiana propemodum tam jucundi certaminis exempla declarant: quia aliquis eorum cum forte de numero audacis lupi rabie rotatus, in præsens periculum cœperit infestationibus tyrannicis duci, omnes repente concelerant; laboranti subveniunt; pæne armis ipsis inimici certatim se crebro subjiciunt; ingenti fragore confundunt; exsertisque mucronibus sordidis, velut testudine quadam, resistunt; vincuntque facilius caritate, quod sigillatim nuda vix possunt superare virtute. Elementa quoque ipsa, fratres, satis diversa satisque repugnantia olim deprehendisset interitus, nisi ea invicem mutuis æqualibusque temperantiæ dotata muneribus, perennis connubii fideli propagine benigna caritas illigasset. Nihil est prorsus, quod sine hac gratum, sine hac pacificum, sine hac fidele, sine hac securum, sine hac gloriosum, sine hac Deo junctum, sine hac possit esse perfectum. Denique cum Dominus interrogaretur, quod esset summum legis sacræ præceptum, sic ait dicens: [a] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua & ex tota virtute tua. Et secundum simile huic: Diliges proximum tuum, tamquam te ipsum. In his duobus præceptis pendet omnis lex, & prophetæ*. Unde manifestum est, dilectionem virtutum omnium divinarum esse substantiam naturalemque magistram: quoniam ex lege discitur, sed in mentibus nascitur: lex enim pendet ex caritate, non caritas pendet ex lege, sacra Scriptura dicente: [b] *Justo lex posita non est, sed peccatori*. Peccator autem ille est, qui caritatem non habet Dei: ac per hoc [c] operanti iram recte subjacet legi. Atqui forte aliquis dicat: lex spernenda est, quia justo necessaria non est, peccatori vero molesta est. Absit, fratres: immo potius veneranda est, quia veritatis speculum, quia rigida quædam dilectionis est forma: quidquid enim a justo didicit, id facere injustum quoque compellit: bifarie inclyta, unum glorificando, alium corrigendo.

VI. Constat ergo omne Christianitatis magis in caritate, quam in spe vel fide esse depositum: sicut evidens testatur exemplum: Judas Iscariotes traditor Domini, & spem & fidem perdidit: quia caritas in ipso non mansit: nam & hæreses & schismata sic disseminantur, cum inflata fides ac spes, dilectionis a fundamento velluntur. Quid autem sine caritate sint non tantum istæ, sed & aliæ quoque virtutes, indice Paullo cognoscite: [d] *Et si habuero*, inquit, *omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum distribuero omnia mea; & si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil proficio*. Caritas enim, fratres, omnia diligit, [e] *omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas numquam excidit*. Igitur non immerito Dominus Deus proximi dilectionem commendat: quoniam solam præsumit servare posse, quod præcipit.

VII. Primum est itaque dilectionis officium, Deo refundere, quod nati sumus: solique debere, quod vivimus: nihilque prorsus cordis nostri in A penetralibus retinere, quod alieno jure servemus. At cum ab eodem hujus devotionis invitatione inhabitari, seu nos in ipso habitare cœperimus, sicut Joannes dicit: [f] *Deus caritas est qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in illo manet;* tunc demum, fratres, caritatem per semet ipsum ei condigne reddemus, quia facta commutatione, quod ejus est, fit pro partibus nostris. Sequens est, ut etiam proximos eo affectu quo nos ipsos diligimus, diligamus: maxime cum cognationis ipsa hoc exigant jura: clamat enim propheta: [g] *Deus unus creavit vos. Nonne pater unus est omnium vestrum?* Quisquis igitur nobilitatis suæ conscientiam retinet, diligit fratrem: nec aliB quid audire exspectat ex lege, ne admonitione, pietati aliquid derogetur: tantumque se in ipso amat, ut oderit se sine ipso. Accedit ad cumulum, quod ideo Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam fecit, ut contemplatione imaginis pateremur reverentiam veritatis; in eaque res conditione dimissa est, ut si quid mali vel boni cuiquam fecerimus, Deo fecisse videamur; propter quod non immerito Joannes peculiaris arcanorum Domini consultor constanter edicit: [h] *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est: qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, non potest diligere*. Decertemus igitur, fratres, C inter nos mutui amoris æmulatione gloriosa; imaginemque Dei dignissime venerando, declaremus quid ipsi veritati debeamus, scientes, quoniam si quis imaginem læserit, in exitium suæ animæ incitat veritatem. Nec est dicto longe probatio. Si inclyti cujusquam regis (hominis tamen) vultus, quivis ulla violaverit ratione; nonne continuo velut sacrilegii commissi capitales pœnas luit? quanto magis in Dei caussa fortius præcavendum est, quem solum veretur, quidquid in virtutibus naturæ a regibus ipsis quoque metuitur?

VIII. Sed necessario unicuique sinceri amoris est noscenda proprietas, ne sub sono nominis commitD tatur regula veritatis: est enim & alius amor sane saluti nostræ contrarius; cui recte hominis forma tribuitur, quia temporalis ac fragilis esse cognoscitur. Ideo lineamento puerili depingitur, quia ejus lasciva lubricitas nec annis senilibus temperatur. Ideo nudus, quia voluntas ejus est turpitudo. Ideo pennatus, quia in quæcumque conceperit, velociter ruit. Ideo telis facibusque constructus, quia illicitis ardoribus semper junctus est gladius. Ideo autem cæcus, quia cum exarserit, non ætatem considerat, non formam, non sexum, non gradum, non sacrosanctum illum saltem sanæ pietatis affectum. Hic facibus suis Evæ pectus incendit. Hic Adam suis telis occidit. Hic Susannam conatus est E duorum seniorum aut prodigiosis ignibus subjicere, aut parricidali gladio jugulare. Hic Joseph mulieri flagitat esse violentum; quem etiam, dum denudat, esse non invenit impudicum. Hic synagogam expugnavit, cum sua illi arma concedit. Hic ubique turbulentus, ubique fertur insanus. Promittit, fallit, dat, tollit: nunc tristis, nunc hilaris, nunc humilis, nunc elatus, nunc ebrius, nunc jejunus, nunc accusator, nunc reus. Jocatur, ludit, pallet, tabet, suspirat, celat, obsequitur: aut tentat, aut decipit, pejusque blanditur, quam furit. Occasionem ullam prorsus nocendi non præterit. Vultis scire, quod malum sit? in ipso fructu

a Matth. xxii. 37. 39. 40. *b* I. Tim. I. 9. *c* Rom. iv. 15. *d* I. Cor. xiii. 2. 3. *e* Ibid. ṽṽ. 7. 8.
f I. Joan. iv. 16. *g* Mal. II. 10. *h* I. Joan. iv. 20.

suo etiam ipse se odit. Venenis ejus quotidie totus exæstuat mundus: pestiferisque voluptatibus ita corrupta sunt omnia, ut quidquid in eo geritur, non debere diligi a nobis sacris vocibus dum jubetur, recte sapientibus exsecrabilis esse videatur, Joanne dicente: [a] *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo: quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia est carnis & concupiscentia oculorum & ambitio sæculi: quæ non est a patre, sed ex concupiscentia mundi*: per hanc enim diabolus cum diverse hominum mentes capit ac decipit, sic cupido vocitari a luxuriosis suis sibi cultoribus cœpit.

IX. Nunc ergo videamus, unde vera caritas veniat, ubi nam consistat, cui vel maxime debeatur. Utique illi, qui hominem fecit; qui ei munus perpetuæ caritatis similitudinem suam tradidit; qui orbem terræ donavit; qui omnia elementa mundi cum animantibus suis ejus potestati subjecit; qui ei annos, tempora, menses, noctes, dies, clarissimosque duos regalium orbium currus munerifero semper vicissitudinis delectamento servire præcepit; qui eum supradicti amoris male dulcibus venenis occisum, infernæque sedi submersum, majestatis suæ sacramento vivificatum, insuper regni cælestis participatione ditavit. O caritas, quam pia & quam opulenta! o quam potens! nihil habet, qui te non habet. Tu Deum in hominem demutare valuisti. Tu eum [b] breviatum paullisper ab majestatis suæ immensitate peregrinari fecisti. Tu virginali carceri novem mensibus religasti. Tu Evam in Maria redintegrasti. Tu Adam in Christo renovasti. Tu sacram crucem in salutem perdito jam mundo providisti. Tu mortem Deum mori docendo vacuasti. Tuum est, quod cum occiditur ab hominibus Deus omnipotentis Dei filius, nullus irascitur de duobus. Tu populi cælestis animam tenes, cum ornas pacem, fidem custodis, amplecteris innocentiam, veritatem colis, patientiam diligis, spem repræsentas. Tu diversos homines moribus, ætatibus, ditione, ex una natura unum spiritum, unum efficis corpus. Tu martyres gloriosos a confessione Christiani nominis nullis tormentis, nulla novitate mortis, nullis præmiis, nullis amicitiis, nullis affectibus, omni sane tortore pietatis mordacitate pejoribus, separari permittis. Tu, ut nudum vestias, nuda esse contenta es. Tibi fames saginatio est. Si panem tuum inops esuriens manducaverit, tuus census est, totum in misericordiam habere, quod habes. Tu sola rogari non nosti. Tu oppressos vel cum dispendio tui incunctanter eripis in qualibet angustia constitutos. Tu cæcorum oculus. Tu pes claudorum. Tu scutum fidelissimum viduarum. Tu melior pupillorum, plus quam uterque, parens. Tibi oculos numquam siccos esse aut misericordia permittit, aut gaudium. Tu tuos ita diligis inimicos; ut inter eos carosque tibi quid distet, nemo discernat. Tu, inquam, cælestia humanis, humana cælestibus jungis arcana. Tu divina custodis. Tu in Patre imperas. Tu tibi in Filio obtemperas. Tu in Spiritu sancto exsultas. Tu cum in tribus una sis, nullo pacto divideris; nulla humanæ curiositatis calumnia commoveris. A Paterno fonte in Filio tota refunderis; & tamen tota ubi refunderis, nec recedis. Recte Deus diceris: quia Trinitatis potentiam sola convertis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

TRACTATUS III.

De Justitia.

I. FOrtassis de circumstantibus doctis quispiam in cachinnos erumpat, quod homo imperitissimus & elinguis, aliquid audeam de justitia disputare, de cujus proprietate excellentes ingenio & doctrina viri nihil certi libris ingentibus prodiderunt. Sed ego non curem, de me quemadmodum quis jocetur: non enim in Ecclesia Dei fucatus quæritur sermo, & non veritas pura; a qua longe omnes illi non immerito aberraverunt, qui justitiam Dei manere in eloquentiæ viribus æstimabant. Denique cum eam comprehendere non possent (neque enim poterant sine magisterio divinæ sapientiæ, cujus notitiam non habebant) duas asseruere justitias, unam civilem, alteram naturalem: quarum fecit apertissime, cum ad Romanos loqueretur Apostolus, mentionem dicens: [c] *Nam justitiam Dei ignorantes, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non obedierunt*. Sed cum de futuro nihil opinantes, præsentis tantum vitæ commoda inspiciunt, falsamque adversus veram pro vera defendunt; sic utramque mediis e manibus, oculis patentibus, perdiderunt: Dei, cum stultam putant, quod elaboret dispendio suæ, non dicam facultatis, sed etiam, si opus sit, & salutis, alii magis prodesse, quam sibi: suam, quia quamvis sit sapientiæ nomine falso vestita, tamen suis commodis consulendo, quod sine alienis incommodis omnino non potest procurari, a quovis vere stultissimo negari non possit injusta.

II. Ceterum si scire potuissent veram justitiam cujus est immortalitas merces, propterea simulatæ stultitiæ velamine adopertam, ut res magna magnis virtutibus magnisque laboribus quæreretur; incunctanter optarent stulti judicare se justi, quam sapientes injusti: maxime cum jam sit eorum fraus omnis in medio; non enim rem valuerunt transferre, sed nomina, justitiam stultitiæ, injustitiam sapientiæ vocabulis infamantes: quæ si ad sua corrigas propriisque sedibus reddas, invenies injustitiæ magis stultitiam, justitiæ sapientiam convenire; quod etiam sacræ legis testimoniis probare non desinam, cujus ista sunt verba: [d] *Nam quia sapientiam Dei non cognovit sæculum per sapientiam, Deus optimum existimavit per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*. Et iterum manifestius: [e] *Si quis inter vos videtur sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit prudens: nam hujus mundi sapientia, stultitia est apud Deum*. Ob quam caussam idem Deus per prophetam hactenus protestatur: [f] *Non glorietur sapiens in sua sapientia, neque glorietur fortis in fortitudine sua, neque dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & scire, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & judicium & justitiam super terram*. O quam paucissimis verbis omne hoc mundi, enixe quod geritur negotium, peroravit: his enim tribus rebus quæ fundamenta sunt omnium vitiorum, violentis quasi quibusdam tempestatibus naufragatum momentis universis in interitionem cogitur omne genus humanum. Namque sapientia densis exæstuans argumentis, suasorio ac delectabili luculentæ orationis comta mendacio, armata vocis tuba & gladio linguæ,

a I. Joan. II. 15. 16. *b* Rom. IX. 28. *c* Rom. X. 3. *d* I. Cor. I. 21. *e* I. Cor. III. 18. 19. *f* Jerem. IX. 23. 24.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

omnes actus ad se trahit, congregat turbas, concionatur; lites sic discernit, ut seminet; pravos ac lubricos colligit mores; legibus suis suas leges impugnat: jus jure distringit. Quis non videat numquam recti aliquid illam facere vel fecisse, quod fecerit? Vultis scire, quam justa sit? miseram se putat, nisi everterit veritatem. Ceterum fortitudo quæ hominibus est cum feritate communis, omne jus in viribus habet; quod facere prævaluerit, æstimat rectum: ideoque sine ulla reverentia divinæ atque humanæ religionis delet abrupte igni ferroque cum sua sibi tota substantia incolas, civitates & rura, nihil omnino metuens amicæ mortis fiducia: denique quod sapientia legibus per industriam colligit, uno impetu aliquotiens clusis oculis illa B dispergit. Tertio dives est avaritia, utræque cujus exaggerare opulentiam velocitate mira contendunt; cui totus militat mundus; ætas cui universa deservit. Proh nefas! quæ istæ sunt tenebræ? inest omnibus, & ab omnibus, quasi non sit, arguitur. Accusatur, & tamen colitur: jugulat, & amatur. Invincibile profecto calamitatis est genus, cui, subjugata sapientia, serviet virtus.

III. Videtis ne jam manifeste sapientiam hujus mundi non esse justitiam? & quidem nec veram sapientiam: quia fieri non potest, ut verus sapiens non sit & justus: justus adæque verus non sit & sapiens: quia justus esse non potest stultus, neque C sapiens injustus, ipsa ratione docente: qui enim stultus est, quid sit bonum ac malum, nescit; nec potest scire, quid reprobet, quid teneat; & ideo semper peccat, quod est justitiæ contrarium: justus autem ab omni peccato se abstinet: quod propterea facit, quia pravi bonique notitiam gerit; quod est utique sapientis. Unde fit, ut numquam justus possit esse, qui stultus est: neque sapiens, qui fuerit injustus. Ceterum sive justo, sive sapienti si alterum defuerit ex duobus, quod illi putaverunt; nec sapiens profecto erit ille, nec justus.

IV. Satis, ut opinor, præstigiæ mundanæ patuerunt: in quibus cum peritius agant universi homines, quam dici potest, superfluum est demorari. Unde nunc ad veram justitiam veniamus, omnium fontem matremque virtutum: quæ præter ceteras tota se ad alienas utilitates colligit atque explicat, sciens, quid Deo principaliter debeatur, nihil sibi ipsa concilians, nihil proprium derelinquens, nisi quod fideliter sine ulla jactantia ejus fungitur voluntate. Est autem in publicum tota prominens atque diffusa: sic tamen, ut sentiri se magis cupiat, quam videri: plane cauta, ne quam declinet in partem, ne in aliquo se ipsa reprehendat, ne opere cœpto umquam deficiat. Hæc captivorum juga redemtionibus frangit: incarceratis medendo plus carcerem novit blanda pervigil cura: ægritudinem cum ægro partitur: abjecta cadavera intecta inhumataque esse non patitur: in pauperes miserosque, sua necessitate neglecta, pietatis largiter & furtim semina spargit: nec rogari se permittit, nec vicaria laudis remunerari mercede: hoc damnum grave: hoc æstimat crimen: nam nihil relinquendo sibi, beata cupiditate antecedit avaritiam: homines enim illa possidet; ista Deum. Adhuc accipite, ad propriam sedem palmamque propositam quanto amore, qua devotione festinet. Si quis eam provocat in judicium, ut ejus auferat tunicam, libens illi pallium quoque concedit; maledicitur, & benedicit: cæditur, & gratias agit: jugulatur, & A non repugnat: pro percussoribus suis Deum insuper exorat. Una illi sola principalis solicitudo ac maxima est cautio, ne quid mundo debeat, ne quid horum digne patiatur. Hanc, qui divinas litteras aut non legerunt, aut lectas irritas putaverunt, beneficio abjecti impolitique sermonis, tamen dicentis: [a] *Nisi credideritis, neque intelligetis*, stultam putant, irridentque quasi vanam; quod cum possit bonis frui mundi, ac negligat, sponte se faciat infelicem; non credentes, quia Dei præcepta custodiens, hujusmodi officiis sæculares obterens voluptates, cum fuerit victor carnisque nexibus liber, repromissæ immortalitatis inæstimabili beatitudine perfruetur.

V. Sed quid ad nos, quid illi dicant? insignis vir sicut ait noster: [b] *Novit Deus cogitationes sapientium, quia sunt stultæ*. Nostram nobis stultitiam derelinquant; habeant secum sapientiam suam: cujus quidem sectatores pæne omnes conspicor Christianos, qui perfectam putant esse justitiam, propria tueri, aliena non quærere, sapientiæ veræ negligentes imperium, quod verbis hujusmodi continetur: [c] *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia tua, & da pauperibus: & tolle crucem tuam, & veni, sequere me*. De hoc nescio, quid possit quispiam promovere; unum tamen scio, quia nullus est nostrum, qui non momentis omnibus elaboret, ut plus habeat, quam habebat; quod cum nititur, avaritiæ utique partes agit, quæ est inimica justitiæ. Adeo inde est, quod frumento paucorum horrea plena sunt, inanis plurimorum venter. Inde populis deteriora mensuris pretia, quam inopia. Inde fraus, perjurium, rapinæ, lites ac bella: quotidie mugitibus alienis quæritur lucrum; & proscriptio industria vocitatur: & appetitio rei alienæ sub prætextu propriæ defensionis ac diligentiæ callidissimis argumentis urgetur, ut quis indefensus aut innocens, quod habet, legibus perdat; quod est omni violentia deterius: quia illud quod vi eripitur, non numquam repeti potest: quod legum circumscriptionibus, non potest. Glorietur, qui vo- D let, ista justitia; verumtamen sciat, quia misero est miserior, qui miseriis ditatur alienis. Quisquam ne justum putet, qui utilitatem rei familiaris pietati præponit? qui, hominibus fame laborantibus ac nuditate, pascit tineas, curculiones ac vermes? qui quod habet, infelici tenacitate non aliis tantum, sed etiam sibi ipsi subducit?

VI. Sed, inquies, justum est, ut mea servem, aliena non quæram. Hoc etiam gentes dicere consueverunt. Ceterum apud Deum quam sit injustum, mox videbimus. Nunc primo omnium, optime Christiane, scire cupio, quæ sint tua, cum sint timentibus Deum universa communia? sicut scriptum E est: [d] *Turba autem eorum qui crediderant, animo ac mente una agebant*: nec fuit inter illos discrimen ullum, *nec quidquam suum ex bonis putabant, quæ eis erant: sed erant illis omnia communia*, sicut dies, sol, nox, pluvia, nascendi atque moriendi conditio: quæ humano generi, sine personarum aliqua exceptione, æquabiliter justitia est divina largita. Cum hæc ita sint, procul dubio non est a tyranno dissimilis, qui solus habet quod potest prodesse commodis plurimorum. Quid? quod paupere quotidie moriente oppressione, fame, frigore, injuria, amicum tibi excolis aurum: custodis argentum: vestem pretiosam ornamentaque superba & supervacanea pro sacrosancto habes, sicut

a Isa. VII. 9. *b* Psal. XCIII. 11. *c* Matth. XIX. 21. *d* Act. IV. 32.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

idolum: te per momenta componis, dives in publico, ditior in secreto: nec intelligis, quia homini inopia morienti, tantis opibus qui cum possit subvenire, non subvenit, ipse eum videtur occidere? O quantarum neces animarum in phaleris pendent ornatæ matronæ: ornamentum cujus unum si solvas in pretium, distribuasque necessitatibus singulorum, ex eorum respiratione cognosces, quantorum malo ille constat ornatus.

VII. Filios, inquit, habeo, quos nudare non debeo. Ista est infidelitatis excusatio, quam Spiritus sanctus per prophetam retundit hactenus dicens: [a] *Adolescentior fui, & senui: & numquam vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* Et iterum: [b] *Divites eguerunt & esurierunt; requirentes autem Dominum non minuentur omnibus bonis*: quod probare exemplo perfacile est. Meminimus in Regnorum proditum libris [c], famis tempore quo totus passim populus moriebatur, Eliæ alimenta poscenti memorabilem viduam ultimam victus sui filiorumque substantiam non partitam, sed totam dedisse, maluisseque se cum liberis suis emori, quam justitiam præterire: pro quo tam illustri facinore cibos a Deo immortales accepit, quos edacitas delibare nequiret: sua enim deminutione crescebant. Integer horum denique vasis semper in plenis manebat status, quantumque eis impensæ diuturnæ necessitas demserat, tantum rediviva fecunditas reponebat. Quapropter si pater bonus, si providus, si utilis esse desideras, sicut ille Abraham, Deum plus debes amare, quam filios, ut habere merearis integros, incolumes ac beatos. Stulta autem res est, illis te velle vitæ substantiam providere, quibus nec nativitatem dederis, nec animas inspiraveris, nec salutem præstare possis. Unde vel sero sacrilegam vocem comprime, humanæ fragilitatis memor, qui in hoc ipso quod loquimur, quid possit contingere ignoras: excusationisque vanæ depone fallaciam. Ingratis avaritiam peccato condis: solius Dei potestas est futurorum commodis providere.

TRACTATUS IV.

De Pudicitia.

I. PUdicitiam qui colit, quantæ nobilitatis sit, facillime agnoscit: est etenim tantæ virtutis, ut sit honorabilis etiam hostibus suis. Hæc totius humani generis fundamenta confirmat: hæc nominum proprietates universis affectibus præstat: hæc parentum, conjugum, liberorumque sacra jura custodit: hæc in utroque sexu conspicua, in omni ætate miranda, in quavis conditione non dubia, soli sibi devota, semper bene conscia, prorsus nulli rei subjecta, unum tantummodo metuens, ne sit amplius quæ vocatur. Denique in solitudine, quæ a metuentibus vocatur occasio, se tamquam arbitrum timet: omnemque secretum plus, quam publicum reveretur. Pestiferas odit blanditias carnis inimicæ: & quidquid ingesserit mundus voluptatis aut muneris, totum respuit, præsumens totum se habere, si pura sit. Neminem fœde desiderat: nec ulli similiter se desiderabilem præstat. In suo statu omni loco, omni tempore manet, plus honestati consulens, quam utilitati. Vultis scire, quantæ felicitatis sit? Si te amet, qui habet, diligit: & qui non habet, diligit. Si ergo exsultat gloria ejus

A sæpe in Gentibus (quamvis illic fructuosa, vel vera esse non possit, quia sub impudico prædone versatur) quanto magis debet esse gloriosior in populo Christiano, qui ejus sanctificatori inviolabili deservit Deo? Nam si ecclesia ideo Christi sponsa est, quia pudica; ideo jugo thalami cælestis honorata, quia etiam post nuptias manet postmodum virgo perpetua: nos, qui nascimur de tanto conjugio, omnifarie conniti debemus, quemadmodum prosapiæ nostræ nobilitatem non relatione tantum, sed etiam fide similitudinis adprobemus. Unde tamen præ me fero, fratres dilectissimi, quod ista, & non ambigua in vobis renitet adsertio: Deum enim patrem vos & habere & possidere monstratis, cum

B pudicitiam in qua Deus habitat, non dicam, diligitis, sed luculentis moribus adornatis. Magna igitur gloria est ornare, per quod orneris: servare, per quod & ipse serveris. Postremo æquiparatur laus vestra laudi pudicitiæ: illa enim vobis exhibet sanctitatem, vos ei amorem. Per hanc attingitis Christum: immo illa per vos vobiscum complectitur Christum. Per hanc a Deo patre, quod petitis, impetratis: immo illa per vos impetrat, pro qua solicite laboratis, ne, dum aliquid postulat, erubescat. Beata, cum adludit in pueris: beatior, cum adolescentibus lapsus feliciter timet: beatissima, cum in juvenibus carnalia extinguere laborat incendia. Sane in senibus ut est honoran-

C da, ita miranda non est: quia licet sit victrix, tamen triumphi sui palmam senectutis cum rigore partitur: cessat enim concupiscentiæ pugna, ubi subcrebrescentibus morbis ipsa necessitate etiam impudicorum pudica sunt membra.


II. Age nunc ejus æmulæ rabiem breviter, etiam ex comparatione nominum publicemus, ut quid adpetendum, quidve fugiendum sit, facillime possit agnosci. Sub velamine Christi nominis, fratres, se adserere conatur Antichristus similiter pudicum, uti fallat: pudicitiæ nominis sonum post se trahit; sed quos fructus habeat, ejus auctor ostendit. Discurrit quippe vesana per populos: hominumque lubri-

D cas mentes libidinum flagrantibus stimulis præcipitat in furorem, non sexui parcens, non ætati, non pietati, non sibi; quia pudorem alienum qui adpetit, primo suum perdit. Pure non nox illi diesque succedit: semper enim cænosi gurgitis sui procella submergitur, dum semper exæstuans libidinis turpitudo aut veritate aut imagine perpetratur. Præmia aut tradit aut accipit, corrumpit aut corrumpitur; injicit amorem, paullo post odium de amore factura. Seminat inlicitos heredes, crimenque noscens nominibus pietatis excusat. Proprios aut necat, aut denudat affectu. Nihil prorsus existimat turpe nec pati nec facere, dummodo in effectu conata succedant. Verumtamen in ipso fructu

E suo quo expugnati pudoris alieni labe gaudere consuevit, semper infelix est. Denique post negotium perpetratum, odit & se ipsam cum illo quem vicerit. Hæc sæpe indixit quietis gentibus bellum; hæc aliquotiens robusta regna subvertit; hæc aut sub turpibus, aut sub crudelibus factis subjugatos thalamos triumphavit alienos; hæc viros ardore vesano femineo stipendio ipsis feminis sic incognito inopinate dispungens, suam docuit expugnare naturam; hæc libidinis mercedem vel maxime parentum, filiorum, maritorum, uxorumque in mortibus posuit; hæc nomina pietatis nonnumquam concubitu prodigioso delevit, pudicos quidem perfe-

a Psal. xxxvi. 25. b Psal. xxxiii. 11. c III. Reg. xvii.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



quens, sed impudicos tantum congruenter occidens; hæc, inquam, per momenta & parit omne quod malum est, & peperit omne quod pejus: nam in idolis dea est, in cultoribus vero eorum ministra. Venerandam se procurat in templis, hilarem in theatris, importunam in publicis, opportunam in quibuscumque secretis. Lasciva, non linguis, non oculis, non auribus parcens, jocatur, sperat, ambit, obsequitur, zelatur, insanit; armatur precibus, armatur & ira; similiter nonnumquam vi extorquens, quod blandimentis impetrare non potuit. Libidinum commutatione varia gaudet semper, & pœnitet, ad satietatem numquam lubrica utilitate perveniens. Desiderat facere, quod timeat publicari: totum prorsus tentat, ut sibi vendicet totum. Novum prodigii genus est: odit pudicitiam; & tamen hoc cupit videri, quod illa est.

III. Interea miris excolit artibus se se, faciemque suam in se quam non habet, quærit. Pingit se in se ipsam, & lenocinante vario magistri medicaminis fuco, vultum suum vultibus vestit alienis; hoc futura, non quod natura præstitit, sed quod ei ad examen speculi arbitrium temporale dictaverit: nunc emendat, nunc delet, quas amaverat species; nunc subjicit alias, nunc parturit novas. Manibus suis facta hydra formarum procax semper incedit, quia erubescere alienis sub coloribus nescit, non domesticis, non affinibus, non maritis nota, non sibi: quia non potest esse notum nec verum, quod est semper incertum. Præterea numquam diligit Deum, quem scit operibus suis esse contrarium. Diaboli est sane mancipium, ejus enim possidet regnum; nam deos ipsa genuit, ipsa intulit mundo, per quos aut in quibus diabolus colitur, quorum in actibus origo monstratur. Ipsa Jovem innumerabilibus, variis magnisque criminibus maximum fecit. Ipsa Herculem, noverca deterior, in Omphalis libidine turpiter vicit, quem terribilis turba monstrorum superare non potuit. Ipsa Venerem membris omnibus denudatam, convexis manibus se tegere conantem, immo animi sui vitium & corporis demonstrantem, post multa adulteria spectaculo totius mundi quoque prostituit. Non opus est ire per singula, quamvis & hæc non fuerint dictu digna; tamen ad exprimendam vim impudicitiæ visa sunt necessaria, ut sciat unusquisque ad idololatriam pertinere luxuriam. Ipsa, inquam, mortuorum sepulcra convertit in templa, tumulos in altaria, cadavera in simulacra, parentalia in sacrificia, mores in sacra. Sic sic genus humanum a Dei cultura rapuit, dum blanda festivitate facinorosa facinorosorum & colenda crimina & imitanda persuadet.

IV. Adeo viris contra Dei legem Deique justitiam, evagandi extra legitimum thorum peregrinæ luxuriæ inspirat infeliciter quasi liberam facultatem, ac sic eorum quoque feminas a pudore divellit, quæ desertæ, ardore seu dolore compulsæ, si talia gerunt, putant se aut imitari aut vindicari. Propter quod in præceptis Dominus ait: [a] *Qui dimiserit uxorem suam, excepta caussa adulterii, facit eam mœchari*. Quid heic respondere possint lubrici mariti, non video; qui humanarum legum iniqua impunitate decepti, justitiam veram nec ex sua ipsa voluntate noscentes, quod pati nolunt, libenter efficiunt: qui profanæ libidinis detestabili furto distracti, turpibus jam non contenti latibulis, aliquo-

A tiens (proh nefas!) sub ipsis obtutibus matronarum vesana congressione desudant, non advertentes miseri, quoniam in tali negotio, judice Deo, quod non licet uxoribus, non licet nec maritis; sicut præscribens talibus Paullus Apostolus dicit: [b] *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed uxor*. Sic igitur, quoniam una sunt caro, unum divini operis sacramentum, quoniam femina de viro suo facta est, alterque alteri tenetur obnoxius, ac per hoc jure legis quoque linea una tanguntur; dubium non est horrendi supplicii perennibus absumtum iri tormentis, eum qui prævaricatus fuerit e duobus. Sed nec illis impune succedit, qui sine B uxoribus, amore peccandi liberius, incertas atque inhonestas sibimet redimunt libidinum merces, non advertentes esse infelix & impudicum, quidquid legitimum fuerit extra conjugium. Christiano enim, fratres, ultra licere non puto, quam ut sit aut continens, aut maritus.

V. Venio nunc ad exempla, quæ sunt negotio vel maxime necessaria; quia plus est quod geritur, quam quod dicitur, ut & impudicitiæ malum & bonum pudicitiæ uno eodemque suggestu facillime possit agnosci. Joseph Hebræus [c] adolescens, clarus genere, clarior pulcritudine, morum quoque clarissimus probitate, fuit inter filios Jacob ætate mi-C nor, sed spiritu major. Hic invidæ germanitatis impulsu in Ægyptum est delatus atque distractus a fratribus, quem domini sui uxor pejus amare cœperat, quam oderant fratres: nam cum medullitus mulier ardoris insani conflagraret incendio, in suadelam sacrilegam argumentis vehementer armata captat solitudinem, secretum captat & locum, in quali etiam non irritata adolescentia invitis feminis sæpe violenta esse consuevit. At ubi in destinata prorumpens, neque blandimenta neque promissa sibimet prodesse cognoscit; conserta manu, inversa vice, adorta est in suum fomitem adolescentis ignem totis viribus derivare. At ille in repugnatione vestem sibi violenter extortam relinquens, ex impu-D dicitiæ fovea nudus aufugit: sed pudicitiæ splendore vestitus post calumniosam damnationem & liberatus a Deo est & honoratus [d]. Denique rex jure secundus factus est regni, qui insignis rex erat jam ante pudoris.

VI. Susannam quoque [e] columen matronatus inaffectatæ formæ pulcrius suæ pulcritudinis ornamentum, insigne pudicitiæ testimonium, e senioribus duo, sed uno incensi prodigio, secus quam decuerat, deperire cœperant: quam cum adverterent muro castitatis, quæ certe vera est & æterna formositas, in paradisi solitudine circumseptam, ubi Evam ab auctore operis sui meminerant esse dece-E ptam; hac re ipsa nato consilio, capere dolo aggrediuntur, ac nisi culpa succumbat, veluti adulteræ deprehensæ magnum minitantur exitium. At illa non Eva ancipitis quidem metus contemplatione præclusa, cujus aut pudor esset jugulandus aut anima, conscientiæ suæ conscium solum contestans Deum, honestam potius elegit mortem quam vitam turpem, melius credens hominibus se ream præbere quam Deo. Interea instant illi ex amatoribus accusatores effecti, crimenque suum in simplicitatem circumventæ transfusum artificiose dum exaggerant, exinde jam priores se ipsi condamnant. Verum (proh nefas!) creditur ætati, creditur auctoritati: exsultant adulteri: damnatur integritas,

a Matth. V. 32. b I. Cor. VII. 4. c Gen. XXXIX. d Gen. XLI. e Dan. XIII.



Jam jamque Susanna ad supplicium immerens trahebatur: jam totus populus in ejus sanguine tumescebat: jam sui quoque familiares novæ rei atrocitate perculsi, miserabiliter ingemiscentes, [1] dimissis capitibus omne studium defensionis abjecerant. Jam etiam ipsa pudoris compendio mortis oderat moras, omnibus displicens, sed soli suæ conscientiæ placens. Cum subito, quavis versutia qui fallitur numquam, confestim adest in Daniele puero Deus. Omnem repente malitiæ scenam diripuit: profectitium crimen propere recluditur: scelus suos reddit in auctores: purgaturque per innocentiam pudor. Sicque Susannam, quam impudicitia mentiente in publicum traxerant, probatam & vindicatam ad mariti thalamum cum ingenti triumpho victrix pudicitia reportavit.

VII. Sed o quantum es miranda pudicitia, quæ aliter laudari te non vis, quam ut custodiaris, solo bonæ conscientiæ ornamento contenta? Tu in virginibus felix, in viduis fortis, in conjugiis fidelis, in sacerdotibus pura, in martyribus gloriosa, in Angelis clara, in omnibus vero regina. Tu numquam carni, numquam ulli subjaces legi. De voluntate nasceris, sed bono puritatis voluntatem ipsam paris; quia voluntas fit voluptas postmodum tua; cum per eam quotidie tricenos, sexagenos centenosque colligis fructus. Tu in pauperibus dives, in divitibus ditior, æqualis in omnibus consummaris. Tu es honor corporum. Tu thesaurus animarum. Tu fundamentum, culmen ac fructus omnium coæquarum. Tu tui propositi insolubilis nodus æternus. Per te legitima jejunia celebrantur. Per te allegatæ, priusquam fundantur, acceptantur preces. Tu es sacrificium Deo carum: tu legitimum Dei templum: sacrarium pudoris. In te corruptio intrare non novit. Per te sæculum vincitur, concupiscentia omnis eliditur, diabolus subjugatur, Antichristus non timetur, Spiritus sanctus inducitur, glorificatur Christus, Deus pater omnipotens propitiatur. Postremo ille felix in futurum regnabit, qui tecum illo pervenerit.

TRACTATUS V.

De Continentia.

I. Si cui forte asperum videtur ac durum, quod fiducialiter loquimur, fratres, rem pæne contra naturam; jam jamque desinat permoveri, intelligens Christianæ virtutis hanc esse maximam gloriam, ipsam calcare naturam. Sed quia virtus voluptates semper offuscat, nihilque unicuique, nisi quod amaverit, rectum est, maxime quod uno desiderio omnes excolunt populi; dubium non est, quia aut hostis publicus, aut certe judicatur insanus, quisquis nuptias dissuaserit. At ego non pertimescam, sermonis publici quæ de me fabuletur invidia: non enim nuptias condemno, sed nuptiis meliora præpono: & quidem etiam Apostolo hortante sic Paullo: [a] *Dico autem innuptis & viduis: bonum est illis, si sic perseveraverint, sicut ego. Si autem non fuerint continentes, nubant: melius est enim nubere, quam uri.* Alio autem loco ait: [b] *Hoc dico secundum veniam, non secundum jussum: volo autem omnes vos esse, sicut & me:* ac per hoc ideo nubere melius, quia uri deterius. [c] *Omnia quidem licent, sed non omnia expediunt.* Jam heic, Christiane, cognosce: elige, quid velis; remedium, an sanitatem.

II. Denique si videtur, conferamus, quæ sit inter virginem nuptamque discretio. Nupta cogitat, quemadmodum placeat marito: virgo, quemadmodum Deo. Hæc extrariis ornamentis ornatur: longe illa ornatior, aliunde quia nescit ornari. Hæc variis unguentis & odoribus fragrat: illa unici floris sui quovis prato jocundior in cælum ipsum honore læto respirat. Hæc liberis gaudet: at illa liberorum non timet orbitatem. Hæc eorumdem blanditiis vernantibus pascitur, & incrementis adolescentibus quotidie delectatur: at illa ægra fastidio novem mensium non bajulat pondus: sub incerto partu, parientis nascentisque de salute non gemit, nulliusque momentis omnibus variæ solicitudinis cura torquetur.

III. Sed dicet aliquis: etiam Maria virgo & nupsit & peperit. Sit aliqua talis, & cedo. Ceterum illa fuit virgo post connubium, virgo post conceptum, virgo post filium. Denique si esset aliquid virginitate melius, Dei filius hoc magis potuerat suæ matri præstare, cui præstiterit, ut divinæ virginitatis honore polleret. Itaque in statu quo nata es, permanens virgo gloriare, sanctique pudoris florem nulli legi subjecta fidei thesaurum custodi: esto sancta & corpore & spiritu: amore Christi ignem carnis extingue: ut de resurrectionis gloria quam heic jam tibi vendicas, taceam, in qua ut Dominus ait: [d] *Neque nubunt, neque nubentur, sed sicut Angeli erunt.* Magnum consequere beneficium, si Deo vivas puris moribus libera, & hominis non sis ancilla.


IV. At tu vidua secundas cur desideras nuptias, cum temperare videas Apostolum primas? cujus ista sunt verba: [e] *Tempus coarctatum est: superest, ut qui habent uxores, sic sint quasi non habentes: præterit enim figura hujus mundi.* At cum ante annos ferme quadringentos vel eo amplius, apostolicum hoc operetur edictum, quo & vivaciores fuere homines, & rarissimi Christiani, cur ego Christiano orbe ipso pæne jam toto, hominumque vivacitate mundo senescente detrita, obtundam verbis palpantibus aciem veritatis, ac non plene denuntiem, observantiæ qua perfectione Dei cultus debeat custodiri? apud Salomonem maxime cum scriptum sit: [f] *Et si multiplicentur filii, non oblecteris in illis: si non est timor Domini cum illis, non confideas animæ illorum: melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii.* Cum hæc ita sint, age vidua, quæ sicut innocens virgo nubere sæpe festinas, interroganti responde, bonum ne amiseris maritum, an malum? Si malum, & desideras nubere; digna es, quam pejor affligat. Si bonum; fidei serva signaculum: pati non meretur injuriam ipse cui perhibes testimonium. Ubi est ille, qui invicem desiderantibus vobis tardior ceteris videbatur primus matrimonii dies? Ubi [2] pretiosæ virginitatis festa, utrisque dulcis, occisio? Ubi amor, qui in æquo unitoque conjugio, e duobus altero superante, non moritur? Tu ne non illa es, quæ mariti corpus expositum lavisti lacrymis, osculis detersisti, crinium damno velasti, scissis genis, livore fœdatis uberibus, sordido plus pulvere tecta, quam veste? Tu, inquam, non es, quæ nunc cælum ipsum ululatibus rumpens, post talem maritum puncto temporis vivere te non posse clamabas? Nunc clusis dolore gemitibus, sæpe inter affines mortua spiritu; labentibus membris ad terram, incertas reddebas exsequias: cui magis lacrymas commodarent, mortuo ne, an morienti? Post hæc, si li-

a I. Cor. VII.8.9. b Ibid.vv.6.7. c I. Cor.VI.12. X.23. d Matth.XXII.30. e I. Cor. VII.29.31. f Eccli. XVI. 1.2.3.

1. *Dimissis*] An *demissis*?

2. *Ubi pretiosæ — occisio*] Sic distinguere malim: *Ubi pretiosa virginitatis, festa utrisque dulcis, occisio?*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



bet nubere, omnia illa mentita es. Quid hoc est? Ecce rursus ad lenocinia redis, colorem de pyxide mutuaris paullo ante damnatum. Ecce indulgenter excolis crinem; odorato pulvere luctus pulverem mutas: in stibio fletus includis; ornamento ligas, quod suspendio voveras, collum; ab speculo oracula inquiris, quam commode possis circumscribere petitorem. Quidquid feceris, virgo jam non eris: unum tamen scio, quia nihil distat a prodigio, quisquis alterius caussa & formam mutat & mores.

V. Sed dicis: ardor me teneræ compellit ætatis. Credo. Ecce nupsisti. Ut de fragilitate humanitatis, casibus ut de ceteris taceam, ecce maritum tuum postridie aliqua necessitas rapit, quæ a te longe distractum decennio, vel eo amplius, ut adsolet fieri, detineat relegatum. Quid facies? observabis ne redeuntem, an ardori quæres aliunde remedium? Si observantiam pollicere; sine dubio fallis, cujus impatientiæ professio jam tenetur. Si es autem sumtura remedium; dubium non est, hoc esse solum, ut flammas tuas maritalis gladii contemplatione compescas. Mihi crede: non habet concupiscentia locum, ubi patientia dominatur, ubi vivitur sobrie, ubi mors timetur. Itaque hanc observantiam, hunc timorem, quod est verius atque justius, transfer ad Deum; & quale libet illud sit, repente exstinguetur incendium.

VI. Sed sic ego in rebus demoror prope fanis, quasi quæ vere exsecranda sint, jam correcta sint crimina. Pudet me dicere in populo gravi, anus sæpe videri novas nuptas, quarum pæne plures sint nuptiæ, quam natales: quæ non rogantur ut nubant, sed ut dormiant invitantur; propiores sepulcro, quam thalamo: quæ ipsæ cum pereunt, detestabili exemplo adolescentulas quoque perire compellunt. Quis has diligat filius? quis maritus? confundentes sanguinis jura, delentes merita maritorum, adulantes vivis, mortuis suspirantes, nunc odientes veteres, nunc novos filios similiter & maritos? At e diverso ipsæ æstiment quid sit, quod in tam solennibus votis sæpe contingit, ut nec filios habeant nec maritos. Talis est etiam caussa maritorum, ad quos aliquid loqui superfluum est: quia si uxor & maritus in carne sunt una, dubium non est, quia quod alter audit, amborum est. Quid agam, quo me vertam, nescio: non enim video, quid in exhortationibus divini ac veri cultus gentibus prædicem. Felicitatem ne virginitatis? at habent suas virgines: & si non felices, habent tamen. Sin vero ad viduitatis sudorem gloriosum palmamque provocavero; nobis fortassis insultent, quia nostræ sacræ virgines viduæque magno pro immortalitatis præmio, suæ autem gratis laborent. Verum hoc est solum, nos in quo vincimus, quia pro sua sanctitate Christianæ plus nubunt. Adde quod gentibus: quod sine dolore magno vel gemitu non potest dici.

VII. Quæ enim vox, quæ increpatio has condigne possit arguere? quæ dedecus suum sacrilegio dotantes, [a] membra Christi dæmoniorum servis addicunt; [b] Dei templum profanis patefaciunt; sacraria usque ipsa denudant; sacra confundunt, amissa luce lætantes in tenebris, habentes fana non domos. Digne digne jugulantur, quæ Christi ingratæ beneficiis, sponte ad mortem de qua evaserant, revertuntur. Cum igitur semper insidietur se non quærentibus diabolus; æstimate, quid faciat invitatus: cui omnes nocendi aditus referati, præstant sine pugna, sine ullo labore victoriam: non enim conabitur in ditionem redigere suam, quæ esse ejus ambivit ancilla. In domo denique quæ geruntur, sed & ipsis in fanis, Christiana fidelis, sine te esse non poterunt: quia uxor infelix es, si nescis, quid agatur in domo: infelicior certe, si scieris.

VIII. Proponamus itaque, ut sæpe contingit, in unum sibimet convenire diversæ religionis diem, quo tibi ecclesia, illi adeunda sint templa. Quo genere unusquisque suum sacrificium procurabitis? quo sumtu? quibus vasis? quibusve ministris? At si discrete fiunt ista, nihil prodest: ex uno enim proficiscendo & in unum remeando, si non confusione, vel errore fiunt una. Quid, quod illius sacrificium publicum est, tuum secretum? illius a quovis libere tractari potest, tuum etiam a Christianis ipsis minime consecratis sine sacrilegio videri non potest. Postremo detestabilis est vivendi conditio, ubi non licet facere uxori, quod marito placet; ubi proponis, quia nihil te gerere sinit, nisi, quæ disposuerit, prior ipse compleverit. Quod si factum non fuerit, factumve displicuerit; tum tota mugiet litibus domus, blasphemabitur Deus, arreptoque forsitan ipso sacrificio tuo, tuum pectus obtundet, tuam faciem deformabit, præstans aliquando & beneficium, cum te jubet ad ecclesiam non venire. Sed multo pejus est, si places marito: neque enim sine sacrilegio possis placere sacrilego. Ut rem compendio transigam, utique a templo regrediens necessario enarrabit tibi sciscitanti, sibi de utriusque salute vel unanimitate, deorum quæ fuere responsa. Si terribilia; consternata metu, forsitan, ipso cessante, inlicita eis vota donabis, quod maritis etiam sub fidelibus multæ fecere pejores Evæ non discipulæ, sed magistræ: illa enim decepta, hæ sua sponte se diabolo dediderunt. Sin vero pacifica & salutaria; profecto lætaberis, eique tanto pro nuntio morigera conjux pacem si non ingeris, nec negabis.

IX. Quid agis misera? quid vesana lætaris? non est pax ista, sed bellum; non osculum, sed venenum. Proh nefas! adhuc fumantia busto complecteris membra, sudoremque sordidarum vaporis ararum carne tua detergis, jocaris, blandiris, obsequeris; & si quod forte acceptum relatumve fuerit a fanatico solenne mysterium, ipsa suscipis, ipsa reponis, ipsa custodis. Una cibum præterea capis, reliquias poculi propinati lambendo labris exhauris, futurique haustus quasi quasdam primitias auspicaris, totum prorsus iniquitatis spiritum libens concipis per maritum: infelix jam plus in te est, quam in templo remansit. At si te serves atque contineas, æstimabit non amore divini cultus, sed alterius alicujus desiderio in suam hoc contumeliam procurari: castitatis observantiæque virtutem devocabit in crimen. Quid enim ille mali non suspicetur, non efficiat, diis crudelibus, diis adulteris serviens? Itaque deinceps fuge virgo, fuge vidua nuptias tales. Excusatio prorsus nulla competit tibi. Si continens esse non poteris, saltem noli tuas nuptias fenerare; ne in illo resurrectionis die inter plurimos maritos non possis, cujus fueris uxor, agnoscere. Noli esse sacrilega: noli proditrix legis. Profano cur nubas, cum possis nubere Christiano?

a I. Cor. VI. 19. b II. Cor. VI. 16.

TRACTATUS VI.

De Patientia.

I. ETsi beata diversis vita virtutibus quæritur, cujus cupidine flagrans humanitas per momenta suspirat; tamen omnes uno eodemque consensu quasi quemdam patientiæ deferuntur in portum, sine qua nec audiri, nec concipi, nec disci quidpiam poterit nec doceri. Nam profecto sola est, ad quam prorsus res omnis adspectet: dubium quippe cum non sit, spem, fidem, justitiam, humilitatem, castitatem, probitatem, concordiam, caritatem, omnes artes omnesque virtutes, ipsa quoque elementa constare non posse sine ejus eruditione vel freno. Est enim matura semper, humilis, cauta, prudens, provida, omni necessitate contenta, quavis turbationum tempestate tranquilla. Serenitatem suam nebulis turbulentare non novit. Pœnitentiam nescit: altercatio quid sit, ignorat: omnes aut devitat, aut portat injurias. Incertum est utrum impassibilis judicetur, cum aliquid passa, quasi nihil passa sit, invenitur. Postremo impossibile est, fratres, ejus æstimare virtutem, cujus vinci victoria est. Non illam loco vis ulla detorquet, non labor, non fames, non nuditas, non persecutio, non metus, non periculum, non mors, non tormenta morte ipsa graviora, non potestas, non ambitio, non felicitas. Semper immobilis manet, alta quadam ac divina temperantia robuste librata universas permotiones animorum placida moderatione compescens; & ut omnia non magnopere devincat, se primo vincit.


II. Non virtutes possunt esse virtutes, non perennes elementorum status, non tempora cognata connexione in solennes reditus commearent, nisi rerum disciplinam conversionemque, quasi quædam solicita mater, patientia custodiret. Sol denique quamvis mira celeritate alternas mundi metas illustret, tamen numquam dilectam verecundamque antevertit auroram: qui, quod majus est, duodenis non dicam spatiis, sed momentis horarum, æquabiliter se partiri non posset, si impatientia suos cursus urgeret. Luna quoque, quæ quibusdam videtur errare curriculo menstruali, solennes suæ ignes ætatis quod numquam prærogat importune, nec derogat; quid aliud intelligi datur, quam sui opificis moderationi deserviens peritissima insignis patientiæ disciplina? Sed & mare ventis lacessitum, cum irascitur, quamvis reciproca vicissitudine, nunc pulsantibus cælum, nunc requirentibus terram æstuantibus undique vitreis armatum montibus, violentis undarum sævientium cumulis, toto corpore insaniat; tamen extremorum pallido ex recursu voluminum, quasi jus terræ cognoscens ac violare devitans, mira patientia in se frangitur, iisdem fluctibus quibus cogitur, refrenatur. Hæc germinantibus pratis, messibus flavis, vitibus curvis, semipallidis olivis & felicitatem præstat & gratiam; cum uniuscujusque temporis fetus partu crudo in alterius contumeliam impatientia non sinit præcipitare. Quid avium diversarum decora commercia, litterataque? Quid arduis volatibus aeriæ grues? Quid piscium dissimilium cum suis sibi ductoribus gradatæ ætatis innumerabiles cunei? Nonne cum invitationi temporum parent, solennisque remigis specioso discursu vel aquas sulcant vel aera distinguunt, & patienter veniunt & patienter excedunt?

A III. Solus homo præceps, solus impatiens, pravis quotidie mobilitatibus gaudet: varietatibus studet: miserum se putat, si ipse sit: nec intelligit rem dementiæ esse consimilem, in statu suo animum non manere. Impatientia enim quid est, nisi mens lubrica, permotionibus crebris & rapidis se semper expugnans; animus infidelis; etiam sibi actus improvidus, instabilis, cæcus, incautus, inconstans, totus concitans in ruinam; res sine substantia, negotium sine persona: omnia cito tentat, omnia momento disturbat, mater criminum, curiositatis magistra, acumen temeritatis, auctor detestabilium pariter ac magistra malorum: hominis namque salutem ab incunabulis mundi mors ut jugularet ac jugulet, B ab ipsa prorupit. Denique Adam [a] in arce cum esset adhuc paradisi constitutus, beatissimusque beati orbis imperio potiretur; tamdiu felix, tamdiu inexterminabilis vixit, quamdiu imperata regalis edicti continuit. At ubi sinistro consensu [b] invidi ex lubricitate serpentis est impatientiam mutuatus, sacræque arboris pomum male dulce delibavit; lacrymas reperit, dolores & gemitus, spinas & tribulos sibimet comparavit; ultimoque sudore turbatus, posteris hereditatem indigestæ mortis quæ homicidium mox peperit, dereliquit. Denique nec mora est. Impatienter [c] fraterni invidus muneris in fratris Cain anhelat exitium; & Deo spectante negotium, parricida est: nec ejus saltem coercentis voce comprimitur, sed eo C magis ac magis instat, donec effusione sanguinis conceptum piaculum duplicetur. Miratur orbis vacuus se duobus angustum. Mirantur elementa hominem, qui factus sit ad imaginem & similitudinem Dei, posse jugulari, & hoc a fratre. Erubescit rudis terra pio sanguine impiata. Solus Cain exsultat infelix; & quod teste caret, putat se caruisse facinore: quem Deus vidit, quem conscientia redarguit, quem fratris sanguis accusat. Quid impatientium Sodomorum? Ubi [d] inlicite viri opprimebantur a viris, prodigiosæ libidinis ignes ignis divinus incendit: intestinique facinoris fœdus, quo infeliciores subactis, infami hasta persequentes, hospitum terga depopulabantur, e cælo imber fusus a Domino, flammis & sulphure armatus, D pœnali procella delevit. Judæi concionibus tument; altaria divina cum venerantur, evertunt: varia cæde prophetas elidunt: [e] Moysen amore nimio lapidare conantur: adversus Dominum semper ingrati variis molitionibus pugnant: multisque diis ac regibus servire gestiunt, qui uni Deo per impatientiam servire minime potuerunt.

IV. Sed impatientiæ hactenus exempla prolata sint: neque enim est studiose, ut arbitror, memorandum, quod optaveris compescendum; maxime cum ejus natura sit talis, ut numquam moretur in propriis, sed in publicum tota diffusa sit: diffamationibus vigeat: huc atque illuc æstuans varie cæca prorumpat: E victa sit autem, si dissimulatio celebritatem ejus obscuret. Nunc ad patientiæ revertamur virtutem, quæ majoribus nostris illustri virtute perennem gloriam peperit & salutem. Abel [f] ideo martyr, quia justus; ideo justus, quia patiens; [g] a quo pati martyres didicerunt, patiendo libenter, quod non merentur. Noe [h] cataclysmum quo omnis caro funditus deleretur, denuntiante Deo imminere per momenta, & credit & timet: arcamque, cum suis ut salvus foret, quam jussus est facere, non præcipiti festinatione compingit: nec tantum munus quasi præsumtor aut demens rapit, sed patienter ædificat, patienter variis animantibus replet. Quando ingredi jubeatur,

a Gen. II. *b* Gen. III. *c* Gen. IV. *d* Gen. XIX. *e* Exod. XIV. 10. *f* Matth. XXIII. 35. *g* Gen. III.
h Gen. VI. & VII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



quando januam claudere, patienter exspectat; dignus evadere, qui in tanto orbis metu non festinavit evadere.

V. Nunc mihi Abrahæ [a] memoranda est mira illa tentatio, quæ eum aut sacrilegum fecerat si contemneret Deum, aut crudelem si occideret filium; nisi quadam singulari ac vere divina patientia inter religionem pietatemque negotium temperaret, [b] in spe non denegans Deo, quod contra spem acceperat a Deo. Igitur Isaac sibi dulcissimum filium, Deo victimam dulciorem, contemnit, ut servet; destinat jugulare, ne juguleт: securus illo se non posse displicere facinore, quod Deo gerebatur auctore. O novum spectaculum, ac vere Deo dignum! in quo definire difficile est, utrum sit patientior sacerdos, an victima. Non percussoris, non percutiendi claudicat color: non membra tremore vibrantur: non demissi, non torvi sunt oculi. Nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat; nemo turbatur, ne vere sit parricidium. Ille lignum quo inuratur, sibi præportat; ille aram struit. Ille exserit gladium, ille cervicem uno voto, una devotione: ne quid profanum sit, diligenter ac patienter geritur, quod ab altero celebratur. Sub tanto, non dicam, humanitatis, sed potius ipsius naturæ metu læti sunt. Soli cedit affectus pietati, pietas religioni; favet utrisque religio. Medius stupet gladius nullo impedimento suspensus, mactatione terribili gloriam se præstitisse, non crimen. Quid hoc est? Ecce immanitas in fidem, & scelus transit in sacramentum: parricida incruentus redit; & qui immolatus est, vivit. Ambo sibi gloria, ambo claritatis exemplum, ambo Dei cultus admirabile sæculis testimonium. Felix orbis fuerat, fratres, si omnes sic fierent parricidæ.

VI. Jacob [c] per patientiam & benedictionem lucratus & fratrem: dat iracundiæ locum securus, ut redeat domum: patri commendat, sensim mitisque discedit, ut probet se & meruisse & non ambisse quod meruit. Ac ne quis hanc patientiam timiditatis nomine obscuret, in ducendis quoque uxoribus talis est conditio. [d] Libens excipit: prolixa tempora observat: omnia soceri libens tolerat imperata: qui si esset impatiens, astu circumscriptus, pro Rachel postmodum tempore numquam reparato serviret. Similiter Joseph [e] patiens invenitur, e pascuo cum a fratribus rapitur; patiens, cum in puteum demittitur; patiens, dura cum hasta distrahitur [f] patiens in carcere; [g] in regno patientior, patientissimus, desideratos cum fratres agnosceret; & ubi jactantia se non potest continere, positus in honore continuit. Cælestis profecto est ista patientia, quam a suo statu non ærumna, non felicitas, non affectus potuit commovere.

VII. Adversus Job [h] diabolus qui non fertur blandus, æstimare licet quid moliri potuerit incitatus; maxime cum a Deo acceperit facultatem, ut atrocitatis inveteratæ in examen justi, quibus posset armis, quibus posset viribus, niteretur. Igitur novum ac pæne incredibile committitur prœlium. Ultra morem diabolus pugnat, sed Job dissimulando plus pugnat. Ille [i] ejus magnum atque opulentissimum censum uno momento disperdit: cohortemque florentissimam dulcium liberorum, atrocissimo impulsu tectis parietum cum ruina confusis, nimia crudelitate festinus sepelit ante quam juguleт. Ipsum postremo, quem divitiis exspoliaverat magnis, [k] magnis vestit ulceribus, quibus insuper vermes immittit edaces, ut in tormenta morientis cum homine adventitium vulnus inquilino vulnere finiretur. At Job cunctis viribus adversæ partis exspectatione placida profligatis, in semet fortior nimis, [l] omnibus quæcumque deleverat bellum, recuperatis in melius, felicitatis pristinæ statum dissimulando non perdidit, sed mutavit. Heic ego patientiam Domini memorare non audeo, ne quam Deus inter homines deputatus patiatur injuriam: idonea laus enim non est, cui principatum adimit peræquatio. At cum omnes omnino memorati, omnesque felices ejus dono sint tales; contumelia est laudare Dominum, cujus condigne laudare non queas servum.

VIII. Sed o quam vellem te, si possim, rerum omnium regina patientia, magis moribus concelebrare! Scio enim, quia libentius in tuis moribus, tuis fundamentis tuisque consiliis, quam in alienis nudisque sermonibus conquiescis, neque tantam in multiplicandis virtutibus laudem ponis, quantam in finiendis. Tu virginitati præstas, ne flos ejus ullo morbo, ullo tempore deflorescat. Tu variarum semper in tempestatum crebris turbinibus constitutæ fidissimus viduitatis es portus. Tu sanctissimo conjugali jugo rudi cervice subeuntes, in nisum laboris vel amoris æqualem, retinaculis blandis, quasi quidam peritus auriga, componis. Tu amicitiam idem velle atque idem nolle docuisti. Tu servituti unica ac fortissima consolatio sæpe libertatem paris. Tu paupertati præstas, ut habeat totum sui contenta, cum sustinet totum. Tu prophetas provexisti: Christo tu apostolos glutinasti. Tu quotidiana martyrum & mater es & corona. Tu murus fidei, fructus spei, amica caritatis. Tu specialiter omnem populum, divinasque virtutes, quasi crines effusos in unius verticis nodum, honorem decoremque conducis. Felix, æternumque felix est, qui semper te habuerit in se.

TRACTATUS VII.

De Humilitate.

I. Sapientes, ut videri volunt, Græciæ viri, præter ceteros curiosi, otioso negotio cor suum, ultra quam licitum est, argumentis insolentibus extulerunt. Hi, cum adscendunt verbis in cælum; cum Deum persuadent hoc esse, quod volunt; cum adsimulant se nosse rerum naturæ secreta; cum stellis nomina, soli labores imponunt; cum errores suos lunari circulo adscribunt; cum ingenii sui carmen coli vel maxime cupiunt; sic se, & alios perdiderunt: nam mutato nomine & cultu, quasi promota sit somniis, illas scholares calumnias Dei usque ad Ecclesiam transmiserunt, ut in ipsa quoque, si insanire cuiquam libeat, Deus illi non colendus sit, sed quærendus. Quod nunc faciunt infideles, de quibus Scriptura divina quid pronuntiet, audiamus; cujus ista sunt verba: [m] *Deminuerunt veritatem a filiis hominum. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde locuti sunt mala. Disperdat Deus universa labia dolosa & linguam magniloquam. Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt: quis noster Dominus est?*

a Gen. XXII. *b* Rom. IV. 18. *c* Gen. XXVII. *d* Gen. XXIX. *e* Gen. XXXVII. *f* Gen. XXXIX. *g* Gen. XLII. & XLIII. *h* Job I. & II. *i* Job I. *k* Job II. *l* Job XLII. *m* Psal. XI. 1-5.

II. Hanc ſuperbiam propheta tumidi cordis evitans, ſic inquit ad Dominum: [a] *Domine non eſt exaltatum cor meum*; cum ſcriptum ſciat: [b] *Homo videt in facie, Deus in corde*. Nonne injurioſum, vel ſupervacaneum putabitur, Deo indicare quod noverit? Abſit. Indicat ille, ſed nobis; quos cupit, quod facit ac prædicat, imitari. Ergo inquit: *Non eſt exaltatum cor meum*, docens [c] optimum eſſe ſacrificium Deo cor contribulatum. Quapropter, fratres, efferendum non eſt proſperis rebus, ſed timore Dei intra manſuetudinis metas verecundiæ freno cohibendum: ut poſſimus merito mereri, Scriptura quod dicit: [d] *Proximus eſt Deus contribulatis corde, & humiles ſpiritu ſalvabit*. Sed & Dominus ipſe nos pio promiſſo quid hortetur, accipite. [e] *Venite*, inquit, *qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris*. Deus noſter, fratres, humilis corde eſt: & ineffabilis ejus illa ſapientiæ ac virtutis poteſtas intra hominem ſuſceptum jacet magis admirabilior, quia tantus eſt & talis. Et homo curioſus cor ſuum extollit, conaturque ejus comprehendere altitudinem, cujus non ſequitur humilitatem?

III. Sequitur, ac dicit: [f] *Neque elati ſunt oculi mei*. Oculorum pejor eſt cauſſa: quia exaltatio cordis ad paucos pertinet, oculorum elatio ad omnes; de quibus Joannes diſcipulis quid prædicet, omnibus eſt in uſu. [g] *Nolite*, inquit, *diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis dilexerit mundum, non eſt caritas patris in eo: quoniam omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſæculi*: his enim auctoribus concipitur, his ducibus geritur, his miniſtris impletur, quidquid quotidie concupiſcentia, ambitione, avaritia ardet in ſæculo. Quare utraque ſunt vana: quia & cordis exaltatio nullos fructus invenit, & oculorum extollentia de alio in aliud elata, quidquid viderit, mobilitate fugaci ſtatim deperdit.

IV. Dehinc ſequitur: [h] *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me*. Magna eloquia Dei ſunt; ipſe mirabilis in excelſis. Cum in periculis eſſet, ſi in his propheta non ambularet; quomodo bonum inſuper ſibi opus adſignat ab illis recedendo, in quibus oportuerat ambulari? Prioribus, fratres, poſteriora reſpondent: de rebus enim loquitur ſæcularibus. In magnis & mirabilibus ſe dicit non ambulaſſe, utique non Dei, ſed in illis quæ magna ab hominibus hoc putantur in ſæculo. At cum addidit, *ſuper me*, oſtendit numquam ſe elatum fuiſſe, cum poſſet: nulli enim facilius efferuntur, niſi quos inopinati honoris culmen extollit. David quippe humilis, abjectus, ignobilis ſui jacebat in domo patris, oves ſemper paſcendo, propemodum peregrinus, innocens cum innocentibus deputatus. Hic placuit Deo, unctus in regem, ſpiratus in vatem: non inſoleſcit in regno: obumbrat neminem prophetæ terrore: injurias ſuas non exſequitur regia poteſtate: odientes ſe diligit: inimicis parcit: parricidalibus filiis ignoſcit: perſecutorem ſuum, & quod magis eſt, regem aliquotiens a Deo in manus traditum ſibi, mavult ſemper timere, quam occidere: inverſo gratus officio, Deo, Dei munus retinendo, placiturus. Rex manſuetus: pater pius: propheta modeſtus: totum poteſt: a toto diſſimulat: magnis ac mirabilibus ſæculi non immutatur: mitem humilemque retinet ubique paſtorem.

V. Poſt adjecit: *Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltavi animam meam*. Videamus, ne forte propheta ipſe ſe impugnet exaltando animam ſuam, qui cor ſuum ſe non exaltaſſe gloriatur. Non ſibi repugnat, ſed oſtendit animæ eſſe ſublimitatem ſuperiora viciſſe: quia, [i] qui ſe exaltaverit, humiliatur, & qui ſe humiliaverit, exaltatur: animæ enim depreſſio, cor elatum eſt: cor cohibitum, promotio eſt animæ. Hujus rei teſtes ſunt nobis duo homines propheticum carmen ſuis actibus exponentes, Phariſæus [k] & Publicanus, Dei ſtantes in templo. Phariſæus inſulſe manus tendit in cælum; quæ cædis ſæpe, ſæpe miniſtræ ſunt rapinarum. Oculos impudenter extollit, quorum lenocinio mundus infelix eſt. Intonat lingua, caret quæ numquam veneno ſerpentis; &, quod omni eſt majus inſania, Deo ſe laudat. Publicanus autem non membratim Deum, ſed totus exorat: quia timore totus eſt humilis, ſua peccata conteſtans; ſecundum Domini dictum [l], a quo procedunt univerſa genera peccatorum, pectus crebro percutiens, quodam modo cor ſuum manu verecunde caſtigat, poſtulatque tantum veniam delictorum taciturnitate, non voce. Quorum quis quid ſit conſecutus, accipite. Qui totum ſibi ipſe promiſerat, inanis: qui nihil præſumſit, juſtificatus de templo diſceſſit.

TRACTATUS VIII.


De Timore.

I. Timoris quidem, fratres dilectiſſimi, vocabulum eſt unum; ſed accedente ratione timor diſcernitur a timore: fiunt enim duo: unus Dei; alter, qui naturæ ſit: naturæ, in homine naſcitur: Dei autem & diſcitur & docetur; quia non in trepidatione, ſed in doctrinæ ratione conſiſtit; ſicut ſcriptum eſt: [m] *Venite filii, audite me: timorem Dei docebo vos*. Naturalis ergo non diſcitur, ſed impulſu nobis noſtræ infirmitatis occurrit: quia non artis eſt timere, quod metuas; metuis autem, quod tibi nolis accidere. Exſiſtit quippe diverſis ex modis, cum aut exæſtuat aliquo reatu conſcientia: aut cum hoſtilis imminens manus gladio ſalutem premit: aut cum viantis itineri erectus in morſum, ardentibus ſquamis incenſus, tumidus ſe ſe anguis opponit: aut dorſa fugientis, affectans cædem, vicino fremitu ferina rabies onerare tentaverit: vel cum amiſſis gubernaculis inter compugnantes fluctus ac flatus gemens parturit carina naufragium. Inter hæc omnia deterior eſt conſcientiæ timor; quia quæ diximus & alia his ſimilia, cum paſſibilitate ſui tranſeunt; timor conſcientiæ non deletur.

II. Nunc videamus, intelligendum quemadmodum nobis ſit, propheta quod ait: [n] *Beati omnes, qui timent Dominum*. Si omnes, qui timent Dominum beati ſunt, non beatus eſt nullus: quia nulla gens eſt, nulla ſunt pecora, animantium denique nulla natura, quæ non timeat Deum. Cum gravamur rumpentibus ſonis, concuſſis undique car-

a Pſal. cxxx. 1. *b* I. Reg. xvi. 7. *c* Pſal. L. 19. *d* Pſal. xxxiii. 18. *e* Matth. xi. 28. 29. *f* Pſal. cxxx. 1. *g* I. Joan. II. 15. 16. *h* Pſal. cxxx. 2. *i* Matth. xxiii. 12. *k* Luc. xviii. *l* Matth. xv. 19. *m* Pſal. xxxiii. 12. *n* Pſal. cxxvii. 1.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



dinibus; cum præter morem terrifico fragore intonans concrepat cælum; cum inter cæcas pinguibus conductas nubibus tenebras, crebræ micantes curvis ignibus flammæ intercepti diei lumen incunctanter adsimilant; cum ardent plura fulminibus; cum terra vel tremit, vel hiatu se recipit in se: nullus heic beatitudinis locus est, ubi non devotionis, sed necessitatis est, quod timetur. Itaque audiamus Scripturam, quid dicat, cujus ista sunt monita: [a] *Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus postulat a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & diligas eum, & custodias præcepta ejus ex toto corde tuo & ex tota anima tua, ut bene sit tibi.* Videtis ne hunc timorem nobis necessarium? qui in Dei amore consistit; qui voluntate sua se parit; divinæ legis agnitione construit decorem; ad omnia genera virtutum intrepidus corrigit; præceptis omnibus fideliter obtemperat; inchoatus innocenter vivit; justitiam percolit: sine fine studet timere, ne quid præter Deum quem diligit, timeat.

III. Denique hujus suffragio Daniel [b] populis terribilem inermis draconem necat: leonibus objectus in periculo prandet, qui solet extra periculum jejunare. Et Jonas [c] timens Dominum, spontaneum non timet adire naufragium: ceto inhiante miserabilius sepelitur, quam præcipitatur; & tamen litus quo tendebat, invenit ante quam videat: felix magis sepulcro quam navi. In oratione mons tremit: monti, non Apostolis [d] trepidatio est. Petrus [e] æstu marino fertur non naufragus, sed viator: timet profundum intercipere non timentem: nec tamen in toto dissimulat, ne per mare pedibus se ambulasse non credat. Adversus Theclam accusator acerrimus linguæ exserit gladium: cum suis sibi ministris publicæ leges insaniunt: stimulis acuitur feritas in ferocitatem; & tamen hominibus mitior invenitur. Ne quid scenæ tam diræ [1] humanitatis deesse videatur, immittuntur etiam marina monstra: laciniis omnibus spoliatur puella, vestitur incendio. Inter tot instrumenta mortis, spectatore metuente, secura calcat genera universa terrorum: incolumis, quasi orbe subacto, de illo feralis caveæ jam non miserabilis, sed mirabilis funereo ambitu excedit, victi sæculi triumphum reportans, quam tot suppliciis omnes crediderant perituram. O necessarius timor! qui nihil aliud agit, nisi ut beatos efficiat: qui timet arte, non casu; voluntate, non necessitate; religione, non culpa: qui Deum metuit, non naturam. Vultis scire, cujus proprietatis sit? omnes timores, quoscumque invaserint, incremento conficiunt: hic solus ad hoc crescit, ut immortalem quem possederit, faciat.

TRACTATUS IX.

De Avaritia I.

I. NEC singulare, nec frivolum crimen est, fratres, vel maxime Christianum cupiditatis compedibus alligari, profundæque noctis feralibus tenebris obcæcatum miserabiliter ad ima deferri. Sed quia inextinguibilis pestis incendio totus mundus exarsit, avaritia, ut putatur, crimen esse desiit; quia neminem, qui se possit arguere, derelinquit: omnes enim passim furore insatiabili turpes præcipitantur in quæstus: nec quisquam prorsus inveniri potest, qui ei saltem vel uno momento justitiæ frenos imponat. Inquieta semper exæstuat, sævit, pugnat, rapit, congregat, servat, sui tenax, appetens alieni, non suo, non alieno, non ipso orbe contenta: totum possidet; & de inopia queritur semper. Denique ad sua numquam pervenit vota. Quantum fuerit auctior, fit tanto miserior: expers otii, expers satietatis. Per fas atque nefas, artibus multis, modis ac versutiis armata bacchatur, salutis suæ alienæque contemtrix: solum metuens, ne desit ulli quod radat. Inde est, quod universæ nationes mutuis cadunt per momenta vulneribus: concussæ gemunt urbes: deleta rura respirare non possunt: maria plus prædonibus sæva sunt, quam natura. Obseratæ gladiis viæ humano cruore pinguescunt: testamenta heredes incognitos ex se se recitari mirantur: amicæ sub fallacia manus innoxias animas secure conficit ebibita veneni tempestas: sepelitur nova odii rabie ante quam nascatur, matris jam non in utero, sed sepulcro incognitum pecus, quod legitimam nec mortem potuit sentire, nec vitam. Recte igitur Apostolus ait: [f] *Radix omnium malorum est avaritia*: hac enim matre eademque magistra, universa quæ diximus, sed & alia multa, immo omnia undique sine pausa quæ scaturiunt, mala nascuntur atque concelebrantur, quæ condemnare falso humanitas gestit: camelum enim glutiens, culicem liquat, rejicit stillas criminum, & avaritiæ unde criminum fluenta funduntur, ebibit fontem.

II. Huic non jura, non leges, non honor ullus obsistit; quia quidquid aut emitur aut distrahitur, liberum non est: non nobilitas; quia per hanc credit, hanc excolit, per hanc hoc sibi nomen invenit: non sanctitas, non munitio; quia [2] *nihil est tam sanctum quod non violari, nihil tam munitum quod non expugnari pecunia possit*: non necessitudo sanguinis, non amicitia; quia non suo merito, sed auri, argenti facultatumque beneficio quis aut amatur, aut odio est. Denique hæc est caussa, quod fratrum pia nomina plerumque magis gladiis amica videmus esse, quam sibi: quod parentes opulenti, abolita sui nominis sanctitate, filios suos non sine utriusque dedecore patiuntur errare stipi triviali subjectos: quod liberi parentum vitam sua damna judicantes, injecta violenter manu ipsi naturæ, invasis hereditatibus ante tempus, parentes suos compellunt vivere miseriæ, facultatibus mori. Proh nefas! Quid tibi tua tollis infelix? Quid extraneo facias, qui in te avarus es? O detestabili detestabilius malum! invicem dum exspoliant, persequuntur, fallunt; hostes probant, prædones laudant, latrones excusant, nec sui umquam venit in mentem, [g] non esse humanæ potestatis crastinum diem, ac ne ipsum, quo res agitur; quia quod volvitur semper, in [h] momento quid adferat, dubium est. Sed oculis patentibus cæci [i] dilatant horrea, terras angustant, jungunt saltibus saltus; & si orbem totum possideant, fines oderunt: inlicitum putant habere vicinum. Construunt prædia, sepulcra defodiunt, timent omen, qui non timent mortem. Sic sic interemti plerumque jacent canibus, alitibus, ferisque donati, ubique dispersi, utrobique deperditi, semesis ossibus, etiam suis carnibus nudi. Conspicite rem avaro condignam. Ille ille, amplum qui habuit censum, exiguum non habet tumulum, quos propheta egregius hactenus increpat dicens: [k] *Quid profuit nobis superbia?*

a Deut. x. 12. 13. *b* Dan. xiv. *c* Jon. I. & II. *d* II. Pet. I. 17. 18. *e* Matth. xiv. 29. 30. *f* I. Tim. vi. 10. *g* Luc. xi. 20. *h* Jac. iv. 14. *i* Luc. xii. 18. *k* Sap. V. 8. 9.

1. *Humanitatis*] Sic sane princeps editio an. 1508. An *inhumanitatis*? *Ne quid* — INHUMANITATIS, *scenæ tam diræ deesse videatur*.

2. *Nihil est* cet.] Hæc desumta ex *Cicer.* proœm. Act. *in Verr.* sub init.

aut quid divitiarum ambitio contulit nobis? transierunt ista omnia tamquam umbra. Sed & Dominus ipse dicit: [a] *Quid prodest unicuique lucrari mundum, & animæ suæ pati detrimentum?*

III. I nunc insatiabilis homo, & in detestabilis congestionis lucra letifera etiam ipsa elementa novis artibus coge. Licet radient tibi pretiosorum lapidum discoloribus formis referta penetralia, gemat terra sub pondere argenti, auro ardens tota domus pugnet sua flamma cum sole, honorumque exinanitus a te gradus non inveniat, quid tibi præstet; meminisse tamen debes, quia mors non timet nec divitias, nec honores. O cæca mens hominum! quam varie, unam tamen contendit in mortem; pauper, cum opes infeliciter quærit quas feliciter non habet; dives, cum divitias putat se non habere quas habet: in uno nititur avaritia, bacchatur in alio, in utroque crescit, in utroque non desinit. Verumtamen eos uno momento exigua humus & peræquat & satiat: quod cum tota ambitione sua non potest aurum.

IV. Hinc unus pecuniam suam tamquam hamum proponit, ut facultates ad se adtrahat alienas; quam peregrinantem ferali supputatione nutrire non desinit, ut summam quærat, non quam commodatio dedit, sed quam ei pepererint armati numero dies, menses & digiti. At plerumque cum sua sibi industria fenerator etiam ipse nudatur, ei cum casu aliquo fraus, inopia, fuga, mors extorserint debitorem: avaritiæ enim naturale est, ut avariorem faciat: plerumque plus tulit avaro, quam præstat: ac sic sæpe contingit, ut merito perdat etiam sua, qui desiderat aliena. Illic alius vias viantibus cludit: arcet ab herbis, arcet a silvis, arcet ab aquis. Et quidem copiosis vacantibus plurimis, negat hominibus, quod avibus, serpentibus, feris non potest denegare. Mera profecto vesania est, beneficiis invidere naturæ. Alius inde rerum omnium captat annonam, aucupatur distrahendi tempus, minor in mensura, major in pretio: negat se habere quod distrahat, ut rogetur, ut jugulet: atque utinam incorrupta species venderetur. Ingemiscit præterea, si annus est sterilis; multo magis, si fertilis fuerit: illic, quia parum distrahit; heic, quia non solus. Vultis scire, quantis sit tenebris obvolutus? irascitur Deo, si non semper fiat publicis luctibus dives. Bene bene, cum quis quærit aurum, invenit gladium.

V. Inter hæc nemo considerat conditionem fragilitatis humanæ, nemo hostem, nemo fiscum, nemo latronem, nemo domesticum qui cognitione secreti est omnium pejor, nemo imminentes diei judicii flammas per quas omnes nudi transituri sumus. Solum colitur, de quo dictum est: [b] *Idola gentium, argentum & aurum*; pro quo quis aut jugulatur, aut jugulat. Vellem scire tamen, tanta ejus rabies quid voluptatis habeat, suo cultori quid præstet? Febrem non extinguit, morbos non discutit, vulneribus non medetur, dolores non tollit, mortem non repellit, nisi quod sanos occidit: nec manducatur aliquando certe, nec bibitur, nec in inferno cum suo prædone descendit; solum quod oculos infelices inanemque conscientiam ad hoc in maligni fulgoris cupidinem diram spe potiundi præcipitat, ne gratis homo videatur occisus.

VI. Sed nos non ad avaros, sed de avaris sermonem fecimus, fratres: alioquin solis divinis exemplis oportuerat perorare, esset si quis heic talis. Sed quia in vobis fides & pietas quæ est idonea expultrix avaritiæ, manet atque gloriatur; digni estis universi aurum argentumque non tam habere, quam esse; nam vos estis aurum vivum Dei, Christi vos argentum, vos Spiritus sancti divitiæ, vos, si terrena metalla contemseritis, longe his vitæ vestræ thesaurus. Vobis auro constructa ætheria illa civitas destinata est: nulla intrare volentibus mora: patent duodecim portæ, habitacula præparata sunt infinita: nemo sit de mansione solicitus. Certæ gloriæ nostræ insignis res erit, si Dei civitatem felicitate nostri numeri fecerimus angustam. Itaque estote securi: nihil in illa deest umquam, nihil ab suo statu aut tollitur, aut declinat: omnia bona atque perpetua exuberant passim. Certe quod primum est, nemo eget, nemo invidet, nemo furatur, nemo rapit, nemo proscribit, nemo jugulat, moritur nemo: omnes felices, omnes unanimes, omnes immortales, omnes sunt semper æquales: quod unius est, omnium est; quod omnium, singulorum. Vultis scire, quæ illic beatitudo versetur? nemo suam vestem, nemo suas margaritas abscondit, nemo lapides pretiosos, nemo aurum, nemo argentum; & tamen nullus timet furtum.

TRACTATUS X.

De Avaritia II.

I. AVaritia quam facile arguitur ab omnibus, utinam possit tam facile non amari: est enim artifex ac dulce malum, & hominibus universis semper infestum. Denique non habentibus divitias, habendi injicit cupiditatem: habentibus adimit satietatem. Ita omnes in rabiem una tempestate præcipitat, ut ubinam sit major, ignores. Est autem similis igni arida pabula depascenti, quæ nisi finiant, non finitur. Hanc mediocres fraudibus excolunt, divites impotentia, judices gratia, diserti mercenaria ac duplici lingua, reges superbia, negotiatores astutia, inani pauperes voto, cultores Dei odio simulato, totæ autem gentes universæque nationes gladio. Per orbem totum vesana bacchatur, novis ac variis artibus fervens: numquam quieta, non die, non nocte, non bello, non pace: numquam satura: lucrorum enormitate miserior. Novum calamitatis est genus, quod tantummodo crescit, senescere ignorat. Non illam parentum pietas frangit, non dulcedo liberorum, non conjugalis affectus, non cara germanitas, non jus amicitiæ, non tener pupillus, non dura viduitas, non miseranda paupertas, non Dei contemplatio. Ecce enim his omnibus, prout potest, variis artibus aut adulatur, aut nocet, si quid habuerint, tantum ut tollat. Cui autem parcat, quæ & mori momentis omnibus, etiam frivolo ac turpi lucro, festinat?

II. Quid igitur miser homo auri argentique metalli incensus vana cupiditate, vana cura torqueris? Quid talentorum magnas strues congeris? Quid heic remansura, pervigil solicitudine cassa, nec tibi ipsi inde aliquid concedendo, illibata custodis? Insuper de inopia quereris, qui, quod habes, nescis. Quidquid feceris, nihil horum tecum

[a] Matth. XVI. 26. [b] Psal. CXIII. 4. Psal. CXXXIV. 15.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 382.

ad inferna portabis quod enim naturæ est, de loco A ad locum transferri potest, ei autem subtrahi non potest. Denique aurum argentumque penitus quod eruitur magnopere terræ visceribus, iterum celandum terræ mandatur: etenim res est, quam habere falsum est gaudium, certissimum periculum publicare. Sed non opus est ire per singula, cum uno exemplo noscantur universa ejus mala, propheta dicente: [a] *Idola gentium, argentum & aurum.* Unde apparet eum qui diligit aurum & argentum, non tantum deos colere, sed eorum mores & actus imitari, cujus rei facilis probatio est. Illa interim quæ nostra sunt, videamus.

III. Aurum argentumque, Christiane, si vera B dicenda sunt, exsecraris in simulacris solis, non in penetralibus tuis: nam & illic aureis argenteisque innumerabilibus veluti templis tereti moneta percussis inesse similiter regum vultus signaque cognoscis; nihilque aliud distat, nisi quod in tua domo minuta sunt, in templo majora: quæ si erogaveris, pecunia est; si servaveris, simulacra. Ancilla Christi falsum idolum respuis: mihi crede, in te colis, cujus ornatum, cujus imaginem non deponis. Ad ecclesiam Dei opere vario totum inaurata corpus, exsecrabili metallo procedis onusta, ubique delicata, sub monilibus fortis. Denique ipso cultus rigore in oratione non flecteris, non manus tendis, tumidum monilibus pectus prosternere dedignaris. Sane cervicem curvas, non religione, sed pondere. Quando exomologesim facies, quæ plus pro ornatu es, quam pro salute solicita? Quid autem a Deo impetrare te posse credis, quæ eum per id per quod irascitur, deprecaris? Aperi tandem oculos cordis: invenies te insultare potius, quam rogare. Postremo, fratres, non potest timere maritum, quæ non timet Christum.

IV. Inde est, quod conjuges nuptiali sanctissimo repugnantes jugo, pro se quisque nitentes, amore videlicet nimio, hereditatem captat alter alterius; quod parentes filios, filii parentes oderunt; quod amicitia magis in facie adludit, quam in cordibus commoratur; quod omne genus humanum suo interitu suisque calamitatibus delectatur, viliorem habens animam quam pecuniam. Inde est, quod justitia, honestas, pietas, fides, veritas perit; quod Deus ipse momentis omnibus patitur contumeliam, cujus præcepta contemnuntur, cui cultus, cui amor mundi præponitur: quodvis etenim piaculum, scelus, dedecus, nefas libenter admittit, cujus præcordia implacabilis cupiditas pestifera flamma repleverit.

V. Sed hæc non ad vos, fratres, quorum largitas provinciis omnibus nota est, quorum pia semina totius quodam modo orbis per membra jactantur. A vobis multi redemti, multi edictis feralibus liberati, multi conditionibus duris exsuti gratias agunt. Vestræ domus peregrinis omnibus patent: sub vobis vivus mortuusque diu numquam visus est nudus. Jam pauperes nostri alimenta rogare non norunt. Jam viduæ atque inopes testamenta conficiunt. Plura ad laudem hujus beatitudinis vestræ possem dicere, nisi effetis mei. Unum tamen præ gaudio tacere non possum, fenerando pauperibus, omnes copias avaritiæ subactas vestrum sine invidia transfertis in censum. Quid enim esse potest ditius homine, cujus profitetur Deus se esse debitorem? qui est benedictus in sæcula sæculorum.

TRACTATUS XI.

De Avaritia III.

I. Recte, fratres, sicut audistis, Deus odit avaritiam: est enim libido profunda, cupiditas cæca, tempestas insana, rapacitas sine fine, solicitudo sine requie, ad sua numquam perveniens vota, quia satiari non novit: fidem frangit: caritatem negligit: justitiam negat: non cognoscit affectus: jura divina contemnit: humana versutis argumentis excludit, orbem totum, si possit, ut rapiat. Vultis scire, quale calamitatis sit genus? sane plus in eum qui eam dilexerit, sævit: quam qui vicerit, habebit vitam æternam.

TRACTATUS XII.

De Spiritu & Corpore.

I. Si quis studio vel noscendæ vel impugnandæ sacræ legis, naturæ nativitatis Moysi librum lectitando sæpius replicaverit; fortassis, ut sunt ingenia, quotidie quæ videmus, versutis contentionibus læta, de Apostoli dicto calumniosam nobis inferat quæstionem, qui ait: [b] *Primus homo e limo terræ, secundus e cælo*: dubium cum non sit, unum C hominem tantum e limo terræ a Deo fictum, eique ejus ex latere mulierem conjugale solamen [c] excussam, a quibus omne genus manavit humanum; cælestem vero ibidem nec memoratum, nec factum posse doceri, nec natum. Huc accedit etiam ipsa præpostera memoratio: quoniam res est disconveniens & absurda, ut secundus sit immortalis, & qui mortalis est, primus: cum immortalitas in se ordinem temporis non recipiat, mortalitas capiat: vel si cælestis est primus, quid opus erat, ut fieret quoque terrenus? Simile dictum evangelicum illud consentanea potest argumentatione pulsari; scriptum est enim: [d] *Nemo adscendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis,* D *qui erat in cælo.* Quomodo filius hominis, vel cujus hominis nasci posset in cælo, ut de cælo descenderet, cum humanitatis a cælo & possessio longe dimota sit & natura? Age excita sensum, lector, invenies veritatem. [e] Qui erat in cælo, de cælo descendit: qui descendit, ipse est & qui adscendit in cælum filius hominis, qui erat in cælo; filius hominis vocabulo, non natura: non enim bis carnem induit Dominus: sed sic oportuit prædicari, quia primo ante quam esset quod se fieri voluisset, tam figura quam oraculis frequentibus publicavit. Igitur Dei filius ad ineffabilem originem pertinet, hominis ad sacramentum; cujus sacramenti arcanum evidenti ratione, quasi quadam E clavi, aperire conabor: ut & providentiam Dei, & vim consociationis carnis & animæ, & hominis summum bonum ubi nam sit constitutum, quivis facillime possit agnoscere.

II. Postea quam Deus, fratres, hunc mundum quasi quamdam futuri humani generis domum, multipliciter aptatum distinctumque elementis, opibus, animantibus, alimoniis utilitatibusque diversis, magnis & plurimis, habitatori ulla ne querela subesset, sollertia mira perfecit; tunc ad imaginem & similitudinem suam fecit sibi ipse simulacrum sensibile atque intelligens: [g] sumto quippe limo terræ hominem figuravit, eique animam qua spiramus,

[a] Psal. CXIII. 4. [b] 1. Cor. XV. 47. [c] Gen. II. [d] Joan. III. 13. [e] Ephes. IV. 9. 10. [f] Gen. II. 7.


infudit e proprio fonte ſpiritus ſui: cui ab humo homo nomen impoſuit: credo, ſicut res ipſa docet, ut contemplatione opificis ac materiæ, ſemper ſuum & vereretur & veneraretur artificem. Poſt hæc [a] ſubjecit ei omnia bona mundi: & quia erat jam ſapientia conditus, ſenſibus ſtipatus, eligendi mortem vitamve præcepti eruditione commonitus, eum propriæ voluntati commiſit. At lividus ille criminator, qui, quod ſenſim ſerpat, ſerpentis nomen accepit, deteſtabili accenſus invidia, eum, quia per ſe non valebat, aliena forma blanditus, per mulierem tranſgreſſionem præcepti Dei perſuadendo miſerabiliter jugulavit: & exinde hereditaria conditione confectum, uniformiter interibat omne genus humanum. Nec fuit ullus ulliuſque ſolatii locus: nam hominem vivum, ut adhuc uſque, conſumebat labor, gemitus, impietas, dolor, ægritudo, miſeria: mortui quippe corpus figuramque illam florentiſſimam edax in æternum terra delebat: animam quoque feralibus tenebris relegatam perpetui carceris pœna perpetua implacabilis affligebat infernus. Non ſuperi, non inferi parcebant ſimulacro Dei: etenim mortis imperium ſibimet vindicaverat totum.

III. Hæc cum diu ſic haberentur, ſollertiſſimus ille artifex rerum filius Dei, cujus ſapientia non habet finem nec fortitudo menſuram, amore imaginis ſuæ de cælo deſcendit: uteri virginalis illuſtrat hoſpitium: ibidemque in homine includit Deum. Utitur & figura & conditione mortali. Juſtitiam docet immortalitatis eſſe comparatricem: factis præcepta conſummat. Poſtremo ſuſcepit mortem, ut ea devicta, reſurgens homini per hominem quem gerebat, & ſpem vincendæ mortis adferret, & eum ad præmia immortalitatis admitteret. Sic factum eſt, [b] ut quomodo per unius damnationem in omnes homines damnatio, ſic per unius juſtificationem in omnes homines juſtificatio æternæ decurreret vitæ. Videris ne jam manifeſte in homine ſuſcipiendo fuiſſe providentiam, in paſſione ſacramentum, in reſurrectione ſummum bonum?

IV. Heic nunc primum omnium ſcire debemus, hominis fabricam ex duobus diverſis ac repugnantibus comparatam, diſcordique concordia eſſe connexam, animamque lineamentis corporis circumſeptam. Unde duæ quoque vitæ a Deo attributæ ſunt nobis: una, qua neſcientes communi cum pecudibus lege fundimur a natura; quæ eſt corporalis, ac per hoc etiam brevis: alia vero animi, quam nos nobis ipſi hac in vita per fidem ſacri fontis vivo de gurgite comparamus, nobilis & æterna: quia animus qui vicerit mundum, agnoſcendo ac ſervando religionem veram veramque juſtitiam, immortalitatis neceſſe eſt pro laboris ſui munere immortali beatitudine perfruatur. Inde eſt, quod intra hominem clandeſtinum fremit momentis omnibus bellum, cum unaquæque pars nititur alteram ſubjugare, Apoſtolo ſic dicente: [c] *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem: hæc duo invicem adverſantur ſibi.*

V. Hinc caro tota deliciis fluens, variis temporum redimita muneribus, opes multimodas ac profundas promittit, oſtentat, objicit, donat, ſpeciem proponit ſuam: faciemque, in quas illi libuerit figuras, ſpeculo conciliante ſemper incertam, quotidie peregrinis coloribus mutat: gulæ labore cul-A ta, lavacro nitida, unguentis oblita, veſtitu varia, monilibus tota diſtincta, conviviorum celebritate jocunda, vino madida, gemmis ſeu floribus redimita, oculorum jocorumque feſtivitate laſciva, avaritia cæca, libidine percita, delicate tumentis ac reflabilis tori plumeo ſepulcro ſuperba: jactat ſe ludibunda per nemora, fontes, prata, Bajas, civitates ac rura: univerſis voluptatibus ſepta, in cupidinem ſui utrumque ſexum, omnes animas, omnes ætates iſto carmine invitans: [d] *Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ: & non eſt refrigerium in fine hominis: & non eſt, qui agnitus ſit reverſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus, tamquam qui non fuerimus:* B *& non eſt reverſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo revertitur.* Et infra: [e] *Venite ergo, fruamur bonis quæ ſunt: & utamur creatura, tamquam in juventute celeriter. Vino pretioſo & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, ante quam marceſcant. Nullum pratum ſit, quod non tranſeat luxuria noſtra. Ubique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors.*

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
362.



VI. Illinc ſpiritus, quaſi quidam dux peritiſſimus, horum omnium prædicit fugam, in armis expeditiſſime ſtandum, vigilandum diligenter, undique caſtra munienda, defenſanda regalia fortiter ac C tenaciter ſigna; æſtus, frigus, famem, ſitim, univerſaque diſcrimina æquanimiter perferenda: mundum abdicatione calcandum, mortemque ipſam, perennis cui beatitudo ſuccedat, præmium victoriæ magis eſſe, quam mortem. Luculenta oratione per Joannem hactenus concionatur: [f] *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis dilexerit mundum, non eſt caritas patris in illo: quoniam omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, concupiſcentia oculorum, & ambitio ſæculi, quæ non eſt a patre, ſed ex concupiſcentia ſæculi: & mundus tranſibit, & concupiſcentia ejus. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum,* quomodo & Deus manet in æternum.


D

VII. Sed dicit aliquis: ſi ita eſt, cur in ſe ipſe potiſſimum ſuperatur? Primo quia genus humanum magis voluptati, quam virtuti conſentit: deinde quia delicias plus diligit, quam laborem. Huc accedit, quia bona carnis invenit, non requirit: mavultque potiri vel parvis præſentibus bonis, quam bonis ingentibus tardis. At vero ſpiritus bona non tantum ſunt inviſibilia, tarda & abſcondita, ſed etiam nimis in arduo conſtituta, ut ad ea, niſi cum ſumma difficultate, laboribus ac periculis magnis non poſſit ab aliquo perveniri. Adde, quod illa in ſolo genitali verſatur: ille peregrinus eſt. Illa ſine contemplatione meritorum qui-E buslibet paſſim ſua munera infulcit, maxime indignis, ut ad ſe colligat turbas: ille numquam remunerat quemquam, niſi primo quis victor mortis jura prætereat. Quæ res efficit, ut ſive metu ſive incredulitate præponantur præſentia futuris, mala bonis, fragilia ſolidis, falſa veris, terrena cæleſtibus, temporalia ſempiternis.

VIII. O cæca mens hominum! quid præſentium carnalium rerum fugaci illuderis blandimento? quid deteriori meliorem ſubjacere compellis? ſcriptum quippe cum noveris: [g] *Omnis caro fenum, & gloria ejus ſicut flos feni:* cujus ſi curam geris, pe-

[a] Gen. II. [b] Rom. V. 18. [c] Gal. V. 17. [d] Sap. II. 1. 2. 5. [e] Ibid. ℣. 6-8. [f] I. Joan. II. 15-17.
[g] Iſa. xl. 6. I. Pet. I. 24.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



cuinam te esse cognoscis. An ejus virtutem diligis? frangit ac subigit illam quivis dolor. An pulcritudinem? levis & commutabilis res est, & quæ una febri vel qualibet facillime deleatur injuria. Ecce procuratores vel gubernatores ejus oculi, aliquo ictu extincti subsidunt. Nonne cadaver est vivum? Ecce tabidus pulmo pinguibus sputamentis exesus detestabili macie omnia gestatoris sui ossa denudat. Nonne horrebit etiam sibi quodam modo illa excarnata umbra tractabilis? Longum est ire per singula. Ecce peremtorius aliquis morbus totam machinam lecto prosternit. Ecce tempestas undique mortis incumbit. Nonne statim illa quæ erat domina voluptatum, fit præda morborum? Postremo jacentes reliquias mors vindicat sibi, insuper ei pœnas gehennæ paritura. Tunc carnalis mimus ille finitur, exsanguique nihil jam suffragantia tota illa ornamenta medentur, nisi quod a false plangentibus adhuc viventi rapiuntur.

IX. Unde, fratres, sicut veri Christiani, [a] *quasi hospites & peregrini, abstinete vos a carnalibus desideriis quæ militant adversus animam*: nec vestrum frangat affectum, quod ejus secretum figuramque nescitis: quam si propterea contemnitis quia non videtis, Deum quoque, qui est invisibilis, contemnere similiter poteritis: qui enim non diligit ejus similitudinem, sequitur ut oderit veritatem. Inde est, quod stulti præponunt corpus animæ, idolum Deo. Sed nos, qui Adam abjecimus, [b] Christum induimus; qui, quæ vis, qui exitus, quæ merces carnis sit quæve animæ, Deo magistro, didicimus; qui non ignoramus victoria carnis ambas extingui, animæ victoria utramque servari: meliora sequamur, saltem vel eo studio quo sequimur mala. Nulla ulli competit excusatio, maxime cum res nostræ commissa sit voluntati, propheta dicente: [c] *Ante hominem bonum & nequam, mors & vita: quod elegerit, hoc dabitur ei*. Unde dubium non est, voluntatem nostram, cui se junxerit parti, præbere victoriam: ejusque in resurrectione aut præmio perfrui perenni, aut consimili pœna puniri.

TRACTATUS XIII.

De Circumcisione.

I. Diligentissime, fratres carissimi, circumcisionis, cujus non tantum in præsenti lectione, sed & aliquot in locis fecit Paullus beatissimus mentionem, ratio videtur esse reddenda; ut & Christianus veritatem, & Judæus suum cognoscat errorem. Solet enim magnis cum vociferationibus sæpe jactare, hanc esse gentis suæ nobilitatem, hanc cælestis sacramenti virtutem, hanc æternæ vitæ legitimam genitricem, hanc perpetuam futuri regni consortem, sine qua nemo possit omnino ad Dei notitiam pervenire. Unde primo omnium definiendum puto, quid sit circumcisio; ut tunc demum, qualis sit, jure possit agnosci. Circumcisio est, fratres, in damnum rotundi vulneris ferro circulata cicatrix. Quam si Judæus æstimat gloriam; ut de ceteris taceam, major est ejus qui in honorem deæ suæ (sane anus turpis atque amatricis) non parvam cutem ejusdem membri, sed ipsum membrum radicitus abscissum mysteriis turpioribus immolavit: illa videlicet ratione, quia Judæus post sacramentum

A per hanc partem peccare potest, ille autem deinceps per hanc partem peccare jam non potest.

II. Consequens est ut profiteatur, utrum hanc carnalem, an spiritalem esse defendat. Si spiritalem, cur de carne gloriatur? Si carnalem, animæ prodesse non poterit: quia [d] *caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt*. Accedit, quod circumcisio adversus sabbatum pugnat, quod violandum ullo opere in toto non esse præconat. Etenim plerumque contingit, ut ei nascatur sabbatis filius, quem octavo die, id est veniente sabbato, si non secundum legem circumcidat, de populo suo infantis anima peritura est. Hic, fratres carissimi,
B eligat, utrum velit, circumcidat, an differat. Si circumcidit, sabbatum corrumpit: si non circumcidit, cum innocentis animæ interitu præstitutæ circumcisionis jura vacuavit, quia solus octavus dies a Deo circumcisionis privilegium, non septimus, non nonus accepit: ac per hoc necesse est, ut utrumque inane sit, si infirmari potest alterum de duobus.

III. Quid, quod Abel [e] justus est sine hoc vulnere inventus? Quid, quod Henoch [f] a Deo integer legitur esse translatus? Quid, quod Noe [g] incircumcisus, sæviente diluvio, divina providentia humano generi heres & pater est constitutus?
C Quid, quod Melchisedech [h], summus ille sacerdos Deo acceptissimus, hujus fuit cicatricis ignarus? Quid, quod cum præputio Ninivitarum [i] populus Dei indulgentia est liberatus? Quos utique omnes circumcidi præcepisset, si carnis circumcisionem eorumdem saluti quos amabat, necessariam prævideret. Certe Adam ipsum sic ante fecisset.

IV. At fortasse quispiam dicat: peccator ergo fuit Abraham, ut circumcideretur; an justus? & circumcidi non debuit. Abraham, fratres, & vir justus fuit, & tamen necessario circumcisus. Quid enim Scriptura dicit? [k] *Abraham credidit Deo, & deputatum est illi ad justitiam*. Numquidnam dixit, Abraham circumcisus est, & deputatum est illi
D ad justitiam? Cum igitur Abraham integer, sicut Henoch & ceteri, sit justificatus & postea circumcisus; manifestum est, circumcisionem non Abrahæ fuisse necessariam, sed in designationem Judaici populi qui carnalis futurus fuerat, procuratam. Denique nihil illi contulit: quia Deo ante, non post ea quam circumcisus est, placuit: præmiumque non circumcisionis, sed in acrobustia meritæ repromissionis accepit. Unde manifestum est, Abraham gemini populi typum in semet ipso portasse, ut circumcisionis nota exprimeret Judæum, credulitatis justitia Christianum.

E V. Adde, quod circumcisio ista non tam salutem non pollicetur, quam locum caputque criminis monstrat. Adam etenim cum inlicitum pomum hoc membro decerpsit, sic in genus humanum jus mortis induxit. Necessario ergo luxurioso populo Deus hoc signum dedit: ut locum matricalis culpæ cum denotat, etiam alia crimina fugienda cognoscat. Ore tuo te, inquit, Christiane, vicisti. Inde est, quod & ego æternam vitam me possidere contendo, quia specialiter curam mortis mihi a Deo præstitam recognosco. Recte Judæus hoc diceret, fratres, si ista cura sexui utrique prodesse potuisset. Cum enim gravior caussa superfit, peritu-

a I. Pet. II. 11. *b* Ephes. IV. 22. Gal. III. 27. *c* Eccli. XV. 18. *d* I. Cor. XV. 50. *e* Gen. IV. *f* Ibid. V. *g* Ibid. VI. VII. VIII. *h* Ibid. XIV. *i* Jon. III. *k* Rom. IV. 3.

rum se, nisi veritatem requirat, agnoscit: si enim Adam curat; certe in qua delicti omnis est summa, isto remedio curare non potest Evam. Quid, quod nec ipsi viro aliquid eam prodesse perspicio? quia hujus circumscriptio characteris potestati subjacet cordis, quod nisi veræ circumcisionis spiritali fuerit sacramento purgatum, in æternum homo de quo agitur, periturus est: caro enim damnum pati potest, animo autem imperare non potest: ipse enim regalis potestatis imperio subjectum sibi corpus servilibus officiis suæ compellit implere desideria voluntatis; qui si fuerit vitiosus, quot habet unusquisque membra, poterit perpetrare tot crimina.

VI. Denique hoc genere Judæos Scriptura denotat ab auribus incipiens: [a] *Clamavi*, inquit, *ad eos, & non audiverunt; clamabunt ad me, & non erit, qui exaudiat eos.* Similiter & de manibus dicit: [b] *Manus enim vestræ inquinatæ sunt sanguine, & digiti vestri in peccatis. Labia autem vestra locuta sunt facinus, & lingua vestra injustitiam meditatur.* Et iterum de ceteris membris: [c] *Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose egerunt, venenum aspidum sub labiis eorum: quorum os maledicto & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: contritio & miseria in viis eorum, & iter pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.* Et de ipsa circumcisione in symbolis inquit: [d] *Interrogabant, & in virgis suis annuntiabant: spiritu meretricio seducti sunt, & fornicati sunt a Deo suo.* Agnosce igitur, Judæe, vel sero erroris tui miserum dolendumque discrimen; & dic nobis, utrum circumcisionem observes, an legem. Si circumcisionem; non est tibi lex necessaria, quia justus Abraham qui ex fide vixit, Deum credulitate, non lege promeruit. Si legem; contemne tuam istam circumcisionem, quam evacuatam videmus a lege, sic Jeremia dicente: [e] *Hæc dicit Dominus viris Juda & omnibus qui habitant in Jerusalem: Renovate inter vos novitatem, & ne seminaveritis in spinis. Circumcidite præputium cordis vestri, ne exeat sicut ignis ira mea, & exurat, & non sit qui extinguat.* Videtis ergo, fratres, quod hujusmodi circumcisis Deus non tantum salutem non pollicetur, sed etiam, nisi legitime corde circumcidantur, ignis inextinguibilis supplicium comminatur. Sed & Moyses ipse cujus adserunt se sæpe discipulos, eodem spiritu ad Israel loquitur dicens: [f] *Novissimis diebus circumcidet Deus cor tuum & cor seminis tui, ad Dominum Deum tuum amandum.*

VII. Hinc nunc vobis iterum dicam. Pharisæe responde, ubi cor habeas constitutum. Si in regione pectoris; quid deformi vulnere inferna metiris? Si, quod quidem recte æstimas, in infernis; procul dubio omnes sacrilegos antecedis, qui Moysis reprobans dictum, per hanc injuriosam corporis stipem Deo placere te posse præsumis. Jam completa est, inquit, in me per Jesum Nave, Domino jubente, secunda quam Moyses annuntiaverat, circumcisio; scriptum est enim: [g] *Et dixit Deus ad Jesum, Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos: & adside, circumcideque secundo filios Israel.* Videamus nunc ergo, fratres carissimi, secunda illa circumcisio ab Jesu Nave, quo genere celebrata sit petrinis illis cultris: cor, an præputium circumciderit. Etenim si secundum ipsos nos quoque carnaliter sentiamus, ambo prophetæ tenebuntur in crimine: ut aut Moyses fallax sit, si circumcisio circumciditur rursum, ut hoc idem faciat, aut ut quod non habeat, perdat; aut certe Jesus Nave parricida sit, si cultris corda hominum desecat.

VIII. Sed absit, fratres, ut spiritales viros ullo tangamus errore, maxime cum prophetia ad sui dicti jam pervenerit veritatem. Jesus enim Nave Christi imaginem præferebat, qui verus omnium salvator esse cognoscitur & factis & nomine: hic enim, quia ipse dictus est [h] etiam petra, recte cultellos petrinos fecit (unde non sine ratione & Simoni super quem ædificavit Ecclesiam, [i] *Petrus* nomen imposuit) id est sua doctrina formatos, & Spiritus sancti lima acuminatos constituit viros Apostolos omnesque discipulos: quorum salutaria monita canentibus linguis, quasi quibusdam spiritalibus cultris credentium populorum, secundum Moysis dictum [k], non in damnum hominis præputium carnis, sed in augmentum hominis præputium facinorosi cordis incidit.

IX. At fortasse adhuc quispiam dicat, cur ipse quoque signaculum carnis accepit, si ei necessarium non fuit? Hujus propositionis quæ sit ratio, fratres, accipite. Igitur qui venerat hominem vivificare, per hominem necesse habuit, ne phantasma putaretur, edicta legis universa complere: non enim aut finis legis, aut verus Christus esse potuisset, si quid prætermitteret, quod ab alio saluti hominum præstari potuisset. Eo accedit, quod secundum carnem David filius futurus esse canebatur; qui nisi paterno generis signaculo responderet, neque David filius esset, neque nisi in filium David Christus venire potuisset: qui ideo circumcisus est, quia Judæis erat promissus; ideo cum præputio natus, quia in æternum incircumcisis gentibus fuerat profuturus.

X. Diximus de prima circumcisione carnali, quæ Judæorum est: nunc breviter de secunda spiritali quæ nostra est, edicamus; quæ tantum potestatis gerit, ut a femina cœperit, quod priori impossibile fuit. Denique a muliere quæ prior peccaverat, circumcisionis incipit cura. Et quia suasione per aurem irrepens diabolus, Evam vulnerans interemerat; per aurem intrans Christus in Mariam, universa cordis defæcat vitia: vulnusque mulieris, dum de virgine nascitur, curat. Signum salutis accipite. Corruptelam integritas, partum est secuta virginitas. Adam similiter dominica circumciditur cruce: & quia per mulierem quæ sola lignum letale contigerat, exceperat uterque sexus interitum; e diverso per virum ligno suspensum vivificatum est omne genus humanum. Ac ne non ex integro principium suo statui redditum videretur, prior vir consummatur in cruce: atque eo feliciter soporato, similiter de ejus latere ictu lanceæ non costa divellitur, sed per aquam & sanguinem quod est baptismum atque martyrium, spiritale corpus spiritalis feminæ effunditur; ut legitime Adam per Christum, Eva per Ecclesiam renovaretur.

XI. Hoc nos, fratres, sacramento tam viri quam feminæ circumcidimur: hoc Spiritus sancti non signaculo, sed signo censemur. Hac circumcisione non aliquid perdimus, sed crescere nos augmentis cælestibus invenimus: non sanguinem sterili solen-

a Zach. VII. 13. b Isa. LIX. 3. c Psalm. XIII. 3. d Osee IV. 12. e Jer. IV. 3. 4. f Deut. XXX. 6.
g Jos. V. 2. h I. Cor. X. 4. i Marc. III. 16. k Deut. XXX. 6.



nitate dimittimus, sed pudoris sanguinem retinemus, quem ambitiose plerumque effundimus, cum in persecutione pro nomine Domini diabolum moriendo vastamus. Postremo abscindimus, quod habuisse non deberemus, quod ab inimico hominibus superadditum recognoscimus, Domino sic dicente: [a] *Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit in suo agro bonum semen: dormientibus autem hominibus, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in triticum.* Quæ necessario radicitus circumcisione divellimus, ut diri seminis contagione purgati, integri in ubertate paterni seminis maneamus. Hæc, inquam, non die, non nocte, non hora, non sexu, non ætate, non conditione, non loco, non genere tribuenda homini salute depellitur, sed gloriosa semper in omnibus invenitur. Denique prior circumcisio desecat carnem, secunda animi desecat vitia: illa ferro, hæc spiritu; illa portionem, hæc hominem totum; illa masculum solum, hæc utrumque sexum; illa præputium parvæ cutis, hæc præputium totius concupiscentiæ sæcularis. Illa octavo deservit diei, huic deserviunt tempora, dies, horæ universaque momenta. Illa ante octavum, vel post octavum diem nec ipsi morienti puero subvenit; hæc à cunis ipsis infantiæ usque ad supremos exitus cujusvis ætatis utrique generi salutare munus impertit. Illa sanguine gaudet, hæc gratia; illa imagine, hæc veritate; illa damno, hæc lucro; illa agit captiva sub lege, hæc omnibus præstat in Christo bonæ fidei libertatem. Igitur vos qui circumcisi estis circumcisione non manu facta in spoliationem carnis, sed circumcisione Domini nostri Jesu Christi, elaborate, ne vestra integritas mutiletur; ne ingruentium peccatorum rursum sicut Adæ & Evæ spiritale præputium male repetita nuditas condemnetur; ne novus homo quidquam Judæi habere videatur aut gentis. Ambo enim illi carnales sunt, ambo sine fructu. Unde dubium non est, neque præputium aliquid esse, neque circumcisionem, sed solam observationem voluntatis Dei esse fideliter viventibus necessariam.

TRACTATUS XIV.

De spirituali ædificatione domus Dei.

I. Vellem, fratres dilectissimi, triumphali quodam modo uti sermone, novique operis arcem sacram laudibus geminare. Sed quamvis sit optimum laudare quæ Dei sunt; tamen præcipuum non est, quod cum gentibus vel Judæis potest esse commune: nam & illis si liceat vel si velint, fortassis cultius synagogas ædificent, cultius erigant capitolia: sed in his omnibus operibus vero judicio structores magis possunt placere, quam sacerdotes. Quid, quod aut nullum, aut perrarum est per omnem Ecclesiam Dei orationis loci membrum, quod possit quavis ruina in se mergentibus idololatriæ ædibus nunc usque aliquatenus comparari? Nam & Salomonis accepimus templum luculento opere fuisse constructum, atque ita elaboratum, ut nesciret inspector, in eo quid potissimum miraretur, magnitudinem, opus, ornatum, an ne materiam: ita enim in unum decorem universa convenerant, ut legitima domus Dei caduca illa ambitio putaretur. Quod si ita esset, inter memorata impar cultu semper Ecclesia inveniretur.

II. Sed hæc sæcularia sine legitimo ac devoto cultore nec sufficientia, nec necessaria honori suo protestatur Deus hactenus dicens: [b] *Cælum mihi thronus, & terra suppedaneum pedum meorum. Quam mihi ædificabitis domum? aut quis locus ad requiem mihi? Omnia enim ista fecit manus mea.* In Evangelio quoque sic dicit: [c] *Hierusalem, Hierusalem, quæ interficis prophetas & lapidas missos ad te, quotiens volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce remittetur vobis domus vestra.* Et iterum: [d] *Non relinquetur in templo lapis super lapidem, qui non dissolvatur.* Reprobat ergo tam immensum, tam insigne, tam opulens templum, quia in eo verum non erat templum: etenim hominum conciliabulum est contextio ista parietum; fidelis autem populus Dei templum, Apostolo dicente: [e] *Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis.* Et verum est; nam sicut idolis insensatis similia templa conveniunt, ita viventi Deo viva templa sunt necessaria: in his enim solis sacerdotum Dei structura & propria est & perennis: qua & Judæos & gentes vel ceteros antecedimus. Incomparabilis autem gloria, ac vere Deo digna, cum uno consensu, una fide, alter alterum commendans, devotione consimili convertuntur ad Deum & sacerdos & templum. Exsultate igitur, fratres, ædificationemque vestram æde ista de novella cognoscite, cujus quoque capacitatem felici numero fecistis angustam: ex eo enim ipso, quod nos non capit locus, exinde intelligitur, quia fides vestra capit Deum. Igitur ne quis operationem a me forte disquirat, paucis insinuabo.

III. In totius fabricæ fundamentis, non sicut in Judææ templo plurimi, sed [f] magnus, præclarus, pretiosus, ac speciosus unus est lapis, qui quadræ turris totam solus sustinet molem: cui non innumerabilis varie famulatur acies validissima columnarum, quia illi septem solæ sufficiunt: [g] non æneum inhæret mare, quia illi perennis fontis sui vivum inest mare; non quod naufragos faciat, sed quod naufragos ad vitam suavem perducat: non aurum, non argentum; quia in suis martyribus computat totum. Non fenestrarum lumen implorat; quia sol æternus in eo manet. Inæstimabilia unius plenitudinis tria illi sunt membra, unum secretarium, & patentes semper duodecim portæ, quas ab hostili defendit impulsu in modum Tau litteræ prominens lignum. O res vere miranda? Quotidie ædificatur & quotidie dedicatur: floribus perpetuis ac diversis gemmis, lapidibus, margaritis per momenta distinguitur: & quia opus est vivum, tectum non habet, nisi cælum.

IV. Dicam præterea, quæ quotidie merces, quæ impendatur annona. Omnibus peræque unus panis cum ligno datur, aqua cum vino, sal, ignis & oleum, tunica rudis & unus denarius; quem qui libens acceperit acceptumque non spreverit, sed in labore usque ad ultimum perduraverit, turri completa, inæstimabiles divitias in ea commanens possidebit.

V. Memorandum quoque necessario est etiam illud, a quo quid agatur in templo. Sacerdos vocat, ostium credulitas aperit, simplicitas introducit, intellectus invitat, veritas persuadet, timor excubat, disciplina coercet, continentia se refre-

a Matth. XIII. 24. 25. *b* Isa. LXVI. 1. 2. *c* Matth. XXIII. 37. 38. *d* Matth. XXIV. 2. Marc. XIII. 2. Luc. II. 5.
e II. Cor. VI. 16. *f* Ephes. II. 20. *g* III. Reg. VII. 23. II. Paralip. IV. 2.

nat. Stat in angusto fides, in secreto pudicitia: in primo innocentia, æquitas in medio, in fine patientia. Pax colligit, caritas ligat, solicitudo custodit, justitia distribuit, pietas ministrat, puritas supplicat, spiritus postulat, spes promittit, sapientia domus domina prærogat munera. Exsultate seniores: vos estis hujus operis firmamenta. Exsultate juvenes: vos estis lapidibus adamantinis meliores. Exsultate pueri: sacræ turris dulces ac sine pretio margaritæ. Felicia exsultate conjugia: meliores ornatui gemmas sculpitis, quam vos estis. Exsultate viduæ: quadratura vestræ virtutis angularis lapidis conjugio cohæretis. Exsultate virgines: omnem istam celebritatem honore vestri floris ornatis. Exsultate divites, prærogationibus crebris & B justis veri divites facti: promotioni etenim cælestis vestræ dignitatis debetur divini operis perennis ista laudatio. Exsultate pauperes spiritu: per vos, & in vobis Dei major est domus: nam & omnibus æquales estis, & pedaturas omnes vestri corporis ambitu superatis: denique sancti divites pauci sunt, vos plures estis.

VI. Hæc sunt, dilectissimi fratres, charismata vestra: hæ virtutes quibus Hierusalem spiritalis instruitur, quibus sacræ orationis iste locus novus & populus quotidie Christi Dei & Domini nostri providentia comparatur. Hic labor noster illustris; hæc gloria omnium sacerdotum: hoc mysterium C Deo, hoc opus carum, hoc opus vivum carnaliter geritur, sed spiritaliter promovetur. Præstabit autem Deus pater omnipotens, ut quomodo isto in terrestri domicilio ei gratias agimus, ita in cælestibus regnis uberiores sanctis cum omnibus referamus.

TRACTATUS XV.

De triplici genere sacrificiorum.

I. IN omni negotio, fratres dilectissimi, nisi quis ante personam noscat & rationem, ejus non potest nosse veritatem: hæc enim res & fecit, & D facit, ut Judæus, & Judæo deterior Christianus, Dei filium Deum esse non credant: quos vellem adesse paullisper, auremque præsenti commodare lectioni, ut edicerent nobis, quinam sit Deus iste, qui dicit: [a] *Audi populus meus, & loquar; Israel, & testificabor tibi: quoniam Deus, Deus tuus ego sum.* Et infra: *Meus est orbis terræ & plenitudo ejus. Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me.* Si pater loquitur, fratres, quis est iste, cui tantum defert? Quis est, quem *Altissimum* dicit, cum ipse sit solus, a quo alius E altior non sit? Sin vero omni honorificentia deferentis Patri verba sunt Filii, debetis agnoscere, quantis catenis vincta tenebrarum mens laboret incredulorum.

II. *Immola*, inquit, *Deo sacrificium laudis.* Primo omnium, sacrificiorum tria esse genera novelle disce Christiane, ne quo seducaris errore. Unum est enim detestabile, alterum reprobum, tertium mundum. Detestabile est gentium, reprobum Judæorum, populi Christiani mundum. Igitur gen- A tium sacrificium quam exsecrabile est, tam inane: colunt enim vani vana figmenta in quaslibet formas, vultus, sexus, ætates, auri argentique detrimento matris limæ moderato dente figurata. Quæ est ergo ista dementia? sacrificium nescientibus procurare, lumen cæcis inferre, tura non spirantibus concremare, allegare preces surdis: ab his custodiam petere, quos fur non timet involare. Quibus recte Deus irascitur dicens: [b] *Nolite ambulare post deos alienos, ut serviatis eis; & ne adoraveritis eos: ne quando incitetis me in operibus manuum vestrarum; & disperdam vos.* Quæ autem sint ista opera manus humanæ, Spiritus sanctus in psalmo nonagesimo quinto declarat dicens: [c] *Omnes dii gentium dæmonia; Dominus autem cælos fecit.* Et in Deuteronomio: [d] *Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo.* Ac ne quis sacrilegium existimaret sibi impune esse cessurum, Scriptura iterum ibidem dicit: [e] *Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli.* Hæc gentibus, nisi convertantur, manet divina sententia: quæ nec Deum, nec sacrificium etiam ipsæ cognoscunt se habere legitimum.


III. Nunc Judæorum quoque sacrificia a Deo repudiata cognoscite, qui dicit ad eos in Isaiæ libro: [f] *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? plenus sum holocautomatis arietum, & pinguamine agnorum.* [g] *Sanguinem taurorum & hircorum nolo: quis enim exquisivit ista de manibus vestris?* Per alium adæque prophetam Spiritus sanctus clamat, & dicit: [h] *Præcingite vos, & plangite sacerdotes, lugete omnes qui deservitis altari: quoniam ablata est de domo Domini vestri hostia & immolatio.* Multa sunt, quæ dici possunt: sed satis otiosum est in his demorari, quæ in toto jam non sunt.

IV. Unum sane necessario proferemus exemplum, quod & Judæi odiosum, & Christiani sacrificium approbet Deo gratum. Apud Malachiam prophetam: [i] *Non est mihi voluntas circa vos, dicit Dominus: & sacrificium acceptum non habeo ex manibus vestris: quoniam a solis ortu usque in occasum clarificatum est nomen meum apud gentes, & in omni loco odores incensi offeruntur nomini meo, & sacrificium mundum: quoniam magnum est nomen meum apud gentes, dicit Dominus.* [k] *Immola Deo sacrificium laudis. Immola*, inquit, *Deo*, non dæmoniis, *sacrificium laudis*, non vituperationis: & *redde Altissimo vota tua.* Honorem totum refundit in patrem, ex quo omnia. Et [l] *invoca me in tribulatione tua, & eripiam te* dicendo, ostendit, quoniam per se omnia prosecutus est. *Et magnificabis me:* quod dictum, fratres, non sic debetis accipere, ut operis sui laudem sibimet soli deberi testatus sit, qui in Evangelio dicit: [m] *Si non facio facta patris mei, nolite mihi credere: sed si mihi credere non vultis, factis credite; & cognoscite, quoniam in me est pater, & ego in illo:* dictum significatione unica majestatis, & affectu individuo pietatis; quia laus filii est patris, & laus patris amborum.

V. Nunc sacrificii nostri proprietatem nos convenit nosse, quæ facile ex adverso cognoscitur: nam si diis corporalibus sacrificium convenit corporale, utique & spiritali Deo sacrificium est ne-

a Psal. XLIX. 7. 12-15. b Jerem. XXV. 6. c Psal. XCV. 5. d Deut. XXXII. 17. e Exod. XXII. 20. f Isa. I. 11. g Ibid. ỳ. 12. h Joel. I. 13. i Malach. I. 10, 11. k Psal. XLIX. 14. l Ibid. ỳ. 15. m Joan. X. 37. 38.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



cessarium spiritale; quod non ex sacculo, sed ex corde profertur; quod non bromosis pecudibus, sed suavissimis moribus comparatur; quod non cruentis manibus, sed sensibus mundis offertur; quod non jugulatur ut pereat, sed, sicut Isaac, immolatur ut vivat, Apostolo hortante nos Paullo, cujus ista sunt verba: [a] *Exhibete corpora vestra hostiam viventem, sanctam, placentem Deo:* hoc enim placitum est Domino, ubi se ipsum candidus animus immolaverit Domino; cetera autem nihil proderunt, si colentis pura mens non sit, in Ecclesiastico Salomone clamante; [b] *Dona iniquorum non probat Altissimus.*

VI. Heic quærite, Christiani, sacrificium vestrum an esse possit acceptum, qui vicinarum possessionum omnes glebulas, lapillos & surculos nostis; in prædiis autem vestris fumantia undique sola fana non nostis, quæ (si vera dicenda sunt) dissimulando subtiliter custoditis. Probatio longe non est. Jus templorum ne quis vobis eripiat, quotidie litigatis. Non hi solum qui tales sunt, displicent Deo, sed & illi qui per sepulcra discurrunt; qui fœterosis prandia cadaveribus sacrificant mortuorum; qui amore luxuriandi atque bibendi, in infamibus locis lagenis & calicibus subito sibi martyres pepererunt; qui dies observant; qui Ægyptiacos de candidis faciunt; qui auguria captant salutemque suam pecudum violenter scissis in ventribus quærunt; qui conjugale exasperant jugum, affectuque calcato subdititiis personis, ut obumbrent furta turpissimæ utilitatis, rem familiarem tuendam committunt, amore non fidei, sed libidinis; qui publicanas mulieres cum vi subjiciunt sibi, viliores se esse quam illæ sunt, produnt; qui iracundia tument, qui litibus fremunt, qui calumnias pariunt; qui pauperes, qui viduas, qui pupillos exspoliant; qui profanis fabulis, neglecta Dei secta, alios non bene avocantes divina sacramenta contaminant. Jam videat unusquisque, quemadmodum sacrificium aut sumat, aut offerat; sicut enim indigne offerre sacrilegum est, ita indigne manducare mortiferum, in Levitico scriptura dicente: [c] *Omnis mundus manducabit carnem.* [d] *Anima autem, quæcumque manducaverit de carne sacrificii salutaris quod est Domini, & immunditia ejus super ipsum est, peribit anima illa de populo suo.* Hæc, fratres, sicut cavenda sunt nobis, ita quæ bona, quæ pura, quæ simplicia, quæ pia, quæ sancta sunt, sicut facitis, amplectenda: ut [e] videntes homines opera vestra bona magnificent Patrem vestrum qui est in cælis. Itaque dulcissimi flores mei talia sacrificia procurate, quæ sanctus Spiritus libenter offerat, Pater probet, Filius qui magister est noster, probata glorietur per eumdem, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

TRACTATUS XVI.

De Resurrectione.

I. QUisquis resurrectionem negat, vitam suam sequemet ipse condemnat: cur enim mereatur felicitatem futuri temporis cernere, quem videas sacrilega incredulitate Dei potentiæ derogare? Sed hoc amore criminum faciunt, ut putent impunita fore quæ clanculo gerunt: nam si judicii diei appropinquare jam cursus adverterent, procul dubio & præsentia odissent, & futura credidissent, pariterque metuissent: nemo est enim tam vel ab istius mundi sapientiæ gustu jejunus, qui audeat dicere animas cum corporibus interire, cælestia cum terrenis absumi; præsertim cum eorumdem ille sapientissimus [1] dicat, hanc esse mortem, cum corpore animus tamquam carcere clausus tenetur; illam esse veram vitam, cum idem animus custodia carceris liberatus ad eum locum unde venerit, revertatur. Si ergo hoc ille sensit, qui non noverat Christum; cur dubitet Christianus, qui resurrectionem futuram & audit & sperat & repositam sibi præsumit de Christo?

II. Igitur primum omnium probandum puto, animas nostras suorum corporum exuviis, nec cum labe carnalis hujusce domicilii ista prima morte dissolvi; sed pro qualitate factorum quasdam locis pœnalibus relegari, quasdam placidis sedibus refoveri: ut tunc demum credi possit resurgere, quod omnibus palam sit non penitus interire. Gentes quæ ista non credunt, tamen cum libamine infausto ad sepulcra concurrunt, & a mortuis quos in quiete tacitæ noctis agnoverint, expeti a se aliquotiens alimenta contendunt: ac sic fidem rei quam reprobant, faciunt. Philosophi de anima varia dixerunt: sed tamen hanc esse immortalem, Epicuri, Dicæarchi Democritique vanitatem argumentatione manifesta convincunt. Poetæ autem melius, qui duplicem viam apud inferos ponunt: impiorum unam quæ ducit in Tartarum: piorum aliam, quæ ducit ad Elysium; eo fortius addentes, quod defunctorum ibidem non tam formæ quam facta noscantur, ac necessario recipiant secundum quod mundanæ administrationis suis in actibus portant, recte dicentes: [2]


Quisque suos patimur manes.

III. Nos vero, fratres, quos non ingeniosa suspicio, sed Deus magister instruxit, propter nos in semet ipso probando, quod docuit, vivere animas mortuorum non tam dicere, quam oculatis rebus sufficimus approbare. Denique vagi atque immundi spiritus utriusque sexus humani, dolosa blanditiarum captione seu violentia, viventium domos corporales infringunt, & latibulum sibi perniciosis eorum in captivitatibus quærunt. At ubi ventum fuerit ad divini certaminis campum, cœperintque sacri nominis telo pulsari; tunc cum alium noveris, alium certari misereris. Discoloratur per momenta color, figura sua tollitur a natura, in obliquos horrores insani vertuntur orbes oculorum, acies dentium spumosis horrida globis inter labra liventia stridit, intorta omnia passim membra tremore vibrantur, gemit, flet: denuntiatum pavet judicii diem, pellique se plangit; confitetur sexum, confitetur aggressuræ tempus & locum, & nomen proprium confitetur, discessumque: vel qui sit signis evidentibus docet, ut plerumque aliquos noscamus eos esse, quos in idololatria commorantes nuper, vel maxime vi aliqua obiisse meminerimus. Heic nunc mihi responde, qui hominis post mortem nihil superesse contendis, quemadmodum per alium locutus sit mortuus ille, quem noveris? At dicis: Hæc dæmones fingunt. Eo probatio melior, quod etiam fallaces testimonium perhibent veritati. Cur autem fingant nomina, quorum est confessio in ceteris vera? aut qua ratione isto argumento nitantur, quod hominibus quos perditos cupiunt, magis proficiat ad Dei timorem, & ipsis

a Rom. XII. 1. *b* Eccli. XXXIV. 23. *c* Levit. VII. 6. *d* Ibid. ℣. 20. *e* Matth. V. 16.

1. *Ille sapientissimus*] Plato. Vide Lactant. *divin. Instit.* lib. VII. cap. VIII. 2. Æneid. VI. ℣. 743.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



nihil profit ad utilitatem? Sane recte hoc facere existimarentur, si sub prætextu alieni nominis invasa obtinere potuissent. At cum divina adjuratione in equuleo spiritali & qui sint nolentes edicant, & inviti discedant; procul dubio hoc sunt, quod se se esse unicuique confitentur.

IV. Accipe & alia exempla, & quidem certiora. Primo in libro verborum Samuel egregius ille sacerdos mortis jam lege dispunctus [a], Sauli regi se desideranti sine ambiguitate non tantum suam præsentiam exhibet, sed etiam ad consulta respondet, liberiusque canit mortuus, quam canere consueverat vivus; unde libet exclamare: Profectus potius est iste, quam mortuus. In Evangelio quoque [b] Petrus filiique Zebedæi cum Domino adstare fulgentes Moysen Eliamque, quos propter tunc impedimentum carnis videre non possent, libertate spiritus vident: exinde intelligentes in thesauro naturæ depositum incolume requiescere, quod in hoc mundo ad tempus perspicitur interire. Similiter in inferno dives ille tenacissimus [c] quem chaos immensum a pauperis felicitate discernit, ardoribus suis implorando refrigerium, Lazarum verum divitem sero cognoscit: cupitque mortuus vel uno digito illis contingi manibus, quibus stipem denegaverat vivus. Odit jam sine caussa ante quod amaverat: probat felicius esse quod oderat. Gemit instanti pœnæ aliquid de facultatibus notis mederi non posse, pro uno puncto requiei incunctanter tota, si liceat, paratus offerre. Superstitibus fratribus saltem cupit esse consultum. Abraham patrem deprecatur obnixe, ut aliquis nuntius pergat qui eos tanti negotii certos efficiat; cui ille respondit: [d] *Habent Moysen & prophetas, quibus si non credunt, neque illi qui hinc missus fuerit, credituri sunt*: evidenter ostendens, non in oculis esse carnalibus verum, sed in fide credentium constitutum.

V. Nam & Dominus ista exempla confirmans uni ex latronibus in se credenti, qui cum eo de patibulo dextra lævaque pendebant, ait: [e] *Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Itaque si homo mortuus in æternum perit; ergo mentitus est Dominus, qui ei deinceps nihil futuro paradisum repromisit. Sed & homo ipse quem Dominus adsumserat, periit, si Jesus non resurrexit. At si resurrexit, humano generi formam dedit, quoniam ad hoc Deus pro homine mortis jura gustavit, ut homo per Deum jus immortalitatis reciperet quod amisit. Propter quod Paullus beatissimus ait: [f] *Nolumus autem ignorare vos, fratres, de dormientibus, ne contristemini sicut ceteri qui spem non habent: si enim credimus, quia Jesus mortuus est & resurrexit; sic & Deus eos qui dormierunt in Jesum, adducet cum eo*. Nam & Deus per Ezechielem prophetam loquitur, dicens: [g] *Ecce ego aperio monumenta vestra, & educam vos de monumentis vestris, & inducam vos in terram Israel: dabo spiritum meum in vos, & vivetis*.

VI. Cum hæc ita sint, resurrectionem futuram cur Christiane non credis? Cur de hujus mundi labe in meliora migrantes tam pertinaciter plangis? Proh nefas! Hinc mater scissa veste, laniatis crinibus, laniatis & genis, totum crebris ictibus livida pectus, gentili vanitate circa amissi cada-


A ver bacchatur insana, nec [h] Machabææ matris memoriam recolit: quæ spe succincta futurorum, Antiocho sæviente, libenter semel spetem filios, non dicam extulit, sed ipsa potius feliciter suis hortamentis occidit, religiose confidens Deo filios se genuisse, non mundo. Hinc uxor amissi mariti desolationem se ferre non posse testatur, frigidumque latus male dilatato queritur lecto; invidiosis vocibus Deo concinnat invidiam; solennia ipsa divina quibus a sacerdotibus Dei quiescentes commendari consueverunt, profanis aliquotiens ululatibus rumpit; tetraque illuvie suum totum deformans cultum, cadaver amplectitur conclamatum; frigentia tepefacit crebris osculis labra; totum corpus im-
B bribus relavat lacrymarum, crinium suorum damno cooperiens; miserandis affatibus in uberiores fletus incendit etiam eos quos caussa non tangit, tanto ambitiosior in dolore, quanto ditior, sane post momentum misera (atque utinam semel) nimio dolore nuptura. Heic heic quemadmodum se quis possit excusare non video; non deest enim, qui dicere possit: Si est resurrectio, quare plangis? si amore mariti facis, cur postmudum nubis? Exsecrabilis res est, fratres, nec conjugio servare caritatem, nec Deo fidem. Hæc etiam viros reprehensio manet.

VII. Christianus ergo in toto dubitare non de-
C bet, in statum pristinum mortuos excitari: talesque legitima die ante conspectum Dei ex illo naturæ secreto produci, quales fuerint pro sua quique qualitate suscepti, Apostolo dicente: [i] *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque corporis sui merita secundum ea quæ gessit, sive bona sive mala*. Etenim, fratres, facilius est reformari quod fuerit, quam institui quod ante non fuit: quod si non fuit, & est, multo magis poterit esse, quod fuit; quippe cum illius potentissimi artificis rerum omnium conditoris ipse sit usus, impossibilium possibilitatem adserere, ex eoque quod non est, facere quod est, naturam creare extra naturam, nihil prorsus habere
D difficile, solumque ei hoc deesse, quod nolit esse; hæc est enim proprietas Dei id operari, quod non potest credi.

VIII. Igitur non homines tantum, sed pæne omnia suis mortibus vivunt. Unde pauca de multis attingam, ut omnium probationem haud dubie in paucis expediam. Stellæ præcipites labuntur e cælo, & a tergo longo flammarum albescentium tractu funereæ facis solennitate in occasus suos, quasi quibusdam deducuntur exsequiis: quas si per plagas unde refixæ sunt, quæras, redivivi luminis lege suis sedibus resurrexisse agnoscas. Sol quotidie nascitur, eademque die qua nascitur, moritur; nec
E tamen instantis finis sorte terretur, suos ut repigret cursus, ut horas ac momenta producat, ut saltem paullo diutius diei sui demoretur in vita; sed fidelis semper, semper intrepidus, ad sepulcrum noctis cognatæ contendit, scius in ipso se habere, quod vivit: denique adimitur ei ortus, si ei auferatur occasus. Luna quoque, quæ vere rationis humanæ omnia in se lineamenta depingit, nata sanguineæ teneritudinis, dubio cornu primo quasi de cunis apparet, paullatimque crescendo jam puella, jam virgo, pro quotidianæ ætatis incremento progrediens, lascivi cursus ambagibus carpit pensa mundana. At ubi matura aureo igne flagrantis lu-

a I. Reg. xxviii. b Matth. xvii. c Luc. xvi. d Ibid. ℣. 31. e Luc. xxiii. 43. f I. Thess. iv. 12. 13.
g Ezech. xxxvii. 12. 14. h I. Mach. vii. i II. Cor. vi. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



cifflui aurigæ, par laboribus fratris augustis circulis A argenteum compleverit globum, paullatim devergit in senium; donec ultima senectute consumta, sua morte reviviscens, menstrualis ignis solenni germine accenso sumat rursus de fine principium.

IX. Similiter Phœnix, avis illa pretiosa, resurrectionis evidenter nos edocet jura; quæ nobilitatem generis suis non a parentibus accipit, non liberis tradit: ipsa est sibi uterque sexus, ipsa omnis affectus, ipsa genus, ipsa finis, ipsa principium: non ex coitu nascitur, nec officio alieno nutritur: non invita, non imprudens moritur, sed cum maturum leti tempus advenerit, a semet ipsa invitatis sacris ignibus libentissime concrematur. Sepulcrum B nidus est illi, favillæ nutrices, cinis propagandi corporis semen, mors natalitius dies. Denique post momentum festo exsultat in tumulo, non umbra, sed veritas; non imago, sed Phœnix; non alia, sed quamvis melior alia, tamen prior ipsa. Erubesce Christiana conscientia: vel tot ac tantis ex rebus, quemadmodum rursum eadem quæ es, sis melior futura, cognosce.

X. Præterea granum uniuscujusque frumenti conditum terræ interit, & tamen in eo id quod intus est, reviviscit, nec mortem medullitus capit; sed suum sibi genitale in germen exspirans, vetusti corporis superficie deleta, immo in melioris natu- C ræ jura transmissa, felix caput comis virentibus redimitum, quasi ab inferis emensum in superna sustollit, perennitatis gloriam fructu populoso tenturum; hoc hactenus Paullo firmante: [a] *Stulte, tu quod seminas, non vivificatur, nisi mortuum fuerit*. Et subjecit dicens: [b] *Sic & resurrectio mortuorum: seminatur in interitum, resurgit in perpetuitatem: seminatur in humilitatem, resurgit in gloriam: seminatur in infirmitatem, resurgit in virtutem: seminatur corpus animale, resurgit spiritale*. Satis, ut opinior, resurrectionis veritas omnibus claret.

XI. Sed necessario differendum est, quæ sit in D ea injustorum justorumque discretio, ne generalitas nominis in comparatione malorum attrahat gloriam Christianæ felicitatis. Duplex itaque forma surgendi est: prima sanctorum, in qua illud beatitudinis regnum primæ tubæ regali tessera convocati, capient cum ingenti triumpho æterno rege sub Christo: secunda vero, quæ impios cum peccatoribus universisque incredulis gentibus perenni destinat pœnæ, in psalmis Spiritu sancto dicente: [c] *Ideo non resurgunt impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum; quoniam scit Dominus viam justorum, & iter impiorum peribit*.

XII. Consequens est, ut scire nos par sit, in quo E habitu regnaturus sit homo iste noster qui tendit ad cælum: ne forte cum carne depereat vana spe, si captus fuerit caduca atque carnali, de qua Apostolus dicit: [d] *Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt*. At e diverso videor mihi audire proclamantem: Si hæc est conditio carnis, quid est ergo, quod credimus in Ecclesia remissam peccatorum ac resurrectionem carnis? Facile, fratres, pugna ista concordat, statusque futuri qualitas aperitur, fides si illibata teneatur. Unde rem paucis expediam. Omnis caro, quamdiu flagitiosis illecebris hujus mundi ac tenebris feralibus agitatur, profecto pecuina est, ac misero, fragili detestabilique versatur in jure. At cum mera fide credentis salutari fuerit necata baptismate, nova paterni sacro resurgit fontis ex gurgite, jam pura, jam libera, jam a conversatione mundi hujus extranea, jam morte superior, jam cælestia adspirans, jam non dicam sæculi ludibria, sed ut sit honoratior, se ipsam contemnens, jam veritatem non imaginem quærens, jam spiritalia non sua desiderans, de qua Paullus ait: [e] *Non omnis caro eadem est caro: alia est hominis, alia jumenti, alia caro volucrum, alia piscium. Et corpora sunt cælestia, sunt & terrestria*. Itaque immortalitatis semine, de quo etiam Poeta sapientissimus præsagivit dicens:

> [1] *Igneus est ollis vigor, & cælestis origo*
> *Seminibus*:

scilicet Spiritus sancti conceptione insita fit ante fecunda; ut cum dissolutionis ejus ac legitimæ reparationis tempus advenerit, suo semini respondens jure possit mereri quod credimus. Nec res in ambiguo est: quemadmodum etenim ille princeps iniquitatis suo semine per invidiam protoplastos ex angelis in homines derivavit; ita [f] Dominus omnes in se credentes sancti Spiritus semine a mortuis rursus gloriosos in angelos excitabit.

XIII. Ad hoc unum evidens adhuc proferamus exemplum, quamvis non possit verisimile tantam vim habere, quam veritas. Oleaster sua infelix & amarus est in natura; sed cum fuerit peritissimi agricolæ artificis manu necessaria provisione truncatus, nobilitate alieni seminis gravidatur, nutriturque ab eo ipso quod nutrit; donec hospitis germinis adoptiva pinguedine assumtus, immo pinguedo ipse factus, totusque acceptum translatus in honorem novæ frondis promotione ramis resurgescentibus ornatus, jam non oleaster sit, sed oliva: cum & oleaster sit, & tamen oleastrum se non esse, quodam modo etiam ipse miretur. Igitur si homo potest facere, ut sit arbor quod non fuit, salvo quod fuit; quanto magis Deus hominem poterit excitare, antequam peccasset in paradiso, in id quod fuit? Quam rationem seminum etiam beatissimus Paullus subtiliter prodidit dicens: [g] *Qui seminat secundum carnem, de carne sua metet interitum; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam*. At vero Dominus evidenter hoc edocens, sic ad discipulos ait: [h] *Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo: dormientibus autem hominibus venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in triticum*.

XIV. At fortasse adhuc quispiam dicat: Si caro perit, unde cognoscitur ille qui resurgit? Caro, fratres, quasi quoddam est speculum intuentis plenitudine gravidatum, quod non tam imaginem suam, quam ejus cujus est in usibus, gerit. Denique tot efficit vultus, quot ille intrinsecus tristes seu hilares suos fecerit motus, hanc rationem docente nos Paullo: [i] *Videmus, inquit, autem modo per speculum in ænigmate, tunc autem facies ad faciem erit*. Unde dubium non est in corporibus nostris, dum mortis lege seminantur, non substantiam, non imaginem, sed illud tantum quod inutile est, discuti; quod teritur, demutari,

a I. Cor. xv. 36. *b* Ibid. ℣℣. 42-44. *c* Psalm. I. 5. 6. *d* I. Cor. xv. 50. *e* Ibid. ℣℣. 39. 40. *f* Matth. xxiii. 30. *g* Gal. vi. 8. *h* Matth. xiii. 24. 25. *i* I. Cor. xiii. 12.

1. Virgil. Æneid. vi. ℣. 730.


ſicut ſcriptum eſt: [a] *Oportet enim corruptivum hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem*: aliter enim immortalitatis ſtola illa non ſumitur, niſi primo iſtud carnale ſpolium, blandum animæ venenum, ſecundum Dei ſententiam, unde ſumtum eſt, refundatur. Dicit enim Deus ad Adam: [b] *Maledicta terra erit in omnibus operibus tuis: in triſtitiæ gemitu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos ejiciet tibi, & edes pabulum agri: in ſudore vultus tui edes panem tuum, donec revertaris in terram.* Sed & Dominus ex perſona hominis quem aſſumſerat, ait: [c] *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Quod dictum non tam timentis, quam exſultantis ac docentis eſt. Utique: non enim quidquam timere poterat, qui mortuos excitabat, qui [d] poteſta- A tem habuit ponendi eam, & iterum reſumendi eam; ſed ut doceret, quoniam cum vivit in hoc mundo, ſemper in tribulatione, ſemper juſtus in pœna eſt. Cum autem mors quæ putatur metuenda, guſtatur; tunc ei in æternum manentis gloriæ beatis in ſedibus, nullas deinceps ærumnas mundi ſenſura, repromiſſa felicitas exhibetur, David ſancto dicente: [e] *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit mihi: quia liberavit animam meam a morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapſu: placebo Domino in regione vivorum.* Hæc nos felicitas manet, hoc munus exſpectat. Sic ergo vivamus, ut bonis operibus decorati, nos quoque Deo Patri placere mereamur, Domino juvante nos Chriſto, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

a I. Cor. xv. 53. b Gen. III. 17-19. c Matth. xxvi. 38. d Joan. x. 18. e Pſal. cxiv. 7-9.



Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.



SANCTI ZENONIS
EPISCOPI VERONENSIS
TRACTATUUM
LIBER SECUNDUS.

TRACTATUS I.

De Genesi.

Contra Arianos.

I. Carnalis mentis homines, fratres dilectissimi, scandalum patiuntur, non studio noscendæ sed frustrandæ veritatis, quotiens Deus Dei filius, qui Patris maxima est gloria, æqualis Patri a catholicis prædicatur. Denique inde est quod legis fundamenta temnentes, versuta disputatione, prætermisso Deo de Deo exeunte, ad communia humanitatis nomina quæ possunt argumentis attingi, Patris & Filii festinant: nec intelligunt, quia in exordio carminis sacri Deus Deo sua sibi & divinitate & nomine comparatus, omnes humani sensus opinationes excludit: quippe cum dicat: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: non inquit, *fac ad tuam*, sed ait, *faciamus ad nostram*: ne quam Filius hominem induturus pati videretur injuriam. Videtis ne, fratres dilectissimi, quia nullus exserte heic alteri jubet, in opere nullus otiosus est? O sancta æqualitas, ac sibi soli dignissima individuæ deitatis! Unus homo ad duorum imaginem & similitudinem fingitur: nec tamen in eo, quid cujus sit, invenitur. Si igitur in opere extraneo paritas sacra distingui non potest; Deus in alio se inferior esse quemadmodum potest? quidquid enim uni ex duobus indiscrete in omnibus sibimet similantibus detraxeris, cui detraxeris, nescis.

II. At ille cui jubetur, est, inquis, inferior. Quid? quod inde non esse approbatur inferior; quia unde processit, paterni cordis est exsecutor; non enim minus est facere magna, quam dicere. Quamvis & quod dictum est a Patre vel dici potest, quia Verbum est Filius, sine Filio non est: & quod factum est a Filio vel fieri potest, sine dignatione paterna non est; quia Filius sine Patre non est, ipso dicente: [b] *Si non facio facta Patris, nolite mihi credere: sed si mihi credere non vultis, factis credite: & cognoscite, quoniam in me est Pater, & ego in illo*. Constat ergo æqualem esse, quod invicem se capit cum Spiritu sancto.

TRACTATUS II.

De Genesi.

Nisi quis hostem a quo impugnatur, expugnet, numquam bonis suis poterit uti securus: sunt enim multi, qui adserere conantur chaos in principio fuisse, id est, informem indigestamque latentis naturæ congeriem, acervo quodam magnitudinis suæ per se in se manentem: postea vero Deum hanc diremisse, ex eaque constituisse mundum pariter &

A ornasse. Igitur si ut volunt, Deus materiam qua usus est, non fecit, sed æterna sit, ut ipse est; duo sunt ergo principia, & quidem repugnantia: ac per hoc necessario requirendum nobis erit, quid sit fortius de duobus, illud quod sensibile est, an quod caret sensu. Verum quis dubitet, illud fortius esse quod sentit, quod sapit, quod cogitat, quod movet, quod movetur; quod mira providentia chaos ipsum ut chaos non esset, effecit; quod ejus membra discrevit, ratione disposuit, coloribus decoravit, determinavit mensura, officiisque competentibus servire præcepit? Unde non est principium, quod senescit; quod opus factum est alienum; quod non est in sua positum potestate; quod a sua substantia

B tollitur; quod mutatur; quod alieno movetur pulsu; quod quid sit, quid fuerit, quid futurum sit, non potest aliquando sentire. Solus Deus est itaque principium, qui ex se ipso dedit sibi ipse principium. Solus ante omnia & post omnia, quoniam in ejus manu inclusa sunt omnia: ex se est, quod est. Solus sui conscius, quantus & qualis est. Solus perfectus; quia non potest illi aliquid nec addi, nec minui. Solus omnipotens; quia ex nihilo universa constituit, virtute regit, majestate custodit. Solus indemutabilis ac semper æqualis; quia in se non admittit ætatem. Solus sempiternus; quia immortalitatis est dominus. Hic est Deus noster, qui se digessit in Deum. Hic Pater, qui suo manente

C integro statu, totum se reciprocavit in Filium, ne quid sibimet derogaret. Denique alter in altero exsultat, cum Spiritus sancti plenitudine una originali coæternitate renitens. Quemadmodum (si dicere dignum est) duo maria quæ in semet recumbunt, freto æstus alternos in unum conferente, connexa quæ licet sui proprietate, locis vocabulisque discreta sint; tamen trini profundi vaporis una virtus, una substantia, una est fluendi natura; nec potest incomprehensibilis communisque undæ dividi magnitudo, utroque in utrumque commeando largiflua, utrisque propria, nulli privata: etenim damnum patientur ubertatis & gratiæ, si adimatur, quod uno eodemque æstu alterum ex altero decoratur.

D

a Gen. I, 26. b Joan. x, 37. 38.

TRACTATUS III.

De Genesi,

seu

De æterna Filii Dei generatione.

PRincipium, fratres dilectissimi, Dominus noster incunctanter est Christus, quem ante omnia sæcula Pater in profundo suæ sacræ mentis, arcano insuspicabili, ac soli sibi nota conscientia, Filii non sine affectu, sed sine revelamine amplectebatur. Igitur ineffabilis illa incomprehensibilisque sapientia sapientiam, omnipotentia omnipotentiam propagat. De Deo nascitur Deus, de ingenito unigenitus, de solo solus, de toto totus, de vero verus, de perfecto perfectus. Totum Patris habens, nihil derogans Patri. Procedit in nativitatem qui erat ante quam nasceretur in Patre æqualis in omnibus; quia Pater in ipsum alium se genuit ex se, ex innascibili scilicet sua illa substantia, in qua beatus manens in sempiternum omnibus quæ habet, habentem Filium paria procreavit, qui est Deus benedictus in sæcula sæculorum.

TRACTATUS IV.

De Genesi,

seu

De æterna Filii Dei generatione.

SIcut sacra Scriptura testatur, erat ante omnia manens unus & idem alter ex semet ipso in semet ipsum Deus, secreti sui solus conscius, cujus ex ore, ut rerum natura quæ non erat, fingeretur, prodivit unigenitus Filius, cordis ejus nobilis inquilinus, exinde visibilis necessario effectus, quia orbem terræ erat ipse facturus, humanumque visitaturus genus, alias æqualis in omnibus Patri: quidquid enim Pater præcepit ut fieret; Filius, utpote Dei virtus Deique sapientia, omnia illa opere mirifico ejus cum dicto complevit. Hunc curiosi opinationibus vanis violare conantur; nec intelligunt miseri, quoniam curiositas reum efficit, non peritum.

TRACTATUS V.

De Fide,

seu

De æterna Filii Dei generatione.

I. PRincipium, fratres, Dominus noster incunctanter est Christus, quem ante omnia sæcula Pater adhuc utrimque in semet ipso Deus, beatæ perpetuitatis indiscreta spiritus plenitudine, nescio qua sua conscientia velatum, Filii non sine affectu, sed sine discrimine amplectabatur. Sed excogitatarum ut ordinem instrueret rerum, ineffabilis illa virtus incomprehensibilisque sapientia [a] e regione cordis eructat verbum, omnipotentia se propagat. De Deo nascitur Deus, totum Patris habens, nihil derogans Patri. Alter renitet in altero, cujus-

A vis gloria communis est honor: quia quod est Filii, Patris est: quod Patris, amborum. Lætatur Pater in alio se, quem genuit ex se. Quomodo autem generatus sit qui processit, dementis est opinari; namque temperat se propter rerum naturam Filius, ne exsertæ majestatis Dominum non possit mundi istius mediocritas sustinere. Cum imperat Pater orbem fieri, opus cum dicto completur a Filio. Quomodo autem, quantus, aut qualis fieri debeat, nemo præcipit, interrogat nemo: neque enim sine Patris esse possit injuria, si hac necessitate opus esset illi, qui in sinu Patris commanens voluntatis ejus perfectionem non didicerat, sed habebat.

B II. Igitur orbe perfecto, postremus digito Dei manuque e limo terræ fingitur homo. Construitur mobile, totumque se nesciens simulacrum: & ut imago sit Dei, inspiratur a Deo in animam viventem. Concepit spiritum adæque quem nescit; intrantem non videt, exeuntem non potest prohibere: & æstimat quisquam Dei se posse scire secretum, qui sui corporis nescit arcanum? Quare, fratres, propter quod facti & nati sumus, timeamus, amemus, & honorificemus quem invenimus, Deum. Sane quærant illum, qui eum non habent secum.

TRACTATUS VI.

C *De eo, quod scriptum est:* [b] Cum tradiderit regnum Deo & Patri.

I. SCriptura divina, cum de Dei loquitur Filio, non sibi repugnat; sed inter Deum hominemque quem sumsit, necessaria moderatione distinguit. Si enim Deum purum jugiter prædicaret; passionis resurrectionisque vacaret locus, & nihil Christus mundo præstiterat: si hominem solum, sicut quidam putant, ab utero virginis eum sumsisse principium; quæ spes futuræ beatitudinis credenti, cum scriptum sit: [c] *Maledictus homo, qui spem habet in homine?* Ergo ubi purum Deum significat, sic dicit in Genesi: [d] *Et fecit Deus hominem ad imaginem & D similitudinem Dei*; & in psalmis: [e] *Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ*; & alio loco: [f] *Parata sedes tua, Deus: ex tunc & a sæculis tu es.* Ubi hominem mistum, sic prosequitur: [g] *Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi justus, sanctus & salvans, mitis, sedens super asinum novellum*; & iterum: [h] *Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ*; & iterum Magi: [i] *Ubi est*, inquiunt, *qui natus est rex Judæorum?*

II. Hic est, fratres, qui venturus denuntiatus est per prophetas: qui secundum carnem natus in tempore est: qui est excelsus in excelsis, humilis in E terris; sæculorum genitor, filius virginis, immortalis sibi, homini moriturus: mortem gustat, ut mortem devincat: inferos penetrat, ut mortuos vivos inde reducat. Unigenitus prodiendo de Patre ante originem rerum: [k] *Primogenitus a mortuis*, ut ait Apostolus, post multorum obitus populorum. Hic est, [l] cui data est potestas in cælo & in terra, nomini ejus nova a Deo suo, ipso dicente: [m] *Ego te clarificavi in terra: opus perfeci, quod dedisti mihi ut facerem. Et nunc tu clarifica me apud te ipsum claritate, quam habui apud te prius quam mundus fieret.* Qui resurgens ait: [n] *Omnia mihi tradita sunt*

a Psal. XLIV. 2. *b* I. Cor. XV. 24. *c* Jer. XVII. 5. *d* Gen. I. 27. *e* Psal. LXXIII. 12. *f* Psal. XCII. 2. *g* Zach. IX. 9. Isa. LXII. 11. *h* Psal. XXIII. 7. *i* Matth. II. 2. *k* Coloss. I. 18. *l* Matth. XXVIII. 18. *m* Joan. XVII. 4. 5. *n* Matth. XI. 27. Luc. X. 22.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

a Patre meo. Hic qui purus de cælo descendit, carnatus adscendit in cælum. Hic inquam, de quo Paullus ait: [a] *Qui accipit regnum, regnat, & tradet Deo & Patri*, & cetera.

III. Quid heic scandalum pateris Christiane, ex tuaque natura opinaris provisionis piæ divina mysteria? Si minus sentis de filio, quia regnum traditur Patri; major Patris injuria est, si est aliquando sine regno. Accedit [b] quod oramus quotidie, ut adveniat regnum Patris; speramus & Filii. Vacat ergo præsentis temporis regimen utroque cessante: actumque est de mundo mundique tota substantia, si vel uno momento divinitatis cessat imperium. At si ut ratio ipsa proclamat, cessare nullo pacto potest varietas ista regni a legis conditore; homini a Deo assumto justisque ejus est deputata [1] rebus dispositis, non Deo, non sempiterno rectori, maxime cum in Evangelio sic dicatur: [c] *Dabit illi Dominus Deus thronum David patris sui, & regnabit super domum Jacob in sæcula, & regni ejus non erit finis*. Salomon in Sapientia similiter dicit, cum de ejus loquitur servis: [d] *Et si coram hominibus tormenta passi fuerunt, spes eorum immortalitate plena est: & in paucis vexati, in multis bene disponentur; quoniam Deus tentavit illos, & invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocautomata accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.* Quid hoc est? Si in perpetuum regnat, erravit; si traditurus est regnum, isti mentiuntur. Absit. Nullus heic error, diversitas nulla est. Paullus enim de hominis assumti temporali locutus est regno, [e] in quo venturus & judicaturus est vivos & mortuos, sicut lectio universa testatur, quæ prædicat [f] Christum oportere regnare cum sanctis suis, donec evacuatis omni principatu & potestate & virtute & dominatione, ponantur omnes inimici ejus sub pedibus ejus, inimicaque destruatur mors. Hi autem ad principalem vim retulerunt, in cujus perpetuitate commanens in æternum, a Patre Filius regnum nec accepit aliquando, nec posuit; semper enim cum ipso regnavit, cata Joannem ipso dicente: [g] *Regnum meum non est de hoc mundo*. Apertius autem hoc Paullus expressit dicens: [h] *Hoc enim scire debetis, quoniam omnis fornicarius, aut impudicus, aut fraudator, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Dei & Christi*, ostendens unum esse regnum Patris & Filii.

IV. Recte igitur Patri tradet regnum, [i] qui dixit in monitis, regnum non stare divisum. Unde non sic sentiendum est, fratres, ut Pater accepturus sit quod non habuerit, aut Filius tradendo quod habeat, perditurus; cum & Pater quod accepturus est, habeat; & Filius non careat, quod daturus. Totum Pater, totum possidet Filius: unius est, quod amborum est; quod unus possidet, singulorum est, Domino ipso dicente: [k] *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt*; & iterum: [l] *Pater, omnia mea tua sunt, & tua omnia mea*: quia Pater in Filio & Filius manet in Patre, cui affectu non conditione, caritate non necessitate, decore subjicitur per quem Pater semper honoratur. Denique inquit: [m] *Ego & Pater unum sumus*. Unde non diminutiva, sed religiosa ut dixi, subjectione est Filius Patri subjectus; cum quo originalis perpetuique regni una possessio, coæternitatis omnipotentiæque una substantia, una æqualitas, una virtus majestatis augustæ, unico in lumine una dignitas retinetur: si quid enim Filio detraxeris, ad Patris cujus habet totum, injuriam pertinebit; nec est in illo aliquid quod sit inferius; quia sicut Pater, nec plus potest habere, nec minus: alter enim in alterius plenitudine infusus est, ut sit omnia in omnibus Deus benedictus Pater in Filio, Filius in Patre cum Spiritu sancto. Amen.

TRACTATUS VII.

De Nativitate Domini I.

I. Licet sectæ sint plures, quæ injuriam Christi fabulari nitantur, tamen tres sunt quodam modo principales: e quibus duæ ejus quem cupiant depravatum, simulant se esse cultrices. Una denique adserit, Jesum Christum ab utero Virginis Mariæ sumsisse principium, Deumque exinde ob justitiam factum esse, non natum. Alia modestius sed mordacius nocens, dicit quidem Dei Filium Deum, sed non ex Patre nobilitatis perpetuitate progenitum; fuisseque tempus quando non fuit. Tertia Judæa est vere cæca, quæ cum in lege (ut dicere solet) sua legat ubique, duas Patris & Filii designari personas, tamen nunc usque contendit Deum Filium non habere. Quibus omnibus exempla, vel ratio quam prosecuturi sumus, argumentationis totius uno ictu omnes nervos abscindet. Quapropter duas esse nativitates Domini nostri Jesu Christi necessario scire debet populus Christianus, ne quem patiatur errorem: unam qua natus est, alteram qua renatus. Sed sicut est spiritalis prima sine matre, ita sine patre secunda carnalis. Hæc miranda, inenarrabilis illa, propheta dicente: [n] *Nativitatem ejus quis enarrabit?* Cur autem sit inenarrabilis, Patre loquente noscamus. Dominus ipse nos edocet: [o] *Eructavit cor meum verbum bonum*, &c. Et apud Salomonem hactenus dicens: [p] *Ego ex ore Altissimi prodivi ante omnem creaturam*.

II. Cum hæc ita sint, humanitas te versuta cognosce vel sero, & intemperanti linguæ silentii frenos impone. Dementiæ genus est, invisibilis incomprehensibilisque velle opinari secretum, ejusque interna discutere, cujus extraria nequeat suspicari: quia [q] Deus hoc est, quod est: quod vero homo definiendum putaverit, non est. Nam & Joannes Apostolus in Evangelio quid prædicet, fratres, accipite: [r] *In principio*, inquit, *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Admirabilis gratia, fratres dilectissimi, conspicuæ veritatis, quæ dum secerni potest, tamen sibimet externa esse non potest. Si enim Verbum in Deo est, & Deus est Verbum; & hoc est in quo est, quod ille est qui inest: duplex persona, duplex vocabulum, sed originalis perpetuitatis ac deitatis est una substantia, Domino ipso dicente: [s] *Ego & Pater unum sumus*: quod non utique sic ait, ut in unum duos redigendo confunderet, sed ut duorum unam divinitatis potestatisque esse omnipotentiam nos doceret. Sequitur, ac dicit: [t] *Omnia per ipsum facta sunt, ac sine ipso factum est nihil.*

a I. Cor. xv. 24. *b* Matth. vi. 10. II. Pet. I. 11. II. Tim. iv. 1. *c* Luc. I. 32. *d* Sap. III. 4-6. 8. *e* II. Tim. iv. 1. *f* I. Cor. xv. 24-26. *g* Joan. xviii. 36. *h* Ephes. V. 5. *i* Luc. xi. 17. 18. *k* Joan. xvi. 15. *l* Joan. xvii. 10. *m* Joan. x. 30. *n* Isa. liii. 8. *o* Psal. xliv. 2. *p* Eccli. xxiv. 5. *q* Exod. III. 14. *r* Joan. I. 1. 2. *s* Joan. x. 30. *t* Joan. I. 3.

1. *Rebus dispositis*] Vox *rebus* expungenda videtur. Nimirum scripserit S. Pater *dispositis* pro *dispositionibus*: sic enim infra *Tract.* viii. §. I. pag. 137. & alibi.

III. Videamus nunc, optime Christiane, quemadmodum inter Patrem Filiumque tempus insulcias: si enim tempori, non sibi debent quod est alter alteri obnoxius; procul dubio ut tu vis, major est natura quam Deus. At cum naturam ex nihilo fecerit Christus, sit autem ex natura tempus; ineptum satis est, opus suo præponere artifici: ac per hoc solum interest, quod soli se sciunt. Denique apud Isaiam ad Filium sic dicit: [a] *Dominus Deus sabaoth: Fatigata est Ægyptus, & mercatus Æthiopum: ex Saba viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi, & sequentur te alligati compedibus, & adorabunt te, & in te precabuntur, quoniam in te Deus est, & non est Deus alius præter te.* Sed & Jeremias eodem spiritu loquitur dicens: [b] *Hic est Deus noster, & non deputabitur Deus alius absque ipso: qui adinvenit viam prudentiæ, & revelavit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto sibi. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Qua in specie, Spiritu sancto loquente, noscamus: [c] *Et homo est*, inquit, *& quis cognoscit eum?* Si ita est, quomodo ergo posset agnosci, prodidit Isaias his verbis: [d] *Audite itaque domus David: Non pusillum vobis certamen cum hominibus; quoniam Deus præstat agonem. Propter hoc dabit Deus vobis signum. Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel manducabit, prius quam cognoscat puer bonum aut malum.* Quod signum ex prodromi quoque ejus designatione dilucidavit alio loco his verbis: [e] *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam.* Quis est iste Angelus, fratres, nisi Joannes Baptista? cujus est præparatio: [f] *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.*

IV. Nunc videamus quæ consequuntur. Per idem tempus duæ cognatæ concipiunt, una contra spem, altera verbo. Hæc miratur se habere quod nescit: lætatur illa quia discit. Elisabeth sterilis fecunditate tumet feliciter venter, Mariæ majestate. Illa præconem portat, hæc judicem. Exsultate feminæ, promotionemque vestri sexus agnoscite. Culpa deleta veteri, ecce per vos jungimur cælo: anus enim peperit Angelum, & virgo Deum. Hic est Deus noster, qui dignitate interim seposita, non tamen potestate, amore hominis sui cujus formam fuerat subiturus & creaturam, ut angelus, homo, puer, sponsus, gigas, crucifixus, sepultus, primogenitus a mortuis diceretur. Hic est, inquam, qui in omnibus omnia est: quoniam per ipsum & in ipso sunt omnia. Nec vos moveat, fratres, sæcularis ac vere puerilis inconsideratorum hominum disputatio, qui ideo justum patiuntur errorem, quia Christum non ex Deo considerant hominem factum, sed ex homine. Ceterum si spiritaliter saperent, in ipso quod infirmissimum putant, hoc potissimum prædicarent. Etenim vere perfectus Deus non esset, si esset aliquid, quod esse volens esse non posset. Denique vultis scire compendio veritatem? Factus est quod non erat, nec tamen desiit esse ante quod fuerat.

TRACTATUS VIII.

De Nativitate Domini II.

I. INsuspicabilis secreti reverendæque majestatis vera cognitio est, Deum non nosse nisi Deum; nihilque ex eo amplius requirendum, quam ut quis A ejus noverit voluntatem, sine qua ei nec legitime servire poterit, nec placere. Ceterum providentis Dei de Deo argumentationibus vanis opinari velle dispositum, non colentis est, sed dementis: maxime si Deus, ut contentiosi putant, dispositioni subjaceat; remotis enim paullisper nominibus Patris & Filii, non potes nosse, uter patiatur injuriam; nisi quod ambo patiuntur, quia amborum unum nomen est Deus. Igitur duas nativitates esse Domini nostri Jesu Christi, rudis aut negligens disce Christiane, ne quo decipiaris errore. Unam quam tibi non licet quærere, alteram quam legitime, si possis, permitteris edocere. Prima itaque nativitas Domini nostri in Patris & Filii tantum conscientia manet, B nec quidquam habet interjectum, neque conscium, quod ex paterni oris affectu processit uno consensu. Secunda vero carnalis sicut est frequentibus oraculis prodita, ita invenimus esse completam.

II. Etenim Deus Dei Filius, tempore constituto, dissimulata interim majestate abætherea sede profectus, in prædestinatæ virginis templo sibimet castra metatur, quibus latenter infunditur in hominem giginiturus; ibidemque, salvo quod erat, meditatur esse quod non erat. Mistus itaque humanæ carni se fingit infantem. Mariæ superbus emicat venter, non munere conjugali sed fide, Verbo non semine. Decem mensium fastidia nescit, utpote quæ in C se creatorem mundi concepit: parturit non dolore, sed gaudio. Mira res: exsultans exponit infantem totius naturæ antiquitate majorem. Interea rudis non gemit feta. Non mundum, ut adsolet, infans fusus ingrediens, sponte vitæ reptantis prævris lacrymis auspicatur. Non mater ejus tanti partus pondere exhausta, totis pallens jacuit resoluta visceribus. Non Filius matris aut suis est ullis sordibus delibutus; neque enim re vera aliquid circa se habere posset immundum, qui humani generis peccata, sordes & maculas venerat mundaturus. Denique purgationes quæ sunt tarditate periculosæ, nulla puerum maternorum viscerum profecuta sunt damna. Nulla adhibita rudi fetæ sueto more fomenta: D neque enim, fratres, his poterat indigere, quæ accipere in uterum meruerat Filium animarum omnium salvatorem. O magnum sacramentum! Maria virgo incorrupta concepit, post conceptum virgo peperit, post partum virgo permansit. Obstetricis incredulæ periclitantis enixam, in testimonium reperta ejusdem esse virginitatis, incenditur manus; qua tacto infante, statim edax illa flamma sopitur; sicque illa medica feliciter curiosa, dein admirata mulierem virginem, admirata infantem Deum, ingenti gaudio exsultans, quæ curatum venerat, curata recessit. Ita Christus in hominem se fecit nasci, quemadmodum homo non potest nasci. Totum denique sua luce resplendens corpus sine umbra gestabat: humi- E lis carne, sed excelsus omnipotentiæ majestate. Qui sane ideo carnem est dignatus induere, ut nemo se possit per carnem, cum judicii dies venerit, excusare.

TRACTATUS IX.

De Nativitate Domini & majestate.

I. SEcundum quod Deus suos promiserat per prophetas, Filium suum salvatorem generi humano se esse missurum commodum tempore maturo, divinitatis interim dignitate deposita, non ta-

a Isa. XLV. 14. *b* Baruch. III. 36.37.38. *c* Jer. XVII. 9. sec. LXX. *d* Isa. VII. 13-16. *e* Malach. III. 1. *f* Isa. XL. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



men potestate, cælo egressus, metatura prædicta sacrario templi virginalis hospes pudicus illabitur; ibidemque, qualis velit esse disponit. Immo, quod jam olim disposuerat complendum, latenter adsumit: namque requiescit libens florentissimo in domicilio castitatis, & in visceribus sacræ virginis comparat sibi corpus suo judicio nasciturus. In hominem coaptatus, in tegumento carnis includitur Deus, humanamque vitam mutuatur de tempore; qui præstat temporibus æternitatem. Mira res: concipit Maria de ipso, quem parit: tumet uterus majestate, non semine; capitque virgo, quem mundus mundique non capit plenitudo. Interea promovent suum membra factorem, & opus sui figura vestit artificem. Parturit Maria non dolore, sed gaudio: nascitur sine patre Filius, non totus matris, sibi debens quod conceptus est, donans matri quod natus: quæ principaliter stupet talem sibi Filium provenisse, qui ex se natus non crederetur, nisi quia sicut fuit virgo incorrupta post conceptum, permanet talis quoque post partum.

II. O nova ratio! Amore imaginis suæ coactus in infantem, vagit Deus; patiturque se pannis alligari, qui totius orbis debita venerat soluturus. In stabuli præsepe deponitur, populorum pastorem pabulumque se esse contestans. Subjicit se gradibus ætatis, cujus æternitas in se non admittit ætatem. Totum contra conscientiam suam ut homo infirmus patitur, ut homini mortis lege consumto immortalitas tribuatur. Hæc est enim potestas Dei, ut salvo quod est, possit esse quod non est. Hic est Deus noster, æterni Dei coæternus Filius. Hic & homo & Deus, quia inter Patrem hominesque adstitit medius, probans infirmitatibus carnem, & virtutibus majestatem. Hic sol noster, sol verus, qui clarissimos ignes mundi germanos astrorum candentiumque polorum claritatis suæ de plenitudine accendit. Hic qui semel occidit, & ortus est rursum, numquam repetiturus occasum. Hic, inquam, quem duodecim radiorum, id est Apostolorum duodecim corona circumdat, quem per ambitum totius orbis non muta quatuor animalia, sed salutiferis prædicationibus quatuor circumferunt Evangelia. Cujus quam vim habeat amictus & currus, his veris propheta testatur: [a] *Deus sicut ignis veniet, & sicut procella currus ejus, retribuere in ira vindictam.*

TRACTATUS X.

De Abraham I.

I. ABraham, fratres dilectissimi, quale divinæ pietatis munus acceperit, vetustæ legis gesta testantur. Sara uxor ejus non inferior, longæ vitæ transactis cursibus, qualem filium ediderit, partus effusione percepit. Sed quia utrisque ætas ademerat spem sobolis, pignus succidaneum meruerunt. Sic meruit fides, quod ademerat tempus: extorsit credulitas, quod natura denegaverat. Abraham patriarcha noster exploratus a Deo, in senectute suscepit unicum filium, nihil tamen solicitum patri; cujus ætas in annis vergentibus in occasus sui terminum versabatur, & educationis tempus angustum, & senectuti exitus jam vicinus. Ecce prima devotio, libenter excipere quod sero datur, & in tristissima senectute suscepta solicitudinis mole gaudere: nam & risit Sara munus juventutis subiens in senecta; unde nomen accepit infans, qui post hæc Abraham sacratam Deo approbat mentem.

II. Unicus ille filius soliciti senis, adhuc parvulus, cui pietas & miseratio major debetur, postulatur ad victimam; cui si per humanam fragilitatem aliqua in corpore infirmitas nasceretur aut humanus exitus contingeret, vix in ejus casibus pater vivere potuisset, si annis teneris moreretur. Hic igitur infans, e cujus vita paternus affectus & maternus pendebat, ad explorationem fidei suæ divina voce postulatur ad victimam. Volo, dixit Deus, mihi fieri sacrificium, Abraham, tuis manibus in monte de filio tuo: hæc mihi victima placet, hoc me sanguine deplacabis, iste meis sacris debetur: hunc immolari jam jubeo. Non contristat frontem devotissimus Abraham, nec dolor patri lacrymas persuasit, sed exsultat & gaudet. Nec timuit ne parricidium ei imputaretur, sed magis ut devotioni pareret lætabatur hoc jussisse Deum. De filio hostiam parat: festinat denique implere sacrificium, ne mora faciat peccatum. Necessaria sacramentis præparantur protinus: adscenditur in montem. Omni mysterio sacrificioque disposito, ductus filius gaudens, gaudente patre, patris dextera feriendus. Qui antequam veniret in montem, cum de patre quæreret, ubi esset victima quam disponeret & immolaret; securus de fide generis sui pater filio de quo non dubitabat, patefecit, quia se Dominus postulasset; & quid ipse Domino promisisset, ostendit. Lætatus est puer patre fidele, ipse quoque fidelior: nec recusabat mortem, quam Deus qui vitam dederat, imperabat. Lætatur pater filio quoque gaudente, & cum gaudio unici pignoris alligat manus, quas ille vinciendas libentius offert. Pedes quoque constringit, ne in exitu mortis concitata victima calcitraret: securus enim pater optimus timuit, ne dolori aliquid liceret in mortem.

III. O, fratres, secura devotio! O pater spiritum captans, corpus vero mortemque contemnens! O qui servum Domini ita se esse meminerat, ut patrem se esse nesciret! Quid est pater? Ecce sub oculis jacet filius vinculis adstrictus. Ubi sunt lacrymæ? ubi dolor, qui in humanis sensibus versari consuevit? In tantis filii casibus lætatur & gaudet, & se Dominum promeruisse triumphat. Accepit jam præmia, quæ meretur; divinæ enim explorationis tentamina porriguntur: exserit quidem ferrum, & armata dextra sublevat manum; sed vox ejus qui victimam postulaverat, contradicit. Respice retro, dixit Deus; & antequam respicias, parce. Ecce & meritum principale divinam indulgentiam meruisse sub casibus: nam & retro respiciens Abraham invenit victimam, quam innocens immolaret. Eo ferro mactavit arietem, quo filium percutere jam parabat. A filio ad agnum transtulit dextram semper lætatus & gaudens. Nec mutatus est vultus ejus, cum esset victima commutata. Cum tanta lætitia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium: ubi enim fides fuit, non erat dolor. In illo sacrificio solus Deus doluit, quia aliam victimam procuravit: nam Abraham cum filio sic probatus a Deo est, ut non postulans misericordiam mereretur.

IV. Videamus, fratres dilectissimi, legis arcana: & intellectum altius proferamus. Abraham sub lege non erat, sed legem solus implevit; & qui nullo jure legis tenebatur, omne jus divinum præcipue custodivit: cujus immolatione ille quoque gauderet, qui ad victimam parabatur. Aries hærebat in vepre, implicitus spinis, capite obligatus. Hic est qui pro Isaac immolatus est Deo. Hunc obtulit Abraham, hunc jussus est immolare.

a Psalm. XCVI. 2. 3.

TRACTATUS XI.

De Abraham II.

Initium deeſt.

I. NOn enim præcepto virginitas provocatur, ſed nec continentia relicta repellitur. Ad cujus fidem, cariſſimi, auctorem habemus ſanctum videlicet Abraham, qui filium quondam Iſaac habuit. Simplex quidem vocabulum, ſed multiplex pronuntiatio. Hic namque, cariſſimi, deſperatus parentibus, ſed Deo promittente ſuſceptus, in tranſactæ ætatis & generantis genitalis flore concipitur: non tam ex parentibus, quam divina præceptione meruit procreari, atque in ultimis vitæ curriculis Saræ uterum filius aperuit [1] primo vocabulo, cui jam aviæ reverentiam ſenectus verecunda detulerat. Sub hac igitur, cariſſimi, deſperatione nativitatis & admiratione progenitus, in primis infantiæ rudimentis jubenti ac depoſcenti Deo innocens martyr offertur, immaculata hoſtia, nec victima imparata: qui teſtis divini timoris ad fidem a Domino poſcitur, a parente perducitur: ſed hoſtia non ſanguinis, ſed ſalutis. Ad hanc igitur gloriam tardi partus ubertas, & fecunditas deſperata profertur.

II. Uxor Abrahæ fetus neſcia, cum viſceribus, frigente ſenio, nec ſperare ſobolem poſſet, nec portare confideret, matris ſuſcepit officia, quæ uxoris jam munera neſciebat. Atque eo tempore partus profertur, quo calor genitalia jam relinquebat. Mira prorſus, cariſſimi, nec ſperanda ſæculis poſt futuris divinæ ordinationis propago formatur: ad principium ætas peracta revocatur: accingitur de ſterilitate fecunditas, ut impleretur quod ſcriptum eſt per prophetam: [a] *Exſulta ſterilis, quæ non pariebas; erumpe & clama, quæ non parturis: quoniam multi filii deſertæ*. Ecce enim, cariſſimi, in Sara attractis ætate nervis, & deficiente ſanguinis ſucco, areſcentibus venis, dura cum viſceribus cutis, deformis ac luridus pallor jam pæne vultus perdit humanos, nec ullus in membris voluptati motus. Nihil in ſubſtantia reſederat corporis; ſed nihil tamen in utero negabatur infanti: & cujus ætas aviam teſtaretur, matrem partus ornavit; cum ſub incerto affectionis vocabulo pietas nutaret, & cum filium proferret uterus, nepotem ſenectus optaret. Ita denique diſſenſione temporis & naturæ contra opinionem nato Angelus Iſaac nomen impoſuit; ut firmaret lætitia, quod ætatis imbecillitas deſperavit. Novus ſane parentum circa filium creſcit affectus: qui ex promiſſione certior, ex deſperatione felicior putabatur. Unicus numero, & in amoris ſoliditate jam primus, totum maternæ pietatis occupaverat pectus: feſtinata educatione nutritus, Deo victimam, parentibus pium parricidium præbiturus.

III. Ecce, cariſſimi, ut ait Apoſtolus [b], contra ſpem natum, Abraham ad aram filium immolaturus Domino auctore perducit: nec deeſt ad miniſterium gladius, ut pater eſſet pariter & ſacerdos. Conſimilis filii quoque eſt ex divina voluntate ſecuritas: qui cum hoſtiam non videret cujus loco electus fuerat, requirebat. Sed traduntur teneræ adhuc vinculis manus: & ne quid minus ab hoſtia videretur, pedem ligatura diſtringit, ne incitata victima diſpliceret. Ceſſet itaque heic, cariſſimi, impietatis abominanda ſuſpicio. Abraham Dominum

A filio, ſacerdotem prætulit patri; nec pium ſe credidit, niſi probaſſet fidelem. Denique, cariſſimi, intrepidus ad miniſterium immolationis armatur; rimatur ad ictum vulneris ſecurus animus, ſed ſecurior manus; elatus ad immolandum gladius libratur; nec puerum mors vicina contriſtat, ne trepidatio fidem prodat infirmam. Sub hac denique immolantis immolandique conſtantia abſolvi meruit, dum humanum ex ſe deponit timorem; & quantum ad fidem pertinet, pater promiſſa complevit, Dominus parricidium probata voluntate prohibuit.

IV. Ad hujus ergo perſonam Chriſti refertur verecunda nativitas, ſed virginalis uteri aula ſecretior:
B divini ſermonis arte formatum, in ſe tabeſcentis corporis vulva portavit. Sed in cæleſti prole, non ſemine progenitum, certiſſimum Dominum impia Judæorum exarſere conſilia: quem tacentem, tamquam obnoxium, & pro ipſorum tantummodo cæcitate mærentem, ut Iſaac non periturum ad aram, ita ad crucem Chriſti ſublimandum nefarii perduxerunt. Sed quia neſcit æternitas mori, revixit Dominus poſt ſepulcrum, & ad Judæos remanſit ſola damnatæ voluntatis invidia, quia Dominum nec agnoſcere voluerunt, & ſola crediderunt cogitatione puniri, quem nefarium fuerat etiam tardius adorari. Ad cujus immanis auſi ſævitiam metuenda elementorum forma mutatur, & Dei injuriam prius pro-
C dit natura, quam intelligat populus Judæorum. Ab auctore itaque cœpit furoris horror. Accingitur turba feralis, & ad inviſibilem ſuſpenſum gladiorum mucro convertitur. Nec inde, ut dixi, ſceleris ſui crudelitas fructum ſortita eſt: quia ſicut in Iſaac aliud offertur, & aliud immolatur; ita & in paſſione Chriſti, quod per Adam deliquerat, per Chriſtum liberatur.

TRACTATUS XII.

De Abraham III.


I. ABraham ut pater eſſet multarum gentium,
D hic juſtitiam non didicit, ſed genuit. Non illum acceſſus infecerat urbium. Non habuit legem, cujus converſatio lex fuit. Audit imperatum ſibi a Deo exſilium, ut cognationem ſuam ſimul dimiſiſſet & terram. Et tunc Abraham reſpiciens oculis vidit tres, cucurrit, adorat proſtratus in faciem, offert hoſtiam: [c] *Refrigerate vos*, inquit, *ſub iſta arbore magna*. Similaginem conſpergit, vitulum laniat. Poſt hæc promittitur ei de legitimo matrimonio filius de fide, non de ætate. Concipit Sara: portat ſine labore uteri ſarcinam, quæ inambulare non poterat: tunc diſcit mater eſſe, cum deſinit. Marcidæ mammæ lactis ubertatem oſtendunt, & de jejuna ætate puer robuſtior ſaginatur. Nihil difficile
E eſt fidei, quæ tantum habet, quantum credit.

II. Igitur Iſaac unicus filius, ſpes populorum & gentium, origo tot regum, cari genitoris amplexibus inhærebat. Strinxerat in ſe patris pietatem, quod unicus, quod ſero, quod promiſſus, quod ſola unica ſpes totius præteritæ ſterilitatis damna ſarciret. Inventa eſt cauſſa, ubi Abrahæ fides tentatione fortior militaret. Cariſſimi membra quæ oſculis premere conſueverat, armatus gladio jubetur occidere. Quid faceret pietas? Præceptum differri non poteſt. Præſtiteras mater cum ſterilis eſſes: ad gladium naſcitur puer. Talem caſum nemo doluit, n...

[a] Iſa. LIV. 1. [b] Rom. IV. 18. [c] Gen. XVIII. 4.

1. *Primo vocabulo*] Proba lectio minime ſolicitanda: qua nimirum Iſaac Saræ PRIMOGENITUS pronuntiatur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



quæ genuerat mater. Nemo plangit vivas exsequias; & innocentis hominis obsequium nemo ante fletibus rigat, ne pater dubitasse videretur, si flesset. Devotus sic stricto vultu puerum ducit ad aram: exprimit gladium medium: pectus fidei militabat; non pallescit vultus, non contremuit manus. Quærit puer, ubi sit victima: quæ mox, ita ne percuteretur tenera ætas, offendit; quo nec pater ferire posset, quia nec Dominus humanum sanguinem postularet, Religiosus carnifex stringit gladium. Patris erat, quod levavit: Dei fuit, quod pepercit, Nec qui feriebatur, timuit: nec qui feriebat, expavit. Sacrificium Domini non dimittitur, sed mutatur. Melius servavit filium, dum non pepercit: sola enim fides deambulat inter gladios tuta, inter esurientes feras amica, in ignibus frigida. Sola fides præferenda. Hac nos qui per fidem filii Abrahæ facti sumus, in ipsius gremium pervenire credamus.

TRACTATUS XIII.

De Somnio Jacob.

I. VEre, fratres carissimi, cor ejus non dormit, qui hujus somnium [a] secretaque cognoscit: prophetia etenim semper figuris variantibus loquitur: sed res una in omnibus invenitur. Igitur Jacob habet imaginem Christi; sed & lapis ipse, quem ad caput suum posuisse cognoscitur: quoniam [b] caput viri Christus, qui aliquotiens [c] lapis est nuncupatus. Scala autem duo testamenta significat, quæ & evangelicis intexta præceptis, credentes homines voluntatemque Dei facientes quasi per quosdam observantiæ gradus in cælum levare consueverunt. Hanc in Apolypsi Joannes [d] bis acutum gladium cum uno capulo nuncupavit, quem ex ore Domini prodire descripsit. Gladius enim Spiritus sanctus est, unum capulum habens, id est unam substantiam, virtutem, deitatem, majestatem voluntatemque Patris & Filii, contestans duas acies, id est duo testamenta gerens; quorum regalibus monitis & creduli devotique servantur, & increduli desertoresque puniuntur. Hanc Isaias [e] in modum forcipis vidit, quibus ad conflanda labia inquinata ab uno de Seraphim ex ara Dei sublatum carbonem vaticinando perhibuit. Etenim labia inquinata duos populos Judæorum gentiumque debemus accipere: qui cum essent anterioris vitæ facinoribus inquinati; unus Christum blasphemando atque persequendo, alius deos adserendo atque abominanda figmenta colendo, tactu carbonis in unum populum per confessionem nominis Christi noscuntur esse conflati. Etenim conflatio & puritatem designat & unitatem: carbo enim verbum Dei est, ara lex, forceps duo testamenta, quæ credentes tenent, non credentes incidunt.


II. Sed & David hunc calamum nuncupavit dicens: [f] *Lingua mea, calamus scribæ velociter scribentis.* Calamus fissus est, fratres, duosque vertices gerit in unius acuminis tenuitate digestos, unam litteram utroque conficiens: cui si unum adimas, alterius inanis est usus. Unde recte testamenta sunt duo, quæ similiter duobus capitibus unam litteram fingunt, id est sacræ legis duobus edictis unum Christum Dei Filium spiritali temperamento conscribunt. Quæ sine se utilia esse non possunt: quia veteri sicut novum præstat fidem, ita novo vetus perhibet testimonium: sicut scriptum est: [g] *Semel locutus est Dominus: & hæc duo audivimus.* Sed & Dominus ipse in Evangelio hanc exprimit rationem, dicens ad Petrum: [h] *Mitte hamum in mare: & piscem qui primus adscenderit, tolle; & aperto ore ejus invenies duos denarios: da pro me & te.* Piscem primum a mortuis adscendentem Christum debemus accipere: cujus ex ore duo denarii, idest duo testamenta prolata sunt, quæ saluti cum Domini gloria & Petri felicitate, utpote super quem ædificavit ecclesiam, duobus populis profecerunt. Mare autem, mundum significasse non dubium est. Hamum vero prædicationem: quia sicut hamus missus in mare mortem piscis ostendit; ita evangelica prædicatio missa per mundum, mortem Domini adventumque testatur: sicut ad Corinthios scriptum est: [i] *Annuntiabitis mortem Domini, donec veniat.* Aperies os piscis, hoc est sacramemtum: vel quæ in proverbiis locutus sum, non intelligentibus explanabis. Denique hoc alibi manifestius ad omnes discipulos ait: [k] *Ite ergo, docete omnes gentes, intingentes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque præcepi vobis.* Dabis autem pro me & pro te: hoc est meam prædicabis crucem: sed & tu crucis tuæ similiter dignitate gaudebis.

III. Igitur hæc scala cujus esset materiæ, in qua Dominus incumbebat, ex David dicto cognoscimus, qui ait: [l] *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Virga & baculus duo sunt utique testamenta; quæ ideo materiæ ligni sunt comparata, sive quod in ejus usu, & perpetuo, & totius maneat testatoris voluntas inscripta; seu quod quasi ex transverso in unam fidem concurrentia crucifigi habuisse Dei filium nuntiabant: quem confirmant in scala rectissime positum, quia historia totius Scripturæ & propter ipsum, & auctorem per ipsum impleta est. Denique sic ad discipulos ait: [m] *Omnis scriba doctus de regno cælorum, similis est patrifamilias proferenti de thesauris suis nova & vetera.* Scriba, fratres, est prædicator: paterfamilias Christus: thesauri ejus indeminutæ deitatis paterna substantia paternaque voluntas: nova & vetera duo testamenta, quæ videtis recte eadem sine ambiguitate a Domino heic quoque duorum denariorum esse figura vestita: hac videlicet ratione, quia in thesauris suis duos denarios intelligi voluit, novitate & vetustate, duo testamenta. [n] Hos duos denarios a Samaritano stabulario pro eo qui a latronibus aggressuram passus fuerat, Dominus datos esse commemorat: quæ parabola sublata dubitatione scalæ sacramentum spiritaliter intuentibus patefecit: homo enim aggressuram passus, Adam esse cognoscitur, latrones diabolus, Eva concupiscentia, Samaritanus Dominus, cui Judæi dicebant: [o] *Hic Samaritanus est, & dæmonium habet.* Stabularius doctor est legis, qui acceptis duobus denariis, id est duorum testamentorum salutaribus monitis, aggressuram hominem passum latrocinio diaboli angelorumque ejus & hujus mundi, in stabulo, id est in ecclesia quo pecora divina succedunt, venerabili sacramento susceptum, quotidianis prædicationum medicaminibus curat.

IV. Quod autem ait angelos adscendentes & descendentes; aliqui putant adscendentes esse angelos lucis, descendentes vero angelos tenebrarum. Sed hoc

a Gen. XXVIII. *b* I. Cor. XI. 3. *c* Psal. CXVII. 22. Isa. XXVIII. 16. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Rom. IX. 32. Ephes. II. 20. I. Pet. II. 7. *d* Apoc. I. 16. *e* Isa. VI. 6. *f* Psalm. XLIV. 2. *g* Psalm. LXI. 12. *h* Matth. XVII. 23. *i* I. Cor. XI. 26. *k* Matth. XXVIII. 19. 20. *l* Psalm. XXII. 4. *m* Matth. XIII. 52. *n* Luc. X. 35. *o* Joan. VIII. 48.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
362.



ſatis abſurdum eſſe & inconveniens, fratres cariſſimi, adverto; quia neque refugæ deſcendunt, qui poſt peccatum in cælum numquam recepti noſcuntur; neque lucis adſcendunt, quia numquam in terris, ſed ſemper in cælo manſerunt. Unde angelos puto recte homines appellatos, quibus Dominus ſanctum per Spiritum dicit: [a] *Ego dixi, dii eſtis, & filii Excelſi omnes; vos autem ſicut homines moriemini*. Sed & de Joanne Baptiſta ſic dictum eſſe meminimus: [b] *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam*. Ergo manifeſtum eſt, prophetiæ more angelos homines juſtos & injuſtos generaliter dictos. Sed adſcendentes & deſcendentes qui ſint, in exemplis agnoſcimus. Deſcendentes ſunt qui ſæculo renuntiantes, rurſus revertuntur ad ſæculum, de quibus Dominus ait: [c] *Nemo retro attendens, & ſuperponens manum ſuam ſuper aratrum, aptus eſt regno Dei*. Et iterum: [d] *Mementote uxoris Lot*. Sed & Apoſtolus ſic: [e] *Quemadmodum revertimini rurſus ad ea, quæ infirma & egena ſunt elementa?* Adſcendentes vero ſunt juſti, qui probis moribus per gradus divinorum obſervantiæ præceptorum quotidie ſpiritalis itineris gloria feruntur in cælum, quos Apoſtolus Paullus exhortatur & monſtrat dicens: [f] *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens*. Poſſumus & ſic, fratres, intelligere hoc de miniſtris & de angelis dictum, quos Domino cum eſſet in terris, feciſſe invenimus officium, ipſo dicente: [g] *Amen amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & angelos Dei adſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis*: ſicut & factum eſt, Evangeliſta dicente: [h] *Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei*. Unde dubium non eſt, unum eſſe iter aerei culminis angelis lucis, & hominibus juſtis.

V. Hæc igitur omnia combinata unius fructus rediguntur in ſummam; quoniam univerſa quamvis gemina eſſe noſcantur, tamen una de radice funduntur. Teſtamenta ſunt duo, ſed teſtator eſt unus. Et ſcribens canna diviſa eſt, ſed unus calamus. Et forfex in duos producitur cultros, ſed eorum unus eſt morſus. Et gladius duas acies gerit, ſed ſunt unius corporis latera. Et denarii ſunt duo, ſed una moneta ſignati. Et ſcala duos ſcapos habet, & gradus plurimos; ſed ejus aſcenſus eſt unus. Gradus autem ejus, fratres dilectiſſimi, ſi vultis ſcire, quid vocentur, audite. Converſio, audientia, intellectus, credulitas, timor, ſapientia, ſobrietas, manſuetudo, temperantia, caſtitas, pietas, caritas, fides, veritas, humilitas, gratia, honeſtas, verecundia, patientia, perſeverantia, conſummatio. Scaporum nomina, duo teſtamenta. Scala autem proprio nomine crux vocatur, quia per ipſam Dominus Jeſus Chriſtus myſteria univerſa conficiens & concludens, Patri & Adam reportavit, & iter ad cælum omnibus ſe ſequentibus patefecit.

TRACTATUS XIV.

De Juda.

I. JUdas tres liberos habuit, [i] Her, Aunan, Selon. Hic mulierem cujus nomen eſt Thamar, accepit uxorem majori filio ſuo. Qui filius cum maligne Domini ante faciem verſaretur, Scriptura teſte, a Deo perhibetur occiſus. Secundo imperat, ut intret ad fratris uxorem, ac ſemen excitet fra-
A tris, qui ingreſſus ſemen ſuum fudit in terram. Quod cum Deo malignum quoque videretur, pari eum morte damnavit. Conjunctionem autem tertii filii apud nurum per ætatem excuſat, deterritus ne etiam ipſe ſimiliter moreretur; præcepitque mulieri ut in domo patris ſui vidua permanens, nuptias maturas exſpectet. Cum res ſic ſe haberet, ejus uxor moritur. Qui conſolatus cum ad oves tondendas pergeret ſuas, atque hoc Thamari nuntiaretur, quæ Selon viderat maturum, ei nec tamen nupſerat, veſtem viduitatis exponit, æſtivalia induit, ſemet decore componit, locoque conſtituit Judas qua fuerat tranſiturus. At ille viſam mulierem fornicariam putat, quæ pudoris integritatem, faciem velando,
B monſtrabat. Interpellat eam: poſcit ingreſſum, miſſurum ſe promittit hædum. At illa promiſſi expetit pignus, magis illo contenta, quam præmio. Accepitque ab eo ejus monile, anulum, virgam. Tumque negotio confecto, conceptu ſignata, quem veræ fornicariæ habent peroſum ac ſemper vitant, viduitatis veſtem rurſus accepit. Interea ſecundum condictum hædus mittitur, fornicaria quæritur, nullaque ibidem umquam fuiſſe ab incolis renuntiatur. At Thamaris noſtræ cum proceſſu temporis procedit & uterus. Mirum profecto videte myſterium. Quæ celaverat faciem, non celat ventrem. Defertur fornicationis rea ſine labore accuſatoris vidua prægnans. Iraſcitur ſocer, eam produci jubet atque
C incendio concremari. At illa conſtanter adeſt, ſibi quæ non impudicitiæ, ſed futuris in ſe jam negotium procuraverat; dicitque ei ſe debere conceptum, cujus monile, anulum teneret & virgam. Qua re cognita Judas non tantum ab ea ſe refrenavit; ſed inſuper eam & juſtificavit.

II. Judas quantum intelligi datur, ex parte prophetarum, ex parte patriarcharum patrumque typus erat, qui ob juſtitiam Dei omnes homines filios computabant. Igitur Her primitivus filius, primitivus eſt populus, id eſt hemithei, omnes potentiſſimi & reges: qui ferocitate virtutis ac libidinis rabie digladiantes, omnem orbem corruperant
D terrarum; inſuper decernentes ſibimet ipſis pro dominibus templa, erigentes aras nomini ſuo, qui quæ eſſent habituri ſepulcra, neſcirent, cælum promittentes ſibi, pro quorum actibus, ſi poſſet ipſa quoque erubeſceret terra: poſtremo deos eſſe adverſus Deum adſerentes: qui ſanæ mentis hominibus ne hominum quidem vocabulo digni judicarentur. Pro quibus cauſſis a Deo non tantum ſunt diſperditi, ſed etiam perpetuo pœnali ſupplicio deſtinati.

III. Aunan autem ſecundus frater, Judaicus eſt populus, cui præcipitur ut ſemen excitet fratris; non utique illud, quod a Deo damnatum jure videbatur, ſed ut reliquas nationes, quas idololatriæ
E de qua diximus, diſſeminatæ venena confecerant, ad Dei cultum bonæ vitæ exemplis ſacræque legis religioſis exhortationibus excitaret. At ille ſemen ſuum fudit in terram. Semen ſignificat non creaturæ, ſed cordis. Etenim ſemen cordis verbum eſt Dei cata Lucam Domino ſic dicente: [k] *Eſt autem hæc parabola: Semen eſt verbum Dei. Qui autem juxta viam ſunt, hi ſunt qui audiunt verbum: & venit diabolus, & tollit de corde verbum illorum, ne credentes ſalvi fiant*. Terra vero hominem idolumque ſignificat; quia & hominem Deus de terra finxit, & homo idolum de terra compoſuit. Semen ergo ſuum fudit in terram: hoc

a Pſal. LXXXI. 6. 7. b Malach. III. 1. Luc VII. 27. Marc. I. 2. Matth. XI. 10. c Luc. IX. 62. d Luc. XVII. 32.
e Gal. IV. 9. f Coloſſ. III. 1. g Joan. I. 52. h Matth. IV. 11. i Gen. XXXVIII. k Luc. VIII. 11. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

est, Dei mandata neglexit, & idolis profudit: propter quod a Deo similiter etiam ipse præsentem sententiam damnationis excepit: quia sicut est detestabilis, qui cum sit homo, deum se fingit; ita detestabilior, qui deum colit, quem ipse disposuit.

IV. Selon autem prædictorum tertius frater minor, ex gentibus venientis novelli populi imaginem depingebat: Thamar ecclesiæ, quæ ei recte nupta non est; quia Christo veniente baptismatis spiritali unda in gremio renatus, ecclesiæ filius ejus futurus fuerat, non maritus. Judas [a] amittit uxorem, id est, synagogæ fides moritur. Quod autem inquit, consolatus est, utique intelligitur spe Christi venientis; qui non tantum prophetis synagogæ lapsu desolatis solatium præbuit, sed etiam nos omnes in aliqua constitutos angustia recreare consuevit. Ad oves suas tondendas pergit, id est ab hominibus justis bonorum operum fructus exposcit. Quo audito, Thamar cum esset in domo patris sui, id est, in templis infamibusque spectaculorum omnium locis (pater enim omnium corrupte viventium diabolus designatur, Domino Judæos sic increpante: [b] *Vos de diabolo patre estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis*) vestem viduitatis deposuit, id est, sordidæ religionis sordidos ritus abjecit. Æstivalia induit. Æstiva vestis, fratres, & munda est & exacta, cum qua facile & opus fieri possit, & tolerari ardor æstatis, id est tentationis, quam esse utique credulitatem non potest dubitari: quia hanc qui habuerit, necesse est ut expedite vivat & munde. Igitur ne cognoscatur, faciem velamine obscurat necessario, quia adsertor pudoris ejus nondum venerat Christus. Non cognoscitur a socero: ad Judæos enim, non ad gentes, prophetæ fuerant destinati. Fornicariam putat recte, quia deorum populo serviebat. Cum ea convenire cupit, quia prophetiæ magis gentes, quam Judæi fuerant credituri, Domino dicente: [c] *Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei*. Hædum ei promittit, id est, quæ sit peccati merces, ostendit. Quam accipere devitavit, quia inter agnos venturo tempore, non inter hædos deputatur, qui pignus Trinitatis acceperit. Denique expetisse atque accepisse describitur monile, anulum, virgam. Quibus ista significatio coaptatur? Monile, fratres dilectissimi, lex est, quæ salutaribus monitis diversis virtutibus diversoque charismate omnium credentium non colla, sed corda decorare consuevit. Virga per lignum sacramentum passionis Domini annuntiabat, sicut evidens declarat exemplum, quod psalmorum in libro sic habetur: [d] *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Impinguasti oleo caput meum: & poculum tuum inebrians quam præclarum!* Utique, fratres, calix sanguinem, mensa corpus, oleum donum Spiritus sancti significat, virga cum baculo crucem: in qua Deus pro homine pendere dignatus est, ut in Deum, hominem quem induerat, commutaret. Anulus quoque signaculum fidei est, quod est Christus, cujus illustratione majestatis impressi atque signati, qua sincere viventes in custodiam nostræ salutis, per Spiritum sanctum imaginem referimus quam tenemus. Quod convenit cum ea, fidelium communionis sanctæ significabat sacramentum. Thamar concepit in utero, ecclesia corde concepit: illa semine, hæc verbo. Hædus

A ei mittitur, tentationis videlicet signum: etenim justitiam qui sequitur, necesse est ut probetur. Denique fornicaria requisita non est inventa; quia renatus per aquam & Spiritum sanctum desinit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat. Sequitur, quod viduitatis vestem rursus accepit, non utique ut quæ fecerat, faceret, sed ut defleret se fecisse, quod fecerat; aliter etenim quis salvus esse non poterit, quamvis sit justus, nisi exomologesin faciens & præsentia sua peccata extinguat, & futura repellat. Thamar arguitur quod de fornicatione conceperit. Et ecclesia quasi legis adultera Judæorum est a senioribus accusata, quod sabbatum ruperit, quod eorum traditiones abjecerit. Tha-

B mar protulit monile, anulum, virgam, seque liberavit sacramento numeri ab imminenti supplicio. Ecclesia ipsa veritate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti non tantum diaboli præsentes ignes extinguit, sed etiam futuri diei judicii incendia superabit. Illa justificata discessit, hæc glorificata veri numeri incrementis ac fidei, cum Christo in æterna sæcula permanebit, per Dominum & conservatorem nostrum Jesum Christum, qui est benedictus cum Patre & Spiritu sancto ante sæcula & in sæculis & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

C

TRACTATUS XV.

De Job.

I. SAcræ historiæ, fratres dilectissimi, ad hoc nobis est tradita legenda narratio, ut majorum si fieri potest, saltem aliqua ex parte mores imitemur, si non possumus imitari virtutes: tanta enim probitate vixerunt, ut pars felicitatis sit, nosse quid fecerint. Igitur Job [e] vir fuit justus & verax, ab universis concupiscentiis hujus mundi secretus, conversatione limpidus, mente limpidior, usque adeo circumspectus atque irreprehensibilis, ut Dei sit testimonio collaudatus. Unde non immerito beatus beata vita fruebatur. Namque [f] erat illi splendi-

D dissima domus, dives census, dives quoque numerus liberorum, & (quod est parentibus gratum) utriusque sexus, & invicem se amantium [g]: quorum pro numero Deo diurnas hostias offerebat. Tanto autem puritatis ac fidei erat muro munitus, ut non auderet eum attentare diabolus, nisi a Deo jussus [h]. Jam heic considerate, fratres, quemadmodum sævierit incitatus, qui ferri non potest blandus. Igitur famigerabile committitur prœlium. Illinc diabolus horrendum totis intonans armis, ministrisque insuper suis in auxilium concitatis, terribili increpans tuba, prædonum corda face furiali succensa, impetibus crebris passim totas hominis Dei facultates invadit [i]: subito rapina, igne, ferroque universa uno

E momento disperdit. Hinc Job alta fidei radice robustus tot nuntiis lugubribus tunditur, nec movetur: sed tantum benedicit Deum [k], facultatesque suas contemnendo custodit. At ubi diabolus aggressuris tantis nihil se profecisse cognoscit, omnem impietatis suæ rabiem in filios ejus effundit. Nam [l] cum solito more unanimes una epularentur in domo, subito concussis toto nixu quatuor angulis ejus, in confusam molem parietibus tectisque labentibus, illam sanctissimam fratrum cohortem sepelit ante quam jugulet: taleque est commentus impietatis excidium, ut in illa unius funeris turba paternus dolor non sufficeret orbitati; cum nescit, quem primum plan-

a Gen. XXVIII. 12. *b* Joan. IX. 49. *c* Matth. XXI. 31. *d* Psal. XXII. 4. 5. *e* Job. I. 1. 8. *f* Ibid. ℣. 3. *g* Ibid. ℣℣. 4. 5. *h* Ibid. ℣. 12. *i* Ibid. ℣. 15-17. *k* Ibid. ℣. 21. *l* Ibid. ℣℣. 18. 19.

gat, quem priorem inveniat, cui primum justa crudi funeris solvat. Quo nuntio accepto Dei servus scidit vestimenta sua, non ut Deo invidiam faceret, sed ut expeditus cum hoste pugnaret. Contemsit denique in perditis facultatibus divitem: dissimulavit in amissis liberis patrem, in pœna sui corporis justum. Namque summo capitis a vertice usque ad imos ungues pedum plaga inimici percussus, populosis ulceribus non distinctus est, sed totus unum vulnus effectus. Verumtamen in his omnibus nihil adversus Deum improbe loquitur. Non uxori inlicita suadenti succumbit, non amicis insultantibus cedit; sed victor crudelitatis & impietatis in sterquilinio fœtido scaturiente vermibus sedet, quasi nihil passus, sed solo Dei timore contentus. O felix vir! qui mira patientia Deum promeruit, diabolum vicit, sanitatem recepit, facultates liberosque suos non perdidit, sed mutavit.

II. Job quantum intelligi datur, fratres carissimi, Christi imaginem præferebat. Denique comparatio inducat veritatem. Job justus dictus a Deo est. Ipse justitia, de cujus fonte omnes qui beati sunt, gustant: ecce enim de ipso dictum est: [a] *Orietur vobis sol justitiæ*. Job verax est appellatus. At est vera veritas Dominus, qui ait in Evangulio: [b] *Ego sum via & veritas*. Job dives fuit. Et quid ditius Domino? cujus sunt omnes divites servi: cujus est orbis totus omnisque natura, beatissimo David dicente: [c] *Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo*. Job diabolus ter tentavit. Similiter, Evangelista [d] perhibente, & Dominum ter est tentare conatus. Job facultates quas habuit, amisit. Et Dominus cælestia sua bona amore nostro neglexit, pauperemque se fecit ut nos divites faceret. Job filios furens diabolus interemit. Et Domini filios prophetas [e] insanus populus Pharisæus occidit. Job ulceribus maculatus est. Et Dominus sumendo carnem, totius humani generis peccatorum est sordibus obsoletatus. Job uxor sua hortatur, ut peccet. Et Dominum, ut [f] corruptelam seniorum sequatur, synagoga compellit. Job amici sui insultasse perhibentur. Et Domino sui sacerdotes, sui insultavere cultores. Job in sterquilinio pleno vermibus sedet. Dominus quoque in vero sterquilinio, id est, in hujus mundi cœno versatus est inter ebullientes diversis sceleribus ac libidinibus homines, qui veri sunt vermes. Job & sanitatem recepit, & facultatem. At Dominus resurgens [g] non sanitatem tantum, sed immortalitatem in se credentibus præstitit, dominiumque totius naturæ recuperavit, sicut est ipse testatus dicens: [h] *Omnia mihi tradita sunt a patre meo*. Job vicarios filios genuit. Dominus quoque post prophetas filios sanctos Apostolos procreavit [i]. Job beatus quievit in pace. Dominus autem manet benedictus in æternum ante sæcula & a sæculis & in cuncta sæcula sæculorum.

TRACTATUS XVI.

De Susanna.

Quotiescumque in hoc perverso sæculo contra laudabiles viros multiformes tenduntur insidiæ, & diversis calumniarum generibus factiosæ emerserint caussæ; quid homo pestilens excogitet, vel quid diabolus machinetur, non metuat A justus, quia cum illo est Deus. Inde Susanna illustris Hebræa, veræ decus pudicitiæ, docuit feminas suæ castitatis exemplo. Stabat Susanna in judicio perditorum falsorum testium oppressa mendaciis, conscientiæ tamen bonis contenta secretis, non tam rea susceptura sententiam, quam dicata Deo pro castitate fortiter moritura; & quam judicantium sententia prava dejecerat, illustris conscientiæ integritas erigebat. Sufficit ergo pudicitiæ conscientia: testis est Deus. Non respexit castitas quid falsi dicerent testes, aut qualiter judices circumventi damnarent, non denique qualiter diabolus infamaret, qui non potuit pudoris fundamenta subvertere. Ibat ad supplicium non adulterum corpus, in quo extrema B libido senilis exarserat; sed quod infamaverat diabolus, & quod protexerat virtus, & ornabat pudor illæsus. Tunc in puero sancto Daniele Spiritus sanctus ingressus ait, cum illa ad supplicium duceretur: [k] *Revertimini ad judicium: falsum enim isti contestati sunt de ea*. Stupet populus, quod a supplicio ad judicium repetendum revocaretur addicta. Falsos testes pavor invadit. Tremit diabolus, quod ipsius commenta nudentur. Gaudent angeli, quod oppressa veritas tandem defendatur in terris. Triumphat maritus, quod castam invenerit conjugem. Lætatur familia omnis, quod in ea nihil inveniat fama, quod feriat. Cruciatur diabolus, quod nulla ex parte suam perfecerit voluntatem: nec C adulterium enim quod factum diffamabat, exercuit, nec homicidium quod procurabat, invenit.

TRACTATUS XVII.

De Jona Propheta.

I. Humanæ devotionis religiosa confessio est, de Deo hoc nosse, quod licitum est: sicut enim in simplici corde scrutanda sunt testimonia ejus, ita curiositate non sunt inquirenda secreta. Quis enim caussas naturasque cæli hujus & superiorum sciat? Quis corpoream aeris hujus, ut quidam D putant, inanitatem se differere posse mentiatur? Quis terram aqua portari, an aquam terræ gremio contineri se nosse præsumat? Quis spiritus aerios, quis figuras ventorum, quis inter marinos æstus fluminum augmenta, quis denique opificium Domini Deique consilium se deprehendisse gloriabitur? cum Apostolus dicat: [l] *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam inenarrabilia sunt judicia ejus, & quam investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini?* Non enim in horum inquisitione exæstuans propheta dicit: [m] *De profundis clamavi ad te Domine*: clamat namque de profundis, id est de imis præcordiis: clamat de profundis, sed quibus septus erat mæstus ac tristis, calamitatibus humanis: & cla- E mat non voce, sed corde; non clamore, sed fide, quam scit Deum libenter audire. Hoc igitur e profundo clamans similiter Petrus [n] impetravit a Domino, ut profundi maris lubricos sinus insubditaque humanis gressibus liquidi æquoris terga quibus viator trepidus absorbebatur, & perambularet pariter & evaderet. Clamat de profundis & Paullus [o] obrutus calamitatibus beatis, cum pro nomine Domini latrones in itineribus, latrones in civitatibus patitur: cum a Judæis virgis ter cæsus, naufragio trino diluitur: cum insani populi furibunda tempestate lapideis imbribus feliciter grandinatur: cum in pro-

a Malach. IV. 2. b Joan. XIV. 6. c Psal. XXII. 1. d Matth. IV. Luc. IV. e Luc. XIII. 34. Act. VII. 52. f Matth. XV. 2. Marc. VII. 5. g Joan. XI. 26. h Matth. XI. 27. Luc. X. 22. i Luc. VI. 13. k Dan. XIII. 49. l Rom. XI. 33. 34. m Psal. CXXIX. 1. n Matth. XIV. 30. 31. o II. Cor. XI. 24-26.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.

fundo maris die demoratus ac nocte, ad Deum clamans incolumis inde reſpuitur.

II. Jonas [a] adæque propheta ad Ninivitas miſſus a Deo eſt, eorum ut imminere civitati interitum nuntiaret: ingentibus enim peccatorum ſarcinis premebantur. At ille alio deflexus itinere, navem Tharſos petiturus aſcendit; cum ſubito compugnantium ventorum flatu violento laceſſitum fremit mare, ſolicitique gurgitis præruptorum montium canis voluminibus, repugnantium litorum ſpumentia ora contundens, minatur per momenra naufragium: procellæ crebreſcentes inſaniunt, horrendum ſibilant funes, gemunt cedentibus velis antennæ, retunſa undique iter non invenit prora. Trepidant nautæ, feſtinant incaſſum jactura vaſorum navem levare ponderibus, quæ prophetæ pondere premebatur. Tum Jonas, quem ſolum expetebat bona illa tempeſtas, ſorte ductus naufraugus redditur, immo a ligneo ad navigium vitale transfertur: qui ut eſt dimiſſus in altum, ferinæque voraginis eſt receptus hoſpitio, vigilat in ceto, qui ſtertebat in navi. Mira res! poſt naufragium, poſt natatile ſepulcrum incolumis tertio poſt die Ninivitas illuſtrat, terribilibus oraculis ſalutem civitati credulæ præſtaturus.

III. Quantum datur intelligi, fratres, navis typus eſt ſynagogæ: ejus proretam, ſacerdotale corpus accipimus: nautas, ſcribas & Phariſæos: jacturam vaſorum, repudiationem prophetarum omniumque ſanctorum, quos ſynagoga pulſos Judæi in damna ſalutis ſuæ indignis cædibus mactaverunt. Venti ſævientes, diverſi ſunt reges, qui Judæam lugubri clangore tubarum armorumque fragore terribili, inſtantibus undique prœliorum procellis, miſerabiliter per totum orbem diſperſere terrarum. Jonas in navi dormiens ſacramenti Dominici imaginem præferebat: etenim ſignificabat navis materia crucem, ſomnus vero paſſionem. Mare autem, mundus eſt iſte tumidus: fluctus ejus, Judæorum populos & gentes accipimus, qui adverſus Deum inaniter fremuerunt. Sors Jonam præcipitandum prodidit: prophetia paſſurum Dominum prædicavit, utroſque volentes, illum conditione, Dominum pietate. Cetum eſſe non dubitatur infernum: ſicut enim Jonas tribus diebus & tribus noctibus fuit in ventre ceti, evomituſque Ninives ſe intulit civitati; ita Dominus poſtridie ab inferno reſurgens, ſe civitati Jeruſalem intulit ante quam cælo. At vero Ninive imaginem portat eccleſiæ, in qua gentium jam inde noſter populus morabatur, quæ non incaſſum a Deo magna civitas dicta eſt; erat enim futurum, ut omnium nationum in Chriſto credentibus populis, totus orbis Deo una civitas redderetur. Denique comparationem ſalutaria geſta confirmant, quæ & in nobis manent. Ut eſt, fratres, Ninivitis nuntiatus interitus, credunt & timent; & quanto ſciunt Dominum non eſſe mendacem, tanto propenſius ejus de pietate præſumunt, ſtatimque actus veteris vitæ damnantes, pro ſalute redimenda non ſolito more ad ſtupida ſimulacra concurrunt, non aris fœtentibus funeſtos excitant ignes, non tura cremant, non merum profundunt, nec pecudum inexſpectata morte rapti jecoris ſpirantis conſulunt fibras, nec per varios avium volatus conjecturis inanibus ſtatum pluribus meæ ſalutis inquirunt; ſed a ſuo corde remedium ſalutare depoſcunt, [b] ſpiritumque ſuum tota humilitate contribulatum ambitioſe ſacrificant: ſicque legitime celebrata pœnitentia, Deum ſibi propitium reddiderunt. Quod & nos fecimus, & facere ple-

A rumque debemus; ut & præſentis temporis tentationes, & futuri judicii evadere pœnas mereamur per Chriſtum Dominum noſtrum.

TRACTATUS XVIII.

De natali S. Arcadii,

Qui habet natale pridie Idus Januarii in civitate Cæſareæ Mauritaniæ.

I. DUM beati Arcadii martyris geſta annalibus triumphanda mandamus, in agonem immortalis laudis Chriſtianus ſemper ardor animatur.
B Erit geminum de religioſitate commercium, cum ad cæleſte præmium populus accenditur, & de martyris meritis non ſiletur. Sed quis illuſtris martyrii palmiferam tropæis coronam competenti valeat ſermone differere, cum in uno corpore tot martyria videantur eſſe, quot membra? Armaverat diabolus ſatellites ſuos in Domini populum veterani odii adſertor antiquus, & totam familiam Domini impaſtæ feritatis graſſatione turbabat. Indixerat in homine Deo bellum, & infauſtæ ſuperſtitionis buſto in nefas conſcium toto mundo funereum refecerat rogum. Scatebat per tecta culminum publicum ſcelus, nec fuerat locus in quo non erat pro religione ſacrilegium. Cogebatur Chriſti populus vanis ſu-
C perſtitionibus intereſſe, atque in cultum nefandi ritus nunc aut libamina inceſte profundere, aut ornatas ſertis victimas trahere, aut gravia nidoribus tura ſuccendere, aut inter fumidos ignes pallenti arvina, funeſto ſanguine prolitare, ut inliciti adminiſtratione miniſterii Chriſtianis mentibus Deus poſſit expelli.

II. Sed dum bellum duri certaminis geritur, & familia Domini cælo ſpectante probatur; Arcadius beatiſſimus martyr hujus inopinati ſacrilegii horrore percuſſus, paullulum diſtulit pugnam, jam debitus ad coronam. Nam poſtquam turbari urbem funeſta conventione cognovit, ac ſingulos quoſque ad fune-
D ſtum illud ſpectaculum trahi; contemtis univerſis facultatibus ſuis, amputatis radicibus ſæculi, deliteſcens ſeceſſionis ſe commendavit umbraculo, utrumque Chriſtiano explicans voto, ut & non longius videretur a prœlio, & ſecedendo [c] Evangelicæ juſſionis animaretur exemplo. Ecce in ejus hoſpitium velut in hoſtilem prædam graſſantium ſatellitum præceps inruit manus: feſtinat Dei famulum poſſe deprehendi, quem beati propinquus martyris qui in ejus forte degebat habitaculo, abſentem eſſe aſſiduis vocibus inclamabat. Hunc vero profitentem ad nefandam cuſtodiam noxiæ mentis mancipes rapuerunt, quem oblatum ſibi jubet crudeliſſimus rector acri obſervatione detineri. Ad futuræ gloriæ teſti-
E monium tale beatus Arcadius debiti martyrii quodam modo ſequeſtraverat pignus, in quo nec Chriſtum relinqueret, nec propinquum. Statim beatus martyr ſe latere non paſſus eſt; ſe ultro offerens judici, moram ſuam voluntarie præjudiciis excuſavit. Cui cum provinciæ rector priſtinæ ejus fugæ veniam ſub pactione promitteret, ſi ſe vel ſero nefandis ſuperſtitionibus miſcuiſſet, talibus in eum ſanctiſſimus martyr vocibus exſiliit: Quid, inquit, vaniſſime omnium judicum? putas ne aut de lucis iſtius incongruis uſuris, aut de præproperæ mortis ſubitis damnis familiam Dei poſſe terreri, cum ſciamus Apoſtolica fide eſſe perſcriptum: [d] *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum?* Excogita, quibus potes

a Jon. I. *b* Pſal. L. 19. *c* Matth. X. 23. *d* Philipp. I. 21.

suppliciis, tormenta graviora: majoribus te furoris stimulis accende: quamvis cruciatus exerce molem, nos ideo non potes superare.

III. Statim judex viperei veneni felle commotus, jubet non usitata animadversione pœnarum, nec usuali in reos lege carnifices in martyris membra sævire. Viluerunt ungulæ: inutiles ictus visi sunt plumbatarum: stetit contemtus eculeus: crebri fustium imbres majoris pœnæ contemplatione neglecti sunt. Excogitatur novum stupendumque supplicium, quo se in homine vincere crederet Deum. Incidantur, ait, ab articulis manus, a cruribus pedes; vivum se cadaver inspiciat. Cui beatus Arcadius ait: O insane hominum! fraudavit te furor tuus: adhuc erat in victima Domini, quod possis offerre. Amputandam linguam mandare nescisti, quæ in colluctatione martyrii prior solet Domino confiteri. Ductus est tandem beatus Arcadius ad exoptatum justis orationibus locum, & intuens cælum stetit Deo spectante securus. Paraverat extensa futuris ictibus colla: nudaverat gladiis venientibus jugulum: putaverat se feralem judicis amentiam citæ mortis sorte satiare; dum subito manus jubetur extendere, ac super cespitem nudus projectus in faciem, pedum extrema nudare. Ecce inter ipsa supplicia vacare non finitur, sed orationis instar per carnificis tormenta meditatur. Erexerat securem percussor insanus; & signans oculis vulneribus lineam, feralis ictus assidua contemplatione vibrabat. Hæserant confessionis suæ glutino intrepidæ martyris manus: nec salientes digiti futuræ mortis exitio palpitabant. Tanta fuit in martyris devotione constantia, ut omni corpore paratus veniret ad gloriam.

IV. Mox itaque ut devotum corpus carnifex vidit, statim cadentis securis ictus nervorum connexa dissolvit, & cunctas compage discussa juncturas corporis rupit. Exsilierunt exsectæ manus, & venarum in se paullulum stupore rursus in se rivus sanguinis ruens. Dehinc poplitibus surisque porrectis; a germana conjunctione naturæ gladio sævi latronis plantarum limes inciditur, & obsequio pedum corpus martyris viduatur. Numerent martyria, qui possunt numerare supplicia; & in uno corpore quantum diabolus publicatus est furere, tantum agnoscatur Dominus triumphasse. Sed durat inter hæc martyris spiritus; & morarum numerositate servatus perstat vivus, parte sui corporis jam sepultus. O dignus gloriosi exitus finis! Adscensurus altitudinem cæli, corporis sui impedimenta præmittit, & exsequiis funeris sui ipse præcedit. Cui hæc est comparanda confessio? Machabæorum est jungenda numero: Eleazari est adæquanda proposito, comparanda consilio. Arcadius beatissimus martyr adhuc demoratur in sæculo, & jam martyr recitatur in cælo.

TRACTATUS XIX.

In illud Geneseos:

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram [a].

NIhil est, fratres dilectissimi, ante omnia homini timenti Deum tam necessarium atque conveniens, quam ut se ipsum noverit: etenim genus insaniæ est, eum rationem secreti naturæ disquirere, qui vitæ suæ non possit reddere: non enim ullo A pacto potest humanis opinationibus substantia naturæ comprehendi, quam nemo novit, nisi ipse solus qui fecit. Itaque, quod specialiter ad nostras pertinet partes, videamus quid sit, quod Deus ait: [b] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit*, inquit, *Deus hominem ad imaginem & similitudinem Dei*; & alio loco dicat: [c] *Ego sum, qui sum; & non demutor*. Cum hoc ita sit, homo quemadmodum Dei imaginem portat? cujus vultus passibilis, omni conversioni subjectus, momentis omnibus demutatur labore, ætate, languore, ira, gaudio, tristitudine; totque induit vultus, quot animi fuerint motus; nullusque prorsus dies, quo jugiter sibi similis esse videatur. Cum B hæc aliter non sint, ergo ne Dei imaginem non habemus? Habemus plane; & quidem manifestam ex eo ipso, quod non est nobis portantibus nota. Incomprehensibilis enim Dei imago invisibilis sit necesse est. Denique oculis non est subjecta carnalibus. Nam neque cum ingreditur corpus nostrum, neque cum de corpore egreditur, a quoquam deprehendi potest; tantumque potestatis habet, ut cum sui domicilii septo teneatur, tamen quidquid voluerit, omnibus momentis illustret. Non ergo carnale hoc domicilium imaginem Dei debemus accipere, sed cælestis hominis spiritalem, quam in se credentibus Dominusætherea nativitate renovatis, plenitudinis suæ pio de fonte largitur per Dominum C nostrum Jesum Christum.

TRACTATUS XX.

In eumdem locum Geneseos.

In quo paucis additis, quibusdam mutatis, continentur ea, quæ in superiore.

NIhil est, fratres dilectissimi, ante omnia homini nato tam necessarium atque conveniens, quam ut se ipsum noverit: etenim genus insaniæ est, eum rationem secreti naturæ disquirere, qui vitæ suæ non possit reddere: non enim elementa D pulcrius aut verius verbis humanis adseri possunt, quam a Deo facta sunt vel videntur. Itaque quod ad nos pertinet, videamus quid sit, quod Deus ait: [d] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit*, inquit, *Deus hominem ad imaginem & similitudinem Dei*; & alio loco dicat: [e] *Ego sum, qui sum; & non demutor*. Cum hoc ita sit, homo quemadmodum Dei imaginem portat? cujus vultus omni conversioni subjectus momentis omnibus immutatur labore, ætate, languore, gaudio, tristitudine: nunc macie deformis, nunc enormi pinguedine: usque adeo incertus, ut idem in duobus per orbem totum non possit inveniri terrarum. Igitur in Deum cum hæc non incidant, E Dei imaginem non habemus? Absit, fratres. Habemus plane, & quidem manifestam ex eo ipso, quod non est portantibus nota: incomprehensibilis enim Dei imago invisibilis sit necesse est. Denique oculis non est subjecta mortalibus: nam neque cum ingreditur corpus, neque cum de corpore egreditur, a quoquam conspicari potest: tantumque potestatis habet, ut cum sui domicilii septo teneatur, tamen quidquid voluerit, omnibus momentis illustret. Non ergo carnale hoc indumentum imaginem Dei debemus accipere, sed cælestis hominis spiritalem, quam nobis plenitudinis suæ pio de fonte largitur. Quam rationem Paullus evidenter prodidit dicens: [f] *Quem-*

a Gen. I. 26. b Ibid. ++. 26. 27. c Malach. III. 6. d Gen. I. 26. 27. e Malach. III. 6. f I. Cor. xv. 49.

admodum portavimus imaginem ejus qui de limo est, portemus & ejus imaginem qui de cælo est: quam qui sancte portaverint, sicut Apostoli omnesque justi, non tantum imaginem, sed ipsum Deum quoque portabunt, sicut & scriptum est: [a] *Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis.*

TRACTATUS XXI.

De Psalmo centesimo.

I. NEgligentes legis sacræ cultores sæpe magno implicantur errore, cum aut dicta non pro locis intelligunt, aut dictorum minime rationes inquirunt. Igitur in præsenti psalmo Propheta cum dicat: [b] *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine*, quomodo Dominus in Evangelio dicit: [c] *Qui credit in me, non judicabitur; qui autem non credit, jam judicatus est?* Hoc dicendo eximit judicio fideles: non admisit ad judicium infideles. At si utræque partes judicio vacant, quomodo unicuique merces pro suo actu reddetur? sine caussa etenim laborare videbitur justus, nisi recipiat secundum facta sua quæ gessit, injustus. Non ergo sic accipiendum est, quemadmodum ab imprudentibus æstimatur. Ceterum Domini dictum quo sit pondere quave ratione prolatum, explanat proprietas ipsa verborum: *Qui credit*, inquit, *in me, non judicabitur*. Recte: quid enim necesse est judicare credentem? judicium enim ex ambiguis rebus exsistit: ademta ambiguitate, judicii non desideratur examen. Ex quo nec infideles necesse est judicari, quia jam sua sunt incredulitate damnati: ex hac enim vita quis secum aut coronam portat, aut pœnam. Quam rationem David in psalmo primo his verbis expressit: [d] *Non resurgunt*, inquit, *impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum.* Gradatim pro meritis, quasi cum quibusdam elogiis, paucissimis verbis totius humani generis judicium designavit: etenim quantum interest inter impium & peccatorem, tantum interest inter peccatorem & justum. Denique etiam ipse impiis judicium, quia jam sua impietate præjudicati sunt, non derelinquit: neque peccatores qui judicandi sunt, justorum qui non judicabuntur, dignos esse concilio existimavit.

II. Nunc scire debemus, (quoniam justi vitæ perpetuæ, impii æterno sunt destinati supplicio, nullaque eos cognitio exspectat ulterius) quinam sint isti, quibus est judicium præparatum. Et a quo scire debemus, nisi ab ipso Domino, qui suum dictum prosequitur dicens: [e] *Hoc est autem judicium, quia lux venit in hunc mundum; & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem?* Ambiguos utique Christianos designavit ac lubricos, qui inter pios impiosque sint medii, nullam partem tenentes ad plenum, cum utramque tenere non desinunt. Fideles non sunt, quia habent aliquid infidelitatis insertum. Infideles non sunt, quia habent imaginem fidei, professione Deo, factis sæculo servientes. Volunt nosse legem, nolunt ejus præcepta servare. Signum salutare venerantur, & tamen a mysteriis dæmonum non recedunt. Multos namque Dei metus in ecclesia continet: sed tamen eos mundana voluptas ad se trahit. Impii non manent, quia his Dei nomen in honore est. Pii non sunt, quia patrem venerandum pravis moribus lædunt. Orant, quia timent: peccant, quia volunt. Unde non est absolutus reatus, ubi de amoris comparatione duarum contrariarum sibimet partium judicium flagitatur: ambiguitas enim, nisi fuerit discussa, jure non potest mereri sententiam. Et qui sunt isti, quos ambiguitas judicio reservavit? Utique illi, sicut Apostolus quoque ait, [f] *qui cognitum Deum non quasi Dominum honoraverunt, neque ei gratias egerunt: sed vanis persuasionibus cogitationes eorum abductæ sunt, & tenebris opertum est cor eorum*; ut diligerent magis tenebras quam lucem, creaturam potius quam creatorem.

III. Itaque tria convenit esse judicia. Unum justorum, qui non tantum, ut dictum est, non judicabuntur, sed istum mundum judicabunt, Apostolo dicente: [g] *An nescitis, quia sancti de hoc mundo judicabunt?* Alterum impiorum, qui non sunt judicandi quia jam judicati sunt, sed perituri, Scriptura dicente: [h] *Iter impiorum peribit*. Tertium peccatorum, quorum obliquæ ancipitisque vitæ sunt necessario discutienda secreta, Apostolo utrumque prosequente: nam [i] *qui sine lege*, inquit, *peccaverint, sine lege peribunt. At qui in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.* Videtis ne, fratres, multum interesse inter damnatum & judicandum? Quam judicii formam etiam ipsa humanitas, quamvis injusta sit, servat. Nemo namque paterfamilias honesta fidelitatis suæ lucra offerentem sibi suum servum judicat, sed honorat ut filium. Alterum vero, quem venena conterentem, in adulterio, in homicidio, in falso, in maleficio deprehenderit, carnifici destinat statim non audiendum, sed competentibus pœnis excruciandum. Tertium quoque, quem adverterit fraudulentum, coloratis ratiociniis sua furta excusantem, reservat examini, ut ponderatis damnis rebusque servatis, sententia in eum, prout debitor exstiterit, jure possit exprimi. Ita erit, ut justis corona, peccatoribus aut emendatis indulgentia, impiis autem æterna pœna tribuatur. Per Dominum Jesum Christum, qui est benedictus cum Spiritu sancto in æterna sæcula sæculorum.

TRACTATUS XXII.

In Isaiam. I.

I. [k] AUdi cælum, & percipe auribus terra, quoniam Dominus locutus est: Filios genui & exaltavi, ipsi autem me spreverunt. Grandem Judaicæ gentis offensam libri istius exordia proloquuntur, & iracundiam divinæ indignationis ostendunt, quæ alias personas, ut verbum Dei ab ipsis potius audiatur, hortatur: non est enim parum criminis, ut semper apud ipsos divinus sit sermo prolatus, nunc alteris videatur ingestus. Unde rejectio Judæorum est aliarum electio personarum; quia cum alteris, ut verbum Dei audire debeant, dicitur, Israel sic reprobus invenitur; & dum clamat propheta: *Audi cælum & terra*, significat, quod illi audire contemserint.

II. *Audi*, inquit, *cælum, & percipe auribus terra*. De cælo & terra prophetam fuisse testatum, quasi de aliqua re esse conquestum? Vel cum dicit: *Audi cælum & terra*, tamquam numquam aut cælum audierit aut terra, cum jussui Dei & cælum obsecundet & terra, quia cælum pluvias, & fruges terra non denegat? Sed quia hæc prophetia novissimis erat complenda temporibus sub Domini salvatoris adventum, qui non esset a Judæo-

a I. Cor. III. 16. b Psal. c. 1. c Joan. III. 18. d Psal. I. 5. e Joan. III. 19. f Rom. I. 21. g I. Cor. vi. 2. h Psal. I. 6. i Rom. II. 12. k Isa. I. 2.

rum populis audiendus, quod cum Apostoli essent A & homines ex gentibus audituri, ideo ait: *Audi cælum & terra*. Cælos autem Apostolos esse claro testimonio veritatis affirmat; sic enim ait: [a] *Et videbo cælos opera digitorum tuorum*. Heic utique non de cælis istis loquitur quos semper viderat, sed de Apostolis quos videre optabat. Et iterum: [b] *Texit cælos virtus ejus*; eo quod Apostolos ad mirabilia facienda Spiritus sanctus obumbravit & texit. Et denuo: [c] *Cæli*, inquit, *enarrant gloriam Dei*. Et heic utique non jam cælos loqui dicit, quos loquentes nullus audivit: sed Apostolos adseverat, quorum prædicatione gloria Domini per tota terrarum spatia nuntiata est. Terram homines intelligendos frequens prophetarum adsertio demonstravit: [d] *Jubilate*, inquit, *omnis terra*. Et alibi: [e] B *Audi*, inquit, *terra ex ore meo*; quo vocabulo gentiles homines sine dubio comprehendit, in quibus adhuc erant opera terrena. Hoc est ergo, quod ait: *Audi cælum & terra*; quod Judæis non audientibus, Christus Dominus esset ab Apostolis & gentibus audiendus.

III. *Filios*, inquit, *genui & exaltavi*. Hæc Domini vox est, quia jam tunc per prophetam Judæos objurgabat incredulos, & quæ essent futura, prius quam fierent, admonebat. Proprium est enim Dei scire transacta, & nosse ventura: *Filios*, inquit, *genui & exaltavi*. Infinita Judæi infidelitate sua apud Dominum nostrum odia meruerunt, quod jam C quanta fuit de amore gratia, tanta de eorum offensione futura vindicta est: certum est enim in eum filium postea quam deliquit, granditer vindicari, quem pater plurimo dilexit affectu; & quantam pietatem dilecto filio amatus pater exhibuit, tantam læsus exigit ultionem; quia cum vicem non reddidit patri dilectus filius, dignam sententiam percipit abdicatus: cujus enim impietas paterno affectui parem gratiam non refert, quantum sit criminis dici non potest, Deum patrem non dilexisse, cum peccatum sit, hominem non amasse. Unde infelices & miseri sunt Judæi, qui Deum patrem a quo sune geniti, respuerunt, tanti immemores honoris, tantæ dignitatis ignari. Quid enim beatius, D quam si homines Deus paterno honore dignetur attendere, & tanta illa sublimitas humanam mediocritatem aut caram habeat aut dilectam? *Filios*, inquit, *genui*. Hoc Dominum de hominibus dixisse quam dulce est! talem patrem læsisse quam turpe! *Filios genui & exaltavi*. Utique filios Israel Dominus genuit, qui [f] Abraham unde nascerentur, elegit. Hos [g] in Ægypto genuit, ubi ingressis paucis hominibus innumerabilis multitudo processit, & ad eremum [h] Dominus perduxit manu forti & brachio excelso. Exaltatus est Israel, quando [i] per triduum tenebræ & caligo totam Ægyptum circumdedit. Exaltatus est Israel, quando [k] tot & tanta tormenta Ægyptiorum solus ipse nihil aut timuit aut sensit. Quid illud quod [l] per mare E medium, terrenum duxit ingressum? Quid, quibus de cælo quotidianum manna in eremo [m], potus e saxo, per lignum amara aqua dulcis effecta [n]? quam per lignum crucis, amaritudine gentilitatis exclusa, bibituri essemus. Exaltati filii Israel, quando [o] ad Jordanem securus ab Horeb accessit. Quid quotidiana Dei conloquia? *Ipsi autem me spreverunt*: ad crucem enim perduxerunt, per quam crucem [p] evaserunt Pharaonem; sed iterum [q] *derelinquetur filia Sion*.

TRACTATUS XXIII.

In Isaiam. II.

I. SIcut Isaiæ beatissimi indicat carmen [r], Judaico populo irascitur Deus, eumque, ne forte pœniteat, publica objurgatione confutat. Humana sentienti nundinari deterius est, quam puniri. Denique filios vocat, ut abdicatio timeatur; exaltatos, ut ruina terrori sit; spretores, ut pœnam supplicii sibimet impendere cognoscant. Quod exemplum, fratres, fortiter fugite: simulque gaudete, quod alienis plagis Dei discitis disciplinam per Dominum nostrum Jesum Christum.

TRACTATUS XXIV.

In Isaiam. III.

VEhemens commotio est, fratres, cum is de injuria sua queritur, qui se potest facillime vindicare. Sed quia apud sapientes & honestos gravius est, aliqua nota confundi, quam mori; Deus Judaicum populum luxuriæ æstu exuberante corruptum publica increpatione confutat: [s] cælum terramque testes citat, ut exaggeret crimen: filios appellat, ut abdicatio; exaltatos, ut ruina timeatur: spretores sui, ut impios monstret. Infelix culpa est, fratres, in qua locum qualiscumque non invenit excusatio. Detestabilis certe filius, quem pater pius, quem pater damnat invitus.

TRACTATUS XXV.

In Isaiam. IV.

HUmanus circa impietatem Judaici populi deficit sermo, qui Dei patientiam sui obstinati cordis impatientia superavit: non enim leve crimen est ejus, cum de eo ille queritur, qui mox eum poterat & punire. Sed quia mors apud incredulos futurorum putatur pœnæ compendium, ac pæne pro infecto habetur, quod non diffamatur; censuit eos cælo & terra testibus denotare, ut inexcusati facinoris competenti judicio subjacerent. Denique res impleta est Domini passione: cælum in medio die perdidit diem, terra tremore nimio firmitatem. Hinc æstimare licet, quid eis sit reservatum, quorum in caussa funerei luctus pœnæ pertulit natura supplicium.


TRACTATUS XXVI.

In Isaiam. V.

JUdaicum populum universum salutis suæ omisisse præsidium, divini carminis textus ostendit. In quo eum non severitas apud omnes condemnat, fratres venerandi, sed pietas: neque enim potest de quoquam bene mereri, quem pater patientissimus & clementissimus abdicaverit, & quidem non accusatione, sed probatione convictum. Denique injuriæ suæ testes citat cælum terramque: terram, in qua universa geruntur: cælum, sub quo geruntur. Filios

a Psal. VIII. 5. b Habac. III. 3. c Psal. XVIII. 2. d Psal. LXV. 2. e Deut. XXXII. 1. f Gen. XII. g Exod. XVII. h Psal. CXXXV. 12. i Exod. X. 22. k Exod. VII. VIII. &c. l Ibid. XIV. m Ibid. XVI. n Ibid. XVII. o Deut. I. p Exod. XIV. q Isa. I. 8. r Isa. V. 1. seqq. s Isa. I. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



appellat, ut exaggeret crimen; exaltatos, ut ingra- A tos ostendat. Bovem illis asinumque præponit [a], ut gravius possint, si resipiscant, comparatione torqueri quam pœna.

TRACTATUS XXVII.

In Isaiam. VI.

I. PRopheta, quod pro veteri vinea quæ a Domino in Ægypto fuerat instituta, postulabat ad tempus novellæ profecisse, inscriptio ipsa tituli psalmi lecti declarat; sic enim se habet: [b] *In finem, pro his qui immutabuntur.* Judaicus etenim populus, qui prior vinea Domini dictus est [c], floruit quidem; B sed infeliciter flore discusso, nullos potuit fructus adferre. Denique pro fructibus spinas generavit, pro uva labruscam. Cujus abhorrens infelicitatem Dominus rei, aliam sibi, id est populi nostri, sua pro voluntate plantavit, in quam omnis fructus propheticus decucurrit. Heic mihi rustico vestro beatissimi ignoscite agricultores, si quid vestræ sollertiæ, vineæ in ratione reddenda, ignavia nostra detraxerit.

II. Igitur, ut optime sæpe recolitis, mensura servata amputatur in surculum, palmes in scrobem dimittitur, ut animatus ibidem genitalis humor manente semper secum substantia nutriatur: auxiliare illi necessario jungitur lignum, cujus tutela defensus C se se sustollat. At ubi adoleverit in vitem perfectam, ad jugumque pervenerit; ejus omnes crines luxuriosi falce tondentur, pura materia tabulatis infertur, nodis adstringitur, ne a ligno quo portatur vel cujus adminiculo vel ducatu in uberes fructus longius invitata producitur, vi aliqua separetur. Tum solenniter plorans, clementer imbre suo rorat, conceptaque musti felicibus lacrymis fluenta denuntiat. Statim oculis apertis folia radiata procedunt, quibus subjecti ac se commendantes sequaces fructus adridunt, quos solis ardores, pluviæ ventique exercendo provehunt, ad maturitatemque perducunt. At ubi vindemiæ venerit tempus, decore dissipato passim uva detrahitur, in torculari que operariorum pe- D dibus subjecta calcatur, prelo premitur, duabusque tabulis vehementer urgetur, donec omnis dulcedo medullitus exigatur. Sicque pretiosum fluentum a suis calcatoribus & bibitur, & patrisfamilias cellis vinariis infertur, ut melius veterascendo reddatur.

III. Quantum spiritaliter mediocritas nostra conjicere potest, computatus ad mensuram palmes competens intelligitur, legitimo examinis numero examinatus. Scrobem fontem sacrum debemus accipere, qui vero sacramento homines suscipit mortuos, & inspiratos aqua cælesti mox efficit vivos. Lignum auxiliare quo tenditur vel portatur, crucis est dominicæ signum, sine quo vivere immortalitatem- E que apprehendere in toto non potest Christianus. Quod tabulatis infertur, cælestis viæ vitæque altitudo monstratur. Ligaturis adstringitur, cum renuntians sæculo, sponsione facta spiritaliter sacris interrogationibus obligatur. Luxuriosi crines falce tondentur, id est, omnia omnino peccata baptismate Spiritusque sancti vigore amputantur. Plorat feliciter vitis purgata materia: de homine loto felicius manant doctrinæ cælestis divina fluenta, ruptis oculis, id est spiritaliter patefactis. Præcedentibus foliis fructus sequela se se commendat. Similiter Christianus monitis divinis præcinentibus obsecundando, in quibus æternæ fructus est vitæ, & defenditur paritur & nutritur; Ad jugum pervenit, cum prærogata omni facultate pauperibus, crucem suam portans, consummata omni justitia, expeditior sequitur Christum. Vi tempestatis, solis atque imbris ad maturitatem cogitur; & justus tentationibus crebris, magnis ac variis perducitur ad coronam. At ubi vindemiæ venerit tempus, id est persecutionis dies, passim uvæ diripiuntur, id est inconsiderate sanctis omnibus violenta infertur manus. Ad torcular comportantur, id est ad supplicii locum deducuntur. Ab operariis ibidem conculcantur, hoc est summa cum contumelia a persecutoribus illusi jugulantur. Succus earum in ultimo preli pondere duabusque tabulis exsiccatur. Similiter judicii die a Christo secundum tabulas legis confessorum sanguinis vindicta usque ad ultimum quadrantem exigitur. Calcatores de eodem musto bibunt; & persecutores sæpe credentes in Christum, calicem pretiosum quem paullo ante calcando fuderant, gustant; aliqui etiam bibunt. Mustum patrisfamilias cellæ reconditur, ut pretiosius transfusione reddatur; & martyr dominicæ habitationis in recondita assumitur, ut ibidem ex homine in angelum transfusus, æternæ vitæ beatitudine glorietur.

TRACTATUS XXVIII.

In Isaiam. VII.

QUantum sonus lectionis indicat, fratres, Judaicus quidem populus impietatis arguitur [d]; sed Christianus, ne talis evadat, pariter commonetur. Denique, ut iste plus timeat, ille terretur: ille vapulat, ut iste proficiat. Compendiosum felicitatis genus, alterius periculo discere quid debeas devitare. Unde, fratres, in tali re non loquela est exhibenda, sed cura, quam paucis accipite. Iram Dei generaliter comminantis qui vult effugere, debet illi inculpate servire. Memoratæ vineæ disputatio, fratres dilectissimi, longe lateque diffusos limites habet, quos peragrare competenti sermone urgentium sacramentorum non sinit pondus. Verumtamen, ne in toto solennitas cesset, paucis ejus degustate sermonem. Vinea Dei quidem prior synagoga fuit, silvosis errantium palmitum crinibus vilis; quæ cum per voluptuosa ac profana loca lasciva passim se fronde diffundit, generavit pro fructibus spinas, pro uva labruscam. Cujus rei indignitate commotus Dominus, illa deserta, aliam sibi, id est Ecclesiam matrem, sua pro voluntate plantavit; quam sacerdotalibus officiis excolens piaque potatione fecundans, felici ligno suspensam, uberrimam docuit adferre vindemiam. Inde est, quod hodie vestro de numero novellæ vites ad jugum perductæ, scaturientis musti dulci fluento ferventes, vinariam dominicam cellam communi gaudio repleverunt. Quod ut vobis quoque fide vestra adolescente contingat, præstabit Deus Pater omnipotens per Dominum Jesum Christum, qui est benedictus cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum.

TRACTATUS XXIX.

In Isaiam. VIII.

seu

De adventu Christi in mundum.

CHristus mundum latenter intravit, ne sibi sapiens diabolus videretur. Qui consilio homi-

a Isa. I. 3. *b* Psal. LXXIX. I. *c* Isa. V. 4. 6. *d* Isa. V.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



hem deceperat, consilio vincitur: ut quomodo homo in paradiso non cognoverat diabolum, sic & diabolus in sæculo non facile cognosceret Christum.

Videntur deesse reliqua.

TRACTATUS XXX.

Invitatio ad fontem. I.

EXsultate, fratres, in Christo, omnique desiderio convolantes, cælestia dona percipite. Jam vos sempiterni fontis calor salutaris invitat. Jam mater nostra adoptat, ut pariat: sed non ea lege, qua vos matres vestræ pepererunt, quæ & ipsæ partus dolore gementes, & vos plorantes, sordidos, pannis sordidis alligatos, huic mundo dedititios intulerunt; sed læta gaudentes; cælestis, libera peccatis omnibus absolutos, non fœtidis cunis, sed suave redolentibus sacri altaris feliciter enutritura cancellis: per Dominum nostrum Jesum Christum.

TRACTATUS XXXI.

Invitatio ad fontem. II.

JAm jamque dicto citius æthereas portas, fratres, intrate; æternique gurgitis alveo genitali condentes, ullam pro personis operari ne æstimetis heic gratiam. Judicio vestro nascimini, scientes quoniam qui plus crediderit, nobiliorem se ipse præstabit. Constanter igitur ac fideliter hominem istum vestrum veterem fœterosis suis cum pannis abjicite, novelli omnes, omnes candidati, omnes Spiritus sancti munere mox divites processuri.

TRACTATUS XXXII.

Invitatio ad fontem. III.

EJa quid statis, fratres, vestram quos per fidem genitalis unda concepit, per sacramenta jam parturit, ad desiderata quantocius festinate. Solennis hymnus ecce jam canitur! ecce vox infantum & dulcis vagitus auditur: ecce parientis uno de ventre clarissima turba procedit. Nova res, ut jure spiritali unusquisque nascatur! Ultro currite ad matrem; quæ tunc non laborat, si quos parit, numerare non possit. Intrate ergo, intrate felices, omnes simul subito futuri lactantes.

TRACTATUS XXXIII.

Invitatio ad fontem. IV.

QUid statis genere, ætate, sexu, conditione diversi, mox unum futuri? Fontanum semper virginis matris dulcem ad uterum convolate; ibidemque vos vestra nobilitate, fide; scientes quoniam quantum quis crediderit, tantum beatitudinis & habebit. O admirabilis & vere divina sacrosancta dignatio! in qua quæ parturit, non gemit; qui renascitur, plorare non novit. Hæc renovatio, hæc resurrectio, hæc vita æterna, hæc est mater omnium; quæ nos adunatos, ex omni gente & natione collectos, unum postmodum efficit corpus.

TRACTATUS XXXIV.

Invitatio ad fontem. V.

EXsultate fratres, quos sua parturit fides, qui mundi hujus fugientes insidias, reatum, vul-

A nera ac mortem, paternæ implorastis auxilium majestatis, omnique non pedum velocitate, sed mentis pii fontis ad gurgitem convolate. Vos constanter immergite, salvo salutis statu, veteris hominis vestri felici morte victuri.

TRACTATUS XXXV.

Invitatio ad fontem. VI.

PRoperate, properate bene, loturi fratres. Aqua viva Spiritu sancto & igne dulcissimo temperata, blando murmure jam vos invitat. Jam balneator præcinctus exspectat, quod unctui, quod tersui opus est, præbiturus, sed & denarium aureum triplicis numismatis unione signatum. Gaudete itaque. In fontem quidem nudi demergemini, sed ætherea veste vestiti, mox candidati inde surgetis; quam qui non polluerit, regna cælestia possidebit: per Dominum Jesum Christum.

TRACTATUS XXXVI.

Invitatio ad fontem. VII.

EJa, fratres, quos beatæ sitis exoptatus ardor incendit, quos nectarei fluenti dulce murmur invitat, lacteum genitalis fontis ad laticem convolate incunctanter, ac fortiter bibite, dum licet, superfluentis amnis undæ subjecti, toto impetu, totaque devotione vestra vasa replete, ut semper vobis aqua sufficiat, hoc ante omnia scientes, quia hanc nec effundere licet, nec rursus haurire.

TRACTATUS XXXVII.

Invitatio ad fontem. VIII.

In qua perpaucis additis, quibusdam mutatis, continentur ea, quæ in antecedenti.

EJa, fratres, quos beatæ sitis exoptatus ardor incendit, cupiditate ac velocitate cervina lacteum genitalis fontis ad laticem convolate. Fortiter bibite, ut semper vobis aqua sufficiat, hoc principaliter scientes, quia hanc nec effundere licitum est, nec rursus haurire.

TRACTATUS XXXVIII.

Ad Neophytos post baptisma. I.

POst devotissima completa expiationis sacræ casta jejunia, post clarissimæ noctis suo sole dulces vigilias, post lactei fontis lavacro vitali in spem immortalitatis animas pullulantes, ex quo qui eratis ætate diversi, diversi natione, subito germani fratres, subito unigeniti emersistis infantes, hortor vos nativitatis tantæ festa læto celebrare convivio: sed non illo, in quo diversis epulis intrimentorum lenocinio saporis de summa certantibus, obrutum pectus sæpe crudis atque acidis vomitibus inturgetur; in quo musti vestri dulcedo sæcularis, vini pridiani exhalante fœtore, corrumpitur; sed cælesti prandio, honesto, puro, salubri atque perpetuo; quod, ut saturi semper ac felices esse possitis, esurienter accipite. Paterfamilias panem vinumque pretiosum vobis ex usibus suis sua de mensa largitur. Tres pueri unanimes legumina inferunt primi, quibus, ut scitus sit sapor, salem sapientiæ aspergunt: oleum Christus infundit: Moyses primitivam festinus maturamque procuravit agninam: Abraham

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

pinguem conditamque fideliter vitulinam. Isaac innocenter oleum portat & ligna. Jacob patienter varia exhibet pecora. Joseph præmotus ad mensuram prærogat cunctis annonam. Sane si quis aliquid desideraverit, qui recondidit; Noe omnia illi arcarius non negabit. Petrus piscator recentes marinos affatim pisces apponit cum sarda admirabili. Tobias peregrinus fluvialis piscis interanea diligenter accurat & assat. Joannes camelarius devote præcurrens, de silva mel attulit & locustas. Ne alter alterum manducantem denotet, invitator admonet Paullus [a]. David regius pastor omnibus momentis lac argenteum subministrat & caseum. Zacchæus sine mora quadruplicata expungit apophoreta. Deus & Dominus noster Jesus Christus Dei Filius dulcia, sicut prior qui hoc prandio pastus est ante nos, dicit: [b] *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & favum ori meo!* Hæc, fratres, si quis libenter crediderit, largiores adhuc escas inveniet; quibus si diligens fuerit, semper & se & alios bonis omnibus satiabit: per Dominum nostrum Jesum Christum.

TRACTATUS XXXIX.

Ad Neophytos post baptisma. II.

Recte sanctissimus David ait: [c] *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata:* quia beatus esse non potest, fratres, in prima nativitate persistens, quem æstuantium delictorum fax incensa omnibus momentis exurit: qui pædorem sui secum carceris portat: qui carnificem sentit ante quam videat: qui nomen judicis pertimescit: qui, sic unde susurrus ingruerit, se quæri, se æstimat inveniri: cui securitatis profectus est nullus, etiam si contingat ei accusatore carere, teste conscio; cum se ipso carere non possit, quia violentior omni tortore conscientia numquam suum deserit peccatorem. In hoc reatu, fratres, usque nunc fuistis: sed fortiter examinati estis: sed, ut indulgentiam perciperetis, pro vobis bene vigilastis, optime estis auditi. Novum judicii genus, in quo reus si excusaverit crimen, damnatur; absolvitur, si fatetur. O magna potestas, magna peritia, magna pietas judicis nostri! a quo universi generis peccatores, ut possint beate vivere, puniri festinant: descendit quippe gladius pius in viscera peccatoris, & uno eodemque ictu, incolumi corporis manente materia, interficit hominem veterem, creat novum, & sacri gurgitis elemento sepelit. Et cum omnium aquarum natura sit talis, ut cum in profundum homines susceperis vivos, evomat mortuos; aqua nostra suscipit mortuos, & evomit vivos, ex animalibus veros homines factos, ex hominibus in angelos transituros, si provectus ætatis eorum infantiam non mutaverit.

TRACTATUS XL.

Ad Neophytos post baptisma. III.

Exsultemus, fratres, in Christo: triumphatorique perpetuo hymnis, citharis, tympanis, canticis gratiam referamus, qui nobis promissa perpetuans pia sanctione (ut ajunt) claves vere aureas misit: & quidem non illas, quæ maligno beneficio crimina excipiunt; quæ corpori parcunt, animam liberare non possunt; quæ peccata, cum dissimulando prætereunt, non adimunt, sed includunt; quæ reum, qualem invenerint, talem quoque dimittunt; quæ in pari caussa ipsi præstatori nihil prodesse possunt. At vero nostræ acervatim absolvunt, quidquid invenerint, nec aliquid subsecivi esse patiuntur: sed pectorum aperiunt cuncta penetralia, diligenter universa crimina expellunt, ac rursus diligenter occludunt, ne quid illo vel frivolum, inde quod excluditur, revertatur. Mira ratio, mira beatitudo! Salvo reo punitur reatus in reo, integroque statu moritur in homine, propter quod homo fuerat moriturus. Inde est, quod nostra non habet necessaria tormenta confessio; quod sine sudore tortoris facinora sua sponte reus, ut fiat innocens, confitetur. Pretiosa indulgentia est, fratres, quæ & veniam præstat & medicinam. Ceterum qui parcit venefico, homicidæ, adultero, incestatori, sacrilego, nisi ejus curaverit mentem, non video quid illi præstiterit. O liberatoris nostri profunda providentia! O præstantia singularis! O dulcis sententia! O damnatio necessaria! Homo jugulatur, ut vivat: percussor, percussorisque non cernitur gladius: percussique non hiat vulnus, non defluit sanguis, non decolor color est. Ipse est, & tamen ipse non est. Vetus quidem videtur domicilium, sed novus est inquilinus, mutatione morum nativitatis suæ nobilitatem incredulis, variis virtutibus monstrans. Cujus sanctionem, vestræ ætatis omni curriculo manente in sua semper infantia, custodite: ac fortiter præcavete, ne primi hominis quondam vestri umquam memoriam recolatis.


TRACTATUS XLI.

Ad Neophytos post baptisma. IV.

In quo paucis additis, quibusdam mutatis, continentur ea, quæ partim XXXIX. partim XL. tractatibus exhibentur.

Exsultate, fratres, in Christo, acceptaque indulgentia regale beneficium diligenter, fortiter ac fideliter custodite: etenim omnis actus vester contractus ablatus est; securi gaudete: nihil sæculo jam debetis. Imago quidem reatus nunc usque fuistis, sed fortiter examinati estis: & ut indulgentiam perciperetis, pro vobis ipsis bene vigilastis: optime estis auditi. Novum judicii genus est, in quo reus, si excusaverit crimen, damnatur; absolvitur, si fatetur. Magna ratio, magna potestas, magna pietas judicis nostri, a quo universi generis peccatores, ut possint beate vivere, puniri festinant. Mira ratio: mirum profecto mysterium. Salvo reo, punitur reatus in reo, integroque statu moritur in homine, propter quod homo fuerat moriturus. Inde est quod nostra non habet necessaria tormenta confessio, quod sine truculenti sudore tortoris facinora sua sponte reus, ut fiat innocens, confitetur. Pretiosa res est, fratres, quæ & honorem præstat & præmium. O liberatoris nostri profunda providentia! O præstantia singularis! O dulcis sententia! O damnatio necessaria! In semet ipso homo jugulatur, ut vivat; percussor non videtur, percussoris non cernitur gladius, percussi non hiat vulnus, non defluit sanguis exspirantis, non palpitat corpus, non decolor color est. Ipse est, & tamen non est ipse. Vetus quidem videtur domicilium, sed novus inquilinus exsultat mutatione morum, nativitatis suæ nobilitatem incredulis, variis virtutibus probaturus.

a Rom. XIV. 3. b Psal. CXVIII. 103. c Psal. XXXI. 1.



TRACTATUS XLII.

Ad Neophytos post baptisma. V.

SAlvete hodie nati fratres in Christo, acceptæque indulgentiæ regale beneficium diligenter, fortiter ac fideliter custodite; etenim vester contractus omnis ablatus est: securi gaudete; nihil sæculo jam debetis. Ecce nullum pondus, stridor nullus est mundanarum vestris in cervicibus catenarum. Vinculis nullis impeditæ sunt manus, nullis pedes onerati compedibus. Non vos ullus terror exagitat, non ullæ sordes offuscant. Qui conscium timebatis, conscientiam non timetis: vetus enim homo vester feliciter condemnatus est, ut absolveretur: sacri gurgitis unda sepultus, ut sepulcri nido vivificatus, resurrectionis jura gustaret. O magna providentia Dei nostri! O bonæ matris caritas pura! diverso genere, sexu, ætate, conditione suscipiens necat odio criminum, ut noverca: pia servat, ut mater: necatosque non ante vivificat, quam omne virus vetustatis extinguat. Ne quid adulterum pariat, ac ne quem plus amare videatur aut minus, unam nativitatem, unum lac, unum stipendium, unam Spiritus sancti præstat omnibus dignitatem. Quam speciosum est, fratres, quamque salutare, quem paullo ante ridiculo habueris, admirari: cujus exsecratus sis corruptelam, optes imitari virtutem: quem cupidum semper horrueris, stupeas passim in pauperes & egenos sua bona universa fundentem: postremo quem noveris idololatriæ fanum, gaudeas Dei templum. Itaque beatus est semper qui meminit quod renatus sit: beatior qui non meminerit, quid fuit ante quam renatus sit: beatissimus, qui infantiam suam provectu temporis non mutaverit.

TRACTATUS XLIII.

Ad Neophytos post baptisma. VI.

De duodecim signis.

I. ÆTheræ gentes exsultate, novella pignora in Christo, florentissimique hodierni spiritalis ortus vestri candorem ne quo pacto maculetis, perpeti diligentia custodite; quia nescit iterare quod præstat. Ecce pueri, adolescentes, juvenes, senes utriusque sexus, qui eratis rei, eratis & immundi mundana nativitate; contra, omni reatu jam liberi, mundi estis infantes: & quod est admirabile & gratum, subito uno momento facti ætatibus diversis æquævi. Sed curiositatem vestram bene novi veteris vitæ usurpatione; quod quidem vobis ulterius non licebit. Fortassis requiratis & a nobis, qua genitura, quove signo tam diversos, tam plures, tam dispares una uno partu vestra vos peperit mater. Sicut parvulis morem geram, sacrique horoscopi pandam tota brevitate secreta.

II. Igitur, fratres, genesis talis est vestra. Primus vos, qui in se credentem reprobat nullum, non Aries, sed Agnus excepit: qui vestram nuditatem velleris sui niveo candore vestivit: qui suum lac beatum vagitu hiantibus vestris labris indulgenter infudit. Idem non tumidus cervice, non torvus fronte, non minax cornu Taurus, sed optimus, dulcis, blandus ac mitis vos admonet Vi- A tulus, ut nulla ullo in opere captantes auguria, ejus sine malitia succedentes jugo, terramque vestræ carnis domando fecundantes, lætam divinorum seminum messem cælestibus horreis inferatis. Et admonet prosequentibus Geminis, id est duobus salutare canentibus testamentis, ut principaliter idololatriam, impudicitiam avaritiamque fugiatis, quæ est incurabilis Cancer. Leo autem noster, sicut Genesis protestatur [a], leonis est catulus, cujus ista pia sacramenta celebramus; qui ad hoc recubans obdormivit, ut vinceret mortem; ad hoc evigilavit, ut beatæ resurrectionis suæ in nos munus immortalitatis conferret. Quem competenter sequitur Virgo B prænuntians Libram, ut nosceremus Dei per Filium qui incarnatus processit ex virgine, æquitatem justitiamque terris inlatam: quam qui constanter tenuerit ac fideliter ministraverit, non dicam Scorpionem, sed sicut Dominus ait in Evangelio, [b] omnes omnino serpentes illæsa planta calcabit. Sed nec ipsum quoque diabolum qui vere est acerrimus Sagittarius, formidabit umquam, variis atque igneis sagittis armatus, totius humani generis omni momento corda distringens: propter quod sic Paullus Apostolus ait: [c] *Induite vos armaturam Dei, ut possitis vos constare adversus nequitias diaboli, accepto scuto fidei, per quod poteritis omnes* C *sagittas illius mali quæ sunt igne plenæ, extinguere*. Is enim infelicibus non numquam immittit Capricornum vultu deformem, & per cornu exilioris labra liventia spumantibus venis ebulliens, palpitante ruina captivi tota miserabiliter per membra desævit. Alios amentes, alios furiosos, alios homicidas, alios adulteros, alios sacrilegos, alios avaritia efficit cæcos. Longum est ire per singula. Varias atque innumerabiles nocendi artes habet: sed has omnes salutari profluens amne non magnopere noster Aquarius delere consuevit; quem necessario uno sequuntur duo Pisces in signo, id est duo ex Judæis & gentibus populi, baptismatis aqua viventes, in unum populum Christi uno signo si- D gnati.

TRACTATUS XLIV.

Ad Neophytos post baptisma. VII.


Die dominico de comparatione tritici.

I. EXsultemus, fratres, in Christo, tantique proventus reditu ditati, Deo patri omnipotenti laudes & gratias referamus; qui zizania, lolium, lappas, tribulos in læta frumenta mutavit; quæ diligenti cultu purgata, molarisque lapidis pio E pondere feliciter fracta, ordinabiliter creta, omni furfure abjecto, mirifico splendore in farinam candidam micuerunt; quæ nullo adulterata fermento est, conspersa ac subacta diligenter. Sal inditum est illi: levigata est oleo cremiali, officiis competentibus temperata, in panes azymos reddita. Hi quos videtis, egregia coctura suave redolentes, qui excocti sunt non furno, sed fonte; non humano, sed igne divino: non illos aura corrupit: non fumus amarus infecit: non frigus elisit: quod plus est, sine fermento levati sunt. Certe cacabacii non sunt, non vetusti, non usti, non crudi, non mucidi. Lacteus illis color est: lacteus sapor est.

II. Sed fortassis, quod nonnulli forma videntur minores, si secus aliquid de pistore sentiatur, mea nihil interest, fratres: quia etsi pauper sum,

a Gen. XLIX. 9. b Luc. X. 19. c Ephes. VI. 11. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



tamen frontem meam tueor, & fidem meam novi. Certe si quid sciunt, dicant operarii qui mecum sunt. Lucro gaudeo, sed sine furti conscientia, sane confiteor. Denique & vos retinetis pondus antiquum: habetis aginam: exagium facite, quemadmodum vultis: singulos ponderate: invenietis nullum habere minus. Tripondes sunt omnes, numismatis sacri una libra signati, qui mensæ deserviunt.

TRACTATUS XLV.

De die dominico Paschatis. I.

SÆculorum heres, & pernici cursu procurrens atque recurrens, solenni meta rotatus in se se, proferens sibi de fine principium, natalitia infinita de occasu, dies sempiternus eluxit: quo discussa convolutæ hiemis tristitudine, novo vento Favonio blandiente, diversis floribus, genere, colore pariter & odore una nativitate diffusis, germinantia undique dulce prata respirant. Exsultat æstas nova, sed dives, in frumenti varias moles spiceam feliciter contundens palmam; quam prosequetur congrue mustulentus autumnus, ut necessario gratiæ panis vini quoque jucunditas jungeretur. Quis non hæc cælestibus mysteriis coaptata cognoscat? hiems namque pigra, sordida & tristis ad eos pertinet, qui idololatriæ deservientes, mundanis voluptatibus compediti, libidini vacantes & gutturi, longe moliti, id est æternæ morti sunt a Deo, quod opus tenebrarum dilexerunt, destinati. Ver sacrum fontem debemus accipere, cujus divite ex alveo, Favonio non vento, sed Spiritu sancto generante, odorem divinum beata spirantes fide, diverso charismate, sed una nativitate Ecclesiæ flores clarissimi, ac dulces nostri funduntur infantes. Æstas autem fidelis est populus, angelicus & mundus, qui sponsionis suæ palam fortiter retinens, peccatorum paleis limpidatus, semet pretiosum frumentum divinis horreis inferre desiderans, licet suo uberet fonte, tamen æstuat semper justæ operationis ardore. Autumnus quoque martyrii locus est, in quo non vitis, sed fossoris sanguis effunditur: ut vita beata pretiosæ mortis vindemia comparetur. Dies vero ad sacramentum pertinet resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, qui in omnibus omnia est: qui vere æternus est, ac sine nocte dies: cui duodecim horæ in Apostolis, duodecim menses serviunt in Prophetis: quem Evangeliorum salutaria quatuor prædicant tempora: cui non anniversarii, sed quotidiani fructus respondent, hymnum canentes Deo credentibus populis, qui omni immortalitatis semine propagantur in sæcula. In hujus diei luce gradientes exsultemus fide, jucundemur bona conversatione, ut perpetuam vitam adipisci mereamur; per Dominum Jesum Christum.

TRACTATUS XLVI.

De Pascha. II.

IN stabili cursu, multiformi gratia redimitus, temporum solenni vestigio dies salutaris advenit. Idem sui successor, idemque decessor, longæva semper ætate novellus, anni parens annique progenies, antecedit sequiturque tempora & sæcula infinita. Parit sibi de fine principium; & tamen a cunis genitalibus non recedit. Profecto sacramenti dominici imaginem portat: nam occasu passionem, resurrectionemque ortu redivivo concelebrat, per quem nobis munus futuræ beatitudinis pollicetur: A hoc quoque nostris Competentibus præstaturus, quos nunc invitat felix occasus, ut sacri oceani lacteo profundo demersi, inde novello novellique cum die resurgentes, nobiscum possint ad immortalitatis gloriam pervenire.

TRACTATUS XLVII.

De Pascha. III.

STabilis cursor, multiformi gratia redimitus, per temporum ambages pernicibus plantis sua recalcans officio solenni vestigia, dies salutaris advenit. B Idem sibi successor, idemque decessor, longæva semper ætate novellus, anni parens, annique progenies, antecedit quæ sequitur tempora, & sæcula infinita disseminat. Parit sibi de fine principium: hoc nostris quoque hodie Competentibus præstaturus, quos jam nunc felix invitat occasus, ut sacri oceani lacteo profundo demersi, surgentes inde novello novelli cum die, sua luce radiantes, nobiscum possint immortalitatis per aerium tramitem cursu servato ad repromissionis tempus ubi in perpetuum quis oritur, pervenire.

TRACTATUS XLVIII.

De Pascha. IV.

C MOrte sua vivens, sepulcri nido vegetatus, innumerabiles temporum metas perenni curru, una eademque orbita lustrans dies magnus advenit: menses in tempora, tempora in annos, annos in sæcula pandens. Sine pausa crescit in senium; & tamen a cunis genitalibus non recedit. Profecto sacramenti dominici imaginem portat: nam occasu passionem, resurrectionemque ortu redivivo concelebrat, per quem nobis quoque resurrectionem futuræ beatitudinis pollicetur.

TRACTATUS XLIX.

D *De Pascha*. V.


SEmpiterni currus auriga teretis metæ sua replicans complicando gyro solenni vestigia, dies salutaris advenit. Idem sibi successor, idemque decessor: longæva semper ætate novellus: anni parens, annique progenies: antecedit quæ sequitur tempora: & ut sæcula colligenda disseminet, parit sibi de fine principium. Hic est, quo similiter, verumtamen semel, amore hominis sui, ejus artifex Deus & Dominus noster occidit, & exortus E est rursum, numquam sane repetiturus occasum. Hic, inquam, quo ferales disruptæ sunt tenebræ: quo mors subacta est: quo homines, quos susceperant mortuos, refundere inferi coacti sunt vivos. Quem ut semper & ubique aucti fide, numero, caritate nostris cum fratribus celebremus, præstabit Deus Pater omnipotens.

TRACTATUS L.

De Pascha. VI.

NEc otioso cursu, reciprocis ambagibus operis mundani pensa perpetuans, genitalis semper, novellus occasu, a se in semet sua per vestigia revolutus, dies salutaris advenit; officiis sacramenti dominici omnibus omni genere munerum largus. Namque piis mercedem sacerdotibus præstat, consequentibus ministris promotionibus augmentum,

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.



immortalitatis fidelibus fructum, pœnitentibus curam, Catechumenis lucis viam, Competentibus remissam omnium peccatorum. Sicque cunctos in unam Christi corporis gratiam congregatos ad cælestia regna perducit, per Dominum & salvatorem nostrum Jesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

TRACTATUS LI.

De Pascha. VII.

PErpetis anni pernicem cursum in bissenæ mutationis augmentum, una eademque, nec ipsa, sed ipsa orbita circumducens, dies magnus advenit, suo sibi semper novellus occasu. Quod præterit, sequitur: quod futurum est, antecedit. In omnibus novus est; & tamen in omnibus vetus est. Punctis omnibus commutatur, non natura, sed numero. Fit filius horarum, qui pater est omnium sæculorum. Hic est dies, fratres, quo a Domino nostro cunctus redemtus est orbis; quo æthereo semine novellus, id est noster vivificatus est populus. Hic, inquam, qui nobis resurrectionis monstrat exemplum: cujus sane conditione nos beatiores sumus; quia ille occidit, semper ut vivat; fidelis autem post secundæ nativitatis occasum resurgens, horrore numquam intercipitur tenebrarum.

TRACTATUS LII.

De Pascha. VIII.

SPecioso circulo sacer inflexus dies, in mundani operis pensa quadriga temporum fertur, duodenis mensium perpeti curru mutationibus dives, nulla statione contentus: quia immortalitas ejus est cursus. Verum currat, an recurrat, ambiguum est: cujus præteritum restat ut redeat. Mira prorsus ratio! Innumerabilium sæculorum diversa mensura conterendo innovat spatia; & tamen ejus semper orbita est una: qui nos admonet, fratres, passionis resurrectionisque dominicæ unanimes atque concordes salutaria celebrare mysteria: per Dominum & conservatorem nostrum Jesum Christum.

TRACTATUS LIII.

De Pascha. IX.

MAgnificus, fratres dilectissimi, sæculorum pater adest dies, omni genere fructuum fetibus pollens, divite sinu, momentis quibus velis, quatuor temporum munera expungens. Denique Competentibus nostris finitur hiems hodie peccatorum: oleo confecto lætabuntur. Hodie eos etiam ver arridens diversos in flores diverso charismate redditurum est, cum salubri unda perfusi, limpidæ æstatis messe gaudentes, panem novum cœperint manducare: quos autumnale quoque non morabitur mustum, quo repleti inebriatique, feliciter Spiritus sancti calore fervebunt: qui ut numquam refrigescant, omnibus nobis præstabit Deus Pater omnipotens.

TRACTATUS LIV.

De Exodo. I.

In die Paschæ.

SIcut lectio divina testatur, in Ægypto [a] a Pharaone populoque ejus Israel Dei populus captivitatis ingenti jugo acerrime premebatur. Hunc Deus præcipit [b] proficisci duce Moyse videlicet & Aaron, iter demonstrante [c] nubis columna per diem, eadem ignis quoque per noctem. [d] Finditur mare; & dextra lævaque in abruptum digestis aggeribus stupens unda solidatur. Dei populus navigat plantis. Mira res! Iter ejus barbaris vehementer urgentibus, nec eques potest sequi, nec navis. Maria cum mulieribus tympanum quatit: hymnus canitur: Dei populus liberatur: resolutisque undis via cum persecutore deletur. Quantum spiritaliter intelligi datur, Ægyptus, mundus est iste. Pharao cum populo suo, diabolus & spiritus omnis iniquitatis. Israel, populus Christianus, qui proficisci jubetur ut ad futura contendat. Moyses & Aaron per id quod erant, sacerdotium per suum numerum demonstrabant duorum testamentorum sacramentum. Columna viam demonstrans, Christus est Dominus. Quod duplicem nubis & ignis imaginem gerit, judicia duo designat; unum aquæ quod gestum est, ignis alterum quod futurum. Mare fontem sacrum debemus accipere; in quo quibus aquis Dei servi liberantur, iisdem, qui non fugiunt sed portant peccata, delentur. Maria quæ cum mulieribus tympanum quatit, typus ecclesiæ fuit: quæ cum omnibus ecclesiis quas peperit hymnum canens & pectoris verum tympanum quatiens, populum Christianum ducit non in eremum, sed ad cælum.

TRACTATUS LV.

De Exodo. II.

SAcram legem qui spiritaliter accipit, fratres, iste est qui ejus fructu lactatur. Judæi etenim cum carnaliter sentiunt, in gregibusque pecuinis agnum bifaria natura commissum qui inveniri non potest, quærunt; sic agnum verum Christum quem invenerant, perdiderunt: non enim intellexere, quia ex hœdis humana designabatur caro suis onusta peccatis; ex ovibus spiritus majestatis: quæ utraque in Christo concreta, agnum legitimum præstiterunt. Hic est agnus, fratres, de quo Lex ait: [e] *Pascha est Domini*. Apostolus quoque Paullus: [f] *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Cur autem dignatus fuerit immolari, Joannes Baptista ante prædicavit his verbis: [g] *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Hic itaque dictus est primitivus, quia paternæ antiquitatis solus est conscius. Hic maturus, quia post ipsum non est ullus. Hic sempiternus, quia occisus est, & inventus est vivus. Hic immaculatus a peccato, quia solus est mundus. Hic salutaris, quia per ipsum vincimus mortem. Hic masculus, quia Dei est virtus. Hic, inquam, agnus perfectus, quia in ipso magnus ille sacerdos pio mysterio sua victima inclusus, hodie Deum reddidit hominem quem litavit.

a Exod. I. b Ibid. XIII. c Ibid. ✝.21. d Ibid. XIV. XV. e Exod. XII. 11. 27. f I. Cor. V. 7. g Joan. I. 29.

A

TRACTATUS LVI.

De Exodo. III.

TEmpus non finit, fratres, imagini reddere veritatem. Verumtamen Judæe quid monumentis tui criminis gratularis? In Ægypto [a] servisti diu, non sorte peregrini, sed merito. Ereptus es inde: non tua evasisti virtute. Columna nubis [b] te perduxit per diem, ut ostenderet cæcum: ignis columna per noctem, ut admoneret arsurum. Angelus prævius tua castra promovit [c], ut etiam præsenti Deo probareris ingratus. Per mare [d] pedibus ambulasti, ut patereris in terra naufragium. Ad B hoc sane in eremo aquam de petra bibisti, manna de cælo gustasti [e]; ut cum esses ad egestatem postmodum devolutus, præteritorum bonorum recordatione acrius torquereris.

TRACTATUS LVII.

De Exodo. IV.

MIra, fratres carissimi, historiæ sacræ sic est perlecta narratio. Cum Israelis populus enormi captivitatis jugo depressus, a rege Pharaone duris conditionibus in Ægypto necaretur [f]; miseratione Dei, duce Moyse, jussus est proficisci. Huic C non circulus solis per diem, sed columna nubis [g]; non candida luna, sed ignis columna per noctem iter pandebat ignotum: qui ut inter duo elementa pervenit, ibidem præsentariæ exitum mortis expavit [h]. Hinc enim persequentium Ægyptiorum infestis mucronibus premebatur: inde maris magno clausus obice premebatur. Etenim illi nullæ inerant naves, nulla transfretandi præsidia: cum subito divina providentia scinditur mare: aquæ dextra lævaque gelido stupore frenatæ, vitreos diriguntur in muros, præstolantes transitum Dei populi, ut persequentibus mare sint. Inducitur in viam Israel ingratus, in qua nec gladios possit timere, nec fluctus. Mira res! medio pulverulentus exsultat in D profundo, qui circa se videret feliciter triumphum suum perire naufragio. Hæc Judæus prædicat, fratres: & tamen Deo demens adhuc usque non credit, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

TRACTATUS LVIII.

De Exodo. V.

TEmpus non finit imagini reddere veritatem. Verumtamen Judæe quid designatione tui criminis gratularis? [i] In Ægypto servisti diu non necessitate, sed merito. Ereptus es inde [k]: non tua evasisti virtute. Columna nubis te deduxit [l] per E diem, ut ostenderet cæcum: ignis columna per noctem, ut significaret arsurum. Angelus tua castra præcedit [m]: necubi crimen excuses. Per mare ambulas: veloces pedes [n] tuos ad effundendum sanguinem dextra lævaque in se refugiens unda testatur. Denique eremo exciperis [o], quo te nunc pervenisse cognoscis. Ubi sane ad hoc aquam de petra bibisti, manna de cælo gustasti [p], ut scires miser, quid fueras perditurus.

TRACTATUS LIX.

De Exodo. VI.

JUdæi, unde se beatos putant, infelices inde esse noscuntur: etenim commodius puto misero in statu suo manenti, quam beato in ultimas miserias devoluto. Nam prædicant patres suos Ægyptium populum fugiendo delesse [q]: Deum suis præfuisse majoribus, eorumque iter præcessisse: non intelligentes, quia exinde eos a facie sua remotos, post suum dorsum cum post futuris abjecerat: Erythræum quoque in geminas ripas medium scissum mare, ductisque dextra lævaque aggestibus in aciem stipatis, undarum salvo liquore, arefactam profundi in semet contra se obnixam, stupidam pependisse naturam: viam inter fluctus micuisse terrenam, quæ utique non cælestis populi meritum, sed terreni per orbem totum dispersionis futuræ denuntiabat exitium. Ideo eos in eremum inde perduxit [r], vulneraque detestabilis mentis curanda lacte cum melle providendo commonuit [s]: nam infirmis ac languidis mannæ teneritudinem irroravit [t]; non enim erant idonei aut digni, qui cælestis panis perpetua soliditate fruerentur. Petra illis scaturivit in fontem [u]: ut biberent detritis lacunis, ut merebantur, cænulentum postmodum laticem, Domino dicente: [x] *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare*. Postremo infelices quid sperant de imagine, cujus nosse non sunt meriti veritatem, Dominum nostrum Jesum Christum?

TRACTATUS LX.

De Exodo. VII.

PHarisæus quemadmodum legitimum pascha possit celebrare, non video: cujus eminens famosumque illud templum miserabili vastatione campis æquatum suo pulvere jacet sepultum. Sacerdotalis cathedra pestilentiæ [y], cultorum suorum sacrilegio, jure deleta est. [z] Exinanitum cornu jam non spirat unguenta. Dies festos in luctum, & cantica ejus in lamentationem conversa prophetæ testantur [aa]. Tauros, arietes, hircos, & agnos a Domino sæpe reprobatos accepimus [bb]. Quid ultra? Non potest, fratres, ullum celebrare mysterium, cujus sacrificium divina sententia advertitis esse damnatum: per Dominum nostrum Jesum Christum, qui est benedictus cum Patre & Spiritu sancto in omnia sæcula sæculorum.

TRACTATUS LXI.

De Exodo. VIII.

JUdæus legitimum gerere se pascha contendit; cui nihil aliud de veteri sacramento, quam inanibus intexta suspiriis fabula remansit. Denique regium illud templum campis æquatum jacet. Altaria ejus subversa manu cum suis sibi sacrificiis, sparsa in pulverem vanuerunt. Sacerdotalis cathedra pestilentiæ suo nomine deleta est [cc]. Agnus salutaris qui designatur ex ovibus & ex hœdis [dd], inter pecora non potest inveniri. Dies festi ejus, & cantica secundum Dei vocem [ee] in planctum & lu-

a Exod. I. *b* Ibid. XIII. *c* Ibid. XIV. *d* Ibid. XVII. *e* Ibid. XVI. *f* Exod. I. *g* Ibid. XII. *h* Ibid. XIV. *i* Exod. I. *k* Ibid. XIV. *l* Ibid. XIII. 21. *m* Ibid. XIV. 19. *n* Psal. XIII. 3. *o* Exod. XVII. *p* Ibid. XVI. *q* Exod. XIV. *r* Ibid. XV. *s* Ibid. XVI. *t* Ibid. XV. *u* Ibid. XVII. *x* Jer. II. 13. *y* Psal. I. 1. *z* Amos V. 21. *aa* Ibid. ℣℣. 22. 23. *bb* Isa. I. 14. Jer. VI. 20. *cc* Psal. I. 1. *dd* Exod. XII. 5. *ee* Amos V. 23.

ctum profecerunt. Superba illa civitas servit. Sane ovium greges infinitos interficit, quos in amaritudine assumit. Quis non intelligat, fratres, illud pascha non esse, sed bromosum latronis cruenti convivium? A

TRACTATUS LXII.

De Exodo. IX.

PHarisæi agere se legitimum pascha contendunt: qui cum templo summo, ut putabatur, summum sacerdotium perdiderunt; regalis unguenti cornu privati sunt [a]. Circumcisio testimonium mentis impuræ jam jamque illis imminere supplicium denotati vulneris inflictu minatur. Omne genus pecudum cum suo sibi sacrificio reprobatur [b]. Jejunia eorum, dies festi, omnisque solemnitas abominatio est apud Deum. Cum hæc ita sint, a quibus, quomodo, unde pascha celebratur? Adde, quod agnum legitimum suo vitio, quem invenerant, perdiderunt: quem Scriptura [c] designabat ex ovibus & hœdis: ex hœdis utique, propter peccatricis indumentum carnis; ex ovibus, propter spiritum majestatis. Qui primitivus est dictus, quia præter Patrem ante ipsum nullus est primus. Maturus, quia æternus est. Perfectus, quia Dei virtus Deique sapientia est. Immaculatus, quia peccatum non habet solus. Salutaris, quia mortem mutavit in vitam: propter nos qui est occisus, & vivit: sepultus, & resurrexit: homo æstimatus est, & inventus est Deus gloriosus in sæcula sæculorum.

TRACTATUS LXIII.

De Exodo. X.

SI Judæi vacuatæ imaginis recordatione gloriantur, quanto magis Christianus, in quo non est figura, sed veritas? quam ex rebus ipsis agnoscite pariter & probate. Judæi [d] majores suos Pharaonis exercitusque ejus gravi servitutis jugo depressos, de Ægypto prædicant liberatos. A diaboli rabie D idolorumque turba violenta non tantum nostri majores, sed omnis Christiana progenies de vera Ægypto, id est de isto mundo, semper momentis omnibus liberatur. Illis ducatum Moyses præbuit: dux noster Christus est Dominus. [e] Illis columna nubis atque ignis viam demonstravit: nobis testamenti veteris ac novi clarissima oracula viam & verum Christum Dominum prodiderunt, qui ait: [f] *Ego sum via & veritas.* Illorum profugus populus [g] per mare rubrum dextra lævaque undarum stupentibus rupibus pede sicco transivit: at nostrum mare quos voluntarios suscipit, feliciter naufragos facit; interimensque universa peccata genitali unda submergit, ut cælestes effecti terram desiderare E non norint. Denique illi post mare ad eremum pervenerunt: nos post baptismum ad paradisum pervenimus. Illis irrorata est esurientibus manna [h]: nos autem esurire non possumus sempiternum, qui cælestis panis nobiscum portamus annonam. Illis sitientibus [i] petra fluxit in poculum: ad Christi fontem qui biberit, in æternum sitire non novit. Illis in deserto suavitas lactis & mellis exhibita est: nobis vero, quod plus est, melle dulcior ac lacte candidior, æternæ vitæ beatitudo Dei tribuetur in regno.

TRACTATUS LXIV.

De Exodo. XI.

QUid tumet Pharisæus inanis, quem momenti præterita delectat umbra? Exsultat, quod in Ægypto creverit: at in originali decrevit solo. Quod captivitatis sit nexibus exsolutus: sed est nunc usque barbarici furoris moribus alligatus. Deus illi ducatum præbuit: idem a sua eum facie postmodum abjecit. Consecutus est regnum, ut post regiam dignitatem majore dedecore imperio Romano serviret. Sane vultis scire quantæ sit sanctitatis? B Quem mare sustinuit adunatum, non potest terra bajulare dispersum.

TRACTATUS LXV.

De Exodo. XII.

QUamdiu, Judæe, bruti cordis nec dum discussis tenebras, sacræque legis oracula jam in Christo completa nec probando cognoscis? Verumtamen pro tuo sensu si vis pascha legitimum celebrare, agnus requirendus est tibi, sicut præceptum est [k], ex agnis & hœdis discordi natura commissus, quem in gregibus pecuinis ipsi tui non invenere majores. C Atque utinam tu invenias! dignus es enim immolatione tali, qui salutem tuam in incerti pecoris sitam visceribus opinaris. Sane quod passim multos occidis, edacitatis est tuæ: quod diversis in locis, vanitatis: quod cum amaritudine comedis, infelicitatis. Taceo, quod commemoratio est ingrati, non remedium, sacrificium quod ipse reprobat fieri qui præcepit. Hoc solum dico. Imple vel in ceteris legem; sicut scriptum est: [l] *Præcinge lumbos tuos. Indue pedibus calciamenta. Arripe baculum manu.* In eremum proficiscere, si tuos vis imitari majores.

TRACTATUS LXVI.

De Exodo. XIII.

JUdæos legitimum pascha celebrare non posse paucis accipe, Christiane. Salomonis templum hostili vastatione subversum cum ruina sua jaceat sepultum, ubi sacrificant? Sacerdotes jam non habent, qui eorum pro salute sacrificent. Tauros, hircos, arietes & agnos abhorret Dominus: unde sacrificant? Deum dereliquerunt, altaria ejus everterunt: cui sacrificant? Sane hoc solum proprium retinent, quod, ut vilem libidinem magis ac magis augeant, vilioribus se lavacris omni momento baptizant, Deo semper ingrati.


TRACTATUS LXVII.

De Exodo. XIV.

JUdæos non tantum legitimum pascha celebrare non posse, sed religionis divinæ prorsus nihil retinere paucis accipite. Salomonis templum de quo præsumebant, cecidit. Altaria Dei ipsi everterunt. Lex & prophetæ usque ad Joannem [m]. Sacerdotibus eorum luctus indicitur. Immolatio aufertur. Cessat unguentum. Circumcisio vacuatur. Sabbatum denotatur.

a Amos V. 21. *b* Isa. I. 14. Jer. VI. 20. Isa. LVIII. 5. Zach. VII. 5. *c* Exod. XII. 5. *d* Exod. XIII. *e* Ibid. *f* Joan. XIV. 6. *g* Exod. XIV. 21. *h* Exod. XV. *i* Exod. XVII. 6. *k* Exod. XII. 5. *l* Ibid. ℣. 11. *m* Matth. XI. 13.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.



Neomeniæ [a] & dies festi odio habentur. Potiuntur A eorum Romani regno. Nihil, ut arbitror, restitit illis proprium, nisi quod agno salutari neglecto, ingrati viles agnos cum amaritudine, homines amari manducant.

TRACTATUS LXVIII.

De Exodo. XV.

JUdæos legitimum pascha celebrare non posse, periti legis, Deo ipso loquente, cognoscite: a quo appellatur [b] synagoga spelunca latronum: sacerdotalis cathedra [c] pestilentia: sacrificium [d] canina mactatio: jejunia [e] odium: populus [f] progenies vipe- B rarum. Post hæc quid præsumant, æstimare non possum, homines qui salutem suam in pecorum morte constituunt: cum Deus, postea quam de Ægypto egressi sunt ubi imaginarium pascha gesserunt, dicat: [g] *Plenus sum holocautomatis arietum & pinguamine agnorum: quis enim hæc exquisivit de manibus vestris?* Utique, fratres, incunctanter eis ademit pascha, qui id per quod ab eis pascha geritur, reprobavit. At imaginem colunt. Nec ipsam quidem: quia falso colit imaginem, qui ejus non diligit veritatem. Sane hoc solum competenter gerunt innocentes: quod agnos passim, quasi lupi rapaces, occidunt.

TRACTATUS LXIX.

De Daniele in Pascha. I.

EVigila Christiane, omnique sæcularis somni torpore discusso, apertis auribus cordis a pueris disce virtutem. Sed vide ne æstimes falsum, quod eis cessit incendium. Veritatem ratio protestatur. Qui nunc in se credentes [h] baptizat Spiritu sancto & igni, ipse tunc quoque numero suæ adfuit Trinitatis. Denique rem sacramento gestam esse cognosce. In caminum missi [i], ut submersi sunt flammis, statim invisibili rore incendia temperantur: mors refugiens mutat officium: incensores cre- D mantur: incensis hymnum canentibus flamma blanditur: Deus a creatura benedicitur universa. In tribus una mens, una virtus, unus triumphus exsultat. Melioratur vita supplicio. Rex non inviderat pueris, si non eos præcepisset ardere.

TRACTATUS LXX.

De Daniele. II.

MArtyrii quodam modo pars est, fratres dilectissimi, martyres non horruisse supplicium: quantum etenim multiformis crudelitatis lugubris contemplatio retrahit a corona; tantum generosa E ac perfecta fides, [1] quique illi fuerit cruciatus, sua complicat vota. Denique tres pueri [k] in illo sacro certamine præ oculis Deum sibi proposuere, non flammas: præmium futurum, non pœnam. Sicque inter tetros undantis incendii globos triumphantes barbarum regem, minas omnes, ipsum quoque supplicium, docuerunt ignes sanctis hominibus non esse fortiores, per Dominum Jesum qui est benedictus in sæcula sæculorum.

TRACTATUS LXXI.

De Daniele. III.

TRium puerorum martyrium qui credit interritus, potest etiam ipse adipisci martyrium. [1] Tanta enim vis certaminis fuit, ut eam ipse quoque ignis horruerit: nam a barbaro rege nimia crudelitate tribus pueris consulente, fornacis ultra quam solet, septenario pabulo ignis armatus est. Credo divina providentia sacramento Trinitatis spiritalem quoque numerum convenire. Denique nec irrorati camini eis baptismatis defuit gratia. O admirabile incendium! O vere spectaculum Deo dignum! Qui audiunt, timent: qui incenderant, ardent: qui incensi sunt, sanctificati & incolumes de camino procedunt, per Dominum nostrum Jesum Christum.

TRACTATUS LXXII.

De Daniele. IV.

INgens supplicium aliquotiens ingentior prosequitur gloria, maxime divinis in rebus: in quibus felices obnixa devotione suam religionem custodiunt potius, quam salutem. Igitur cum audio [m] tres pueros incensos, prius vehementer horresco; mox C deinde eorum particeps optaverim fieri, cum cognosco inter flammas rorulentos hymnum Deo cecinisse securos [n]: tanta est enim fidei virtus tantaque potestas, ut cultoribus suis etiam ipsa elementa contra suam naturam famulari compellat. Unde, fratres, atrocissimæ rei non vos terreat contemplatio: non enim ulla est metuenda jam pœna, cum incensorum superstes insultet ignibus vita.

TRACTATUS LXXIII.

De Daniele. V.

MIrum, fratres dilectissimi, ac delectabile certamen Deo, [o] historia sacra prodidit nobis, ignis ac fidei. Etenim duo discordantia devotione dominica in unam concordiam convenere: namque tribus in pueris fides puniri non timuit: immissis camino ignis exæstuans detulit, ut eos unius virtutis esse persensit. Denique arsit incendium incendentibus, non incensis. O admirabilis ratio! O inæstimabilis gloria Dei! Sacramento Trinitatis tam potentis elementi subacta natura est. Qui putabantur incendio extingui, emicant beatiores incensi.

TRACTATUS LXXIV.

De Daniele. VI.

CRedulo percipe corde rem miram, Christiane, omnique virtutum exemplo famigerabilem. Hebræi vere tres pueri [p], senum constantia majores, juvenum virtute fortiores, sibi pares, Trinitatis sacramento præmuniti, unitatis una fide solidi, æqualitate pares, passionis victoria gloriosi. Hos barbarus rex, quod ejus statuam adorare contemserint, incendi præcepit. Qui ubi jactati sunt in fornacem ignis ardentis, hos devote cupidus ignis excepit. Lambiunt rosidos flammæ blandientes. Mira

a Isa. I. 13. *b* Matth. xxi. 13. Luc. xix. 46. Jer. vii. 11. *c* Psal. I. 1. *d* Isa. lxvi. 3. Deut. xxiii. 18. *e* Isa. lviii. 5. Zach. vii. 5. *f* Matth. III. 7. xii. 34. *g* Exod. xii. Isa. I. 11. 12. *h* Matth. III. 11. *i* Dan. III. *k* Ibid. *l* Ibid. *m* Ibid. *n* Ibid. *o* Ibid. *p* Ibid.

1. *Quique — vota*] Legendum conjiciebat V. C. *quicumque illi fuerint cruciatus, sua duplicat vota.*

res! opacitas intus, incendium foris est: intus hymnus canitur, foris ululatus auditur. O magna potentia Dei! Incensores incendio concremati sunt: & qui incensi sunt, incendio suo superstites, triumphantes de camino procedunt, præstante Domino nostro Jesu Christo.

TRACTATUS LXXV.

De Daniele. VII.

EXsulta, Christiane, & Deum fortiter time, diaboli si vis incendia non timere. Ecce pueri sacramento muniti, tres numero, sed una virtute, anhelantibus flammis, camino rugiente non læduntur. Incensi hymnum canunt: barbarum regem fidei tenacitate confundunt. Vindicantur de incensoribus suis. Deum vident. Mors transit in vitam, metus in gloriam. Sic quis non optet ardere?

TRACTATUS LXXVI.

De Daniele. VIII.

TRes Hebræi venerabiles, numeri sacramento muniti, ætate teneri, sed fidei soliditate robusti, supplicio suffragante gloriosi, amore divinæ religionis regis adorare imaginem contemserunt, utpote qui ipsum contemserunt regem: qui ira sufflatus, solito septies amplius caminum jussit incendi: ac ne quid immanitati sævientis deesse videretur, pice & stupa armatum incitatur incendium: æstuantibus globis rubescit quoque ipsum alienis ignibus cælum. Illo præcipitantur insontes: ibidemque, propter quem præcipitantur, inveniunt. Denique excipiuntur non flamma, sed rore; Dei dignatione, non pœna. O felix supplicium, quod incolumitate superante immortalitas prosequitur & corona!

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

TRACTATUS LXXVII.

De Daniele. IX.

NOn hodie mihi ad vos sermo est, fratres carissimi, de humanis gestis aut meritis: nec Daniel [a] inducitur inter frementium leonum rabidos rictus intrepidus, cælesti prandio satur: nec Jonas [b] inter æstuantes procellas solicitique maris fluctus insanos tutior piscis alvo, quam alveo navis: nec tres pueri [c], quo ardere putabantur incendio, de suis incensoribus vindicati: sed de Domino nostro, quem (proh nefas!) venerantur externi, (si tamen dicendum est) sui carpunt. Sane nullis argumentis armatus, quibus illi libenter utuntur qui adversus veritatem falsa componunt, sed cælestibus testimoniis, multis, manifestis ac puris, ut docti probent, minus instructi se se confirment, rudes discant, ipsique qui blasphemare nituntur, salutis suæ bono vel sero, si potest fieri, resipiscant.

a Dan. xiv. b Jon. I. & II. c Dan. III.



INDEX
TRACTATUUM
SANCTI ZENONIS
EPISCOPI VERONENSIS.

LIBER PRIMUS.

LIBER SECUNDUS.

S. ATHANASII

EPISCOPI ALEXANDRINI

OPERUM ALIQUOT FRAGMENTA,

DUDUM IN LUCEM EMISSA.



QUÆ OMNIA

In nova ejusdem S. PATRIS operum editione BB. Parisiensi ann. 1698.
desiderantur.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Ο ΜΕΙΖΩΝ.

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII

SERMO MAJOR DE FIDE.

I.

[1] Τὸ γὰρ, ἦν, ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἀναφέρεται· τὸ δὲ, σάρξ ἐγένετο, ἐπὶ τοῦ σώματος. ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, οὐκ εἰς σάρκα ἀναλυθεὶς, ἀλλὰ σάρκα φορέσας· ὡς δ' ἂν εἴποι τις, ὁ δεῖνα γέγονε γέρων, οὐκ ἐξ ἀρχῆς γεννηθεὶς· ἢ, ὁ στρατιώτης βετερᾶνος ἐγένετο, οὐ πρότερον τοιοῦτος ὢν οἷος γέγονε. Ἰωάννης, ἐγενόμην, φησὶν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Πάτμῳ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ. οὐχ ὅτι ἐκεῖ γέγονεν, ἢ γεγέννηται· ἀλλ' εἶπεν, ἐγενόμην ἐν Πάτμῳ, ἀντὶ τοῦ, παρεγενόμην. οὕτως ὁ λόγος εἰς σάρκα παραγέγονεν, ὡς λέλεκται, ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο. ἄκουσον λέγοντος· ἐγενόμην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός· καὶ, ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος.

Τὸ ἐγειρόμενον ἐκ νεκρῶν, ἄνθρωπος ἦν, ἢ Θεός; ἑρμηνεύει Πέτρος ὁ ἀπόστολος, ἡμῶν μᾶλλον γινώσκων καὶ λέγει· καθελόντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον· ὁ δὲ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. τὸ γοῦν ἀπὸ τοῦ ξύλου καθαιρεθὲν σῶμα νεκρὸν τοῦ Ἰησοῦ καὶ εἰς μνημεῖον τεθὲν, ἐνταφιασθέν τε ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ Ἀριμαθείας, αὐτὸ ἤγειρεν ὁ λόγος λέγων· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· ὁ γὰρ πάντας τοὺς νεκροὺς ζωοποιῶν, καὶ τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν ἐζωοποίησεν, ὃν ἀνείληφεν. εἰ γὰρ ἐπὶ σταυροῦ ὢν, τὰ προδιαλυθέντα νεκρὰ τῶν ἁγίων ἤγειρε σώματα, πολλῷ μᾶλλον ἐγεῖραι δύναται ὃ ἐφόρεσε σῶμα, ὁ ἀεὶ ζῶν Θεὸς λόγος, ὥς φησιν ὁ Παῦλος· ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργής.

Ζωὴ ἀποθανεῖν οὐ δύναται· μᾶλλον δὲ τοὺς νεκροὺς ζωοποιεῖ. ἔστι τοίνυν καὶ πηγὴ ζωῆς τῇ ἐκ πατρὸς θεότητι, ἄνθρωπος δὲ ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ ἐκ παρθένου Μαρίας, ὃν ἡ τοῦ λόγου θεότης δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν. τὸ γοῦν γεγράφθαι· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, φανερῶς τὴν θεότητα δηλοῖ· τὸ δὲ, ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, τὸ ἀνθρώπινον τοῦ κυρίου δείκνυσιν.

[2] Ἐγένετο Λάζαρον ἀσθενήσαντα ἀποθανεῖν· ὁ δὲ κυριακὸς ἄνθρωπος οὐκ ἄκων, οὐδὲ ἀσθενήσας ἀπέθανεν· ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου

A I. Illud enim, *erat*, refertur ad ejus deitatem; illud vero, *caro factum est*, ad corpus. [a] *Verbum caro factum est*, non in carnem resolutum, sed carnem gestans; quemadmodum si dixerit quispiam: Hic senex factus est, cum non talis antea esset genitus; vel, Miles factus est veteranus, cum non talis antea esset, qualis effectus est. Joannes ἐγενόμην, inquit, hoc est, [b] *factus sum*, sive, *fui in insula Patmo in die dominica*: non quod illic factus vel natus fuerit; sed dixit: *Factus sum in Patmo*, quasi dicas, accessi. Ita etiam Verbum ad carnem accessit, ut dictum est: *Verbum caro factum est*. Audi dicentem: [c] *Factus sum tamquam vas perditum*; &, [d] *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mor-* B *tuos liber*.

II. Quod fuit excitatum a mortuis, homo ne erat, an Deus? Rem explicat Petrus Apostolus, cui melius quam nobis id notum erat, aitque: [e] *Deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento: Deus vero suscitavit eum a mortuis*. Corpus itaque Jesu mortuum, de ligno depositum, in monumento collocatum, & a Joseph ab Arimathea unguentis conditum; id ipsum a Verbo excitatum fuit, uti dixerat: [f] *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Nam qui mortuos omnes vivificat, etiam hominem ex Maria natum Cristum Jesum, quem assumserat, vivificavit. Si enim cum esset in cruce, quæ prius dissoluta erant sanctorum corpora suscita- C vit; multo magis suscitare potuit corpus quod gestavit, qui est semper vivens Deus Verbum, ut dicit Paullus: [g] *Vivens enim Dei Verbum & efficax*.

III. Vita mori nequit, quin immo mortuos vivificat. Est itaque fons vitæ, per suam ex Patre deitatem: homo autem est qui mortuus est, itidemque qui a mortuis excitatus est, qui etiam postulat pro nobis, natus ex virgine Maria, quem deitas Verbi propter nos assumsit. Quod itaque scriptum est: [h] *In principio erat Verbum*, deitatem manifeste declarat. Illud autem, [i] *Verbum caro factum est*, Domini commonstrat humanitatem.

IV. Accidit ut Lazarus morbo adfectus moreretur: Homo autem Dominicus, non prævia ægritudine, nec invitus mortuus est; sed ex se ad mortis

a Joan. I. 14. b Apoc. I. 9. c Psal. xxx. 13. d Psal. lxxxvii. 6. e Act. xiii. 29. f Joan. II. 19. g Heb. iv. 12. h Joan. I. 1. i Joan. I. 14.

1. Hic locus a Theodoreto adfertur in Dialogo primo τῷ ἀτρέπτῳ, pag. 39.

2. Hunc item locum apud Theodoretum habes, & apud Gelasium de duabus naturis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



οἰκονομίαν, στερεοποιούμενος ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ ἐνοικήσαντος Θεοῦ λόγου, τοῦ εἰπόντος· οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀπ' ἐμαυτοῦ αὐτὴν τίθημι· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. ἡ θεότης οὖν ἐστι τοῦ υἱοῦ ἡ τιθεῖσα καὶ λαμβάνουσα τὴν ψυχὴν ἣν ἐφόρεσεν ἀνθρώπου. πλήρη γὰρ ἀνείληφε τὸν ἄνθρωπον, ἵνα καὶ πλήρη αὐτὸν, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς νεκροὺς ζωοποιήσῃ.

Αὐτὸς γὰρ δυνατὸς ὢν καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, ἐν τῇ παρθένῳ κατασκευάζει αὐτῷ ναὸν τὸ σῶμα, καὶ ἰδιοποιεῖται τοῦτο ὥσπερ ὄργανον, ἐν αὐτῷ γνωριζόμενος καὶ ἐνοικῶν. τούτου ἕνεκεν τὸ δυνάμενον ἀποθανεῖν ἑαυτῷ λαμβάνει σῶμα· ἵνα τοῦτο τοῦ Θεοῦ λόγου μεταλαβὸν, ἀντὶ πάντων ἱκανὸν γένηται τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τὸν ἐνοικήσαντα λόγον ἄφθαρτον διαμείνῃ.

Ὑπὲρ πάντας γὰρ ὢν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰκότως τὸν ἑαυτοῦ ναὸν καὶ τὸ σωματικὸν ὄργανον προσαγαγὼν ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων, ἐπλήρου τὸ ὀφειλόμενον ἐν τῷ θανάτῳ· καὶ ὡς συνὼν δὲ διὰ τοῦ ὁμοίου τοῖς πᾶσιν, ὁ ἄφθαρτος τοῦ Θεοῦ υἱὸς, εἰκότως τοὺς πάντας ἐνέδυσεν ἀφθαρσίαν ἐν τῇ τῆς ἀναστάσεως ἐπαγγελίᾳ. καὶ αὐτὴ ἡ ἐν τῷ θανάτῳ φθορὰ, κατὰ τὸν ἄνθρωπον, οὐκέτι χώραν ἔχει, διὰ τὸν ἐνοικήσαντα λόγον ἐν τούτοις διὰ τοῦ ἑνὸς σώματος. καὶ ὥσπερ μεγάλου βασιλέως εἰσελθόντος εἴς τινα πόλιν μεγάλην, καὶ οἰκήσαντος εἰς μίαν τῶν ἐν αὐτῇ οἰκιῶν, πάντως ἡ τοιαύτη πόλις πολλῆς τιμῆς ἀξιοῦται, καὶ οὐκέτι τις ἐχθρὸς αὐτὴν ἢ λῃστὴς ἐπιβαίνων καταστρέφει· πάσης δὲ μᾶλλον ἐπιμελείας ἀξιοῦται διὰ τὸν εἰς μίαν αὐτῆς οἰκίαν οἰκήσαντα βασιλέα· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος γέγονεν. ἐλθόντος γὰρ αὐτοῦ εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν, καὶ οἰκήσαντος εἰς ἓν τῶν ὁμοίων σωμάτων, λοιπὸν πᾶσα κατὰ τὸν ἄνθρωπον [1] ἐπιβουλὴ πέπαυται.

Οὐ γὰρ περικεκλεισμένος ἦν ἐν τῷ σώματι, οὐδὲ ἐν σώματι μὲν ἦν, ἀλλαχόσε δὲ οὐκ ἦν· οὐδὲ ἐκεῖνο μὲν ἐκίνει, ἄλλα δὲ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἐστερεῖτο· ἀλλὰ τὸ παραδοξότατον, λόγος ὢν, οὐ συνείχετο μὲν ὑπό τινος, συνεῖχε δὲ τὰ πάντα μᾶλλον αὐτός. τῇ δὲ τοῦ λόγου εἰς αὐτὸ ἐπιβάσει, οὐκέτι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐφθείρετο τὸ σῶμα· ἀλλὰ διὰ τὸν ἐνοικοῦντα τοῦ Θεοῦ λόγον ἐκτὸς ἐγίνετο φθορᾶς. πάσχον μὲν γὰρ τὸ σῶμα, κατὰ τὴν τῶν σωμάτων φύσιν ἔπασχεν· εἶχε δὲ τῆς ἀφθαρσίας τὴν φύσιν ἐκ τοῦ συνοικήσαντος αὐτῷ λόγου.

Αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐν τριημέρῳ διαστήματι νεκρὸν γενόμενον τὸ σῶμα ἔδειξεν ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον. καὶ ἐδείχθη πᾶσιν ὅτι οὐκ ἀσθενείᾳ φύσεως τοῦ ἐνοικοῦντος λόγου τέθνηκεν τὸ σῶμα· ἀλλ' ἐπὶ τῷ τὸν θάνατον ἐξαφανισθῆναι ἐν αὐτῷ τῇ δυνάμει τοῦ σωτῆρος.

Ποῖον ἔδει τέλος γενέσθαι τοῦ σώματος, ἐπιβάντος αὐτῷ τοῦ λόγου; μὴ ἀποθανεῖν μὲν γὰρ οὐκ ἐδυνάτο, ἅτε δὴ θνητὸν ὂν, καὶ ὑπὲρ πάντων προσφερόμενον εἰς τὸν θάνατον, οὗ χάριν καὶ ὁ σωτὴρ κατεσκεύασεν αὐτό· μεῖναι δὲ νεκρὸν οὐχ οἷόν τε ἦν, διὰ τὸ ζωῆς αὐτὸ ναὸν γενέσθαι· ὅθεν ἀπέθανε μὲν ὡς θνητόν· ἀνέζησε δὲ διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ζωήν.

Τί ἄπιστον λέγεται παρ' ἡμῶν, εἰ πλανωμένης τῆς ἀνθρωπότητος καθίσας ὁ λόγος ἐπ' αὐτὴν, ἄνθρωπος ἐπεφάνη, ἵνα χειμαζομένην αὐτὴν περισώσῃ διὰ κυβερνήσεως καὶ ἀγαθότητος; ***

Ψυχῆς μὲν ἔργον ἐστὶν θεωρεῖν τὰ ἔσω τοῦ ἰδίου σώματος τοῖς λογισμοῖς· οὐ μὴν καὶ τὰ ἔξωθεν τοῦ

A œconomiam acceſſit, confirmatus a Deo Verbo in ipſo habitante, qui dixit: [a] *Nemo tollit animam meam a me. Ex me ipſo eam pono. Poteſtatem habeo ponendi ipſam, & rurſum poteſtatem habeo accipiendi ipſam.* Deitas ergo Filii eſt, quæ ponit & accipit animam hominis quem geſtavit. Plenum enim hominem ſuſcepit, ut & plenum ipſum, & cum ipſo mortuos vivificaret.

V. Cum ipſe potens omniumque opifex eſſet, in Virgine templum ſibi, ſcilicet corpus, paravit, & proprium ſibi facit quaſi inſtrumentum, in ipſo cognitus, in ipſo habitans. Idcirco corpus quod mori poſſit adſumit ſibi; ut idem corpus Dei Verbi particeps, ad mortem pro omnibus ſubeundam idoB neum eſſet; ac propter Verbum inhabitans, incorruptum maneret.

VI. Verbum quippe Dei cum ſupra omnes ſit, templum ſuum & corporeum inſtrumentum offerens in redemtionem pro omnibus, pro merito implevit debitum quod in morte ſitum erat; & utpote qui propter ſimilitudinem omnibus ineſſet, incorruptibilis Dei Filius omnes, ut conſentaneum erat, in promiſſione reſurrectionis induit immortalitate: & corruptio quæ ſecundum homines mortem conſequitur, nequaquam ultra locum habet, propter Verbum in ipſis habitans, quia unum cum eo corpus ſunt. Ac perinde atque cum rex quidam magnus in aliquam amplam urbem intrat, & in una domorum ejus haC bitat; urbs ſane hujuſmodi magno adficitur honore, neque ulterius quis hoſtium furumve inſultare ipſi aut eam deſtruere audet; immo vero regis in una domorum ejus habitantis gratia, cum nulla non ſolicitudine atque decore illa ſervatur: pari modo de Servatore noſtro actum. Cum veniſſet enim in regionem noſtram, & domicilium cepiſſet in corpore noſtris ſimili, exinde omnes contra hominem inſidiæ ſedatæ.

VII. Neque enim circumcluſus in corpore erat; neque etiam ita in corpore erat ut alicubi non eſſet; neque ita corpus movebat, ut alia ejus providentia privarentur. Sed quod vix capi valeat, cum Verbum eſſet, a nullo continebatur, immo potius comD plectebatur omnia. Propter Verbi adventum in ipſum, non ultra corpus juxta propriam naturam corrumpebatur, ſed propter inhabitans Dei Verbum corruptione vacuum erat. Corpus ſiquidem juxta corporum naturam patiebatur: nihilominuſque incorruptionis naturam per inhabitans in ipſo Verbum habuit.

VIII. Ipſe Dei Filius trium dierum ſpatio corpus quod mortuum erat, effecit immortale & incorruptum; omnibuſque liquidum fuit non infirmitate naturæ inhabitantis in ipſo Verbi mortuum fuiſſe corpus, ſed ut mors abrogaretur in ipſo per virtutem Servatoris.

IX. Quem oportebat fore corporis finem, cum in ipſum adveniſſet Verbum? Non mori nequibat; quia E mortale erat, & pro omnibus offerendum in mortem, qua de cauſſa Salvator ipſum paraverat: manere mortuum non poterat, utpote templum vitæ; quamobrem ut mortale quidem obiit, at propter vitam in ipſo ſitam revixit.

X. Quid incredibile narramus, cum dicimus, Verbum in errantem atque lapſam naturam humanam inſediſſe, hominemque factum fuiſſe; ut tempeſtate jactatæ ipſi ſalutem conferret per adminiſtrationem & bonitatem ſuam? ***

XI. Ad animam quidem ſpectat, interiora corporis ſui cogitatione contemplari; neque tamen ope-

[a] Joan. x. 18.

1. Επιβουλὴ] Forte ἐπιβολή.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



ἰδίου σώματος ἐνεργεῖν, ἢ τὰ τούτου μακρὰν τῇ παρουσίᾳ κινεῖν. οὐδέποτε γοῦν ἄνθρωπος μακρὰν ἤδη ταῦτα κινεῖ, καὶ μεταφέρει· οὐδὲ εἰ ἐπὶ τῆς ἰδίας οἰκίας καθέζοιτό τις, καὶ λογίζοιτο τὰ ἐν οὐρανῷ, ἤδη καὶ τὸν ἥλιον κινεῖ, καὶ τὸν οὐρανὸν περιστρέφει· ἀλλ' ὁρᾷ μὲν κινούμενα καὶ γινόμενα, οὐ μὴν ὥστε καὶ ἐργάσασθαι δυνατὸς τυγχάνει. οὐ δὴ τοιοῦτος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· οὐ γὰρ συνεδέδετο τῷ σώματι· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ἐκράτει τοῦτο· ὥστε καὶ ἐν τούτῳ ἦν καὶ ἐν τοῖς πᾶσιν ἐτύγχανεν· καὶ ἔξωθεν τῶν ὅλων ἦν, καὶ ἐν μόνῳ τῷ πατρί.

Σκόπει παρακαλῶ, εἰ μὴ τὴν χλεύην καθ' ἑαυτῶν κινοῦντες ἀγνοοῦσιν, τὸν κόσμον σῶμα μέγα φασὶν εἶναι οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοί, καὶ ἀληθεύουσι λέγοντες· ὁρῶμεν γὰρ αὐτὸν καὶ τὰ τούτου μέρη, ὅτι ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπίπτει. εἰ τοίνυν καὶ ἐν τῷ κόσμῳ σώματι ὄντι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐστὶ, καὶ ἐν ὅλοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ μέρος αὐτοῦ πᾶσιν ἐπιβέβηκεν, τί θαυμαστὸν ἢ τί ἄτοπον εἰ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ φαμὲν αὐτὸν ἐπιδεδημηκέναι; εἰ δὲ καὶ γενητῆς οὔσης τῆς κτίσεως, οὐκ ἄτοπον ἐν αὐτῇ τὸν λόγον εἶναι, οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐν ἀνθρώπῳ αὐτὸν εἶναι ἄτοπον. οὐκ οὖν ὅλως οὐκ ἀπρεπὲς τὸ ἐν ἀνθρώπῳ εἶναι τὸν λόγον· καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φωτίζεσθαι καὶ κινεῖσθαι.

Απατηθέντα γὰρ τὸν Αδὰμ ὑπὸ τοῦ διαβόλου παραβῆναι τὴν τοῦ πλάσαντος αὐτὸν ἐντολὴν, καὶ ὑπὸ κατάραν καὶ κατοχὴν θανάτου γενόμενον ὁρῶν ὁ τοῦ παντὸς κτίστης Θεὸς λόγος, ἐκ τῆς ἀπογόνου τοῦ Αδὰμ παρθένου Μαρίας πλάσας ἑαυτῷ τὸ χωρῆσαι δυνάμενον ἄχραντον σῶμα πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, καὶ τὰ πάθη τὰ ἀνθρώπεια, ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου αὐτὸ ἑκουσίως παραδέδωκεν· ἵνα τὸν ποτὲ βασιλεύοντα τοῦ θανάτου διάβολον θανατώσῃ, τῷ τοῦ ἰδίου σώματος θανάτῳ. αἷμα δὲ οὐκ ἐκ τοῦ πνεύματος τῆς τοῦ λόγου θεότητος ἐκπορεύεται· ἀλλ' ἐξ οὗ ἐφόρεσεν ἀνθρώπου.

Τὸ, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, καὶ, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστὶ, καὶ τὸ, ἔκτισέ με, καὶ, ἐγώ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, καὶ ὅσα ἐν τοῖς εὐαγγελίοις καὶ ἐν τοῖς προφήταις εἶπεν ταπεινὰ περὶ αὐτοῦ, εἰς τὸ ἐφόρεσεν σῶμα δι' ἡμᾶς εἴρηται. οὔτε τὸ παθητὸν σῶμα, ὃ ἐφόρεσε διὰ τὴν τοῦ παντὸς σωτηρίαν, ἀνατίθεμεν τῷ πατρί· τὰ πάντα γὰρ ἐκτίσθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ. ὁ δὲ υἱὸς μόνος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐγεννήθη· διὸ πρωτότοκός ἐστι πάσης κτίσεως ὁ Θεὸς λόγος· ἄτρεπτος γὰρ ἐξ ἀτρέπτου ἐστίν· τοίνυν [1] τὸ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσεν τὸ σῶμα, κτίσμα ἐστίν.

Τὸν γὰρ Αδὰμ ἐνδυσάμενος σὺν τοῖς παθήμασι κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν κεκλημένον Ιησοῦν, ἵνα δι' αὐτοῦ τὸ ἀπολόμενον πρόβατον προσάξῃ τῷ πατρὶ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος· περὶ οὗ Παῦλος γράφει· ἄνθρωπος Χριστὸς Ιησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ φησίν· δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ζωή. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Αδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.

Δι' αὐτοῦ τοῦ λόγου πάντα ἐγένετο καὶ ἐκτίσθη· οὐκ αὐτὸς δὲ ἐγένετο, ἀλλ' ὅνπερ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσεν ἄνθρωπον, γεγονότα καὶ κτισθέντα δηλοῦσιν αἱ γραφαί. φησὶ γὰρ ὁ κύριος· πᾶν κλῆμα μένον ἐν ἐμοὶ, καρπὸν φέρει, καὶ ἐν τῷ ἐφόρεσεν ἀνθρώπῳ τῷ ἐκ τοῦ γένους Αδὰμ, ἐζωοποίησεν τὸ ἐκ τοῦ γένους Αδὰμ.

A rari in ea potest quæ extra corpus sunt, nec quæ procul corpore consistunt per præsentiam suam movere. Numquam igitur homo procul positus illa movet aut transfert: neque enim domi sedens quispiam, & quæ in cælo sunt cogitans, aut solem movet aut cælum circumvertit; sed illa commoveri & condita fuisse videt; neque tamen ita ut eorum quidpiam efficere valeat. At non hujusmodi est Dei Verbum in homine; non enim corpore colligatum erat, immo potius ipsum occupabat cum imperio: ita ut una in corpore & in universis rebus esset; quin etiam extra res omnes, atque in solo Patre.

XII. Animadverte, quæso, an non vel ignari adversum se risum moveant, qui apud Græcos sapientes habentur; dum mundum ajunt corpus esse grande, atque vere dicunt dum isthæc effantur: ipsum enim ejusque partes singulas, quoniam in sensum cadunt, perspicimus. Si igitur in mundo ipso qui corpus est, Verbum Dei exsistit, ac simul in res universas & singulas quoque pervadit; quid mirum aut quid absurdum, si dicamus ipsum in hominem advenisse? Quod si, licet facta sit universa creatarum rerum natura, non absurdum est Verbum in ea esse; non absurdum pariter esse ipsum in homine. Non indecorum itaque est, in homine esse Verbum, atque omnia ab ipso & in ipso illuminari atque moveri.

B

XIII. Videns itaque Deus Verbum omnium creator, Adamum a diabolo deceptum, transgressum opificis sui mandatum, atque in maledictionem mortisque subjectionem delapsum; ex Virgine Maria, ab Adamo originem ducente, efformato sibi purissimo corpore, quod posset continere omnem plenitudinem divinitatis corporaliter, atque passiones, id est cruciatus humanos ferre; pro toto mundo ipsum sponte tradidit: ut diabolum qui olim mortis imperium obtinebat, morte corporis sui occideret. Sanguis autem non ex spiritu divinitatis Verbi manat; sed ex homine quem tulit.

C

XIV. Illud: [a] *Ego sum vitis*; &, [b] *Pater meus major me est*: item, [c] *Creavit me*; &, [d] *Ego sum vermis & non homo*; & quæcumque in Evangeliis & in Prophetis de se humilia & abjecta dixit, corpus quod propter nos tulit spectant. Neque patibile corpus quod pro universi salute tulit, Patri adscribimus: omnia enim creata sunt a Patre per Filium. Filius porro solus a Patre genitus est: quamobrem [e] *primogenitus est omnis creaturæ* Deus Verbum: immutabilis siquidem ex immutabili est. Igitur corpus quod pro nobis tulit, res est creata.

D

XV. Adamum enim induens cum affectibus per omnia præter peccatum, scilicet eum qui vocatur Jesus, ut per ipsum perditam ovem Patri reduceret & offerret, [f] *quasi ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se sine voce*; de quo Paullus scribit: [g] *Homo Christus Jesus, qui dedit semet ipsum redemtionem pro nobis*. Et alio loco ait: [h] *Per hominem mors, & per hominem vita. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*.


E

XVI. Per ipsum enim Verbum omnia facta & creata sunt; ipsum vero factum non est, sed hominem ipsum quem propter nos tulit, factum & creatum declarant Scripturæ. Ait quippe Dominus: [i] *Omnis palmes in me manens fructum fert*: & in homine quem tulit quique ex genere Adami erat, omne quod ex genere Adami erat vivificavit.

a Joan. xv. 1. b Joan. xiv. 28. c Prov. viii. 22. d Psal. xxi. 7. e Coloss. I. 15. f Isa. liii. 7. g II. Tim. II. 5. h I. Cor. xv. 21. 22. i Joan. xv. 5.

1. Sic sæpe τὸ relativum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



Ὅρα ὅτι ἕως τοῦ νῦν οὐδεὶς οἶδεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὡς ἐστι, ἄχρι τοῦ φανερῶσαι ἑαυτὸν ἡμῖν. τὸν δὲ ἐφόρεσεν δι' ἡμᾶς, υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, εἴδομεν· ὃν εἴρηκεν ὁ Παῦλος· κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. ὃν καὶ Στέφανος λέγει· θεωρῶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ. οὐκ εἶπεν τὸν λόγον, ἢ τὴν σοφίαν τοῦ πατρὸς ἑωρακέναι, ἀλλὰ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐκ Μαρίας κυριακὸν σῶμα.

Περὶ τοῦ, ὁ δὲ Ἰησοῦς προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι· λέγεται δὲ ὁ κατὰ τὸν σωτῆρα νοούμενος ἄνθρωπος, ὁ αὐτός ποτε νήπιος ὤν, καὶ ποτὲ προκόπτων ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι, ἀρχόμενός τε ὢν ὡσεὶ ἐτῶν λ'. ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς φησι. τὸ δὲ προκοπὴν καὶ ἡλικίαν ἐπιδεχόμενον σῶμα, αὐτό ἐστι κτίσμα καὶ ποίημα. Ἰησοῦς δὲ ὁ Χριστός, ὁ κατὰ τὸν σωτῆρα νοούμενος ἄνθρωπος, αὐτός ἐστιν ὁ προκοπὴν ἡλικίας ἐπιδεχόμενος, ποτὲ νήπιος τυγχάνων, ποτὲ ἀνήρ, ἀρχόμενός τε ὡσεὶ ἐτῶν λ'. ὡς φησὶν ὁ Λουκᾶς. ὁ τοίνυν μεθηλικιούμενος ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃς ἐγένετο πιστὸς ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῷ ποιήσαντι αὐτόν, αὐτός ἐστιν ὁ τὴν προκοπὴν ὑπομένων.

Στέφανος λέγει, θεωρῶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. οὐκ εἶπε τὸν λόγον ἢ τὴν σοφίαν τοῦ πατρὸς ἑωρακέναι, ἀλλὰ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐκ Μαρίας κυριακὸν σῶμα, ὅπερ ὁ Παῦλος λέγει, καθίσαι ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. περὶ οὗ σώματος Δαυὶδ φησὶ προφητικῶς ἐκ προσώπου τοῦ πατρός, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ἐπεὶ προεγίνωσκεν ἐχθροὺς ἐσομένους τὸν διάβολον καὶ τὰς συνεργοὺς αὐτοῦ ἀντικειμένας ἐνεργείας, αἳ τινες ἤχθραινον τῷ κυριακῷ ἀνθρώπῳ, γινώσκουσαι διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ καταργουμένας αὐτάς, καὶ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου τὸν διάβολον. οἱ γὰρ τὴν θεότητα τοῦ λόγου ἐλαττοῦντες, ὡς μὴ δυναμένου τοῦ κυρίου δι' ἑαυτοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι, οἷον τὸ εἰρηκέναι τὸν πατέρα τῷ υἱῷ, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· τοῦτο οὖν γινωσκέτωσαν οἱ ἀπαίδευτοι εἰς τὸν κατὰ σάρκα νοούμενον ἄνθρωπον γεγράφθαι. ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ Δαυὶδ περὶ τοῦ κυριακοῦ ἀνθρώπου γέγραπται· ἐχθρὸς οὐκ ὠφελήσει ἐν σοί. τὸ σῶμα τοίνυν ἐστὶν ᾧ λέγει, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, οὗ καὶ γέγονεν ἐχθρὸς ὁ διάβολος, σὺν ταῖς πονηραῖς δυνάμεσι, καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες.

Πάντα εἰπὼν ἐν αὐτῷ κτισθέντα ὁ μακάριος Παῦλος, αὐτὸν μόνον εἶπεν πρὸ πάντων. ἐκ γὰρ τῶν παλαιῶν πεπαιδευμένος νομομαθὴς ὤν, τάς τε παροιμίας τοῦ Σολομῶντος φιλολογήσας, καὶ δύο εἴδη περὶ τοῦ κυρίου εὑρών, ἓν μὲν περὶ τοῦ ἐκ Μαρίας ἔμελλεν ἀναλαμβάνειν ἀνθρώπου, ἕτερον δὲ περὶ τοῦ πρὸ πάντων αἰώνων ἀϊδίως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντος λόγου, καὶ περὶ μὲν τοῦ ἐκ Μαρίας Ἰησοῦ γράφει Τιμοθέῳ· μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα· περὶ δὲ τοῦ ἀεὶ σὺν τῷ πατρὶ Θεοῦ λόγου, εἶπεν, ὅτι ἐστὶν πρὸ πάντων. ἐλεγχέσθωσαν τοίνυν παρὰ πάντων τῶν ἁγίων οἱ λέγοντες, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀρχὴν τῶν ἔργων κτισθέντα· καὶ παρὰ τοῦ Δαυὶδ ἀκουέτωσαν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἔργον, ἀλλ' ἔργων ποιητής, ὡς λέγει· ἔργα χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, λέγεται ὁ κατὰ τὸν σωτῆρα νοούμενος ἄνθρωπος. ὁ αὐτός ποτε νήπιος ὤν, καὶ ποτὲ προκόπτων ἡλικίᾳ καὶ χάριτι· ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν

A XVII. Perpende, quæso, neminem hactenus novisse Filium Dei sicuti est, donec se se ipse manifestum faceret nobis. Quem autem ipse tulit pro nobis filium hominis, novimus, de quo dixit Paullus: [a] *Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit illum*. De quo Stephanus ait: [b] *Video filium hominis stantem a dextris Dei*; non dixit, Verbum aut Sapientiam Patris se vidisse, sed filium hominis, Dominicum corpus ex Maria natum.

XVIII. Quod autem illud spectat: [c] *Jesus autem proficiebat ætate, sapientia & gratia*; id sane dicitur de homine qui in Salvatore esse intelligitur, qui modo infans fuit, modo profecit ætate & sapientia
B & gratia, incipiens quasi annorum triginta, ut ait Evangelista Lucas [d]. Corpus vero quod & profectum & ætatem admittit, est res creata & condita. Jesus autem Christus qui in Salvatore intelligitur homo, ipse est qui profectum ætatis admittit, modo infans, modo vir; incipiens quasi ætatem triginta annorum, ut ait Lucas. Qui igitur ætatum successionem admittit homo Christus Jesus, qui fuit fidelis apostolus atque pontifex ei qui fecit illum, ipse est qui profectum admittit.

XIX. Stephanus ait: [e] *Video filium hominis stantem a dextris virtutis Dei*; non dixit Verbum aut Sapientiam Patris se vidisse; sed filium hominis, Dominicum corpus ex Maria sumtum, quem filium
C hominis Paullus dicit [f] sedere ad dexteram Dei. De quo corpore David prophetice ex persona Patris ait: [g] *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Quia prævidebat inimicos fore diabolum & adversarias potestates ipsius ministras, quæ infestæ erant Dominico homini; gnaræ se nec non diabolum qui imperium mortis habet, per mortem ejus destructum iri. Qui enim deitatem Verbi minuunt, ac si Dominus per se non posset inimicos ulcisci, quia scilicet Pater Filio dixit: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; ii scilicet imperiti homines noverint, id in hominem secundum carnem acceptum, quadrare. In ipso quippe Davide de eodem Dominico homine
D scriptum est: [h] *Non proficiet inimicus in te*. Corpus itaque est, cui dicit: *Sede a dextris meis*; cujus inimicus fuit diabolus cum malis potestatibus, nec non Judæi & Græci.

XX. Cum omnia in ipso creata fuisse dixisset beatus Paullus, ipsum solum ait [i] *ante omnia* esse. Ab antiquis enim eruditus, quia legis peritus erat, utpote qui accurate Parabolas Salomonis legisset, atque duas de Domino loquendi species deprehendisset; aliam quidem de homine quem ex Maria assumturus erat; aliam de Verbo, quod ante omnia sæcula ab æterno ex Patre genitum fuerat; de Jesu quidem ex Maria nato, Timotheo scribit: [k] *Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex*
E *semine David secundum carnem*; de Verbo autem Deo qui semper cum Patre est, dixit: quod sit *ante omnia*. Convicti itaque omnium sanctorum testimonio maneant qui dicunt, Dei Verbum initium operum creatum fuisse; atque a Davide audiant, non esse opus, sed operum conditorem, ut habet ipse: [l] *Opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanebis*.

XXI. [m] *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula*: sic dicitur de homine qui in Salvatore esse intelligitur. Is ipse est, qui aliquando infans fuit, deinde profecit ætate & gratia, & post [n] *erat incipiens*

a Heb. III. 2. *b* Act. VII. 55. *c* Luc. II. 52. *d* Luc. III. 23. *e* Act. VII. 55. *f* Coloss. III. 1. *g* Psalm. CIX 1. *h* Psalm. LXXXVIII. 23. *i* Gal. I. 17. *k* II. Tim. II. 8. *l* Psalm. CI. 26. *m* Heb. XIII. 8. *n* Luc. III. 23.

λ'. ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς φησιν. τὸ δὲ προκοπὴν καὶ ἡλικίαν ἐπιδεχόμενον σῶμα, αὐτό ἐστι τὸ κτίσμα καὶ ποίημα. ἐλεγχόμενοι τοίνυν παρὰ τῶν ἁγίων οἱ λέγοντες κτίσμα τὸν ἐκ πατρὸς λόγον, ἢ πεπαύσθωσαν τῆς δυσσεβοῦς βλασφημίας, ἢ χριστομάχοι παρὰ πάντων ἀποκηρυττέσθωσαν· ἐν ᾧ γὰρ ἡττῶνται, πεποίθασιν ἐν ταῖς παροιμίαις τῷ λέγοντι· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. ἀλλ' ὀλισθαίνουσιν· προφητεύων γὰρ Σολομῶν εἰς τὸν μέλλοντα, διὰ τὴν παντὸς τοῦ κόσμου εὐεργεσίαν, ἐκ Μαρίας κτίζεσθαι κυριακὸν ἄνθρωπον, εἶπεν ἐκ προσώπου αὐτοῦ τὸ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.

Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. αὐτὸν γοῦν τὸν σταυρωθέντα τοῦ κυρίου ἄνθρωπον, δεικνύντες διὰ δακτύλου οἱ ἀπόστολοι εἶπον· τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, Χριστὸν καὶ κύριον ἐποίησεν ὁ Θεός. αὐτὸς φανερῶς ὁ τοῦ κυρίου ἄνθρωπος καὶ ἀρχὴ ὁδῶν ἐκτίσθη τῶν προγεγραμμένων εἰς εὐεργεσίαν, ἄρχων πάντων τῶν ἁγίων καὶ χρηματιζόντων ὁδῶν· καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ποιηθεὶς καὶ σταυρωθείς. [1] περὶ οὗ καὶ Ἱερεμίας εἶπεν κατὰ τὴν τῶν ο. ἑρμηνευτῶν ἔκδοσιν· κύριος ἔκτισέ με σωτηρίαν εἰς καταφύτευμα καινήν· ἐν ᾗ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν περὶ τοῦ αὐτοῦ ῥητοῦ λέγει· ἔκτισεν κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ· ταύτην λέγει σωτηρίαν καινὴν καὶ οὐ παλαιὰν, ἡμῖν κτισθεῖσαν καὶ οὐ πρὸ ἡμῶν. καὶ ὃν λέγει καινὸν κτισθέντα ἐν τῇ θηλείᾳ, τὸν κατὰ τὸν σωτῆρα νόει ἄνθρωπον Ἰησοῦν· ἑρμηνεύεται γὰρ Ἰησοῦς, πῆ μὲν σωτὴρ, πῆ δὲ σωτηρία· ἐκ τοῦ σωτῆρος ἡ σωτηρία· ὃν τρόπον ἐκ τοῦ φωτὸς ὁ φωτισμός. ὅν τινα εἶπεν ἄνθρωπον Ἰησοῦν, σωτηρίαν ἡμῖν κτισθέντα, καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ· ὅ ἐστιν ἐν τῇ Μαρίᾳ, μᾶλλον δὲ ἐκ τῆς Μαρίας. ὃν τοίνυν ὁ Σολομῶν εἶπεν ἀρχὴν ὁδῶν κτισθέντα, καὶ ὃν Ἱερεμίας λέγει κτισθεῖσαν σωτηρίαν καινὴν, καὶ καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, Χριστὸν Ἰησοῦν, ἐκ τῶν γραφῶν δείξαντες, τῶν ἑξῆς ἐχόμεθα· ἐφ' οἷς ἢ ἀγνοήσαντές τινες, ἢ προληφθέντες, ἐν πλάνῃ διαμεμενηκότες, οὔτε διδάσκειν ὀρθῶς, οὔτε διδάσκεσθαι βούλονται.

Εἰ πάντες χωρεῖν ἠδύναντο πνευματικῶς τὰ θεῖα λόγια, οὐχ ἱμείρετο (*sic*) μεταδίδοναι αὐτοῖς τὸ πνευματικὸν χάρισμα· οὐδὲ γάλα αὐτοὺς ἐπότιζεν, εἰ τὴν στερεὰν τροφὴν πάντες μεταλαμβάνειν ἠδύναντο· ἀλλὰ τοῖς ἔτι νηπιάζουσι περὶ αὐτὸν τὸν τῆς θεογνωσίας λόγον δίκην νηπίων γαλουχουμένων, τὸν τῆς κατηχήσεως ἐπιτρέπει δέχεσθαι λόγον· οὔπω τὸν τῶν ἀγγέλων ἄρτον τρέφεσθαι δυναμένοις, τὸν ἐν σώματι ἀνθρωπείῳ κρυβέντα Θεὸν λόγον.

Χρὴ τοίνυν ἡμᾶς ὡς ἐπιστήμονας οἰκονόμους μυστηρίων θείων, μεταδίδοναι τὸν λόγον πρὸς ὃ χωρεῖν ἕκαστος δύναται· ῥήγνυνται γὰρ οἱ παλαιοὶ ἀσκοὶ μὴ χωροῦντες τὸν νέον τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου οἶνον, τουτέστι τὸν λόγον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἐπεὶ τοίνυν τινὲς, μᾶλλον δὲ καὶ πολλοὶ, οἱ μήπω μαθηταὶ γενόμενοι, ἐκ προπετείας ἐπὶ τὸ διδάσκειν ἐληλύθασιν, οὐκ εἰδότες οὔτε ἃ λέγουσιν, οὔτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, τυφλώττοντες τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς, οὐκ ἔχοντες νοῦν ὁρῶντα τὸν Θεὸν ὡς ὁ Ἰακὼβ, οὔτε καρδίαν καθαρὰν τὴν ὀψομένην τὸν Θεόν· τὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον τοῦ σωτῆρος ὃν δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε γεγραμμένα ῥητὰ, καὶ ἔργα ταπεινὰ,

A *quasi annorum triginta*, ut ait Lucas Evangelista. Quod autem & profectum & staturam sive ætatem admittit, corpus scilicet, illud est res creata atque facta. Sanctorum itaque testimonio convicti, qui aiunt, Verbum ex Patre natum esse rem conditam, aut finem faciant impias blasphemias proferendi, aut Christi hostes ab omnibus proclamentur. Ubi enim se se profligari sentiunt, confidenter refugiunt ad eum qui in Proverbiis ait: [a] *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Verum labuntur: cum enim Salomon prophetico afflatu de illo verba faceret, qui ad totius mundi salutem & utilitatem ex Maria ortum sumere debebat, de Dominico scilicet homine, ex persona illius dixit: *Dominus creavit* B *me initium viarum suarum in opera sua*.

XXII. [b] *Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum & Christum fecit Deus, hunc Jesum quem vos crucifixistis*. Ipsum itaque crucifixum digito monstrantes Apostoli, dixerunt Domini hominem: Hunc Jesum, Christum & Dominum fecit Deus. Ipse scilicet, ut conspicuum, Domini homo est, qui creatus est initium viarum quæ ad beneficia mundo dispensanda præscriptæ sunt, qui princeps est omnium sanctorum qui viæ appellantur, Dominus Jesus Christus, qui factus & cruci affixus est. De quo Hieremias dicit juxta Septuaginta interpretum editionem: [c] *Dominus creavit me in plantationem salutem novam, in qua salute circumibunt homines*: C secundum Aquilam vero hoc dictum ita exprimitur: *Creavit Dominus novum in femina*. Hanc dicit salutem novam, non antiquam, quæ nobis creata est, non ante nos. Quem vero novum creatum in femina vocat, intelligas hominem Jesum qui in Servatore est. Jesus quippe modo Salvator, modo salus explicatur; ex Salvatore salus, ut a lumine illuminatio: quem dicit esse hominem Jesum, salutem nobis creatum, novum in femina, id est in Maria, immo potius ex Maria. Quem igitur Salomon ait principium viarum creatum esse, & quam Hieremias dicit salutem novam creatam, & novum in femina, quem pro nobis & propter nos Sapientia ædificavit sibi domum, Christum Jesum esse, scriptu- D rarum testimonio comprobavimus: jam vero cetera subsequamur, quæ nonnulli aut ex ignorantia, aut ex præjudicata opinione in errore perseverantes, neque docere recte neque doceri volunt.


XXIII. Si omnes eloquia divina possent spirituali more intelligere, nequaquam cuperet ipsis spiritualem gratiam impertire; neque lacte ipsos potaret, si solidum omnes cibum percipere valerent. Sed eos qui in cognitionis divinæ verbo quasi infantes sunt, veluti infantes lacte alendos, primæ institutionis rudimentis imbui procurat; utpote qui nondum possint angelorum pane nutriri, scilicet Deo Verbo, qui in corpore humano absconditus latet.

XXIV. Par est itaque nos, ut peritos [d] dispensatores E mysteriorum divinorum, sermonem pro cujusque captu & facultate impertire. Nam utres veteres rumpuntur, cum continere non valent novum veræ vitis vinum, id est, verbum Domini nostri Jesu Christi. Cum igitur quidam, immo vero multi, qui nondum discipulis connumerari possunt, ex quadam temeritate ac petulantia, ad docendum accesserint, [e] *nescientes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant*, cæcutientes animi oculis, nec mente præditi Dei contemplationi dedita, veluti Jacob, neque mundo corde ad Deum videndum; ii cum humilia opera vocesque inopiam testificantes, de Salvatoris ho-

[a] Prov. VIII. 22. [b] Act. II. 36. [c] Jer. XXXI. 22. [d] I. Cor. IV. 1. [e] I. Tim. I. 7.

1. Vide in Expositione Fidei Tom. I. operum Athanasii, pag. 100.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



καὶ πτωχὰς φωνὰς, τῇ θεότητι τοῦ λόγου συνάπτοντες, πλανῶνται καὶ πλανῶσι τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἀστηρίκτους· ἀνάγκην ἔχομεν, ὡς ὁ Ἰούδας γράφει, ἐκθέσθαι διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ποῖα ῥητὰ τῇ θεότητι τοῦ λόγου ἁρμόζει, καὶ ποῖα τῷ δι' ἡμᾶς ἀναληφθέντι ἀνθρώπῳ. ὡς γὰρ ἐν ἑνὶ βαλαντίῳ χρύσεα νομίσματα καὶ ἀργύρεον ἀπόκειται, ἑνὸς βασιλέως εἰκόνα καὶ ἐπιγραφὴν τοῦ ὀνόματος ἑκάτερα ἔχοντα, ἀλλ' οἶδεν ὁ φυλάττων αὐτὰ τραπεζίτης τὴν τοῦ χρυσίου ὑπεροχὴν, παρὰ τὴν ὑποβεβηκυῖαν τοῦ ἀργυρίου τιμήν· οὕτως κἂν ἐν μιᾷ γραφῇ περὶ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ, καὶ περὶ τοῦ ἐκ Μαρίας δι' ἡμᾶς ἐφόρεσεν σώματος, γέγραπται· ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν ἐπιγνωσόμεθα, ὡς συνετοὶ μαθηταὶ τοῦ ἑνὸς καὶ ὄντως διδασκάλου. ὅσαι τοίνυν ταπειναὶ λέξεις καὶ ἔργα, εἰς τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ γεγραμμένα νόει· ὅσα δὲ ἔνδοξα γράμματα, εἰς τὴν τοῦ λόγου θεότητα. ὅταν πεινάσῃ μετὰ τὸ νηστεῦσαι, τοῦ σώματος ἐλάττωμα, ἡνίκα δὲ ἐκ ε. ἄρτων τοὺς ε. χωρὶς παιδίων καὶ γυναικῶν τρέφει, καὶ ιβ'. κοφίνους κλασμάτων περισσεύει, τῆς θεότητος τοῦ λόγου ἔργον· ὅταν ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον ἐν τῷ πλοίῳ κοιμᾶται, ἀναπαύσεως σωματικῆς ἔργον· ὅταν περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἀπειλῇ τοῖς κύμασιν καὶ τοῖς ἀνέμοις· σιώπα, πεφίμωσο· εὐθὺς ἀκούει παρὰ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ μεθ' ὅρκου ὁμολογούντων, ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. ὅταν ἑστὼς πρὸς τῷ μνήματι Λαζάρου δακρύει, καὶ ὁπηνίκα πάσχειν ἔμελλεν, λέγει· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, καὶ ἀδημονεῖ, καὶ τὸ μὲν πνεῦμα τῆς θεότητος πρόθυμον, εἰς πᾶσαν οἰκονομίαν λέγει· τὴν δὲ σάρκα ἀσθενῆ, τοῦ σώματος ἀσθένεια τὸ λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. ὅταν κελευστικῶς λέγῃ· Λάζαρε δεῦρο ἔξω· καὶ ἀναστῇ ζῶν ὁ νεκρὸς ὁ τεταρταῖος ἤδη λελυμένος, ὃ οὐκ ἐγένετο ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως· τῆς θεότητος σημεῖον. ὅταν ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας ὑπὲρ ἡμῶν κεκοπιακὼς, ἐπὶ τῆς πηγῆς καθέζεται, τοῦ σώματος τὸ κοπιᾷν. ὅταν λέγῃ· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ἔργον τῆς θεότητος, τὸ καὶ ἀπὸ σωματικῶν νόσων καὶ κόπων, καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν κινδύνων ἰᾶσθαι. ὅταν βαπτίζηται ὑπὸ Ἰωάννου, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· τοῦ σώματος ὑπὲρ ἡμῶν ἐξιλασμός· ὅταν κελεύῃ τοὺς ἀποστόλους βαπτίζειν πάντα τὰ ἔθνη, εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· τῇ θείᾳ δυνάμει αὐτοῦ ἁρμόζει. ὅταν κλίνῃ τὰ γόνατα, καὶ ὡς ἄνθρωπος προσεύχηται, τοῦ σώματος ὑπὲρ ἡμῶν ἐξομολόγησις· ὅταν ἐν τῷ ὄρει μεταμορφουμένου αὐτοῦ, τὴν δόξαν μὴ δυνάμενοι φέρειν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, τὰ πρόσωπα καὶ τὰ γόνατα κλίνωσιν ἐπὶ τὴν γῆν, ἐκ τῆς δόξης τῆς θεότητος, τοῦ λόγου ἰσχύς. ὅταν στερεοποιῇ τοὺς ἀποστόλους λέγων· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι, τῆς θεότητος ἡ ἄδηλος καὶ ἰσχυρὰ παράκλησις. ὅταν παραιτῆται τὸ ἀποθανεῖν, τοῦ σώματος ἡ δειλία. πρὸ γὰρ τοῦ παραβῆναι τὸν Ἀδὰμ οὔτε λύπη, οὔτε δειλία, οὐ κόπος, οὐ λιμὸς, οὐ θάνατος ἦν.

Ἐγώ εἰμι, φησιν, ἡ τῶν σωζομένων ὁδὸς, καὶ ἡ τῶν νεκρῶν ζωὴ, καὶ ἡ τῶν ἀποφευγόντων τὸ ψεῦδος ἀλήθεια· λέγων τοῖς ἐν σκότει, ἀνακαλύφθητε· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· τὸν γὰρ Ἀδὰμ ἐνδυσάμενος σὺν τοῖς παθήμασιν χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν κεκλημένον Ἰησοῦν, δι' αὐτοῦ τὸ ἀπολόμενον πρόβατον προσῆξεν τῷ πατρὶ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθεὶς, ἢ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος. περὶ οὗ ὁ Παῦλος γράφει· ἄνθρωπος Χριστὸς

A mine, quem pro nobis tulit, scriptas, Verbi deitati tribuunt, & sic in errorem labuntur, atque una imperitos & infirmos in errorem pertrahunt; nobis utique necessitatem adferunt, ut Judas scribit [a], per hanc epistolam expromere, quæ dicta Verbi deitati competant, quæ vice versa homini propter nos assumto. Quemadmodum enim in una eademque crumena, aurea numismata cum argenteis pariter servantur, & utraque unius regis imaginem & inscriptionem nominis ejus habent; sed tamen nummularius penes quem isthæc sunt, probe novit, quam præstet & quam pretio dispar sit aurum argento: pari modo in una eademque Scriptura & de divinitate Filii, & de corpore quod propter nos ex B Maria assumsit, scriptum est; at eorum singula cognoscemus ut sagaces discipuli unius veri magistri. Quot igitur humiles voces & similia opera sunt, tot cogites scripta esse de corpore Jesu: quot gloriosa & sublimia, ad Verbi deitatem referas. Cum post jejunium fame premitur, id corporis infirmitas est; cum autem ex quinque panibus quinque millia, exceptis parvulis & mulieribus, alit, & duodecim cophini fragmentorum supersunt, deitatis Verbi est opus. Quando ad pulvinar in navicula dormit, id requies est corporea; cum supra maris undas ambulans fluctibus comminatur & ventis, [b] *Tace, obmutesce*, subito audit vectores in navicula cum juramento adfirmantes: [c] *Vere filius Dei es*. Quando ad C Lazari sepulcrum stans lacrymatur, & cum vicinus cruciatibus ait: [d] *Tristis est anima mea ad usque mortem*, & horrore tenetur, ac Spiritus quidem deitatis promtus est; de tota œconomia hæc profert: carnem quoque infirmam dicit; corporis infirmitas est tristem esse atque horrore corripi. Cum jubentis more dicit: [e] *Lazare veni foras*, & statim quatriduanus mortuus reviviscit, qui jam solutus erat, quod ab initio mundi nusquam factum est; illud est deitatis signum. Cum ab itinere ad fontem sedet [f], corporis est fatiscere; cum autem dicit: [g] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego quiescere faciam vos*; deitatis est opus, tam a morbis & fatigationibus corporeis, quam ab animæ periculis li- D berare. Cum ab Joanne baptizatur [h] *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*, corporis est propitiatio pro nobis; cum autem jubet [i] Apostolos baptizare omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, id divinæ ejus potestati convenit. Cum genua flectit & ceu homo precatur; corporis confessio est pro nobis; cum autem illius in monte transfigurati gloriam non ferentes Petrus & Jacobus & Joannes, vultus atque genua ad terram inclinant [k] ad gloriam deitatis; Verbi virtus est. Cum Apostolos confirmat his verbis: [l] *Nolite timere ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*; hæc est deitatis latens atque valida adhortatio: cum mortem deprecatur, corporis formido E est. Prius enim quam Adam transgrederetur, neque tristitia, neque formido, non lassitudo, non fames, non mors erat.

XXV. [m] *Ego sum*, inquit, eorum qui salutem consequuntur *via*, & mortuorum *vita*, & eorum qui mendacium aversantur *veritas*. Dicens [n] *iis qui sunt in tenebris, revelamini*: [o] *Ego sum lux mundi*. Quandoquidem enim Adamum cum adfectibus induit præter peccatum, videlicet eum qui vocabatur Jesus; per ipsum ovem perditam Patri obtulit, [p] *tamquam ovis ad occisionem ductus, aut quasi agnus coram tondente se sine voce*. De quo Paullus scribit: [q] *Homo*

a Judæ ℣. 3. b Marc. IV. 38. 39. c Matth. XIV. 33. d Matth. XXVI. 38. e Joan. XI. 43. f Joan. IV. 6. g Matth. XI. 28. h I. Pet. II. 22. i Matth. XXVIII. 19. k Matth. XVII. 6. l Matth. X. 28. m Joan. XIV. 6. n Isa. XLIX. 9. o Joan. VIII. 12. p Isa. LIII. 7. q I. Tim. II. 5.

Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ φησὶν ὁ ἀπόστολος· δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ζωή. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθησόμεθα. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ γράφει· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ. τὸν τοίνυν πρῶτον Ἀδὰμ τὸν πρωτόπλαστον τοῦ κόσμου δηλοῖ· τὸν δὲ δεύτερον Ἀδὰμ τὸν κατὰ τὸν σωτῆρα νοούμενον ἄνθρωπον, ὃς καλεῖται υἱὸς ἀνθρώπου, πρόβατον, ἄμπελος, ἄρτος, δένδρον, κόκκος σίτου, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. καλεῖται δὲ καὶ Ἀδάμ· εἰ καὶ πολλὴ τοῦ δευτέρου διαφορὰ παρὰ τὸν πρῶτον. ὁ μὲν γὰρ ἐκ γῆς γέγονεν, ὁ δὲ, λόγος ὢν τοῦ πατρὸς, σὰρξ ἐγένετο. οὐ κενωθεὶς τὸ εἶναι λόγος διὰ τὸ σάρκα φορέσαι, καθ' ὃ οὐδὲ τὸ χρυσίον κενοῦται τῆς δόξης, ἔνδον ξένου γλωσσοκόμου τυγχάνον.

Ὅταν δὲ ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος φάσκῃ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ· κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· μὴ δόξῃς ποίημα εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς πρὸς τὸν πατέρα Θεὸν λόγον. οὐ γὰρ τὴν ἀόρατον θεότητα λέγει κατανοεῖν· ἀλλὰ τὸν κυριακὸν ἄνθρωπον ὃν εἶπεν ὁ Παῦλος, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν δόντα ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ ἡμῶν. ὃν εἶπεν κατανοεῖν Ἰησοῦν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· ὥς φησιν ὁ κύριος, κατανοήσατε τοὺς κόρακας, πῶς οὐ σπείρουσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν· κατανοήσατε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνουσιν. τὰ οὖν φαινόμενα λέγει κατανοεῖν, καὶ οὐκ ἀγγέλους ἢ ἑτέρας κτίσεις ἀοράτους. κἂν γὰρ λέγῃ Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης· κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην· ἔργα λέγει κατενόησα, καὶ οὐ τὸν τῶν ἔργων ποιητήν. καὶ ὁ ἀπόστολος τὸ φαινόμενον τοῦ κυρίου σῶμα λέγει κατανοεῖν, οὐ τὴν ἀόρατον τοῦ λόγου θεότητα· Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακεν πώποτε, οὔτε ἰδεῖν δύναται. καίπερ Θεὸς ἦν ὁ λόγος καὶ ἔστιν, ὥς φησιν ὁ θεολόγος Ἰωάννης. ὃν τοίνυν κατανοεῖν ἀκούομεν ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν, ὃς δέδωκεν ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ ἡμῶν· ὃν λέγει ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα, τὸ ποίημα νοεῖν λέγει. πάντα οὖν ἐκτίσθησαν· κτίσμα δὲ οὐκ ἔστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὅς ἐστιν υἱός· ἀλλὰ γέννημα κατὰ φύσιν. τὰ γὰρ πάντα ὁ πατὴρ διὰ τοῦ λόγου ἔκτισεν, ὥς φησιν ὁ Παῦλος· ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐκτίσθησαν· καὶ ὡς ὁ Ἰωάννης λέγει· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. αὐτὸν δὲ τὸν λόγον οὐ κτίζει, ἀλλὰ γεννᾷ ὁ Θεός· δι' αὐτοῦ γὰρ τοῦ λόγου πάντα ἐγένετο καὶ ἐκτίσθη· οὐκ αὐτὸς δὲ ἐγένετο· ἀλλ' ὅνπερ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσεν ἄνθρωπον γεγονότα καὶ κτισθέντα δηλοῦσιν αἱ γραφαί.

Φησὶ γὰρ ὁ κύριος· πᾶν κλῆμα μένον ἐν ἐμοὶ καρπὸν φέρει· καὶ ἐν τῷ ἐφόρεσεν ἀνθρώπῳ ἐκ τοῦ γηγενοῦς Ἀδὰμ, ζωοποιήσει τὸ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ γένος, θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι, ὡς ὁ Πέτρος γράφει· ὅτι σαρκὶ θανατωθέντα αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν λέγει, καὶ οὐ τῇ ἀθανάτῳ ζωοποιῷ θεότητι. φησὶν γὰρ ὁ κύριος· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. ἡ γοῦν ζωὴ οὐδὲ ἀποθνήσκει, τοὺς νεκροὺς δὲ μᾶλλον ζωοποιεῖ. ὡς γὰρ τὸ φῶς οὐ βλάπτεται ἐν σκοτεινῷ τόπῳ, οὕτε ἡ ζωὴ παθεῖν τι δύναται ἐπισκεψαμένη τὴν θνητὴν φύσιν· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος ἡ τοῦ λόγου θεότης.

A *Christus Jesus, qui dedit semet ipsum redemtionem pro nobis & pro peccatis nostris:* & alibi ait Apostolus: [a] *Per hominem mors, & per hominem vita.* Nam sicut in Adam omnes morimur, ita & in Christo omnes vivificabimur. Et rursum alio in loco scribit: [b] *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo.* Per primum itaque Adamum, primum hominem in mundo efformatum significat; per secundum autem Adamum, hominem qui in Servatore est, qui vocatur filius hominis, ovis, vitis, panis, arbor, granum frumenti & his similia. Vocatur quoque Adam, etiamsi secundus multum differat a primo. Nam ille quidem ex terra factus, hic vero cum Verbum Patris esset, caro factus est. Neque tamen B quia carnem ferebat, ideo Verbi naturam amisit: quemadmodum neque aurum proprium amittit decorem, quod in deformi claudatur marsupio.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

XXVI. Cum autem doctor noster alio loco dicat: [c] *Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit illum;* cave putes rem factam esse Deum Verbum, qui ab initio apud Patrem est. Non enim ait ut deitas invisibilis consideretur, sed Dominicus homo, quem ait Paullus mediatorem esse Dei & hominum, [d] *hominem Christum Jesum, qui dedit semet ipsum redemtionem pro nobis.* Quem dixit ut consideremus, Jesum scilicet, [e] *qui fidelis est ei qui fecit ipsum:* quemadmodum ait Dominus: [f] *Considerate corvos* C *quia non seminant*, &c. Et rursum: [g] *Considerate lilia agri quomodo crescunt.* Quæ apparent igitur, ait consideranda esse, non autem angelos aliasque creatas res quæ sub adspectum non cadunt. Quamvis enim dixerit Habacum Propheta: [h] *Consideravi opera tua, & expavi:* at ille se opera considerasse ait, non operum conditorem. Ac similiter Apostolus quod sub adspectum cadit Domini corpus consideratum oportere ait, non autem invisibilem Verbi deitatem: [i] *Deum* enim *nemo vidit umquam, neque videre potest.* Siquidem Deus Verbum erat & est, ut theologus ait Joannes. Quem itaque ad considerandum inducimur hominem Christum Jesum, qui dedit semet ipsum redemtionem pro nobis, quem ait D apostolum & pontificem fidelemque esse; eum, inquam, quatenus res creata est, considerare jubet. Omnia itaque creata sunt: sed Dei Verbum non est creatum, utpote Dei Filius; sed genitum secundum naturam. Universa enim per Verbum Pater creavit, quemadmodum Paullus ait: [k] *In quo omnia creata sunt:* & ut Joannes dicit: [l] *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Ipsum autem Verbum neutiquam creat Deus, sed gignit: per ipsum namque Verbum facta omnia creataque sunt; neque tamen ipsum factum est. Sed in supra notatis sententiis hominem quem pro nobis gestavit, factum scilicet atque creatum, intelligunt significantque Scripturæ.

XXVII. Ait quippe Dominus: [m] *Omnis palmes in* E *me manens fert fructum:* & in homine quem gestavit ex terrigena Adamo, vivificabit ipsum Adami genus, [n] *mortificatus carne, vivificatus Spiritu*, ut scribit Petrus; quia scilicet tunc ipsum carne pro nobis, neque tamen immortali ac vivifica deitate, occisum significat. Ait quippe Dominus: [o] *Ego sum vita.* Vita certe non moritur; immo vero mortuos suscitat. Sicut enim lumen in loco tenebroso non læditur; sic neque vita quidpiam pati valet, cum mortalem visitat naturam: immutabilis quippe & invariabilis est Verbi divinitas.

a I. Cor. xv. 22. *b* Ibid. ℣. 47. *c* Heb. III. 1. *d* I. Tim. II. 5. *e* Heb. III. 1. 2. *f* Luc. xii. 24. *g* Ibid. ℣. 27. *h* Habac. III. 1. *i* I. Joan. iv. 12. *k* Coloss. I. 16. *l* Joan. I. 3. *m* Joan. xv. 5. *n* I. Pet. III. 18. *o* Joan. xiv. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

Τίς γάρ, φησιν, ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τις σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; μόνος ὁ υἱὸς σύμβουλός ἐστιν τοῦ πατρός· καὶ τὸν νοῦν αὐτοῦ ἔγνω· ὁ λέγων, οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸν υἱὸν οὐδεὶς ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ ᾧ ἐὰν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. λέγει τοίνυν ὁ Ἰωάννης περὶ τοῦ κυρίου, ὅταν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, καὶ ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστιν. [1] ὅρα ὅτι ἕως τοῦ νῦν οὐδεὶς εἶδεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὥς ἐστιν· ἄχρις οὗ φανερῶσαι αὐτὸν ἡμῖν. τὸν δὲ ἐφόρεσεν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπον εἴδομεν· ὃν εἶπεν ὁ Παῦλος, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. ὃν καὶ Στέφανος λέγει· θεωρῶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ δεξιῶν ἑστῶτα τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. οὐκ εἶπεν τὸν λόγον, ἢ τὴν σοφίαν τοῦ πατρὸς ἑωρακέναι· ἀλλὰ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐκ τῆς Μαρίας κυριακὸν σῶμα· ὃ καὶ Παῦλος λέγει· ὃς ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. περὶ οὗ σώματος ὁ Δαβὶδ φησιν ἐκ προσώπου τοῦ πατρὸς προφητικῶς· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· οὓς προεγίνωσκεν ἐχθροὺς ἐσομένους, τὸν διάβολον, καὶ τὰς συνεργούσας αὐτῷ ἀντικειμένας ἐνεργείας, αἵ τινες ἤχθραινον τῷ κυριακῷ ἀνθρώπῳ, γινώσκουσαι διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ καταργουμένας ἑαυτὰς, καὶ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου τὸν διάβολον, καὶ τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ Ἰουδαίους, εἰς οὓς τὸ γεγραμμένον πληροῦται· ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν. ἀνθ' ὧν τὰ πρὸς ὠφέλειαν διδασκόμενον μαστίζειν καὶ σταυροῦν ἐτόλμων, Σαμαρείτην αὐτὸν καὶ δαιμονιζόμενον καὶ ἄνθρωπον ἁμαρτωλὸν λέγοντες, καίτοι δι' αὐτοῦ τῆς ἁμαρτίας κατακριθείσης. εἰς ὃν γέγραπται· ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. ὅνπερ ἐν τῇ κρίσει ὁρῶντες κρίνοντα ζῶντας καὶ νεκροὺς· ὥς φησιν Ἰωάννης περὶ τοῦ υἱοῦ, καθὼς ἔδωκεν αὐτὸν κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν· μεταμελόμενοι, φυλὴ κατὰ φυλὴν ἐροῦσιν· οὗτος ἦν ὃν ἔχομέν ποτε εἰς γέλωτα, λέγοντες αὐτῷ· ἄλλους ἔσωσας, ἑαυτὸν οὐ δύνασαι σῶσαι. ἔστι τοίνυν εἰς τὸ τοῦ κυρίου σῶμα τὸ γραφὲν διὰ τοῦ Δαβὶδ, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. πρὸ γὰρ ταύτης τῆς διὰ Δαβὶδ προφητείας, ἐν κόλποις τοῦ πατρὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ οὐκ εἶχεν ἐχθροὺς ἐν οὐρανῷ. οὐδεὶς γὰρ ἦν σὺν τῷ πατρὶ πρὸ κτίσεως, εἰ μὴ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὁ πατὴρ γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐποίησεν τοὺς ἀπείρους αἰῶνας, ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας καὶ πᾶσαν κτίσιν. ὁ τοίνυν πρὸς μηδένα ἔχων κοινὸν κτῆμα ἢ χρῆμα, ἀλλὰ πάντων κύριος ὁ Θεὸς λόγος, ᾧ οὐδεὶς δύναται ἀντιστῆναι, πῶς εἶχεν ἐχθρούς; οἱ γὰρ τὴν θεότητα τοῦ λόγου ἐλαττοῦντες, ὡς μὴ δυναμένου τοῦ κυρίου δι' ἑαυτοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι, οἴονται εἰρηκέναι τὸν πατέρα τῷ υἱῷ· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. τοῦτο δὲ κἂν νῦν γινωσκέτωσαν οἱ ἀπαίδευτοι, εἰς τὸν κατὰ τὸν σωτῆρα νοούμενον ἄνθρωπον γεγράφθαι. ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ Δαβὶδ γέγραπται περὶ τοῦ κυριακοῦ ἀνθρώπου· ἐχθρὸς οὐκ ὠφελήσει ἐν σοί. καὶ πάλιν· μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου.

Κύριος, φησιν, ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ. ἕτερόν ἐστιν· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἕτερόν ἐστιν, ἑτοιμάζεσθαι θρόνον ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἐπὶ τόπου τινός. πολὺς μὲν ὁ περὶ τούτων λόγος ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰς διήγησιν. οἱ δὲ προδεδηλωμένοι θρόνοι δηλοῦσιν τὴν ὑποταγὴν πάσης κτίσεως. ταῦτα δὲ παρεθέμεθα περὶ τοῦ, κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

A XXVIII. [a] *Quis novit*, inquit, *sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, qui instruat eum?* Solus Filius consiliarius est Patris, cujus mentem novit, qui ait: [b] *Nemo novit Patrem, nisi Filius; & Filium nemo novit nisi Pater, & cui Filius revelaverit*. Ait itaque Joannes de Domino: [c] *Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est*. Animadverte neminem hactenus vidisse Filium Dei, sicuti est, donec se ipse nobis manifestaret: hominem vero quem propter nos gestavit, vidimus: De quo ait Paullus: [d] *Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum*. De quo Stephanus quoque ait: [e] *Video filium hominis stantem a dextris virtutis Dei*. Non dixit Verbum aut Sapientiam Patris se vidisse, sed B filium hominis, Dominicum ex Maria corpus, de quo Paullus ait: [f] *qui sedet a dextris Dei*. De quo corpore loquitur prophetice David ex persona Patris: [g] *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; videlicet quos præscivit fore inimicos, diabolum & adversarias illi administras potestates; quæ Dominico homini infestæ erant, quia non nesciebant abrogari se per mortem ipsius, nec non eum qui imperium mortis habebat diabolum, atque Judæos ejus inimicos, in quibus impletur quod scriptum est: [h] *Quia odio habuerunt me gratis*. Nam cum ab eo præcepta edocerentur sibi perutilia, flagris ipsum cædere & cruci adfigere ausi sunt, Samaritanum [i], dæmonium habentem hominemque pec- C catorem dictitantes, quamvis ab eo peccatum condemnatum fuisset. De quo scriptum est: [k] *Videbunt in quem transfixerunt*. Sed quando ipsum in judicii die videbunt judicantem vivos & mortuos, ut Joannes de Filio ait: [l] *Quemadmodum dedit illi judicium facere, quia filius hominis est*; pœnitentia moti, tribus adversus tribum ita loquentur: [m] Hic est quem habuimus aliquando in derisionem, dicentes ipsi: Alios salvos fecisti, te ipsum non potes salvum facere. Domini itaque corpus respicit quod scriptum est a Davide: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Nam ante prophetiam hanc Davidis, in sinu Patris Verbum erat, neque habuit inimicos in cælo. Nemo enim ante conditum mundum cum Patre erat, nisi Filius & Spiritus san- D ctus. Pater enim per Filium fecit infinita sæcula, principatus, potestates omniaque opificia. Qui ergo commune nihil cum aliquo habet, non fundum, non pecuniam, sed omnium est Dominus, videlicet Deus Verbum cui nemo resistere valet, quonam pacto inimicos habuerit? Nam qui deitatem Verbi minuunt, quasi scilicet non possit Dominus per se ipsum inimicos ulcisci, æstimant dixisse Filio Patrem: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Illud vero vel nunc tandem noverint homines imperiti scriptum fuisse de Servatore, quatenus spectatur ut homo. In ipso enim Davide scriptum est de Dominico homine: [n] *Inimicus nihil proficiet in te:* ac rursum: [o] *Flagellum non appropinqua-* E *bit tabernaculo tuo*.

XXIX. [p] *Dominus*, inquit, *in cælo paravit thronum suum*. Aliud est: [q] *Cælum mihi thronus*; & aliud est parari thronum in cælo ceu in aliquo loco. Multis in præsenti opus est verbis ad eorum enarrationem. Memorati vero throni denotant omnium creatarum rerum obsequentiam. Hæc autem præmisimus in illud: *Sede a dextris meis*, quod scilicet de Do-

a Isa. XL. 13. *b* Luc. X. 22. *c* I. Joan. III. 2. *d* Heb. III. 1. 2. *e* Act. VII. 55. *f* Heb. X. 12. *g* Psal. CIX. 1. *h* Joan. XV. 25. *i* Joan. VIII. 48. *k* Joan. XIX. 37. *l* Joan. V. 27. *m* Sap. V. 3. Matth. XXVII. 42. *n* Psal. LXXXVIII. 23. *o* Psal. XC. 10. *p* Psal. CII. 19. *q* Isai. LXVI. 1. Act. VII. 49.

1. Hæc ipsis verbis leguntur supra num. XVII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

ὅτι εἰς τὸ κυριακὸν σῶμα λέλεκται. εἰ γὰρ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος, ὥς φησιν Ἱερεμίας· πάντα δὲ χωρεῖ ὁ Θεὸς, ὑπ' οὐδενὸς δὲ οὐ χωρεῖται, εἰς ποῖον καθέζεται θρόνον; τὸ σῶμα τοίνυν ἐστὶν, ᾧ λέγει, κάθου ἐκ δεξιῶν μου· οὗ καὶ γεγονεν ἐχθρὸς ὁ διάβολος σὺν ταῖς πονηραῖς δυνάμεσι, καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, οἱ τοῖς Χριστοῦ κηρύγμασιν ἀντιπίπτοντες· δι' οὗ σώματος ἀρχιερεὺς καὶ ἀπόστολος καὶ γέγονε καὶ ἐχρημάτιζε, δι' οὗ παρέδωκεν ἡμῖν μυστήριον λέγων· τοῦτό ἐστι μου τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, καὶ τὸ αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης, οὐ τῆς παλαιᾶς, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. θεότης δὲ οὔτε σῶμα οὔτε αἷμα ἔχει, ἀλλ' ὃν ἐφόρεσεν ἐκ τῆς Μαρίας ἄνθρωπον, αἴτιος τούτων γέγονε· περὶ οὗ εἶπον οἱ ἀπόστολοι· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ἄνδρα ἀπὸ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς. Ναζαρὲτ πόλιν ἐπίγειον λέγει, καὶ οὐχὶ οὐράνιον. ἄνδρα τε αὐτόν φασι, καὶ οὐ Θεὸν, πρὸς τοὺς Ἰουδαίους καὶ τοὺς ὁμοίως κατὰ σάρκα φρονοῦντας ἔκτοτε καὶ νῦν. καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ αὐτὸς ὁ κύριος περὶ ἑαυτοῦ ἀνθρωπίνως ἀπεκρίνατο λέγων· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; οὐκ εἶπεν, ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι Θεὸν ὄντα. Θεὸς γὰρ ἀπαθὴς καὶ ἀθάνατος ὢν, τὸν μὲν θάνατον καταργεῖ, τοὺς δὲ νεκροὺς ζωοποιεῖ λέγων, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. πρὸς δὲ Φίλιππον ἅμα τῷ ἀκοῦσαι πιστεύοντα, διδάσκει σὺν τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις, καὶ τοῖς δυναμένοις ὁμοίως πνευματικῶς χωρῆσαι, λέγων· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί.

Ἔχεις τοίνυν ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν γραφῶν ἀποδείξεως, τὸν ἄνθρωπον τοῦ σωτῆρος, ὃν κατανοεῖν διδασκόμεθα, αὐτὸν εἶναι ποίημα. οὐ γὰρ τὴν ἀόρατον θεότητα τοῦ λόγου, τὴν ἐν κόλποις πατρῴοις ἀποκεκρυμμένην· ἣν οὐδεὶς ἕως τοῦ δεῦρο τεθέαται. καὶ τοῦτο Παῦλος οἶδεν ἡμῶν μᾶλλον, λέγων· περιήστραψέ με φῶς ἱκανὸν, καὶ ἔπεσα εἰς τὸ ἔδαφος. καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. κἀγὼ εἶπον· τίς εἶ κύριε; καὶ ὁ κύριός φησι πρός με· ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις. ὁμολογεῖ δὲ ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς τοῦ κυρίου τετυφλῶσθαι· καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐξ ἀποκαλύψεως καὶ προστάξεως αὐτοῦ ἠτενικέναι. εἰ δὲ Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τετύφλωται, μὴ δυνάμενος ὁρᾶν τὴν τοῦ κυρίου δόξαν, πῶς ἡμᾶς διδάσκει τὴν θεότητα αὐτοῦ τοῦ λόγου κατανοεῖν; ἀλλ' ὃ πολλάκις εἶπον, καὶ νῦν ἐρῶ, Ἰησοῦν τὸν ἄνθρωπον τοῦ σωτῆρος, τὸν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, εἶπεν ἡμῖν κατανοεῖν.

Μιμηταί μου γίνεσθέ, φησι, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· δηλονότι τοῦ ἀνθρώπου λέγει, τοῦ κειμένου θεμελίου. τῆς γὰρ θεότητος τοῦ λόγου οὔτε Παῦλος οὔτε ἕτερός τις γενέσθαι δύναται μιμητὴς, εἰ μὴ ἐν τοῖς παθήμασι καὶ πραΰτητι τοῦ Χριστοῦ· περὶ ὧν ὁ Πέτρος λέγει, ἐπακολουθήσειν ἡμᾶς τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ· καθὼς καὶ ὁ Παῦλος εἶπεν, τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἀναπληροῦν ἐν τῇ ἰδίᾳ σαρκί. ἀναντιῤῥήτως οὖν ὁ πρὸ τοῦ αἰῶνος θεμελιωθεὶς, εἰς τὰ ἀπόκρυφα τῆς πατρῴας διανοίας ἐν προγνώσει ἦν, ὃν ἔμελλεν ἐκ Μαρίας κυριακὸν ἄνθρωπον κτίζειν. περὶ δὲ τὸ κυριακὸν σῶμα φανερῶς προεφητεύθη τῷ Ἰούδᾳ· ἐκ σοῦ ἐξελεύσεταί μοι ἡγούμενος· καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος. καίπερ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐκ φυλῆς Ἰούδα ἀνείληφεν ὁ Θεὸς λόγος τὸν ἄνθρωπον.


A minico corpore dictum sit. Si namque: [a] *Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*, ut ait Hieremias: omniaque Deus continet, & a nullo continetur; quo in throno sedebit? Corpus igitur est cui dicit: *Sede a dextris meis*; cujus etiam inimicus fuit diabolus cum malignis potestatibus, nec non Judæi & Græci, qui Christi prædicationibus obstitere; perque ipsum corpus pontifex & apostolus effectus & vocatus est, per mysterium quod dedit nobis dicens: [b] *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*, & [c] *sanguis novi Testamenti*, non veteris, *quod pro vobis effundetur*. Divinitas autem neque corpus neque sanguinem habet, sed is quem ex Maria tulit homo, horumce B caussa fuit: de quo dixerunt Apostoli: [d] *Jesum ex Nazaret, virum approbatum a Deo in vobis*. Nazaret urbem terrenam dicit, neque cælestem illam. Virumque vocant ipsum, non Deum, apud Judæos scilicet aliosque, qui perinde atque illi ab illo ad usque præsens tempus secundum carnem sentiunt. Apostoli vero, ipseque Dominus de se ipso humano more respondit his verbis: [e] *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem loquutus sum vobis?* Non ait, quæritis me interficere qui Deus sum. Deus quippe cum impatibilis & immortalis sit, mortem quidem abrogat, mortuos autem vivificat: ait quippe: [f] *Ego sum vita*. Philippum vero ad credendum promtum, cum C reliquis Apostolis aliisque qui pari modo possent spiritualiter capere, docuit his verbis: [g] *Qui vidit me, vidit Patrem*. [h] *Ego & Pater unum sumus*; &: [i] *Ego in Patre & Pater in me*.

XXX. Habes itaque ex ipsa sacrarum Scripturarum demonstratione, hominem Servatoris esse, quem ut rem creatam considerare docemur; sed non invisibilem Verbi divinitatem, quæ in paterno sinu abscondita est, quamque nemo hactenus vidit. Id vero Paullus præstantius quam nos noverat, qui ait: [k] *Circumfulsit me lux copiosa, & decidi in terram. Et audivi vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulos calcitrare. Et ego respondi: Quis es Domine? Et dixit Domi-* D *nus mihi: Ego sum Jesus, quem tu persequeris*. Fatetur autem se a gloria & claritate lucis Domini excæcatum, & post triduum ex revelatione & jussu ipsius visum recepisse. Quod si Paullus, vas electionis, excæcatus est, quod gloriæ Domini conspectum ferre non valuerit; quei nos ipse edocere possit, quo pacto consideremus & perspiciamus ipsius Verbi deitatem? Sed quæ sæpe dixi, & nunc repetam: Jesum Servatoris hominem, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, nobis esse considerandum dixit.

XXXI. [l] *Imitatores mei estote*, inquit, *sicut & ego Christi*: de homine scilicet loquitur, qui positus est in fundamentum. Divinitatis enim Verbi neque E Paullus, neque quispiam alius potest imitator esse: nec nisi in *passionibus* & in mansuetudine Christum possumus imitari: de quibus Petrus ait [m], nos sequuturos vestigia ejus: quemadmodum & Paullus ait [n], adimplere se quæ desunt tribulationibus Christi in carne sua. Sine controversia igitur est, eum qui ante sæcula fundatus est, in secreto paternæ mentis per præscientiam fuisse, Dominicum scilicet hominem, quem futurum erat ut Pater ex Maria produceret. De Dominico autem corpore palam est prophetico afflatu Judæ dictum fuisse: [o] *Ex te exibit mihi dux: & principatus ejus a principio a diebus sæculi*. Siquidem in consummatione sæculorum ex tribu Juda Deus Verbum assumsit hominem.

a Jer. XXIII. 24. b I. Cor. XI. 24. c Matth. XXVI. 28. d Act. II. 22. e Joan. VIII. 40. f Joan. XIV. 6. g Ibid. v. 9. h Joan. X. 30. i Joan. XIV. 10. k Act. XXII. 6-8. l Philipp. III. 17. m I. Pet. II. 21. n Coloss. I. 24. o Mich. V. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



Ὅταν, φησὶν, ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. ζητήσωμεν τοίνυν τίς ἐστιν ὁ μὴ ὑποτασσόμενος τῷ Θεῷ, εἰ μὴ πρότερον τὰ πάντα αὐτῷ ὑποταγῇ· τί γὰρ οὐκ εἶχεν ὑποτεταγμένον ὁ ἐκ πατρὸς λόγος, πρὶν τῆς δι' οὗ ἐφόρεσεν ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς οἰκονομίας; πάντα γὰρ τὰ ποιήματα τῷ πεποιηκότι ὑποτάσσεται. τῷ δὲ ἀναληφθέντι ἀνθρώπῳ ἕως νῦν οὐ τὰ πάντα ὑποτέτακται. φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος· οὔπω βλέπομεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα. τοῖς γὰρ Ἰουδαίοις σκάνδαλόν ἐστιν, ἔθνεσι δὲ μωρία, ἡμῖν δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία. ὅταν τοίνυν πᾶσα ἡ κτίσις ἐν νεφέλαις ἀπαντήσῃ τῷ υἱῷ καὶ ὑποταγῇ αὐτῷ· τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ πατρὶ, ὑπὲρ πάσης κτίσεως γενόμενος πιστὸς ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν· τουτέστιν πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἡ μία κυριότης καὶ θεότης καὶ βασιλεία. ἐὰν δέ τις λέγῃ· ὅτι οὐ τὸν Ἰησοῦν εἶπεν ὑποτασσόμενον, ἀλλὰ τὸν λόγον· ἀκουσάτω ὅτι Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐχρημάτισεν καὶ ἐστὶ διὰ τὸν ἐν αὐτῷ κρυβέντα λόγον. ὡς ὁ Λουκᾶς γενεαλογῶν εἶπεν· ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ. καὶ διελθὼν τοὺς ἐφεξῆς γενεαλογουμένους μέχρις ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, εἶπεν· τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ. ἵνα δείξῃ καὶ τὸ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἐφόρεσεν σῶμα, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς θεότητα.

Ἔστι δὲ ἓν τῶν πάντων, ὧν ἐν τῷ υἱῷ ἐργάζεται καὶ δεικνύει ὁ πατὴρ, τὸ γινώσκειν τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν τῆς κρίσεως, αὐτῷ τε καὶ πᾶσαν τὴν κρίσιν παραδέδωκεν· ἵνα καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα, τιμῶσι καὶ τὸν υἱόν. εἰ δὲ τὴν κρίσιν αὐτῷ πᾶσαν παραδέδωκεν ποιεῖσθαι, δῆλον ὅτι καὶ τὴν γνῶσιν αὐτῆς, πότε καὶ πῶς γίνεται. ὁ γοῦν μὴ γινώσκων τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, ὁ ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθείς ἐστιν Ἰησοῦς· οὐδὲν γὰρ ἀγνοεῖ ὁ ἐκ καρδίας τοῦ πατρὸς Θεὸς λόγος· ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν.

Εἰ τοίνυν λέγει ὁ Ἰησοῦς· ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί· λέγει δὲ καὶ ἴσον ἑαυτὸν τῷ Θεῷ· μάθωμεν διατί καὶ μείζονα λέγει τὸν πατέρα ἑαυτοῦ, καὶ ἴσον; μείζων ἐστὶν τοῦ υἱοῦ, διὰ τὸ σῶμα ὃ ἐφόρεσεν παθητόν· ἴσος δὲ, καθότι ὅλος ὅλον τέλειον ἐγέννησεν ὁ πατὴρ ἀϊδίως τὸν υἱόν.

Ὡς καὶ ὁ Ἔσδρας προφητεύει ἐκ προσώπου τοῦ Ζοροβάβελ, λέγων περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ζῇ ἡ ἀλήθεια καὶ νικᾷ, καὶ κραταιοῦται, καὶ μένει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἔμελλε φορεῖν σῶμα, ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθνήσκειν αὐτό· καὶ οὐ τὴν ἐν αὐτῷ κρυπτομένην ἀλήθειαν, τουτέστιν τὸν λόγον τοῦ πατρός. συγκατέβαινεν μὲν ἡ ἀλήθεια τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι Ἰησοῦ εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς· ἵνα τοὺς ὑπὸ τοῦ ψεύδους ἀπατηθέντας, αὐτὸς ἀλήθεια ὢν, ἐλευθερώσῃ· ὃν τρόπον εἴ τις βασιλεὺς ἐν φυλακῇ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἐκεῖσε κατεχομένους δεσμώτας εἰσελθὼν, βλάπτεται μὲν οὐδέν· ὠφελεῖ δὲ τοὺς ὑπὸ κατοχὴν τυγχάνοντας· οὕτως ὁ Θεὸς λόγος οὐδὲν βλαπτόμενος δι' οὗ ἐφόρεσεν ὑπὲρ ἡμῶν θνητοῦ σώματος, ὠφέλησε τοὺς ἐν τῇ τοῦ ᾅδου φυλακῇ, ἐν τῷ πνεύματι τῆς θεότητος.

Εὐλογῶν δὲ ὁ Ἰακὼβ τὸν Ἰούδαν, ἐξ οὗ ὁ κύριος ἔμελλεν τὸ ἀνθρώπινον ἀναδέχεσθαι σῶμα, λέγει· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ· καὶ τοῦτο κατὰ τὴν ἱστορίαν οὐ πεποίηκεν· οὔτε γὰρ ἐν οἴνῳ ἔπλυνε τὴν ἑαυτοῦ στολήν. τί δὲ μετὰ τὸ εἰπεῖν, αὐτὸν οἴνῳ πλυνεῖν τὴν στολὴν αὐτοῦ, λέγει· καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς; μὴ ἕτερός ἐστιν ὁ οἶνος, καὶ ἕτερον αἷμα σταφυλῆς; μᾶλ-

A XXXII. [a] *Cum*, inquit, *subjecta fuerint illi omnia, ipse Filius subjectus erit ei qui subjecit sibi omnia.* Quæramus itaque quis ille est qui non subjicitur Deo, nisi prius omnia subjecta sint illi. Quid enim habuit non sibi subjectum is, qui ante œconomiam suscepti pro nobis hominis, Patris Verbum erat? omnia quippe opificia opifici subjiciuntur. Assumto autem homini non omnia etiam ad hoc usque tempus subjecta sunt; ait enim Paullus: [b] *Necdum videmus omnia subjecta ei.* [c] *Judæis* quippe *scandalum est, gentibus autem stultitia*; nobis vero qui in ipsum credimus, *Christus est Dei virtus & Dei sapientia.* Cum itaque omnis creatura in nubibus occurrerit Filio, & ipsi subjecta fuerit; tunc & ipse Filius Patri subjicietur, factus pro omni creatura fidelis apostolus & pontifex, ut sit Deus omnia in omnibus; id est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, una dominatio, divinitas & regnum. Quod si quis dixerit: Non Jesum subjectum esse dixit Apostolus, sed Verbum; audiat is, Jesum Filium Dei vocari & esse propter Verbum in eo absconditum, quemadmodum Lucas qui genealogiam scripsit, ait: [d] *Erat autem Jesus incipiens quasi annorum triginta, filius, ut putabatur, Joseph*: atque decursis omnibus qui in genealogia locum habent usque ad Adam, dixit: [e] *qui fuit Adam, qui fuit Dei*; ut declararet & corpus quod ex Adamo gestavit, & deitatem quam ex Patre habet.

C XXXIII. Est autem una ex omnibus rebus quas in Filio Pater efficit & ostendit, quod ipse cognoscat diem & horam judicii, ipsique omne judicium tradidit; [f] *ut quemadmodum honorant Patrem, ita & Filium honorent.* Quod si judicium omne ipsi tradidit, ut illud exerceret; liquidum sane est cognitionem quoque ejus, quandonam scilicet & quo pacto futurum sit, ipsi traditam fuisse. Qui igitur non novit diem judicii, Jesus est ex Maria genitus: nam qui ex corde Patris est Deus Verbum, ignorat nihil, qui omnia novit antequam fiant.


XXXIV. Si itaque Jesus ait: [g] *Pater meus major me est*, & tamen dicit se æqualem Deo esse; ediscamus quæ caussa sit, quod Patrem & majorem & D æqualem sibi dicat. Major est Filio, propter corpus patibile quod Filius gestavit: æqualis vero, quia Pater totus totum perfectum ab æterno genuit Filium.

XXXV. Quemadmodum & Esdras prophetico spiritu dicit ex persona Zorobabelis, idque de Filio Dei: [h] *Vivit veritas, & vincit, & roboratur, manetque in sæcula sæculorum*; intelligendo scilicet corpus, quod gestaturus erat pro nobis, morti tradendum: sed non veritatem in ipso latentem, id est Verbum Patris. Una quidem cum Jesu mortuo descendit veritas in cor terræ; ut eos qui mendacio decepti ac circumventi fuerant, ipse veritas cum esset, liberaret: perinde ac si rex quispiam carcerem adeat visitatum eos, qui in vinculis sunt; ingressus E quippe nihil læditur, sed eos juvat qui sub custodia sunt; ita Deus Verbum, nihil læsus a corpore mortali quod pro nobis gestavit, ipsis qui in carcere inferni degebant, in spiritu divinitatis auxilium tulit.

XXXVI. Jacob cum benedicit Judæ, ex quo futurum erat ut Dominus humanum corpus assumeret, ait: [i] *Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ amictum suum.* Quod tamen historice suum tum neutiquam fecit: neque enim in vino lavit stolam suam. Quid vero, postquam dixit loturum in vino stolam suam, adjicit, *Et in sanguine uvæ?* Num aliud est vinum, aliud sanguis uvæ? id melius no-

a I. Cor. xv. 28. b Heb. II. 8. c I. Cor. I. 23. 24. d Luc. III. 23. e Ibid. v. 38. f Joan. V, 23. g Joan. xiv. 28. h III. Esdr. iv. 41. i Gen. xlix. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



λον ἡμῶν οἶδεν Ἡσαΐας λέγων· τὸ ἔνδυμα αὐτȣ̃ ὡς ἀποπατήματος λȣνȣ̃. πλήρης καταπεπατημένης. τὸ τοίνυν ἔνδυμα, τὸ ἐν οἴνῳ ϗ ἐν αἵματι ϛαφυλῆς προφητεύει πλυνόμενον· ὁ χιτὼν ἐϛὶ ὁ χειροτέχνης. ἄλογον γὰρ καὶ ἄτακτον, ἐν οἴνῳ τὸ ἱμάτιον πλύνειν αὐτὸν, ὃ μηδὲ τῶν ἀφρόνων τις ἀνθρώπων δείκνυται πεποιηκώς. ἐπειδὴ δὲ προεγίνωσκεν ἐκ τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος μέλλοντα τὸν τȣ̃ Θεȣ̃ υἱὸν φορεῖν σῶμα δι᾽ ἡμᾶς ἐκ τȣ̃ Ιȣδαϊκȣ̃ λαȣ̃, τȣ̃ χρηματίζοντος ἀμπέλου ϗ ἀμπελῶνος· διὰ τȣ̃το εἶπεν· ἐκ βλαϛȣ̃ ἀνέβης υἱέ μȣ Ιȣ́δα. ϗ τὸ πλύνειν ἐν αἵματι τὴν ϛολὴν, τὸ σῶμα τῆς περιβολῆς δηλοῖ. δι᾽ ȣ̃ σώματος ϗ αἵματος ἀποπλύνας τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων, πάντας αὐτȣ̀ς ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι ἐνεδύσατο.

B Nolite *theſaurizare vobis theſauros in terra*, inquit Chriſtus [b], *ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælis: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; & ubi fures non effodiunt, nec furantur*. Qui porro hujuſmodi verba audierunt, dixere: Probum utique conſilium, probabiliſque ſententia, ut in cælis potius quam in terra bona præſentia recondantur. Verum quo pacto aurum argentumve reponamus in cælis, nulla ſane ratio ſubeſt. Nam ſublime admodum eſt cælum, ut ipſum manu contingere nequeamus. Neque enim ſcalam illam conſpicimus quam vidit patriarcha Jacob, ut ea conſcenſa, bona noſtra reponamus in cælo. Ad C hæc Dominus: Etiamſi admodum excelſum ſit cælum, poteſtis tamen ibi theſaurum juſtitiæ numquam expilandum reponere. Da pauperi & inopi quæ opus ipſi ſunt, & ea ipſa in cælo repoſita invenies, ſalva, immaculata, incorrupta. Habes quoque ſcalam, quæ a terra ad cælum uſque pertingit, videlicet ſalutarem crucem; gradus vero, intemeratorum evangeliorum dogmata. Per ipſa igitur ad cæleſtes manſiones conſcende, ut æterna gloria adficiaris. Animadverte illud a me dictum: [c] *Lucerna corporis tui eſt oculus: ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; ſin autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit*. Corpus vero tenebroſum efficitur, ſi oculus nequam eſt, non D opificis vitio: omnia enim quæcumque fecit Dominus, admodum bona ſunt; ſed ob improbos perverſoſque mores ejus, cujus eſt oculus. Cum porro nequam oculum audis, prudens auditor; ne oculum capiti hærentem intelligas; ſed pravam cogitationem in tenebroſo corde latentem. Quod ſi contingat corporeum oculum ex copioſo fluxu ac dolore cranii obſcurari; at corporea cæcitas a futuris ac ſempiternis bonis nullum amovet.

[2] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ,

Εἰς τό· οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;

Διαφέρει δὲ ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καθὸ αὕτη μέν ἐστι πνεῦμά τι ζωτικόν, ἡ δὲ τροφὴ γηΐνη καὶ εὐδιάλυτος. τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος, ἐπεὶ τὸ μέν ἐστιν ἔργον θεϊκῶν χειρῶν, τὸ δὲ, πόκος ἀλόγου βοσκήματος. πολλοὶ δὲ ἀκούοντες ψυχὴν ἐσθίουσαν, ξενίζονται ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὁρῶντες τὴν χεῖρα τῷ στόματι κομίζουσαν τὰ σιτία. ἀλλὰ σὺ ἀγαπητὲ, μὴ ξενισθῇς ψυχὴν ἀκούων ἐσθίουσαν. καὶ γὰρ οὕτως ἐστὶν καὶ οὐκ ἄλλως πως. ἐσθίει δὲ ψυχὴ τὰ παρα-

Athanasii,

E In illud: [d] *Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum?*

Differt autem anima ab eſca, quatenus hæc quidem eſt ſpiritus vivificans; illa vero terrena eſt facileque ſolvitur. Corpus vero præſtat veſtimento, quia illud quidem divinarum manuum opificium eſt; hoc vero, vellus pecoris irrationabilis. Multi porro audientes comedentem animam, ob vocis inſolentiam ſtupent, dum vident manum ori alimenta admovere. At tu, dilecte, ne mireris, dum animam comedere audis. Ita ſane neque alio modo res

a Matth. VI. 7. b Ibid. ℣℣. 19. 20. c Ibid. ℣℣. 22. 23. d Ibid. ℣. 25.

1. Ex codice reg. 1993. primum editur.

2. Prodeunt hæc ex cod. reg. 1993. fol. 86. editis multum abſimilia & longe auctiora.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

παραπεμπόμενα τῷ στόματι, ἐπεί ἐστι τὴν φύσιν θερμὴ κατὰ τὸν λόγον τῆς σοφίας, ψυχὴ θερμὴ ὡς πῦρ καιόμενον. ὥσπερ οὖν τὸ πῦρ τὰ βαλλόμενα εἰς τὸν λέβητα ἕψει· οὕτως καὶ ἡ πυρώδης ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα σιτία τῇ κοιλίᾳ λεπτύνει καὶ δαπανᾷ. κἂν δὲ ψυχὴ λέγηται, οὐ λέγεται διὰ τὸ εἶναι ψυχρὰ τῇ οὐσίᾳ, ὥς τινες τῶν ἁπλουστέρων ᾠήθησαν· ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ πολλῆς θερμότητος ἀναξηραίνειν αὐτὴν τὰ ὑγρὰ, ὡς ἔστιν πληροφορηθῆναι καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἡλίου· ὢν γὰρ θερμὸς καὶ πυρώδης πηλὸν ξηραίνει, καὶ πᾶν ὑγρὸν ἀνιμᾶται. ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ θερμή ἐστι κατὰ φύσιν, πείθου ἀδελφὲ καὶ ἐκ τῶν ἀποθνησκόντων. ἢ γὰρ ἀποχωρισθῇ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος, πάντα τὰ μέλη εὑρίσκονται κρυσταλλώδη, καὶ οὐδὲν ἧττον πάγου χειμερίου, ἢ χιόνος ψυχρότερα. καὶ δὴ ἀπὸ τῶν λιμῶν ἐστι δοκιμάσαι τὸ λεγόμενον· ἕως γὰρ ἔχει ἡ ψυχὴ τὴν τροφὴν εἰς ἀφθονίαν, τὸ σῶμα θάλλει καὶ ἁδρύνεται· ὁπηνίκα δὲ ἀπορήσει σιτίων, αὐτὸ τὸ σῶμα κατεσθίει καὶ φθείρει. οὐ γὰρ δύναται τὸ σῶμα ἄνευ τροφῆς ἀντέχειν πρὸς τὴν θερμότητα τῆς ψυχῆς, ὡς οὔτε ἀγγεῖον χαλκοῦν ἔσω ἐπὶ κλιβάνου, οὐ δύναται ἄνευ ὕδατος φέρειν τὴν σφοδρότητα τοῦ πυρός· ἐκπυρύγεται γὰρ καὶ διαλύεται τέλειον. οὕτως οὖν καὶ ὁ λέβης τοῦ σώματος μὴ ἔχων τὴν τροφὴν, παρὰ τῆς πυρώδους ψυχῆς ὑπολιπαινόμενος ἀπόλλυται παντάπασιν. κεφάλαιον δὲ πάντων ἐπὶ πᾶσι, τὸ λεχθὲν πρὸς τοῦ κυρίου· μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, ἢ τῷ σώματι τί ἐνδύσησθε· ἐπεὶ πλεῖόν ἐστιν ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος. εἰ τοίνυν τῶν κρειττόνων καὶ μειζόνων ἠξιώθημεν τῇ χάριτι τοῦ κρείττονος, πολλῷ μᾶλλον τῶν βραχυτέρων καὶ καταδεεστέρων ἐμπλησθῶμεν.

Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. βασιλεία Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἀλλ' ἢ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις· τουτέστιν ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία τε καὶ γνῶσις, ὅσον ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ.

[1] Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν, τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου, τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου.

ΜΗ κρίνετε, καὶ οὐ κριθῆτε· ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. λέγει δὲ ὁ κύριος τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ἴσα πάσχειν τὸν κρίνοντα καὶ τὸν μετροῦντα, οὐ καθώς φασιν αἱρετικῶν παῖδες ψευδόμενοι ἑαυτοὺς, καὶ μὴ εἰδότες τί λέγουσιν, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται. οὗτοι γὰρ ἐμπορευόμενοι τὰ χρήματα διὰ τῶν ἀνοήτων καὶ ἐπιζημίων μετανοιῶν θέλουσι λέγειν, ὅτι οὐ δεῖ κρίνειν τὸν δράσαντα θανατικὰς ἁμαρτίας. εἶπε γὰρ ὁ κύριος, μὴ κρίνετε καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. εἰ δὲ οὕτως ἦν καθὼς ἐκεῖνοι διϊσχυρίζονται, πάντως ἂν ὁ δίκαιος Νῶε κατεκρίθη κρίνας τὸν χλευαστὴν Χὰμ τοῦ εἶναι δοῦλον τῶν ἀδελφῶν. ὁ δὲ Μωϋσῆς κρίνας τὸν συλλέξαντα τὰ ξύλα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐκέλευσεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς λίθοις αὐτὸν ἀποθανεῖν. ὁ δὲ διάδοχος αὐτοῦ Ἰησοῦς, κρίνας καὶ τὸν Ἀχαζ διὰ τῆς κλοπῆς πανοικὶ ἐξωλόθρευσεν. ὁ δὲ Φινεὲς διὰ τὴν πορνείαν τὸν Ζαμβρὶ κρίνας, σειρομάστῃ ἐξεκέντησε. καὶ ὁ Σαμουὴλ τὸν Ἀγὰγ τὸν βασιλέα τῶν Ἀμαληκιτῶν ἀνεῖλεν ἐνώπιον κυρίου. ὁ δὲ Ἠλίας κρίνας τοὺς ψευδοπροφήτας, ὡς χοίρους ἐν τῷ χειμάῤῥῳ ἀπέσφαξεν. καὶ ὁ Ἐλισσαῖος κρίνας τὸν Γιεζῆ διὰ τὴν λῆψιν τῶν χρημάτων, λεπρὸν ἀνέδειξεν. ὁ δὲ Δανιὴλ κρίνας τοὺς ἀκολάστους γέροντας ἕνεκεν τῆς συκοφαντίας, νόμῳ Μωσαϊκῷ ἐτιμωρήσατο. καὶ ὁ Πέτρος λαβὼν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὸν Ανα-

A se habet. Comedit porro anima quæ ori immittuntur: quia ex natura sua calida est, juxta Sapientiæ verbum: [a] *Anima calida est ut ignis accensus*. Sicut ergo ignis immissa in lebetem concoquit; eodem modo ignea anima, alimenta in ventrem inducta digerit & absumit. Etiamsi porro ψυχὴ, id est, anima vocetur; non ita dicitur quod sit natura sua ψυχρὰ, id est, frigida, ut ex simplicioribus quidam arbitrati sunt: sed quia ex multo calore, humida exsiccat; quod etiam ex solis vi & efficacia planum evadit: nam cum calidus igneusque sit, lutum exsiccat, humidumque omne in vaporem solvit. Quod autem anima ex natura sua calida sit, vel mortuorum exemplo, frater, persuasum habeas. Etenim cum anima a corpore separata est, rigent omnia membra, ni-
B hilo minus quam hiberna glacies niveque frigidiora evadunt. Ex iis item quæ tempore famis contingunt, potes quoque rem propositam comprobare: donec enim anima cibi copia fruitur, viget sane valetque viribus; at deficiente cibo, ipsum corpus absumit & corrumpit. Neque enim potest corpus absque cibo, animæ calori obsistere; quemadmodum neque vas æneum clibano impositum, ignis vehementiam sine aqua ferre valet; prorsus enim funditur & liquescit. Eodem prorsus modo lebes corporis, deficiente cibo, ab ignea anima absumtus omnino pessumdatur. In summa autem eo maxime spectat illud Domini effatum: [b] *Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid indua-*
C *mini;* quia *plus est anima quam esca, & corpus plus quam vestimentum*. Si itaque Dei gratia præstantioribus majoribusque bonis adfecti sumus, multo magis hisce minoribus vilioribusque replebimur.

[c] *Quærite primum regnum Dei*. Regnum Dei nihil aliud est quam futurorum bonorum possessio; id est, Dei contemplatio ac cognitio, quantum humanæ est facultatis.

S. ATHANASII, *quod non judicandum sit*, ex Evangelio secundum Matthæum.

N*Olite* [d] *judicare, ut non judicemini: in quo enim judicio judicabitis, judicabimini; & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Ait vero
D Dominus ea ipsa atque æqualia iis accidere qui judicant, atque iis qui metiuntur: non quemadmodum ajunt hæretici, se ipsos in errorem deducentes, [e] *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus adfirmant*. Hi namque per insanos atque perniciosos pœnitentiæ ritus pecuniæ quæstum aucupantes, ajunt non judicandum sive damnandum esse eum qui peccata mortalia admittit: ait quippe Dominus: [f] *Nolite judicare ut non judicemini*. Quod si ita se res habet ut adfirmant ipsi, Noe [g] sane vir justus damnatus fuit, quod derisorem Chamum judicaverit, damnaveritque ut esset fratrum servus. Moyses [h] item lato judicio in eum qui ligna collegerat die sabbati, jussit eum extra castra lapidibus necari. Ejus quoque successor
E Jesus [i], sententia in Achar ob furtum prolata, cum domus suppellectile tota exterminavit ipsum. Phinees etiam [k] Zambri fornicationis caussa damnans, ipsum hasta confodit. Samuel [l] Agag regem Amalecitarum interemit in conspectu Domini. Helias [m] falsos prophetas damnatos, quasi porcos in torrente jugulavit. Elisæus [n] Giezi acceptæ pecuniæ reum damnavit, effecitque leprosum. Daniel vero [o] lascivos senes sycophantiæ caussa ab se damnatos, juxta legem Mo-

a Eccli. XXIII. 22. *b* Matth. VI. 25. *c* Ibid. v. 33. *d* Matth. VII. 1. 2. *e* I. Tim. I. 7. *f* Matth. VII. 1. *g* Gen. IX. 26. *h* Num. XV. 35. *i* Josue VII. 25. *k* Num. XXV. 8. *l* I. Reg. XV. 33. *m* III. Reg. XVIII. 40. *n* IV. Reg. V. 27. *o* Dan. XIII. 62.

1. Ex codice Ambrosiano 27. x. sæculi egregiæ notæ: & ex reg. 1993. item x. sæculi jam primo editur.

νίων μετὰ τῆς γυναικὸς νοσφισαμένους ἐκ τοῦ ἰδίου κτήματος, κρίνας παρ' αὐτὰ ἐποίησεν αὐτοὺς ἀποψύξαι. καὶ ὁ Παῦλος ἔκρινεν Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα εἰπών· ἀποδώσει αὐτῷ κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὑμεναῖον δὲ καὶ Φιλητὸν παρέδωκε τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῇ μηκέτι βλασφημεῖν. αἰτιᾶται δὲ καὶ μὴ κρινούσας ἐκκλησίας τῶν Κορινθίων φήσας· οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφός, ὃς δυνήσεται κρῖναι ἀναμέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; ἢ ὅτι οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; εἰ τοίνυν πάντες οἱ δίκαιοι κρίναντες, οὐ κατεκρίθησαν· μᾶλλον δὲ ἐκλεγέντες εἰς τὴν πνευματικὴν διακονίαν ἐξελέγησαν· πῶς οὐ δεῖ κατ' αὐτοὺς κρίνειν; εἶπεν οὖν ὁ κύριος, μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· οὐχ' ἵνα μέλλωμεν ἀκρίτως τι πράττειν ἢ ποιεῖν, ἀλλὰ διὰ τοὺς φαρισαίους καὶ γραμματεῖς κρίνειν μὲν ἀλλήλους, ἑαυτοὺς δὲ μὴ διορθοῦσθαι. οἷον ἔκριναν τὸν φονέα ἀποθανεῖν κατὰ τὸν νόμον, αὐτοὶ δὲ καὶ προφήτας παρανόμως θανατοῦντες. ἔκριναν τὸν μοιχὸν ὡς μοιχὸν κολασθῆναι, καὶ αὐτοὶ ὡς ἵπποι θηλυμανεῖς ἐχρεμέτιζον ἐπὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας. ἔκριναν τὸν κλέπτην, αὐτοὶ ὄντες συληταὶ τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων. ἦσαν δὲ καὶ κώνωπα διϋλίζοντες, καὶ τὴν κάμηλον καταπίνοντες. ὅτι δὲ τοιοῦτοι ἦσαν οἱ φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς, φανερὸν ἐκ τοῦ λέγειν τὸν κύριον διὰ τῶν ἑξῆς πρὸς ἕνα ἕκαστον αὐτῶν· τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δόκον τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου οὐ κατανοεῖς; ἢ πῶς λέγεις τῷ ἀδελφῷ σου· ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου; ὑποκριτὰ ἔκβαλε πρῶτον ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου τὴν δόκον, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου. εἰ δὲ αὐτὸς ἔχεις τὴν δόκον ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου τῆς ἀκολασίας, ὢν τυφλός, πῶς δύνασαι ἀποστρέψαι τὸν πλησίον σου ἀπὸ τοῦ κάρφους τῆς μικρᾶς ἁμαρτίας; ὁ δὲ θεσπέσιος Παῦλος γράφων Ῥωμαίοις, καὶ αὐτὸς λέγει περὶ τῶν τοιούτων ὑποκριτῶν, καὶ χρηματιζομένων τὴν εὐσέβειαν· ὁ διδάσκων τὸν ἕτερον ἑαυτὸν οὐ διδάσκεις, ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις· ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις· ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς· ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις. καὶ πάλιν· ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνεις τὸν ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. ὡς καὶ οἱ παραβάται τοῦ πάσχα, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ πάσχα τὸν Χριστὸν ἀτιμάζουσιν, ὅ ἐστι τὸ πάσχα. ἐν ᾧ οὖν τις κρίνει τὸν ἕτερον, καὶ δρᾷ τὰ αὐτά, ἑαυτὸν κρίνει, ὡς καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι· κρίναντες γὰρ τὴν Σώσανναν ὡς μοιχαλίδα, ἐκρίθησαν ὄντες αὐτοὶ μοιχοὶ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον. ὁ δὲ Φαραὼ ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησεν, ἀντεμετρήθη αὐτῷ· ἀποπνίξας γὰρ τὰ βρέφη ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὸς ὑποβρύχιος ἀπώλετο ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς φονεύσαντες τὸν Ζαχαρίαν παρὰ τὸ θυσιαστήριον, καὶ αὐτοὶ ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐσφάγησαν· ἵνα μάθῃς ὅτι ᾧ μέτρῳ τις μετρεῖ, τούτῳ καὶ ἀντιμετρεῖται αὐτῷ· δι' ὧν δὲ καὶ τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων καὶ κολάζεται.

saicam ultus est. Petrus [a] autem qui accepit claves regni cælorum, Ananiam cum uxore, quod partem pecuniæ ex vendita propria possessione subduxissent, damnans, extinctos subito cadere fecit. Et Paullus quoque Alexandrum fabrum judicavit dicens: [b] *Reddet illi Dominus secundum opera sua.* Hymenæum vero atque Philetum tradidit satanæ, ut ediscerent non ultra blasphema effari. Arguit autem ecclesias Corinthiorum, quod non judicaverint, his verbis: [c] *Non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? An nescitis quia angelos judicabimus?* Si itaque omnes justi qui judicaverunt, non ideo condemnati, immo vero ad spiritualem ministerium adlecti & cooptati sunt; quæ caussa est ut illi non judicandum esse censeant? Ait itaque Dominus: *Nolite judicare, ut non judicemini*, non ideo sane ut quid faciamus vel admittamus, de quo judicium non feramus; sed quia Pharisæi & scribæ se mutuo judicabant & damnabant, ipsi vero non se se emendabant. Sic homicidam illum secundum legem capitis damnarunt, cum ipsi interea prophetas inique trucidarent: mœchum adulterii caussa pœnas luere decreverunt, cum ipsi ceu equi lascivi hinnirent ad alienas uxores: sententiam in furem tulerunt, ipsi raptores pecuniæ alienæ. Erantque [d] *excolantes culicem, & deglutientes camelum.* Quod autem tales fuerint Pharisæi atque scribæ, palam est ex iis quæ singulis eorum in sequentibus ait Dominus: [e] *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Sine, ejiciam festucam de oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.* Quod si tu in oculo tuo habes intemperantiæ & libidinis trabem, ita ut cæcutias; quei possis proximum tuum avertere a festuca levis cujusdam peccati? Divinus autem Paullus ad Romanos scribens de hypocritis hujusmodi qui pietatem ementiuntur, talia fatur: [f] *Qui alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacra expilas: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Et rursum: [g] *In quo enim judicio judicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis qui judicas.* Sicut & transgressores paschatis, per paschatis prævaricationem Christum inhonorant, cujus est pascha. In qualibet igitur re, qui alium judicat, si quidem is idipsum peragat, se ipsum judicat: velut duo illi senes, qui cum de Susanna quasi adultera judicium tulissent, eamque damnassent, secundum Mosaicam legem adulterii ipsi quoque damnati sunt. Pharao autem in qua mensura mensus est, remensum est ipsi: qui enim pueros in fluvio demergi ac suffocari jusserat, ipse quoque submersus periit in mari rubro. Sacerdotes vero qui Zachariam ad altare trucidarunt, ipsi quoque sub altari a Romanis jugulati sunt: ut ediscas quod in qua mensura quis mensus fuerit, in eadem remetietur ei; & per quæ quis peccaverit, per hæc & punietur.

[1] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Περὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων.

ΜΗ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσί, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, φησὶν ὁ Χριστός. καὶ γὰρ τοῦτο κρίσεώς ἐστιν ὀρθῆς. οὔτε δὲ ἔφησεν ὁ κύριος ἀδιορίστως ἢ χωρὶς διαστολῆς· δό-

ATHANASII,


De incontaminatis mysteriis.

NOlite [h] *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*, ait Christus. Id sane recti judicii est. Neque enim Dominus indiscriminatim ac sine distinctione dixit: Date sancta

[a] Act. V. [b] II. Tim. IV. 14. [c] I. Cor. VI. 5. & 3. [d] Matth. XXIII. 24. [e] Matth. VII. 3-5. [f] Rom. II. 21-23. [g] Ibid. V. 1. [h] Matth. VII. 6.

1. Ex codice reg. 1993. x. sæculi nunc primo prodit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



τε τὰ ἅγια καὶ τοὺς μαργαρίτας τοῖς πᾶσιν· ἀλλὰ, A μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κακοῖς ἐργάταις, λέγοντος τοῦ ἀποστόλου· βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τοὺς χοίρους, οἵ τινές εἰσιν οἱ ἀκόλαστοι. τοῖς δὲ χοίροις παραβάλλονται οἱ ἀκόλαστοι οὐκ ἀπεικότως, ἀλλ' οἰκείως καὶ προσηκόντως. ὥσπερ γὰρ τὸν χοῖρον ἐάν τις ἀποσπάσῃ τοῦ βορβόρου, καὶ νομίζει ζημιοῦσθαι· οὕτως καὶ τὸν ἀκόλαστον ἐάν τις ἀποστρέψῃ ἀπὸ τοῦ βορβόρου τῆς ἡδονῆς, λογίζεται τὸν συμβουλεύοντα τὴν σωφροσύνην εἶναι ἐχθρὸν, ἤπερ φίλον. μὴ βάλωμεν οὖν τοὺς μαργαρίτας ἡμῶν τῶν ἀχράντων μυστηρίων, ἔμπροσθεν τῶν χοιροτρόπων ἀνθρώπων· ἀλλά, φησι, θέλουσι μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων· καὶ εἰσὶ κύνες ἀναιδεῖς, καὶ χοῖροι ἐγκυλινδούμενοι τῇ ἡδονῇ. ἀλλὰ σὺ μὴ δῷς. καὶ γὰρ οἱ νοσοῦντες ὕδατος ἐπι- B θυμοῦσιν· ἀλλ' οἱ ἰατροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι· καὶ οἱ τύραννοι ποθοῦσι τὴν βασιλικὴν πορφύραν· ἀλλ' οἱ φυλάττοντες αὐτὴν οὐ παρέχουσιν ὑφορώμενοι τὸν κίνδυνον. βλέπε οὖν καὶ σὺ διάκονε, μὴ ἀναξίοις ἐπιδώσῃς τὴν πορφύραν τοῦ ἀναμαρτήτου σώματος· ἵνα μὴ εὐθυνθῇς οὐ κατὰ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς νόμους, ἀλλὰ κατὰ τοὺς δεσποτικοὺς λόγους. μὴ δότε οὖν τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μή ποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς τοῖς ποσὶν αὐτῶν, τοῖς ἀλογίστοις λογισμοῖς, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, ποιήσαντες σχίσματα καὶ αἱρέσεις.

A & margaritas omnibus; sed: [a] *Nolite dare sancta canibus*, id est malis operariis, dicente Apostolo: [b] *Videte canes, videte malos operarios, videte porcos*; quo significantur libidinosi homines. Neque abs re sane, sed admodum congruenter porcis libidinosi comparantur. Quemadmodum enim si quis porcum ex cœno eduxerit, id sibi porcus damno esse arbitratur; ita si quis libidinosum ex cœno voluptatis avertat, is temperantiæ consiliarium non amici, sed adversarii loco habet. Ne projiciamus ergo nostras incontaminatorum mysteriorum margaritas ante homines porcis similes. At dicet quispiam: sacrorum participes esse volunt; & sunt tamen canes impudentes, & porci volutati in cœno voluptatis: tu ve- B ro ne dederis. Nam ægri quoque aquam postulant; sed medici vetant: tyranni regiam purpuram expetunt; sed illius custodes, periculum suspicantes, non concedunt. Vide ergo tu quoque, diacone, ne indignis purpuram impeccabilis corporis præbeas; ne rationi reddendæ, non secundum Romanas leges, sed secundum Domini dicta, obnoxius sis. *Nolite*, igitur, *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus suis*, inconsideratis scilicet cogitationibus, *& conversi dirumpant vos*, schismata hæresesque facientes.

[1] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

C

Περὶ ψευδοπροφητῶν.

Εἶπεν ὁ κύριος· προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύματι προβάτου, ἔνδοθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. ἐὰν οὖν τινα ἴδῃς, ἀδελφὲ, ὅτι ἔχει σχῆμα σεμνοπρεπὲς, μὴ πρόσχῃς, ὅτι ἐνδέδυται κώδιον προβάτου, ὅτι ὄνομα ἔχει πρεσβυτέρου, ἢ ἐπισκόπου, ἢ διακόνου, ἢ ἀσκητοῦ, ἀλλὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ περιεργάσαι· εἰ ἔστι σώφρων, εἰ ἔστι φιλόξενος, ἢ ἐλεήμων, ἢ ἀγαπητικὸς, ἢ ἐν προσευχαῖς καρτερικὸς, ἢ ὑπομονητικός. εἰ ἔχει κοιλίαν θεὸν, καὶ τὸν φάρυγγα ᾅδην, νοσῶν χρήματα, καὶ καπηλεύων τὴν θεοσέβειαν, ἄφες αὐτόν. οὐ γάρ D ἐστι ποιμὴν ἐπιστημονικὸς, ἀλλὰ λύκος ἁρπακτικός. εἰ δὲ οἶδας τὰ δένδρα δοκιμάζειν ἀπὸ τῶν καρπῶν, ποῖά ἐστι τῇ φύσει, τῇ γεύσει, τῇ πιότητι, πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἔργων ὀφείλεις δοκιμάζειν τοὺς χριστεμπόρους· ὅτι φέροντες φήμαριον εὐλαβείας, ψυχὴν κέκτηνται διαβολικήν. εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἀκανθῶν οὐ συλλέγεις σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα, τί ὑπολαμβάνεις, ὅτι ἀπὸ παραβατῶν ἔχεις τι ἀγαθὸν ἀκοῦσαι, ἢ ἀπὸ προδοτῶν μαθεῖν τι χρήσιμον; ἐκείνους τοίνυν ἀποστρέφου ὡς λύκους Ἀραβικοὺς, καὶ ἀκάνθας παρακοῆς, καὶ τριβόλους ἀδικημάτων, καὶ δένδρα πονηρά. ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, κατὰ τὴν συμβουλεύουσαν Σοφίαν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ σταθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ ποὺς σου· ἵνα παρ' αὐτοῦ διδαχθῇς νόμου σκιαγραφήματα, καὶ χαρίτων δωρήματα· οὔτε δὲ λόγος σοφιστικὸς, ἢ σχῆμα ἐπιθετικὸν εἰσάγουσιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ πίστις τελεία καὶ ἀπερίεργος, μετὰ τῆς ἐναρέτου καὶ διαλαμπούσης προνοίας.

ATHANASII ALEXANDRINI,

De falsis prophetis.

Ait Dominus: [c] *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos.* Si itaque quempiam videris, o frater, qui sit honesto indutus vestimento; ne attendas ipsi, etiamsi ovis pelle vestitus sit, & presbyteri, episcopi, diaconi vel ascetæ nomen habeat: sed ejus opera accuratius perpendas; an sit temperans, an hospitalis, an misericors: an caritatem habeat, an perseveret in orationibus, an sit patiens. Si deum ventrem habeat, & guttur infernum, di- D vitiarum morbo laborans, pietatem pro quæstu habens, dimitte illum: non est enim pastor peritus, sed lupus rapax. Si autem nosti arbores ex fructibus probare, quænam scilicet sint natura, gustu, pinguedine; multo magis ex operibus periculum facere debes eorum, qui Christo ad quæstum utuntur; quia dum aliquam sanctitatis famam præferunt, animam possident diabolicam. Quod si ex spinis non colligis uvas, nec ex tribulis ficus, quid opinaris posse te quid boni audire, & ex prævaricatoribus quidpiam utile ediscere? Illos itaque aversare ut lupos Arabicos, & spinas inobsequentiæ, tribulos ini- E quitatis, arbores malas. Si videris sapientem aliquem, ex consilio Sapientiæ [d] mane vigila ad illum, stationes portarum ejus terat pes tuus, ut ab eo ediscas legis umbras & gratiarum dona. Neque enim sophisticus sermo & habitus modestus introducunt in regnum cælorum; sed fides perfecta ac minime curiosa, cum providentia virtutis plena & conspicua.

[2] ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. ὁ γὰρ ζυγός μου

SANCTI ATHANASII.

Tollite [e] *jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum*

a Matth. VII. 15. 16. b Philipp. III. 2. c Matth. VII. 15. d Eccli. VI. 36. e Matth. XI. 29. 30.

1. Edit. Athan. p. 1290. ex codice Barociano. 2. Edit. Athan. p. 1268. ex Possini Catena in Matth.

χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. ἐντεῦθεν ὠφελημένος ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὀγκώδη τὴν ἁμαρτίαν ὠνόμασε, καὶ εὐπερίστατον. τί γὰρ βαρύτερον καὶ βλαβερώτερον ἁμαρτίας; ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τί τῆς ἀρετῆς ἐλαφρότερον, καὶ ὠφελιμώτερον; ἡ μὲν ἁμαρτία, ὡς ἐν παροιμίαις γέγραπται, πολλοὺς τρώσασα, καταβάλλει τῷ βάρει· σειραῖς τε τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. ἡ δὲ ἀρετὴ τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς ζωοποιεῖ καὶ εἰς ὕψος αἴρει, λέγοντος τοῦ παροιμιαστοῦ· ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντιποιουμένοις αὐτῆς· τοῦ δὲ ψαλμῳδοῦ· ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ κύριος. διὰ τοῦτο ἡ μὲν ἁμαρτία συμβολικῶς ἐπὶ ταλάντου μολίβδου καθημένη θεωρεῖται· ἐπειδὴ τοὺς χρωμένους αὐτῇ, βυθίους καταφέρει εἰς τὸν ᾅδην· καὶ οἷς ἐνυπάρχουσιν οἱ σαρκικοὶ ὄγκοι, καὶ αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι, καὶ οὓς ἡ ἁμαρτία περιΐσταται, τούτοις οὐκ ἔστιν ἐλεύθερον πρὸς τὸν Θεὸν τὸ ὄμμα. ὁ ζυγὸς τοίνυν τοῦ σωτῆρος χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν. καὶ πῶς, φησιν, ἐλαφρὸν ὅταν λέγῃ· ἐάν μή τις μισῇ πατέρα ἢ μητέρα· καὶ, ὃς οὐκ αἴρει τὸν σταυρὸν καὶ ἀκολουθεῖ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· ὅταν κελεύῃ καὶ αὐτὴν ἐκδοθῆναι τὴν ψυχήν; διδασκέτω σε Παῦλος λέγων· τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται· καὶ πάλιν, οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

A *suave est, & onus meum leve*. Hinc utilitate percepta divinus Apostolus: [a] *ponderosum & circumstans* peccatum appellavit. Quid enim gravius & damnosius peccato? ut e contrario, quid levius & utilius virtute? Nam peccatum, ut in Proverbiis scriptum est [b], vulneratos multos pondere dejicit, &: [c] *unusquisque catenis peccatorum suorum stringitur*. Virtus autem eos qui se amplectuntur, vivificat & in altum erigit, ut in Proverbiis dicitur: [d] *Lignum vitæ est iis, qui ipsam amplectuntur*; & in Psalmis: [e] *Suscipiens mansuetos Dominus*. Idcirco peccatum quidem symbolice [f] cum talento plumbeo demersum conspicitur, quia sui cultores in profundum inferorum dejicit. Quibus autem insunt car- B nis pondera & cupiditates, & iis qui a peccato circumdantur, non liberum sane est oculos ad Deum erigere. Jugum itaque Servatoris suave est, & onus ejus leve. Et quo pacto, dicet quispiam, leve onus est, cum sic loquatur: [g] *Si quis non odit patrem & matrem*; &: [h] *Qui non tollit crucem & sequitur me, non est me dignus*; &: [i] *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*; immo etiam jubeat ipsam tradere animam? Id te doceat Paullus qui ait: [k] *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis, mire supra modum æternum gloriæ pondus operatur*: & rursus: [l] *Non sunt condignæ passiones hujus tempo-* C *ris, ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*.

[1] ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται αὐτοῖς. καὶ ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. ἐνταῦθα καλὸν τὸ τοῦ ἀποστόλου εἰπεῖν· ὅτι τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. πολλὰ γὰρ τῶν θείων γραφῶν ἐὰν κατὰ τὸ γράμμα νοήσωμεν, εἰς ἀθέσμους βλασφημίας περιπεσούμεθα· οἷόν ἐστι καὶ τὸ νῦν προκείμενον τοῦ κυρίου λόγιον· ἐὰν γὰρ κατὰ ξηροῦ τὰς λέξεις ἐκλάβωμεν, οὐ μόνον εἰς ἀθεμίτους ἐννοίας κατενεχθησόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν κύριον ἐναντιούμενον ἑαυτῷ εὑρήσομεν. ἐὰν γὰρ ὃς εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ ἀφεθήσεται αὐτῷ, πῶς αὐτὸς ὁ υἱὸς εἶπεν, ὅτι ὁ ἀπαρνησάμενος αὐτὸν ἀπαρνηθήσεται ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ; καὶ πάλιν, ἐὰν πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, πῶς καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου ἀπολογίαν δώσομεν; πῶς ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός; πῶς δέ φησι καὶ Παῦλος· μὴ πλανᾶσθε, οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὐ λοίδοροι, οὐ μέθυσοι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ μὴ κληρονομήσουσι; καὶ εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς λοιπὸν, εἰπέ μοι, πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις; καὶ ἐὰν πάλιν τοῦτο ἀληθὲς, διατί λοιπὸν ἐγκαλεῖται ὁ ἄθλιος Ὠριγένης, τέλος κηρύττων τῆς κολάσεως, ὡς συγχώρησιν πάσης ἁμαρτίας γενέσθαι καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς δαίμοσι παρὰ Θεοῦ; πάλιν δὲ ἐὰν ἡ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημία οὐκ ἔχει συγχώρησιν, τί μέμφεται ἡ ἐκκλησία Ναυάτον ἀποβαλλόμενον τὴν μετάνοιαν; τὸ δὲ σκοτεινότερον καὶ


SANCTI ATHANASII.

Propterea [m] *dico vobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, sed blasphemia in Spiritum non remittetur illis. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Heic apposite Apostoli dictum proferatur: [n] *Littera occidit, spiritus autem vivificat*. Multa siquidem divinarum Scripturarum loca si secundum litteram in- D telligamus, in nefandas blasphemias incidimus; cujusmodi sunt quæ nobis nunc proponuntur Domini verba: quæ si secundum nudas dictiones excipiamus, non solum in nefandas dilabemur cogitationes, sed etiam ipsum Dominum sibi adversari deprehendemus. Namque *si quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei*; quomodo idem Filius dixit: [o] *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram Angelis Dei?* Et rursus, si omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, quomodo & [p] de otioso verbo rationem sumus redditu- ri? quomodo [q] qui dicit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis? quomodo item Paullus ait: [r] *Nolite errare: neque fornicarii, neque adulteri, neque mol-* E *les, neque ebriosi, neque rapaces regnum Dei possidebunt?* Quæ si ita se habent, quomodo, quæso, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus? Rursumque, si verum illud est, cur miser accusatur Origenes, quod finem aliquem pœnarum constituat; ac tandem remissionem omnium peccatorum, hominibus pariter & dæmonibus a Deo concedendam prædicet? Item si blasphemia in Spiritum sanctum remissionem non habet, quid queritur Ecclesia Novatum pœnitentiam rejecisse? Illud

a Heb. XII. 1. *b* Prov. VII. 26. *c* Prov. V, 22. *d* Prov. III. 18. *e* Psal. CXLVII. 6. *f* Zach. V. 7. *g* Luc. XIV. 26. *h* Matth. X. 38. *i* Luc. XIV. 33. *k* II. Cor. IV. 17. *l* Rom. VIII. 18. *m* Matth. XII. 31.32. *n* II. Cor. III. 6. *o* Luc. XII. 9. *p* Matth. XII. 36. *q* Matth. V. 22. *r* I. Cor. VI. 10.

1. Ex cod. Colb. 2544. sæc. XI. Est Catena in Matthæum. In editis quoque comparet, sed magna sui parte truncatum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



δυσκατάληπτον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ πνεύματος, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὥστε ἐλάττων ἐστὶν ὁ υἱὸς παρὰ τὸ πνεῦμα καὶ τὸν πατέρα. καὶ τί λοιπὸν ἀποβαλλόμεθα τοὺς μυσαροὺς Ἀρειανοὺς, τοὺς σμικρυνόντας καὶ καταβιβάζοντας τὸν υἱὸν παρὰ τὸ πνεῦμα; καὶ πῶς ὁ υἱὸς λέγει· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ, ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα. καὶ πάλιν ἐνταῦθά φησιν, ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ; ἆρα οὖν εἰπέ μοι ἡ εἰς τὸν υἱὸν βλασφημία συγχωρηθήσεται τοῖς Ἀρειανοῖς, καὶ Σιμωνιανοῖς, καὶ Σαβελλιανοῖς, καὶ Φωτεινιανοῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι, τοῖς εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ σάρκωσιν βλασφημήσασιν; ἄπαγε τῆς ἀτοπίας. εἰ γὰρ ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρὲ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, εἰς ποίαν λοιπὸν, εἰπέ μοι, γέενναν γεέννης ἐκβληθήσεται ὁ λέγων τὸν Θεὸν αὐτοῦ κτίσμα, καὶ οὐχὶ Θεοῦ υἱὸν, ἀλλὰ δοῦλον καὶ ὑπουργὸν καὶ μικρόν; καὶ εἰ ὅστις εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ, πῶς αὐτὸς ὁ υἱὸς εἶπεν· ὅτι ὁ μὴ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ μὴ πίνων μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον; πῶς δὲ καὶ δύναταί τις ἀτιμάζων τὸν υἱὸν, μὴ βλασφημεῖν εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα; ὁ δὲ εἰς αὐτὴν βλασφημῶν, δηλονότι ἀπαρνεῖται τὸ ἅγιον βάπτισμα· ὁ δὲ τοῦτο ἀπαρνούμενος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποδύεται. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου, ἐὰν τὴν θέρμην ἢ τὴν ἀκτῖνα αὐτοῦ καθυβρίσῃς, εἰς ὅλην τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀνατρέχει ἡ ὕβρις· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ τρισηλίου τῆς ἁγίας τριάδος φωτὸς καὶ μυστηρίου, ἡ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ἀτιμία, παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς θεότητός ἐστιν ἀτιμία. τί οὖν ἐστι τὸ πρὸς Ἰουδαίους λεγόμενον· ὅτι πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία τοῖς ἀνθρώποις ἀφεθήσεται. ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι; νουνεχῶς ἀκούσωμεν, καὶ μὴ πλανηθῶμεν. διττὸν εἶναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, φημὶ δὲ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, αἱ ἱεραὶ ἡμῖν διαβοῶσι γραφαί· ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο. τὴν γοῦν τοῦ λόγου θεότητα ὁ αὐτὸς Χριστὸς πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζει, καθὰ καὶ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔλεγε, πνεῦμα ὁ Θεός· τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ, υἱὸν ἀνθρώπου· νῦν γάρ φησιν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. οἱ οὖν ἀεὶ τῷ Θεῷ προσκρούοντες Ἰουδαῖοι, διττὴν πρὸς Χριστὸν τὴν βλασφημίαν ἐκέκτηντο· οἱ μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, ἤγουν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου προσκόπτοντες, προφήτην αὐτὸν, ἀλλ' οὐ Θεὸν εἶναι ἐνόμιζον, καὶ φάγον αὐτὸν καὶ οἰνοπότην ἐκάλουν, οἷς καὶ συγγνώμην ἔδωκεν· ἀρχὴ γὰρ ἦν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὔπω ἐχώρει ὁ κόσμος Θεὸν πιστεύειν γενόμενον ἄνθρωπον. διό φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἤγουν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ. τολμῶ γὰρ λέγειν, ὅτι οὐδὲ αὐτοὶ οἱ μακάριοι μαθηταὶ τὸ τέλειον περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος εἶχον φρόνημα, ἕως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῖς τῇ πεντηκοστῇ ἐπεφοίτησεν. ἐπεὶ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἰδόντες αὐτὸν, οἱ μὲν προσεκύνησαν, οἱ δὲ ἐδίστασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου κατεκρίθησαν. οἱ δὲ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤγουν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ θεότητα, βλασφημήσαντες καὶ λέγοντες, ὅτι ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, οὐκ ἀφίενται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. ἐπισημειώσασθαι δὲ χρὴ, ὅτι οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς, τῷ βλασφημήσαντι καὶ μετανοήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται· ἀλλὰ τῷ βλασφημοῦντι, εἴτ' οὖν ἐπιμένοντι τῇ βλασφημίᾳ. ἡ γὰρ ἀξιόλογος μετάνοια πάντα λύει τὰ ἁμαρτήματα. [1] τὸ δὲ, μήτε ἐνταῦθα

A autem obſcurius & difficilius intellectu eſt, quod, qui dixerit verbum contra Filium, remittetur ei; qui autem dixerit verbum contra Spiritum ſanctum non remittetur ei, ita ut minor videatur Filius eſſe Spiritu ſancto & Patre. Quid ergo nefarios Arianos rejicimus, qui Filium volunt eſſe inferiorem & minorem Spiritu? Cur ergo Filius dicit: [a] *Ego & Pater unum ſumus*; &, [b] *Qui non honorat Filium, non honorat & Patrem*: itemque heic ait: [c] *Quicumque dixerit verbum contra Filium, remittetur ei?* Num blaſphemia in Filium condonanda eſt Arianis, Simonianis, Sabellianis, Photinianis, ceteriſque omnibus qui blaſphemias in Chriſti incarnationem protulerunt? Apage hanc abſurditatem. Nam ſi is qui B fratri ſuo dicit, fatue, reus eſt gehennæ ignis; qualem, dic mihi, in gehennam gehennæ projicietur is qui adfirmat Deum ſuum creaturam eſſe; non Filium Dei, ſed ſervum, ſed adminiſtrum & parvum? Et ſi qui dixerit verbum contra Filium, remittetur ei; quomodo ipſe Filius dixit: [d] *Qui non manducat meam carnem, nec bibit meum ſanguinem, non habebit vitam æternam?* Aut quei, quæſo, poſſit qui ignominia adficit Filium, non blaſphemare in ſanctam Trinitatem? Qui vero in eam blaſphema dicit, is haud dubie abnegat ſanctum baptiſma; ac qui baptiſmum negat, profecto Spiritum ſanctum exuit. Et quemadmodum in ſole iſto ſenſibili, ſi calori radiiſve ejus contumeliam feceris, in totam C naturam ſolis recidit hujuſmodi contumelia; ita quoque ſe res habet in trigemino ſole Trinitatis & myſterii: contumelia in unam perſonam prolata, blaſphemia eſt in univerſam plenitudinem deitatis. Quid igitur ſibi vult dictum illud ad Judæos: [e] *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: & quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo neque in futuro?* Prudenter audiamus, & ne seducamur. Duplicem eſſe Chriſtum poſt inenarrabilem unionem, dico autem ex deitate & humanitate, ſacræ nobis clamant Scripturæ: nam [f] *Verbum caro factum eſt*. Deitatem ergo Verbi ipſe Chriſtus Spi- D ritum ſanctum appellat, quemadmodum ad Samaritanam loquutus eſt, [g] *Spiritus eſt Deus*; humanitatem vero ſuam, Filium hominis vocat: [h] *Nunc*, inquit, *glorificatus eſt Filius hominis*. Judæi igitur qui ſemper Deum offenderunt, duplicis adverſus Chriſtum blaſphemiæ rei ſunt. Quorum alii in carnem ejus, ſcilicet in Filium hominis, impingunt, prophetam, non Deum eſſe exiſtimantes: ac voracem illum & potatorem vocabant: quibus veniam dedit. Siquidem initium prædicationis erat, nondumque poterat mundus Deum illum credere, qui homo factus fuerat. Hinc Chriſtus ait: *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis*, ſcilicet contra corpus ſuum, *remittetur ei*. Auſim quoque di- E cere, neque ipſos beatos ejus diſcipulos perfectam ipſius divinitatis habuiſſe notitiam, donec Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes in ipſos illapſus eſſet. Namque etiam poſt reſurrectionem videntes eum, alii adorarunt eum, alii autem dubitaverunt; nec ideo tamen condemnati ſunt. Qui vero in Spiritum ſanctum, ſive in Chriſti deitatem blaſphema hæc dicta protulerunt: [i] *In Beelzebul principe dæmoniorum ejicit dæmonia*; iis ſane non remittetur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Obſervandum porro eſt, non dixiſſe Chriſtum, blaſphemanti ac poſtea pœnitenti remiſſionem dandam non eſſe; ſed

[a] Joan. x. 30. [b] Joan. V. 23. [c] Matth. xii. 32. [d] Joan. vi. 54. [e] Matth. xii. 31. 32. [f] Joan. I. 14. [g] Joan. iv. 24. [h] Joan. xiii. 36. [i] Luc. xi. 15.

1. Hæc ad finem uſque, quæ in editis deſiderabantur, ex manuſcriptis mutuati ſumus, & in editione Athanaſii ſeparatim ponuntur pag. 1269.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

ἀφίεσθαι τῷ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημήσαντι, μήτε ἐν τῷ μέλλοντι, τινὲς ἐξετάζοντές φασι, τέσσαρας εἶναι τρόπους δι' ὧν συγχώρησις ἁμαρτημάτων γίνεται· δύο ἐνταῦθα, καὶ δύο ἐν τῷ μέλλοντι. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐφικνεῖται ἡ μνήμη ὅλου χρόνου μνημονεύειν τὰ σφάλματα, ἵνα ἐνταῦθα μετανοήσῃ ὁ ἄνθρωπος, ᾠκονόμησε φιλανθρώπως ὁ κύριος ἡμῶν μὴ μετανοούντων τρόπους μετανοίας, ἐν μὲν τῷ μέλλοντι ὡς εἴρηται δύο· ὅταν τις ἀδιαφόρως ἀγαθοεργήσας, εἴτε εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν πρὸς τὸν πλησίον κινηθεὶς, ἢ ὅσα ἄλλα φιλανθρωπίας ἐχόμενα, ταῦτα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ζυγοστατούμενα, ἐφ' ἃ τὴν ῥοπὴν ἔχει, συγχώρησις γίνεται. καὶ οὗτος μὲν ὁ εἷς τρόπος. δεύτερος δὲ οὗτος· ὅταν ταῖς ἁμαρτίαις συνεχόμενος, ἀκούων δὲ τοῦ κυρίου λέγοντος, μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε, φοβούμενος οὐδένα κρίνει ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν βεβιωμένων, ὡς φύλαξ τῆς ἐντολῆς οὐ κρίνεται. τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ἐντολῆς οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος. οἱ δὲ ἕτεροι δύο τρόποι ἐνταῦθα τὴν συγχώρησιν ἔχουσιν, ὅταν τις ἐν ἁμαρτίαις ὢν, οἰκονομεῖται ἐκ τῆς προνοίας ἐν συμφοραῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν νόσοις· ὡς οὐκ οἶδε γὰρ διὰ τῶν τοιούτων καθαίρει αὐτὸν ὁ Θεός. καὶ εἰ μὲν εὐχαριστεῖ πειραζόμενος, τὸν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ μισθὸν λαμβάνει· εἰ δὲ ἀχαριστεῖ, δι' ἃς μὲν ἁμαρτίας παιδεύεται, ἐκ τῶν τοιούτων κρίνεται· τὴν δὲ ὑπὲρ τῆς ἀχαριστίας εἰσπράττεται ποινήν. ἐπεὶ οὖν ἅτινα εἰς ἀνθρώπους τις ἁμαρτάνει, πολλὰς ἔχει προφάσεις συγχωρήσεων· ἁμαρτάνων γάρ τις εἰς ἄνθρωπον, ἄλλον δὲ ἄνθρωπον εὖ ποιῶν, εἰς ἣν φύσιν ἥμαρτεν, αὐτῇ καὶ ἀπελογήσατο. ἡ δὲ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημία, ἔστι δὲ ἀπιστία, μὴ ἔχουσα ἑτέραν πρόφασιν συγχωρήσεως, εἰ μὴ τὸ γενέσθαι πιστὸν, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι ἀφεθήσεται τῆς ἀθεΐας καὶ ἀπιστίας ἡ ἁμαρτία.

A blasphemanti, sive in blasphemia perseveranti: siquidem condigna pœnitentia peccata omnia eluit. Quod autem dicitur, blasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro sæculo dimitti; quidam re diligentius exquisita dicunt, quatuor modis peccatorum veniam concedi; duobus heic, duobus item in futuro sæculo. Cum enim peccatorum meminisse per omne tempus non possimus, ut heic pœnitentiam quilibet agere possit; idcirco Dominus noster homines amans, nobis heic pœnitentiam non agentibus, duos, ut dictum est, in futuro pœnitentiæ modos procuravit. Cum quis scilicet bona indifferenter egerit, sive misericordia & commiseratione commotus in proximum, sive quævis alia humanitatis officia B præstiterit; ea porro in futuro sæculo, judicii tempore, in quam propendebunt partem, veniam consequentur. Et hic quidem primus est modus. Secundus vero is est, cum quis peccatis constrictus, audita Domini voce dicentis: *Nolite judicare, ut non judicemini*, de nemine judicare, examinato vitæ instituto, ausus; utpote cultor præcepti, neque ipse judicatur. Neque enim mandati sui immemor est ille veracissimus. Duobus autem aliis modis heic venia obtinetur; cum quis nimirum peccatis obnoxius, divina dispensante providentia, miseriis, ærumnis morbisque adfligitur: modo namque sibi ignoto, his a Deo purgatur. Et si quidem tentatus gratias agat, mercedem ob gratiarum actionem accipit; C sin se ingratum præbeat, de iisdem peccatis quorum caussa corripitur, iterum judicatur: insuperque debitas ingrato animo pœnas luere cogitur. Igitur peccata in homines admissa, multis possunt rationibus condonari: nam si quis in hominem peccans, de alio homine bene mereatur, is quam in naturam peccavit, eidem naturæ satisfecit. Sed blasphemia in Spiritum, (quæ infidelitas est, nullam, nisi quis fidelis efficiatur, veniam admittens) utpote impietatis & infidelitatis peccatum, neque in hoc, neque in futuro sæculo dimittetur.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

[1] Περὶ σεληνιαζομένων.

Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται καὶ κακῶς πάσχει. οἱ σεληνιαζόμενοι, οὐχ ὡς τῆς σελήνης παραιτίας γινομένης τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας· οὔτε μὴν ἡ σελήνη ἐκτίσθη εἰς κακοποιίαν, ἢ πρὸς βλάβην τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀλλ' εἰς συνέργειαν καλῶν καὶ ὠφελίμων πραγμάτων. οὖσα γὰρ κατὰ φύσιν ὑγρὰ, τοῖς σώμασι τὸν ἥδιστον ὕπνον προξενεῖ, τῆς δὲ νυκτὸς τὸ σκότος παραμυθεῖται, οὖσα γαλακτοφαής· τῷ δὲ ξηρῷ καὶ τῷ θερμῷ τῷ ἡλίῳ ἀντιταλαντεύουσα, τῇ ὑγρότητι καὶ τῇ ψυχρείᾳ πάντα τὰ φυτὰ καὶ τοὺς λειμῶνας, καὶ πᾶσαν πόαν καὶ βοτάνην, ὡς μήτηρ γνησία διὰ τῆς νυκτὸς ἐναγκαλιζομένη, ἀναζωπυρεῖ καὶ ἀναθάλλει· ὥστε ὑπὸ τὴν ἕω ὁρᾶσθαι καὶ τὰ δένδρα τοῖς φύλλοις πεπυκνωμένα, τοὺς δὲ λειμῶνας βαστάζοντας ὑπὲρ ἄνω τῶν ἀνθῶν τὸ μέλι τῆς ἐργασίας τῆς σοφῆς καὶ ἀόκνου μελίσσης, τὴν δὲ πόαν ἀγλαϊζομένην, πᾶσαν δὲ βοτάνην ηὐξημένην ἱλαρῷ προσώπῳ. ὅθεν καὶ γαλακτοφαής ἐστιν· ὅτι ὡς μήτηρ τῷ γάλακτι τρέφει τὸ νήπιον, οὕτως καὶ αὕτη τῇ πιότητι καὶ τῇ δρόσῳ μεγαλύνει τὰ σύμπαντα. οὖσα δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ, σημαίνει ἐνιαυτῶν κύκλους, μηνῶν ἐκπληρώσεις, καιρῶν καὶ χρόνων τροπὰς, τὸν προσήκοντα καιρὸν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ βεβαίου πάσχα, λεγούσης τῆς σοφίας, ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς· καὶ

ATHANASII ALEXANDRINI,


D De Lunaticis.

Domine, [a] *miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur*. Lunaticis, non luna insaniæ caussa est: neque enim luna ad malum & damnum inferendum hominibus creata est; sed ad ministerium optimis utilibusque rebus præbendum. Cum enim ex natura sua humida sit, suavissimum corporibus somnum procurat; noctis tenebras, colore lacteo ornata, demulcet: solem vero qui siccus calidusque est, æqua lance temperat, atque humore frigiditateque sua plantas omnes, prata, herbas, olera, ut mater vera in ulnis accipiens, fovet & virescere facit; ita ut sub auroræ crepusculum, vi- E dere sit arbores densis frondibus ornatas, prata in summis floribus mel, opus prudentis impigræque apis gestantia, fenum nitens, omneque herbæ genus auctum hilari facie. Unde lacteo colore est; quia veluti mater infantem lactat, sic & ipsa pinguedine & rore omnia succrescere facit. In cælo posita annorum circulos, mensium terminos, temporum tempestatumque conversiones, veri ac firmi Paschatis congruens tempus indicat, Sapientia ita loquente, [b] *A luna signum diei festi*: & quia luminare est modo minutum, modo crescens, hinc *Men* appellatur. Rem ita narrat liber Geneseos: [c] *Et di-*

[a] Matth. XVII. 14. [b] Eccli. XLIII. 7. [c] Gen. I. 14. 15.

1. Hæc nunc primo prodeunt ex cod. reg. 1993. fol. 323.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



ὅτι φωστὴρ μειούμενος καὶ αὐξούμενος, μὴν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστιν, ἡ βίβλος τῆς γενέσεως οὕτως διηγεῖται· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτω φῶς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀρχὴ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· καὶ ἔστω εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς, καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. πάντα δὲ ταῦτα ἠναγκάσθην παραγγεῖλαι τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν, ἵνα δείξω ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, μὴ εἶναι τὴν σελήνην αἰτίαν φρενοβλαβείας, ἀλλὰ τὸν κακομήχανον καὶ δόλιον διάβολον. οὗτος γὰρ ὑπάρχει ἐν κακοῖς τεχνίταις, μὴ δυνάμενος ἄλλως πως τὰ κτίσματα ἐκθειάσασθαι, ἢ καταναγκάσαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν εἰδωλοποιΐαν, ἐπιτηρεῖ τὴν νεομηνίαν τῆς σελήνης, ἢ ὅταν ἔχῃ ε. καὶ τότε ποιεῖ τὸν ἐπιληπτικὸν κράζειν, ἀφρίζειν, βάλλειν ἑαυτὸν κατὰ πυρὸς ἢ ὕδατος, ἵνα οἱ γεννήτορες αὐτοῦ, ἢ οἱ ἀδελφοὶ, ἢ οἱ προσγενεῖς ἀναγκασθήσωνται τῇ σελήνῃ προσκυνῆσαι, νομίσαντες ὅτι αὕτη ἔπεμψε τὸν δαίμονα τῷ νεανίσκῳ. ὅθεν καὶ οἱ Ἕλληνες βασίλισσαν αὐτὴν προσαγορεύουσι τοῦ οὐρανοῦ, οὖσαν δουλίδα τῆς νυκτὸς, καὶ ὑπηρετίαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· οὐ μέντοι δέσποιναν ἢ ἄρχουσαν. διὰ τοῦτο καὶ Ἰησοῦς ὁ διάδοχος Μωϋσέως ἐκέλευσεν αὐτοῖς εἰπὼν, στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼ, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλὼμ, ἕως τοὺς πέντε βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων τροπώσομαι. ὁ τοίνυν ἐπιτάσσων ἄνθρωπος τῇ σελήνῃ, πῶς οἷόν τέ ἐστι παρ' αὐτοῖς κακοποιεῖσθαι αὐτὸν ἢ δεσποτεύεσθαι; ἄπαγε οὖν ἀφ' ἑαυτῶν τὰ μηχανήματα τοῦ ἀποστάτου δράκοντος, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην καὶ δεισιδαιμονίαν.

[1] Ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁ δὲ Λουκᾶς λέγει· ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, τουτέστι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὡς προοδοποιοῦσαν εἰς τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. ἣν τινα κλεῖδα ἦραν ἀπὸ τῶν μελλόντων δι' αὐτῆς εἰσέρχεσθαι.

A *xit Deus, Fiat lux in firmamento cæli, ad lucendum super terram, & ad principatum diei & noctis: & sint in signa & in tempora & in dies & in annos: & sint in lucem in firmamento cæli ad lucendum super terram.* Hæc omnia vestræ pietati recitanda duxi, ut ex ipsis rebus atque ex Scripturis divinitus inspiratis ostenderem, lunam non esse insaniæ caussam; sed malignum dolosumque diabolum. Ipse namque inter malignos artifices annumeratur; & cum non possit alia ratione rebus conditis numinis speciem adfingere, vel homines ad idolorum fictionem compellere, observat neomeniam lunæ: & cum ad quintum diem pervenerit, tunc procurat ut epilepticus clamet, spumas efferat, se se in ignem conji- B ciat aut in aquam; ut ejus parentes aut fratres, sive consanguinei, cogantur lunam adorare, rati ipsam puero dæmonium immisisse. Quamobrem Græci reginam cæli vocant ipsam; quæ tamen famula noctis est, & humanæ naturæ ministra, non autem domina & princeps. Quare Jesus Moysis successor præcepit ipsis, his verbis: [a] *Stet sol contra Gabaon, & luna contra vallem Elom, donec quinque reges Amorrhæorum in fugam vertam.* Homo itaque qui lunæ imperat, quomodo potest ab ipsis luminaribus malo adfici, iisque subjici? Apage ergo a se machinas draconis apostatæ, ac gentilem errorem & superstitionem.

C *Quia clauditis regnum cælorum* [b]. Lucas autem ait: [c] *Quia tulistis clavem scientiæ*, id est, fidem in Christum, utpote quæ viam paret ad cognitionem veritatis & doctrinæ ipsius. Quam clavem abstulerunt ab iis qui ejus ope intraturi erant.

a Josue x. 12. *b* Matth. xxiii. 13. *c* Luc. xi. 52.

1. In edit. Athan. pag. 1270. ex Possino.

VI.

EX COMMENTARIIS S. ATHANASII

IN LUCAM.

Καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν. [1] οὐ συγγινώσκει δὲ τῷ Ζαχαρίᾳ ὁ ἄγγελος ἀπιστήσαντι, δικαίως· διότι εἶχεν ἐκεῖνος εἰς ὑπόδειγμα καὶ ἄλλας στείρας πρὸ αὐτοῦ γενομένας καὶ τεκούσας, ὡς αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν. διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. οὐκ ἁπλῶς δὲ, τὸ γεννώμενόν φησι πρὸς τὴν παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ, ἀλλ' ἐπήγαγεν καὶ τὸ, ἐκ σοῦ, ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστευθῇ. ἅγιον δὲ κληθησόμενον, οὐκ ὡς ἔνοικον ἕξοντα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθησόμενον, ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν ἅγιον, τῷ τὸν αὐτὸν υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ, καὶ ἕνα εἶναι. καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου· συγγενῆ δὲ τῆς παναγίας παρθένου τὴν Ἐλισάβετ εἶπεν ὁ ἄγγελος, εἴτε ὡς ἐξ ἑνὸς προπάτορος τοῦ Ἰακὼβ ὑπαρχούσας, εἴτε διὰ τὸ πρὸ τῆς νομοθεσίας λαβεῖν τὸν Ἀαρὼν, ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ φυλῆς ὄντα, γυναῖκα τὴν Ἐλισάβετ, θυγατέρα οὖσαν τοῦ Ἀμιναδὰμ, τὴν ἀδελφὴν Ναασσῶν, ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ὑπάρχοντος. καὶ γὰρ ἐνταῦθα συνήφθη ἡ βασιλικὴ τοῦ Ἰούδα φυλὴ,

D *Et ecce eris tacens* [a], *& non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant; pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.* Zachariæ non credenti jure non parcit Angelus; quia ille steriles alias mulieres quæ antea pepererant, in exemplum habuit, ut docent Scripturæ sacræ. [b] *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Neque solum ait Angelus ad Virginem, *quod nascetur*, ne ipsi extrinsecus inductum corpus putaretur; sed illud etiam addidit, *ex te*; ut quod nascebatur, ab ipsa naturaliter proditurum crederetur. *Sanctum* autem vocandum erat, non quasi in ipso Filius Dei habitaturus esset, atque ex participatione esset sanctificandus; sed quia utpote E Filius Dei, vere ac secundum naturam sanctus esset, atque unus. *Et ecce Elisabet cognata tua.* Cognatam autem sanctissimæ Virginis Elisabetam dixit Angelus; sive quia ex uno eodemque proavo Jacobo ortum ducebant; sive quia ante datam legem [c], Aaron qui ex tribu Levi erat, Elisabetam uxorem accepit, filiam Aminadab & sororem Naasson, ex tribu Juda orti. Siquidem heic regia tribus Juda ex qua sanctissima Virgo exorta est, sacerdotali tri-

a Luc. I. 20. *b* Ibid. V. 35. *c* Exod. vi. 23.

1. Hæc ex codice regio 2428. x. sæculi.

ἐξ ἧς ἦν ἡ παναγία παρθένος, τῇ ἱερατικῇ τοῦ Λευὶ φυλῇ, ἐξ ἧς ὑπῆρχεν ἡ Ἐλισάβετ. διὸ καὶ παραδόξως ἡ πάνσοφος τοῦ παναγίου πνεύματος ᾠκονόμησε χάρις, καὶ ταύτην τὴν Ζαχαρίου γυναῖκα Ἐλισάβετ προσαγορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ Ἀαρών· ὅπως διὰ τοῦ ὀνόματος ἐναργῶς μάθωμεν, ὡς ἐξ ἐκείνης τῆς Ἐλισάβετ ἡ πρὸς τὴν παρθένον καὶ πρὸς τὴν μητέρα τοῦ προδρόμου Ἐλισάβετ ὑπάρχει συγγένεια.

Εἰποῦσα δὲ ἡ παναγία παρθένος· ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου, τοῦτο ἐδήλωσεν· πίναξ εἰμί, φησιν, γραφόμενος ὃ βούλεται ὁ γραφεύς· γραφέτω, ποιείτω ὃ θέλει ὁ τοῦ παντὸς κύριος. δεξάμενος δὲ ὁ ἄγγελος τῆς παναγίας παρθένου τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, ἀπῆλθεν ἀπ᾽ αὐτῆς.

[1] Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. ὥσπερ γὰρ τὸ δοξάζειν τὸν Θεόν, οὐκ ἔξωθεν εὔκλειαν αὐτῷ φέρειν παρίστησιν, οὐδὲ τὸ ἁγιάζειν τὸν κύριον προστιθέναι αὐτῷ ἁγιότητα σημαίνει· οὕτω καὶ τὸ μεγαλύνειν τὸν Θεόν, οὐκ ἐπίδοσιν μεγέθους προσάγειν αὐτῷ δηλοῖ· ἀλλ᾽ ὁ μεγαλύνων αὐτόν, τοῦ μεγέθους αὐτοῦ μετοχὴν εἰς ἑαυτὸν δέχεται. ὅθεν εἴρηται· μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. ταῦτα δὲ οὐ δοκεῖ παράδοξα τῷ ἀκριβῶς ἐπισταμένῳ, ὡς ὁ Θεὸς οὐ δέχεται, ἀλλὰ χορηγεῖ τὰ ἀγαθά.

Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. ἀλλ᾽ οἷον τὸ τῆς παρθενίας χρῆμα; τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀρετὰς ἀσκῆσαι θέλων ἕκαστος, ὑπὸ τοῦ νόμου ῥυθμίζεται· ἡ δὲ παρθενία τὸν νόμον ὑπερβᾶσα, καὶ μείζονι σκοπῷ τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας ἔχουσα, γνώρισμα μέν ἐστι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, εἰκὼν δὲ τῆς τῶν ἀγγέλων καθαρότητος. πολλὰ μὲν οὖν εἰπεῖν τις ἔχοι περὶ αὐτῆς· ἵνα δὲ μὴ ἐν φανεροῖς ἐνδιατρίβω λέγων, ἓν ἀντὶ πάντων τοῦτ᾽ εἰπών, τῆς ἀρετῆς ταύτης δείξω τὸ μέγεθος. ὁ γὰρ δεσπότης τοῦ παντὸς ὁ Θεὸς λόγος, θέλοντος τοῦ πατρὸς ἀνεγεῖραι καὶ ἀνακαινίσαι τὰ πάντα, μητέρα τοῦ σώματος οὗ ἔμελλε φορεῖν οὐδεμίαν πλὴν παρθένον ἠθέλησε γενέσθαι· καὶ γέγονε· καὶ οὕτως ἡμῖν ἄνθρωπος ἐπεδήμησεν ὁ κύριος· ἵν᾽ ὥσπερ τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, οὕτω καὶ ἡ παρθενία ἐξ αὐτοῦ γένηται· καὶ δι᾽ αὐτοῦ πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἡ χάρις αὕτη δοθῇ, καὶ αὐξουσα διαμείνῃ. ὅσον τοίνυν καύχημα παρθένων ἐστὶ τοῦτο, καὶ γνώρισμα τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, ἔξεστιν ἐκ τούτου μαθεῖν· εἰ τῶν ἁγίων μαρτύρων οἱ γονεῖς εἰσι περίβλεπτοι διὰ τὴν τῶν υἱῶν ἀνδρείαν· καὶ χαίρει Σάρα τεκοῦσα τὸν Ἰσαάκ, καὶ μακάριοι ὅσοι ἔχουσιν ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ, ὥς φησιν ὁ προφήτης· πόσον ἄν τις εἴποι τὸ καύχημα τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοειδοῦς Μαρίας, ὅτι μήτηρ τοῦ λόγου κατὰ τὴν γένεσιν τῆς σαρκὸς γέγονέ τε καὶ χρηματίζει; καὶ γὰρ τὸν θεῖον τόκον τοῦτον στρατιὰ μὲν ἀγγέλων ὕμνησε· γυνὴ δὲ τὴν φωνὴν ἐπάρασα ἔλεγε· μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κυριοτόκος Μαρία καὶ ἀειπάρθενος, εἰδυῖα τὸ ἐν αὐτῇ γενόμενον ἔλεγεν· ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. ὃ δὲ γέγονε τῇ Μαρίᾳ, τοῦτο πάσαις ταῖς παρθένοις εἰς εὔκλειάν ἐστιν. αὗται γὰρ ὡς ἀπὸ ῥίζης ἐκείνης λοιπὸν κλάδοι κρέμανται παρθενικοί.

[2] Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ κυρίου· ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται· καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν

A bui Levi conjuncta est, ex qua Elisabet erat. Quamobrem admirabili prorsus modo sapientissima sanctissimi Spiritus gratia curavit, ut etiam hæc Zachariæ uxor, perinde atque illa Aaronis conjux, Elisabet vocaretur; ut vel ex nomine clare ediscerem us, cognationem Virginem inter & matrem Præcursoris Elisabetam, ex alia illa Elisabeta duci.

Cum porro dixit sanctissima Virgo: [a] *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum;* id declaravit: Tabula sum in qua quidquid scribæ placet, describitur. Scribat, pro lubito agat Dominus universi. Accepta Angelus a sanctissima Virgine fidei confessione, abscessit ab illa.

B *Magnificat anima mea Dominum* [b]. Sicut enim gloriam Deo adferre, non significat ipsi laudem aliquam & honorem extrinsecus tribuere; neque etiam Dominum sanctificare, significat illi sanctitatem addere: sic magnificare Deum, non indicat ipsi conferre magnitudinis accessionem: sed qui magnificat ipsum, magnitudinis illius participationem in se recipit. Quamobrem dictum est: *Magnificat anima mea Dominum.* Quæ sane admiranda ei non videbuntur, qui probe noverit Deum nequaquam accipere, sed largiri bona.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ [c]*; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* At qualis res est virginitas! Nam alias quidem virtu- C tes si quis exercere velit, is a lege dirigitur: at virginitas quæ legem superat, atque ad præstantiorem scopum vitæ institutum agit, indicium est futuri sæculi, atque una angelicæ puritatis imago. Multa sane de illa suppetunt dicenda; at ne manifestis in rebus moras traham, vel unum omnium instar erit, quo hujusmodi virtutis præstantiam declarem. Siquidem Deus Verbum omnium dominus, cum vellet Pater omnia erigere atque renovare, matrem corporis quod gestaturus erat, non aliam quam virginem esse voluit: quod ita factum est: atque ita Dominus ad nos homo peregrinatus est; ut quemadmodum omnia per ipsum facta sunt, ita quoque virginitas ex ipso oriretur, ac per ipsum D hominibus isthæc gratia tribueretur, atque crescendo perseveraret. Quanta porro sit isthæc virginum gloria, & quod sit illud indicium ejus deitatis, hinc edis cere licet: si sanctorum martyrum parentes ob filiorum fortitudinem conspicui sunt, si gaudet Sara Isaac enixa, & beati sunt quotquot semen habent in Sion & familiares in Jerusalem, ut ait propheta [d]; quanti æstimanda est gloria sanctæ Virginis ac divinæ Mariæ, quæ Verbi mater, secundum carnis ortum, est & vocatur? Enimvero divinum hunc partum cum Angelorum exercitus celebravit, tum mulier alta voce dixit: [e] *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti.* Immo ipsa Dominipara & semper virgo Maria, cum nosset id E quod in se gestum erat, ait: [f] *Ex hinc beatam me dicent omnes generationes.* Quod autem in Maria gestum est, id omnibus virginibus in gloriam vertit. Ipsæ namque velut ex illa radice ceu virginei pendent rami.

Et [g] *postquam impleti sunt dies purgationis eorum, secundum legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur: & ut darent ho-*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.

a Luc. I. 38. b Ibid. ℣. 46. c Ibid. ℣. 48. d Isa. xxxv. e Luc. xi. 27. f Luc. I. 48. g Luc. II. 22-24.

1. Quæ sequuntur ex codice reg. 1440. desumta, cusa sunt pag. 1270.

2. Quæ sequuntur, in eodem codice regio 2440. extant.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν. ὃς οὐχὶ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἕνεκα τοῦ εἶναι καὶ ὑφεστάναι σάρκα περιβέβληται, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ ἁγιάζειν τὴν σάρκα γέγονεν ἄνθρωπος. εἰ δὲ καὶ τὸ, παραστῆσαι αὐτὸν τῷ κυρίῳ, περὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου τις ἐκλάβοι, καὶ οὕτως ἐκπίπτει τοῦ εἰκότος. πότε γὰρ ἀπεκρύβη ὁ κύριος ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ πατρὸς, ἵνα μὴ δυνηθῇ ὑπ' αὐτοῦ ὁρᾶσθαι; ἢ ποῖος τόπος ἔξω τῆς αὐτοῦ δεσποτείας ὑπάρχει, ἵνα ἐκεῖ ὢν μὴ παρῇ τῷ πατρὶ, εἰ μὴ εἰς Ἱεροσόλυμα ἀνηνέχθη, καὶ εἰς τὸν ναὸν εἰσηνέχθη; πῶς δὲ καὶ τὰς τυπικὰς θυσίας προσέφερον, αὐτοῦ ὑπάρχοντος τῆς ἀληθείας; μήποτ' οὖν οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ταῦτα γέγραπται; ὥσπερ γὰρ Θεὸς ὢν, οὐ δι' ἑαυτὸν φύσει ἄνθρωπος ἀτρέπτως γίνεται, καὶ σαρκὶ περιτέμνεται, καὶ βαπτίζεται καὶ τ' ἄλλα· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ἵνα ἡμεῖς ἄνθρωποι ὄντες, θέσει διὰ τῆς χάριτος γενώμεθα θεοὶ, καὶ περιτμηθῶμεν πνευματικῶς, ἀλλ' οὐ νομικῶς, καὶ τὸν ῥύπον ἀπονιψώμεθα τῆς ἁμαρτίας διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ σταυρωθῶμεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀναστῶμεν τῷ Θεῷ· οὕτω κἀνθάδε τὸ περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, καὶ τὸ, παραστῆσαι αὐτὸν τῷ κυρίῳ, καὶ περὶ τῶν τυπικῶν θυσιῶν, οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς καὶ γεγένηται καὶ γέγραπται· ἵνα μάθωμεν καθαίρειν καὶ παριστάνειν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, μυστικῶς προσφέροντες αὐτῷ καὶ πνευματικῶς ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν. καὶ ἡ μὲν τρυγὼν, σωφροσύνης καὶ ἡσυχίας σύμβολον· φιλέρημον γὰρ τὸ ζῷον καὶ σωφρονέστατον· ὥστε τοῦ ἄρρενος, ἢ τοῦ θήλεος ἀποθνήσκοντος, μηδ' ἕτερον αὐτῶν ἑτέρῳ συζεύγνυσθαι· οἱ δὲ νεοσσοὶ τῶν περιστερῶν ἀκακίας καὶ πραότητος τύπος. ὅσοι τοίνυν διὰ σωφροσύνης καθαίρουσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ σαρκικῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, καὶ διὰ τῆς ἀκακίας καὶ πραότητος ἀπέχονται θυμοῦ καὶ ὀργῆς, ὄντως καλὰς θυσίας ἐπιφερόμενοι, ὀπτάνονται τῷ Θεῷ, καὶ παρίστανται εἰς Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐπουράνιον. οὐδὲν γὰρ οὕτω Θεῷ φίλον, ὡς ἀκακία καὶ σωφροσύνη. ἀμέλει τοσοῦτον ἡμᾶς εἶναι βούλεται σώφρονας, ὡς μηδὲ μέχρις ἐπιθυμίας ἐμβλέπειν γυναικί. περὶ δὲ τῆς ἀκακίας φησίν· ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ κατὰ τὴν σωματικὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ τὴν ἀκακίαν διὰ τῶν παίδων σημαίνων. πραότητος δὲ καὶ ταπεινοφροσύνης ἑαυτὸν ὑπόδειγμα τίθησι λέγων· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. εἰ δέ τις εἴποι, διατί δύο καὶ δύο προσφέρεσθαι τὰ εἰρημένα ζῷα ἐκέλευσε, καὶ τὰ μὲν τέλεια, τὰ δὲ νεοσσούς; φημὶ ὅτι τοῦ ἀνθρώπου διπλοῦ ὄντες, τουτέστιν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, διπλῆν ζητεῖ παρ' ἡμῶν ὁ Θεὸς τήν τε σωφροσύνην καὶ τὴν πραότητα. εἰ γὰρ κατὰ μὲν τὸ σῶμα ἀπέχομαι σαρκινῶν ἡδονῶν, κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν πρὸς ἐπιθυμίαν τούτων κινοῦμαι, οὐκ εἰμὶ σώφρων, ἀλλὰ μοιχός. ὁ γὰρ ἐμβλέψας φησὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ. καὶ αὖθις, ὁ κατὰ τὸ φαινόμενον δοκῶν εἶναι πρᾶος, κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν κινούμενος πρὸς θυμὸν, οὐκ ἔστιν ἄκακος, ἀλλ' ὑποκριτὴς καὶ μηνιαστὴς, ἔχων τῆς κεκρυμμένης κακίας τὸ ἐπικάλυμμα τὴν φαινομένην καὶ δοκοῦσαν εἶναι ἀκακίαν· οὓς ὁ προφήτης αἰνιττόμενος λέγει· τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. καὶ αὖθις, τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· τῷ δὲ τὰ μὲν τέλεια, τὰ δὲ νεοσσοὺς προσάγεσθαι προστάττειν, δηλοῖ τὸ, τὴν μὲν φρόνησιν καὶ σωφροσύνην τελείους ἡμᾶς δεῖ εἶναι· τῇ δὲ κακίᾳ νηπιάζειν, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος. ἀλλ' ἴδωμεν ἐπὶ τίσι καὶ ποῦ καὶ πότε εἴρηται, ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον κυρίῳ κληθήσεται, καὶ τί τοῦ νόμου τὸ αἴνιγμα.

A *stiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum*. Qui non ut esset & exsisteret aliorum hominum more, carnem induit; sed ut carnem sanctificaret, factus est homo. Quod si quis illud, *ut sisterent eum Domino*, de ipso Domino dictum excipiat, is sane a veri similitudine labitur. Quandonam enim Dominus oculis Patris absconditus fuit, ut non posset ab ipso videri? Aut quis locus extra ejus ditionem positus, ut illic degens, Patri præsens non esset, nisi Jerosolymam allatus & in templum inductus esset? Cur figuratam hostiam offerebant, cum ipse sit veritas? An forte non pro illo, sed pro nobis hæc scripta sunt? Quemadmodum enim, Deus cum sit, non sui caussa, natura homo, sine mutatione tamen, efficitur, carne circumciditur, baptizatur, &c. sed B nostri gratia, ut nos qui homines sumus, adoptione per gratiam dii efficiamur, & circumcidamur spiritualiter, non secundum legem, sordes peccati per baptismum abluamus, crucifigamur mundo, & resurgamus Deo: ita quod heic dicitur de purgatione eorum, &, *ut sisterent eum Domino*, & de figuratis hostiis, non ipsius, sed nostri caussa gesta & scripta sunt; ut discamus, quomodo nos purgare & sistere Deo debeamus, mystice ac spiritualiter offerentes ipsi par turturum, aut duos pullos columbarum. Turtur quippe temperantiæ & quietis symbolum est: nam solitudinis amans continentissimumque animal est; ita ut sive mare, sive femina de- C functis, neuter eorum alteri copuletur: pulli vero columbarum, innocentiæ & mansuetudinis typus sunt. Quotquot igitur se se per continentiam a carnalibus voluptatibus & concupiscentiis expurgant, ac per innocentiam & mansuetudinem ab ira & furore temperant, pulcras re vera hostias adferentes, Dei aspectui patent, ac in Jerusalem cælesti se sistunt. Nihil quippe ita Deo carum est, ut innocentia & continentia. Ita sane nos continentes esse expetit, ut ne quidem ad concupiscentiam usque mulierem respiciamus. De innocentia autem hæc ait: [a] *Nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli*, non corporea quidem statura; sed iis puerorum innocentiam significat. Mansuetudinis porro & humilitatis se se in exemplum proponit dicens: [b] *Discite a* D *me, quia mitis sum & humilis corde*. Quod si quis dixerit, Quare memorata animalia bina & bina offerri præcepit, & alia quidem perfecta, alia pullos vult esse? Huic reponam, cum homo ex duobus constet, anima scilicet & corpore, duplicem a nobis continentiam & mansuetudinem Deum requirere. Nam si corpore quidem a carnalibus voluptatibus abstineam, animo autem ad earum cupidinem movear; non continens, sed mœchus sum. Nam qui respexit, ait [c], ad concupiscendum, jam mœchatus est in corde. Ac rursum, qui specie quidem mansuetus esse videtur; animo autem ad iram commovetur; non innocens, sed hypocrita & iracundus est, occultæ malitiæ operimentum habens emen- E tam illam innocentiæ speciem: quod genus hominum propheta subindicat his verbis: [d] *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*. Ac rursus: [e] *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum*. Quod autem alia perfecta animalia, alios pullos postulet offerri; id significat, nos prudentia & continentia perfectos esse oportere; malitia autem infantes, ut ait Apostolus [f]. At videamus de quibus, ubi, & quando dictum sit, *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*: & quodnam sit legis ænigma.

Cetera desunt.

a Matth. XVIII. 3. b Matth. XI. 29. c Matth. V. 28. d Psal. LXI. 5. e Psal. XXVII. 3. f I. Cor. XIV. 20.

[1] ΕΙΣ τό· νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, κύριε, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. οὐκοῦν καταφρονήσωμεν τὸν θάνατον· κἂν γὰρ δειλιάσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ τεθνηξόμεθα πάντως κατὰ τοὺς ὁρισθέντας ἡμῖν παρὰ τῆς προνοίας χρόνους. βέλτιον αὐτὸν μετὰ τῆς ἀρετῆς ἐκδέχεσθαι ὡς ἀπαιτούμενον, ἢ μόνον ἀκλεῶς ἀποδοῦναι. ὁ μὲν γὰρ ἐν θεοσεβείᾳ τελευτῶν, οὐδὲ ἀποθνήσκων ἐστίν· ὁ δὲ τῷ χρόνῳ μόνον ἀπαιτούμενος ὡς ἑαυτῷ ζήσας, ἀνάγκην ἔχει τοῦ χρόνου λόγους ἀποδοῦναι, καὶ μὴ ἀποδοὺς ἀκοῦσαι, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθὰ ἐν τῇ ζωῇ σου, νῦν δὲ ὧδε ὀδυνᾶσαι. ἀνδριστέον τοίνυν, ὡς παρήγγειλεν ὁ ἀπόστολος, ὥστε νεκροῦν ἤδη τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ παρασκευαστέον εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα· ἵνα κἂν φθάσῃ τοῦ χρόνου τὸ τέλος, ἢ κληθῶμεν παρὰ τοῦ σωτῆρος, εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς· νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα. ἂν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἔλθῃ, ἵνα εὕρῃ γρηγοροῦντας ἡμᾶς, καὶ μὴ κοιμωμένους ἀπαιτήσηται λέγων· οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι; ὕπνος δὲ ψυχῆς ἐστιν ἡ ἀμέλεια, καὶ ἡ ἀμνηστία τοῦ θανάτου.

A IN illud: [a] *Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, ſecundum verbum tuum, in pace.* Mortem itaque contemnamus: licet enim reformidemus illam, nihilo minus tamen præfinitis a providentia temporibus moriemur. Præſtat enim eam, ut repetitum debitum, cum virtute excipere, quam ſine gloria oppetere. Nam qui religioſe diem obit, nequaquam moritur: qui vero de tempore ſolum requiſitus fuerit, quaſi ſibi ipſi vixerit; neceſſe eſt etiam ut temporis rationem reddat: & ſi non reddat, id audiet, [b] *Recepiſti bona in vita tua, nunc autem heic cruciaris.* Viriliter itaque agendum, ut præcepit Apoſtolus [c]; ita ut jam mortificemus membra quæ ſunt ſuper terram, atque præparanda pro exitu ſunt opeB ra noſtra; ut ſi temporis terminus accedat, aut vocemur a Salvatore, dicamus & nos, *Nunc dimittis ſervum tuum, Domine:* & ſi ipſe Dominus venerit, nos vigilantes inveniat; nec dormientes increpet his verbis: [d] *Sic non potuiſtis una hora vigilare?* Somnus porro animæ, eſt incuria & mortis oblivio.

Quæ ſequuntur ibid. pag. 1271. in ſermone majore de Fide *habes ſupra.*

[2] ΚΑΙ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς· οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ. ὅ γε μὴν δαίμων ὁ εἰπὼν, οἴδαμέν σε, οὐκ ᾔδει αὐτὸν ἀληθῶς· ἀλλὰ τοῖς ῥήμασιν ὑπεκρίνετο. καίτοι δὲ τ' ἀληθῆ λέγοντα, ἀληθῆ γὰρ ἔλεγε, σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ἐφίμου καὶ λαλεῖν ἐκώλυε, μήποτε μετὰ τῆς ἀληθείας καὶ τὴν ἰδίαν κακίαν ἐπισπείρῃ, καὶ ἵνα καὶ ἡμᾶς συνεθίσῃ μηδέποτε τοῖς τοιούτοις προσέχειν, κἂν δοκῶσι τ' ἀληθῆ λέγειν. καὶ γὰρ ἀπρεπὲς, ἔχοντας ἡμᾶς τὰς θείας γραφὰς, καὶ τὴν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐλευθερίαν, διδάσκεσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, τοῦ μὴ τηρήσαντος τὴν ἰδίαν τάξιν, ἀλλ' ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων φρονήσαντος. διὰ τοῦτο καὶ λαλοῦντα αὐτὸν τὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν λέξεις, κωλύει λέγων· τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου; οἱ μὲν οὖν πιστοὶ δύνανται παρ' αὐτῆς τε τῆς πατρικῆς φωνῆς λεγούσης, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, καὶ παρὰ τῶν προσκυνούντων αὐτὸν ἀγγέλων, καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ γραψάντων ἁγίων μαθεῖν, ὅτι αὐτὸς μόνος ἐστὶν ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ. Ἀρειανοὶ δὲ ἐπεὶ τὴν διάνοιαν οὐκ ἔχουσι καθαρὰν, οὐδὲ δύνανται θείων ἐπακούειν καὶ θεολόγων ἀνδρῶν, παρὰ γοῦν τῶν ὁμοίων αὐτοῖς δαιμόνων μαθέτωσαν, ὅτι μὴ ὡς πολλῶν ὄντων ἀνεφώνουν, ἀλλὰ τοῦτον μόνον εἰδότες ἔλεγον· σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ ὁ τὴν αἵρεσιν αὐτοῖς ὑποβαλὼν οὐκ ἔλεγε, σὺ εἶ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ὡς ὄντων καὶ ἄλλων· ἀλλὰ, σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ὡς μόνου ὄντος αὐτοῦ. καλὴ οὖν καὶ ἡ τοῦ ἄρθρου προσθήκη. εἷς γάρ ἐστιν ὁ φύσει ἅγιος, οὗ κατὰ μέθεξιν καὶ οἱ ἄλλοι ἅγιοι. οὕτω καὶ αὐτοὶ πολλάκις οἱ ἐργάται τοῦ ψεύδους ὑπὸ τῆς ἐναργείας ἀναγκαζόμενοι, μαρτυροῦσι τῇ ἀληθείᾳ καὶ μὴ βουλόμενοι. ἐπεὶ καὶ οἱ δαίμονες, οὐχὶ τῶν εὐαγγελιστῶν ἐποίουν ἔργον, ἀλλ' ἀντιβλέπειν μὴ δυνάμενοι τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ, ἐβόων· οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

[3] Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, ἀπεκρίθη αὐτῷ λέγων· μὴ φοβοῦ· μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται. πίστιν γε ἀ-


ET [e] *in ſynagoga erat homo habens ſpiritum dæmonii immundi, & exclamavit voce magna dicens: Sine, quid nobis & tibi, Jeſu Nazarene? Veniſti perdere nos. Scimus te quis ſis, Sanctus Dei.* Dæmon qui dixit, *Scimus te*, non vere ſciebat C ipſum; ſed verbis ſimulabat. Etſi autem vera loqueretur, nam vere dicebat utique, *Tu es Sanctus Dei;* ipſum tamen frenabat Dominus coercebatque ne loqueretur; ne forte una cum veritate ſuam quoque malitiam diſſeminaret; utque nos aſſueſceret, numquam illorum dictis, etſi vera loqui viderentur, fidem habere. Siquidem indecorum eſt, nos divinis Scripturis ac Servatoris libertate inſtructos, a diabolo qui proprium non ſervavit ordinem & alia pro aliis ſenſit, edoceri. Quamobrem illum, vel Scripturarum dicta proferentem, coercet dicens: [f] *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras juſtitias meas?* Poſſunt itaque fideles ab ipſa paterna voce dicente, [g] *Hic eſt filius meus dilectus*, & ab D angelis ipſum adorantibus, nec non a ſanctis qui de illo ſcripſerunt, ediſcere, ipſum ſolum eſſe Filium & Verbum Dei. Ariani vero, utpote non pura mente præditi, cum non valeant a divinis & theologis viris id audire, vel a ſimilibus ſui dæmonibus ediſcant, ipſos non quaſi multi exſiſterent; ſed unum eſſe ſcientes, dixiſſe, *Tu es Sanctus Dei*, &, *Filius Dei.* Nam qui hæreſin ipſis ſuggeſſit, non dixit, *Tu es Sanctus Dei*, quaſi alii eſſent; ſed, *Tu es ille Sanctus Dei*, quaſi ſcilicet ipſo ſolo exſiſtente. Appoſite igitur articulus additur: nam unus eſt qui natura Sanctus eſt, cujus participatione alii ſancti exſiſtunt. Ita plerumque vel ipſi mendacii artifices, ab ipſa veritatis perſpicuitate coacti, E vel inviti teſtimonium veritati ferunt. Siquidem dæmones non evangeliſtarum officium præſtabant; ſed cum veritatis lucem obtueri non valerent, clamabant: *Scimus te quis ſis, Sanctus Dei.*

[h] *Jeſus autem, his auditis, reſpondit ei dicens: Noli timere; crede tantum, & ſalva erit.* Fidem pri-

a Luc. II. 29. *b* Luc. XVI. 25. *c* Coloſſ. III. 5. *d* Marc. XIV. 37. *e* Luc. IV. 33. 34. *f* Pſal. XLIX. 16. *g* Matth. III. 17. *h* Luc. VIII. 50.

1. Hæc habentur in eodem codice: editaque primum a nobis ſunt Athan. tom. I. p. 1271.
2. Hæc in eodem cod. reg. quibus perquam ſimilia habes in Epiſtola ad epiſcopos Ægypti & Libyæ, p. 272.
3. Hæc in eodem codice.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



παντὶ πρῶτον τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτὸν ὁ κύριος, ὡς ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ λέγων· πιστεύεις ὅτι δύναμαί σοι τοῦτο ποιῆσαι; καὶ ἐπὶ τοῦ σεληνιαζομένου δέ φησιν, ὅτι ἐὰν πιστεύῃς, γίνεται. ἀπαιτεῖ δὲ τοῦτο ὁ σωτὴρ, οὐκ ἐπειδήπερ ἔχρῃζε τῆς παρ' ἑτέρου συνεργίας· αὐτὸς γὰρ καὶ τῆς πίστεως κύριος καὶ χορηγός ἐστιν· ἀλλ' ἵνα μὴ ὡς προσώποις χαριζόμενος φανῇ, ἀλλ' ὅτι τοῖς πιστεύουσιν ἐπινεύει, καὶ ἵνα μὴ χωρὶς πίστεως δέξωνται τὰς εὐεργεσίας, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ ταύτας ἀπολέσωσι. θέλει γὰρ χαριζόμενος παραμένειν τὴν χάριν, καὶ θεραπεύων, ἀδιάπτωτον εἶναι τὴν θεραπείαν. ἠσφαλίζετο γοῦν τὸν παραλυτικὸν λέγων· ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε. καὶ ὥσπερ ἄν τις ἰατρὸς εἰσιὼν πρὸς τοὺς κάμνοντας πυνθάνοιτο πρῶτον, εἰ βούλοιντο θεραπεύεσθαι, ἵνα μὴ αὐτοῦ φροντίζοντος, κἀκείνων μὴ βουλομένων, ἀνωφελὴς ἡ θεραπεία γένηται, ἐναντιουμένων τῶν καμνόντων πρὸς τὴν τοῦ ἰατροῦ τέχνην· οὕτω καὶ ὁ κύριος τῶν θεραπευομένων ἐπυνθάνετο, καὶ τοῖς πιστεύουσιν ἐχαρίζετο, ἵνα τῇ πίστει καὶ τὴν χάριν κατασχεῖν δυνηθῶσι. γνώρισμα γὰρ τῆς προαιρέσεως τῆς ψυχῆς ἡ πίστις ἐστί. καὶ νῦν οὖν φησι, μόνον πίστευε καὶ σωθήσεται.

[1] Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ, εἶπέ τις πρὸς αὐτόν· ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἂν ἀπέρχῃ κύριε. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. διὸ καὶ τὸν γραμματέα τοῦτον ἐπαγγελλόμενον ἀκολουθήσειν αὐτῷ, καὶ τῷ μὲν ῥήματι βοῶντα, τῇ δὲ διανοίᾳ μὴ σχολάζοντα, ἀλλ' ἐν ἑτέροις ἀφελκόμενον ὁρῶν ὁ κύριος, ἐδυσώπει διὰ τοῦ ἐλέγχου, καὶ οὔτε ὡς ἀποτρεπόμενος τοῦτον ἐδίωκεν, οὔτε ὡς ἀγνοῶν ἐπλανᾶτο ὑπὸ τῶν τούτου ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ ὡς εἰδὼς ἤλεγχε, καὶ ὡς παιδεύων διωρθοῦτο. μονονουχὶ γὰρ τοῦτο λέγων ἐδίδασκεν, ὡς ἄρα οὐδεὶς δύναται τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖν ἀναπαυόμενος ἐν ἀλόγοις, οὐδὲ τῶν ἀλόγων ὁ φίλος δύναται τὸν λόγον δέχεσθαι· οὐδὲ ὁ τὰ ἄλογα φανταζόμενος δύναται τοῦ λόγου μεταλαμβάνειν ἔννοιαν. ἀμέλει ἐκ τῆς τόλμης τὸ γνώρισμα τῆς προπετείας καὶ ἀπαιδευσίας ἔξεστιν αὐτοῦ καταμαθεῖν. εἰ γὰρ ἠπίστατο τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν ὅλως φαντασίαν εἰλήφει πνευματικοῦ λόγου, οὐκ ἂν ἄνθρωπος ὢν ἐξισοῦν ἑαυτὸν ἐτόλμα τῇ τοῦ σωτῆρος ἀκαταλήπτῳ δυνάμει λέγων, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. ἀκολουθεῖν μὲν γὰρ ἁπλούστερον τῷ σωτῆρι πρὸς τὸ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ἀκούειν, δυνατὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ τοῦτο κατὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν· συνεκτείνεσθαι δὲ καὶ συντρέχειν αὐτῷ πανταχοῦ, τοῦτο καὶ ἀδύνατον καὶ τολμηρὸν τῷ ἐπαγγελλομένῳ. οὔτε γὰρ ἀναπαυομένῳ αὐτῷ παρὰ τῷ πατρὶ συνεῖναι δυνάμεθα· πῶς γὰρ ἄλλης φύσεως τυγχάνοντες; οὔτε πανταχοῦ αὐτῷ ὄντι, συνδραμεῖν οἷόν τε. ὁ μὲν γὰρ ἀχώρητος, οἱ δὲ χωρητοί· καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ παντὶ καὶ ἔξω τοῦ παντός ἐστιν· οἱ δὲ ἐν τῷ παντὶ μεμετρημένην ἔχομεν τὴν σύστασιν· καὶ ὁ μὲν κύριος ἀκινήτως καὶ ἀμεταβάτως κινεῖ τὰ πανταχοῦ, καὶ τὰ ὅλα διοικεῖ· ἄνθρωποι δὲ μεταβαίνοντες ἀφ' οὗ κινούμεθα, λειπόμεθα τῇ ἀπολείψει τοῦ τόπου πρὸς τὴν ἀμετάβατον πανταχοῦ τῆς θεότητος αὐτοῦ παρουσίαν· ἀλλ' ὁ κύριος κατ' ἀμφότερα τοῦτον διορθοῦται, καὶ τὸ μὲν ἀνέτοιμον τῆς προθέσεως διελέγχει, τὴν δὲ τῆς θεότητος αὐτοῦ μεγαλειότητα παιδεύει, λέγων· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ ἑξῆς. ἴσον δὲ τούτῳ εἰπεῖν ἐστι, τὰ μὲν γενητὰ πάντα χωρητὰ τυγχάνει, καὶ τόποις διΐσταται· ὁ δὲ λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ ἀχώρητον ἔχει τὴν δύναμιν· ὥστε τοῦ μὲν λέγειν, ὅτι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ ἀκολουθήσω σου, παῦσαι. εἰ δὲ μαθητεύεσθαι θέλεις, ἀπόστα τῶν ἀλόγων, οἰκειώθητι δὲ τῷ λόγῳ· ἀδύνατον γὰρ τὸν ἀλογίᾳ συνόντα, λόγου γενέσθαι μαθητήν.


A mo postulat Dominus ab iis, qui invocant ipsum; quemadmodum a cæco his verbis: [a] *Credis quia possum hoc tibi facere?* & lunatico ait: [b] *Si credis, fiet.* Id autem Servator postulat, non quod alterius ope egeat: ipse namque fidei quoque dominus & largitor est; sed ne videatur personas accipere, utque putetur ipsum credentibus annuere, hominesque sine fide beneficia non accepturos, atque ex infidelitate eadem amissuros esse. Nam cum gratiam confert, vult gratiam permanere; & quando curat, curationem numquam cadere. Paralyticum ergo confirmabat dicens: [c] *Sanus factus es; noli amplius peccare.* Ac quemadmodum si medicus cum morbo laborantes adit, sciscitetur primum, an curari velint, B ne ipso, repugnantibus ægris, medelam adhibente, inutilis cura evadat; eodem prorsus ritu Dominus curandos interrogabat, ipsisque credentibus gratiam conferebat, ut fide gratiam retinere possent: nam voluntatis animi fides argumentum est. Sic itaque jam ait: *Crede tantum, & salva erit.*

[d] *Factum est autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris, Domine. Et dixit illi Jesus: Vulpes foveas habent, & volucres cæli domicilia: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Quamobrem hunc Scribam qui se eum sequuturum pollicebatur, verbo scilicet clamantem, ac mente nihil curantem; sed C aliis pertractum negotiis videns Dominus, argumento eum pudore suffudit: neque aversatus virum repulit, neque velut ignarus ejus dictis deceptus est; sed velut ignarus coarguebat, & quasi erudiens corrigebat. Cum hæc enim diceret, docere videbatur, neminem posse Verbum sive Rationem sequi, si in irrationabilibus quiesceret; neque irrationabilium amatorem posse Verbum sive Rationem excipere; neque irrationabilia comminiscentem, posse Rationis notitiam assequi. Ex ausu sane illius, temeritatis & inscitiæ ejus argumentum deprehendere licet. Nam si Verbi vim novisset, nequaquam sibi spiritualis Verbi commentitiam speciem effinxisset; neque, homo cum esset, incomprehensibili Servatoris D virtuti se se exæquare ausus fuisset, dicens: *Sequar te quocumque ieris.* Etenim Servatorem simpliciter sequi ad doctrinam ejus audiendam, humanæ quidem naturæ possibile est, idque ex ejus benignitate fieri potest: at cum illo una extendi ac concurrere ubique, id sane fieri nequit, & pollicentis audaciam prodit. Neque enim cum illo, in sinu Patris quiescenti una esse possumus: nam quei id præstare possimus, cum alterius naturæ simus? Neque cum illo qui ubique est, concurrere valemus. Nam ille quidem a nullo continetur, nos continemur: ille in universo & extra universum est, nos vero in universo dimensam habemus constitutionem: ille, Dominus scilicet, immobili & immutabili modo E omnia movet, universa administrat; nos vero homines, transeuntes a loco unde amovemur, sane impares sumus, relicto loco, qui præsentiæ deitatis ipsius ubique exsistenti & immobili exæquemur. Sed Dominus de utraque re corrigit illum, atque imparatum inconsultumque propositum arguit: magnitudinemque deitatis suæ docet, dicens: *Vulpes foveas habent*, & cetera. Fortasse vero his significatur, opificia omnia contineri loco, & loco dissita esse: at Verbum Dei virtutem habere, quæ a nullo continetur; ita ut a tali dicto, *Sequar te quocumque ieris*, abstinendum sit. Quod si erudiri velis, ab irrationabilibus absiste, & Rationi seu Verbo te applica: nam fieri nequit ut qui cum *irrationabilitate* degit, Verbi sive Rationis discipulus evadat.

a Matth. ix. 28. *b* Marc. ix. 22. *c* Joan. V. 14. *d* Luc. ix. 57. 58.

1. In eodem codice.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
362.



[1] Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ; ὁμοία ἐστὶ A ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. τοῦτο οὖν σκόπει πᾶς τις, ὁ τοῖς ῥηθεῖσιν ἀμφισβητῶν, ὅπερ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων ὁ μικρὰν ζύμην ἀρετῆς κτησάμενος, μὴ πεφθακὼς δὲ ταύτην ἀρτοποιῆσαι· ἀλλὰ βουληθεὶς μὲν, μὴ δυνηθεὶς δὲ τοῦτο, ἢ ῥαθυμίας ἢ ἀμελείας ἢ ἀναυδείας ἕνεκα, καὶ τῆς ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἀναβολῆς· ἐπιφθασθεὶς δὲ καὶ θερισθεὶς παρ' ἐλπίδα, οὗτος οὐκ ἐπιλησθήσεται παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ· ἀλλ' ἐγερεῖ αὐτῷ μετὰ θάνατον τοὺς οἰκείους, καὶ τούτων τὰς γνώμας ἰθυνεῖ, καὶ τὰς καρδίας ἑλκύσει, καὶ τὰς ψυχὰς ἐπικάμψει, καὶ πρὸς ἀρωγὴν καὶ βοήθειαν τούτου ἀπελεύσουσι κινηθέντες. ὅθεν καὶ ἁψαμένου τοῦ δεσπότου τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ἀναπληρώσουσι τοῦ οἰχομένου τὰ ὑστερήματα. ὁ δέ γε βίον πονηρὸν κεκτημένος ὅλον ἀκάνθαις, πλήρη τε ὑλῶν ὄντα τῶν ἀκαθάρτων, ὃς οὐδέποτε ἐν συνειδήσει ἦλθεν, ἀλλ' ἀδεῶς καὶ ἀδιαφόρως ταῖς τῶν ἡδονῶν ἐνέκειτο δυσωδίαις, πράττων ἁπάσας τὰς τῆς σαρκὸς ὀρέξεις, καὶ μηδὲν ὅλως περὶ ψυχῆς φροντίζων, ἔχων τε τὸ φρόνημα σαρκικὸν ἅπαν· εἶθ' οὕτως φθασθεὶς, ἐκδημήσει τοῦ βίου, τούτῳ παντελῶς οὐδεὶς ὀρέξει χεῖρα· ἀλλ' οὕτω πάντα τὰ κατ' αὐτὸν διαπραχθήσεται, ὡς μήτε ὑπὸ συνεύνου, ἢ τέκνων, ἢ ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ φίλων ἐπικουρηθῆναι τὸ σύνολον, ὅτι μηδὲ ἔνει Θεὸς ἐν μέτρῳ τούτου. C

[a] *Cui simile æstimabo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentatum est totum.* Hoc itaque perpende quisquis de dictis hujusmodi ambigis, quemlibet hominem qui parvum virtutis fermentum possidet, quique ad panem ex eo conficiendum nondum usus est: & tamen id voluit; sed segnitiei, incuriæ, ignaviæ aut procrastinationis ergo non potuit, interceptum ac demessum quo tempore non exspectabat, apud justum judicem non venturum in oblivionem: sed (Deus) post ejus interitum familiares & cognatos ejus excitabit, eorum mentem diriget, corda pertrahet, animas flectet: atque ii B ad opem & auxilium ipsi ferendum accedent. Quare iidem, movente Domino corda ipsorum, quæ defuncto deerant supplebunt. Qui autem improbe versatus in vita est, in spinis prorsus convolutus atque impura materia plenus, qui numquam in conscientiam ingressus est suam; sed absque metu & indifferenter voluptatum fœtoribus incubuit, omnes carnis concupiscentias exsequens, nihil prorsus de anima cogitans, sed corporearum solummodo rerum sensu adfectus; cum deinceps interceptus e vita migraverit, ipsi nullus omnino porriget manum: atque ita cum ipso agetur, ut neque ab uxore, neque a filiis, vel a fratribus, aut a cognatis & amicis juvetur: neque Deus illum ullatenus curabit.

VII.

Ex codice Ambros. 600. ann.

Τῦ ἁγίυ Ἀθανασίυ ἀρχιεπισκόπυ Ἀλεξανδρείας, ὑπόθεσις εἰς τὺς ψαλμύς.

ΕΝ τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν, ἄνευ τῆς τῦ ἀριθμῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν οἱ πάντες καὶ διαφόρως· οἱ μέν εἰσι συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. αὐτίκα γοῦν ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν συνημμένοι, καὶ πάλιν, ὁ ἔννατος συνημμένος παρ' ἡμῖν, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῶν ψαλμῶν βίβλος εἰς μέρη πέντε διῄρηται. D παρατηρητέον δὲ, ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν ψαλμῶν σύγκειται τάξις· ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολλοῖς τοῖς χρόνοις, ὡς ἡ βίβλος τῶν βασιλειῶν δηλοῖ. πολλῆς γὰρ εἰδωλολατρείας κατακρατησάσης τῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνυς, λήθην αὐτοὺς πεποιῆσθαι τῶν πατρικῶν γραφῶν, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι βίβλον τῦ Μωσέως νόμυ, μηδὲ μίαν τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας τι σώζεσθαι παρ' αὐτοῖς. ὅτε γῦν καὶ τὺς προφήτας ἀνῄρουν, διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας, καὶ τύτων ἕνεκα τὸ πρῶτον τῇ τῶν Ἀσσυρίων παρεδόθησαν αἰχμαλωσίᾳ· μετὰ δὲ ταῦτα, τινὰ τῶν προφητῶν περὶ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν ἐσπυδακότα, μετά γε τῶν λοιπῶν καὶ τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν συναγηοχέναι· οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τὺς πάντας, E ἀλλὰ κατὰ διαφόρυς χρόνυς· καταττάτειν δὲ ἐν πρώτοις, τοὺς πρώτυς εὑρισκομένυς· διὸ μηδὲ τῦ Δαυὶδ ἐφεξῆς εὑρίσκεσθαι τὺς πάντας· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τῦ Ἀσὰφ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Μωσέως, Αἰθάμ τε τοῦ Ἰσραηλίτυ, καὶ πάλιν τοῦ Δαυὶδ εὑρίσκεσθαι ἀναμὶξ ἐν τῇ βίβλῳ τεταγμένους, οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνυς, ἀλλὰ καθ' ὓς ηὕραντο. τὸ δ' αὐτὸ εὕροις γεγενημένον καὶ ἐν ταῖς τῶν προφητῶν περικοπαῖς.

Τοὺς δὲ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ δωδέκατον ἀνεπιγρά-

SANCTI ATHANASII *archiepiscopi Alexandrini, Argumentum in Psalmos.*


IN Hebraico libro Psalmorum, sine numeri additione omnes Psalmi inscripti sunt, atque variis modis. Alii quidem una juncti, alii divisi sunt. Statim quippe ab initio primus & secundus in textu Hebraico copulantur; contra vero nonus qui apud nos conjunctus est, in Hebraico textu dividitur in duos. Totus porro Psalmorum liber in quinque partes distributus est. Observandum est autem ordinem Psalmorum, nequaquam historiæ & temporum seriem & rationem tenere: verum in multis mutari temporum ordinem, ut commonstrat liber Regnorum. Cum enim Judaicus populus idolorum cultui admodum addictus esset, in summam paternarum Scripturarum oblivionem venerunt, usque adeo ut ne Mosaicæ quidem legis liber compareret; nec quidpiam paternæ pietatis penes ipsos reliquum esset. Cum itaque prophetas interemissent, quod eorum impietates coarguerent; ac propterea in manus Assyriorum traditi, in captivitatem abducti fuissent: sub hæc quidam Propheta qui Synagogam eorum strenue curabat, cum aliis Scripturis librum quoque Psalmorum collegit: non quod simul unoque tempore Psalmos omnes repererit, sed diversis temporibus; ac primos ordine posuit eos qui primi reperti fuerant: quo factum est ut ne omnes quidem ipsius Davidis Psalmi ordine ponantur, atque Psalmi filiorum Core, & Asaph & Salomonis, Mosis quoque, Ætham Israelitæ, Æman, rursumque Davidis permixtim positi in libro occurrant; non quo tempore editi, sed quo inventi fuere: quod ipsum in Prophetarum periodis & clausulis reperias.

Qui Psalmi vero post primum & duodecimum

[a] Luc. XIII. 20. 21.

1. Ex codice reg. 1995. XIII. sæculi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



φους ψαλμοὺς, καὶ τοὺς ἐπιγραφὴν ἔχοντας, οὐ δηλοῦντας τίνος εἰσὶν, ἐκείνων εἶναι παῖδες Ἑβραίων φασὶν, ὧν τοὔνομα φέρεται ἐν ταῖς τῶν ἀνεπιγράφων προτεταγμένοις. τὸν δὲ πρῶτον καὶ δεύτερον ἕνα ὄντας ἄμφω, τοῦ Δαυὶδ ὑπάρχειν ἡγοῦμαι, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῶν ψαλμῶν ἐφεξῆς αὐτοῦ εἶναι. ἀπὸ γοῦν τοῦ τρίτου μέχρι τοῦ μ'. τοῦ Δαυὶδ ἐπιγράφονται οἱ πάντες, διό μοι δοκοῦσιν ὑπάρχειν τοῦ αὐτοῦ ὅ, τε πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος. πιστοῦται δὲ λόγον ἡ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων βίβλος, ἐν ᾗ εἴρηται· δέσποτα σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. * ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου στόματος παιδός σου Δαυὶδ εἰπών· ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; σαφῶς γὰρ διὰ τούτων τὸν β'. ψαλμὸν τοῦ Δαυὶδ ἔφησεν εἶναι. ἀποσεσιωπῆσθαι δὲ εἰκὸς ἐπ' αὐτὸν τὴν τοῦ Δαυὶδ προγραφὴν, διὰ τὸ γυμνὴν ἔχειν περὶ τοῦ κυρίου προφητείαν, ἐν ᾗ εἴρηται, κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. οἷς ἀκολούθως ἐπιλέγει ἐξ αὐτοῦ τοῦ προσώπου τοῦ χριστοῦ, τό· κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ. φέρονται τοίνυν ψαλμοὶ οἱ πάντες ρν'. τινὲς δὲ νομίζουσι τοὺς πάντας εἶναι τοῦ μακαρίου Δαυίδ· οὐ σημαίνεται δὲ τοῦτο. οἱ μὲν γὰρ πάντες ἀναφέρονται τοῦ Δαυίδ· ἐν δὲ ταῖς ἐπιγραφαῖς δείκνυται τίνος ψαλμὸς γεγένηται. τέσσαρες γὰρ ἄρχοντες ᾠδῶν ἐξελέγησαν, σπη' ἀκόλουθοι. τῶν οὖν τεσσάρων ἀρχόντων παράκεινται ψαλμοὶ, ὡς καὶ αἱ ἐπιγραφαὶ διδάσκουσιν. ὁπόταν γὰρ λέγῃ· ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἰμάν· αὐτοὶ ψάλλουσιν οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἰμάν. ὅταν εἴπῃ, ψαλμὸς τοῦ Ἀσὰφ, αὐτὸς εἶπεν ὁ Ἀσάφ· ὅταν εἴπῃ, ψαλμὸς τοῦ Ἰδιθοὺμ, αὐτὸς ψάλλει Ἰδιθούμ· ὁπόταν εἴπῃ, τοῦ Δαυὶδ, αὐτὸς λέγων ἦν Δαυίδ· ἐπὰν δὲ λέγῃ, τῷ Δαυὶδ, ὑφ' ἑτέρων λέγεται εἰς τὸν Δαυίδ· εἰσὶ μὲν οἱ πάντες ρν'. ὧν οβ'. εἰσὶ τοῦ Δαυίδ· θ'. δὲ τῷ Δαυὶδ, ιβ'. τοῦ Ἀσὰφ, ιβ'. τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἷς τοῦ Ἰδιθοὺμ, εἷς τοῦ Αἰθὰμ, εἷς τοῦ Αἰμὰν, εἷς τοῦ Σαλομὼν, δύο Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, ἀνεπίγραφοι λθ'. καὶ εἷς Μωσέως· πάντες ρν'.

Δεῖ τοίνυν θεωρῆσαι τὸ μυστήριον, τίνι λόγῳ διαφόρων ᾠδῶν ὑπαρχόντων, καὶ μὴ πάντων τῶν ψαλμῶν ὄντων Δαυὶδ, ἀναφέρεται εἰς τὸν Δαυίδ. καὶ τοῦτο οὐ παραδραμούμεθα. τούτου γὰρ χάριν ἐπεγράφη, ἐπεὶ αὐτὸς αἴτιος γεγένηται τοῦ εἶναι ταῦτα· αὐτὸς γὰρ ἐξέλεξε τοὺς ᾠδούς. αὐτὸς τοίνυν αἴτιος γενόμενος, ἠξιώθη τῆς τιμῆς ταύτης· ἵνα πάντες ὅσα εἶπαν οἱ ᾠδοὶ, εἰς τὸν Δαυὶδ καταλογισθῇ.

Ὅτι προφήτης ὑπάρχων ὁ Δαυὶδ, καὶ ἀνεῳγμένους ἔχων τοὺς ἔνδον ὀφθαλμοὺς, καὶ εἰδὼς ὅτι χαίρουσι τῇ πτώσει τῶν ἀνθρώπων τὰ πονηρὰ πνεύματα, καὶ πάλιν ἀντιλυποῦνται ἡττωμένα ἐπὶ τῇ διορθώσει τῶν ἀνθρώπων, πάντως ὅτι νοητῶς τὰς κατ' αὐτῶν προσευχὰς ἐποιεῖτο, ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν πρὸς αὐτὰ μεταβαλλόμενος. εἰ γὰρ μὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκλάβωμεν τὸν σκοπὸν τῶν προφητῶν, οὐ μόνον οὐδεμίαν οἰκοδομὴν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρημένων πρὸς κτῆσιν πρᾳότητος ἕξομεν· ἀλλὰ καὶ σκληράν τινα καὶ ἐναντίαν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας διάθεσιν ἀναληψόμεθα, ἐκ τοῦ κατεύχεσθαι συχνῶς τῶν ἐχθρῶν, καὶ μὴ ἀγαπᾷν· μυριοντάκις λέγοντος τοῦ Δαυὶδ, αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, καὶ μὴ αἰσχυνθείην ἐγώ. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν πεισθείημεν οὕτως εἰρηκέναι ἄνδρας προφήτας καὶ φίλους Θεοῦ, εἰ μὴ τῷ προειρημένῳ τρόπῳ. οὕτω γὰρ

A consequuntur sine titulo, nec non ii quibus titulus quidem præmittitur, nec tamen indicatur quo sint auctore editi, eorum esse dicunt Hebræi, quorum nomen scribitur in Psalmis qui titulo vacuos antecedunt. Æstimo autem primum & secundum qui unum constituunt psalmum, Davidis esse; quia quotquot in prima parte subsequuntur, ipsius sunt. A tertio enim ad quadragesimum omnes Davidis inscribuntur; quamobrem mihi ad ipsum videntur pertinere primus atque secundus. Quam sententiam confirmat liber Actuum Apostolorum, in quo dicitur: [a] *Domine tu fecisti cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. (Deus) patrum nostrorum qui dixisti per Spiritum sanctum per os David pueri tui:* B *Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania?* His enim perspicue dixit, Psalmum secundum Davidis esse. Verisimile autem est, ideo titulum, Davidis, omissum fuisse in eo psalmo, quia nudam & apertam complectitur prophetiam de Domino, qua dicitur: *Adversus Dominum & adversus Christum ejus.* Quibus consequenter adjicit ex ipsa Christi persona: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu.* Omnes itaque Psalmi, centum quinquaginta feruntur. Quidam porro arbitrantur omnes beati Davidis esse: neque tamen id aliqua nota significatur. Et verum quidem est universos Davidi adscribi; at in titulis indicatur quo auctore quisque Psalmus editus sit. Nam quatuor canticorum principes, ministri vero C ducenti octoginta octo, electi fuere. Horum quatuor principum psalmi aliquot circumferuntur, ut vel ipsis docetur titulis. Quando enim dicit: *Psalmus filiis Core, Æthan, Asaph & Æman*; ab ipsis Æthan, Asaph, Æman, filiis Core psallitur. Cum dicit, *Psalmus Asaph*; ipse Asaph recitavit; cum dicit, *Psalmus Idithum*, ipse Idithum psallit: ubi dicit, *Davidis*, ipse David est qui pronuntiavit. Cum autem dicit, *Davidi*, ab aliis recitatur Psalmus in Davidem. Sunt quidem omnes centum quinquaginta, quorum septuaginta duo Davidis sunt, novem Davidi, duodecim Asaphi, duodecim filiis Core, unus Idithum, unus Ætham, unus Æman, unus Salomonis, duo Aggæi & Zachariæ; sine titulo tri- D ginta novem, unusque Mosis: omnes centum quinquaginta.

Animadvertendum itaque mysterium: quæ scilicet caussa sit cur, cum diversi sint cantores, neque omnes psalmi Davidis sint; psalterium tamen ad Davidem referatur: hæc ne silentio prætermittamus. Ideo sic inscriptum fuit, quia ipse David in caussa fuit cur istæc ederentur: ipse namque cantores elegit. Is igitur qui caussa fuit, tanto honore dignatus est, ut quæcumque cantores dixerint, quasi Davidis reputentur esse.

Cum propheta esset David, atque interioribus apertis oculis probe nosset malignos spiritus gaudere de lapsu hominum, & contra dolere quasi victos de E eorumdem resipiscentia & emendatione; intelligibili ac spirituali modo orationes adversum illos emittebat, ex iis hostibus qui sub adspectum cadunt assumta metaphora. Nisi enim hac ratione prophetarum scopum interpretemur, non modo nullam animæ utilitatem ex eorum dictis, ad mansuetudinem adipiscendam, percipiemus; verum etiam in asperam quamdam atque evangelicæ doctrinæ adversam animi duritiem ex frequentibus adversus inimicos precibus delabemur, tantum abest ut diligamus illos. Nam sexcenties ait David: *Confundantur & pudore adficiantur omnes inimici mei; & non confundar ego.* Similia enim ne credamus dixisse viros prophetas & amicos Dei, alio quam superius a nobis explicato mo-

[a] Act. IV. 24. 25.


χρὴ νοεῖν τὸν φιλόπονον, ἔνθα ἂν ἐπαρώμενον εὕροι τὸν προφήτην, ἐπὶ τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μεταβάλλοντα. λοιπὸν δὴ καταχολάζεσθαι τὸν ἀσκητὴν παντὸς ῥήματος τὴν κατανόησιν.

A re. Atque ita intelligat oportet vir quisque sedulus ac studiosus, sicubi imprecantem Prophetam inveniat, ab hostibus qui sub sensum cadunt ad intelligibiles inimicos factam translationem. Demum vacare oportet ascetam singulorum verborum intelligentiæ.

VIII.

SUPPLEMENTA COMMENTARII S. ATHANASII IN PSALMOS.

Ex codice Ambrosiano num. 451. *qui a Scorialensi antiquiore exscriptus fuit.*



Supplementa in Psalmum I.

Pag. 1009. a *l.* 5. *editionis nostræ Athanasii post vocem* ἠλικιότας, *Argumento adde:*

Μακαρίους δὲ καλεῖ τοὺς μὴ πορευθέντας ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, μήτε μὴν στάντας ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, μήτε ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν καθεστηκότας. τρία γὰρ ἦν τὰ τάγματα παρὰ Ἰουδαίοις κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπαναστάντα, γραμματεῖς, Φαρισαῖοι καὶ νομικοί· οἳ καὶ κληθεῖεν εἰκότως ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ λοιμοί. ὁδὸς μὲν ὁ βίος εἴρηται, διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος τῶν γεννωμένων ἔπαξιν.

B Beatos autem vocat eos qui non abeunt in concilium impiorum, neque stant in via peccatorum, neque sedent in cathedra pestilentium. Nam tres ordines apud Judæos erant contra Salvatorem insurgentes, Scribæ scilicet, Pharisæi & Legisperiti; qui jure atque merito impii, peccatores & pestilentes nuncupentur. Via dicitur hæc vita, quia ii qui nascuntur, ad finem pergunt.

Ibidem b *9. post illud,* τοῦ κυρίου, *adde:*

Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. τῷ νόμῳ, τῷ ἀγγελικῷ δηλονότι. τὸ σύντονον δηλοῖ· οὐ γὰρ ἠμελημένως δεῖ μελετᾶν τὸν νόμον τοῦ κυρίου. οὐ γάρ ποτε δεῖ μὲν μελετᾶν, ποτὲ δὲ οὔ· ἀλλ' ἀεὶ καὶ διαπαντὸς τοῖς θείοις λογίοις προσηλῶσθαι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ἡμέρας καὶ νυκτός. καλὸς τοῦ κατορθώματος ὁ μισθός· ὁ γὰρ τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ, καὶ τοῖς ἐκ τούτου νάμασιν ἀρδευόμενος. καὶ ὕδωρ καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἀνεκάλεσεν εἰπών, εἴ τις διψᾷ ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. τῷ παρ' ὕδασιν δένδρῳ ἀπείκασται ἀεὶ τεθηλότι, ἀεὶ βρίθοντι τοῖς ὡραίοις. οἱ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ, τοὺς μὲν τῶν πόνων καρποὺς κατὰ τὸ μέλλον κομίσονται· οἷον δέ τισι φύλλοις κἀνταῦθα τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι κατασκιάζονται, καὶ κλέπτουσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα. τῷ τοιούτῳ πάντα εὐοδωθήσεται. οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις διενεργήσει, τῷ τοῦ νόμου βουλήματι συναρμόττων τὸ θέλημα, πρότερον ἅπαντα τῆς κακίας ἀπαγορεύσας τὰ εἴδη· καὶ τῶν θείων νόμων ὑποδείξας τὴν τελειότητα, οὕτως επήγαγε, πάντα ὅσα ἂν ποιῇ.

Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte. In lege, angelica videlicet. C Contentionem significat ac diligentiam: non enim remisse ac negligenter oportet legem Domini meditari. Neque modo meditandum, modo supersedendum meditatione; sed semper & assidue divinis oraculis se se addicere opus est: id enim significatur hoc dicto, *die ac nocte*. Bona est merces boni operis: qui enim divinæ vacat legi, ejus fluentis irrigatur. Christus quoque doctrinam suam vocavit aquam, cum ait: [a] *Si quis sitit, veniat ad me & bibat*. Ligno ad aquas posito comparatus est, quod semper floret, semper fructibus tempestivis onustum est. Nam virtutis athletæ laborum quidem fructus in futuro reportant, & ceu quibusdam foliis inde emissis, spe bona adumbrantur, laborumque gravitatem hujusmodi recreatione suffurantur. Tali viro omnia semper prospere D vertent. Nihil enim divinis legibus adversarium admittet, qui voluntati legis suam accommodat voluntatem: quia a principio ille omnes malitiæ species eliminavit; & declarata divinarum legum perfectione, ita infert: *Omnia quæcumque faciet*.

Ibid. c *ult. post illud,* κηρυσσόμενον.

Ξύλον ζωῆς ὁ Χριστὸς, κλάδοι οἱ ἀπόστολοι, καρπὸς αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς· ὧν τὸ μὲν εἰς ὑποτύπωσιν μαρτυρίου, τὸ δὲ, βαπτίσματος· φύλλα οἱ λόγοι· καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν ὀρθὴν πίστιν· φύλλα δὲ αὐτοῦ, τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν· καρπὸς καὶ οἱ σωζόμενοι· ῥίζα, τὸ βάπτισμα· γεωργὸς, ὁ πατήρ.

Lignum vitæ Christus, rami Apostoli; fructus, sanguis & aqua ex latere fluens: quorum ille quidem in formam & exemplum martyrii; illa autem, baptismatis. Folia sunt sermones: fructum ligni intelligas esse rectam fidem; folia item ipsius, præceptorum E observationem: fructus etiam sunt ii qui salutem consequuntur; radix baptisma; agricola, pater.

Ibid. v. 5. post illud, ἀνωφελὴς, *subditur:*

Καιρὸς τοῦ διδόναι ἡ τοῦ λαμβάνοντος ἐπιτηδειότης ἐστί.


Tempus dandi, accipientis opportunitas est.

[a] Joan. VII. 37.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
362.

In Psalmum II.

Pag. 1010. *Argumentum Psal.* 2. *post illud*, μέτοχοι, *sic prosequitur codex:*



ΜΝήμην τῶν ἀσεβῶν συμπεράνας τὸν πρῶτον ψαλ- A
μόν· ἐκ ταύτης πάλιν τοῦ β'. τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, διδάσκων ὅτι τὸ προειρημένον τῶν ἀσεβῶν τέλος καὶ τοὺς κατὰ τοῦ σωτῆρος λυττήσαντας ὑποδέξεται.

POstquam primum psalmum per impiorum memoriam concluserat, eorumdem mentione secundum iniit psalmum, docens supra memoratum impiorum finem eos qui furore in Salvatorem acti sunt, excepturum.

Ibid. c. 7. ad primum versum post illud, τοῦ γένους,

Τίς, φησιν, ἡ αἰτία τοσούτου μίσους εἰς τ' αὐτὸ συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; τὸ γὰρ, ἐφρύαξαν, κατὰ τοσοῦτο ὑπερηφανεύσαντο, σημαίνει, τὸ μετ' ἐπάρσεως καὶ μεγαλαυχίας τινὸς ταράσσεσθαι καὶ θορυβεῖσθαι. μετενεχθὲν ἀπὸ τῆς ἀλόγου τῶν ἵππων ὁρμῆς, ἐπ' οὐδενὶ τῶν δεόντων· ὃ συνέβη τοῖς B
Ἰουδαίοις ἐπὶ Χριστοῦ. τί τὸ αἴτιον εἰς ταυτὸν συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; εἴτε γὰρ τοὺς Ἰσραηλίτας φησὶ ἔθνη καὶ λαοὺς, εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώδην καὶ Πίλατον ὡς ἐθνικοὺς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους·

Quæ, ait, caussa tanti odii, ut in unum concurrant gentes & populi? Illud enim, *fremuerunt*, significat, tantum superbierunt; quod est cum tumore & arrogantia turbas movere & tumultuari. Translatusque est hic loquendi modus a bruto equorum impetu, nullum decorem servante, quod Judæis contigit adversus Christum insurgentibus. Quæ caussa est quod in unum concurrant gentes & populi? forte etiam Israelitas vocat gentes & populos, sive Herodem & Pilatum quasi ethnicos, Judæos ut populos memorat.

Ibid. in illud, παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, *Adstiterunt reges terræ:*

Τὸ παρέστησαν, ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἐφώρμησαν βασιλεῖς Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πίλατος. οὕτως καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐν ταῖς πράξεσιν ἡρμήνευσαν.

Adstiterunt, ac si diceret, se se suopte consilio ad id negotii destinarunt reges, Herodes nempe & Pontius Pilatus. Ita sancti Apostoli in Actibus interpretati sunt.

Ibid. ad v. 3. post φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι·

Τὸν ζυγὸν αὐτῶν· ἡ γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλὴν καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν πατέρα. εἰ γὰρ ὁ πατὴρ C
ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, πῶς οὐκ ἂν μία τις εἴη ἡ εἰς αὐτοὺς ὕβρις;

Jugum ipsorum: nam insidiæ contra Christum ad ipsum recurrunt Patrem. Si namque Pater in Filio, & Filius in Patre est, quomodo non una fuerit iis illata contumelia?

Ibidem ad finem versus quarti adjice:

Καταγελάσει, ἀντὶ τοῦ, μισήσει καὶ ἀποστραφήσεται. ἀλλ' ὁ τῶν ἐπιβουλευόντων, φησὶν, ὑψηλότερος καταγελάσει, ἤτοι γέλωτα τὴν ἐκείνων ἐπιβουλὴν ἀποφανεῖ, ὡς ἀνοήτοις ἐπιχειρούντων. καὶ γὰρ μυκτηρισμός ἐστι πνεῦμα διὰ ῥινῶν ἀφιέμενον εἰς ἐξουδένωσιν τῶν μεγάλα φρυαττομένων· καὶ τὸ μετὰ τῶν προθέσεων δὲ ταῦτα εἰρῆσθαι ἐπιτατικώτερον ἔχει τὸν γέλωτα. καὶ οὐ μόνον φησὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πειραθήσονται.

Irridebit, ac si diceret, odio habebit, aversabitur. Sed qui insidiatoribus, inquit, excelsior est, irridebit eos, sive risu dignas eorum insidias declarabit, utpote qui stulto negotio manum admoverint. Nam subsannatio est flatus per nares emissus, ad despectum eorum qui ingentem fremitum edunt. Quod autem præpositis superioribus hæc dicantur, ampliorem præbent risus materiam. Neque id solummodo, inquit, sed iram experturi sunt.

Ad Psal. 2. v. 5. p. 1011. post hæc verba: τοῖς νομικοῖς, *hæc leguntur.*

Στρατιὰ γὰρ αὐτοὺς Ῥωμαϊκὴ ἐξηνδραποδίσατο. D
διαφέρει δὲ θυμὸς ὀργῆς, τῷ θυμὸν μὲν εἶναι ὀργὴν ἀναθυμιωμένην, καὶ ἔτι ἐκκαιομένην· ὀργὴν δὲ, ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. ἀτελέστερος οὖν τῆς ὀργῆς ὁ θυμὸς, ἀποτέλεσμά τε ἡ ὀργή. καὶ τοιούτων δὲ τῶν ῥημάτων τὴν ἑρμηνείαν διδάσκει τὸ τέλος τῶν πραγμάτων. στρατιὰ γὰρ αὐτοῖς ἐπιστᾶσα Ῥωμαϊκὴ, τήν τε πόλιν ἐπόρθησε καὶ ἐνέπρησε τὸν νεὼν, καὶ αὐτῶν τοὺς μὲν πλείστους θανάτῳ παρέπεμψεν· τοὺς δὲ τὴν σφαγὴν ἐκφυγόντας ἐξανδραποδίσασα, δουλείᾳ παρέδωκεν. ἐπιστῆσαι δὲ προσήκει τὸν πιστὸν ὡς δύο προσώπων ἐφεξῆς μέμνηται· καὶ πρῶτον μὲν κυρίου τοῦ Χριστοῦ· κατὰ τοῦ κυρίου γὰρ ἔφη, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· εἶτα κατοικοῦντος ἐν οὐρανοῖς καὶ κυρίου· ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς· καὶ αὖθις δὲ τὸ αὐτὸ διετήρησε σχῆμα.

Nam Romanus exercitus in captivitatem illos abduxit. Furor autem ab ira differt, quod furor sit velut ira ebulliens & adhuc accensa; ira autem, appetitus vindictæ. Imperfectior itaque furor est, quam ira: estque ira ceu complementum. Verborumque hujusmodi interpretationem palam facit vel ipse rerum exitus. Exercitus namque Romanorum ipsos invadens urbem vastavit, atque templum incendit, & magnam partem ipsorum internecione delevit: illos autem qui mortem effugerunt, captos servituti tradidit. Animadvertat velim quisque vir fidelis, quod quasi duarum personarum mentionem deinceps faciat; primo quidem Domini Christi: siquidem, *adversus Dominum*, inquit, *& adversus Christum ejus*; deinde vero, ejus qui habitat in cælis & Dominus est: *Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos*: ac rursum eodem modo assidue & consequenter procedit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

Post, ἐκκλησίαν δηλοῖ, ad v. 7. hæc adde:

Κύριος εἶπε πρὸς μὲ, υἱός μου, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀντὶ τοῦ, ἀπεφήνατό με ἡ τοῦ πατρὸς φύσις υἱόν· οὐ προστάγματος ἐνεργήσαντος· ἀλλὰ τῆς οὐσίας ἀποδειξάσης ἐμὲ χαρακτῆρα τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως. καλῶς γὰρ πρόσκειται τὸ, εἶ, τὴν πρὸ αἰώνων δηλοῦν γέννησιν· ἦν γὰρ ἀεὶ υἱός. ἐπήνεγκε δὲ τὸ, σήμερον γεγέννηκά σε, ἵνα τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν δείξῃ· τὸ γὰρ, σήμερον, χρόνου ἐστί· διὸ καὶ τίθειται περὶ τῆς χρονικῆς γεννήσεως. ἀκολούθως δὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ καὶ τὰ ἐπαγόμενα, γεγέννηκά σε. ὅρα πῶς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν οἰκειοῦται ὁ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς τοῦ Χριστοῦ.

A *Dominus dixit ad me, Filius meus*, &c. ac si diceret: Ipsa me Patris natura Filium declaravit: non jussu quodam id perficiente; sed essentia ipsa me figuram substantiæ Patris esse commonstrante. Apposite additur, *es*, quod generationem ante sæcula declarat: erat enim semper Filius. Adjecit autem illud, *hodie genui te*, ut generationem secundum carnem commonstraret: illud enim, *hodie*, tempus indicat: quare pro temporali generatione positum est. Consequenter item pro humana generatione adjiciuntur isthæc, *genui te*. Heic mihi, quæso, animadvertas, quo pacto generationem unigeniti Christi sibi propriam Pater faciat.

In Psalmum III.

Pag. 1011. *v.* 4. *in hæc verba:*

ΣΥ δὲ κύριε ἀντιλήπτωρ μου εἶ. πρέπουσα τῇ πίστει τοῦ προφήτου φωνὴ, ἀσείστως φέροντος τηλικαύτας περιστάσεις, καὶ πεποιθότος μὴ ἐγκαταλειφθήσεσθαι· ἀλλὰ πρὸς τὸ βοηθῆναι καὶ ὑψωθήσεσθαι καὶ τὴν βασιλείαν ἀπολήψεσθαι· τοῦτο γὰρ εἶπόν τινες, ὑψῶν τὴν κεφαλήν. δόξα τοίνυν τοῦ δικαίου ὁ Θεὸς, ᾧ πέποιθεν· ᾧ δὲ δόξα ὁ Θεὸς, οὗτος ὑψοῦται τὴν κεφαλήν.

B *TU autem Domine susceptor meus es*. Hæc vox Prophetæ fidei adprime convenit, qui tales rerum conditiones firmo atque intrepido animo ferebat, confidebatque se minime relictum iri; immo vero non auxilium modo adfuturum, verum etiam erigendum se fore atque regnum accepturum: id enim ajunt quidam significare illud, *exaltans caput*. Gloria itaque justi Deus est, in quem spem reposuit: cujus autem gloria est Deus, hujus caput exaltatur.

V. 14. poſt, ἁμαρτίαν, *ſequitur:*

Τοῦτο γὰρ σημαίνει· ὅτι πάροικός εἰμι.

Id enim ſignificat: *Quoniam advena ſum.*

In Pſalmum XXXIX.

V. 2. poſt, ταλαιπωρίας, *inſeritur:*

ΚΑὶ τί σοι παρέσχεν; εἰσακούσας εἶπε, ἀνήγαγεν ἐκ βάθους τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐκ τῆς ἡδυπαθείας τοῦ πηλώδους σώματος, ἢ ἐκ τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν καὶ τῆς ἐκεῖσε φθορᾶς, ἢ ἐκ τῶν τοῦ κόσμου περισπασμῶν.

ECquid tibi præbuit? poſtquam me exaudivit, ait, eduxit ex profundo peccati, & ex voluptate lutei corporis, ſive ex portis mortis & corruptionis ibidem exſiſtentis, aut ex occupationibus ſæculi.

V. 8. poſt, ἐλπὶς αὐτοῦ, *additur:*

Εἶτα καὶ εἰς προτροπὴν ἕτερον ἐπιφέρει· μακαριστός, φησι, τῷ ὄντι, ὃς τὸν Θεὸν μόνον ἔσχεν ἐλπίδα, καὶ οὐκ ἐπέβλεψεν εἰς τὰς περὶ τὸν παρόντα βίον σπουδάς· αἱ ματαιότητές εἰσι, καὶ μανίαι ψευδεῖς, καὶ εἰς κενὸν φροντίδες. μανία δὲ σώφρων ἡ τοῦ παρόντος βίου κατάστασις, δι' ἣν καὶ ἐξεστηκότες τοῖς πολλοῖς ἐδόκουν οἱ προφῆται· ἐφ' ᾗ καὶ σεμνυνόμενος καὶ ὁ δίκαιος λέγει· εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου.

C Poſtea in cohortationem aliud adjicit: Beatus, inquit, re vera qui Deum ſolum habuit in ſpem ſuam, neque reſpexit ad præſentis vitæ ſolicitudines, quæ vanitates ſunt & inſaniæ falſæ, & curæ in vanum admiſſæ. Inſania autem prudens, eſt vitæ præſentis ſtatus, qua, mente capti multis eſſe videbantur prophetæ; qua de re gloriatur juſtus & ait: *Ego dixi in exceſſu meo.*

Ad Pſalmum XL.

Ad Verſum 2.

ΜΑκάριος ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὁ ἐννοῶν ἃ προσῆκε περὶ τῶν πενήτων, ἀντὶ τοῦ· ὁ συνιέναι δυνάμενος τὴν πτωχείαν, ἣν δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν ὁ Χριστός.

BEatus vir ille, qui de pauperibus uti conſentaneum eſt, cogitat: ac ſi diceret, qui intelligere D valet inopiam, quam noſtri cauſſa ſuſcepit Chriſtus.

In Pſalmum XLI.

V. 2. Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, *huic verſui ſequentis interpretatio aptatur, cum quadam diſcrepantia ſic:*

ΠΡόσωπον τοῦ Θεοῦ ὁ λόγος σημαίνει, τῷ λίαν ἐπιθυμεῖν αὐτοὺς εἰς καιρὸν ἀφικέσθαι, καθ' ὃν καὶ αὐτῶν ἔσται κλῆσις, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐμφανεῖς γενέσθαι τῷ προσώπῳ τοῦ πατρὸς, τουτέστι, τῷ υἱῷ.

Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται. ἄβυσσος ὁ πατὴρ, ἄβυσσος ὁ υἱός. ἄβυσσος ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἐπικαλεῖται τὴν ἄβυσσον τῆς εὐσπλαγχνίας τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταῤῥάξαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοὺς ταύτης αἰτίους καὶ τὴν φθοράν· οἷον, ὅτι ἔθος σοι τοῖς ἁμαρτωλοῖς δεομένοις σου ἐπικάμπτεσθαι. καὶ ἵνα τί ἡμᾶς παραβλέπεις προσπίπτοντάς σοι;

VUltum Dei ſermo ſignificat, quod ii vehementi ejus temporis cupidine teneantur, quo tempore & ipſi advocabuntur; ita ut præſentes ſint faciei Patris, id eſt, Filio.

V. 8. Abyſſus abyſſum invocat. Abyſſus Pater, abyſſus Filius. Abyſſus peccatorum invocat abyſſum commiſerationis Dei, ut ipſe peccatum frangat ejuſque auctores, itemque corruptionem; ac ſi dicat: E mos eſt tibi, ut peccatoribus ſupplicantibus, animo flectaris. Ecquid nos deſpicis qui tibi procumbimus?

In Pſalmum XLIII.

Argumentum.

ΚΑὶ ἔτι οὗτος τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔχεται· τὰς παλαιὰς εὐεργεσίας διηγουμένων, καὶ προσληφθῆναι ἀξιούντων διὰ τοῦ αὐτὸν ἐπιγράφεσθαι τὴν ἐλπίδα, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐξομολογεῖσθαι.

Ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. οὕτω φασὶν

HIc quoque pſalmus eidem argumento inſiſtit: eſtque hominum, qui antiqua beneficia recenſent, & aſſumi poſtulant; quia ipſum Dominum ſpem ſibi adſcripſerunt, & in nomine ejus confitentur.

Humiliata eſt in pulvere anima noſtra. Ita loquun-

ἐπειδὴ ἀπωσάμενοι φρονεῖν τὰ Χριστοῦ, εἰς φρόνημα σαρκικὸν κατέστησαν. A

tur, quia depulsi a sensu eorum quæ Christi sunt, in sensum carnalem sunt delapsi.

Ad Psalmum XLV.

BOηθὸς ἐν θλίψεσι. διὰ τὸ ἔχειν σέ φησι βοηθὸν, πάσης ταραχῆς ἐπανισταμένης ἡμῖν καταφρονήσομεν.

V. 2. ADjutor in tribulationibus. Quoniam, inquit, te adjutorem habemus, quamcumque nobis imminentem perturbationem despiciemus.

Infra, *v.* 3. *post*, τοὺς τοιούτους φασὶν, *additur:*

Η ὄρη τοὺς δαίμονάς φησι, τοὺς πάλαι ὑψηλοὺς καὶ περιφανεῖς, καὶ ὄρεσι διὰ τοῦτο ὁμοιουμένους.

Aut montes dæmones dicit, qui olim excelsi ac conspicui erant, ac proinde montibus similes.

Ad Psalmum XLVI.

ΨΑλλετε συνετῶς. μὴ διὰ κιθαρῶν, ὡς οἱ πρώην. τοῦτο γὰρ τὸ, συνετῶς. B

V. 8. PSallite sapienter. Non cum citharis, ut ii qui ante fuere: id enim significat illud, *sapienter*.

Ad Psalmum XLVII.

V. 13. *post*, παρακελεύεται, *additur:*

ΤΑῖς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα φρουρούσαις θείαις δυνάμεσιν, ἀγγέλοις τε ἁγίοις προσφωνεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγον, κυκλώσατε τοὺς πύργους· τὰ γὰρ κρείττονα τῆς πόλεως ὡς ἀναγκαιότερα πρὸς παραφυλακὴν ἀριθμῷ παραδέδοται τοῖς φρουροῖς.

DIvinas potestates, quæ Ecclesiam & religiosum institutum servant, angelosque sanctos alloquitur Spiritus sanctus, dicens, *circumdate turres*. Quæ enim in urbe præstantiora munimenta sunt, custodibus numero concredita sunt, ut ipsa defendant.

In Psalmum XLVIII.

V. 7. *post*, ὀργῆς, *additur:*

Ο Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται· ἀδελφὸν, θεοφιλῆ λέγει καὶ τίμιον. C

FRater non redimit: fratrem, religiosum & honorabilem virum dicit.

In Psalmum XLIX.

In Argumento post, δωροφορίας, *additur:*

ΟΙ Ἰουδαίων πρῶτοι ἀρετῆς ἀμελοῦντες, (*sic*) τὸ ἐνόμιζον εἶναι ἐν τῷ τοὺς νόμους ἀποστοματίζειν καὶ διαγγέλλειν, καὶ θυσίας προσφέρειν. νόμου δὲ ἀνάγνωσις, καὶ θυσιῶν προσφορὰ τῆς ἐνυπαρχούσης εἰσὶν ἀρετῆς καρπός· ἀντὶ δὲ ταύτης ἐκεῖνα ποιεῖν μόνον, ὅμοιόν ἐστιν ἀλείφεσθαι μὲν ἐπὶ τῷ παλαίειν, αὐτῶν δὲ τῶν παλαισμάτων καταμελεῖν, ἐξ ὧν ὁ στέφανος. πρὸς ὃν τοὺς οὕτω διακειμένους ἔλεγχον ποιεῖται ὁ μακάριος Δαυὶδ, τὸν Θεὸν εἰσάγων ὀνειδίζοντα καὶ δεικνύντα, ὅτι μὴ οὔσης ἀρετῆς τὰς θυσίας ἀποστρέφεται. ὃ καὶ διὰ Ἡσαΐου ἔλεγεν· ὁ ἄνομος ὁ θύων μοι μόσχον, ὡς ὁ τύπτων ἄνδρα, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν εἰκόνι οὖν σχηματίζει τὸν λόγον, καὶ εἰσάγει τὸν Θεὸν ἐξ οὐρανοῦ παραγινόμενον, καὶ καθίζοντα κριτήριον, καὶ τοὺς Ἰουδαίων κρίνοντα ἄρχοντας, Θεὸς θεῶν ἐλάλησε. D

Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. τὸ μὲν, ἐκ Σιὼν, τὴν προτέραν λέγει παρουσίαν σημαίνειν· τὸ δὲ, ἐμφανῶς, τὴν δευτέραν. κατὰ μὲν οὖν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν ἔνδοξον θεοφάνειαν, ἐσιώπα ὑπ᾽ ἀνθρώπων κρινόμενος, οὐδὲ ἐμφανῆ τὴν ἑαυτοῦ θεότητα ἐδείκνυ· ἐπειδὰν δὲ τὸ δεύτερον ἀφίκηται, ἥξει ἐμφανῶς καὶ οὐ παρασιωπήσεται, ἀλλ᾽ ἐλέγξει τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν. εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ δὲ Χριστὸς Θεός ἐστι, τὸ ἐμφανῶς ἄρα τὴν σάρκα δηλοῖ. E

Ο Θεὸς ὁ Θεός σου. τουτέστιν, ὁ μεγάλα θαυμάσια ἀρχῆθεν μέχρι τοῦ νῦν τῷ γένει ὑμῶν ἐνδειξάμενος.

JUdæorum primi, neglecta virtute, religionem putabant esse sitam in recitandis & enuntiandis legibus, offerendisque sacrificiis. Lectio autem legis & sacrificiorum oblatio, virtutis intus exsistentis fructus esse debent: qua deficiente, illa solum præstare, perinde fuerit ac si quis ungatur ad palæstram, & certamina ipsa nihil curet quibus corona obtinetur. Eos itaque qui sic adfecti sunt, coarguit beatus David, Deumque inducit exprobrantem ac declarantem, se, si deficiat virtus, a sacrificiis abhorrere. Quod per Hesaiam quoque dicebat: [a] *Impius qui mihi vitulum immolabat, est quasi ille qui virum cædit*, &c. In imagine igitur Verbum adumbrat, inducitque Deum de cælo advenientem, ac sedentem ad judicium, & de Judæorum principibus judicium ferentem, *Deus deorum loquutus est*.

V. 2. *Ex Sion species decoris ejus. Deus manifeste veniet*. Illud, *ex Sion*, priorem dicit adventum significare; illud autem, *manifeste*, secundum. Quoad itaque priorem ejus adventum atque gloriosam Dei manifestationem, silebat dum ab hominibus judicaretur, neque conspicue divinitatem suam ostendebat: quando autem secundo accedet, manifeste veniet, & non silebit; sed arguet mundi peccatum. Si namque Deus manifeste veniat, Christus autem Deus sit; illud sane dictum, *manifeste*, carnem declarat.


V. 7. *Deus Deus tuus*. Id est, qui magna miracula ab initio usque ad hoc tempus generi vestro exhibuit.

[a] Isa. LXVI. 3.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
362.

In Psalmum L.

In Argumento post, Βηρσαβεὲ, *adjicitur:*



Ὑποδείκνυσι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σωτηρίας ὁδὸν A τὴν μετάνοιαν, οἷόν τινα τέχνην τῆς διηνεκοῦς κατὰ τοῦ ἐχθροῦ νίκης. ὁ γὰρ ταύτην ἀεὶ μελετῶν καὶ κατορθῶν διαπαντὸς, γίνεται νικητὴς τοῦ ἀεὶ προσπαλαίοντος. εἰσάγει δὲ καὶ τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀπολύτρωσιν, ῥαντιεῖς με λέγων. ναὶ μὴν καὶ διδάσκει ὡς πεφύλακται αὐτῷ τὸ τῆς προφητείας χάρισμα. οὐ γὰρ αἰτεῖ ὡς ἐστερημένος αὐτοῦ, ἀλλὰ μὴ ἀφαιρεθῆναι ἱκετεύει λέγων· μὴ ἀντανέλῃς.

Subindicat etiam omnibus hominibus salutis viam esse pœnitentiam, ceu quamdam artem obtinendæ semper contra inimicum victoriæ. Nam qui semper de illa cogitat eaque recte utitur, victor semper erit inimici assidue instantis. Inducit etiam redemtionem, quæ per sanctum baptisma adfertur, *Adsperges me*, dicens. Immo etiam docet conservatum sibi prophetiæ donum. Non postulat enim quasi ipso privatus, sed supplicat non auferri sibi, dicens, *Ne auferas*.

V. 3. post, τὰς χεῖρας, *additur:*

Σαφέστερον δὲ ὃ λέγει ποιῶν, φησιν· ἐπὶ πλεῖον B πλῦνόν με. κἀνταῦθα τὸν πλεονασμὸν ᾔτησε τῆς καθάρσεως, διὰ τὸ δεῖξαι πανταχοῦ τὸ πλημμέλημα μέγα· ἢ ἐπεὶ παρὰ Ναθὰν ἤκουσε τὴν συγχώρησιν, καὶ αἱ παντοδαπαὶ δὲ συμφοραὶ τὸ πολὺ ὑπετέμοντο τῆς ἁμαρτίας, φησὶ νῦν, ὅτι δέομαι ῥυμμάτων καὶ ἐκπλύσεων, ἵνα τέλεον ὁ προσπεπηκὼς ἀποξεσθῇ ῥύπος.

Apertius autem sententiam explicans ait: *Amplius lava me*. Atque heic quoque vim copiamque purgationis expetiit, ut magnum esse facinus ostenderet. Aut quia a Nathan acceperat veniam sibi fuisse concessam, & variæ calamitates vim peccati minuebant, nunc ait: Opus mihi est purgationibus & ablutionibus, ut jam liquefactæ & exsiccatæ sordes penitus abradantur.

Ad versum 4.

Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. ἁμαρτίαν δὲ τὴν μοιχείαν. ἰστέον ὡς ἁμαρτία μὲν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπόπτωσίς ἐστιν· ἀνομία δὲ ἡ περὶ τὸν θεῖον νόμον C πλημμέλεια· καὶ ταῦτα ἔχουσιν ἀρχὴν ἑκάτερον τούτων. συμφέρονται δὲ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸν· ὅ, τε γὰρ ἁμαρτάνων τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἐν τῇ φύσει ἀπέτυχε σκοποῦ· τῇ γὰρ ἀνθρωπείᾳ φύσει σκοπὸς, τὸ κατὰ τὸν λόγον ζῆν, τῆς ἀλογίας πόῤῥω ἀπῳκισμένη. ὡσαύτως καὶ ὁ ἀνομῶν πλημμελεῖ περὶ τὸν ἐν τῇ φύσει δεδομένον νόμον, διαγενόμενος ἀκρατῶς. καλῶς οὖν καὶ ἀπόστολος Ἰωάννης, καὶ μαθητὴς τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸ αὐτὸν ἀμφότερα περιέστησε εἰπών· πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ· ἄλλως, ἡ ἁμαρτία κατάλληλος τῇ ἀνομίᾳ. πᾶς γὰρ ὁ ἀνομῶν ἁμαρτάνει, οὐ παντὸς ἁμαρτάνοντος ἀνομοῦντος. δύναται δὲ καὶ ἐκ παραλλήλου εἰρῆσθαι διὰ τὸ, πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ.

Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Peccatum dicit adulterium. Sciendum autem est peccatum esse a bono lapsum; iniquitatem vero prævaricationem in divinam legem: hæc sunt amborum principia. In hoc autem conveniunt, quod scilicet peccator ab eo qui secundum naturam & in natura est, scopo aberraverit: humanæ quippe naturæ hic scopus positus est, ut secundum rationem vivat, semotis & procul positis iis quæ rationi adversantur. Similiter qui inique agit, prævaricatur contra legem in natura datam, intemperanter se gerens. E re igitur apostolus & discipulus Christi Joannes utrumque in uno copulavit, sic loquens: [a] *Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit*; ac si diceret, peccatum consentaneum est iniquitati. Nam quisquis inique agit, peccat; neque tamen omnis qui peccat, inique agit. Potest autem D ex opposito dici, quia scilicet; *omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit*.

V. 8. post, ὑσσώπῳ δὲ, *hæc sequuntur, non parum diversa ab editis:*

Ὑσσώπῳ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνέργειαν ἀφομοιοῖ, ἅτε θερμαίνουσαν, καὶ πάντα τὸν ἐν ἡμῖν ῥύπον ἀποσμήχουσαν. ἡ ἀποκάθαρσις δι᾽ ὑσσώπου γενήσεται, ἤτοι διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὕσσωπος γὰρ βοτάνη καθαρτική.

Hyssopo autem Spiritus sancti efficaciam comparat, utpote ardentem, & sordes omnes in nobis repurgantem. Purgatio hyssopo conficietur, scilicet per Spiritum sanctum. Hyssopus namque est herba purgandi vi prædita.

V. 13. Καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ, *interpretatio hujus versus quæ in Commentario edito legitur pag. 1089. deest in codice Ambrosiano: videturque esse aliena: dicitur enim, Davidem in pœnam peccati amisisse spiritum prophetiæ, & rogare, ut sibi iterum concedatur: cum contra in Argumento dicatur, hunc Psalmum prophetice scriptum esse.*

In hæc verba: Ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίας, ἔδωκα ἄν, *legitur:*

Αἱ ἐν νόμῳ θυσίαι οὐ δύνανται ἀφιέναι ἁμαρτίας.

Legis sacrificia peccata remittere nequeunt.

Quæ sententia inferius repetitur.

[a] I. Joan. III. 4.

In Pſalmum LI.

ΔΙὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθέλοι σε εἰς τέλος. λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα δικαίως καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων Ἰουδαίων καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα, διὰ τὸ ἠγαπηκέναι τὰ βλαβερὰ εἰς τέλος, ἀντὶ τοῦ, παντελῶς. διὰ τοῦτο καθελεῖ σε, ὡς οὐ καλῶς οἰκοδομηθέντα, ὁ καθαιρῶν ὑπερηφάνους, καὶ ὡς κακῶς φυτευθέντα, ἐκτίλαι σε, μεταστῆσαι, ἢ ἐκριζῶσαι, καὶ ἀπὸ τῆς κατοικήσεώς σου, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ συγκατοικεῖν ἐκβάλοι.

Ἀλλ' ἐπήλπισεν ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτοῦ. καλῶς δὲ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δυναστείαν, ματαιότητα ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ πράγματος· οὔτε γὰρ τὸν Δωὴκ ὤνησαν, οὔτε Ἀσσυρίους, ὁπότε ἑνὸς ἀγγέλου παρουσία αὐτοὺς ἀπέκτεινε καὶ ἄταφοι ἔκειντο.

A *V. 7.* P*Ropterea Deus destruet te in finem*. Hæc recte dicantur de principibus Judæorum & de ipſo Juda, quia quæ damnoſa erant dilexerunt uſque *in finem*, ac ſi dicat, *ſemper*. *Propterea deſtruet te*, utpote qui non recte ædificatus fueris, qui ſuperbos evertit; atque ut improbe ſatum *evellet te & emigrabit*, ſive eradicabit, & a domicilio tuo, id eſt, ne ſecum habites, ejiciet te.

V. 9. Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum. Pulcre divitias & poteſtatem, vanitatem vocavit ſecundum veram rei naturam: neque enim Doeco profuerunt, neque Aſſyriis, quando unius Angeli adventu interemti ſunt, ac inſepulti jacuerunt.

V. 10. poſt, ἡ δόξα, ſequitur:

Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὰ ἑξῆς. τοῦτον τοίνυν τὸν καρπὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὁ ἅγιος ἔλεγεν· ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος· ἐλαίᾳ δὲ κατακάρπῳ ὁμοιοῖ ἑαυτὸν, ἐπειδὴ ἐλεημοσύνης ἐπικρατούσης ἐν αὐτῷ, ἀκολούθως εἵποντο αἱ λοιπαὶ ἀρεταί. οὕτω καὶ τὸν Ἰὼβ ἀνδρεῖον μὲν, καὶ τὸν Ἰωσὴφ σώφρονα, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀπὸ τῆς ἐπικρατούσης ἀρετῆς ὀνομάζοντες αὐτούς.

B *Fructus autem Spiritus eſt, caritas, gaudium, pax*, & cetera. Hunc itaque fructum cum in ſe ipſo haberet ſanctus ille vir ajebat: *Ego autem ſicut oliva fructifera*: olivæ autem fructiferæ ſe comparat, quia cum miſericordia in ipſo conſiſtat & dominetur, ex conſequenti hærebant & reliquæ virtutes. Eodem prorſus modo & Jobum virilem, & Joſephum temperantem, ceteroſque, ex virtute in ipſis obtinente ac dominante nuncupaverunt.

In Pſalmum LIII.

V. 2. poſt, ἀξιοῖ, legitur:

ΕΠειδὴ δέ φησι τὸ σὸν ὄνομα ἐπικαλοῦμαι, ἐν αὐτῷ τούτῳ τὴν σωτηρίαν μου παράσχου. καὶ ἐν δυναστείᾳ σου, τουτέστι, τῷ υἱῷ σου, κρινεῖς μοι, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἄλλοις κριταῖς, ἀλλὰ τῇ δυνάμει σου εἰς ἐξέτασιν παραδοθῆναι.

C QUandoquidem autem, ait, nomen tuum invoco, in hoc ipſo ſalutem mihi præbeas. *Et in virtute tua*, id eſt, in Filio tuo, *judicabis me*; ac ſi diceret: Non aliis judicibus, ſed virtuti tuæ examinandum me tradas.

In Pſalmum LIV.

Verſ. 4. poſt, ἀναφέρει πρόσωπον, legitur:

ΔΙὰ μνησικακίαν μοι ταῦτα ἐποίουν πεχθεῖσαν ἐξ ὀργῆς ἀλόγου. κότος ἡ ἐπίμονος ὀργή. διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν περιδεὴς ἐγενόμην καὶ τεταραγμένος, ὡς ἐπιστάντος μοι ἤδη τοῦ θανάτου· καὶ τοσαύτη μοι ἦλθον ἀγωνία καὶ φόβος, ὡς μηδὲ δοκεῖν τὴν ἀκτῖνα φαίνειν, ἀλλ' ἐσκοτίσθαι· καὶ ἐλογισάμην τὴν φυγὴν εἶναι πάντων ἀμείνω, καὶ ηὐχόμην γενέσθαι μοι πτέρυγας ἐπὶ τῷ μεταστῆναι, καὶ ἀλλαχοῦ καταπαῦσαι.

HÆc in me perpetrabant, ob illatæ jacturæ memoriam, ex irrationabili ira manentem. Ira permanens iracundia vocatur. Ea vero de cauſſa formidoloſus eram atque turbatus, ut morte jam imminente; atque in tantam animi concertationem & D formidinem incidi, ut ne radium quidem lucis viderem, ſed in tenebris degerem: putabamque omnium rerum optimam eſſe fugam, ac rogabam dari mihi alas avolandi cauſſa, ut alibi quieſcerem.

In Pſalmum LVI.

V. 4. ἀντικειμένας δυνάμεις, ſequitur:

ΠΑράσχου οὖν τὴν εὐεργεσίαν, ἵνα ἐξῇ μοι λέγειν μετὰ παῤῥησίας, ὅτι ἐξ οὐρανοῦ ἐπεῖδες τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ τὰ μὲν ἡμέτερα διωρθώσω, τὰ δὲ τῶν ἐχθρῶν πρὸς ὀνειδισμὸν ἤγαγες. ἢ καὶ τὴν σωτηρίαν φησὶν, ἣ ἐσώθη ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὅτε μᾶλλον ὑπεξούσιον ἔλαβε τὸν ἐχθρὸν, εἰ καὶ ἐφείσατο. ὃ δὴ καὶ ὄνειδος ἦν τῷ σεσωσμένῳ, ὡς μάτην ἐπιβουλεύοντι τῷ σωτῆρι.


BEneficium ergo prebeas, ut mihi facultas ſit dicendi cum fiducia, te de cælo noſtra reſpicere; & noſtra quidem meliorem in conditionem deduxiſſe, res autem adverſariorum contra in opprobrium detuliſſe. Aut de ſalute loquitur, quam conſequu- E tus eſt in ſpelunca: quando inimicum ſuum in poteſtatem accepit, cui etiam pepercit. Quod quidem in contumeliam vertit ei qui periculum evaſit, utpote qui ſervatori ſuo inſidias ſtrueret.

Ibidem poſt, ὁ υἱὸς, legitur:

Μέσος δὴ ἀπολειφθεὶς σκύμνων τῶν τῆς Γὲθ ἀλλοφύλων. ἢ τὸ ὅσον ἐπ' ἐμὲ, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀ-

Medius ſcilicet relictus inter catulos leonum Gethæorum, nempe alienigenarum. Aut quantum per

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



σεβείᾳ ἐκοιμήθην τεταραγμένος. ἀλλ᾽ ὁ ὕψιστος τὸν λόγον αὐτοῦ ἀποστείλας, ἐῤῥύσατο τὴν ψυχήν μου, ὡς μηδὲν αὐτὴν ἐκ τῆς ταραχῆς τῶν σκύμνων βλαβῆναι. τίνα δὲ τὰ θηρία ταῦτα; υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν ἄν· οἱ ὀδόντες, ὅπλα καὶ αἱ βουλαί· ἀντὶ τοῦ, βλαπτικοί εἰσι διὰ πάντων. ὥσπερ ἡ μάχαιρα ἠκονημένη οὖσα ῥᾳδίως ἀναιρεῖ, οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα πεπηγμένη οὖσα, ταῖς καταλαλιαῖς ἀναιρεῖ.

Ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου. ἀληθεῖς φησι τὰς τῶν νεφελῶν, τουτέστι τῶν προφητῶν διὰ πραγμάτων ἐπεδείξαντο φωνάς. ἕως τῶν οὐρανῶν· ὅμοιον τῷ, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς φθορᾶς εἰς ἐλευθερίαν τῆς δόξης τέκνων τοῦ Θεοῦ.

A me stetit, ex humana impietate dormivi conturbatus. Verum Altissimus, misso Verbo suo liberavit animam meam, ita ut ex catulorum leonum tumultu nihil læsa sit. Quænam hæ feræ? forte filii hominum fuerint; quorum dentes & consilia sunt arma: ac si diceret, in omnibus damnosi sunt. Sicut enim gladius acutus facile perimit; sic & lingua attenuata & acuta obtrectationibus interficit.

V. 10. *Usque ad nubes veritas tua.* Ex operibus veras, inquit, esse declaraverunt nubium, sive prophetarum, voces. *Usque ad cælos*, simile est illi: [a] *Quoniam ipsa creatura liberabitur a corruptione in libertatem gloriæ filiorum Dei.*

In Psalmum LVII.

V. 4. post, σωτηρίαν, *sic habetur:*

Διὰ γὰρ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς Ἰουδαίους ὁ Θεὸς ἔφη· ἔγνων ὅτι ἀθετῶν ἀθετήσεις, καὶ ἄνομος εἶ, ἐκ κοιλίας κληθήσῃ. κοιλίαν τὸ ἅγιον βάπτισμα λέγων.

B Siquidem per Hesaiam prophetam Judæis ait Deus: *Novi quia despicies & contemtor eris, atque ex ventre vocaberis, Impius es.* Ventrem vocat sanctum baptisma.

In Psalmum LVIII.

V. 15. post, καπηρυζόμενος, *legitur:*

Ἐπειδὴ εἶπεν, ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσιν, ἵνα μή τις ἐναντία εἰρηκέναι νομίσῃ τὸν προφήτην, τῷ εἰπεῖν, διασκέδασον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου, εἰκότως τῇ ταυτολογίᾳ ἐχρήσατο. τῷ, ἐπιστρέψουσιν, κατὰ τὸ ῥητὸν ἀσάφειαν ἔχουσιν οἱ στίχοι. βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὸ τῶν κυνῶν ὑπόδειγμα, οἱ συνηγμένοι ἔν τινι τροφῇ, ἀλλήλους κατεσθίουσι πρὶν τοῦ βρώματος ἅψασθαι, διὸ καὶ μερίζονται ἀποτυγχάνοντες τροφῆς πολλάκις.

Quoniam dixit, *In ira consummationis, & non erunt;* ne quis opposita dixisse prophetam arbitretur, cum sic loquitur, *Disperge illos in virtute tua;* merito eamdem vocem repetit. *Convertentur*, quod dictum nonnihil obscuritatis in versibus adfert. C Vult enim canum exemplum exprimere, qui cum ad escam congregantur, antequam cibum adtingant, se se mutuo devorant, ac plerumque discerpuntur, non sumto cibo.

In Psalmum LXI.

Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι ἡ ψυχή μου. μονονουχὶ γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ λογικοῦ ἡμᾶς ἀπεστέρησαν, ξύλα καὶ λίθους ἀναγκάσαντες προσκυνεῖν, ὡς καὶ λέγεσθαι περὶ ἡμῶν, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μέν, ὦ ψυχή, τοιοῦτοι· σὺ δὲ ὑποτάγηθι τῆς δουλείας αὐτοῦ. εἶτα ἐπάγει· ὅτι αὐτὸ τοῦτο παρ᾽ αὐτοῦ ἐλπίζω, τὸ σωτηρίας τυχεῖν· ἀντιλαμβανομένου, καὶ μὴ συγχωροῦντος μετανάστην γενέσθαι καὶ φυγάδα ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἤτοι δεσποτείαν ἑτέραν ἀλλάξασθαι. ἐκεῖθεν γὰρ προσδοκῶ καὶ σώζεσθαι, καὶ τὸ βοηθεῖσθαι, ἐκ τοῦ ἐπ᾽ αὐτὸν ἐλπίζειν.

V. 7. *Verumtamen Deo subjecta esto anima mea.* Parum abest quin nos ratiocinandi usu privarint, cum necessitatem nobis induxerunt adorandi ligna & lapides, ita ut de nobis dicatur, *Homo cum in honore esset non intellexit.* Sed illi quidem, o anima mea, hujusmodi sunt: tu autem *subjecta esto* servituti ejus. Deinde infert: Id ipsum ab illo me spero acceptururum, videlicet salutem me ipsius D patrocinio consequuturum; neque enim sinet me desertorem ac transfugam ab ipso esse, sive in aliud dominium transferri. Inde quippe salutem exspecto auxiliumque ipsius, quia in eo spem reposui meam.

In Psalmum LXIV.

V. 5. post, ἐστε ὑμεῖς, *legitur:*

Πλήρεις ἁγιασμοῦ· καὶ τὴν σὴν δικαιοσύνην διὰ τῶν σῶν λογίων τοὺς προσιόντας παιδεύει.

Qui pleni estis sanctificatione. [Templumque illud tuum] per eloquia tua accedentes erudit atque docet justitiam tuam.

Iu Psalmum LXV.

Τοῦ θεμένου τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν. εὐφρανθήσομαι δὲ ἐν τοῖς τοιαύτοις θαυμασίοις, καὶ τῷ ταῦτα πεποιηκότι, ὃς ἅτε δεσπότης καὶ πάντα ἐφορῶν διάκρισιν ποιεῖται τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ τιμωρίαις περιβάλλει τοὺς ἀναξίους. ὀφθαλμοὺς τοὺς ἀποστόλους λέγει.

E *V. 9. Qui posuit animam meam ad vitam.* Gaudebo de hujusmodi mirabilibus, deque opifice: qui, utpote Dominus omniumque inspector, de terrenis discernit & judicat, indignosque homines suppliciis circumvenit. Oculos vocat Apostolos.

V. 13. post, ἐπουράνιον δηλονότι, *hæc inseruntur:*

Ὁλοκαυτώμασι δὲ νοητοῖς. ἀλλὰ τὰ μὲν σά φησι, δέσποτα, τοιαῦτα· τὰ δὲ ἡμέτερα, τὸ οἷα εἰσελθεῖν

Holocaustis scilicet spiritualibus. Sed quæ tua sunt, Domine, hujusmodi: nostra autem isthæc, ingredi

a Rom. VIII. 21.

εἰς τὸν ναὸν καὶ θῦσαι σοι χαριστήρια. τὸ αὐτὸ δὲ λέγει, διέστειλε, καὶ ἐλάλησε. τοῦτο δὲ λέγει ὅσα ηὐξάμην.

A in templum tibique immolare in gratiarum actionem, idipsum autem significat *distinxerunt* [*labia mea*] atque loquuta sunt. Hæc inquit precatus sum.

In Psalmum LXVI.

Ad ὑπόθεσιν hæc adjiciuntur:

Ἀκόλουθος καὶ οὗτος τῷ πρὸ αὐτοῦ· ἰδίωμα γὰρ ἔχει τῆς τῶν ἱερῶν εὐλογίας, καὶ κεῖται ἐν τοῖς κριταῖς ἡ εὐχὴ πᾶσα σχεδόν. ὡς οὖν μέλλοντος καὶ τούτου γίνεσθαι, μετὰ τὴν ἐπάνοδον προεφητεῦσθαι, κηρύττει δὲ καὶ τὴν θείαν ἐνανθρώπησιν καὶ ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν σωτηρίαν. ἐν ὕμνοις δὲ ἐπιγέγραπται· ἐπεὶ Θεοῦ τὸ ὑμνεῖσθαι, ἀνθρώπων δὲ τὸ δι' ἐπαίνων ἐγκωμιάζεσθαι.

Hic Psalmus præcedenti consentaneus est; proprie enim agit de benedictione sacrorum: atque tota pæne oratio in libro Judicum jacet. Ac si igitur futurum sit ut hoc eveniat, postquam reditum vaticinatus est, prædicat divinam incarnationem & adventum, atque futuram gentium salutem. B Inscriptus autem est, *In hymnis*: quia Dei est, hymnis celebrari; hominum autem est, laudibus ornari.

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι οἱ λαοὶ ὁ Θεός. ὥσπερ δὶς τὰ ἔθνη πρὸς ὑμνῳδίαν διήγειρεν, οὕτω δὶς αὐτοῖς τὴν εὐλογίαν ἐζήτησεν· ἀπολαύσαντα δηλονότι καὶ αὐτῆς εὐλογίας· ἢ ὅτι ἐπεὶ οὐκ ἀγνοοῦσιν οἱ ἐξ αὐτῆς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, ἀλλὰ τὸν ἥδιστον αὐτῷ προσφέρουσι τῆς εὐσεβείας καρπὸν, ὃν εἰ προσφέρομέν σοι, ἤτοι τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιτήδευσιν, εὐλογούμεθα παρὰ σοῦ.

V. 4. & 6. Confiteantur tibi populi, Deus. Quemadmodum bis gentes ad hymnos concinendos excitavit, ita bis ipsas ad benedictionem quæsivit: cum bis scilicet eam benedictionem accepisset. Aut quia illæ benedictione repletæ non ignorant Deum qui super omnia est, sed dulcissimum ipsi offerunt pietatis fructum: quem si tibi offeramus, id est, virtutis studium accuratum, a te benedictionem accipiemus.

V. 6. post, προκοπαὶ, *additur:*

Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. εἰδέναι μὲν προσήκει, ὡς εὐλογοῦντες ἄνθρωποι τὸν Θεὸν, λόγους αὐτῷ προσφέρουσι μόνους, ἔργῳ δὲ αὐτὸν εὐεργετῆσαι οὐ δύνανται. ὁ δὲ Θεὸς εὐλογῶν, βεβαιοῖ τοὺς λόγους τῷ ἔργῳ, καὶ παντοδαπῶν ἀγαθῶν παρέχει τοῖς εὐλογουμένοις φοράν. εἶτα διδάσκει πῶς.

C *Benedicat nos Deus*. Sciendum homines Deum benedicentes, ipsi verba solum proferre, sed opere ipsi beneficia impendere non posse. At Deus cum benedicit operibus verba confirmat, ac bonorum omnium copiam iis quibus benedicit elargitur. Deinde docet quomodo.

In Psalmum LXX.

Πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεως. δυνατὸν μὲν διαπαντὸς αἰνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ διαπαντὸς εὐλογεῖν, καὶ διαπαντὸς σωφρονεῖν· πῶς δὲ δυνατὸν διαπαντὸς ἐλπίζειν; ὁ γὰρ ἐλπίζων διαπαντὸς, οὐδέποτε τυγχάνει τοῦ πράγματος ἐκείνου, οὗ ἐλπίζει τυχεῖν. καὶ ὁ μὲν ἐρεῖ τὸ διαπαντὸς, οὐ κατὰ τοῦ πλάτους τῶν αἰώνων τεθεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ τῆς ζωῆς τῆς αἰσθητῆς· ἕτερος δὲ καὶ κατὰ τοῦ πλάτους τῶν αἰώνων τὸ διαπαντὸς ἐκλήψεται, ἵνα ᾖ τὸ πέρας τῆς ἐλπίδος ἡ γνῶσις τῆς ἁγίας τριάδος.

V. 8. *Repleatur os meum laude*. Possumus quidem laudare semper Deum, semper benedicere, semper temperanter nos gerere: at quei possibile est semper sperare? Nam qui semper sperat, numquam rem quam sperat consequitur. D Alius quidem ait, illud *semper*, non sæculorum spatium spectare, sed vitam solum istam sensibilem: alius autem spatium quoque sæculorum illud *semper* spectare ait, ut spei terminus sit cognitio sanctæ Trinitatis.

In Psalmum LXXI.

V. 7. pro ἀνήρηται *legitur* ἀνήρητο.

In Psalmum LXXII.

V. 2. post, ἐννοῶν, *legitur:*

Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες. διηγεῖται τοιοῦτον τοὺς εὐσεβεῖς ὑπομένειν τὸν θάνατον, ὡς μή τινα ἀνανεύειν εἴτις αὐτὸν ἔροιτο, εἰ βούλοιτο τοιούτου θανάτου τυχεῖν.


E *Mei autem pæne moti sunt pedes*. Narrat hujusmodi mortem piis viris contingere; ut si quis rogetur an velit talem mortem obire, neutiquam annuat.

In Psalmum LXXIII.

Σὺ ἐκραταίωσας ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν θάλασσαν. τὸν Φαραὼ σὺν τριστάταις καὶ ἅρμασι συντρίψας ὡς δρακοντείας κεφαλὰς, διὰ τὸ πονηρὸν τῆς γνώμης, ἐπὶ τοῦ ὕδατος· ὡς τοὺς Αἰγυπτίους πλησιοχώρους Αἰθίοψιν ὄντας, παρέδωκας αὐτοῖς εἰς κατάβρωμα, αὐτοὺς καὶ τὸν βασιλέα αὐτῶν ἥττησας ἀπὸ προσώπου Αἰθιόπων.

V. 13. *Tu confirmasti in virtute tua mare*. Quando Pharaonem cum ducibus & curribus ob pravam mentem ac propositum contrivisti, quasi capita draconum in aqua: sic Ægyptios Æthiopibus conterminis dedisti in escam, ipsos ac regem ipsorum vicisti a facie Æthiopum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



Πτωχὸς καὶ πένης αἰνέσουσι τὸ ὄνομά σου. σωθέντων, φησὶ, τῶν σωτηρίας ἀξίων, ὁ πτωχὸς πνεύματι, τουτέστιν ὁ τῶν ἀποστόλων χορὸς, κατὰ τὸ, μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, τάς σοι πρεπούσας ἀναπέμπουσι δοξολογίας. A

V. 21. Pauper & inops laudabunt nomen tuum. Postquam, inquit, salutem consequuti sunt qui ea digni sunt, pauper spiritu, scilicet Apostolorum chorus secundum illud, [a] *Beati pauperes spiritu*, congruentes tibi laudes emittit.

In Psalmum LXXIV.

V. 4. post, οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, legitur:

ΦΗσὶν ὁ ἀπόστολος· καὶ γνόντες τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι.

AIt Apostolus: [b] *Et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur columnæ esse.*

V. 5. post, παύσασθαι, scribitur:

Ταπεινοῖ δὲ Ἰουδαϊκὸν λαὸν διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ· ὑψοῖ δὲ τὸν ἐξ ἐθνῶν διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτοῦ. B

Humiliat autem Judaicum populum ob ejus superbiam: exaltat vero populum ex gentibus ob humilitatem ejus.

In Psalmum LXXV.

ΕΓενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ. τῇ τῶν ἁγίων ψυχῇ. τὸ Ἑβραϊκὸν Σαλὴμ ἔχει, καὶ οἱ λοιποὶ οὕτως ἡρμήνευσαν· ὅ ἐστιν εἰρήνη. ἐν ταύτῃ οὖν ἢ τῇ ψυχῇ, ἢ τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πεπυρωμένα βέλη, ἃ ὁ πονηρὸς πέμπει, συντρίβονται, ἢ τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ.

Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων. ἐκεῖθεν καταπέμπει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων· τὴν Σιὼν λέγει, ἀφ' ἧς ᾤοντο τὸν Θεὸν ὁρμώμενον ταῦτα ποιεῖν· οὗ καὶ ναὸς αὐτῷ ᾠκοδόμητο. C

V. 3. F*Actus est in pace locus ejus.* In anima sanctorum. Hebraicus textus habet *Salem*, ac reliqui sic interpretati sunt: quod est *pax*. In ista igitur anima, aut in Ecclesia, tela ignea quæ malignus ille emittit, conteruntur; vel intelligitur, in superna Jerusalem.

V. 5. Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis. Inde emittit Spiritum sanctum, scilicet a montibus æternis. Sion dicit, ex qua putabant Deum profectum talia patrare: ubi etiam templum ipsi constructum fuerat.

V. 9. post, τῆς ἡμέρας, legitur:

Οὐράνιος γὰρ, φησι, Θεὸς ὤν, ἔκρινας καὶ τὴν κρίσιν ἐποίησας ἔνδηλον, τιμωρήσας τοὺς πολεμίους τῆς Ἱερουσαλήμ.

Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. ὅτι πᾶσα γλῶσσα, καὶ πᾶς λογισμὸς καὶ ἐνθύμημα ἐξομολογήσεται τῷ κυρίῳ ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ, ὅτε καὶ τὰ κρυπτὰ θριαμβεύονται.

Cum enim, inquit, Deus sis cælestis, judicasti & judicium fecisti manifestum, ultus inimicos Jerosolymæ.

V. 11. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. Quoniam omnis lingua, omnis cogitatio, omne ratiocinium, confitebitur Domino in tempore judicii, quando etiam occulta in publicum proferentur.

I X.

FRAGMENTUM CONTRA MACEDONIANOS.

Ex codice Colbert. 5179. bombycino.

ΕΙ μὲν μηδενὸς ὑποκειμένου περὶ πίστεως γράφουσι, περιττὸν τὸ ἐπιχείρημα καὶ ἐπιβλαβές· ὅτι μηδεμιᾶς ζητήσεως οὔσης αὐτοῖς, πρόφασιν λογομαχίας παρέχουσιν, ἀνασκευάζοντες τὰς ἀκάκους τῶν ἀδελφῶν καρδίας, καὶ παρασπείροντες ἃ μηδὲ εἰς νοῦν αὐτῶν ποτε ἀνέβη. εἰ δὲ διὰ τὴν Μακεδονίου αἵρεσιν ἀπολογούμενοι γράφειν ἐπιχειροῦσιν, ἔδει τῶν κακῶν φυτῶν τὰ σπέρματα προανελεῖν, καὶ τοὺς αὐτὰ παρασχόντας στηλιτεῦσαι, καὶ οὕτως τὰ ἀντ' ἐκείνων γράφειν ὀρθῶς, ἢ ἐκδικεῖν φανερῶς τὰ Μακεδονίου· ἵνα μὴ κεκρυμμένοι, ἀλλὰ φανερῶς πνευματόμαχοι δεικνύωνται, καὶ πάντες αὐτοὺς φεύγωσιν, ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως. νῦν δὲ κἀκεῖνα κρύπτουσι, καὶ περὶ ἄλλων προσποιούμενοι γράφουσιν, ὥσπερ οἱ τῶν σεσηπότων μελῶν παρατρέχοντες ἰατροὶ, περὶ τῶν ὑγιαινόντων διαλέγονται, ἢ ἀγνοοῦντες ἢ τέχνῃ πανούργως χρώμενοι. οὐδεὶς γὰρ ἐγκαλούμενος περὶ μοιχείας, ἀπολογεῖται περὶ κλοπῆς. οὐδὲ φόνου τις ἔγκλημα διώκων, ἀνέχεται τῶν κατηγορουμένων εἰ ἀπολογοῖντο λέγοντες, οὐκ ἐπιωρκήσαμεν, ἀλλὰ καὶ τὴν παρακα- D E

SI quidem nulla exsistente de tractanda fide occasione, scribunt, inanis damnosusque est illorum conatus: quia nulla suborta quæstione, disceptandi præbent occasionem: innocentium fratrum corda labefactantes, eaque perperam disseminantes, quæ numquam illis in mentem venissent. Quod si ea illis scribendi caussa sit, quod a Macedonii hæresi se se purgare velint; oportebat sane eos malarum semina plantarum primo sustulisse, atque traduxisse eos qui talia subministrant, ac deinde contra illos recta sententia scribere; vel tandem Macedonii opinionem palam vindicare; ut ne latenter, sed publice Pneumatomachi, sive Spiritus sancti hostes, commonstrentur: sicque omnes ab illis tamquam a facie serpentis refugiant. Nunc autem & illa occultant, & de aliis dissimulanter scribunt: quemadmodum medici de carie laborantibus membris carptim agentes, de sanis edisserunt; sive ignorantes, sive arte sua vafre utentes. Nemo enim de adulterio accusatus, de furto se se purgat; neque qui cædis crimen offert, reos patitur hanc sibi defensionem parare, Non pejera-

a Matth. V. 3. b Gal. II. 9.

παραθήκην ἐφυλάξαμεν. μᾶλλον γάρ ἐστι τοῦτο παίγνιον, ἢ λύσις ἐγκλήματος καὶ ἀληθείας ἀπόδειξις.

A vimus, immo etiam depositum servavimus. Id enim lusus potius est, quam criminis depulsio aut veritatis demonstratio.

X.

FRAGMENTA LIBRORUM CONTRA NOVATIANOS.

Ex codice regio 2398. XI. sæculi, membr. Est Catena in Acta Apostolorum, fol. 32.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ πρὸς Ναυατιανοὺς β'. λόγου.

Εἰ ἔμενέ, φησιν, ὑμῖν ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ἐξουσίᾳ ἦν. ἐπειδὴ δέ φησιν, ἐπεχειρήσατε πειράσαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ εἰς τοῦτο συνεφωνήσατε, λήψεσθε πεῖραν οὗ ἠθελήσατε· σωφρονισθήσονται δὴ, καὶ φοβηθήσονται καὶ ἄλλοι πειράσαι, δι' ὑμῶν τὴν πεῖραν λαβόντες.

S. Athanasii *ex libro II.* contra Novatianos.

Manens, inquit [a], *vobis manebat*, & *venumdatum in vestra erat potestate*. Quoniam, ait, Spiritum sanctum tentare aggressi estis, atque B in hoc mutuo consensistis; ut voluistis, experimentum illius rei capietis. Alii vero ad sanam mentem deducti, sumtaque a vobis experientia, id ipsum tentare verebuntur.

Ibidem.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς πρὸς Ναυατιανοὺς πραγματείας.

Κατανοῆσαι δεῖ καὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἀρχὴ ἦν τοῦ κηρύγματος, καὶ μέγα μὲν ἐτόλμησαν οὗτοι, πειράσαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιχειρήσαντες· μεγάλη δὲ τοῖς ἄλλοις ἀδελφοῖς ὠφέλεια γέγονεν ἡ τούτων τιμωρία. ἐπαιδεύθησαν γὰρ, καὶ ἐδιδάχθησαν, ὅτι οὐ δεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος τολμᾷν, οὐδὲ πειράσαι τοῦτο ἐπιχειρεῖν.

S. Athanasii *ex Opere* contra Novatianos.

Heic porro considerandum est, tunc initium prædicationis fuisse, ipsosque magnum facinus aggressos esse, ausos tentare Spiritum sanctum. Horum autem supplicium magnæ fratribus aliis utilitati fuit, institutis scilicet & edoctis, non audendum quidC piam esse contra Spiritum sanctum, nec tentare ipsum oportere.

Ex cod. Colb. 200. quæ est Catena in Hieremiam. Estque, ut videtur, Fragmentum ex Libris contra Novatianos.

Ὥσπερ ἄνθρωπος ὑπὸ ἀνθρώπου ἱερέως [1] βαπτιζομένου φωτίζεται τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτι· οὕτως καὶ ὁ ἐξομολογούμενος ἐν μετανοίᾳ διὰ τοῦ ἱερέως λαμβάνει τὴν ἄφεσιν χάριτι Χριστοῦ.

Quemadmodum homo a sacerdote baptizatus, Spiritus sancti gratia illuminatur: ita qui confitetur in pœnitentia, per sacerdotem Christi gratia remissionem accipit.

Apud Jo. Christoph. Wolfium, Anecdot. Græc. *tom.* IV. *pag.* 52–57.

Ex Catena ms. in Actus Apostol. & VII. *Epistolas cathol. quam servat bibliotheca* Collegii Novi Oxoniensium, *cod.* LVIII.

Κ Ε Φ. Η. ς. κδ'.

D

CAP. VIII. ℣. 24.

Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον.

Precamini vos pro me ad Dominum.

Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς λεγομένους Καθαροὺς Λόγου γ'.

Πρὸς οὖν τὴν ὑποκειμένην αὐτοῦ πικρίαν, καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν κατὰ τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ τόλμαν καὶ ἐπιχείρησιν Πέτρος δικαίως ἐκινήθη, καὶ κινηθεὶς εἶπε πρὸς αὐτόν· τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν. εἰ καὶ μὴ δεῖ, ἀλλὰ διὰ τὴν τόλμαν σου ταύτην, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι, οὐκ ἔστι σοι μερὶς, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. καὶ τοσαῦτα κατ' αὐτοῦ εἰπὼν, ὀρθῶς καὶ δικαίως οὐδὲν τούτων ἀνίατον ἡγησάμενος τῷ τῆς μετανοίας φαρμάκῳ, θεραπευτικὰ δὲ ταῦτα κρίνας εἶναι, ἐπήγαγε· μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου, καὶ δεήθητι τοῦ Κυρίου, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου. μέγα γάρ σοι καὶ τοῦτο· καὶ μὴ ἤδη τὴν δωρεὰν οὕτως ἀκαθάρτως καὶ ῥυπαρῶς διὰ χρημάτων σπεῦδε. ἀλλὰ τίνος τῆς πικρίας σου καὶ τῆς κακῆς ταύτης

Athanasii *ex libro* III. contra Novatianos.

Adversus hanc ejus amaritudinem & temeritatem insolentem, qua in Dei donum ferebatur, Petrus merito graviter commovebatur, commotusque ad eum dicebat: [b] *Pecunia tua tecum pereat*. Quamvis enim melius tibi esse possit, tamen propter insolentiam illam tuam, quod gratuitum Dei donum pecunia comparari posse censeas, *non est tibi portio, neque sors in sermone isto. Neque enim cor tuum* E *rectum est coram Deo*. Tam graviter in eum locutus, recte tamen & merito nihil horum, pœnitentia accedente, immedicabile esse existimans, sed potius medicinæ locum superesse judicans, subjungit: *Pœnitentiam igitur age de hac pravitate tua*, & *precare Dominum, si forte remittetur tibi cogitatio cordis tui*. Nam & hoc tibi magnum erit. Cave itaque, ne donum Dei tam impure & sordide pecunia tibi tam festinanter comparare studeas. Sed po-

a Act. V. 4. b Act. VIII. 20. 21.

1 Βαπτιζομένου] An βαπτιζόμενος?

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.

ἐπινοίας παυσάμενος μετανόησον, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου, οὐχ ὡς ἀμφιβάλλων, ἀλλ' ὅτι δυσίατα πάθη οὐκ ἀνίατα μέντοι, ἀλλὰ δυσίατα. εἰ γὰρ ἦν ἀνίατον, περιττὸν ἦν τό· μετανόησον ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Κυρίου· ἀλλ' ὅτι ἡ μετάνοια μὲν ἰσχύει διὰ τούτων. ὅτι δὲ μετὰ πολλῆς μετανοίας καὶ ἐπιμελείας χρεία τοῖς βαρυνθεῖσιν εἰς κακίαν, παρευθὺς ἐπήγαγεν· εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. καὶ τοσοῦτον ἴσχυεν ἡ εἰς μετάνοιαν προτροπὴ τοῦ μεγάλου τούτου ἀποστόλου, καὶ πρὸς τὸν τοσοῦτον μάγον, καὶ πρὸς τὸν οὕτω χολῆς καὶ πικρίας μεστὸν, καὶ τοσούτων κακῶν πεπληρωμένον, ὡς ἤδη [1] ἐπιμελείας ἑαυτὸν δοῦναι, καὶ ταῦτα αὐτῷ εἰπόντα τὴν γραφὴν ἐπιμαρτυρεῖν· δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον· οὐ γὰρ ἐμοὶ παῤῥησία μέτεστιν, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ, ὧν εἰρήκατε. οὔτε δὴ ἀπηγόρευσε ταῦτα αὐτῷ ὁ θεῖος ἀπόστολος, οὔτ' ἀπηρνήσατο. πῶς γὰρ ὁ καὶ ὑποθέμενος καὶ εἰπών; τοσοῦτον δὲ ὠφελήθη οὗτος αὐτὸς ὁ τηλικοῦτος μάγος ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, τῆς εἰς μετάνοιαν, ὡς ἤδη τοσοῦτον τῆς πονηρίας καὶ πικρίας αὐτὸν μεταβληθέντα εἰπεῖν· ἐγὼ μὲν οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δεηθῆναι· ὑμεῖς δὲ δεήθητε ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Κύριον.

A tius ab amaritudine tua & mala iſta cogitatione recedens, pœnitentiam age, ſi forte remittetur tibi cogitatio cordis tui: quæ verba non dubie proferuntur, ſed ideo, quia affectus difficulter ſanabiles non inſanabiles quidem ſunt, ſed ægre tamen ſanantur. Si enim prorſus emendari non potuiſſet, ſuperfluum fuiſſet dicere: *pœnitentiam age de malitia tua, & precare Dominum*. Itaque, pœnitentia in hac cauſſa efficax eſt. Quia vero cum pœnitentia magna cura opus eſt illis, qui ad malitiam indurati ſunt, ſtatim ſubjungit: *ſi forte tibi remittetur cogitatio cordis tui. Nam in felle amaritudinis & vinculis injuſtitiæ te eſſe video.* Et tantum quidem valuit excitatio iſta ad pœnitentiam, a tanto Apoſtolo B ad tantum Magum, eumque tanto felle & amaritudine refertum tantiſque peccatis oppreſſum, ut jam tum curam illam ſuſciperet, verbiſque, Scriptura teſtante, his eam profiteretur: *Orate vos pro me ad Dominum:* neque enim mihi tanta ineſt fiducia, ut ne quid eorum quæ dixiſtis, ſuper me veniat. Nec præcidit ipſi hujus rei ſpem divinus Apoſtolus, neque facere hoc denegavit. Quomodo enim id facere poterat, qui ipſe ſuaſerat, & præceperat? Tantum vero commodi hinc capiebat ipſe ille tantus Magus ex hac ſpe ad pœnitentiam facta, ut a malitia ſua & amaritudine multum mutatus diceret: ego quidem idoneus non ſum, qui pro me ipſo precer: vos vero orate pro me ad Dominum.

C

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς Νουατιανοὺς τοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάσαντας Καθαροὺς, λόγου β'.

Ejusdem *ex libro* II. contra Novatianos, *qui ſe ipſos* Catharos *appellant*.

ΚΕΦ. ιϛ'. ϛ. γ'.

CAPUT XVI. ℣. 3.

Καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτόν.

Et aſſumtum eum circumcidit.

Ἵν' οὖν μὴ κωλύηται [2] εἰς συναγωγὰς παραβάλλειν, διὰ τὸ ἀπερίτμητον εἶναι τὸν Τιμόθεον, οὕτως συμπαρεῖναι. τοῦτ' ᾠκονόμησεν, οὐχὶ καὶ ἐδογμάτισεν.

Ne igitur prohiberetur in ſynagogas penetrare, quia Timotheus non erat circumciſus; ut & hoc fieret, permiſit quidem prudenter, non vero præcepit.

X I.

Ex codice reg. 1993. fol. 317.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας, περὶ ἅπτων.

D

Athanasii *Alexandrini*, de Amuletis.

ΕΑν τις περιπέπτωκεν ἀνωμαλίᾳ δυσανιάτῳ, ψαλλέτω· ἐγὼ εἶπον, κύριε ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι· ἐπιμελόμενος τῆς προσευχῆς καὶ μεταδιώκων τὴν ἐλεημοσύνην, πειθόμενος τῆς ἐπουρανίου σοφίας· τέκνον ἐν καιρῷ ἀῤῥωστήματός σου μὴ παραβλέψῃς, ἀλλ' εὖξαι κυρίῳ, καὶ αὐτὸς ἰάσεταί σε. τὰ γὰρ περίαπτα καὶ αἱ γοητεῖαι, μάταια βοηθήματα ὑπάρχουσιν. εἰ δέ τις αὐτοῖς κέχρηται, γινωσκέτω τοῦτο σαφῶς, ὅτι ἑαυτὸν ἐποίησεν ἀντὶ πιστοῦ ἄπιστον, ἀντὶ δὲ χριστιανοῦ ἐθνικὸν, ἀντὶ δὲ συνετοῦ ἀσύνετον, ἀντὶ δὲ λογικοῦ ἀλόγιστον. καταντλεῖ γάρ σοι γραῦς διὰ κ'. ὀβολοὺς, ἢ τετάρτην οἴνου ἐπαοιδὴν τοῦ ὄφεως· καὶ σὺ ἕστηκας ὡς ὄνος χασμώμενος· φορῶν δὲ ἐπὶ τὸν αὐχένα τὴν ῥυπαρίαν τῶν τετραπόδων, παρακρουσάμενος τὴν σφραγίδα τοῦ σωτηρίου σταυροῦ. ἣν σφραγίδα οὐ μόνον νοσήματα δεδοίκασιν, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ στῖφος τῶν δαιμόνων φοβεῖται καὶ τέθηπεν. ὅθεν καὶ πᾶς γόης ἀσφράγιστος ὑπάρχει.


SI quis in ægritudinem curatu difficilem lapſus ſit, pſallat: [a] *Ego dixi, Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccavi tibi*; precibus ſcilicet intentus, ac miſericordiam implorans, cæleſti ſapientiæ obſequens dicenti: [b] *Fili, in tempore infirmitatis tuæ ne deſpicias; ſed ora Dominum, & ipſe curabit te.* Amuleta enim & præſtigiæ, vana ſunt auxilia. Si quis vero iis utatur, is clare diſcat, quod ſe ipſum effecerit pro fideli infidelem, pro Chriſtiano ethnicum, pro prudenti imprudentem, pro rationabili irrationabilem. At enim vetula viginti obolorum, aut quartariæ vini pretio, E ſerpentis incantationem tibi exhaurit: tuque ſtas hianti ore tamquam aſinus, quadrupedum ſordes a collo geſtans, repulſo ſalutaris crucis ſigillo. Quod ſigillum non morbi tantum reformidant, ſed etiam omnis dæmonum cohors pertimeſcit & horret. Quamobrem omnis præſtigiator hujuſmodi ſigillo vacuus eſt.

a Pſal. xl. 5. *b* Eccli. xxxviii. 9.

1. Επιμελείας] Legendum forte ἐπιμελείᾳ, aut ἐπιμελείαις.

2. Κωλύηται] Ita ſcripſi pro κωλύητε, id quod ſenſus requirere videtur.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.



X I I.

ALIA FRAGMENTA VARIA.

In eodem codice 2423. locus ille Psalm. p. 1291. edit. BB. explicatur & p. 1292. l. 2. pro τρέπονται *legitur* κέκλωται: *in fine autem post hæc verba*, ἀπειθήσασί ποτε, *hæc adduntur:*

A Ὥσπερ οὖν βασιλεὺς λῄσταρχον εὑρὼν κατακρατοῦντα πόλεις, ἁρπάζοντα πανταχόθεν, εἰς τὰ σπήλαια καταδυόμενον, ἀποτιθέμενον ἐκεῖ τὸν πλοῦτον, δήσας μὲν τὸν λῄσταρχον, ἐκεῖνον μὲν τιμωρίᾳ παραδίδωσιν, τὸν δὲ θησαυρὸν αὐτοῦ μεταφέρει εἰς τὰ ταμιεῖα τὰ βασιλικά· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν, ἔδησε τὸν λῄσταρχον καὶ τὸν δεσμοφύλακα διάβολον καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὸν πλοῦτον αὐτῶν, ἁπάντων ἀνθρώπων τὸ γένος μετήγαγεν εἰς τὰ ταμιεῖα τὰ δεσποτικά. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος βοᾷ λέγων· ὅτι ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους, καὶ μετήγαγεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.

Quemadmodum igitur rex, cum latronum principem invenit, ut urbes occupantem, circumquaque prædantem, antra subeuntem ut collectas ibi pecunias deponat; colligatum hujusmodi furum principem supplicio tradit, thesaurum autem ejus in regia penuaria transfert: ita fecit & Christus, principem furum, carceris custodem diabolum, & mortem colligavit; eorumque divitias, videlicet universum hominum genus transtulit in dominica penuaria. Ideo clamat Paullus his verbis: [a] *Quia redemit nos de tenebris, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.*

In eodem codice p. 150.

B [1] Καὶ τὸ ἐν πατρὶ τὸν υἱὸν εἶναι, καὶ τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ· τοῦτό ἐστι τὸ υἱὸν εἶναι Θεοῦ, τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένον, Θεὸν ὄντα κατὰ τὴν φύσιν, ὥσπερ ὁ πατὴρ καὶ δεικνύντα τὸ πατρῷον εἶδος ἐν ἑαυτῷ, καὶ δεικνύμενον ἐπὶ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. εἷς οὖν καὶ εἷς, καὶ ἡ δυὰς οὐ μεμέρισται τῇ φύσει, ἀνενδεὴς οὖσα τῇ πλειότητι. ὅλον μὲν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ὁ πατὴρ ὡς πατήρ· ὅλον δὲ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ὁ υἱὸς ὡς υἱός· ἐπειδὴ δι' ἀμφοτέρων ἓν εἶδος νοεῖται· ὁλοκλήρως ἐν ἀμφοτέροις δεικνύμενον. ἐρωτᾷς δὲ πῶς οὗτος ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ἐν τούτῳ; ὅτι καὶ οὗτος τοιοῦτός ἐστιν οἷος κἀκεῖνος, κἀκεῖνος οἷος οὗτος. οὕτως καὶ ἓν τὰ δύο, τὸ μὴ διαλλάττειν, μηδὲ ἀπεσχοινίσθαι, μηδὲ καθ' ἕτερον εἶδος καὶ ξένον χαρακτῆρα νοεῖσθαι τὸν C υἱόν· ἀλλ' εἶναι Θεὸν ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ.

Quod autem in Patre sit Filius, & Pater in Filio, illud est esse Filium Dei, qui ex Deo genitus est, & Deus secundum naturam, quemadmodum & Pater, in se paternam speciem repræsentans, atque in paterna hypostasi exhibitus. Unus itaque & unus, & dyas, sive dualitas illa, natura non separatur, nullius egens ad perfectionem. Tota quidem plenitudo deitatis est Pater ut Pater; tota item plenitudo deitatis est Filius ut Filius. Quoniam per ambos una species intelligitur, integre & perfecte in ambobus exhibita. Quæris autem, Quomodo hic in illo, & ille in hoc sit? quia & hic talis est, qualis ille; & ille talis, qualis hic. Sic & unum sunt illa duo, quod nec mutuo differant, neque separentur, C neque secundum aliam speciem & extraneum characterem intelligatur Filius; sed sit Deus sicut & Pater.

Codex reg. 1993. x. sæculi, membr. optimæ notæ, p. 39.

Οὕτω καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν, εἰ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ πεισθέντες οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ, τῆς ἡδονῆς ἐκράτησαν τοῦ ξύλου, οὐκ ἂν ἠπόρησεν ὁδοῦ, δι' ἧς τὸ τῶν ἀνθρώπων αὔξηται γένος. καὶ πῶς ἂν, φησὶν, αἱ τοσαῦται μυριάδες τῶν ἀνθρώπων ἐγένοντο; ἐγὼ δέ σε πάλιν ἐρωτῶ, ἐπειδή σε σφόδρα παρέμεινε κατατείνων οὗτος ὁ φόβος, πῶς ὁ Ἀδὰμ, πῶς δὲ ἡ Εὔα, μὴ μεσιτεύοντος γάμου;

Sic & in principio, si præceptis ejus obtemperans Adam & consors ejus, a voluptate ligni abstinuissent; non defuisset sane via, qua hominum genus propagaret. Et quomodo, inquies, tot hominum millia producta fuissent? Ego vero te iterum interrogabo, quia te talis metus exagitat, quomodo Adam, quomodo Eva, nullis intervenientibus nuptiis editi sunt?

Ex codice reg. 2441. XI. sæculi fol. 298. verso: est Catena in Joannem.

D Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Ἀδὰμ εἰρηκότες, Ἀφρικανὸς καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος.

Hi de sepultura Adami verba fecerunt, Africanus & S. Athanasius.

In codice ad Catenam in Danielem, in hæc verba, καὶ τὰ σαράβαρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθη, καὶ ὀσμὴ πυρὸς οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς: *hæc* ATHANASII *nomine leguntur.*

Μηδὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἐνδύμασι γενέσθω ὀσμὴ πρὸς τὸ Ναβουχοδονόσορ, οἵ τινες φθαρτοὶ λογισμοί εἰσιν τοῦ διαβόλου οἱ κατασβεννύμενοι.

Neque in vestimentis nostris sit odor, ad Nabuchodonosorem delatus: hæ scilicet sunt pravæ cogitationes a diabolo immissæ, quæ extinguuntur.

Ex codice reg. 1994. XIV. sæc., bombycino: est pandectes.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας.


S. ATHANASII *Alexandrini.*

Πᾶς ἄνθρωπος τὸ διακρίνειν παρὰ Θεοῦ εἰληφὼς κολασθήσεται ἐξακολουθήσας ἀπείρῳ ποιμένι, καὶ

Quivis homo accepta a Deo discernendi vi, supplicio adficietur, si imperitum pastorem sequutus sit,

[a] Coloss. I. 13.

1. Καὶ τὸ ἐν πατ.] Fragmentum hoc suspicor esse cusum.



ψευδῆ δόξαν ὡς ἀληθῆ δεξάμενος· τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;

A & falſam ſententiam ut veram amplexus ſit: [a] *Quæ enim participatio luci cum tenebris?*

Fol. 48. cod. 2398.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.

Ταῖς πολλαῖς, ὡς εἰπεῖν, χερσὶν, ὧν αὐτὸς ἐτήρει τὰ ἱμάτια, Στέφανον λιθάσαι.

S. Athanasii.

Multis, ut ita dicam, manibus eorum quorum veſtimenta cuſtodiebat, Stephanum lapidaſſe [putandum eſt]

Fol. 98.

In illud, καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτόν.

B In illud, *Et accipiens circumcidit illum.*

[1] Ἵν' οὖν μὴ κωλύηται εἰς συναγωγὰς παραβάλλειν διὰ τὸ ἀπερίτμητον εἶναι τὸν Τιμόθεον, οὕτως συμπαρεῖναι τοῦτ' ᾠκονόμησεν, οὐχὶ δὲ καὶ ἐδογμάτισεν.

Ne igitur a ſynagogarum aditu arceretur Timotheus, quod incircumciſus eſſet; ut iis adeſſe poſſet, id ita diſpenſavit; neque tamen illud quaſi præceptum & dogma tradidit.

Ex codice reg. 2919. x. ſæculi, membr.

Ὅτι παντοίοις σχήμασι λέγει καλλωπίζεσθαι τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὑπερβάτοις, ὑπερθέσεσιν, ἀποστροφαῖς, ἐκλείψεσι, παραβολαῖς, μεταφοραῖς, ἐμφάσεσι, προσωποποιΐαις.

Ὅτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος τὸ διάψαλμα διὰ τὰς ἐναλλαγάς φησι προσκεῖσθαι τῶν ῥυθμῶν, οὐχὶ δὲ διὰ τὴν ὑποχώρησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὥς τινες ἐφαντάσθησαν.

Omni figurarum genere exornatum librum Pſalmorum eſſe ait Magnus Athanaſius, hyperbatis, ὑπερθέσεσι, apoſtrophis, eclipſibus, parabolis, metaphoris, emphaſibus, proſopopœiis.

Magnus Athanaſius ait, Diapſalma ob rhythmorum mutationes jacere, non ob ſeceſſum Spiritus C ſancti, ut quidam commenti ſunt.

XIII.

Brevis Expoſitio Fidei.

Ex codice regio 2280. bombyc. XIV. ſæc. fol. 13.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἀεὶ ὄντα Θεὸν πατέρα· καὶ εἰς τὸν λόγον Θεὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὅτι συνυπάρχει τῷ πατρὶ τῷ ἰδίῳ, καὶ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ τοῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱός· καὶ ὅτι εἷς ὁ υἱὸς τοῦ ἰδίου πατρὸς τυγχάνει, καὶ ὅτι ἰσότιμός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ· ὅτι τε κατὰ πάντων τὸ κράτος καὶ τὸ κῦρος ἔχει ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, καὶ ὅτι σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ πάρεστι πανταχοῦ τῇ θεότητι, καὶ ὅτι πάντα περιέχει τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ περιέχεται ὑπ' οὐδενὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καθάπερ ὁ Θεὸς ὁ πατὴρ αὐτοῦ. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι τῆς τοῦ πατρός ἐστιν οὐσίας, καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ τυγχάνει τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὐ κεχώρισται τῇ θεότητι. τὸν λόγον φημὶ ἐν σαρκὶ γεγονέναι.

Credo in unum Deum Patrem, omnipotentem, qui ſemper Deus Pater eſt: & in Verbum Deum, unigenitum Filium Dei, quod coexſiſtat proprio Patri, quodque ex ſubſtantia Dei Patris ſit Filius; quod unus Filius proprii Patris ſit, quod æqualis D honore ſit Filius Deo & Patri ſuo: quod in omnes imperium & auctoritatem habeat Filius Dei: quodque cum Patre ſuo ubique præſens ſit deitate: quod omnia contineat ſubſtantia ſua, & quod a nullo contineatur Filius Dei, quemadmodum Deus, Pater ipſius. Et in Spiritum ſanctum, quod ex Patris ſubſtantia ſit: ac coæternus Patri & Filio ſit Spiritus ſanctus, nec deitate ſeparatus ſit. Verbum dico in carne factum eſſe; id eſt, carnem cepiſſe.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ μέν τοι τριὰς, καὶ λαβόντος σῶμα ἐκ Μαρίας τοῦ λόγου, τριάς ἐστιν, οὐ δεχομένη προσθήκην, οὐδὲ ἀφαίρεσιν, ἀλλὰ ἀεὶ τελεία ἐστίν. καὶ ἐν τριάδι μία θεότης ἐπιγινώσκεται.

Ejuſdem.

Trinitas quidem, etiam poſtquam Verbum ex Ma- E ria corpus adſumſit, Trinitas eſt, neque additamentum, neque diminutionem accipiens; ſed ſemper perfecta eſt. Et in Trinitate una deitas agnoſcitur.

In eod. cod. fol. 61.

Βέλτιον ἀποροῦντας σιωπᾶν καὶ πιστεύειν, ἢ ἀπιστεῖν διὰ τὸ ἀπορεῖν.

Præſtabilius erat dubitantes ſilere & credere, quam non credere propter dubitationem.

a II. Cor. VI. 14.

1. Hoc fragmentum ex lib. II. *contra Novatianos* excerptum, exſtat ſuperius §. x. pag. 213. ex Wolfii *Anecdotis Græcis* deſcriptum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

X I V.

FRAGMENTA EX EPISTOLIS FESTALIBUS ATHANASIANIS,

II. V. VI. XXII. XXIV. XXVIII. XXIX. XL. XLII. XLIII. & XLV.

Apud COSMAM INDICOPLEUSTEN, Topograph. Christ. *lib.* x. *pagg.* 316--319.

A

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς δευτέρας ἑορταστικῆς.

ΓΕνοιτο δ' ἂν καὶ παρ' ἡμῶν πρεπόντως ἑκάστοτε μὲν, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἑορτῆς, μὴ μόνον ἀκροαταὶ, ἀλλὰ καὶ ποιηταὶ τῶν τοῦ σωτῆρος προσταγμάτων γενώμεθα· ἵνα καὶ τὸν τῶν ἁγίων τρόπον μιμησάμενοι, συνεισέλθωμεν εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἄπαυστόν τε καὶ ὄντως μένουσαν ἐν οὐρανοῖς χαράν.

Sancti ATHANASII *ex secunda epistola Festali.*

FAxit Deus ut semper, maxime autem in diebus solemnitatis, non auditores tantum, sed etiam factores præceptorum Salvatoris simus; ut sanctorum mores imitati, una ingrediamur in indesinentem ac vere manentem in cælis Domini lætitiam.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ε. ἑορταστικῆς.

ΚΑΙ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; τὸν μὲν γὰρ κόσμον τῷ αἵματι τοῦ σωτῆρος ἠλευθέρωσε, τὸν ᾅδην πάλιν τῷ τοῦ σωτῆρος θανάτῳ πατεῖσθαι δέδωκε, καὶ εἰς τὰς οὐρανίους πύλας ἀνεμπόδιστον τοῖς ἀνερχομένοις τὴν ὁδὸν παρασχών. B

EJUSDEM *ex quinta epistola Festali.*

QUis ad hæc [enarranda] sufficiat? Nam mundum Salvatoris sanguine liberavit, infernum item Salvatoris morte calcandum tradidit, & ad cælestes portas obice vacuam adscendentibus viam paravit.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ς'. ἑορταστικῆς.

ΚΑΙ οὕτως ἑορτάσαντες δυνηθῶμεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ χαρὰν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

EJUSDEM *ex sexta epistola Festali.*

ET sic festa celebrantes ingredi possimus in illam quæ in regno cælorum adest, Christi lætitiam.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κβ'. ἑορταστικῆς.

ΙΝ' ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τὸν ὑπὲρ ἁπάντων ἀναδεξάμενος θάνατον, οὐκ ἐν γῇ τινι κάτω, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ἀέρι τὰς χεῖρας ἥπλωσεν, ἵνα πάντων τῶν πανταχοῦ τὸ διὰ τοῦ σταυροῦ σωτήριον εἶναι διδαχθῇ· τὸν μὲν ἐν τῷ ἀέρι ἐνεργοῦντα διάβολον καθελὼν, τὴν δὲ εἰς οὐρανὸν ἡμῖν ἄνοδον ἐγκαινίσῃ, καὶ ἐλευθέραν καταστήσῃ. C

EJUSDEM *ex vigesima secunda epistola Festali.*

UT Dominus noster Jesus Christus qui mortem pro omnibus suscepit, non in quodam infimo terræ loco, sed in ipso aere manus expandit, quo hinc edoceatur, illud per crucem salutare omnibus ubique prodesse: ut sic eo qui in aere operabatur, diabolo sublato, adscensum nobis in cælum novum pararet ac liberum constitueret.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κδ'. ἑορταστικῆς.

ΚΑΙ τότε μὲν ἐξιόντων καὶ περαιούντων αὐτῶν τὴν Αἴγυπτον, οἱ ἐχθροὶ θαλάττης ἐγένοντο * θρύλλημα· ἄρτι δὲ ἡμῶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν περαιούντων, αὐτὸς ὁ σατανᾶς λοιπὸν ἀπ' οὐρανοῦ καταπίπτει.

EJUSDEM *ex vigesima quarta epistola Festali.*

ET tunc quidem illis exeuntibus & transmittentibus ex Ægypto, inimici eorum mari absorpti feruntur; jam vero nobis a terra in cælum trajicientibus, ipse demum satanas ex cælo decidit.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κη'. ἑορταστικῆς.


D

ΙΝΑ αὐτὸς μὲν ὑπὲρ ἁπάντων θυσία γένηται· ἡμεῖς δὲ ἐντρεφόμενοι τοῖς λόγοις, καὶ τῆς ἀληθινῆς καὶ ζωερᾶς διδασκαλίας αὐτοῦ μεταλαμβάνοντες, δυνηθῶμεν μετὰ τῶν ἁγίων καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀπολαβεῖν χαράν. ἐκεῖ γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἐπὶ τὸ ἀνάγαιον τοὺς μαθητὰς, ἐπὶ τὴν θείαν καὶ ἄφθαρτον ὄντως ἑστίασιν ὁ λόγος καλεῖ μετ' αὐτῶν· ἐνταῦθα μὲν παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκεῖ δὲ τὰς οὐρανίους σκηνὰς ἑτοιμάζων τοῖς μάλιστα προθύμως ὑπακούουσι, καὶ ἀνενδότως καὶ κατὰ σκοπὸν ἀκολουθήσασιν εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἔνθα τοῖς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐρχομένοις τε, καὶ πρὸς τοὺς ἐμποδίζοντας ἀγωνιζομένοις, ἀπόκειται καὶ στέφανος καὶ ἡ ἄφθαρτος εὐφροσύνη. εἰ γὰρ καὶ πολὺς, ὡς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ὁ κάματος τῆς τοιαύτης ἐστὶν ὁδοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σωτὴρ καὶ ταύτην ἐλαφράν τε καὶ χρηστὴν κατεσκεύασε.

EJUSDEM *ex vigesima octava epistola Festali.*

UT ipse quidem pro omnibus hostia fieret; nos vero ejus sermonibus enutriti, ac veræ vivificæque ejus doctrinæ consortes, cum sanctis celestem illam lætitiam percipere valeamus. Illuc quippe nos, tamquam discipulos ad cœnaculum, ad divinum atque incorruptum convivium cum ipsis Sermo invitat. Hinc quidem passus pro nobis, illic vero cælestia tabernacula præparans iis qui alacriter ac libenter obedierint, atque indesinenter ac secundum scopum sequuti fuerint ad bravium supernæ vocationis; ubi iis qui ad cœnam accesserint & adversus cohibentes se concertarint, reposita est corona & incorruptibilis lætitia. Etiamsi enim multus hominum respectu talis viæ labor habeatur; at ipse Servator leviorem illam & faciliorem paravit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



A

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς.

ΗΜεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οἱ τὸν ἀμπελῶνα παρὰ τοῦ σωτῆρος παραλαμβάνοντες, καὶ εἰς τὴν οὐράνιον εὐωχίαν κληθέντες, ὡς ἤδη τῆς ἑορτῆς ἐγγιζούσης, λάβωμεν τὰ βάϊα τῶν φοινίκων, καὶ νικηταὶ τῆς ἁμαρτίας γινόμενοι, ὡς οἱ ἀπαντήσαντες τῷ σωτῆρι τότε, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἕτοιμοι γενώμεθα ταῖς πράξεσιν· ἵνα καὶ ἀπαντήσωμεν ἐρχομένῳ, καὶ συνεισελθόντες αὐτῷ τῆς ἀθανάτου μεταλάβωμεν τροφῆς, καὶ ἀϊδίως λοιπὸν ζήσωμεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

EJUSDEM *ex eadem epiſtola.*

NOs autem, fratres, qui vineam a Servatore accepimus, & ad cæleſte convivium invitamur, utpote jam imminente die feſto, ramos palmarum accipiamus; ac peccati victores effecti, quemadmodum illi qui tunc Salvatori obviam venerunt, ita & nos operibus ipſis parati ſimus: ut venienti occurramus, ac cum illo ingreſſi, immortalis cibi participes ſimus, ac denique æternum vivamus in cælis.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κθʹ. ἑορταστικῆς.

B

ΚΑΙ τὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων παύεται· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότης οὐ παύεται. ὅθεν καὶ ἀποθανόντας ἡμᾶς, καὶ ἀσθενησάσης τῆς ἰδίας ἡμῶν φύσεως, ἀνεγείρει, καὶ ἐκ γῆς γεγονότας εἰς οὐρανοὺς ἀνάγει.

EJUSDEM *ex vigeſima nona epiſtola Feſtali.*

ET ea quidem quæ hominum ſunt finem habent: quæ autem bonitatis Dei ſunt, numquam ceſſant. Quamobrem nos mortuos, ac ex natura noſtra infirmos ſuſcitat, atque ex terra factos adducit in cælos.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μʹ. ἑορταστικῆς.

ΥΜεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ, κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου, βασιλείαν· ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ μου. ἐπὶ δεῖπνον τοίνυν τὸ μέγα καὶ οὐράνιον διὰ τοῦ εὐαγγελίου κληθέντες, εἰς τὸ ἀνώγαιον ἐκεῖνο τὸ σεσαρωμένον, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς, ὡς παρήγγειλεν ὁ ἀπόστολος, ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ· ἵν' ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν ἄσπιλοι τυγχάνοντες· ἔξωθεν μὲν περιβεβλημένοι σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην· ἔσωθεν δὲ τῷ πνεύματι ὀρθοτομοῦντες, τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἀκούσωμεν, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

EJUSDEM *ex quadrageſima epiſtola Feſtali.*

VOs [a] *autem eſtis qui permanſiſtis mecum: & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater, regnum; ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Ad magnam itaque & cæleſtem cœnam per Evangelium invitati ad cœnaculum illud

C ſcopis mundatum, nos mundemus, ut præcepit Apoſtolus, [b] *ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei*: ut extrinſecus & intrinſecus immaculati; extrinſecus quidem induti temperantia & juſtitia, intrinſecus vero ſpiritu recte ſentientes, audiamus verbum veritatis, [c] *Intra in gaudium Domini tui.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μβʹ. ἑορταστικῆς.

ΚΕκλήμεθα γὰρ, ἀδελφοὶ, καὶ νῦν συγκαλούμενοι ὑπὸ τῆς σοφίας, καὶ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν παραβολὴν, ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο, τὸ μέγα, τὸ ὑπερκόσμιον, καὶ πάσῃ τῇ κτίσει τὸ διαρκοῦν· ἐπὶ τὸ πάσχα δὴ λέγω, τὸν τυθέντα Χριστόν· τὸ γὰρ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. καὶ μεθ' ἕτερα· οἱ μὲν οὖν οὕτω κεκοσμημένοι ἐρχόμενοι ἀκούσονται, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

EJUSDEM *ex quadrageſima ſecunda epiſtola Feſtali.*

VOcati enim ſumus, fratres, jamque convocati a Sapientia, ſecundum evangelicam parabolam, ad cœnam illam magnam & cæleſtem omni-

D que creaturæ ſufficientem; ad Paſcha videlicet, ſive immolatum Chriſtum: [d] *nam Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Et paucis interjectis.* Illi quidem ſic ornati, ingredientes audient: [e] *Intra in gaudium Domini tui.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μγʹ. ἑορταστικῆς.

ΗΜῶν δὲ ὧν ἐστι καὶ τὸ πάσχα, ἡ κλῆσις ἄνωθέν ἐστι μετὰ Παύλου λέγοντος· οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν· ἔνθα καὶ ἀποβλέποντες, ἑορτάζομεν καλῶς. καὶ μεθ' ἕτερα· ὑψηλὸς μὲν ὁ οὐρανὸς ἀληθῶς, καὶ ἀπέραντον τὸ τούτου διάστημα πρὸς ἡμᾶς· ὁ γὰρ οὐρανός φησι τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ. ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἀποκνητέον, οὐδὲ φοβητέον, ὡς ἀδύνατον οὔσαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁδόν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον προθυμητέον. οὐ γὰρ, ὡς οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν τότε κινήσαντες, καὶ εὑρόντες πεδίον ἐν γῇ Σενναὰρ ἐπεχείρησαν, χρεία καὶ ἡμῖν ὀπτῆσαι πλίνθον ἐν πυρὶ, καὶ ζητεῖν ἄσφαλτον ἀντὶ πηλοῦ. συνεχύθησαν γὰρ ἐκείνων αἱ γλῶσσαι, καὶ κατελύθη τὸ ἔργον. ἡμῖν δὲ ὁ κύριος τὴν ὁδὸν ἐνεκαίνισε διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, καὶ εὔκολον αὐτὴν κατεσκεύασε. καὶ πάλιν· οὐ γὰρ μόνον ἐν τῷ διαστήματι καὶ παρακλήσει παρεμυθήσατο, ἀλλ' ὅτι καὶ κεκλεισμένην ταύτην ποτὲ τὴν πύλην ἐλθὼν ἤνοιξε. κέκλειστοι γὰρ ὄντως ἐξ ὅτου

EJUSDEM *ex quadrageſima tertia epiſtola Feſtali.*

NOſtrum autem, quorum eſt Paſcha, vocatio item ſuperna eſt cum Paullo dicente: [f] *Non enim habemus heic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus:* quo reſpicientes, probe feſtum celebramus. *Et quibuſdam interpoſitis:* Excelſum ſane cælum eſt, infinitoque a nobis ſpatio diſtat: nam

E *cælum cæli Domino*, ait [g]. Verum ne ideo ad torporem & metum declinemus, quaſi nempe via ad cælum trajici nequeat; immo potius alacriter agendum. Non enim ut illi olim ab oriente profecti, reperto campo in terra Senaar, aggreſſi ſunt, opus eſt nos lateres igne coquere, ac bitumen pro cæmento quærere. Eorum quippe linguæ confuſæ ſunt, opuſque ſolutum eſt. Nobis vero Dominus novam per proprium ſanguinem viam munivit, ipſamque facilem & expeditam paravit. *Et iterum.* Neque ſolum circa cæli diſtantiam conſolatus nos eſt, ſed etiam quia portam hanc olim clauſam, ipſe veniens aperuit. Vere etenim

a Luc. XXII. 28. 29. *b* II. Cor. VII. 1. *c* Matth. XXV. 21. *d* I. Cor. V. 7. *e* Matth. XXV. 21. *f* Heb. XIII. 14. *g* Pſalm. CXIII. 16.

τὸν Ἀδὰμ ἐξέβαλε ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, καὶ ἔταξε τὰ χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν, τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. νῦν δὲ ἐκπεπταμένην, καὶ πλείονι χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ ἐμφανεὶς αὐτὸς ὁ καθήμενος ἐπὶ τὰ χερουβὶμ, εἰσήγαγεν εἰς μὲν τὸν παράδεισον μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ὁμολογήσαντα λῃστήν· εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν αὐτὸς πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελθὼν, πᾶσιν ἀνεπέτασε τὰς θύρας. καὶ πάλιν. ὁ δὲ Παῦλος κατὰ σκοπὸν διώκων εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἡρπάσθη δι' αὐτῆς ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἑωρακώς τε τὰ ἄνω, λοιπὸν κατερχόμενος, κατέχει καὶ ἡμᾶς διαγγελιζόμενος τὰ πρὸς Ἑβραίους γραφέντα· οὐ γὰρ προσεληλύθατε, λέγων, ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων· ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος· Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. τίς οὐκ ἂν δέξαιτο μετὰ τούτων ἔχειν τὴν ἄνω σύνοδον; τίς οὐκ ἀγαπήσει μετὰ τούτων ἀπογράφεσθαι, ἵνα καὶ μετ' αὐτῶν ἀκούσῃ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κατακληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου;

A clausa fuit, ex quo Adamum expulit ex paradiso voluptatis, atque Cherubim & flammeum gladium versatilem deputavit ad viam ligni vitæ custodiendam. Nunc vero aperta est illa: ac majori gratia clementiaque usus adveniens ipse qui sedet super Cherubim, in paradisum quidem latronem qui se confessus fuerat, introduxit; in cælum vero ipse præcursor pro nobis ingressus, portas omnibus aperuit. *Ac rursum*. Paullus vero secundum scopum persequens ad bravium supernæ vocationis, per eam raptus est usque ad tertium cælum: postquam autem superna vidisset, postea descendens, nos etiam una comprehendit, annuntians ea quæ ad Hebræos scripta sunt dicens: [a] *Non enim accessi-* B *stis ad tractabilem montem, & accensum ignem & turbinem, & tenebras & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum; sed accessistis ad Sion montem & civitatem Dei viventis; Jerusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitivorum qui descripti sunt in cælis*. Quis non optaverit superno horum consortio frui, & cum illis describi, ut una audiat: [b] *Venite benedicti Patris mei, hereditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi?*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς με. ἑορταστικῆς.


Ἄρωμεν πάντες τὰς θυσίας ἑαυτῶν, τὴν πρὸς τοὺς πτωχοὺς κοινωνίαν ἐπιγινώσκοντες, καὶ εἰσπορευόμεθα εἰς τὰ ἅγια, ὡς γέγραπται, ἔνθα καὶ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν, εἰσῆλθε Χριστὸς, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. καὶ πάλιν· τοῦτο δὲ μέγα τεκμήριον τὸ ξένους ἡμᾶς ὄντας ἀκοῦσαι οἰκείους, καὶ ἀλλοτρίους ποτὲ ὄντας γενέσθαι συμπολίτας τῶν ἁγίων, καὶ τέκνα χρηματίσαι τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἧς τύπος ἦν, ἣν ᾠκοδόμησε Σολομών. εἰ γὰρ κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα ἐν τῷ ὄρει πάντα πεποίηκε Μωϋσῆς, τύπος ἦν δηλονότι ἡ ἐν τῇ σκηνῇ λατρεία τῶν ἐν οὐρανοῖς μυστηρίων· εἰς ἃ θέλων καὶ ἡμᾶς εἰσελθεῖν ὁ κύριος ὡδοποίησεν ἡμῖν τὴν ὁδὸν πρόσφατον καὶ μένουσαν. ὡς δὲ πάντα τύπος ἦν τὰ παλαιὰ τῶν νέων, οὕτω τύπος τῆς ἄνω χαρᾶς καὶ ἡ νῦν ἐστιν ἑορτὴ, εἰς ἣν ἐρχόμενοι μετὰ ψαλμῶν καὶ ᾠδῶν πνευματικῶν ἀρχώμεθα τῶν νηστειῶν.

EJUSDEM *ex quadragesima quinta epistola Festali.*

C Adferamus omnes sacrificia nostra, communionem cum pauperibus agnoscentes & admittentes: & ingrediamur in sancta, ut scriptum est [c], quo præcursor pro nobis ingressus est Christus, æterna redemtione inventa. *Ac rursum*: Magnum id argumentum est, quod nos qui extranei eramus, familiares audiamus; & qui alieni eramus, concives sanctorum efficiamur, atque filii supernæ Jerosolymæ, cujus figura erat ea quam Salomon ædificavit. Nam si Moyses omnia secundum exemplar quod sibi in monte monstratum fuerat, effecit; sane conspicuum est, cultum in Tabernaculo exhibitum, mysteriorum cælestium figuram fuisse: ad quæ mysteria cum nos ingredi vellet Dominus, viam paravit nobis novam & manentem. Quemadmodum au- D tem omnia vetera novorum figura erant; sic hæc festivitas superni gaudii typus est, in quam ingressi cum psalmis & canticis spiritualibus jejunia ineamus.

a Heb. xii. 18. 19. 22. 23. b Matth. xxv. 34. c Heb. vi. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



XV.

[1] *Ex vetustissimo codice membranaceo Capituli Veronensis.*

Concilii Sardicensis ad Mareoticas ecclesias Epistola. A

SAncta synodus secundum Dei gratiam collecta Sardicæ, ecclesiis Dei apud Mareotam cum presbyteris & diaconibus, in Domino salutem.

Etiam ex his, fratres dilectissimi, quæ ad Alexandriam per fratres directa sunt, scire potestis quæ apud sanctam & magnam synodum secundum Dei gratiam Sardicæ collectam, sunt actitata: sed quia & vos scripsistis, intolerabilia sustinuisse ab impiissimis hæreticis, quorum est princeps pessimus Gregorius, hanc ob caussam scribere & ad vestram reverentiam necessarium sancta synodus æstimavit: ut iis consolati, magis ac magis habentes in Deo spem, B futuram promissionem repositam diligentibus Christum consequamini. Si igitur passi estis mala, nolite contristari, sed magis gaudete, quoniam & vos meruistis pro nomine Domini injurias tolerare. Si vero carceres, & vincula, & factiones tolerastis, hæc vos non contristabunt: hæc enim & ante vos patres sustinuerunt, quorum unus est beatus Paullus, propter quod & *vinctus* vocatus. Audivimus quanta & Ingenius presbyter passus est, & doluimus quidem propter injurias; libenter autem accepimus sacram ejus voluntatem, quoniam propter Christum cuncta sustinuit. Si igitur adhuc vos premunt, quæ putatur tristitia esse, in gaudium convertatur. Scripsimus enim piissimis imperatoribus, ut ne de cetero C talia committantur adversum ecclesias; & credimus, quod Dominus faciet per religionem humanissimorum imperatorum, ut & nos cum solatio & libertate Deo gratias agentes, & placentes inveniamur in die judicii. Quæ autem sunt actitata, sicut prædiximus, cognoscetis ex dilectissimis fratribus nostris, qui vestras litteras portaverunt, hoc est presbyteris & diaconibus Alexandrinis: episcopum enim vestrum dilectissimum fratrem nostrum, & comministrum ATHANASIUM innocentem & sincerum ab omni calumnia pronuntiavit sancta & magna synodus: Theodorum vero, Narcissum, Stephanum, Acacium, Georgium, Ursacium, Valentem & Minophantum, episcopatu deposuit ob ea quæ deliquerunt, & ob D impiissimam hæresim cujus socii & patroni videntur. De Gregorio autem nec tantum credimus necessarium esse scribere; olim enim depositus est, immo magis episcopus penitus non est æstimatus: ejus enim opus simile est ejus ordinationi. [2] Si quis igitur ab eo deceptus est, erudiatur & veritatem cognoscat; si vero resistit ejus impietati, gaudeat, quod & ipse adversatus est hunc quem sancta synodus nec episcopum æstimavit. Nec enim nos latuit, quid adversus vos commiserit, & quantum vos presserit. Sed gaudete, quoniam pro Christo patimini ab his E qui Christum blasphemant: æstimamus autem, quod jam omnis insolentia cessabit, increpatis ac depositis noxiis, qui hæresim non nominandam defendebant. Incolumes vos esse in Domino opto.

Ego Osius episcopus incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres.

ATHANASIUS Episcopus vester incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres.

Heliodorus	similiter.
Johannes	sim.
Jonas	sim.
Dionysius	sim.
Paregorius	sim.
Aetius	sim.
Valens	sim.
Arius	sim.
Porphyrius	sim.
Athenodorus	sim.
Alysius	sim.
Gerontius	sim.
Lucius	sim.
Asterius	sim.
Bassus	sim.
Dioscorus	sim.
Domitianus	sim.
Calepodius	sim.
Alexander	sim.
Plutarchus	sim.
Vincentius	sim.
Vitalis	sim.
Severus	sim.
Restitutus	sim.

Vincentius episcopus incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres: jussus a fratribus meis & coepiscopis scripsi, & subscripsi pro ceteris.

S. ATHANASII *ad easdem ecclesias Epistola.*

ATHANASIUS presbyteris & diaconibus, & populo catholicæ Ecclesiæ apud Mareotam, dilectissimis ac desiderabilibus fratribus, in Domino salutem.

Sancta synodus laudavit in Christo vestram religionem. Omnes acceptos tulerunt in omnibus animum & fortitudinem, quoniam minas non timuistis, quod tolerantes injurias & persecutiones adversum pietatem, prævaluistis. Litteræ itaque vestræ, dum legerentur omnibus lacrymas commoverunt, & omnes ad vestrum pertraxerunt affectum: dilexerunt vos & absentes, ac vestras persecutiones suas æstimaverunt: indicium namque caritatis eorum sunt litteræ ad vos datæ: & licet sufficeret vos connumerare sanctæ per Alexandriam ecclesiæ: tamen separatim vobis scripsit sancta synodus, ut adhortati non deficiatis ob hæc quæ patimini, sed gratias agatis Domino; quod vestra patientia bonum fructum habebit. Olim itaque latebant hæreticorum mores; nunc tamen omnibus expansi sunt, & patefacti: nam sancta Synodus advertit ab his concinnatas adversus vos calumnias, & eos habuit odio, atque omnium consensu deposuit Theodorum, Valentem, Ursacium in Alexandria & Mareota. Eadem etiam per alias ecclesias facta sunt. Et quoniam intolerabilis est jam crudelitas eorum & [3] tyrannia adversus ecclesias celebrata; ideo episcopatu dejecti sunt, omnique communione alienati. Ceterum de Gregorio nec mentionem facere voluerunt; qui enim penitus episcopi nomen nec habuit, hunc nominare superfluum æstimaverunt: sed propter deceptos ab eo, nominis ejus mentionem fecerunt; non quia dignus memoria

1. Quæ sequuntur vetera monumenta Athanasiana, primus in lucem protulit ex ms. codice amplissimi Capituli Veronensis V.C. Scipio Maffeius in *Osservaz. Letter.* tom. III. pagg. 29-47. 60-83.

2. Vid. Athan. Apol. n. 30.

3. *Tyrannia*] Sic ms. pro *tyrannis*.

videbatur, ſed ut ex hoc qui ab illo decepti ſunt, ejus cognoſcant infamiam, & erubeſcant [1] cujuſmodi factis homini communicaverunt.

Cognoſcetis vero ſuper eos ſcripta ex ſuperadnexis: & licet non omnes ſcribere epiſcopi occurrerunt, attamen ab omnibus ſcripta ſunt, & pro omnibus ſcripſerunt. Invicem ſalutate in oſculo ſancto. Salutant vos omnes fratres.

Protogenes epiſcopus, incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi & deſiderabiles.

Athenodorus epiſcopus incolumes vos in Domino opto, fratres dilectiſſimi.

Julianus epiſcopus ſimiliter.
Ammonius ſim.
Aprianus ſim.
Marcellus ſim.
Gerontius ſim.
Porphyrius ſim.
Zoſimus ſim.
Aſclepius ſim.
Appianus ſim.
Eulogius ſim.
Eugenius ſim.
[2] Liodorus ſim.
Martyrius ſim.
Eucarpus ſim.
Lucius ſim.
[3] Caloes ſim.
[4] Maximus ſim.

Per epiſtolas de Galliis incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi.

[5] Arcidamus, & Philoxenus presb. & Leo diaconus de Roma incolumes vos optamus.

Gaudentius Naiſitanus epiſcopus incolumes vos in Domino opto.

Florentius [6] Merie Pannoniæ ſimiliter.
Ammianus de Caſtello Pannoniæ ſim.
Januarius de Benevento ſim.
[7] Prætextatus de Narcidono Pann. ſim.
Hypeneris de Hypata Theſſaliæ ſim.
Caſtus [8] de Auguſta Cæſareæ ſim.
Severus de Calciſo Theſſaliæ ſim.
Julianus de Theriſeptapoli ſim.
Lucius de Verona ſim.
Eugenius de Hecleal Cycbinis ſim.
Zoſimus Lychnis Sunoſio Apuliæ ſim.
Hermogenes de Syceono ſim.
Thrypho de Magara ſim.
Paregorius [9] Caſpinus ſim.
[10] Caloes Caſtromartis ſim.
Ireneus [11] Syconeus ſim.
Macedonius [12] Lypianenſis ſim.
Martyrius Naupactis ſim.
Palladius de Diu ſim.
[13] Broſeus Ludonenſis Galliæ ſim.
Urſacius Brixienſis ſim.

A Amantius Viminacenſus, per presbyt. Maximum ſim.
Alexander Gyparenſis Achajæ ſim.
Eutychius de Mothona ſim.
Aprianus de Petabione Pannoniæ ſim.
Antigonus Pallenenſis Macedoniæ ſim.
Dometius de Acaria Conſtantias ſim.
Olympius [14] de Enorodope ſim.
Zoſimus Oreomargenſis ſim.
Protaſius Mediolan. ſim.
Marcus Siſcenſis Saviæ ſim.
Eucarpus Oponſius Achajæ ſim.
Vitalis Vertareſis Africæ ſim.
Helianus de Tyrtanis ſim.
B Synphorus de Herapythis Cretæ ſim.
Moſinius Heraclæ ſim.
Euciſſus Chiſamenſus ſim.
Cydonius Cydonenſis.

Item S. ATHANASII.


Athanaſius presbyteris & diaconibus omnibus eccleſiæ ſanctæ apud Alexandriam & Parembolam catholice dilectiſſimis fratribus ſalutem.

Hæc ſcribentes oportet Epiſtolæ principium gratiarum Chriſti actionibus facere, fratres dilectiſſimi; nunc autem maxime [15] docet hoc fieri, quoniam & facta multa apud Dominum, & magna habent gra-
C tiam, & oportet credentes in eum non eſſe ingratos tot ejus beneficiis. Gratias igitur agimus Domino, qui nos ſemper omnibus palam facit in fide, qui & jam in præſenti magna & mirabilia fecit eccleſiæ: quæ enim rurſum affirmaverunt divulgantes hæretici Euſebiani & Arii hæredes, hæc omnes qui convenerunt epiſcopi, pronuntiaverunt falſa ea eſſe & ficta. Et ii ipſi qui apud multos putantur eſſe terribiles, tamquam gigantes nominati, pro nihilo habiti ſunt: & merito; quemadmodum enim adveniente luce tenebræ arguuntur, ſic per adventum juſtorum iniquitas revelatur; & præſentibus egregiis debiles convincuntur. Quæ enim fecerunt maledicæ hæreſis Euſebii ſucceſſores, Theodorus, Narciſſus,
D Valens, Urſacius, & in omnibus peſſimus Georgius, Stephanus, Acacius, Minophantus & eorum collegæ, nec vos ignoratis, dilecti; nam eorum dementia omnibus patefacta eſt: quæ contra eccleſias commiſerunt, veſtram nec hoc latuit ſollertiam. Primum enim vobis nocuerunt; primum veſtram eccleſiam corrumpere temptaverunt: ſed ii qui tot ac tanta fecerunt, & apud omnes terribiles æſtimati ſunt, ſicut prædixi, tantum timuerunt, ut omnem exſuperent cogitationem. Neque enim ſolum Romanam ſynodum timuerunt, nec ſolum ſe vocati excuſaverunt; ſed & nunc cum Sardicam adveniſſent, ſic infirmati ſunt conſcientia, ut cum vidiſſent judices, mirarentur; ſic mente conciderunt. Vere quis
E poſſet adverſum eos dicere, [a] *Ubi eſt ſtimulus tuus,*

[a] I. Cor. xv. 55.

1. *Cujuſmodi factis homini*] Eodem ſenſu fortaſſe, quo Italice *nom di tal fatta*.
2. *Liodorus*] Forte *Diodorus*.
3. *Caloes*] In editis *Calvus*.
4. *Maximus Per epiſt.*] Clar. editor conjicit heic legendum *Maximinus epiſcopus de Galliis*, qui nimirum fuerit Trevirenſis.
5. *Arcid.*] Inter fragmenta ex opere hiſtorico S. Hilarii exſtat epiſtola ſynodi Sardicenſis ad Julium I. in qua ſic legimus pag. 15. edit. Pariſ. 1598. *Hoc enim optimum & valde congruentiſſimum eſſe videbitur, ſi ad caput, id eſt ad Petri apoſtoli ſedem de ſingulis quibuſque provinciis Domini referant ſacerdotes. Quoniam ergo univerſa quæ geſta ſunt, quæ acta, quæ conſtituta, & chartæ continent, & vivæ vocis chariſſimorum fratrum & compresbyterorum noſtrorum* ARCYDAMI *&* FILOXENI *& chariſſimi filii noſtri* LEONIS *diaconi* cet.
6. *Merie Pannoniæ*] Leg. *Emeritæ Hiſpan.* Scriptum pro more fuerit in cod. *Span.* ſed littera *S* detrita legerit librarius *Pan.* inde confecerit *Pannoniæ*. Idem lapſus mox infra, ubi legendum *Anianus ab Hiſpania de Caſtulone*.
7. *Prætextatus de Narcidono Pann.*] Leg. *Prætextatus ab Hiſpania de Barcinona*.
8. *De Auguſta Cæſareæ*] *De Cæſarauguſta*.
9. *Caſpinus*] *De Scupis*.
10. *Caloes*] Forte *Calvus*, ut ſupra.
11. *Syconeus*] *Secoreus*, vel *de Secoro*.
12. *Lypianenſis*] *Ulpianenſis*.
13. *Broſeus Ludon.*] *Veriſſimus* Lugdunenſis.
14. *De Enorodope*] *De Doliche*.
15. *Docet*] An *decet*?

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.



mors? ubi est victoria tua, mors? Nec enim illis proficiebat, ut vellent judicare: jam non poterant circumvenire quos volebant; sed videbant viros fideles curantes justitiam, immo magis ipsum Dominum nostrum videbant in eis: quemadmodum tunc dæmones de sepulcris; filii enim cum essent mendacii, non ferebant veritatem videre. Sic Theodorus, Narcissus & Ursacius cum suis verba dicebat: *Omitte; quid nobis & vobis hominibus Christi? novimus, quod veri estis, & timemus convinci; veremur in personam recognoscere calumnias. Nihil est nobis & vobis; Christiani enim vos estis, nos vero Christo repugnantes; & apud vos quidem veritas pollet, nos vero circumvenire didicimus. Putavimus abscondi nostra; non jam credebamus in judicium venire: quid ante tempus nostra convincitis, & ante diem nos convincentes vexatis?* Et licet sint moribus pessimi, & in tenebris ambulent; tamen cognoverunt vix tandem, quoniam nulla est communio lucis & tenebrarum, nec est aliqua consensio Christo cum Belial. Unde, fratres dilectissimi, cum scirent quæ fecerint, [1] quæcumque miserrimos videntes accusatores, testes præ oculis habentes, imitati sunt Cain, & illius more fugerunt: quoniam granditer erraverunt, [2] etenim ejus fugam sunt imitati, & condemnationem habuerunt. Cognovit enim opera eorum sancta synodus; audivit nostrum sanguinem proclamantem, audivit voces læsorum ab ipsis. Cognoverunt omnes episcopi quæ peccaverunt, & quanta adversus ecclesias nostras & alias operati sunt; & ideo hos quemadmodum Cain ecclesiis ejecerunt. Quis enim non lacrymatus est, dum vestræ litteræ legerentur? quis non ingemuit, aspiciens quos exsiliaverunt isti? quis non existimavit vestras suas esse tribulationes? Fratres dilectissimi, quondam vos patiebamini, cum ii delinquerent adversum vos, & forte jam tempore multo bellum non quievit. Nunc vero episcopi convenientes omnes, & audientes quæ passi estis, sic dolebant, sic gemebant, quemadmodum tolerantes injuriam tunc dolebatis, & illis...... erat dolor communis illo tempore, quo processistis. Ob hæc igitur, & alia omnia, quæ contra ecclesias commiserunt, cunctos universa synodus sancta deposuit, & non solum eos alienos judicavit ab ecclesia, sed nec dignos vocari Christianos æstimavit: qui enim abnegantes Christum, quemadmodum Christiani vocentur? & qui contra ecclesias delinquunt, ii quemadmodum poterunt adesse ecclesiis? Unde mandavit sancta synodus ubique ecclesiis, ut apud omnes notentur; ut ii qui ab ipsis decepti sunt, jam ad plenitudinem & veritatem revertantur. Nolite igitur deficere, fratres dilectissimi; tamquam Dei servi, & fidem Christi confitentes probemini in Domino, & non dejiciat vos tribulatio, neque ab hæreticis, adversum vos qui exercentur, dolores contristent. Habetis enim mundum universum condolentem vobis; & quod majus est, habentem omnes vos in mentem. Puto autem jam deceptos ab illis, videntes correptionem factam a synodo, ab illis averti, & [3] ex ore ipsorum impietatem. Si vero post hæc adhuc manus est eorum excelsa, ne stupeatis vos, neque formidetis, si illi sæviunt; sed orate, & manus ad Deum levate, & confidite, quoniam non tardabit Dominus, sed omnia vobis faciet pro vestra voluntate. Vellem quidem adhuc pluribus epistolam vobis scribere, & ut singula facta sunt significare; sed quoniam presbyteri, & diacones idonei sunt nuntiare vobis præsentes de omnibus quæ viderunt, multa quidem scribere cessavi. Illud tantum significo, necessarium putans, ut præ oculis habentes timorem Domini, eum præponatis, & omnia cum vestra concordia celebretis intelligentes & sapientes. Orate pro nobis, habentes in mente viduarum necessitates, maxime quoniam ad eas pertinentia inimici veritatis [4] obtulerunt; sed dilectio vestra vincat hæreticorum malitiam: credimus enim, quod secundum orationes vestras Dominus adnuens dabit mihi velocius vos videre. Interim tamen apud synodum actitata cognoscetis ex scriptis ad vos ab omnibus episcopis, & de subjectis litteris depositionem Theodori, Narcissi, Stephani, Acacii, Georgii, Minophanti, Ursacii & Valentis: nam Gregorii mentionem facere noluerunt; qui enim penitus Episcopi nomen non habuit, hunc nominare superfluum putaverunt. Sed tamen propter deceptos ab eo ejus nominis mentionem fecerunt; non quia dignum erat ejus nomen memorare, sed ut ab eo decepti cognoscant ejus infamiam, & erubescant, quod tali communicaverunt...... tamen & hoc cum illis. Incolumes vos in Domino oro, dilectissimi, & desiderabiles fratres.

Historia acephala, ad Athanasium *potissimum ac res Alexandrinas pertinens.*

I. Scripsit autem & imperator Constantius de reditu Athanasii, & inter imperatoris epistolas hæc quoque habetur.

Et factum est post Gregorii mortem, Athanasius reversus est ex Urbe Roma & partibus Italiæ, & ingressus est Alexandriam [5] Phaophi XXIV. Consulibus Constantio IV. & Constante III. hoc est post annos VI. & remansit quietus apud Alexandriam [6] annis XVI. & mens. VI.

II. Secundum autem reversionis ejus, Coss. Hypatio & Catulino, Theodorus, Narcissus, Georgius cum ceteris venerunt Constantinopolim, volentes suadere Paullo communicare sibi: qui nec verbo eos suscepit, etiam eorum salutationem anathematizavit. Adsumentes itaque secum Eusebium Nicomediensem, insidiati sunt beatissimo Paullo, & interponentes calumniam illi de Constante & Magnentio, expulerunt Constantinopoli, quo possent locum habere, & Arianam hæresim seminare. Populus autem Constantinopolitanus, desiderans beatissimum Paullum, perseveravit seditionibus, ne duceretur ex urbe, amantes sanam doctrinam ejus. Imperator sane iratus comitem Hermogenem transmisit, ut eum ejiciat: quo audito populus per mediam civitatem extraxit Hermogenem: ex qua re occasione nancta adversum episcopum, exsiliaverunt eum in Armenia.

Volens Eudoxium hæreseos Arianæ socium, & participem Theodorus cum ceteris throno civitatis imponere, ordinatum Germaniciæ; populo vero moto ad seditionem, & non permittente quemquam sedere in throno beati Paulli; adsumentes Macedonium, Paulli presbyterum, ordinaverunt episcopum Constantinopolitanæ civitatis: quem omnis episcoporum conventus damnavit, quoniam adversus suum patrem impositionem manus hæreticorum impie suscepit.

Macedonius tamen postquam communicavit illis, & subscripsit, occasiones ingesserunt nullius momenti; & amoventes de ecclesia constituunt Eudoxium

1. *Quæcumque miserrimos*] Forte *eorumque acerrimos*.
2. *Etenim*] Forte *etiam*.
3. *Ex ore*] Forte *exhorrere*.
4. *Obtulerunt*] Forte *abstulerunt*.
5. *Phaophi* XXIV.] Octobr. XXI. ann. CCCXLVI.
6. *Annis* XVI.] Forte *annis* VI.

supradictum Antiochensem. Unde in hac secessione A Macedoniani appellantur, circa Spiritum sanctum naufragantes.

III. Post hoc tempus Athanasius audiens adversum se turbam futuram, imperatore Constante in Mediolano constituto, direxit ad Comitatum navigium cum episcopis V. Serapionem Thmuitanum, Thriadelphum Niciotanum, Apollinem Cynopolitanum superioris, Ammonium Pachemmonensem; & presbyteros Alexandriæ III. Petrum medicum, Astericum & Phileam. Post quorum navigationem de Alexandria, [1] consul. Costantio VI. Aug. & Constante Cæsare II. Pachom XXIV. die: mox post IV. dies Montanus Palatinus ingressus Alexandriam B Pachom XXVIII. ejusdem Augusti litteras Constantis dedit episcopo Athanasio, per quas vetabat eos occurrere ad comitatum; ex qua re nimis vastatus est episcopus, & omnis populus fatigatus est valde: ita Montanus nihil agens profectus est, relinquens episcopum Alexandriæ.

Postmodum autem Diogenes, imperialis notarius, venit Alexandriam mense [2] Mensore, consulatu Arbitionis & Loliani; hoc est post annos II. & menses V. ex profectione Montani de Alexandria, & incubuit omnibus Diogenes, [3] expellens egredi episcopum civitate, & omnes satis adflixit. [4] VI. autem die Toth mensis acriter incumbens expugnabat ecclesiam; & fecit insistens menses IV. C hoc est ex mense Mensore, sive ex die intercalariorum, usque [5] Cyac XXVI. diem. Populo vero resistente Diogeni vehementer & judicibus, reversus est Diogenes sine effectu prædicti mensis Cyac die XXVI. consulatu Arbitionis & Loliani post menses IV. sicut dictum est.

IV. Itaque dux Syrianus, & notarius Hilarius de Ægypto Alexandriam venerunt, [6] Tybi decimo die, post consulatum Arbitionis & Loliani; ac præmittentes omnes per Ægyptum ac Lybiam militum legiones, ingressi sunt dux, & notarius per noctem cum omni manu militari ecclesiam Theonæ, [7] Methir XIII. die per noctem supervenientem XIV. D & frangentes ostia ecclesiæ Theonæ, ingressi sunt cum infinita manu militari. Episcopus autem Athanasius effugit manus eorum, & salvatus est die prædicto Methyr XIV. Hoc tamen factum est post annos IX. & menses III. ac dies XIX. quam Italia reversus est episcopus. Liberato autem episcopo presbyteri ipsius & populus remanserunt obtinentes ecclesias, & colligentes mensibus IV. donec ingrederetur Alexandriam Cataphronius præfectus, & Heraclius comes mense [8] Pahyni, XVI. die, consulatu Constantis VIII. & Juliani Cæsaris primo.

V. Et post dies IV. quam sunt ingressi, Athanasiani ejecti sunt ecclesiis, & traditæ sunt ad Gre- E gorium pertinentibus & episcopum exspectantibus: susceperunt autem ii ecclesias die XXI. mense Pahyni. Advenit etiam [9] Gregorius Alexandriæ conf. Constantis IX. & Juliani Cæsaris, II. [10] Methyr, XXX. die, hoc est post menses octo & dies XI. quando susceperunt ecclesias ad eum pertinentes. Ingressus itaque Gregorius Alexandriam, tenuit ecclesias mensibus XVIII. integris; & tunc plebs adgressa est illum in Dominico Dionysii: & vix cum periculo & magno certamine liberatus est, die primo [11] mensis Thot, cons. Tatiani, & Cerealis. Ejectus est autem Gregorius de Alexandria die X. factæ seditionis, hoc est [12] Phaoph die V. Ad Athanasium vero episcopum pertinentes, post dies IX. profectionis Georgii, hoc est XIV. die mensis Phac, ejicientes Gregorii homines, tenuerunt ecclesias mensibus duobus & diebus XIV. donec advenit dux Sebastianus de Ægypto, & ejecit eos, & iterum ad Georgium pertinentibus ecclesias consignavit mense Cyac die XXVIII.

Post menses autem IX. integros profectionis Georgii de Alexandria, Paullus notarius advenit [13] Pahyni XXIX. consulante Eusebio & Hypathio, & proposuit imperiale præceptum pro Georgio, & domuit multos ob ejus vindictam. Et post menses V. Georgius venit Alexandriam, [14] Athyr XXX. die, cons. Tauri & Florenti, de comitatu; hoc est post annos III. & menses duos quam fugerat. Et apud Antiochiam Arianæ hæreseos ejicientes Paullinos de ecclesia, Meletium constituerunt; [15] quo nolente eorum malæ menti consentire, Euzojum presbyterum Georgii Alexandrini ejus loco ordinaverunt.

VI. Ingressus autem, sicut prædictum est, Georgius Alexandriam, Athyr die XXX. degit in civitate securus dies III. hoc est die III. Cyac: nam IV. die mensis ejusdem præfectus Gerontius nuntiavit mortem Constantii imp. & quod solus Julianus tenuit universum imperium. Quo audito cives Alexandrini & omnes contra Georgium clamaverunt; eodemque momento sub custodia illum constituerunt; & fuit in carcere ferro vinctus ex prædicto die Cyac IV. usque ad XXVII. ejusdem mensis diebus XXIV. Nam XXVIII. die ejusdem mensis mane pæne omnis populus illius civitatis perduxit de carcere Georgium, nec non etiam comitem qui cum ipso erat, insistentem fabricæ Dominicæ, quæ dicitur *Cæsarium*, & occiderunt ambos, & eorum corpora circumdederunt per mediam civitatem; Georgii quidem super camelum, Dracontii vero homines funibus trahentes; & sic injuriis adfectos circa horam VII. diei utriusque corpora combusserunt.

VII. Proximo autem die [16] Methyr, X. die mensis, post consulatum Tauri & Florenti, Juliani imp. præceptum propositum est, quo jubebatur reddi idolis & neochoris & publicæ rationi, quæ præteritis temporibus illis sublata sunt.

Post dies autem III. Methir XIV, datum est præceptum Gerontio præfecto ejusdem Juliani imper. nec non etiam vicarii Modesti, præcipiens episcopos omnes factionibus antehac circumventos & exsiliatos reverti ad suas civitates & provincias. Hæ autem litteræ sequenti die Methir XV. propositæ sunt: postmodum autem & præfecti Gerontii edictum propositum est, per quod vocabatur epi-

1. *Consul. cet.*] Ann. CCCLIII. Maii XIX.
2. *Mensore*] Leg. *Mesori*, Μεσορὴ, Augustus: ann. CCCLV.
3. *Expellens*] Leg. *compellens*.
4. *VI. die Toth*] *Thoth*, Θὼθ, die III. Sept.
5. *Cyac* XXVI.] Leg. Choeac, Χοιὰκ, Decemb. XXII.
6. *Tybi decimo die*] Jan. V. ann. CCCLVI.
7. *Methir* XIII.] Leg. *Mechir*, Μεχὶρ, Μεχεὶρ, Febr. VIII. Vide sis cl. Corsinum ad *Not. Græc.* Differt. I. pag. XIV. sub fin.
8. *Pahyni* XVI. d.] *Payni*, Παϋνὶ, Παωνὶ, Jun. X. ann. CCCLVI.
9. *Gregorius*] Leg. *Georgius*.
10. *Methir* XXX. d.] *Mechir*, ut modo, Febr. XXIV. ann. CCCLVII.
11. *Die I mensis Thot*] Aug. XXIX. ann. CCCLVIII.
12. *Phaoph die V.*] *Phaophi*, Φαωφὶ, Octob II.
13. *Pahyni* XXIX.] *Payni*, Jun. XXIII. ann. CCCLIX.
14. *Athyr* XXX. d.] Ἀθὺρ, Nov. XXVI. ann. CCCLXI.
15. *Quo nol.*] In ms. *eo nol.*
16. *Methir* X. d.] *Mechir*, ut supra, Febr. IV. ann. CCCLXII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



ſcopus Athanaſius ad ſuam reverti eccleſiam. Et poſt dies XII. hujus edicti propoſitionis Athanaſius viſus eſt apud Alexandriam, ingreſſuſque eſt eccleſiam eodem menſe Methir die XXVII. ut ſit ex ejus fuga, Syriani & Hilarii temporibus facta, uſque ad reditum ejus Juliano...... Methir. XXVII. Remanſit in eccleſia uſque [1] Phaophi XXVI. conſulatu Mamertini & Nevittæ menſibus VIII. integris.

Prædicto autem die Phaoph XXVII. propoſuit Juliani imp. edictum, ut Athanaſius epiſcopus recederet de Alexandria: & eodem momento quo propoſitum eſt edictum, epiſcopus egreſſus eſt civitatem, & commoratus eſt circa Thereu. Quo mox egreſſo, Olympus præfectus obtemperans eidem Pythiodoro, & his qui cum ipſo erant, hominibus difficillimis, miſit ad exſilium Paullum & Astericium presbyteros Alexandriæ, & direxit eos habitare Andropolitanam civitatem.

VIII. Olympus autem, idem præfectus, menſe [2] Menſore, XXVI. die, conſulibus Juliano Aug. IV. & Salluſtio, nuntiavit Julianum imp. eſſe mortuum, & Jovianum Chriſtianum imperare: & ſequente menſe Toth XVIII. imperatoris Joviani litteræ advenerunt ad Olympum præfectum, ut tantum Deus excelſus colatur & Chriſtus, & ut in eccleſiis colligentes ſe populi celebrent religionem. Paullus vero & Astericius, prædicti presbyteri, reverſi ſunt de exſilio Andropolitanæ civitatis, & ingreſſi ſunt Alexandriam Toth X. die, poſt menſes X.

Epiſcopus autem Athanaſius, moratus, ſicut prædictum eſt, apud Thereon, aſcendit ad ſuperiores partes Ægypti, uſque ad Hermopolim ſuperiorem Thebaidos, & uſque Antinoum: quo in his locis degente; cognitum eſt, Julianum imperatorem mortuum, & Jovianum Chriſtianum imperatorem. Ingreſſus igitur Alexandriam latenter epiſcopus, adventu ejus non pluribus cognito, occurrit navigio ad imp. Jovianum; & poſt, eccleſiaſticis rebus compoſitis, accipiens litteras venit Alexandriam, & intravit in eccleſiam, [3] Athir XIX. die, conſ. Joviani & Varroniani: ex quo exiit Alexandria ſecundum præceptum Juliani, uſque dum advenit prædicto die Athir XIX, poſt annum unum, & menſes III. & dies XXII.

IX. Apud Conſtantinopolim autem Eudoxius Germaniciæ tenebat eccleſiam; & erat inter eum, & Macedonium hæreſis. Per Eudoxium autem exiit alia pejor hæreſis ab adulterina Arianorum Aetii, & Patricii Nicæni communicantium Eunomio, Heliodoro & Stephano. Et hoc accipiens Eudoxius, cum Euzojo Arianæ hæreſeos epiſcopo Antiocheno communicavit: & depoſuerunt per occaſionem Seleucium, & Macedonium, & Hypatianum, & alios XV. ad ſe pertinentes epiſcopos, quoniam non ſuſcipiebant ..... *non ſimilem, neque facturam non facti* transferentes: quorum expoſitio hæc eſt.

Expoſitio Patricii & Aetii, qui Eunomio communicaverunt, Heliodoro & Stephano.

Hæc ſunt apud Deum: non natum, ſine principio, ſempiternum, ut non imperetur, immutabilem, omnia videntem, infinitum, incomparabilem, omnipotentem, ſine prævisione futura ſcientem, ſine dominio. Hæc non ſunt Filii: imperatur enim, ſub imperio eſt, ex nihilo eſt, finem habet, non comparatur, tranſit eum Pater ..... Chriſti reperitur; quantum pertinet ad Patrem, futurum ignorat. Non erat Deus, ſed Dei Filius; Deus eorum, qui poſt eum ſunt: & in hoc poſſidet invariabilem apud Patrem ſimilitudinem, quod omnia videt, quod omnia... quod non mutatur bonitate; non ſimilem dealitate nec natura. Si autem dixerimus, quod ex dealitate natus eſt, tamquam ſerpentinam germinationem eum dicimus; & eſt dictum impium: & quemadmodum ſtatua æruginem ex ſe facit, & ex ipſa ærugine conſumetur; ſic & Filius, ex natura Patris ſi factus eſt, conſumet Patrem. Sed ex opere, & novitate operis Filius naturaliter Deus, & non ex natura, ſed ex alia natura ſimiliter, ut Pater, nec ex ipſo; imago enim Dei factus eſt, & nos ex Deo, & a Deo. Si omnia a Deo, & Filius tamquam ex aliquo negotio, quemadmodum ferrum ferruginem habens minuetur, quemadmodum corpus vermes faciens comeditur, quemadmodum vulnus ex ſe mittens conſumetur ex ipſis; ſic qui dicit Filium ex Patris natura. Similem autem Filium Patri qui non dicit, extra eccleſiam fiat, & ſit anathema. Si dixerimus Deum Dei Filium, duos ſine initio inducimus: imaginem dicimus Dei; qui dicit ex Deo, ſabellizat. Et qui dicit ſe ignorare Dei nativitatem, manichizat; & ſi quis dixerit ſubſtantiam Filii ſimilem ſubſtantiæ Patris non nati, blaſphemat. Sicut enim nix, & ſimithium quantum ad albedinem ſimiles, ad ſpeciem autem non ſimiles: ſic & Filii ſubſtantia alia eſt præter Patris ſubſtantiam. Nix autem aliam habet albedinem; externo autem conniventes oculos egreſſi .... Vultis audire Filium Patri ſimilem in operationibus, ſicut Angeli Archangelorum naturam non poſſunt comprehendere, velint eligere, nec Archangeli naturam Cherubini, nec Cherubini naturam Spiritus ſancti, nec Spiritus ſanctus naturam Unici, nec Unicus naturam non nati Dei.

Cum autem epiſcopus Athanaſius veniret de Antiochia Alexandriam, conſilium fecerunt Ariani Eudoxius, Theodorus, Sophronius, Euzojus & Hilarius, & conſtituerunt Lucium presbyterum Georgii, interpellare imperatorem Jovianum in palatio, & dicere quæ in exemplaribus habentur.

Heic autem minus neceſſaria intermiſimus.

X. Poſt Jovianum autem citius ad imperium vocatis, Valentiniano & Valente, ipſorum præceptum ubique manavit, quod etiam redditum eſt Alexandriæ [4] Pachom die X. conſ. Valentiniani & Valentis, continens, ut epiſcopi ſub Conſtantio depoſiti & ejecti ab eccleſiis, Juliani autem imperii tempore ſibi vindicaverant & receperant epiſcopatum, nunc denuo ejiciantur eccleſiis, interminatione poſita curiis mulctæ auri librarum CCC. niſi ſcilicet eccleſiis & civitatibus epiſcopos [5] minaverint. Ex qua re apud Alexandriam magna eſt confuſio & turba exorta, ut eccleſia univerſa fatigaretur; cum etiam principales eſſent numero exigui, cum præfecto Flaviano, & ejus officio; & ob imperiale præceptum, & auri mulctam [6] inminebant egredi epiſcopos civitate, multitudine Chriſtiana reſiſtente & contradicente principalibus & judici; & adfirmante epiſcopum Athanaſium non eſſe ſubjectum huic definitioni, & præ-

1. *Phaophi* XXVI.] Oct. XXIII. ann. CCCLXII.
2. *Menſore* XXVI.] Leg. *Meſori*, ut ſupra, Aug. XX. an. CCCLXIII.
3. *Athir* XIX.] *Athyr*, Nov. XVI. ann. CCCLXIV.
4. *Pachom d.* X.] *Pachon*, Παχών, Παωχών, Maii V. ann. CCCLXV.
5. *Minaverint*] Forte *eliminaverint*.
6. *Inminebant*] Forte *interminabant*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.

cepto imperiali, quod nec Constantius eum perse- A cutus est, sed & restituit. Similiter & Julianus persecutus est; universos revocavit, & eum propter idolatriam (*sic*) denuo ejecit; at Jovianus reduxit. Remansit hæc contradictio, & turba usque ad sequentem mensem Payni die XIV. hoc enim die præfectus Flavianus relatione facta declaravit consuluisse principes de hoc ipso, quod apud Alexandriam motum est. Et ita omnes exiguo tempore quieverunt.

XI. Post menses IV. & dies XXIV. hoc est Phaophi VIII. episcopus Athanasius noctu latenter egressus ecclesia, recessit in villam juxta Fluvium novum. Præfectus autem Flavianus & dux Victorinus, ignari recessisse eum, eadem nocte ad ecclesiam pervenerunt Dionysii cum manu militari; ac B fractis posterulis ingressi atrium & partes superiores domus, hospitium episcopi quærentes, non invenerunt eum. Nam paullo ante recesserat, & remansit degens in prædicta possessione [1] a memorato die Phaoph VIII, usque Mechir VI. hoc est, mensibus IV. integris. Post hæc notarius imperialis Bresida eodem Mechir mense venit Alexandriam cum litteris imperialibus, jubentibus eumdem Episcopum Athanasium reverti ad civitatem, & consuete tenere ecclesias; & VII. die Mechir mensis, post conf. Valentiniani & Valentis, hoc est, in consulatu Gratiani & Degalaifi, idem notarius Bresidas cum duce Victorino & præfecto Flaviano convenientes in palatio nuntiaverunt præsentibus curialibus & populo, quod præceperant imperatores, C episcopum reverti ad civitatem. Et eodem momento idem Bresida notarius egressus cum curialibus & multitudine ex populo Christianorum ad prædictam villam, & assumens episcopum Athanasium cum præcepto imperiali induxit in ecclesiam quæ dicitur Dionysii, mensis [2] Mechir die VII.

XII. [3] Consulatu Gratiani & Dagalaifi, usque ad sequentem Lupicini & Jovini consulatum, & Valentis secundi Payni XIV. in Consulatu finiuntur (anni) Athanasiani XL. Ex quibus mansit Treberis Gallias menses XC. & dies III. Apud Alexandriam in incertis locis latens, quando ab Hilario notario & duce fatigabatur, menses LXXII. & dies XIV. A- D pud Ægyptum & Antiochiam in itineribus mensibus XV. & diebus XXII: in possessione juxta Novum fluvium menses IV: fient pariter menses VI. & anni XVII. & dies XX. Remansit autem quietus apud Alexandriam annos XXII. & mens. V. dies X. Sed & bis cessavit modicum tempus extra Alexandriam in novissima profectione, & Tyro, & Constantinopoli. Fiunt ergo episcopatus Athanasii, ut prædixi, usque ad consulatum Valentiniani & Valentis, Payni IV. anni XL. Et sequenti Consulatu Valentiniani & Victoris, Payni XIV. ann. I. & sequenti consulatu Valentiniani & Valentis III. Payni XIV. Et sequenti consulatu Gratiani & Probi, & alio consulatu Valentiniani & Valentis IV. [4] Pachom VIII. dormiit.

XIII. Prædicto autem [5] consulatu Lupicini & Jovini, Lucius Arianorum specialiter sibi volens vindicare episcopatum, post profectionem de Alexandria multo tempore advenit consulatu prædicto, & ingressus est civitatem latenter per noctem XXVI. diei Toth mensis; & sicut dictum est, mansit in quadam domuncula, latens diem illum. Postero autem die intravit domum, ubi mater ejus conmanebat; cognitoque statim ejus adventu per civitatem, universus populus collectus incusabant ejus ingressum. Et Trajanus dux & præfectus nimis moleste tulerunt inrationabilem ejus & audacem adventum, & miserunt principales, ut eum ejicerent de civitate. Advenientes itaque principales ad Lucium, & considerantes omnes populum iratum & valde tumentem adversus illum, timuerunt eum per se producere de domo, ne a multitudine occideretur: & hoc ipsum nunciaverunt judicibus: & paullo post ipsi judices, dux Trajanus & præfectus Tatianus ad locum cum multis militibus ingressi domum, produxerunt per semet ipsos Lucium, hora diei VII. Toth die XXVII. Lucius autem cum sequeretur judices, & omnis populus civitatis post eum Christianorum ac Paganorum ac diversarum religionum, cuncti pariter uno spiritu & ex una sententia & eodem decreto non cessaverunt ex domo qua ductus est, per mediam civitatem, usque ad domum ducis vociferantes, ac turpia & scelerata eidem ingerentes, & clamantes: *extra civitatem ducatur*. Tamen dux introduxit eum in domum suam, & apud eum mansit, & custodiebatur reliquis horis diei, ac tota nocte: & sequenti die XXVIII. mensis prædicti, Dux manicans, & habens eum usque Nicopolim, tradidit militibus Ægypto deducendum.

Defuncto autem Athanasio VIII. Pachom mensis, ante diem V. dormitionis suæ ordinavit Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum. Post quem Timotheus F. suus suscepit episcopatum annis IV. Post hunc Theophilus ex diacono est episcopus ordinatus. Explicit.

1. *A die Phaoph* VIII. *usque Mechir* VI.] A die V. Oct. ad XXXI. Jan.
2. *Mechir* die VIII.] Febr. I.
3. *Conf. Grat. & Dagalaifi*] *Dagalaiphi*. Uterque occid. ann. CCCLXVI.
4. *Pachom* VIII.] Maii III. ann. CCCLXXIII.
5. *Conf. Lupic. & Jov.*] Ann. CCCLXVII.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
362.

OPUSCULA ATHANASIANA,

Sive inter ἀμφιβαλλόμενα, sive inter notha computanda.

I.

Ex ms. codice bibliothecæ Ambrosianæ, num. 55.

Τοῦ αὐτοῦ Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων.

D num. Illud est patientiam tenere usque in finem. Nemo itaque vestrum animo deficiat. Considerate sanctos illos tres pueros qui imaginem Nabuchodonosoris adorare noluerunt, quique ex hujusmodi sanctitate ac vitæ instituto, tantum flammæ caminum extinxere, ut neque odor ignis in vestimentis eorum inventus sit. Nec in vestris quoque indumentis sit odor ignis Nabuchodonosoris, sive spurcarum extinctarumque diaboli cogitationum. Ne vos fallat esca, neu quis dicat: Consenui, nec jejunare possum; sed recordetur Eleazari senis, qui nequaquam regis artibus deceptus est, ut gustaret aut manducaret immunda. Qui vero inter vos juniores sunt, in memoriam revocent septem illos genero-
E sissimos Macchabæos; ac se mutuo cohortentur, frater scilicet fratrem, donec martyrio consummentur, & sint in templo Domini quasi columnæ ignis. Matres item in vobis quotquot habentur, filios hortentur suos; quemadmodum illa Macchabæorum mater, quæ non insano amore, non errore quopiam decepta, filios hortabatur, ut eosdem in regno cælorum reciperet, & una secum haberet. Quod etiamsi vos adversarii persequantur, immo & comprehendant, sat vobis esto quod corpus vestrum sit templum Dei. Mementote Apostolorum, qui olim vexati & in carcerem conjecti sunt; & ii tamen cum gaudio gratias agebant, [b] quoniam digni habiti sunt pro nomine ejus contumeliam pati. Recorda-

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 362.

a Jac. V. 11. b Act. V. 41.

1. Ἐπελάθοντο] Forte ἐπελάχοντο.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



τοῦ ἀτιμασθῆναι. καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων τῶν τοσούτων αἰκισμοὺς ὑπενεγκόντων, ἄχρι καὶ ἐξορύξεως ὀφθαλμῶν, καὶ μονόφθαλμοι ἐγένοντο· ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν ἐτύγχανεν, εἰς οὓς ὁ τοῦ σωτῆρος λόγος ἔφθασεν λέγοντος· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. τινὲς δὲ νῦν προδεδώκασιν μηδὲν καθόλου αἰκισμὸν παθόντες ἕνεκεν τελῶν πραγμάτων, φιλαργυρίας τε καὶ ἀπολαύσεως σαρκὸς, βρωμάτων καὶ ποτῶν, καὶ κενοδοξίας, φιλαρχίας καὶ ἀνθρωπίνου φόβου.

Ταῦτα γεγραφήκαμεν παρακαλοῦντες ὑμᾶς· ἀλλ' ἔστιν μέτρον ἑκάστου κατὰ τὴν ἑκάστου πολιτείαν, ἴδιον. ἕκαστος οὖν ὑμῶν φίλους ἑαυτοῦ ἄνω κτάσθω· διὸ ἡ γραφὴ λέγει, ἐν παντὶ καιρῷ φίλος ὑπαρχέτω σοι. ἀδελφοὶ δὲ ἐν ἀνάγκαις ἔστωσαν χρήσιμοι, τούτου γὰρ χάριν γεννῶνται. ὅσοι οὖν μιμηταὶ ἑκάστου τῶν προειρημένων εἰσὶν, τούτων συγκληρονόμοι ἔσονται, καὶ τούτους ἕξουσιν φίλους ἐν ἡμέρᾳ ἀνάγκης. εἴ τις πρεσβύτερος τυγχάνει, μιμείσθω Τιμόθεον προεστῶτα καλῶς, καὶ βαθμὸν ἑαυτῷ περιποιοῦντα καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν Χριστῷ. εἴ τις διάκονός ἐστι, μιμείσθω τοὺς περὶ Στέφανον ἑπτὰ πιστευθέντας διακονεῖν, οἳ καὶ πιστοὶ πλήρεις πνεύματος ἁγίου ἐγένοντο. εἴ τις ἀναγνώστης συμμέτοχος γενέσθω τοῦ λέγοντος, ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου· καὶ ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος· εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ· καὶ, ἄργυρος πεπυρωμένος γλῶσσα δικαίου. ὅσοι μοναχοὶ τέλειοι ἐχέτωσαν τούτους τοὺς ἁγίους ἄνδρας εἰς φίλους, Ἡλίαν, Ἐλισσαῖον, Ἰωάννην· οἱ δὲ ἐν αὐτοῖς νεώτεροι μιμείσθωσαν τοὺς τότε τρεῖς ἁγίους μετὰ τῶν Μακκαβαίων. αἱ δὲ παρθένοι προσδοκώμεναί εἰσιν μετὰ τῶν συμμεταιρίδων ἐν οὐρανοῖς Μαρίας ἅμα ἀδελφῆς Ἀαρὼν, καὶ τῆς Μαρίας, καὶ Θέκλης τῆς ἐκτιλάσης τὴν σαρκικὴν ἐπιθυμίαν ἀφ' ἑαυτῆς, καὶ τῶν τεσσάρων θυγατέρων Φιλίππου τῶν προφητευουσῶν· αἱ δὲ χῆραι πολιτευόμεναι ἔστωσαν ὥσπερ Δεβόῤῥα κρίνουσα τὸν λαὸν, ἥτις ἐχρημάτισεν μήτηρ ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ὡς Ἰουδὴθ ἐν τῇ φρονιμότητι καὶ ἁγιασμῷ τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου ἀφειλαμένη· καὶ ὥσπερ Ἄννα θυγάτηρ Φανουὴλ ὀγδοήκοντα τεσσάρων ἐτῶν οὖσα ἦν ἐν τῷ ἱερῷ λατρεύουσα ἐν νηστείαις καὶ δεήσεσιν, καὶ ἐπὶ τέλει ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ.

Ὅσοι πρεσβύται τῇ ἡλικίᾳ εἰσὶν, ἔστωσαν μιμηταὶ τοῦ ἀγαθοῦ πρεσβείου τοῦ Ἀβραὰμ ἐν τῇ φιλοξενίᾳ, καὶ ὥσπερ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, Ἰὼβ τε καὶ Λώτ. ὅσαι δὲ πρεσβυτίδες ἢ χῆραι ζηλούτωσαν τὴν χήραν τὴν ἐν Σαραπτᾷ, καὶ τὴν προσενεγκαμένην τὰ δύο λεπτά. νῦν δὲ ἀγαπητοί μου ἐν κυρίῳ χωρὶς πολυλογίας, καιρός ἐστι τοῦ πενθῆσαι. ἐγένετο δὲ μετὰ τὸ αἰχμαλωτευθῆναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἰσραὴλ ἐρημωθῆναι, ἐκάθισεν Ἱερεμίας κλαίων, καὶ ἐθρήνησε τὸν θρῆνον τοῦτον ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἶπεν· πῶς ἐκάθισεν μόνη ἡ πόλις ἡ πεπληθυμένη λαῶν, ἐγενήθη ὡς χήρα; οἱ γὰρ ἅγιοι ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων πτώσει κλαίουσιν. ἰδοὺ γὰρ σήμερον ἡ ἐκκλησία ὡς χήρα γεγένηται· ἰδοὺ ὁδοὶ Σιὼν πενθοῦσιν παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἐρχομένους ἐν ἑορτῇ· ἰδοὺ οἱ ἱερεῖς αὐτῆς ἀναστενάζουσιν, καὶ αἱ παρθένοι αὐτῆς ἄγονται, ἀπεκλείσθη ἡμῶν τὸ σάββατον, καὶ ἡ ἑορτὴ, καὶ ἡ νεομηνία. καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ κλαίει ὁ προφήτης λέγων· κλαύσομαί σε ἄμπελος Σέβαμα· τί ὠλοθρεύθησαν τρυγηταί σου; ὁ οἶνός ἐστιν ἐν ληνῷ χρῄζων κούφων ἀξιῶν χωρῆσαι τοῦτον. πολλὰ δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν τετραυματισμένων ἐν τῷ νῦν καιρῷ παρῃτήσαντο τετραυματισμένοι. ὅσοι γοῦν ἀβλαβεῖς ἔμειναν κοῦφα νέα διατετηρημένα προσερχέσθωσαν μεταλαβεῖν.

mini item tot sanctorum martyrum, qui plagas perpessi sunt, adeo ut etiam ipsis oculi excluderentur, & coclites evaderent. Verum Dei cognitio cordibus eorum inhærebat, ipsisque competebat hoc Salvatoris dictum: [a] *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Sunt autem quidam hodie, qui aperte produnt se nihil ærumnarum tolerare posse; idque tribus potissimum de caussis, ob avaritiam scilicet, carnisque voluptates, cibum & potum, atque ob inanem gloriam, ambitionem humanumque metum.

VII. Hæc scripsimus vos exhortandi caussa: verum est sua cuique mensura secundum proprium singulorum institutum. Quisque igitur vestrum amicos sibi sursum paret; qua de causa dicit Scriptura: *In omni tempore amicus tibi sit*. Fratres autem in necessitatibus, mutuis inserviant commodis; ea enim de caussa gignuntur. Quotquot igitur singulorum quos supra recensui, imitatores sunt, eorumdem coheredes erunt, iisque in die necessitatis amicis fruentur. Si quis presbyter est, imitetur Timotheum qui pulcre præfuit, & gradum sibi adquisivit multamque in Christo fiduciam. Si quis diaconus est, imitetur septem illos qui cum Stephano ad diaconi officium adlecti sunt, qui fideles ac pleni Spiritu sancto fuerunt. Si quis lector est, is particeps & imitator ejus sit qui ait: [b] *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*: & ut ait Petrus: [c] *Si quis loquitur, tamquam eloquia Dei*: &, [d] *argentum igne examinatum* est lingua justi. Monachi perfecti, sanctos hosce amicos sibi parent, Heliam, Elisæum, Joannem: qui vero inter illos juniores sunt, imitentur tres illos sanctos pueros, cum Macchabæis. Virgines autem exspectent se cum consortibus suis in cælis coronandas esse, una cum Maria Aaronis sorore, Maria Virgine, ac Thecla quæ carnalem cupidinem ab se eradicavit, nec non cum quatuor Philippi filiabus prophetantibus. Viduæ vitam suam perinde instituant atque Deborra, quæ populum judicavit, quæ vocata est Mater in Jerusalem: ac sicut Judith quæ prudentia & sanctitate caput Holopherni abscidit; & sicut Anna filia Phanuel, quæ octoginta quatuor annorum cum esset, in templo ministrabat in jejuniis & obsecrationibus, & in fine confitebatur Domino.

VIII. Quotquot senes ætate sunt, boni senis Abrahami in hospitii jure exercendo imitatores sint, pariterque Isaaci, Jacobi, Jobi & Loti. Vetulæ vero aut viduæ æmulentur viduam Sareptanam, & eam quæ duo minuta obtulit. Nunc autem dilecti mei in Domino, ne multis dicam, tempus lugendi est. [e] *Et factum est postquam in captivitatem redacta est Jerusalem & Israel desertus est, sedit Hieremias flens, & planxit lamentatione hac super Jerusalem & dixit: Quomodo sedet sola civitas plena populo, facta est quasi vidua?* Sancti quippe hominum lapsus deplorant. Ecce namque hodie Ecclesia Dei quasi vidua facta est: ecce viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: ecce sacerdotes ejus gemunt: virgines ejus abducuntur: clausum est sabbatum nostrum & solemnitas atque neomenia. Alio item loco lacrymatur propheta dicens: [f] *Flebo te vinea Sebama: cur perierunt vindemiatores tui? vinum in torculari est, egens calcatoribus. Multa autem ob multitudinem vulneratorum hoc tempore recusarunt vulnerati. Quotquot igitur illæsi remanserunt juvenes expediti, conservati veniant, ut hæc percipiant*. Et rursus alio in loco hæc lamenta

a Matth. V. 8. *b* Psal. XLIV. 2. *c* I. Pet. IV. 11. *d* Psal. XI. 7. *e* Thren. I. *f* Jer. XLVIII. 32.

καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ κλαίει λέγων· τίς δῴη τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομεν τὸν λαὸν τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτὸς, τοὺς τετραυματισμένους θυγατρὸς λαοῦ μου, τοὺς σοφοὺς ὄντας εἰς τὸ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλὸν ποιῆσαι μὴ ἐπεγνωκότας; τοῦτο ποιοῦντες κλαίοντες ἐπὶ τῷ πτώματι τῶν ἀνθρώπων. ὁ προφήτης δὲ πάλιν Ἰεζεκιὴλ ἐθρήνει ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν ἀποπεπτωκότων, ὥσπερ αὐτῷ εἴρηται· λάβε θρῆνον ἐπὶ τὸν ἄρχοντα Τύρου. καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν ἄρχοντα Τύρου μόνον κλαίει, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοὺς πολλοὺς τάχα ἐκ τῶν αὐτοῦ δακρύων κατανοήσουσιν· σκοποὶ γὰρ τυγχάνουσι τοῦ παντὸς, καὶ διέκτορες τοῦ πενθεῖν. καὶ ὁ Δαυὶδ ἔκλαιεν ἐπὶ τῷ πτώματι δυνατῶν λέγων, πῶς ἔπεσον δυνατοὶ, καὶ ἀπώλοντο σκεύη πολεμικά; μὴ ἀναγγείλατε ἐν Γὲθ, μηδὲ ἐν ὁδοῖς Ἀσκαλῶνος, μήποτε εὐφρανθῶσιν θυγατέρες ἀπεριτμήτων. ἰδοὺ γὰρ καὶ σήμερον ἔπεσαν δυνατοὶ, καὶ μεγάλα σκεύη πολεμικὰ, ἅπερ δεῖ κλαίειν. ἔκλαιε δὲ ἐπὶ τὸν Ἀβεσσαλὼμ, οὐκ ὅτι ἀπέθανεν, ἀλλ᾽ ὅτι παρηνόμησεν. καὶ ἡμεῖς τοίνυν μὴ τοὺς τελευτήσαντας κλαύσωμεν, ἀλλὰ τοὺς τὴν ἰδίαν πίστιν ἀπαρνησαμένους. δεξώμεθα καὶ τὸν λόγον τοῦ προφήτου Ἰωὴλ καὶ ἐπιτελέσωμεν, ὡς προστάττει καὶ προσκαλεῖται κλαίειν ἐπὶ τοὺς ἐν ἀπωλείᾳ λέγων· ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς. κλαύσονται οἱ ἱερεῖς οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐροῦσι, φεῖσαι κύριε τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος τοῦ κατάρξαι αὐτῶν ἔθνη, μή ποτε εἴπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; τάχα δέ πως καὶ ἡμῖν λεχθείη τὸ, καὶ ἐζήλωσεν κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐφείσατο τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. καὶ ἐν τοῖς θρήνοις πάλιν κεῖται· τείχη Σιὼν καταγαγέτωσαν ὡσεὶ χειμάῤῥους δάκρυα ἡμέρας καὶ νυκτός. μὴ ἄρα τείχεσιν ἢ λίθοις λέγει· ἢ πάντως τοῖς οὖσιν ἁγίοις τείχεσι τῆς ἐκκλησίας; ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ πάντας αὐτοὺς πεπλήρωται καταγαγόντας ὡσεὶ χειμάῤῥους δάκρυα πανταχοῦ.

Νῦν δὲ ἐπιλαβώμεθα καὶ τοῦ τῆς ᾠδῆς λόγου· πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον αἴροντες τὰ σπέρματα αὐτῶν. ὥσπερ οἱ προεστῶτες νῦν καὶ οὐκ ἔχοντες ποῦ τὰ σπέρματα καταβάλωσιν· ἀλλ᾽ ὅμως ἐρχόμενοι ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, φέροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. μακάριοι γὰρ οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται· καὶ τὸ, ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις. οἱ γὰρ ἀπόστολοι καὶ τότε κλαίοντες τὸ ἑσπέρας, ἠγαλλιάσαντο πρωΐας. καὶ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία παρεκάθητο τῷ μνημείῳ κλαίουσα· ταύτῃ ὀφθεὶς ὁ κύριος ἀφεῖλεν τῶν αὐτῆς ὀφθαλμῶν τὰ δάκρυα· ἐπληρώθη τὸ [1] προλέγοντο· καὶ ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. μνήσθητε τοῦ κυρίου ἡμῶν ὅτι τοσαῦτα ἔπαθεν δι᾽ ἡμᾶς· ἐξεδύθη τὸν ἱματισμὸν, ἐνέδυσαν αὐτὸν χλαμύδα κοκκίνην, περιέθηκαν αὐτῷ στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐνέπτυσαν αὐτῷ, ἐνέπαιξαν αὐτῷ, καὶ ἐῤῥαπίσθη ὑπὸ ὑπηρέτου ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης. ἐκρεμάσθη ἐπὶ ξύλου, ἐπότισαν αὐτὸν ὄξος μετὰ χολῆς, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ βλέποντος, λόγχῃ τὴν πλευρὰν ἔνυξαν, παρέθετο τὸ πνεῦμα εἰς χεῖρας τοῦ πατρὸς, ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μνημείῳ, ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ εἰς οὐρανοὺς, προεκήρυξαν αὐτὸν ἅγιοι ἄγγελοι λέγοντες· ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. ἀναλογίσασθε οὖν τὸν τοιαύτην ὑπομονὴν ἐνδειξάμενον· ἵν᾽ ὅστις ἂν μιμητὴς αὐτοῦ γίνηται, οὗτος καὶ συγκάθεδρος καὶ συγκληρονόμος αὐτοῦ γένηται, ὡς αὐτὸς ἐπηγγείλατο, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A edit: [a] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabimus populum hunc die ac nocte, vulneratos filiæ populi mei,* [b] *qui sapientes sunt ad faciendum malum, nesciuntque facere bonum?* Sic faciunt qui plorant de lapsibus hominum. Ezechiel propheta rursus plorabat pro omnibus qui ciderent, prout jussum ipsi fuerat: [c] *Leva planctum super principem Tyri.* Nec de principe Tyri tantum lamentabatur; sed ut vel ex ipsius lacrymis augurari facile est, de multis aliis: nam omnibus advigilant & lugendi exempla suppeditant. David quoque de fortium casu lamentabatur cum diceret: [d] *Quomodo ceciderunt fortes, & perierunt vasa bellica? Ne annuntietis in Geth, neque in viis Ascalonis,* B *ne forte exsultent filiæ incircumcisorum.* Ecce hodieque ceciderunt fortes, & magna instrumenta bellica, de quibus lugendum est. Lugebat item ipse de Absalone non quia mortuus, sed quia prævaricatus esset. Et nos itaque ne lugeamus defunctos, sed eos qui propriam fidem abnegarunt. Excipiamus Joelis dictum ejusque jussa compleamus, queis hortatur ut lamentemur de iis qui eunt in perniciem, his verbis: [e] *Egrediatur sponsus de cubiculo suo, & sponsa de lecto suo. Plorabunt sacerdotes ministri altaris & dicent: Parce Domine populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes, ne forte dicant in gentibus, Ubi est Deus eorum?* Fortasse nobis quoque dicatur & il- C lud: *Zelatus est Dominus populum suum, & pepercit populo suo.* In Threnis item legitur: [f] *Muri Sion emittant ceu torrentes lacrymas die ac nocte.* Num muris & lapidibus ita loquitur, an potius iis qui vere muri Ecclesiæ sunt? Certe in iisdem omnibus id completum est: nam lacrymas ubique ceu torrentes emiserunt.

IX. Nunc autem adsumamus Cantici verba, [g] *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua.* Quemadmodum hodierni præsules qui non habent quo semina emittant. Attamen *venientes venient cum exsultatione, portantes manipulos suos.* Nam [h] *beati qui* D *lugent, quoniam ipsi consolabuntur;* Et illud: [i] *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Apostoli quippe qui tunc ad vesperum fleverant, ad matutinum postea lætati sunt. Et Maria Magdalene sepulcro flens adstabat, cui apparens Dominus abstulit lacrymas ab oculis ejus; sicque impletum est quod ante dictum fuerat: [k] *Et abstulit Deus omnem lacrymam ab omni vultu.* Recordamini Domini nostri, qui tanta passus est pro nobis: exutus fuit vestimento, & induerunt eum chlamyde coccinea, imposuerunt ei spineam coronam, conspuerunt in eum, illuserunt ei: colaphis cæsus est a ministro, qui omnium Dominus est. Suspensus est in ligno, potatus aceto cum felle: diviserunt vesti- E menta ejus ipso vidente, lancea latus ejus confixerunt, deposuit ipse spiritum in manus Patris: repositum est corpus ejus in monumento, resurrexit tertia die, assumtus est cum gloria in cælos, prænuntiarunt eum sancti angeli dicentes, [l] *Attollite portas, principes, vestras.* Animo igitur considerate eum qui talem exhibuit patientiam; ut quisquis ejus imitator fuerit, cum illo sedeat ejusque coheres sit, quemadmodum ipse pollicitus est, in regno cælorum, in sæcula sæculorum, Amen.

a Jer. IX. 1. b Jer. IV. 22. c Ezech. XXVIII. 11. d II. Reg. I. 19. e Joel. II. 16-18. f Thren. II. 18.
g Psal. CXXV. 6. h Matth. V. 5. i Psal. XXIX. 6. k Isa. XXV. 8. l Psal. XXIII. 9.

1. Leg. Προλεγόμενον, (vel προὔλεγετο).

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



III.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος εἰς τὰ βαΐα.

Φρικτὸν, ἀγαπητοὶ, μυστήριον σήμερον ἐν Ἱερουσαλὴμ γέγονεν. μυστήριον δέ φημι τὸ ὑπὸ τῶν προφητῶν κηρυχθὲν, καὶ ὑπὸ Χριστοῦ τελεσθέν. ὄντως γὰρ εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, κατὰ τὸν μακάριον Δαυίδ· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. τὴν γὰρ κοινὴν ἀνάστασιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους πιστούμενος ὁ πάντων δεσπότης καὶ δημιουργὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντα δι' ἡμᾶς οἰκονομήσας, πρὸ τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ πάθους, ἐκ νεκρῶν ἤγειρε τὸν Λάζαρον. ὅθεν μετὰ τοῦτο σπεύδων, ὡς ἔφην, λοιπὸν τὸ ὑπὲρ ἡμῶν πάθος ἀναδέξασθαι, ἀποστέλλει, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, δύο τινὰς τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν λέγων· πορευθέντες εἰς τὴν κατέναντι ἡμῶν κώμην, εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον σὺν αὐτῇ, λύσαντες ἀγάγετέ μοι. διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης ἡνίκα τὰς εὐλογίας ἐν κλήρῳ παρεῖχεν τοῖς τέκνοις, ἐλθὼν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν, οὕτως εἴρηκεν· Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου· καὶ μετ' ὀλίγα, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν· ποίων δὲ ἐθνῶν γέγονεν προσδοκία Ἰούδας; οὐδαμῶς. ἀλλὰ τοῦτο δηλοῖ ὁ προφήτης, ἐπειδὴ ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ ἥλιος. πάλιν μεθ' ἕτερα ὁ αὐτὸς λέγει· δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὴν ὄνον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου. ὄνον καὶ πῶλον εἰπὼν, τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἐθνῶν ἐσήμανεν. ἐδέσμευσε γὰρ ἀληθῶς τὰ ἔθνη ὁ κύριος τῇ ἀμπέλῳ καὶ τῇ ἕλικι, τουτέστιν, τῇ παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ, ὅπως καρποφορήσωσι καρπὸν εὐσεβείας διὰ τῆς πίστεως. εἶτα ἐπάγει· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. στολὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ περιβολὴν, τὴν σάρκα λέγει. ἑκουσίως γὰρ δι' ἡμᾶς ἐν σταυρῷ προσηλώθη σαρκὶ, ἵνα τῷ ἰδίῳ αἵματι τὸν ῥύπον ἐκπλύνῃ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, καθὼς καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ γέγραπται· διατί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, πλήρης καταπεπατημένης; ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. λέγει γὰρ τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος περὶ τῆς ὄνου· καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, τί ποιεῖτε; ἢ τί λύετε τὸν πῶλον; εἴπατε, ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει. μὴ διστάσητε, φησὶν, ἐν μηδενὶ τῶν κατὰ τὴν ἐμὴν οἰκονομίαν πραττομένων· οὐδεὶς ὑμῶν ἀντιστήσεται, οὐδὲ ἀντιρρητορήσει πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα. εἴπατε ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει, οὐδεὶς κωλύσει ὑμᾶς ποιοῦντας τὸ ὑπ' ἐμοῦ προστασσόμενον· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. δεῖ τοίνυν πάντα τὰ παρ' ἐμοῦ γεγραμμένα εἰς πέρας ἐλθεῖν. δεῖ με εἰσελθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ σήμερον ἐποχούμενον ἐπὶ ὑποζύγιον. ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· ἰδοὺ Ζαχαρίας ὁ προφήτης διαρρήδην βοᾷ λέγων· χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιὼν, κηρύσσεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων. αὐτὸς πρᾳῢς καὶ ἐπιβεβηκὸς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον ὄνου νέον. καιρὸς οὖν εὐδοκίας ὁ παρών· δεῖ με τὴν ἔχθραν λῦσαι, καὶ εἰρηνοποιῆσαι τὰ πάντα διὰ τοῦ σταυροῦ. δεῖ τὴν νῦν Ἱερουσαλὴμ τέλος λαβεῖν, καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν στηριχθῆναι. ἢ οὐχὶ καὶ ὁ ὑμνῳδὸς Δαυὶδ περὶ τῆς κλήσεως ταύτης τῶν ἐθνῶν προεφήτευσεν; τί γὰρ εἴρηκεν; πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσιν, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου κύριε. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ, οἱ διὰ πίστεως τὸν λόγον δεχόμενοι. εἶτά φησιν ὁ εὐαγγελιστής· πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ ἐποίησαν καθὼς συνέταξεν αὐτοῖς, καὶ ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐπεκάθησαν

A *Sancti patris nostri* ATHANASII *archiepiscopi Alexandrini Sermo in* Ramos Palmarum.

Tremendum, dilecti, mysterium hodie Jerosolymis exstitit. Mysterium dico, quod a prophetis prænuntiatum, a Christo consummatum est. Re vera enim [a] *benedictus qui venit in nomine Domini*, secundum beatum Davidem; ac rursus idem, [b] *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Ut enim communem generis humani resurrectionem fore suaderet Dominus & creator Jesus Christus, qui omnia nostri caussa dispensavit & fecit, ante salutarem passionem suam Lazarum ex mortuis suscitavit. Quamobrem hoc peracto, ut dixi, festinaB vit voluntariam pro nobis adire passionem. [c] *Mittit*, ait Evangelista, *duos ex discipulis suis dicens: Euntes in vicum oppositum, invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: solventes, adducite mihi.* Ideo beatus Jacob patriarcha cum benedictiones quasi sortem filiis impertiret, ubi ad Judam pervenisset, sic ait: [d] *Juda te laudent fratres tui;* & paucis interpositis, [e] *Et ipse exspectatio gentium.* Qualium Judas gentium exspectatio fuit? Nullius. Verum id indicat propheta, quod ex Juda sol ortus sit. Rursum paucis interjectis idem ipse ait: [f] *Ligans ad vineam asinam suam, & ad vitem pullum asinæ.* Asinam & pullum dicens, ecclesiam gentium significavit. Nam re vera Dominus gentes vineæ & viti C colligavit; id est, veteri & novo testamento, quo per fidem pietatis fructum ferrent. Hinc pergit: [g] *Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ amictum suum.* Stolam & amictum Christi, carnem nuncupat. Siquidem sponte in carne sua cruci pro nobis adfixus est, ut proprio sanguine peccatorum nostrorum sordes ablueret, quemadmodum in Hesaia scriptum est: [h] *Quare rubra vestimenta tua, & indumenta tua quasi calcati torcularis, plenus conculcata?* Verum ad propositum revertamur. Dicit ergo discipulis Dominus de asina loquens; [i] *Et si quis dixerit, Quid facitis? aut cur solvitis pullum? dicite, Domino opus illo est.* In nullo, inquit, dubitate eorum quæ secundum œconomiam meam geD runtur; nemo vobis repugnabit aut obsistet in ulla re. Dicite, Domino illius esse opus: jussum meum exsequentes nemo vos coercebit, [k] *Nam meus est orbis terræ & plenitudo ejus.* Oportet igitur quæcumque a me scripta sunt, ad exitum deduci. Hodie insidens subjugali Jerosolymam ingressurus sum. Scrutamini scripturas: ecce Zacharias propheta his verbis exclamat: [l] *Gaude multum filia Sion: prædicabitur tibi justus & Salvator. Ipse mansuetus, insidens subjugali, & pullo asinæ juveni.* Tempus præsens beneplaciti est: oportet me inimicum everE tere, ac per crucem omnia pacata reddere. Opus est ut isthæc Jerosolyma finem accipiat, & Ecclesia gentium firmetur. An non psalmista David de hac vocatione gentium vaticinatus est? Quid vero ait? [m] *Omnes gentes, quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te, Domine.* Hi sunt veri adoratores, qui per fidem Verbum receperunt. Deinde ait Evangelista: [n] *Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis, & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super illos vestimenta, & Jesum desuper sedere fecerunt.* O magnam Servatoris erga nos adtemperationem! Quis ejus erga nos amoris adfectum non admiretur? Quis non obstupescat, quan-

a Psal. CXVII. 26. Matth. XXI. 9. *b* Psal. VIII. 3. *c* Matth. XXI. 1. *d* Gen. XLIX. 8. *e* Ibid. v. 10. *f* Ibid. v. 11. *g* Ibid. *h* Isa. LXIII. 2. *i* Luc. XIX. 20. *k* Psal. XLIX. 12. *l* Zach. IX. 9. *m* Psal. LXXXV. 9. *n* Matth. XXI. 6. 7.

τὸν Ἰησοῦν. ὢ τῆς πολλῆς τοῦ σωτῆρος πρὸς ἡμᾶς συγκαταβάσεως· τίς οὐ θαυμάσει τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης; τίς οὐκ ἂν ἐπλάγη, ὅτι ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐποχούμενος, ἐπὶ πῶλον δι' ἡμᾶς ἐκαθέσθη; ὁ ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ ἀνυμνούμενος, ὑπὸ νηπίων εὐφημεῖται; τοῖς μὲν γὰρ ἱματίοις, φησὶν, τὴν ὁδὸν κατεστρώννυον· ἄλλοι δὲ κλάδους ἐκ τῶν δένδρων κόπτοντες τὸ αὐτὸ ἐποίουν· καὶ οἱ μὲν προπορευόμενοι, οἱ δὲ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον ἅμα τοῖς ἀπειροκάκοις παισὶν, ἐπινίκιόν τινα ὕμνον λέγοντες· ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαυὶδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὡς ἀννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. διὸ καὶ ἡμεῖς ἀποθέμενοι πάντα λογισμὸν ῥυπαρὸν καὶ αἰσχρὰς ἐνθυμήσεις, καὶ τὴν ἐν πανουργίᾳ πονηρίαν, ἀπειρόκακον ἔννοιαν ἀναλαβόντες ἅμα τοῖς παισὶν ἐκείνοις μετὰ φαιδρῶν τῶν λαμπάδων ἀπαντήσωμεν τῷ σωτῆρι Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ τοῖς μὲν βαΐοις νικητὴν αὐτὸν τοῦ θανάτου κηρύξωμεν, τοῖς δὲ τῶν ἐλαιῶν κλάδοις τὸν ἐλεήμονα καὶ ἀγαθὸν ἱκετεύσωμεν λέγοντες· εὐλογημένος ὁ ἐλθὼν καὶ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὡς ἀννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. εὐλογημένος ὁ ἐλθὼν κατ' οἰκονομίαν, καὶ δι' ἡμᾶς πτωχεύσας πλούσιος ὢν, ἵνα καὶ ἡμᾶς τῇ σῇ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· ἐρχόμενος δὲ μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

do is qui sedet super Cherubim, jam propter nos pullo asinæ insidet? Et qui a Seraphim celebratur, jam a parvulis effertur laudibus? Nam vestimentis, inquit, suis viam sternebant; alii ramos de arboribus cædentes, id ipsum præstabant; & alii quidem præeuntes, alii vero subsequentes, cum innocentibus pueris una clamabant, triumphalem hymnum proferentes, his verbis: [a] *Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis*. Quamobrem nos etiam, missa omni sordida cogitatione, depulso quovis sordido adfectu, dejecto omni dolo & malitia, innocentem animi sensum adsumentes, cum pueris illis, lampadibus instructi occurramus Servatori Christo, vero Deo nostro, atque ex ramorum gestatione ipsum mortis victorem deprædicemus: olivarum ramis onusti miseratori bonoque Domino supplicemus, dicentes, Benedictus qui venit & venturus est in nomine Domini, Hosanna in excelsis. Benedictus es, qui cum dives esses, per œconomiam propter nos pauper accedis, ut nos inopia tua divites simus: qui venturus es cum gloria judicaturus vivos & mortuos. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.

I V.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου Παύλου· ὅτι οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανὸν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἀπαγγέλλω ὑμῖν ἅπερ τοῖς ὠσὶν ἀκήκοα, ἔτι νέος ὑπάρχων, παρὰ παλαιῶν ἀνδρῶν σοφίᾳ καὶ συνέσει κεκοσμημένων, καὶ ἀρεταῖς κατηγλαϊσμένων, ἐν ἀσκητικοῖς ἀγῶσι καταγηρασάντων. συνηγμένων γὰρ αὐτῶν καὶ πνευματικῶς περὶ ἀρετῶν διαλεγομένων, ἦλθον εἰς μέσον ἐρωτήσεις· τί δήποτε μόνος ὡς ἐξαίρετος παρὰ πάντας ἁγίους ὁ μέγας ἀπόστολος εἰς τρίτον οὐρανὸν ἤρθη, ἁρπαγεὶς ἐν παραδείσῳ καὶ ἐκεῖθεν ἀκούσας ἄρρητα ῥήματα; ἀποκριθεὶς δὲ εἷς αὐτῶν εἶπεν· ἤκουσαί μοι παρὰ ἀρχαιοτέρων πατέρων, ὡς πρεσβεία καὶ αἴτησις γέγονεν παρὰ τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων πατέρων πρὸς τὸν Θεὸν καὶ δεσπότην καὶ πάντων κύριον, ὑπὲρ τοῦ ἀποστόλου Παύλου, ὅπως θεάσωνται τοιοῦτον ἄνδρα, ὃν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἐθεάσαντο. ἀπὸ γὰρ πάσης τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν ἐθνῶν καὶ νήσων πεφωτισμέναι ψυχαὶ, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν πίστει καὶ ἐλπίδι ἐκλάμπουσαι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν ζώντων, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἁγίων σκηναῖς συνηθροίζοντο. ὧν πάντων ὁμολογούντων, ὅτι διὰ τῆς διδασκαλίας Παύλου τῆς θεογνωσίας τὸ φέγγος ἐδέξαντο· διὰ τοῦτο τὴν δέησιν καὶ ἱκεσίαν τῷ δεσπότῃ προσήγαγον. ὁ δὲ πληρῶν τὸ αἴτημα τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς ἀνήγαγεν αὐτὸν πρὸς ἀσπασμὸν καὶ εὐφροσύνην τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων πατριαρχῶν, προφητῶν καὶ δικαίων ἁπάντων, εἴτε ἐν σώματι ὡς αὐτὸς ἔφη· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, μόνῳ γνωστὸν τῷ Θεῷ, τῷ παραδόξως ποιοῦντι θαύματα καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ἐκεῖθεν γὰρ ἴδεν τὴν τῶν ἄνω στρατηγῶν διακόσμησιν, ἀγγέλων καὶ οὐρανίων δυνάμεων· καὶ τὰ ἄρρητα ἀκούσας θαύματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλεῖν ἢ ἀκοῦσαι.

Sancti ATHANASII *episcopi Alexandrini, in dictum Apostoli Paulli*: [b] Novi hujusmodi hominem, raptum usque ad tertium cælum, *& reliqua*.

Renuntio vobis quod cum adhuc juvenis essem, ipsis auribus accepi a viris antiquis, sapientia prudentiaque ornatis, virtute florentibus, qui in asceticis laboribus consenuerant. Nam cum illi convenirent in unum & spiritualia colloquia miscerent, quæstiones in medium propositæ sunt: Qua de caussa magnus ille Apostolus, solus ex omnibus sanctis in tertium cælum sublatus est, atque ibi audivit arcana verba? His ita respondit quidam ex illis. Audivi ego ab antiquioribus patribus, quamdam ceu legationem & petitionem Deo & Domino, universorum moderatori, oblatam fuisse a sanctis illi patribus remotioris ævi, ut Paullum Apostolum, virum qualem a sæculo non viderant, sibi ostenderet. Ex universa quippe terra, ex gentibus atque insulis illuminatæ animæ, atque fide & spe in Deum splendentes, in regione viventium & in sanctorum tabernaculis congregabantur. Quibus omnibus confitentibus se per Paulli doctrinam lucem divinæ cognitionis mutuatos; his permoti illi, Domino supplicarunt: qui, ut servorum suorum voluntatem impleret, illum antequam ex hac vita discederet, assumsit & rapuit ad amplexum & lætitiam sanctorum patriarcharum, prophetarum & justorum omnium qui a sæculo floruerant; sive in corpore ut ipse dixit; sive extra corpus: quæ res soli Deo nota, qui præter exspectationem opinionemque hominum miracula & portenta, quorum non est numerus, edit. Ibi enim vidit concinnum ordinem supernorum ducum, Angelornm scilicet & cælestium virtutum, & arcana audivit miracula, quæ non licet homini loqui vel audire.

Σ Χ Ο Λ Ι Ο Ν.


Εἰ περὶ τὸν οὐρανὸν ὑπάρχουσι (*sic*) καὶ παράκεινται αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ, ὡς λέγεται· καὶ

S C H O L I O N.

Si in cælo degunt & versantur sanctorum animæ, ut dicitur: etenim justorum animæ in

[a] Matth. xxi. 9. [b] II. Cor. xii. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



γὰρ αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ ἐν οὐρανοῖς αὐλίζονται, καὶ ἄλλαι δικαίων ψυχαὶ ἐν παραδείσῳ, καὶ ἄλλαι ἐν γῇ πρᾳέων· ἰδοὺ γοῦν οἰκίαι δικαίων, εἰς αὐτὰς ἁρπαγεὶς ὁ Παῦλος ὑπάρχων. ἁρπαγεὶς δὲ μετὰ τὸ βαπτίσαι αὐτὸν ὁ ἅγιος Ἀνανίας, ὅταν ἔπεσον ἀπὸ τοῦ Παύλου ὡσεὶ λεπίδες, ἀπὸ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἕως οὗ ὡμολόγησεν καὶ εἶπεν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἣν λέγει, ὁ ὢν εὐλογημένος, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως ἐκεῖ ὑπῆρχον χρόνοι δεκατέσσαρες.

Διατί οὐκ εἶπεν Παῦλος· ἐγὼ ἡρπάγην, ἀλλὰ εἶπεν· οἶδα ἄνθρωπον; ἢ διὰ τὸ μὴ [1] γνῶσαι ἑαυτὸν εἰς ὑπερηφανίαν, καυχώμενον εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ;

A cælis habitant, & aliæ quædam justorum animæ in paradiso, aliæ vero in terra mansuetorum: en igitur domos justorum, in quibus raptus Paullus collocatus est. Raptus autem fuit postquam baptizatus fuerat a sancto Anania, cum ab eo ceu squamæ ceciderunt. Ab eo autem tempore usque ad illud quo hæc confessus est & protulit, epistolamque scripsit, ac dixit, *Qui est benedictus*, & cetera, intercurrunt anni quatuordecim.

Quare non dixit Paulus: Ego raptus sum, sed, *Novi hominem*? An quia non noverat, aut ne in superbiam caderet, sed ut unius Dei gloriam celebraret?

V.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου Παύλου· ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ.

B *Sancti* ATHANASII *in dictum illud Apostoli Paulli:* [a] Datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ qui me colaphizet.

ΟΙ τὴν εὐσέβειαν σύντροφον ἔχοντες, καὶ ἐν τῇ τῶν θείων γραφῶν μελέτῃ σχολάζοντες, ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν ἔχουσι ὁδηγὸν τὴν ἀλήθειαν. καὶ πρῶτον μὲν εἰδέναι προσήκει τὴν τῆς ἐπιστολῆς ὑπόθεσιν, καὶ ὅπως γέγραπται. ἐπειδὴ ὁ θειότατος Παῦλος, ἐξαιρέτως ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ, ὡς πολλὰ παθὼν καὶ πειρασθεὶς παρὰ τῶν συγγενῶν καὶ ὁμοφύλων καὶ ἀγνωμόνων Ἰουδαίων, ὧν καλεῖ ψευδαδέλφους, ἅπαντα τὰ συμβάντα αὐτῷ ἐμνημόνευσεν, καὶ εἰς οὓς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴν ἐπιστέλλει, παραινεῖ λέγων· ἡδέως ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων φρόνιμοι ὄντες· C καὶ ἐπάγει, ἀνέχεσθε ὅστις ὑμᾶς καταδουλοῖ, ὅστις κατεσθίει, ὅστις καπταίρεται, καὶ τὰ ἑξῆς τῆς ἐπιστολῆς, ἀκολούθως μνημονεύει, καὶ τὰ αὐτοῦ ἄπειρα πάθη αὐτοῖς διαγράφει λέγων· ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως· καὶ αὖσις προσάγει τοὺς πειρασμοὺς, τοὺς λιθασμοὺς καὶ ῥαβδισμοὺς, τὰ ναυάγια, τοὺς κινδύνους, τοὺς κόπους καὶ μόχθους καὶ λιμοὺς καὶ δίψεις, καὶ ἅπαντα ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ἐμνημόνευσε τῶν ἰδίων. καὶ οὐκ ἠρκέσθη ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν παρεκτὸς ἐμνημόνευσεν, ἡ καθημερινὴ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. ὅθεν καὶ τῇ συνειδήσει τις ἀσθενῶν, καὶ αὐτὸς ἠσθένει, οὐ σώματι, ἀλλὰ πνεύματι. καύχημα δὲ ἔχων τὰς θλίψεις ὁ μακάριος ἔλεγεν· καυχᾶσθαι D δὴ οὐ συμφέρει μοι, ἀλλὰ τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι· ἤγουν τὰ τῶν διαφόρων θλίψεών μου πάθη. διὸ καὶ ἐπρόθη ὡς ἄριστος ἀθλητὴς καὶ τὴν ἀκήρατον δόξαν τοῦ Θεοῦ τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς κατανοῶν λέγει· οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. ἐπειδὴ ὡς τερπνὰ ὀρφίσματα ὁ θειότατος ἀνὴρ καὶ ἄνω τὸ φρόνημα κεκτημένος, ἅπαντα τὰ κολαστήρια ἐλογίζετο. αὖθις ἐμνημόνευσεν τὴν ἀποκαλυφθεῖσαν αὐτῷ ὀπτασίαν, καὶ ἁρπαγὴν εἰς τὸν παράδεισον, καὶ τὰ ἄρρητα ἐκεῖνα ῥήματα. ὅθεν ὡς μὴ βουλόμενος δι' ἑαυτοῦ καυχήσασθαι, ἔφη· ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου· αἱονεὶ ἐν ταῖς θλίψεσίν μου καὶ τὰ πάθη μου. καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ E τῇ σαρκὶ, ἤγουν ἐμπόδιον, ἵνα μὴ ὑψαυχενῶν αἴρωμαι, ἄγγελος σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ. Σατᾶν ἑρμηνεύεται ἀντικείμενος· ἀντέκειντο γὰρ τῇ κηρύξει τῷ μακαρίῳ Παύλῳ τινὲς, καὶ μάστιξι δεινοῖς, καὶ πολλοῖς κακοῖς κολαστηρίοις τοῦτον ὡς τοῦ νόμου ἀντίπαλον κατεπόνουν, μὴ συγχωρούντων τὸν

QUi cum pietate educati sunt & in meditatione divinarum Scripturarum versantur, ex ipsis Scripturis veritatem ducem mutuantur. Ac primo quidem sciendum Epistolæ ipsius argumentum, & quo pacto scripta fuerit. Postquam divinissimus Paullus in hac Epistola præcipue, cum multa passus, multa expertus mala esset a cognatis & a contribulibus ingratisque Judæis quos falsos fratres nuncupat, hæc omnia quæ sibi acciderant, heic commemoravit: hortatur eos quibus hæc epistola dirigitur, C his verbis: [b] *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes*; atque adjicit, *Sustinetis, si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis extollitur*, & cetera in Epistola sua consequenter recenset, atque infinitas suas ærumnas describit hoc pacto: [c] *In laboribus plurimis, in plagis supra modum*; rursusque profert tentationes, lapidum & virgarum supplicia, naufragia, pericula, labores, ærumnas, famem, sitim, atque ut generosus athleta de omnibus quæ sibi acciderunt, mentionem facit. Nec iis sibi propriis contentus; etiam ea quæ extrinsecus advenerunt enarrat: [d] *Quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum*. Unde numquam in conscientia sua quis infirmabatur, quin ipse infirmaretur, non quidem cor-D pore sed spiritu. Cum autem ærumnas in gloriam sibi verteret beatus ille vir, ajebat: [e] *Gloriari certe non oportet, sed de infirmitatibus meis gloriabor*, id est de variis tribulationum mearum passionibus. Quamobrem alibi quoque ut optimus athleta, qui immortalem Dei gloriam præ oculis mentis haberet & consideraret, ait: [f] *Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*: quia nempe divinissimus ille vir, qui superne erectum gerebat animum, omnia supplicia ceu delectabilem concentum & harmoniam reputabat. Rursumque visionem sibi immissam & oblatam, raptum in paradisum, & arcana illa verba memorat. Quamobrem, utpote qui nollet de se ipso gloriari, ait: [g] *De me ipso non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis*, ac si diceret, in tribulationibus & passionibus meis. [h] *Et ne magnitudo revelationum extollat me*, E *datus est mihi stimulus carnis*, scilicet impedimentum ne erectis cervicibus extollar, *angelus satanæ qui me colaphizet*. Satan explicatur, *adversarius*. Quidam enim beato Paullo in prædicatione obsistebant, ipsumque gravibus flagellis multisque atrocibus pœnis affligebant ceu legis adversarium, non conceden-

a II. Cor. XII. 7. *b* II. Cor. XI. 19. *c* Ibid. ℣. 23. *d* Ibid. ℣. 28. *e* Ibid. ℣. 30. *f* Rom. VIII. 18. *g* II. Cor. XII. 5. *h* Ibid. ℣. 7.

1. Γνῶσαι] Forte γνωρίσαι.

τῆς διδασκαλίας λόγον σαφῶς κηρύξαι. τούτους τοίνυν ὁ θεῖος ἀπόστολος ὑποβάλλων ὡς υἱοὺς διαβόλου, σατᾶν ὀνομάζει. διὸ δὴ καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων πρωτόθρονος Πέτρος, ὡς τῇ διδασκάλου γνώμῃ ἀντικείμενος, καὶ μὴ τὰ θεῖα, ἀλλὰ τὰ ἀνθρώπινα φρονῶν, σατᾶν αὐτὸν ὁ κύριος προσηγόρευσεν λέγων· ὕπαγε ὀπίσω μου σατᾶν, ἤγουν ἀντίκεισαι τῇ θείᾳ καὶ σωτηριώδει γνώμῃ μου· ἐπειδὴ τὸ πάθος μου κοινὴν σωτηρίαν τῇ οἰκουμένῃ μέλλει ἐργάσασθαι. ὡς οὖν τρισσῶς τὸν κύριον περὶ τούτου παρακαλέσας, εἰρήκει αὐτῷ, ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. ἀρκεῖ σοι ἵνα σκεῦος ἐκλογῆς γενήσῃ, ἵνα ῥήτωρ τῶν ἐκκλησιῶν κατασταθήσῃ, ἵνα μέχρι τὸν οὐρανὸν καὶ παράδεισον ἁρπαγῇς ἔτι ζῶν ἐν τῷ σαρκίῳ, ἵνα τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἀῤῥήτων μυστηρίων, καὶ τὰ τῶν ἐπουρανίων ταγμάτων ὑπὲρ πᾶσαν γλῶσσαν βροτείαν λαλήσῃς, ἵνα πλήρης θείας σοφίας καὶ πνεύματος ἁγίου ἐμπλησθήσῃ, ἵνα συγκάθεδρος τῶν συμμυστῶν ἀποστόλων γενήσῃ. ἀρκεῖ σοι τὰ δοθέντα σοι ταῦτα καὶ παραπλήσια παρ' ἐμοῦ χαρίσματα· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται· ἀσθένειάν, φημι, οὐ τὴν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὰς θλίψεις, τοὺς πειρασμοὺς λέγει. ὁ γὰρ ἀσθενείᾳ ψυχικῇ ὑποκείμενος πῶς ἑτέροις τὰ ψυχικὰ παθήματα ἰᾶσαι δύναται; αὐτὸς γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος εἴρηκε, ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι, τουτέστι, ὅταν ἀσθενῶσιν οἱ πονηροὶ λογισμοὶ τῶν παθῶν ἐν ἐμοὶ, τότε δυνατός εἰμι τῷ πνεύματι,

A res ut doctrinæ verbum clare prædicaret. Hos igitur divinus Apostolus deprimens, ceu filios diaboli satan vocat. Eadem de caussa qui primum Apostolorum thronum occupavit Petrus, ut qui magistri sui sententiæ adversaretur, & neutiquam divina, sed humana solum saperet, satan ab ipso Domino vocatus est, his verbis: [a] *Vade retro me satan*; id est, Adversaris divinæ ac salutari sententiæ meæ, quia passio mea communem mundo salutem allatura est. Cum igitur ter eadem de caussa Dominum Paullus rogasset, ait illi: [b] *Sufficit tibi gratia mea.* Sufficit tibi ut vas electionis fias, ut præco omnium ecclesiarum constituaris, ut usque ad cælum & ad paradisum, adhuc in carne vivens, rapiaris, ut re- B velationem mysteriorum, quæ non heic effari licet, & quæ cælestes ordines spectant, quæque humanam omnem linguam exsuperant, eloquare; ut plenus divina sapientia, item Spiritu sancto repleare, & cum symmistis tuis Apostolis una sedeas. Sufficiunt tibi hæc & similia a me tibi data munera: [c] *Nam virtus mea in infirmitate perficitur*; in infirmitate scilicet non corporis vel animæ, sed de tribulationibus, sive de tentationibus loquitur. Nam qui animi infirmitati obnoxius esset, quei posset animi ægritudines aliorum curare? Ipse namque divinus Apostolus dixit: [d] *Cum infirmor, tunc potens sum*; hoc est, cum infirmantur in me pravæ cogitationes pas- C sionum, tunc spiritu potens sum.

V I.

Ex cod. CCXI. *biblioth. Coislin. fol.* 344. *verso.*

Αγαπητῷ πάπᾳ [1], καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν κληρῷ καὶ τοῖς τὴν Περσῶν οἰκοῦσι χώραν, Αθανάσιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

* *Dilecto papæ & clero ipsi subdito, iisque qui Persarum regionem incolunt*, ATHANASIUS *in Domino salutem.*

Η Αγία θεόπνευστος γραφὴ τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων ἡμῖν διηγεῖται πράξεις, ποδηγοῦσα ἡμᾶς ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τὰ χρήσιμα τῶν πρακτέων, βδελυττομένους πᾶν εἶδος πονηρίας καὶ δυσσεβείας. ἐν γοῦν ταῖς βασιλείοις φησὶν ἠνομηκέναι τὸν Ισραὴλ, καὶ προσκυνεῖν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. ἴστε δὲ ὅσον κακὸν, τὸν δημιουργὸν καταλιπόντας καὶ τὴν αὐτῷ ὀφειλομένην δόξαν, προσάπτειν εἰδώλοις καὶ κτίσμασι. τοῦτο δρασάντων ἐκείνων, ἀφίστησιν ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ βοήθειαν ἐξ αὐτῶν, καὶ παραδίδονται εἰς δουλείαν τοῖς ὑμετέροις βασιλεῦσιν. αἰχμάλωτοι δὲ γενόμενοι, καταδικάζονται ὑπὸ Σαλαμανασάρου βασιλέως Ασσυρίων οἴκησιν ἀντὶ τῆς αὐτῶν γῆς, Παλαιστίνης φημὶ, τὴν Ασσυρίων ἐν Αλαὲ, καὶ ἐν Αμὼρ, ποταμοῖς Γιζᾶν, καὶ ὄρη Μήδων. εἰσάγει ἀντ' αὐτῶν οἴκησιν τὴν Σαμάρειαν, Βαβυλωνίους ἐκ Χουσθὰν, καὶ ἀπὸ Αἰὰν, καὶ ἀπὸ Εμὰθ, καὶ Σεφαρουὲμ, καὶ κατῳκίσθησαν ἐν ταῖς πόλεσι Σαμαρείας ἀντὶ τῶν υἱῶν Ισραήλ. καὶ ἐγένετο ἐν ἀρχῇ τῆς καθέδρας αὐτῶν, οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν κύριον, καὶ ἀπέστειλεν εἰς αὐτοὺς τοὺς λέοντας, καὶ ἦσαν ἀποκτείνοντες αὐτούς. καὶ εἶπαν τῷ βασιλεῖ Ασσυρίων λέγοντες· τὰ ἔθνη ἃ ἀπῴκισας, καὶ ἀντεκάθησας (*sic*) ἐν πόλεσι Σαμαρείας, οὐκ ἔγνωσαν τὸ κρίμα (*sic*) τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς, καὶ ἀπέστειλε τοὺς λέοντας εἰς αὐτούς· καὶ ἰδού εἰσι θανατοῦντες αὐτοὺς, καθότι οὐκ οἴδασι τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς. καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεὺς


SAncta & divinitus inspirata Scriptura antiquorum nobis gesta enarrat, ex iis nos ad utilia opera deducens, ut omnem nequitiæ & impietatis speciem aversemur. In Regnorum itaque libris ait, D prævaricatum fuisse Israelem, & adorare maluisse creaturam quam Creatorem. Scitis autem quantum malum sit Creatorem relinquere, debitamque ipsi gloriam idolis & creaturis adtribuere. Id cum illi agerent, aufert Deus ab illis auxilium suum, & in vestrorum regum servitutem traduntur. Et captivi abducti damnantur a Salmanasare Assyriorum rege ad sedes mutandas; ita ut relicta terra sua, Palæstina nempe, in Assyriorum regione habitarent, nempe in Alae & in Amor, in fluviis Gizan & in montibus Medorum. Eorum autem loco Samariam inducit, Babylonios ex Chusthan, & ex Aian & ex Emath, & ex Sepharvem, & habitare jussi sunt in urbibus Samariæ E pro filiis Israel. Et factum est initio habitationis eorum, cum non timerent Dominum, immisit in eos leones qui occidebant eos. Et dixerunt regi Assyriorum: Gentes quas transtulisti & habitare fecisti in urbibus Samariæ, non noverunt judicium Dei terræ, & immisit in eos leones; & ecce occidunt eos, quia nesciunt judicium Dei terræ. Et misit rex Assyriorum dicens: Ducite inde (sacerdotes) & accedant habitentque ibi, & illuminent eos judiciis

[a] Matth. XVI. 23. [b] II. Cor. XII. 9. [c] Ibid. [d] II. Cor. XII. 10.

1. Hanc epistolam Athanasii ad episcopum Persarum Latine edidimus inter spuria Athanasii opera tom. II. pag. 716. Estque vetus interpretatio Græcæ quam heic damus epistolæ; & in fine quædam habet, quæ in textu Græco non observantur. Græcus porro ille textus licet Athanasium in titulo ementiatur, quia tamen antiqua est hæc epistola, & Græce numquam edita; eam propterea heic evulgamus. Vide quæ de hac epistola diximus tom. II. operum Athanasii pag. 716. MONTFAUC. Biblioth Coislin. pag. 269.

* *Dilecto*] Mallem *Agapeto*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 362.



Ασσυρίων, λέγων· ἀπαγάγετε ἐκεῖθεν καὶ πορδέ- A
σθωσαν, καὶ κατοικείτωσαν ἐκεῖ, καὶ φωτιοῦσιν αὐ-
τοὺς τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς. καὶ ἤγαγον ἕνα
τῶν ἱερέων, ὧν ἀπῴκισαν ἀπὸ Σαμαρείας, καὶ ἐκά-
θισεν ἐν Βαιθήλ· καὶ ἦν ὁ ἱερεὺς φωτίζων αὐτοὺς,
ὅπως φοβηθῶσι τὸν κύριον. καὶ διδαχθέντες οἱ μετοι-
κισθέντες τὸν δεδομένον νόμον τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, οὐκ
ἐφύλαξαν εἰς τέλος· ἀλλ' ἦσαν καὶ τῷ νόμῳ δου-
λεύοντες ἐκ μέρους, καὶ τοῖς ἔθεσι. τούτοις κέχρηνται
ἐκβεβλημένοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ μὴ καθαρὰν ἀλ-
λὰ μεμιγμένην ἔχειν τινὰ λατρείαν, οὔτε τῷ νόμῳ
Μωσέως, οὔτε τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις λατρεύοντες
εἰς τέλος. ταῦτα γνόντες, ἀγαπητοὶ, καθαρὰν προσ-
άγωμεν τῷ Θεῷ λατρείαν, μὴ μεμιγμένον ἔχουσαν
δυσσεβείας εἶδος, ἀλλ' ἄσπιλον καὶ εὐσεβῆ, ᾗ Θεὸς B
ἥδεται. οὐδένα γὰρ ἀποδέχεται, μᾶλλον δὲ κατακρί-
νει δυσὶ κυρίοις δουλεύοντα. ἀποστράφητε τὴν πα-
τροπαράδοτον ὑμῶν εἰδωλολατρείαν, αἱρετικοῖς μὴ
συνάπτεσθε. κρεῖσσον γὰρ τοῖς τοιούτοις μὴ ἐπεγνω-
κέναι τὴν ἀλήθειαν, ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπὶ τὰ ὀπίσω ἀνα-
κάμψαι. λεκτέον γὰρ αὐτοῖς· κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ
τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ, ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα
βορβόρου. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· εἷς γὰρ Θεὸς ἡμῖν ἐξ
οὗ τὰ πάντα· τριὰς τελεία, ὁμοούσιος, ἰσοδύναμος,
ἰσοκλεής· πατὴρ ἡ πάντων τῶν ἀγαθῶν πηγὴ, ἐξ
οὗ ὁ υἱὸς ἐγεννήθη, ἐξ οὗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ-
πορεύεται κατὰ τὸ γεγραμμένον· μία θεότης ἐν τρι-
σὶν ὑποστάσεσι γνωριζομένη. ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις και-
ροῖς κατελεήσας τὸ ὠλισθηκὸς εἰς ἀσέβειαν γένος C
τῶν ἀνθρώπων, τὸ κτισθὲν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν
Θεοῦ, τραπὲν εἰς προσκύνησιν τῶν ἔργων τῶν χειρῶν
αὐτῶν, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν ὁ μονο-
γενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ κατὰ
τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ὁ αὐτὸς ἡμῖν κατὰ τὴν
ἀνθρωπότητα· καὶ σαρκοῦται ἐκ τῆς ἁγίας καὶ θεο-
τόκου παρθένου· καὶ ῥυθμίζει τὸν ἡμέτερον βίον, δι-
δάξας πῶς δεῖ βιοῦν διὰ τῆς τῶν εὐαγγελικῶν κη-
ρυγμάτων διδασκαλίας· καὶ πάσχει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ
σαρκὶ, καὶ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, ἀνεβίω τριήμερος,
ἀνελήλυθέ τε εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς
μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. αὐτὸν ἥξειν προσδοκῶμεν
ἐν δόξῃ τοῦ πατρὸς κρίνοντα ζῶντας καὶ νεκρούς·
ἑκάστῳ ἀποδιδόντα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῖς μὲν D
εὐσεβέσιν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκου-
σε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἀσεβεῖς
δὲ ἀποστέλλοντα εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ὅπου ὁ ἀτε-
λεύτητος σκώληξ, καὶ ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς
τῶν ὀδόντων.

Dei terræ. Et adduxerunt unum ex sacerdotibus quos transtulerant ex Samaria, & sedit in Bæthel. Et erat sacerdos illuminans eos ut timerent Dominum. Et edocti ii qui translati fuerant, legem filiis Israel traditam, eam non perfecte custodierunt; sed simul & legi ex parte serviebant, & patriis consuetudinibus. Ita se gesserunt; ejectique a Deo sunt, quod non purum, sed mixtum cultum exhiberent; neque legi Moysis, neque patriis consuetudinibus perfecte servientes. Hæc cum sciamus, dilecti, purum Deo cultum exhibeamus, nulloque impietatis genere permixtum, sed immaculatum & pium, quo Deus sibi complacet. Nullum enim admittit, immo potius condemnat eum qui duobus dominis serviat. Aversamini a patribus traditam vobis idololatriam, hæreticis ne conjungamini. Optabilius enim illis fuisset veritatem non cognovisse, quam postquam cognoverant retrocedere. Dicendum enim illis est: [a] *Canis reversus ad proprium vomitum, & sus lota in volutabro luti*. Nos autem non sic: unus enim Deus nobis ex quo omnia; Trinitas perfecta, consubstantialis, æqualis virtutis, æqualis gloriæ: Pater omnium bonorum fons, ex quo Filius natus est, ex quo Spiritus sanctus procedit, sicut scriptum est; una deitas in tribus hypostasibus cognita. Sed in novissimis temporibus misertus generis humani quod lapsum erat in impietatem, quod creatum fuerat ad imaginem & similitudinem Dei, & conversum fuerat ad adorationem operum manuum suarum, demisit se ipsum ad voluntariam evacuationem unigenitum Dei Verbum, consubstantiale Patri secundum deitatem, & consubstantiale quoque nobis secundum humanitatem; & incarnatur ex sancta & Deipara Virgine, vitamque nostram ad rectum ordinem deducit, docens per evangelicarum prædicationum doctrinam, quomodo oporteat vivere; & patitur propria sua carne: & postquam spoliasset infernum, triduanus revixit, ascenditque in cælos, sedetque ad dexteram majestatis in excelsis. Ipsum venturum exspectamus in gloria Patris, judicantem vivos & mortuos; reddentem unicuique secundum opera ejus, piis quidem [b] *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit*; impios autem mittentem in ignem æternum, ubi vermis qui non moritur, ac fletus & stridor dentium.

[a] II. Pet. II. 21. [b] I. Cor. II. 9.

INDEX

OPUSCULORUM S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI,

Quæ desiderantur in nova BB. editione Parisiensi ann. 1698.

OPUSCULA ATHANASIANA,

Sive inter ἀμφιβαλλόμενα sive inter notha computanda.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ
ΜΑΡΚΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ
ΚΑΤΑ
ΑΡΕΙΑΝΩΝ
ΛΟΓΟΣ.


BEATI
MARCI DIADOCHI
SERMO
CONTRA ARIANOS.

Interprete JOANNE BAPTISTA GALLICCIOLI.

A I. ΕΝ ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. ἀρχῆς κρείττονα τὸν λόγον ὁ θεολόγος λέγει· καὶ οἱ τὴν Ἀρείου μελετῶντες μανίαν, λέγουσιν· ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν. ἦν τὸ φῶς ἀληθινὸν, ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ· καὶ τὸν ἀΐδιον, ἥττονα τῶν οἰκείων ἐννοιῶν οἱ καταγέλαστοι εἶναι φαντάζονται. ὑπερεκπίπτειν γὰρ τὰς θεομάχους αὐτῶν ἐνθυμήσεις τῆς τοῦ θείου λόγου ζωῆς δι' ὑπερβολὴν οἰήσεως ὑπολαμβάνουσιν. εἰ δὲ Θεοῦ ζωὴ ὑπὸ ἀνθρωπίνης φθάνεται διανοίας τῆς ἐκείνων μόνη κἂν εἴη τοῦτο κρίνειν ἀλογίας· πῶς δὲ καὶ προσκυνοῦσι τὸν ὑπὸ ἀνθρωπίνων ὡς νομίζουσι καταλαμβανόμενον λογισμῶν; ἢ πῶς αἰτοῦσι ζωὴν, καὶ ταύτην αἰώνιον τὸν ἀρξάμενον ὡς ὑπονοοῦσι τοῦ ζῆν, ἀγνοοῦντες ὡς ἔοικεν, ὅτι ἀενάου μόνον ἐστὶ ζωῆς φιλοτιB μεῖσθαι ζωήν. οἶδα γὰρ, φησὶν ὁ θεσπέσιος Ἰὼβ, ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων. ζωὴ γὰρ ἀρχὴν ἔχουσα, κἂν πέλαγός τι ἔχῃ ἄρρητον τὴν οὐσίαν, ζωὴν δωρεῖσθαι ἢ ποιεῖν οὐ δύναται. καὶ τοῦτο ἐκ φανερῶν καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἐγνωσμένων πραγμάτων πιστωσόμεθα. τὸ μὲν γὰρ ἀενάῳ πλούτῳ προχεόμενον ὕδωρ, καὶ χώρας καὶ πόλεις πολλάκις ὅλας ἄρδει μένον ἀεὶ πλούσιον· τὸ δὲ κατά τινα σύστασιν αὐξανόμενον, εἰς ἑαυτὸ μὲν πλουτεῖ καὶ τοῦτο πενιχρῶς· χώρᾳ δὲ ἢ πόλει ἐξ ἑαυτοῦ μεταδιδόναι, οὐ δεδύνηται· οὐ γὰρ εὐπορεῖ ἐκείνων τῶν πολυόβλων καὶ φιλοδώρων φλεβῶν, ἵν' ἔχοι ἀφειδῶς ὅπερ ἔχει διδόναι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἄφρονες· ἐγὼ δὲ λέγω, μᾶλλον δὲ ἡ καλὴ ἀλήθεια, πᾶσαν ἐνθύμησιν τῇ τοῦ C Θεοῦ λόγου ἡττᾶσθαι ζωῇ. ὡς γὰρ τὸ ἄναρχον τοῦ πατρὸς ἀκατάληπτον· οὕτως καὶ ἡ ζωὴ τοῦ υἱοῦ ἀνεξιχνίαστος. διόπερ ὃν τρόπον τὸ, ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, ἀπολελυμέναις μόνον ἐννοίαις θαυμάζεται, οὕτως καὶ τὸ ἦν ἐν ἀκαταλήπτῳ τῇ δόξῃ πιστεύεται· ὡς ἐπάνω πάσης γνώσεως ἐνδιαιτωμένου τοῦ υἱοῦ σὺν τῷ πατρί. τὰ γὰρ χερουβὶμ ἤτοι σεραφὶμ ἐφ' ὧν ἡ μεγαλοπρεπὴς δόξα ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν καθῆσθαι μαρτυρεῖται, ὕψος καὶ πλάτος ἐμπύρου γνώσεως ἑρμηνεύεται· καθὸ καὶ ὀφθαλμοῖς αὐτὰ ἡ θεία πανταχόθεν διασχηματίζει γραφή. ὅθεν αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης ἐν τῇ δειχθείσῃ αὐτῷ ἀποκαλύψει ἐξ αὐτοῦ κυρίου τὰ περὶ τούτου διὰ τοῦ τῆς ἀποκαλύψεως ἀγγέλου σαφέστερον γνοὺς, οὕτως γράφει·

A I. IN [a] *principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Initio superius esse Verbum Theologus asserit: at qui Arii sectantur delirium, dicunt; fuit aliquando quum non erat. *Erat lux vera* Evangelista clamat [b]: at sempiternus qui est, inferiorem suis cognitionibus esse ridiculi isti imaginantur: potiores enim divini Verbi vita impias cogitationes suas superba opinione arbitrantur. Quod si Dei vitam humana assequitur intelligentia; quamvis solius id sit sentire illorum insaniæ; quomodo ergo adorant illum, qui humanis ut putant, comprehenditur cogitationibus? aut quomodo desiderant vitam, & quidem æternam, illum ipsum qui vivere cœpit, ut existimant, nescientes B profecto, quod sempiternæ dumtaxat sit proprium vitæ, vitam largiri? *Novi enim*, ait divinus Job [c], *quia sempiternus sit, qui me liberaturus est*. Vita enim cui sit principium, quamvis essentiam habeat ut pelagus ineffabilem; vitam tamen dare vel efficere nequaquam potest. Et hoc ex manifestis omnibusque nobis cognitis rebus comprobabimus. Quæ enim indeficienti copia effunditur aqua, & agros & urbes sæpe integras rigat, manens jugiter dives: at illa quæ per quemdam confluxum accrescit, in se ipsa quidem ditescit modice, agris vero de suo impertiri non valet: neque enim abundat illis felicibus & liberalibus venis, ut habeat quod copiose suppeditare queat. Sed illi quidem insani sunt: ego autem C dico, atque adeo ipsamet præclara veritas, cogitationem omnem Vita Verbi Dei inferiorem esse. Quemadmodum enim quod Pater principio careat, comprehendi non potest; sic & Filii vita investigari nequit. Quocirca ut illud, [d] *Ego sum qui sum*, purgatis tantummodo mentibus admirationi est; sic illud, *Erat*, in incomprehensibili opinione creditur: eo quod ultra omnem cognitionem positus sit Filius cum Patre. Nam Cherubim sive Seraphim, quibus magnifica gloria a sanctis Prophetis insidere perhibetur, Altitudo ac Latitudo ignitæ cognitionis interpretantur: quare & oculis ea undique divinæ Litteræ figurant. Unde ipse divinus Joannes in ea quæ sibi ostensa est revelatione, ex ipso Domino quæ ad hoc spectant per revelationis Angelum manifestius

a Joan I. 1. *b* Ibid. ℣. 9. *c* Job XIX. 25. *d* Exod. III. 14.



ἐγὼ εἰμὶ τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὠμέγα, λέγει κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ. οὕτως ὅτι καὶ τὸ ὁ ὢν καὶ τὸ ὁ ἦν. μιᾷ καὶ ἀδιαιρέτῳ [1] πιστεύοντι ἐννοίᾳ. ἀδύνατον οὖν, ἀδύνατον πρὸς τοὺς ἐπάνω τῶν χερουβὶμ ὀφθαλμῶν ὑψουμένους τῇ προπετείᾳ λέγω, τὴν τοῦ Χριστοῦ καταλαβεῖν τῇ φαντασίᾳ ζωήν· κἂν μυρίους τινὰς πλανωμένους αἰῶνας παρὰ τῇ ἑαυτοῦ τις ἀνατυπῶν διανοίᾳ, ἀπὸ τοῦ φαντασθέντος ὕψους θηρᾶν νομίζει τὸ ἦν, καὶ ἦν τοῦ λόγου. ἀθήρατον γὰρ ἅπαξ τὸ ἦν καὶ λόγῳ καὶ ἐννοίᾳ· οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπερκοσμίοις πάσαις δυνάμεσιν, ὧν νοῦς, ἡ πᾶσα εἶναι οὐσία πιστεύεται. ὃν τρόπον καὶ τὸ, ὤν.

A cognoscens, sic scribit: [a] *Ego sum* A *&* Ω, *dicit Dominus Deus, qui sum, & qui eram, & qui venturus, Omnipotens*; sic, propterea quod & *Qui sum*, & *Qui eram*, una & indivisa creduntur cogitatione. Fieri ergo nullo modo potest; ad eos loquor qui ultra Cherubinorum oculos temere elevantur: ut Christi vita imaginatione comprehendatur, quamvis infinita quædam excurrentia sæcula sibimet quis fingens animo, ex hac præconcepta arce venari se putet illud *Eram*, & *Erat* Verbi. Comprehendi etenim nullatenus possunt oratione & cogitatione, nedum ab hominibus, sed neque a supernis omnibus potestatibus, quarum mens tota esse essentia creditur. Idem de *Qui sum* judicium esto.


B

Εἰ δὲ τίς θέλοι τὸ τοῦ πατρὸς ἄναρχον ἀρχὴν ἐννοεῖν τοῦ υἱοῦ, οὐδὲν τὸ κωλύον. πηγὴ γάρ ἐστι ζῶσα ὁ πατὴρ, τοῦ ἀεὶ ζῶντος υἱοῦ. οὐ γὰρ ποτὲ μὲν ὁ Θεὸς οὐκ ἦν πατὴρ· ποτὲ δὲ γέγονε πατήρ. ἀλλ' ἄναρχος ὢν Θεὸς, ἀνάρχως ἐστὶ καὶ πατήρ. διόπερ ἐν τῷ ἀνάρχῳ τοῦ πατρὸς, δεῖ ἐννοεῖν καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ ζωήν. ἡ γὰρ ἔκλαμψις τοῦ πατρικοῦ φωτὸς, γέννησις ἐστὶν ἀνάρχου τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. οὔτε γὰρ ὁ πάνσοφος καὶ μόνος δυνάστης ἐκτὸς ἦν σοφίας ἢ δυνάμεως ποτέ. ἢ πάλιν τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ μακάριον, ἐκτὸς ἦν τοῦ ἀπαυγάσματος πώποτε. εἰδέποτε κατ' αὐτοὺς ἦν τὸ πατρικὸν φῶς ἐκτὸς ἀπαυγάσματος, οὐκέτι οὔτε ὁ πατήρ ἐστι φῶς κατὰ τὴν ἀλογίαν ἐκείνων. φῶς γὰρ ἄμοιρον ἀπαυγάσματος, οὐκ ἂν λέγοιτο φῶς. πῶς γὰρ καὶ ἐδύνατο; τοῦτο γὰρ αὐτῶν πάντως ἡ ὑπόνοια θέλει, γεννητὸν ἀπαύγασμα φέρειν τὴν δόξαν τοῦ ἀγεννήτου φωτός. ἢ τίς ὅλως χρεία τῇ ὑπερλάμπρῳ ἐκείνῃ καὶ μακαρίᾳ δόξῃ, γέννηται τοῦ ἀπαυγάσματος; ἢ πῶς πάλιν εἴρητο ἀπαύγασμα δόξης ὁ υἱὸς ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου, εἴπερ ἰδιάζουσαν τινὰ ἀρχὴν οὐσίας εἶχε; πῶς δὲ ὅλως ἠδύνατο λογισμοὺς καθορᾷν, καὶ ἐτάζειν καρδίας καὶ νεφροὺς, εἰ μὴ ἦν φύσει Θεός; τίνι δὲ οὐ δῆλον, ὅτι ἀεὶ τὸ ἀπαύγασμα φῶς; πῶς δὲ καὶ τολμήσει τις εἰπεῖν τὸ ἀληθινὸν φῶς μὴ εἶναι φύσει Θεόν; ὡς γὰρ ὁ ἀληθινός Θεὸς· τουτέστιν ὁ πατὴρ, φῶς εἶναι νοεῖται ἀληθινόν· οὕτως καὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς, τουτέστιν ὁ υἱὸς, Θεὸς νοεῖται εἶναι ἀληθινός. οὔτε γὰο φωτὸς ἀληθινοῦ τί τιμιώτερον· οὔτε Θεοῦ τί ἴσον ἀληθινοῦ, εἰ μὴ τὸ ἀληθινὸν τῆς αὐτοῦ δόξης ἀπαύγασμα· ἀγέννητον οὖν τὸ ἀληθινόν· διὸ καὶ ὡς ἀπαράβλητον ὂν, ἀληθινὸν λέγεται. τὸ δὲ γεννητὸν, οὐκ ἀληθινόν· ἐπειδὴ τὸ μὲν, ἦν· τὸ δὲ, οὐκ ἦν πρὶν ἐγένετο. διόπερ ἐκεῖνο μὲν ἀπαθὲς τῷ τῇ δόξῃ τὰ πάντα ἐπισκοπεῖν· ἀληθινὸν γάρ ἐστι· τοῦτο δὲ τὸ φαινόμενον, ὡς ὁρῶμεν, ἑαυτῷ πάσχει τὸ φαίνειν· ὑπὸ γὰρ τῆς φύσεως τῆς ἑαυτοῦ νικᾶται. ἀμέλει αὐτὸς ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, καὶ υἱὸν ἀληθινὸν τὸν λόγον· καὶ Θεὸν ἀληθινόν· καὶ ζωὴν αἰώνιον ἐν τῇ ἑαυτοῦ εἶναι λέγει ἐπιστολῇ· διδάσκων ἡμᾶς σαφῶς, ὅτι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, Θεός ἐστιν ἀληθινός. διόπερ καὶ ἐν τοῖς κόλποις αὐτὸν ἀϊδίως εἶναι λέγει τοῦ πατρός. οὐ γὰρ ἂν ποιητὸν υἱὸν ὁ ἀμερὴς καὶ ὅλος φῶς Θεὸς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ εἶχεν ἀφράστοις κόλποις φέρειν. καὶ τούτου πάλιν μάρτυς ὁ ψαλμῳδὸς ἱκανός· λέγει γὰρ ἐκ τοῦ προσώπε τοῦ πατρὸς λογοποιούμενος, οὕτως· μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. ὤμοσε κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· τὸ δὲ πρὸ ἑωσφόρου ἀλληγορούμενόν ἐστι ῥῆμα. οὐ γὰρ ὁ πάντων κτίστης μετὰ τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποίησιν ἐγεννήθη. οὐδὲν δὲ ἕτερον δηλοῖ ἢ ὅτι ἀκατάληπτός ἐστι τῷ παντὶ καὶ

II. Si quis autem vellet, hoc ipsum quod Pater initio careat Filii principium cogitare, nihil id prohibeat. Fons enim est vivus Pater semper viventis Filii. Neque enim aliquando quidem Deus non erat Pater, aliquando autem evasit Pater: sed cum sit absque initio Deus, nullo initio est etiam Pater. Quamobrem in eo quod initio careat Pater, oportet intelligere & Filii vitam. Fulgor enim paterni luminis, generatio est principio carentis veri luminis. Neque enim qui omniscius & solus potens est, absque sapientia aut virtute exstitit umquam. Vel rursus, lumen illud beatum sine fulgore exstitit umquam. Sin aliquando, juxta ipsos, paternum lu- C men sine fulgore fuit; non amplius Pater est lumen, secundum istorum absurditatem. Lumen enim fulgoris expers, lumen nullatenus dici queat. Quei enim possit? Istud autem illorum prorsus opinio vult, creatum fulgorem gloriam ferre increati luminis. Aut quæ prorsus necessitas fulgentissimæ illi ac beatæ gloriæ splendoris fuerit? Vel quomodo rursum dictus fertur *splendor gloriæ* Filius ab Apostolo [b], si quidem peculiare quodpiam principium essentiæ habeat? Quomodo autem omnino potuit cogitationes videre, & scrutari corda ac renes, si non erat natura Deus? Cui porro non est manifestum, splendorem semper esse lumen? Et quomodo audebit quis asserere, verum lumen non esse natura Deum? D Quemadmodum enim verus Deus, Pater scilicet, lumen esse intelligitur verum; sic etiam verum lumen, Filius nempe, Deus esse intelligitur verus. Nec enim est quippiam vero lumine æstimabilius: neque Deo vero quippiam æquale est, nisi verus ejus gloriæ splendor. Increatum igitur, quod verum: quapropter etiam eo quod incomparabile est, verum appellatur. At quod creatum est, nequaquam verum est: siquidem illud quidem erat, sed hoc non erat antequam fieret. Ideoque illud passioni non est obnoxium, mente omnia procurans; verum est enim: hoc autem apparens, ut cernimus, sibi ipsi apparentiam patitur; ab ipsa enim sui natura vincitur. Certe ipse beatus Evangelista Joannes, Verbum & *Filium verum*, & *Deum verum*, E & *Vitam æternam* esse in sua asserit epistola [c]: edocens nos manifeste, quod lumen verum sit Deus verus. Quamobrem etiam in sinu ipsum semper esse Patris dicit [d]. Non enim factitium filium is, qui individuus ac totus lumen est Deus, in suo debuisset ineffabili sinu gestare. Et hujus rei iterum testis est Psalmista idoneus; ait enim, ex persona Patris verba faciens: [e] *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum: ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Illud *ante luciferum*, allegoricum verbum est. Ne-

a Apoc. I. 8. b Heb. I. 3. c I. Joan. V. 20. d Joan. I. 18. e Psal. CIX. 3. 4.

1. Πιςεύοντι] Forte πιςεύονται.



ἀκατανόητος ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις. ὃν γὰρ τρόπον οὐδεὶς δύναται πρὸ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἑωσφόρου, ὁράσει καταλαβεῖν τὴν τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἔλλαμψιν. κἂν ἐφ' οἵου ἂν ὑψηλοτάτου ἀνέλθῃ ὄρους· οὕτως οὔτε τὴν τοῦ πατρικοῦ φωτὸς δύναται τὶς ἐμφάνειαν καταλαβεῖν ὀφθαλμοῖς τοῦ νοός· κἂν ἐπάνω πάντων τῶν αἰώνων τῇ φαντασίᾳ τῆς ἐννοίας ἀνέλθῃ, διὰ τὸ ἐν ἀκαταλήπτῳ εἶναι τὸν πάγκρυφον ἐκείνην ἀλήθειαν. ἔστιν οὖν τὸ πρὸ ἑωσφόρου, ἀντὶ τοῦ πρὸ γνώσεως· γνώσεως γὰρ ὁ ἀστὴρ τῆς ἡμέρας. διόπερ οὗτος πάλιν ὁ ψαλμῳδὸς, τὸ πρὸ ἑωσφόρου ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἑρμηνεύων, λέγει· πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ὁ δὲ πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένων, ἀκατάληπτός ἐστιν ἅπαξ καὶ λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ· ἐπειδὴ γὰρ ἦν ἀχρόνως, κρείττων ἐστὶ καὶ νοός. οὐ γὰρ γεννητῷ υἱῷ, ὁ πάντα δίκαιος Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων ἡμῶν, τὸν ὑπερουράνιον ἐκεῖνον, ἅγιόν τε καὶ ἄφατον κόσμον· καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς πᾶσαν οἰκουμένην, εἰς κληρονομίαν ἔδωκεν· ἀλλὰ υἱῷ αὐτοῦ ἀληθινῷ, δι' οὗ καὶ τὰ πάντα ἐποίησεν εἰς κληρονομίαν αὐτοῦ· ἵνα τῶν λογικῶν αὐτοῦ πάντων κτισμάτων ὡς λόγος Θεοῦ ὑπάρχων καὶ υἱὸς, βασιλεύῃ. πρὸς ὃν καὶ εἴρηκεν ὁ ὅλος ἀγαθὸς, καὶ ὅλος πόθος πατήρ· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ξένος γὰρ ἦν τῇ σαρκὶ ὁ υἱός· ὅτε ἀνελήφθη ἐξ ἡμῶν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ὅπου οὐκ ἦν ξένος ποτὲ τῇ τοῦ πατρὸς φύσει. διόπερ ὅλως τὸ, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, παρὰ τοῦ Θεοῦ πατρὸς πρὸς τὸν ἀεὶ ὄντα μετ' αὐτοῦ εἴρηται Θεὸν λόγον. οὐ γὰρ πρὸς ἑτεροούσιον ἂν εἶπεν υἱὸν, ὁ εἰρηκὼς, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, πατὴρ, ἐκεῖνο τὸ ῥῆμα φυσικῆς ὅλον ὑπάρχον γνώρισμα σχέσεως· ὅπερ οἶμαι οὔτε οἱ ἑλλήνων ποτὲ θεοπλάσται φαντασθῆναι ἐτόλμησαν. ἐπεὶ εἰπάτωσάν μοι, τίς ἡ χρεία οἱ νομίζοντες ἑαυτοὺς χριστιανοὺς εἶναι καὶ οὐκ εἰσὶ, γεννητοῦ Θεοῦ τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ; εἰ μὲν γὰρ θεϊκῆς ἀρετῆς ἐλίπετο ὁ Θεὸς, ἵνα ὄργανον δυναστείας ἑαυτῷ ἐποίησε, ποῦ τὸ τέλειον αὐτοῦ; εἰ δὲ περιττοῦ καλοῦ ἐπεθύμησε, τίς ἡ χρεία τούτου, εἰπάτωσάν μοι, τῷ ἀπαθεῖ καὶ ἀπροσδεεῖ Θεῷ; ἢ πάντως ἔδει, κατὰ τὴν ἐκείνων ἀφροσύνην, οἱονδήποτε υἱὸν ἔχειν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ἵνα μόνον λέγοιτο πατήρ; αἰσχύνομαι λέγων τὴν ἄνοιαν τῶν χριστιανοὺς μὲν ἑαυτοὺς λεγόντων εἶναι· τῆς ἑλληνικῆς δὲ πλάνης τὰ θανατηφόρα παιδευομένων μελετήματα.

que enim universorum creator, factis jam cælis & terra, genitus est. Nihil vero aliud innuit, nisi incomprehensibilem prorsus esse & inexcogitabilem Filii generationem. Quemadmodum enim nullus potest ante ortum luciferi, obtutu cernere solaris luminis fulgorem; tametsi supra quamtumvis excelsum adscendat montem: sic neque paterni luminis potest quis splendorem comprehendere oculis mentis, tametsi ultra universa sæcula mentis imaginatione transscendat; propterea quod incomprehensibilis est occultissima illa veritas. Positum est igitur illud *ante luciferum* pro *ante cognitionem*: ea enim est stella cognitionis diei. Quare idem rursus Psalmista illud *ante luciferum* in alio Psalmo interpretatus, ait: [a] *Ante solem permanet nomen ejus.* Qui vero ante solem permanet, incomprehensibilis est prorsus & oratione & cogitatione: quoniam enim sine tempore erat, etiam mente ipsa superior est. Non enim factitio Filio justissimus Deus ac Pater omnium nostrum, supercælestem illum, sanctumque & ineffabilem mundum; nostrum item universum orbem, in hereditatem dedit: sed Filio ejus vero, per quem etiam universa fecit in hereditatem ejus, ut rationabilibus ejus omnibus creaturis, utpote Verbum Dei existens & Filius, imperaret. Ad quem etiam dixit optimus studiosissimusque Pater: [b] *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Hospes enim erat propter carnem Filius, quando assumtus est hinc in cælum, ubi hospes non fuit umquam propter Patris naturam. Idcirco omnino illud, *Sede a dextris meis*, a Deo Patre ad semper exsistentem secum dicitur Deum Verbum. Neque enim ad alterius substantiæ Filium dixisset inquiens Pater, [c] *Gloriam meam alteri non dabo*, vocabulum illud, quod omnino nota est naturalis habitudinis, quodque, ut opinor, neque ex gentibus olim qui idola fingebant, imaginari ausi sunt. Et sane dicant mihi qui arbitrantur se Christianos esse, neque tamen sunt; quæ necessitas fuerit factitii Dei, Deo qui factus non sit? Si quidem enim divina virtute caruit Deus ut instrumentum potentiæ sibi effecerit; ubinam est perfectio ejus? Quod si redundantis boni desiderio tenebatur; quænam hujus necessitas fuerit, dicant mihi, Deo qui nec affectionibus subest, nec indigentiæ? An omnino opus erat, secundum illorum vecordiam, ut qualemcumque demum Filium haberet verus Deus, tantum ut diceretur Pater? Pudet me referre stultitiam eorum, qui se quidem Christianos dictitant, ethnici tamen erroris mortiferis sunt imbuti commentis.

Ἀλλ' οὐκ ἦν, φησὶν, ὁ γεννηθεὶς πρὶν αὐτὸν γεννηθῆναι. ἐγὼ δὲ πάλιν λέγω· ὅτι τοσοῦτον ἦν, ὅσον ἦν ὁ ὢν πατήρ· ὡς ἀπαύγασμα ἦν τῆς δόξης τοῦ φωτὸς τοῦ πατρικοῦ. ὅθεν καὶ καλλίονα οἶδα πάσης αἰτίας, οὖσαν τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ. οὐ γὰρ ἐπιθυμήσας ὁ Θεὸς τοῦ πατρικοῦ ἀξιώματος, ἐγέννησε τὸν υἱόν· ἀλλ' ὡς ἦν ἀεὶ Θεὸς, οὕτως ἦν ἀεὶ καὶ πατὴρ τῆς δόξης. ὥστε οὐκ ἐπειδὴ οὐ φθάνει ἀνθρώπεια ἐνθύμησις τὴν αὐτοῦ γέννησιν, τούτῳ τις ὀφείλει τῶν ἑαυτοῦ ἐνθυμήσεων ἐγγὺς τολμᾷν φέρειν τὸν ἀΐδιον· ἐπεὶ τοῦτο, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς διανοεῖσθαί τις τάχα τῶν ἀφρόνων τολμήσει. ἀδύνατον γάρ τινα, κἂν ὅπως ἂν ἐπαρθείη τῇ φαντασίᾳ τοῦ νοὸς, Θεοῦ φαντασιωθῆναι ζωήν. πῶς γὰρ ὁ ἐν μεμετρημένῃ πεπλασμένος οὐσίᾳ, τὴν ἀμέτρητον τοῦ Θεοῦ ζωὴν ἐνθυμηθῆναι δυνήσεται; ἀλλὰ μέχρι μὲν ποῦ δύναται, τολμᾷ τῇ φαντασίᾳ· εἰς δὲ τοὺς ὅρους τῶν οἰκείων ἐνθυμήσεων καταπίπτων, κατ' ἀρχήν τινα μετέωρον, καὶ αὐτὴν τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρὸς φαντάζεται διὰ πενίαν νοός. καὶ ταῦτα μὲν οὖν οἱ παρ' αὐτοῖς σοφοὶ ἐκ

III. Sed non erat, ajunt, qui genitus est, antequam ipse gigneretur. Ego vero rursum dico; illum eatenus fuisse, quatenus erat qui Pater est: ut pote qui splendor erat gloriæ paterni luminis. Quamobrem etiam superiorem scio omni caussa esse Christi generationem. Nec enim concupiscens Deus paternam dignitatem, genuit Filium: sed sicut fuit semper Deus, sic fuit semper etiam Pater gloriæ. Quocirca, non propterea quod minime assequitur humana cogitatio ejus generationem, ideo quis debet audere attemperare suis cogitationibus eum qui sempiternus est: quandoquidem istud etiam de ipso Patre sentire, facile aliquis stultorum audebit. Impossibile est enim ut quis, tametsi quamtumvis elevetur imaginatione mentis, Dei vitam sibi animo fingat. Quomodo enim is qui finita constat natura, infinitam Dei vitam cogitare animo poterit? Sed quousque quidem valet, imaginatione audet: ad ter minos vero propriarum cogitationum ubi pervenerit, ex principio aliquo impuro ipsammet etiam Patris ingenerabilitatem imaginatur, ob mentis ino-

[a] Psalm. LXXI. 17. [b] Psalm. CIX. 1. [c] Isa. XLVIII. 11.

σχημάτων τινῶν συλλογιστικῶν μηχανώμενοι διαλέγονται.


Οἱ δὲ ἄλλοι, καὶ σχεδὸν πάντες· τὸ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, παρ' ἀνατροπὴν τῆς ἀληθείας ἀεὶ προσφέροντες, οὐκ αἰσχύνονται. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτον τὸν λόγον πιστὸν ἐμαυτοῦ συνήγορον ἐν Θεῷ προστήσομαι· εἰ καὶ παροιμιώδης ὢν ὁ λόγος, λοξῷ τινι βλέμματι τὸ ἑαυτοῦ μοι διαλέγεται φρόνημα. ἐκτίσθη γὰρ ὁ ἄκτιστος τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς ὑπὸ τῆς εὐδοκίας τοῦ πατρός· δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, ἵνα καταλλαγῇ μὲν ἄνθρωπος τῷ Θεῷ· Θεὸς δὲ ἄρξηται ἐκ τούτου ἔρχεσθαι καὶ μένειν πρὸς ἄνθρωπον. χωρίον γὰρ ὄντως γέγονεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ. τοῦ μεσοφράγματος τῆς ἔχθρας λυθέντος διὰ τῆς σαρκώσεως τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ. διόπερ αὐτὸς ὁ κύριος, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, ἑρμηνεύων ἡμῖν τὴν τούτου τοῦ λόγου δύναμίν τε καὶ ἀλήθειαν, λέγει· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. ἀλήθεια, ἐπειδὴ πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾶται, ὡς λόγος· τουτέστι δημιουργῷ κινήσει, ὡς σοφία ἐκ σοφοῦ προέρχεται· ἵνα τῷ ζῶντι λόγῳ εἰς ζωὴν τὰ οὐκ ὄντα κληθῇ ὑπὸ τοῦ ζῶντος Θεοῦ. ἡ γὰρ σοφία τοῦ σοφοῦ, λόγος ἐστὶ καὶ ζωὴ τοῦ μόνου ὄντος Θεοῦ. διὸ δὴ καὶ πάντα δι' αὐτοῦ, ὡς πεπείσμεθα, εἰς τὸ εἶναι κέκληται. ἐκάλεσε γὰρ ὁ ὢν τὰ οὐκ ὄντα διὰ τοῦ ὄντος· ἵνα φανῇ δι' αὐτοῦ τὰ μὴ ὄντα· ὁδὸς δὲ, διὰ τὸ ἐκ τῆς αὐτοῦ, ὡς ἔφην, σαρκώσεως φοιτᾶν τε τὸν πατέρα εἰς ἄνθρωπον, καὶ ἄνθρωπον προσεγγίζειν τῷ πατρί. οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. διὸ πάλιν λέγει· ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ πατὴρ ἀγαπήσει αὐτόν· καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. ὥστε τὸ, κύριος ἔκτισέ με, τῇ σαρκώσει τοῦ λόγου, ὅς ἐστι σοφία καὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ, διαφέρει· ὃ γὰρ ἔμελλε σαρκωθεὶς ἐπιδεικτικῶς λέγειν, τοῦτο προεῖπεν οἷα παρὼν ὡς Θεός. ὃν τρόπον καὶ περὶ τῆς διαρπαγῆς τῶν ἱματίων αὐτοῦ φαίνεται διὰ τοῦ προφήτου ὁ μόνος δυνάστης καὶ μόνος ἀψευδὴς προειρηκὼς κύριος· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. τὸ μέλλον γίνεσθαι οὐ μὴν δὲ γενόμενον πάλιν εἰπὼν ὁ ἀληθινός· οὐδὲν γὰρ πόρρω διὰ ὑπερβολὴν τρανότητος τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ λόγου· ἐπειδὴ καὶ τῶν ὁπηδήποτε ἐσομένων, ἐγγὺς ἄγαν ὁ Θεός. Θεὸς γάρ φησιν ἐγγίζων, ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος. διόπερ ὑπομνῆσαι ἡμᾶς τῆς παροιμιώδους ἐκείνης, ὡς εἶπον, ῥήσεως βουληθεὶς ὁ ἀπλάνητος, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· τουτέστιν ἡ ὑπὸ Σολομῶνος ῥηθεῖσα, σαφῶς ἑαυτὸν ἐπιδεικνύων ἔφη. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος Πέτρος, ἐν ταῖς κοιναῖς αὐτῶν πράξεσι φαίνεται λέγων· ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραήλ· ὅτι καὶ κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε· Χριστὸν μὲν γὰρ αὐτὸν ἐποίησεν ὁ πατὴρ, νοητῇ χρίσει χρίσας, διὰ τὴν πρόσληψιν τῆς σαρκός· οὐχ ὡς αὐτοῦ εἰς προκοπὴν ἁγιασθῆναι ὀφείλοντος· ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς αὐτοῦ μακαρίας μεσιτείας εἰς ἡμᾶς κατασκηνῶσαι τὸ ἅγιον πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας, υἱοὺς ἡμᾶς ποιήσῃ τῆς χάριτος τοῦ πατρός. κύριον δὲ, ἐπειδὴ τὴν κατὰ πάντων αὐτῷ ἔδωκεν, ὡς υἱῷ μονογενεῖ, κυρίαν· ὡς δι' αὐτοῦ πάντων ἡμῶν ῥυσθέντων ἐκ τῆς κακίας τῆς φθορᾶς· ὁ οὖν ὢν τῇ φύσει κύριος, ἐδείχθη ὢν τῶν ἁπάντων κύριος· ὅτι φανερὸν αὐτὸν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ποιήσας τῇ αὐτοῦ κληρονομίᾳ ἔλεγεν ὁ πατήρ· αἴτησαι γάρ, φησι, παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.

piam. Et hæc quidem eorum ſapientes ex figuris quibuſdam ſyllogiſticis comminiſcentes differunt.

IV. Alii autem, ac propemodum omnes, illud: [a] *Dominus creavit me principium viarum ejus*, ad everſionem veritatis jugiter allegantes, non erubeſcunt. Ego autem & hanc orationem fidam mei patronam in Deo adjiciam: etſi cum proverbialis ſit oratio, obliquo quodam intuitu unum mihi comprobet ſenſum. Creatus eſt enim is, qui eſt increatus, carnis aſſumtione, ab approbante Patre: pro nobis factus homo, ut reconciliaretur quidem homo Deo; Deus autem inciperet deinceps venire ac manere penes hominem. Homo enim re vera factus eſt Dei locus, pariete intergerino ſimultatis diſſoluto per incarnationem Verbi Dei. Itaque ipſe Dominus in Evangeliis, interpretatus nobis hujus orationis vim atque veritatem, ait: [b] *Ego ſum Via, & Veritas, & Vita. Veritas*, quippe qui ante omnes colles generatur, utpote Verbum; hoc eſt, efficaci motione ceu Sapientia ex Sapiente procedit, ut vivo Verbo in vitam non exſtantia vocentur a vivo Deo. Sapientia enim Sapientis, Verbum eſt & vita Dei, qui ſolus Exſtat. Itaque etiam omnia per ipſum, ut credimus, ad exſtantiam vocata ſunt. Vocavit enim Exſtans non exſtantia per Exſtantem, ut conſtarent per ipſum non exſtantia. *Via* autem, propterea quod ex illius, ut dixi, incarnatione, veniat Pater ad hominem, & homo appropinquet Deo: [c] *Nemo enim venit ad Patrem, niſi per me.* Ac proinde rurſum ait: [d] *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit; & Pater diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Ita ut illud, *Dominus creavit me*, ad incarnationem Verbi, quod eſt Sapientia & virtus Dei, pertineat. Quod enim, carne jam aſſumta, demonſtrando dicturus erat; hoc prædixit tamquam præſens, utpote Deus. Quemadmodum & de direptione veſtimentorum ſuorum videtur per prophetam prædixiſſe, qui ſolus potens ac ſolus verax eſt, Dominus: [e] *Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Quod futurum erat ut fieret, non autem factum fuerat, repetito dicens ipſemet qui verax eſt. Nihil enim remotum ab oculis Verbi, propter exquiſitiſſimam aciem; ſiquidem etiam eas res quæ quandoque futuræ ſunt, admodum proxime attingit Deus: [f] *Deus* enim, ait, *vicinus ego ſum, dicit Dominus.* Quare admonere nos proverbialis illius, ut dicebam, locutionis volens is qui erroris eſt neſcius: *Ego ſum via*, inquit; hoc eſt, ea quæ a Salomone dicta fuerat; manifeſte ſe ipſum demonſtrans. Quamobrem etiam apoſtolus Petrus in communibus eorum Actibus cernitur dicens: [g] *Certo igitur cognoſcat univerſa domus Iſrael, quoniam & Dominum ipſummet atque Chriſtum Deus fecit hunc Jeſum, quem vos crucifixiſtis. Chriſtum* quidem enim illum fecit Pater, unctione quæ mente concipi debeat, ungens per carnis aſſumtionem: non quaſi ipſe opus haberet ut ad profectum ſanctificaretur; ſed ut propter ejus beatam mediationem, in nobis habitans ſanctus Spiritus adoptionis, filios nos efficeret paternæ gratiæ. *Dominum* autem, quoniam ſupra omnes ipſi dedit, ceu filio unigenito, dominationem: omnibus ſcilicet nobis per ipſum liberatis a malo corruptionis. Qui igitur erat natura Dominus, conſtitutus eſt omnium Dominus, quando manifeſtum illum per incarnationem efficiens ſua hereditate Pater, inquit: [h] *Poſtula* enim dixit, *a me; & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.*

a Prov. VIII. 22. b Joan. XIV. 6. c Ibid. d Ibid. ỷ. 23 e Pſal. XXI. 19. f Jer. XXIII. 23. g Act. II. 36. h Pſal. II. 8.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
363.



Ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάλιν· ὅτι ὁ εἰρηκώς, ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, οὐ δύναται εἶναι ἴσος· ὅσπερ ἑαυτὸν ὡμολόγησεν ἡττᾶσθαι τῷ πατρί. μείζονα δὲ ἐγώ, οὔτε δυνάμει οὔτε τῇ δόξῃ πέπεισμαι εἶναι ἐκ τῶν θείων γραφῶν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα· ἢ μόνον ὅτι τὸ τοῦ πατρὸς πρῶτον διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως ὄνομα λαμβάνει. διόπερ εἰ ὅλως ἐκείνῳ τῷ λόγῳ ὁ εὐγνώμων ἐκεῖνος καὶ ἀληθινὸς καὶ ὅλος γλυκύτης υἱὸς χρησάμενος φαίνεται· κεφαλὴ γὰρ τοῦ υἱοῦ, τουτέστι τοῦ λόγου, ὁ πατὴρ ὁ πάνσοφος οὐκ ἐν πλεονασμῷ τιμῆς ἢ δόξης· ἀλλ᾽ ἐν ὑποστάσει πατρότητος καθ᾽ ἥν ἐστι καὶ αὐτός. ἐπειδὴ ῥίζα τοῦ ἀληθινοῦ λόγου, τουτέστιν ὁ πατὴρ ὅπερ ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Θεός. καὶ ῥίζαν γάρ φησι λόγου ὁ Ἰὼβ εὑρήσομεν αὐτοῦ· τουτέστιν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν λόγον γνωσόμεθα. ῥίζα γὰρ ὄντως τοῦ λόγου, ὁ κόλπος τοῦ Θεοῦ φυσικῶς, ᾧ ὁ λόγος ἐρρίζωται. μηδὲ γὰρ οὕτως μανεῖεν· ἢ ποτὲ ὑπολάβοιεν· ὅτι ἦν ποτὲ ὅτε ὁ σοφὸς πατὴρ τὸν λόγον· ἢ ὅτι τὸ πατρικὸν ἐκεῖνο καὶ ὑπέρλαμπρον φῶς, ἐκτὸς ἦν ἀπαυγάσματος ποτέ. ὅπερ ἡμῖν σημῆναι σαφέστατα αὐτὸς βουληθεὶς ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λέγει· ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἐν γὰρ τῷ ἀπαυγάσματι πάντως ἡ τοῦ φωτὸς γνωρίζεται λαμπρότης. καὶ πάλιν· οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀδιαιρέτως αὐτὸν εἶναι ἐν τῷ πατρί· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. οὐ γὰρ κτιστῷ λόγῳ ὁ παντοκράτωρ ἂν εἵλετο χρήσασθαι Θεός· ἐπεὶ ἔλιπεν αὐτῷ κατὰ τοῦτο πρὸ τῆς γενέσεως, ὅπερ ἔχει δι᾽ αὐτόν.

V. At enim regerunt; Eum qui dixit: [a] *Pater meus major me eſt*, non poſſe eſſe æqualem: quippe qui ſe ipſum confeſſus ſit inferiorem Patre. Majorem autem ego neque virtute neque gloria, perſuaſus ſum ex divinis Litteris Filio eſſe Patrem; ſed tantum quoniam Patris primo propter ordinem naturæ nomen uſurpat. Quocirca etiam illa locutione benignus ille atque verax, totuſque dulcedo Filius uſus cernitur. Caput enim Filii, Verbi ſcilicet, ſapientiſſimus Pater, non in exceſſu honoris & gloriæ, ſed in hypoſtaſi paternitatis, ſecundum quam exſtat & ipſum. Eſt enim Radix veri Verbi, Pater nempe, qui eſt verus Deus. [b] *Radicem* etenim inquit Job, *Verbi ejus inveniemus*: hoc eſt, de ſinu Patris eſſe Verbum cognoſcemus. Radix enim re vera Verbi ſinus Dei eſt naturaliter, quo Verbum radicatum eſt. Nec quis ſic inſaniat, aut umquam ſuſpicetur, quod fuerit aliquando quum ſapiens Pater Verbum (*non habebat*;) ſive quod paternum illud & fulgentiſſimum lumen abſque ſplendore fuerit aliquando. Quam rem nobis indicare manifeſtiſſime volens ipſe Dominus, in Evangeliis dicit: [c] *Qui vidit me, vidit Patrem*. In ſplendore enim omnino luminis cognoſcitur claritas. Et rurſum: [d] *Non credis quoniam ego in Patre, & Pater in me eſt?* Dicit autem etiam de indivulſa ſui in Patre inexſiſtentia: [e] *Ego & Pater unum ſumus*. Neque enim creato Verbo omnipotens Deus uti maluiſſet. Caruiſſet enim ipſe ſic ante generationem eo, quod habet propter ipſum.

Καὶ τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα δικαιώματα, ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. οἱ δὲ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας πάλιν ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν ἐπιλαμβανόμενοι λέγουσι, μὴ εἰδέναι τὸν υἱὸν τὴν ἐσομένην τῆς κρίσεως ἡμέραν ἢ ὥραν· εἰ μὴ μόνον τὸν πατέρα· καὶ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι αὐτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. ἐγὼ δὲ λέγω· μᾶλλον δὲ ὁ ὑγιαίνων λόγος· ὅτι διὰ τοῦτο τὸν πατέρα μόνον εἰδέναι τοῦτο λέγει ὁ πάντα ἔχων τὰ τοῦ πατρὸς ἐν μεγαλοσύνῃ τιμῆς, (ἧς ὄντως μεμνημένος, ὁ ὄντως υἱὸς τοῦ πατρός· ὡς ὅταν λέγῃ, οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός· καὶ, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι· ἀλλ᾽ οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός·) ἵνα γινώσκωμεν ἡμεῖς σαφῶς, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἐκ τῆς οἰκείας αὐθεντίας τοῦτο ὁρίσας εἰδέναι ἐπαγγέλλεται, ἀλλ᾽ ὅτι ἐν τῇ τοῦ πατρὸς βουλήσει ἤτοι εἰδήσει οἶδε τοῦτο καὶ αὐτός· λόγος γὰρ αὐτοῦ ἐστι καὶ σοφία καὶ ἀπαύγασμα. διόπερ καὶ ἀχώριστός ἐστιν ὡς τῇ φύσει καὶ τοῖς θελήμασι, καὶ τοῖς προορισμοῖς τοῦ πατρός· ἐγὼ γάρ φησι καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. τὸν γὰρ ἐν ἀδιαιρέτῳ τῇ ἰδιότητι ὄντα ἀϊδίως ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός, οὐκ ἄν τις ἄλλως εἴποι εἰδέναι ἅπερ οἶδεν ὁ πατήρ· ὅτι δὴ μία θέλησίς ἐστι καὶ μία γνῶσις εἴς τε τὸν σοφὸν καὶ τὴν σοφίαν τοῦ σοφοῦ. διὸ καὶ πάντα τὰ τοῦ υἱοῦ ἐνεργεῖ ὁ πατὴρ ὡς ἐν υἱῷ· θέλων ἀεὶ πάνθ᾽ ὅσα θέλει ὁ πατήρ. δέδωκε καὶ αὐτῷ ἐξουσίαν κρίσιν ποιεῖν, ὡς υἱῷ ἀνθρώπου· καὶ ἐξουσίαν γάρ φησιν, ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν· ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. καθὸ καὶ πάλιν λέγει· ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. ἐδόθη τῷ ἔχοντι· ἵνα καὶ τοῦ πατρὸς ἡ ἀλήθεια φαίνοιτο, καὶ τοῦ υἱοῦ ἡ εὐγνωμοσύνη γνωρίζοιτο. ὅτι λαβὼν διὰ τὴν σάρκωσιν ὅπερ ἔχει διὰ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως σὺν τῷ πατρί, τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς ἡμᾶς σωζούσης φιλοτιμίας οὐκ ἠρνήσατο, τουτέστι τοῦ πατρὸς τὴν ἀγάπην. ἥντινα τοσοῦτον διὰ τῆς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἀγαθότητος εἰς ἡμᾶς ἐξέχεεν, ὥστε κοινωνοὺς ἀνθρώπους (ὢ τοῦ τηλικούτου καλοῦ) τῆς ἀπαραβλήτου ἐκείνης καὶ ἀμιάντου γενέσθαι δύνασθαι φύσεως.

VI. Et hæ quidem, atque his ſimiles ſunt noſtræ vindiciæ. Adverſarii autem veritatis iterum ex Evangelicis vocibus excipientes dicunt: [f] neſcire Filium futuram judicii diem vel horam, ſed Patrem tantummodo; ideoque non eſſe illum ex ſubſtantia Patris. Ego autem dico, immo vero ſana ratio: quod idcirco iſtud dixit is, qui omnia habet quæ Patris ſunt in magnificentia honoris (cujus re vera recordatus eſt qui re vera Filius eſt Patris, veluti cum dicit, [g] *Nemo bonus niſi ſolus Deus*; &, [h] *Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt a Patre*:) ut cognoſcamus nos manifeſte, quoniam non tamquam ex propria poteſtate hoc definiens ſcire ſe aſſerit; ſed quoniam in Patris voluntate aut conſcientia novit hoc etiam ipſe: Verbum eſt enim ejus, & ſapientia, & ſplendor. Quocirca & inſeparabilis eſt, quemadmodum natura & voluntate, etiam prædeſtinationibus, a Patre: [i] *Ego* enim, inquit, *& Pater unum ſumus*. Eum etenim qui in inſeparabili eſt proprietate jugiter in ſinu Patris, nemo ſane dixerit aliter ſcire quæ Pater novit, niſi quatenus una voluntas eſt unaque cognitio in Sapiente, & in Sapientia Sapientis. Quare & cuncta quæ ſunt Filii, operatur Pater, tamquam in Filio, qui vult ſemper quæcumque vult Pater. Dedit porro ei poteſtatem judicii faciendi, tamquam hominis filio: [k] *Et poteſtatem*, inquit, *dedit ei judicium facere, quia filius hominis eſt*. Quomodo & rurſus ait: [l] *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*. Data eſt habenti; ut & Patris veritas appareret, & Filii bonitas agnoſceretur. Quoniam accipiens per incarnationem quod habet per communitatem naturæ cum Patre, primam cauſſam liberalitatis nos ſalvantis non recuſavit, Patris ſcilicet caritatem. Quam tantopere per Filii ſui bonitatem in nos effudit, ut participes homines (pro immenſam bonitatem!) incomparabilis illius & incontaminatæ eſſe potuerint naturæ.

a Joan. xiv. 28. b Job xix. 28. c Joan. xiv. 9. d Ibid. ℣. 10. e Joan. x. 30. f Marc. xiii. 32. g Marc. x. 18. h Matth. xx. 23. i Joan. x. 30. k Joan. V. 27. l Matth. xxviii. 18.

A Ἀλλὰ λέγουσι πάλιν οἱ δεινοὶ τῆς ἀγνωσίας συνήγοροι· ὅτι οὕτω κατὰ πάντα ἥττων ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὡς καὶ ὑποταγήσεσθαι αὐτὸν τῷ [1] σωτῆρι τὸν ἀπόστολον εἰρηκέναι· καλῶς. τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ ἄχρι νῦν αὐτὸν μὴ ὑποτετάχθαι, εἰ ὅλως μέλλει ὑποτάσσεσθαι; εἰ μὲν γὰρ ἥττων ἦν τῇ οὐσίᾳ τοῦ πατρὸς, τούτῳ αὐτῷ ἦν ὑποτεταγμένος ἐξ ἀρχῆς τῷ πατρί· εἰ δὲ ἕως μὲν νῦν οὐχ ὑποτέτακται, ὑποταγήσεται δὲ, τί τὸ αἴτιον ἄρα ἢ τῆς νῦν αὐτοῦ ἐλευθερίας, ἢ τῆς τότε δουλείας, ὅτε δεῖ τὴν πᾶσαν ἐλευθερωθῆναι κτίσιν ἐπὶ δόξης τοῦ Θεοῦ; μανία δεινή. εἰ γὰρ ἄνθρωπος μὲν μέλλει ἐξομοιοῦσθαι Θεῷ, καὶ κοινωνὸς τῆς θείας γενέσθαι φύσεως ἐν ἐλευθερίᾳ τοῦ πνεύματος· ὁ δὲ υἱὸς τότε μέλλει ὑποτάσσεσθαι τῷ πατρὶ, μεθ᾽ οὗ πάντα πεποίηκε; τί ἄν τις περὶ τούτου B [2] λογιῆται; ἔρημα ἅπαντα κατ᾽ αὐτοὺς λογικῶν ἀποδείξεων. ἐγὼ δὲ λέγω· ὑποταγὴν εἶναι τοῦ υἱοῦ, τὸ ἐμὲ, τουτέστι τὸ αὐτοῦ μέλος, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ ὑποταγῆναι τῷ Θεῷ· ὅπερ ἐστὶ κολληθῆναι τῇ ἀγάπῃ τοῦ πατρὸς, καὶ ἄλλο μηδὲν θέλειν, ἢ ἃ θέλει ὁ Θεός. τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἵνα ᾖ ὁ Θεός. διόπερ καὶ τὸν ψαλμῳδὸν ἔχομεν λέγοντα· οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ᾽ αὐτῷ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. ἑνώσει γὰρ πάντως ὁ υἱὸς ὡς μεσίτης ἐν τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ τὸν υἱὸν τῆς μεσιτείας· ἐμὲ, πάλιν λέγω, τῷ πατρί· ἵνα τελείως πληρώσῃ τὸ σχῆμα τῆς καταλλαγῆς. κεφαλὴ γὰρ τῆς πάσης υἱότητος ὁ φυσικὸς υἱὸς τοῦ πατρός. διὸ καὶ ἐν αὐτῷ ὁμιλοῦμαι ἐγώ· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἱερεὺς ἦ μετὰ τὴν κρίσιν C ἐνώπιον τοῦ πατρός· ὑπὲρ δὲ τῆς αὐτοῦ καταρτισθείσης υἱοθεσίας, υἱοπρεπῶς μὲν διὰ τὴν φύσιν· ἀρχιερατικῶς δὲ, διὰ τὴν μεσιτείαν προσάγων εὐχαριστήρια τῷ πατρί· ἀπαγγελῶ γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. ἅπερ ὁ ἀπόστολος προθεασάμενος τῷ πνεύματι, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται, ἔφη, τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα· ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. ὅπως ἂν γνῶμεν σαφῶς ἐξ ἑνὸς αἰτίου, τουτέστιν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς εἶναι τὰ πάντα ἀληθείας· ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων, φησὶ, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες. ὅθεν γινώσκομεν ὅτι ἀγέννητος μὲν υἱός· ἁγιάζει γάρ· γεννητοὶ δὲ ἡμεῖς, ἁγιαζόμεθα γάρ. διόπερ ὁ μὲν υἱὸς υἱοπρεπῶς μὲν καὶ ἀρχιερατικῶς ὑπὲρ ἡ- D μῶν, ὡς ἔφην, δοξάσει τὴν πατέρα· προσάγων ἡμᾶς αὐτῷ τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ· ὅπερ ἐστὶ παραδοῦναι τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ὡς ὢν ἐκ τῆς αὐτοῦ μακαρίας φύσεως· πατρικαῖς προσρήσεσιν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀντιδοξαζόμενος· παρὰ σοῦ γὰρ φησι ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ λέγει. ἐκκλησίαν δὲ μεγάλην, τὴν ἐσομένην τῶν τε ἁγίων ἀγγέλων· καὶ τῶν δικαίων ὁμήγυριν· ἡμῖν δὲ ὡς δούλοις ἐλευθερωθεῖσι πρέπει, ἵνα τὴν αὐτοῦ μεγαλοπρεπῆ, ἀκαταπαύστως ὑμνήσωμεν ἀγαθότητα· τὰ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ θεοπρεπῶς δωρούμενον ἀγαθὰ σὺν τῷ πνεύματι· ὑμνοῦντες ἰσοδόξως ὡς καὶ νῦν εἰς αἰῶνας.

E Ἐπεὶ τί ἄρα ἐννοοῦσιν οἱ μὴ θέλοντες οὕτω τὴν ὑποταγὴν ἐννοεῖν; εἰ γὰρ μηκέτι συγκαθήσεσθαι τὸν υἱὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ Θεῷ, λῆρον μέγαν ληροῦσι. πῶς γὰρ ἐνδέχεται τὸν ἅπαξ συγκαθεσθέντα τῷ πατρὶ, (οὐ θέλουσι γὰρ πάντως εἰπεῖν, τὸν ἀϊδίως συγκαθεζόμενον· ἐπειδὴ μεγάλως πένονται ταῖς ἐννοίαις) εἰς τὴν τῶν αἰώνων ἐκείνων τῶν μακαρίων καινότητα τῆς τοιαύτης στερηθῆναι τιμῆς; εἰ δὲ βασιλείας ἀπόθεσιν τὴν ὑποταγὴν εἶναι νομίζουσι· οὕτως

A VII. Sed iterum dicunt isti vehementes ignorantiæ patroni: Quod eousque per omnia inferior est Filius Patre, ut Apostolus de Salvatore dixerit [a], ipsum subjectum iri. Optime. At quænam caussa est, quod adhucdum ipse subjectus non sit, si omnino subjiciendus est? Si enim inferior erat Patre quoad essentiam, hoc ipso subjiciebatur Patri a principio: sin vero hactenus nequaquam subjectus est, subjicietur autem; quæ caussa est ergo vel præsentis ejus libertatis, vel futuræ tunc servitutis, quum oporteat [b] universam liberari creaturam in Dei gloria? Furor est, furor. Si enim hominem quidem assimilari oportet Deo, foreque [c] participem divinæ naturæ in libertate Spiritus; Filius ne tunc subjiciendus est Pa- B tri, quocum universa operatus est? Quid aliquis possit de hac re cogitare? Carent omnia, secundum istos, rationabili demonstratione. Ego autem dico: Subjectionem esse Filii, quod egomet, membrum scilicet ejus, in persona Christi subjicior Deo: videlicet agglutinor caritati Patris, nihilque aliud volo quam quæ vult Deus, ut [d] *Omnia in omnibus sit Deus*. Quapropter & Psalmistam habemus dicentem: [e] *Nonne Deo subjecta erit anima mea? apud ipsum enim salutare meum*. Uniet enim omnino Filius, quippe mediator, in sua carne filium mediationis; me, iterum dico, Patri; ut perfecte adimpleat formam reconciliationis. Caput est enim totius filiationis Filius naturalis Patris. Idcirco et- C iam in illo conversor ego: propter hoc enim etiam sacerdos fuerit post judicium coram Patre. Ob suam autem perfectam adoptionem, ut Filium quidem decebat, propter naturam; ut Pontificem vero, propter mediationem, offerens gratiarum actiones Patri: [f] *Annuntiabo*, inquit, *nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te*. Quæ Apostolus ante contemplatus spiritu: [g] *Tunc & ipse Filius subjicietur*, inquit, *ei qui subjecit sibi universa; ut sit Deus omnia in omnibus*. Quo manifeste cognoscamus, ex unica caussa, videlicet Patris veritate, constare omnia: [h] *Qui enim sanctificat*, inquit, *& qui sanctificantur, ex uno omnes*. Hinc cognoscimus quod infectus quidem sit Filius, quia sanctificat; nos ve- D ro facti, quia sanctificamur. Quare Filius quidem, qua Filium ac Pontificem decet, pro nobis, sicut dicebam, glorificabit Patrem, adducens nos ad illum hereditatem illius (quod est [i] *tradere regnum Deo & Patri*) quippe qui exsistit ex illius beata natura: paternis allocutionibus a Patre vicissim glorificatus, [k] *A te enim*, inquit, *laus mea in ecclesia magna*. Dicit vero ecclesiam magnam eum, qui futurus erat cum ex angelis sanctis, tum ex justis, cœtus communis. Nobis autem veluti servis in libertatem assertis convenit, ut ejus magnificentissimam indesinenter laudemus bonitatem: eum qui sacerdotii sui divinitus bona largitur cum Spiritu æquali gloria celebrantes, quemadmodum nunc & in sæcula.

E VIII. Et sane quidnam in animo versant ii, qui nolunt hoc modo subjectionem intelligere? Si enim non amplius sessurum Filium cum Deo supponunt, delirant etiam atque etiam. Quei enim fieri potest, ut ille qui aliquando cum Patre consedit (nolunt enim omnino dicere, eum qui semper considet, pauperculis sunt enim admodum cogitationibus) in novitate beatorum illorum sæculorum hujusmodi careat honore? Quod si regni abdicationem importare contendunt istam subjectio-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

a I. Cor. XV. 28. b Rom. VIII. 21. c II. Pet. I. 4. d I. Cor. XV. 28. e Psal. LXII. 2. f Psal. XXI. 23.
g I. Cor. XV. 28. h Heb. II. 11. i I. Cor. XV. 24. k Psal. XXXIV. 18.

1. Σωτῆρι] Leg. πατρί. Forte scriptum erat πρι pro πατρί. 2. Λογιῆται] Λογιεῖται.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

ἀδικίας κατηγοροῦσι τοῦ Θεοῦ· ὅτι τὸν πᾶσαν αὐτοῦ τὴν βουλὴν οὕτω τελείως πληρώσαντα, ἥττονα ἧς ἔχει τιμῆς μέλλει ποιεῖν· ὅτε δεῖ αὐτὸν, εἴπερ μὴ ἦν ἴσος, ὡς ὑπονοοῦσι, τῷ πατρὶ αἰωνίων τιμῶν ἀξιωθῆναι· ὡς πάντα κατὰ τὸν νοῦν πληρώσαντα τοῦ πατρός. καὶ παρὰ μὲν ἀνθρώποις, ὁ τῆς βασιλείας ἀξιούμενος, τὸν ἅπαντα αὐτοῦ χρόνον βασιλεύει. ἐκεῖνοι δὲ τὸν ἀεὶ ζῶντα τοῦ Θεοῦ λόγον μηκέτι [1] βασιλεύειν ἀποφαίνονται· καὶ τοῦτο, ὅτε τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ὑποταγῇ τὰ σύμπαντα· εἰς τὸ κριθῆναι μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοὺς ἀσεβεῖς ἐν πυρὶ αἰωνίῳ· συμβασιλεῦσαι δὲ αὐτῷ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ἐν φωτὶ ἀϊδίῳ· τουτέστιν ἐναγαλλιασθῆναι τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας· ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ὑποταγέντων αὐτοῖς πάντων. ὃν γὰρ τρόπον ἐν προσώπῳ Χριστοῦ ὑποταγήσεται ἡ υἱοθεσία τῷ πατρὶ, οὕτως διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ ὑποταγήσεται τὰ πάντα τοῖς τοῦ Χριστοῦ· ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. ἐφαπλωθέντος γὰρ λοιπὸν τοῦ πατρὸς διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου αὐτοῦ παιδὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, μία θέλησις λοιπὸν ἔσται Θεοῦ τε καὶ [2] αἰώνων· ὅντινα βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὁ ἀπόστολος ἔφη, ἵνα συντόμως εἴπω· (τί γάρ μοι τὰς τῶν ἀλογίστων ἐπὶ πολὺ διεξιέναι ἀνοίας;) ὃς οὐ πρὸς καιρὸν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, ὡς ἐκεῖνοι ὑπολαμβάνουσιν, ὁρισάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅτι μετὰ τὸ πληρῶσαι τὴν κρίσιν αὐτῶν, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀρχιερατικὸν λοιπὸν τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας ἐνδείξεται· διὸ καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν λέγει τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· οὐκέτι μὲν κρίνων· πεπλήρωκε γὰρ τὴν κρίσιν, ἀλλὰ τὰ πατρῷα ἀγαθὰ τῇ αὐτοῦ κληρονομίᾳ, ὡς ἀρχιερεὺς χορηγῶν αἰωνίως. ἐπειδὴ βασιλείας μὲν ἴδιον τὸ κρῖναι, ἀρχιερωσύνης δὲ, τὸ ἰδίοις εὐφραίνειν ἀγαθοῖς, τοὺς τὸ πῦρ δι' ἁγνείαν ὑπερβάντας τῆς κρίσεως· βασιλεύει μὲν γὰρ ὡς υἱός· στέργεται δὲ ὡς πατήρ· ἰδοὺ γάρ φησιν, ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. ἱερεύει δὲ ὡς Χριστὸς, τὴν ἀγάπην ἐν ἀγάπῃ ἱερεύων ὡς λόγος. ὥστε οὐ τότε ὁ πατὴρ ἐν ἀγνωσίᾳ βασιλεύσει ὁ τῶν αἰώνων βασιλεύς. αὐτῷ γὰρ, φησὶν ὁ Δανιὴλ, ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ. ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ διαφθαρήσεται. ἀλλ' ὡς τότε κρίνει· ἵνα ὑποταγέντων αὐτῷ πάντων διὰ τῆς κρίσεως, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου διὰ τῆς πάντων ἀναβιώσεως ἀναλωθέντος. ἔσχατος γάρ φησιν ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος· ἅγιόν τινα καὶ πολύδοξον κόσμον καταρτίσῃ τῷ πατρί· πάθους μὲν παντὸς ἄμοιρον· δόξῃ δὲ ἀγάπης ἀπαύστως ἐχόμενον.

Μὴ οὖν ἀθετείσθω παρὰ τῶν ἀσεβῶν ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς Ἰησοῦς Χριστός· ὁ καὶ πασῶν τῶν ἐν οὐρανοῖς δυνάμεων κύριος· ὁ βασιλεὺς ὁ αἰώνιος· τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης· ὁ ἀψευδὴς χαρακτὴρ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως· ὁ τῶν τοῦ πατρὸς διανοημάτων ἀδιαίρετος κοινωνός· ὁ ἐκ τοῦ ὄντος ὢν, καὶ ἐν τῷ ὄντι ὤν· ὁ καλὸς ἀγελάρχης πασῶν αὐτοῦ τῶν λογικῶν ἀγελῶν· ὁ πασῶν τῶν νοερῶν φύσεων σοφώτατος ἁρμοστεύς. ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς γενόμενος ἄγγελος. ἵνα καὶ ἀνθρώποις ποτὲ βατὸν ποιήσῃ τὸ αἰθέριον κάλλος. ὁ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὡς θώρακα τινὰ ἐνδυσάμενος εὐπρεπῆ, ἵνα ἀγάπῃ τρώσῃ τὸν τοῦ μίσους εὑρετήν· ὁ ταῦτα θέλων ἀεὶ ἅπερ ὁ πατὴρ θέλει. ἐπὶ μὲν γὰρ ἄλλων τις εὑρήσει τί τὸν πατέρα διανοού-

nem: hoc pacto injustitiæ postulant Deum, quod illum qui sic perfecte ejus voluntatem omnem implevit, inferiorem eo quem ipse habet, honore effecturus est; quum oporteret ipsum, etsi æqualis Patri non esset, quomodo suspicantur, æternis honoribus dignari, quippe qui omnia adimpleverit ad mentem Patris. Atque apud homines quidem, qui regno dignus habetur, regnat quamdiu vivit. At illi semper vivens Dei Verbum, non amplius regnaturum contendunt: & quidem quando regno ipsius subjecta erant omnia; per hoc quod damnentur quidem impii ab ipso in ignem æternum, regnent autem cum illo qui diligunt eum, in lumiue æterno; hoc est, exsultent in regno ejus in omnia sæcula, tamquam quibus per illius potentiam, omnia subjecta fuerint. Sicut enim in persona Christi adoptio subjicietur Patri; sic per Christi virtutem subjicientur omnia iis qui sunt Christi, ut [a] *sit Deus omnia in omnibus*. Divulgato igitur Patre per gratiam sancti Filii ejus sanctique Spiritus in omnes sanctos, una voluntas de cetero erit Dei & hominum. Quem regnare usque dum [b] *ponat inimicos ejus sub pedibus ejus*, Apostolus ait, ut paucis comprehendam: (quid enim irrationabilium hominum prolixius stultitiam persequar?) qui non ad tempus regnum illius, quomodo arbitrantur hi, definierit esse; sed quoniam post adimpletum judicium hominum, ac postquam reddiderit unicuique secundum opera sua, pontificalem deinceps formam regni gloriabundus ostendet (Quamobrem & [c] *Pontificem* illum vocat *futurorum bonorum*) non amplius quidam judicans; explevit enim judicium: sed paterna bona hereditati suæ tamquam Pontifex suppeditans in æternum. Quoniam regni quidem proprium est judicare; pontificatus vero, propriis jucundari bonis eos, qui ignem per puritatem superarunt judicii. Regnat enim tamquam Filius, sed amat ut Pater: [d] *Ecce* enim inquit, *ego & filii, quos mihi dedit Deus*. Sacerdotio autem fungitur ut Christus; caritatem in caritate sacerdotali administratione exercens utpote Verbum. Itaque nequaquam tunc Pater, sæculorum rex, in ignoratione regnabit: [e] *Ipsi* enim, inquit Daniel, *datum est imperium, & honor, & regnum: universique populi, tribus, linguæ servient ei. Potestas ejus, potestas æterna quæ non corrumpetur*. Sed sic tunc judicat, ut subjectis sibi omnibus per judicium, ipsaque morte per omnium resurrectionem consumta: [f] *Novissimus enim*, inquit, *inimicus destruetur, mors*: sanctum quemdam atque gloriosissimum mundum Patri coagmentet, passionis quidem omnis expertem, gloria autem caritatis indesinenter compactum.

IX. Nequaquam igitur exauctoretur ab impiis optimus Deus noster Jesus Christus, qui est etiam omnium cælestium potestatum Dominus; qui rex est æternus; splendor gloriæ; genuinus character substantiæ Patris; paternarum cogitationum particeps indivulsus; ex exstante exstans, & in exstante exstans; Pastor bonus omnium suorum rationabilium gregum; spiritalium naturarum omnium sapientissimus moderator; magni consilii effectus angelus, ut etiam hominibus aliquando accessibilem redderet æthereamn pulcritudinem; qui humanam naturam veluti thoracem quemdam elegantissimum induit, ut caritate vulneraret odii auctorem; qui eadem vult semper, quæ Pater vult. In aliis rebus quidem inveniat quis Pa-

a I. Cor. xv. 28. b Ibid. ℣. 25. c Heb. ix. 11. d Isa. viii. 18. e Dan. vii. 14. f I. Cor. xv. 26.

1. Βασιλεύειν] Forte βασιλεύσειν.

2. Αἰώνων] Legendum videtur ἀνθρώπων. Scriptum forte fuerit ανων.

μενον καὶ τὸν υἱὸν ἑτέρως· ἐπειδὴ ἡ τομὴ τῆς φύσεως A διάφορα ἡμᾶς παρασκευάζει φέρειν ἐνθυμήματα· ὁ δὲ ἐπειδὴ μένει ἀδιαιρέτως ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, ταῦτα πάντως καὶ θέλει καὶ ποιεῖ, ἅπερ ὁ πατὴρ θέλει. οὐ γὰρ στενότερός ἐστι τῶν τοῦ πατρὸς διανοημάτων· ἵνα ψεύδηται τῇ ἐνεργείᾳ τὰς τοῦ πατρὸς βουλήσεις· ἢ ὅλως μὴ δύναιτο ποιεῖν ἅπερ ὁ πατὴρ ποιεῖ. ἀλλ' ὢν Θεὸς ἐκ Θεοῦ, πάνθ' ὅσα θέλει ὁ πατὴρ, πάντως θέλει. διὸ καὶ δύναται ἅπερ ὁ πατὴρ δύναται. ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ, φησὶν, ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. θέλει δὲ ὅσα καὶ ὁ πατὴρ βούλεται. λόγου γὰρ πάντως ἴδιον τὸ τὴν βούλησιν θέλειν τοῦ οὗπερ ἐστὶ λόγος. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ διαλογίζεσθαι πνεύματος. B καὶ γὰρ αὐτοτέλειον ἐστὶ καὶ παντοδύναμον, καὶ πάσης συνέσεώς τε καὶ ζωῆς δωρητικόν· ὡς ἐν τῇ δόξῃ ὑπάρχον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. πνεῦμα γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ νῦν ἐν μορφῇ λόγος, καὶ τὸ πνεῦμα πάνσοφον· ἐπειδὴ σοφώτατον πνεῦμα. ἡ πηγὴ τούτων, ὁ πατήρ. διὸ δὴ καὶ αὐτοσέβαστόν τε ἐστὶ, καὶ προσκυνητὸν καὶ κύριον· ὡς ἐκ τῆς τοῦ κυρίου καὶ πατρὸς δόξης ἐκπορευόμενον· καὶ ἐν μιᾷ δόξῃ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ συνδοξαζόμενόν τε, καὶ συμπροσκυνούμενον· καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

A trem aliter cogitantem atque Filius: ſiquidem naturæ ſectio diverſas nos efficit gerere cogitationes: hic autem quoniam indivulſe manet in ſinu Patris, eadem omnino & vult & facit quæ Pater vult. Neque enim anguſtioribus eſt, quam Pater, cogitationibus, ut aberret operatione a Patris conſiliis, vel prorſus nequeat facere quæ Pater facit. Sed cum ſit Deus de Deo, quæcumque Pater vult, omnino vult: quare etiam poteſt, quæcumque Pater poteſt: [a] *Quemadmodum*, enim inquit, *Pater reſuſcitat mortuos & vivificat, ſic & Filius quos vult vivificat*. Vult autem quæcumque Pater deſiderat. Etenim Verbi uſquequaque proprium eſt id velle, quod vult is cuB jus eſt Verbum. Eadem etiam de ſancto & adorabili cogitanda ſunt Spiritu. Etenim per ſe perfectus eſt & omnipotens, omniſque intellectus atque vitæ largitor, utpote qui in gloria eſt Patris & Filii. Spiritus etenim, eſt etiam Verbum, quod nunc formam habet, & quidem Spiritus omniſcius: nam ſapientiſſima res eſt Spiritus. Fons horum eſt Pater. Idcirco etiam per ſe venerabilis eſt, & adorabilis, & Dominus; utpote qui ex Domini & Patris gloria procedit, & in una gloria cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

a Joan. V. 21.



Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 363.



S. PHOEBADII AGINNENSIS EPISCOPI
OPUSCULA
ADVERSUS ARIANOS.

I.

LIBER
CONTRA ARIANOS.

Nisi illam zabolicæ subtilitatis fraudem viderem, quæ omnium fere sensibus occupatis, & hæresim persuadet ut fidem rectam, & fidem rectam damnat ut hæresim; nullum omnino super his quæ nuper ad nos scripta venerunt, sermonem haberem, fratres carissimi. Sufficiebat enim conscientiæ parvæ tenere quod credit: æstimanti fore rectius tueri propria, quam extranea & aliena discutere. Sed quia, ut diximus, aut hæresis suscipienda est ut catholici dicamur; aut vere catholici non futuri, si hæresim non repudiamus: ad hanc tractatus conditionem necessitate descendimus, quam zabolicum virus sub modestia religiosæ venerationis occultum, in medium proferre nos convenit: ut & maltm quod sub opinione verborum simplicium latet, deprehendatur, & mendacio detecto veritas interclusa respiret. Destruenda sunt enim aliena, ut nostris credatur: nostris autem, nisi ea fuerint destructa, ut solis credi debeat, non nisi credendum video. Igitur [1] ante hæresim zabolica fraude cæcatam proferre in conscientiam publicam possim; tamen dum de ipsa mihi sermo est, dans fidei meæ pignus, catholicum me probabo; probatum quidem ut spero Deo primum, dein conscientiæ meæ: sed & his probandum, quos aut metus aut sæculi ambitio non vicerit.

II. Incipientes igitur ab ipso capite perfidiæ, non fidei, ac deinceps per totum corpus decurrentes, probabimus multa per fraudem communis professionis, quæ scilicet nec recipere possumus: nonnulla vero sine ulla pudoris similitudine esse congesta. Nam & unus Deus non sine fraude proponitur, nec duo simpliciter negantur: nomen vero substantiæ idcirco penitus juratur, ut scindatur a Patre Filius: denique nativitas ejus referatur ignota, quæ si, ut est ex Patre, ita credatur, ipsa sui confessione satis nota est. Major Pater Filio dicitur, non tamen ea differentia qua Filio Pater major est, sed omnibus divinæ gloriæ bonis major: quibus si minor est Filius, nec ipse esse in Patre dabitur, quia nihil in semet ipsam recipiet æterna ejus beatitudo, nisi proprium. Non autem proprium Dei, nisi plenum atque perfectum; nec rursum in eo Pater esse dignabitur, in quo totus esse non possit. Habere initium Pater negatur, hoc ideo, ut Filius non ad auctorem, sed ad tempus habere credatur. Puto autem, cui initium sic adscribitur, fini obnoxius non negetur. Subjectus deinde Patri Filius dicitur; non tamen ut Filius Patri, sed ut servus Domino, quum legamus servum heredem esse non posse. Denique cum omni creatura subjectus Deo refertur, invisibilis, immortalis Pater nuntiatur, ut scilicet in contrariis eorum Filius jaceat. [2] Si hæc igitur singula non humana præsumtione, sed auctoritate divina loqui refellimus: consequens erit in ea parte catholicam fidem stare, quæ talem recipit Deum, qualis debet esse qui Deus est.

III. Unum, inquit, constat Deum esse. Videri quidem non possunt calumniantibus conjecturis argumentari, & sanctitatem fidei simplicis maligna interpretatione torquere. Sed respiciendum ad Ursacium & Valentem & Potamium, quia sæpenumero iisdem verbis unicum Deum subdola fraude confessi sunt. Nihil simplex in hac fidei professione suscepi, quæ prima fronte ad decipiendos imperitos, credulos, incautos, hæretica subtilitate blanditur: pari modo quo veneni poculum mella commendant. Unum, inquit, constat Deum omnipotentem Patrem. Nemo nostrum abnegat, quia nemo ignorat: sed (ut probari ipsorum tractatibus potest) dicimus illos hoc loco non tam unum Deum professos, quam unum Patrem omnipotentem. Namque & eadem constantia Filium nolunt, & Deum tamen Filium confitentur. Puto suscepisse alterum non negabunt; & idcirco integrum illis est in hac sua perfidia, non fide, unum Deum Patrem, quam unum Deum dicant. Quamquam in omni professionis suæ corpore sic ipsum Dominum nostrum non negant, ut Deum destruant, hoc est, ut tantum nomine Domini dicant, quo nomine etiam nos appellari soliti sumus. [a] *Ego*, inquit, *dixi: Vos dii estis*. Quo nomine & Moyses ante donatus est: [b] *Faciam te*, inquit, *deum Pharaoni*. Ne quis ergo putet his verbis perfici catholicam professionem, si & unum Deum Patrem confitemur, & Deum Filium non negamus. Potest enim & Deus Pater sic unus Deus dici, ut sit unus Pater, non Deus unus. Potest & sic Filius Deus dici, ut Deus non sit.

IV. Duos, inquit, deos nec posse, nec prædicari debere scimus. Hoc nec umquam ex ore nostro duos deos proferimus. Deus enim si non unus & verus est, Deus non est. Sed advertendum est qua istud definitione ponatur, cui perfidiæ paretur hoc totum, in quod piaculum communia nobiscum verba prorumpant. Statim enim cur duos deos negaverint ponunt: Quia ipse Deus ait: [c] *Vado ad Patrem meum & Patrem vestrum, ad Deum meum & ad Deum vestrum*: qua definitione malæ interpretationis in tantum a Patre Filius separatur, & infra omnipotentem Deum ponitur: ut nobis & nativitatis conditio, & humanitatis infirmitas societur. Denique subjungunt Deum omnium, Unus est Deus, quo dicto Dominus non Deus absolute denegatur. Deo etenim Patri non Filii nomine, sed creaturæ conditione subjicitur. Et credo, hoc loco auctoritas Apostolica vindicabitur, ut Deus Christus dicatur potius quam sit: quia dixerit: [d] *Et donavit illi Deus nomen quod super omne nomen est*. Sed & ipsius Do-

[a] Psalm. LXXXI. 6. [b] Exod. VII. 1. [c] Joan. XX. 17. [d] Philipp. II. 9.

1. *Ante hær.*] Præmittendum videtur *quamvis*, vel quid simile.

2. *Si*] Ita rescribimus. Al. *sic*.

mini negantis esse se Deum verum, quum dicit: [a] *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum & verum Deum*; &: [b] *Quid me*, inquit, *dicis bonum? nemo bonus nisi unus Deus*. Adhuc audies: Cur honorem ab uno & solo Deo non quæritis? [c] *De die autem & hora nemo scit nisi Pater solus*. O duces cæci! o sæculi ambitione decepti! non distinguentes Dominicæ potentiæ duplicem statum, in sua unumquemque proprietate distantem; & quidquid de homine ejus dictum est, Deo applicatis, ut ipse Deus homini imbecillitate societur.

V. Et idcirco duplicem hunc statum, non conjunctum, sed confusum vultis videri, ut etiam unus vestrum, id est, Epistola Potamii quæ ab oriente & occidente transmissa est, qua asserit; carne & Spiritu Christi coagulatis per sanguinem Mariæ & in unum corpus redactis, passibilem Deum factum. Hoc ideo ne quis illum ex eo crederet, quem impassibilem satis constet. Fecistis igitur de Spiritu Dei & carne hominis nescio quid tertium: quia nec vere etiam Deus est, si Verbum esse desinit (caro enim factus est) neque vere homo, quia non proprie caro, fuit enim Verbum, ac si ex utroque jam neutrum est, ille, inquam, ille qui contra hoc venenum utramque substantiam suam affectus proprietate distinxit. Nam & Spiritus in illo res suas regit, id est, virtutes & opera & signa: & caro passionibus suis functa est. Cibum desideravit, quum tentaretur a zabulo: sitivit ad puteum Samariæ, cum prophetæ vox sit: Deus æternus neque sitiet neque esuriet. Quid adhuc de hominis affectu flevit Lazarum & Jerusalem? postremo anxius fuit ad mortem. Sed quod expressit affectu, numquid non testatus est verbis? Ait enim Nicodemo: [d] *Quod de carne natum est, caro est, & quod de spiritu, spiritus*: & [e] *caro*, inquit, *infirma, spiritus promtus est*. Non ergo fit spiritus caro, nec caro spiritus: quod isti volunt egregii doctores, ut factus sit scilicet Dominus & Deus noster ex hac substantiarum permixtione passibilis. Ideo autem passibilem volunt dici, ne & impassibilis credatur.

VI. Sed quid necesse est altiora scrutari, & virus internum per argumenta prodiens communi exponere & publicare judicio, quum lucifuga serpens per anfractus evolvens seriem suam tortuoseque procedens, qualis quantusque sit aliquando prodiderit, & venenum prius solito solitus adspergere libertate, victoriis totum pariter effuderit? Ab Episcopis procedit edictum: Nemo unam substantiam dicat: hoc est: Nemo in Ecclesia prædicet Patris & Filii unam esse virtutem. Quid egistis, o beatæ memoriæ viri, qui ex omnibus orbis partibus Nicæam congregati, & sacris voluminibus pertractis, perfectam fidei catholicæ regulam circuminspecto sermone fecistis, dantes bene credentibus communis fidei dexteras, errantibus vero formam credendi? En labor vester, en anxia solicitudo quo recidit, qua orientis mali semina, quantum in vobis tunc fuit, professione catholica necavistis? Vetatur in Ecclesia prædicari, quod solum sanxistis ob hæreses detegendas debere in Ecclesia prædicari. Tollitur quod probastis, & quod damnastis inducitur: quia mendacium adstrui, nisi destructa veritate non poterat. Destructioni quidem illa non subjacet, & ut est semper incorrupta durabit; sed manus sibi sacrilegas inferentes, tamquam violatam punivit.

VII. Nemo unam substantiam dicat. Quod piaculum, quod facinus in hoc verbo, qua ex parte catholicam fidem pulsat? Utrum ne sono vocabili, an interpretatione rei ipsius? Nihil fallor: interpretatio caret culpa. Substantia enim dicitur id quod semper ex se se est: hoc est, quod propria intra se virtute subsistit; quæ vis uni & soli Deo competit. Usitatum vero & familiare divinis voluminibus hoc nomen nec ipsos puto ignorare qui negant. David enim ex persona Christi: [f] *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia*. Et rursum: [g] *Substantia mea in inferioribus terræ*. Et: [h] *Substantia mea ante te est semper*. Et: [i] *Substantia mea tamquam nihilum ante te*. [k] *Scrutetur fenerator substantiam ejus*. Sed & Salomonis sententia [l], *substantiam*, inquit, *tuam & dulcedinem tuam*. Et Jeremias: [m] *Si stetissent in substantia mea*. Et in Proverbiis: [n] *Substantia divitis, civitas munita*. Et in eodem: [o] *Domum & substantiam dividunt patres filiis*. Sed & Tobias: [p] *Si fuerit*, inquit, *tibi copiosa substantia*. Et idem: [q] *Fili ex substantia tua fac eleemosynam*. Sed & Joannes: [r] *Qui habuerit substantiam mundi*. Et in Evangelio: [s] *Ecce*, inquit, *dimidium do ex substantia mea*. Ideo hæc in unum exempla congessimus, ne sermo ille caperet indoctos, quod testati sunt; idcirco substantiam non prædicatam, quia in divinis Scripturis nusquam inveniretur. Ergo si neque ipsum vocabulum substantiæ sacris litteris novum est, neque interpretatio ejus habet crimen; superest ut dispiciamus qua ex caussa repudietur hoc nomen. Dispicientes autem, invenimus illos non nomen, sed nominis repudiare virtutem. Quod si relucebit, erit apud nos intuitus nominis status: erit & illorum sensus in vitio, qui dum novellas profanæ intelligentiæ vias quærunt, a recto Evangeliorum limite recesserunt.

VIII. Prius tamen quam adstruo quod spopondi, occurrendum est illis quæ in contrarium proponuntur. Ajunt enim inveniri quidem in divinis voluminibus nomen substantiæ, sed non statim pertinens ad eamdem speciem quæ inducatur a nobis. Ibi enim per substantiæ vocabulum, aut virtutem aut divinitatem significari. Et nos ergo unam Patris & Filii substantiam vindicantes, quid aliud quam in utroque pares divitias, unius scilicet divinitatis prædicamus? De quibus divitiis ait Apostolus: [t] *Notas*, inquit, *fecit Deus divitias gloriæ suæ*: quod est Christus. Et unam utriusque dicimus esse virtutem, de qua idem Apostolus ait: [u] *Christus, virtus Dei est*. Quæ quidem virtus, quia nullius extraneæ opis indiget; dicta substantia est, ut supra diximus, quidquid illud est sibi debens. Nihil ergo in hoc vocabulo novum, nihil extraneum dicimus, nihil incongruum divinitati, etiam in quamvis partem significantiæ transferatur. Sed (ut cœperam dicere) omnis ista quæstio nominis, alterius est doloris: nec vocabulum, sed vis vocabuli displicet. Quibus enim accipere auribus possint unam Patris & Filii substantiam prædicari, hoc est, honorem, dignitatem, claritatem, virtutem, majestatem pari in utroque veritate communem; qui a Patre Filium separant, & divisis substantiis in sua unumquemque proprietate degentem, repudiata divinitatis communione propo-

[a] Joan. XVII. 3. [b] Luc. XVIII. 19. [c] Matth. XXIV. 36. [d] Joan. III. 6. [e] Matth. XXI. 46. [f] Psal. LXVIII. 3. [g] Psal. CXXXVIII. 15. [h] Psal. XXXVIII. 8. [i] Ibid. ℣. 6. [k] Psal. CVIII. 11. [l] Sap. XVI. 2. [m] Jer. XXIII. 22. apud LXX. [n] Prov. X. 15. [o] Prov. XIII. 22. [p] Tob. IV. 9. [q] Ibid. ℣. 7. [r] I. Joan. III. 17. [s] Luc. XIX. 8. [t] Coloss. I. 27. [u] I. Cor. I. 24.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 363.



nunt? Hic ergo blasphemiæ, hic dictus sacrilegus dolor, quo in Patre & Filio recipitur Deus unus. Mortuis enim auctoribus hujus veneni, scelera tamen eorum & doctrina non moritur. Illis inquam auctoribus in tantum a Patre separantibus Filium, ut ore sacrilego protulerint, Filium Dei ante sæcula quidem creatum & fundatum, sed vivere & esse a Patre suscepisse: & fuisse antequam nasceretur; & Deum quidem esse, sed non esse verum Deum. Successoribus igitur hujus perfidiæ, non fidei, per quos malorum serpit hereditas, merito una substantia displicet, quam tolli velut scandalum & unitatis divortium postulant, ignorantes illos tantum catholicos esse dicendos, qui in hujus professionis communione concordant.

IX. Illud autem quis ferre æquanimiter possit, ut quem initium habere pro certo asserunt, hujus nativitatem habeant in incertum? Aut utrumque in occulto habendum est, quia contemporale est: aut utrumque esse cognitum debet. Alterum enim neque nosci, neque ignorari sine altero potest. Habet (inquit) initium Filius, sed est ejusdem occulta nativitas. Non est iniquum, quis prodidit de nativitate? cur tacuit? Immo ipsa nativitas unde nota, quæ asseritur ignota? Sed hoc loco homines omni spe bona vacui præscribunt prophetæ auctoritati dicentis: [a] *Nativitatem ejus qui enarravit?* non intelligentes jam tunc eos prophetali spiritu esse prævisos, qui daturi erant initium Dei Verbo, hoc est, Dei Filio. *Nativitatem*, inquit, *ejus quis enarravit?* hoc est dicere: Nemo hominum poterit. Nemo enim potuit præter ipsum, qui sinum Patris edisserens, principaliter nobis secreta nativitatis suæ revelavit. Nam, & legimus ad eamdem speciem dictum esse: [b] *Quis cognoscit sensum Domini?* Sed rursum docemur: [c] *Nisi spiritus qui in ipso est. Nativitatem ejus quis enarravit?* hoc est dicere; Nemo audeat enarrare quod non potest. Cur autem nemo poterit? quia scilicet non solum ex eo & cum eo, sed & in eo est qui caret nativitate. Genitus enim ab ingenito, his divinæ gloriæ bonis natus est quæ penes ingenitum erant; & penes eumdem ingenitum desivit Pater habere quod genuit, eumdem in semet ipso habendo quem genuit? Hujus igitur nativitas ideo inenarrabilis nuntiatur, quia per ipsam inconceptus est, sed perfectus ex Deo Patre Filius Deus est, quia secundum Scripturas [d] de Filio diximus, *ex eo, & cum eo, & in eo.*

X. Ne quis significationum varietate turbetur, reddenda est ratio dictorum: & ne proposita confundantur, reddenda compendio. *Ex eo* auctorem: *Cum eo*, ad unigenitum: *In eo*, ad nativitatem substantiæ respicit. Hoc auditur in omnibus. Tene divinæ dispositionis mysteria. Satis nosti. *Nativitatem*, inquit, *ejus quis enarravit?* quis enim possit secundum naturam enarrare nativitatem quæ contra naturam est? Hic enim solus est natus, nativitatis suæ conscius. Hic enim qui cui bona pararentur, intelligens per naturam originem, Patri inerat, ipsa illa conditione qua natus est. *Nativitatem*, inquit, *ejus quis enarravit?* Et subjungunt nulli hanc proditam, quia soli scilicet & Patri nota sit. Hoc est dicere sine subtilium fraude verborum: Genuit quidem Filium Pater, sed nemo scit unde. Nam & similiter Judæi dixerunt: [e] *Nos scimus quod Moysi loquutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.* Quamvis enim aliquando nobiscum faciant communione verborum, & nonnulla videantur dicta simpliciter infamia hæreticæ pravitatis adspergere; tamen quia fere [1] eorum veniunt adversus fidem veram, necesse est secundum plura intelligi pauciora; præsertim cum si quid receptum fuerit contra fidem veniens, totius fidei damnum fit. [f] *Nemo scit*, inquit, *quomodo genitus sit Filius, nisi Pater solus.* Quid ergo sibi vult illa sententia, quia hoc Dominus ignorare nos nolens: [g] *Ego*, inquit, *de Patre exivi, & de sinu Patris?* Proh dolor! Cur sectantes ignorantiæ tenebras ignorare nos noluit? & utique noluit, ut auctore nobis cognito, status sui quæstio tolleretur. Non enim erat quærendum, quis quomodo vel qualis esset, cum unde esset nosceremus. Sed si hoc loco ipsius Domini sententia id confirmatum esse proponitur, dicentis scilicet: [h] *Nemo novit Patrem nisi Filius, nec Filium quis novit nisi Pater;* audient a nobis, ne fraudem faciant divinæ definitioni. Sequitur enim: *Et cui voluerit Filius revelare.* Non est enim penitus occultum quod non potest revelari. Revelatur enim, si dignus revelatione quis fuerit.


XI. Jam ergo hæc notitia secreti caussa non tegitur, quæ revelatur ex caussa: & consequens est ut nos indigni cognitione, non iniquus habendus sit Deus qui ignorantiam punit; non autem puniret, si scientiam non dedisset. Dedit enim per Spiritum sanctum. Denique, [i] *Spiritus*, inquit, *veritatis enarrabit vobis omnem veritatem.* Cum dicit *omnem veritatem*, certe nihil excipit. Hic est Spiritus notitiæ & veritatis, per quem Salomon de Dominica nativitate: [k] *Quid sit*, inquit, *& sapientia, & quemadmodum facta sit, referam, & ab initio nativitatis investigabo eam.* Ergo per eumdem Spiritum possumus invenire quod quærimus. Nam & Apostolus: [l] *Revelavit nobis*, inquit, *Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei.* Nemo scit quæ sunt in Deo, nisi Spiritus Dei: quem Spiritum, si in nobis habitare idem Apostolus probat; possumus ergo per eumdem Spiritum, Dei nos inserere secretis. Et sane: [m] *Quærite*, inquit, *& invenietis: petite, & dabitur vobis: pulsate, & aperietur vobis.* Et rursum: [n] *Pater quæ abscondisti a sapientibus, revelasti ea parvulis:* nobis utique, ad quos Dominus: [o] *Vobis*, inquit, *datum est nosse mysterium Dei;* illud utique mysterium de quo Apostolus: [p] *Quod ante*, inquit, *non fuit notum filiis hominum, nunc revelatum est sanctis ejus.* Revelatum plane. Ostendit enim eminentes divitias gloriæ suæ, in bonitate super nos [2] Christo, qui ipse est [3] gloria Dei Patris. Ipse vera progenies Ingeniti. Hoc est: Nemo scit quomodo genitus sit Filius. Nemo utique, sed ex his in quibus, ut ait Dominus, [q] *verbum ejus non capit:* sicut nec Judæis, ad quos idem Dominus ait: [r] *Vos*, inquit, *ignoratis unde veniam, & quo eam;* quia *secundum carnem judicatis.* Quomodo enim nemo, si Pater dicit: [s] *Eructavit cor meum verbum bonum?* Quomodo nemo, si Filius ait: [t] *Ego ex ore altissimi prodivi?* Noli quærere amplius, & non habes quod requiras; nosti enim totum: quia

a Isa. LIII. 8. *b* Rom. XI. 34. I. Cor. I. 16. *c* I. Cor. I. 11. *d* Rom. XI. 36. *e* Joan. IX. 29. *f* Joan. I. 18. *g* Joan. XVI. 27. 28. *h* Matth. XI. 27. *i* Joan. XVI. 13. *k* Sap. VI. 24. *l* I. Cor. II. 10. *m* Matth. VII. 7. Luc. XI. 24. *n* Matth. XI. 25. *o* Matth. XIII. 11. *p* Ephes. III. 5. *q* Joan. VIII. 37. *r* Ibid. ℣℣. 14. 15. *s* Psal. XLIV. 2. *t* Eccli. XXIV. 5.

1. *Fere eorum*] Inserendum videtur *verba* vel *dicta*, aut aliquid ejusmodi, ut paullo ante.

2. *Christo*] Legerim *in Christo* cum Apostolo *Ephes.* III. 6.

3. *Gloria*] Al. *in gloria*.



quod dicitur, totum est. *Ex ore*, inquit, *altissimi prodivi*. Hæc est enim nativitas perfecta Sermonis, hoc est principium sine principio. Hic est ortus habens initium in nativitate, in statu non habens. Ex Deo enim innascibili Deus nascibilis exivit, unus ab uno, verus a vero, plenus a pleno: ac sic nascendo in his quæ erant semper, non cœpit esse quod natum est de non conceptis, nec habet tempus quod est intemporali Patri congenitum per naturam. Scriptum est enim: [a] *Deus spiritus est*: & ex Deo natus est æternus. Ut ergo ejus naturæ, qua constat æternitas. Non igitur imperfectus Filius, licet natus, quia natus est a perfecto: nec imminutus ille qui genuit, quia genuit de semet ipso. Totus enim dedit totum, ut secundum Spiritus virtutem totus esset in toto.

XII. Sed jam se mali doctores intra artis suæ secreta non continent, & adversus veritatem, & ipsa veritate consistunt, habentes cornua ut agni, & loquentes tamquam dracones. Volentes igitur a Patre Filium scindere & infra Deum ponere, de Evangelio præscribunt: [b] *Pater*, inquit, *major me est*. Et quomodo major, statim hæretica præsumtione definiunt? Honore, claritate, dignitate, majestate. Quod si ita est, cur jubetur ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem? Quod si ita est, ergo quotidie blasphemamus in gratiarum actionibus & oblationibus sacrificiorum, communia hæc Patri & Filio confitentes; quia scilicet non potest Filius non totum habere quod Patris est, cum ipse totus in Patre sit. Denique Joannes ait: [c] *Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris*. Et ideo inquit: [d] *Omnia tua mea sunt, & mea tua*: &, [e] *Nihil potest Filius facere a semet ipso*: &, [f] *Non veni voluntatem meam facere, sed ejus qui me misit*. Quod utique non infirmitatis confessio est, sed unitatis assertio. Dixerat enim & contra infirmitatem & pro unitate: [g] *Qui me misit, mecum est*: &, [h] *Pater in me manens, facit opera sua*: &, [i] *Verba quæ loquor, non sunt mea, sed Patris*. Quidquid ergo detrahitur Filio, derogabitur & Patri. Nam nihil alter sine altero facit: quia esse alter sine altero non potest. Nec Filius est Filius, nisi Patrem habet: nec Pater Pater, nisi habens Filium. *Pater*, inquit, *major me est*. Sed plenitudo ejusdem divinitatis in Filio est. Denique Apostolus: [k] *Quotquot*, inquit, *promissiones Dei sunt: in illo EST*. Numquid ergo obsequia Filij divinitatis statum solvunt? Solvitur enim in Christo omne quod Deus est, si majestatis alterius accipitur: alterius autem erit, si majestate Pater major est. Quæ quidem majestas, quia una est, unius scilicet Dei, non potest non esse perfecta: imperfecta, inæqualis est: inæqualis autem, si altero minor est.

XIII. Sed in hoc loco illud vobis applaudet quod Matthæus refert, Filium hominis, quasi privatum scilicet & minorem, legite in eodem Matthæo [l], Filium esse venturum in majestate Patris, de quo adventu & Lucas: [m] *Cum venerit*, inquit, *Filius hominis cum gloria suâ & Patris*. Non tam ergo a vobis minor majestate Filius dicitur, cum hoc dicitur, quam Deus negatur. Ille, inquam, ille de quo Salomon ait: [n] *Splendor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis*. Plane speculum sine macula. Custodit enim Dei vultus; & figuram fideliter exprimens, plenam Patris imaginem reddidit. Et quid amplius de statu ejus, in quo se Dominus Christus agnovit? *Pater*, inquit, *major est me*. Merito major, quia solus hic auctor sine auctore est. Denique Apostolus de Filio: [o] *In ipso*, inquit, *habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Ergo ut Filius in Patre, ita & Pater perfectus in Filio est. Denique dicens Dominus noster proficisci a Patre Spiritum sanctum, subdidit: [p] *De meo accipiet*. Sicut Joannes cum dixisset: [q] *Annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem*, addidit: [r] *Hæc vita in Filio ejus est*. Ac si cum ambo & alteruter perfecti sint, unus tamen perfectus Deus est in duobus. [s] *Pater*, inquit, *major me est*. Merito major, quia non ipse descendit in Virginem; quod Sabellius noluit, apud quem Pater & Filius ambo non sunt, hoc est, duum nominum una persona; quum Patris vocem audierit per Isaiam: [t] *Ecce Filius meus quem ego elegi, ponam Spiritum meum super eum*; ac deinceps per eumdem prophetam loquentem Filium recognoscat: [u] *Spiritus Domini super me propter quod unxit me*. Quam hæresim Dominus prævidens: [x] *Non creditis*, inquit, *quia ego in Patre & Pater in me*? Certe non dixit: Ego sum pater, & ego in me: sed, *Ego in Patre & Pater in me*: quo dicto duas hæreses elisit, Sabellianam scilicet & Arianam. Patrem & Filium non esse unam personam, ut Sabellius: aut duas substantias, ut Arius, sed (ut fides catholica confitetur) unam substantiam & duas docuit esse personas.

XIV. Sed quid argumentis opus est? cum ipse Dominus pronuntiaverit definitiva sententia? [y] *Quæcumque Pater facit, eadem & Filius*: quomodo eadem, si adspirare ad summam paternæ illius gloriæ non potest? Immo quia potest, recte Joannes: [z] *Sine ipso*, inquit, *factum est nihil*. Et ipse Dominus: [aa] *Ego*, inquit, *& Pater unum sumus*. Unum utique per naturam: quia quod erat in Filio hominis, & in Patris sinu manebat. Denique: [bb] *Et me*, inquit, *nostis, & nostis unde sim: & non veni a me; sed est verus qui me misit, quem vos nescitis. Ego novi eum, quia apud illum sum, & ille me misit*: &, [cc] *Solus*, inquit, *non sum, sed ego & qui me misit, Pater*: &, [dd] *Sicut me novit Pater, & ego novi Patrem*. Nescio autem an nosse potuerit Patrem Filius, si initium sortitus est Filius. Genitus enim nosse non potuit ingenitum, antequam genitus est. Jam ergo non sic Patrem novit, ut notus a Patre est: & adscribendum ei mendacium (quod in Domino cadere non debet) & merito adscribendum, si assertio ejus ratione non steterit. Non stabit autem nisi ille est, & qui non solum exivit a Patre, sed in Patre & est, & fuit semper. [ee] *Omnia*, inquit, *tradidit Pater in manu ejus*. Quomodo omnia, nisi & omnis temporis? Quomodo autem omnis temporis, si initio non caret? Quamlibet enim ante omne tempus natum dicatis, tamen quia vultis eum aliquando cœpisse qui natus est, nec fuisse quod factum est: nescio quomodo defendatis omnia illum a Patre & omnis temporis consequutum.

XV. Subjectus, inquit, Patri Filius cum omnibus his, quæ ei ipse Pater subjecit. Quod venenatum virus exquisitorum verborum velamine tegitis. Nos quæ audivimus a patribus nostris, constanter prædi-

a Joan. IV. 4. *b* Joan. XIV. 28. *c* Joan. I. 18. *d* Joan. XVII. 10. *e* Joan. V. 19. *f* Joan. VI. 38. *g* Joan. VI. 29. *h* Joan. XIV. 10. *i* Ibid. & VII. 6. *k* II. Cor. I. 20. *l* Matth. XXV. 31. *m* Luc. XXI. 27. *n* Sap. VII. 26. *o* Coloss. II. 9. *p* Joan. XXI. 14. *q* I. Joan. I. 2. *r* Ibid. ℣. 11. *s* Joan. XIV. 28. *t* Isa. XLII. 1. *u* Isa. LXI. 1. *x* Joan. XIV. 10. 11. *y* Joan. V. 19. *z* Joan. I. *aa* Joan. X. 30. *bb* Joan. VII. 28. 29. *cc* Joan. VIII. 16. *dd* Joan. X. 15. *ee* Joan. III. 55.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

camus: & vos ergo doctrinam patrum vestrorum deserere nolite. Illi, inquam, libere Deum gloriæ cælestis non Deum verum esse, sed creaturam Dei perfectam esse dixerunt. Vos tamen idem sentientes abrupta blasphemia, verba vitantes, ambigua sectamini ad decipiendos simplices & incautos. Subjectum enim Patri Filium, non Patris vel Filii nomine, ut sancta & catholica dicit Ecclesia, sed (ut supra diximus) creaturæ conditione profitemini. Dicentes enim: Cum omnibus his quæ illi Pater subjecit, Patri Filium esse subjectum; nonne ipsum in creaturarum ordine quæ ex tempore sunt instituta, numeratis? Nihil enim secundum vos omni creatura amplius habet Deus & Dominus noster, nisi quod primus in numero est, nisi quod ei etiam illa serviunt cum quibus servit. Servus enim & ipse, si servit; & licet nonnullorum Dominus, sed Dominus voluntate, si voluntate Domini Dominus effectus, hoc ipso serviens, quod jussus est imperare. Hoc est illud quod vos occulte, & patres vestri cum libertate dixerunt: Filium Dei sine tempore editum a Patre, & fundatum non prius quam nasceretur. Quæ ista est, rogo, cordis hebetudo? quæ oblivio spei? Immo quæ tam amens & blasphema confessio Deum dicentis, quem omnibus his quæ ex nihilo facta sunt, comparastis? Hoc est & Filium falso nomine divinitatis illudere, si esse verbo dicitur, quod corde negatur; & Deum Patrem mendacem notare, dicentem scilicet: [a] *Ego sum qui sum*: &, [b] *Ego sum Dominus solus*: &, [c] *Claritatem meam alteri non dabo*: &, [d] *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*: &, *Nomen meum non quæras, Deus nomen est mihi.* Si ergo unus Deus, uni hoc competit nomen. Unus autem jam non erit, nisi in Patre Deo Filius Deus sit? Et merito Dominus juxta prophetam, qui dixerat: [e] *Benedictus qui venit in nomine Domini*: [f] *Ego*, inquit, *veni in nomine Patris mei.* Quod nomen Patris, nisi Dei nomen & Domini? quod Joannes in Filio recognoscens: [g] *Qui est*, inquit, *& qui erat, & qui venturus est, omnipotens.*

XVI. Patrem, inquit, initium non habere. Hoc est dicere, Filium habere. Nam quæ necessitas id de Patre asseverare quod notum est, nisi præjudicium ejus opinionis quæ de Filio paria suscepit? Patrem, inquit, initium non habere. Quis negat? Sed puto, & imago invisibilis & ingeniti Dei non potest cœpisse post Deum. Denique interroganti Moysi quis esset, respondit: [h] *Ego sum qui sum semper.* Erat enim semper, qui est & erit semper. De quo Joannes: [i] *Quod erat ab initio, oculis nostris vidimus.* Et rursum: [k] *Annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem*: utique & in Patre: nam quod ex ipso erat, extra ipsum esse non poterat. Et sane cum dicitur: Erat in ipso tempus, non ipse fuisse in tempore nuntiatur. Æternæ enim substantiæ vis non facta est a Deo, sed egressa a Deo: ideo, [l] *Et ego*, inquit, *a Patre exivi*: &, [m] *Ego & Pater unum sumus*: &, [n] *Qui me videt, videt & Patrem*: &, [o] *Ego in Patre, & Pater in me*: &, [p] *Qui me misit, mecum est.* Ideo & David: [q] *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Dei enim Verbum, hoc est, Dei Filius, ante omne principium cum eo qui ex eo, & in eo cui nullum potest esse principium. Invenimus quidem dixisse Salomonem ex persona Sapientiæ, (quam Christum esse defendimus) [r] *Dominus condidit me, & ante sæculum fundavit me, & prior abysso genita sum.* Sed non ideo credendum est, Deum factum. Nam si factus est, non fuit: si non fuit, non erit. Et quomodo Deus, cui, ne Deus sit, utraque conditio præscribitur? Ideo autem Sapientia Dei nata & condita nuntiatur, ne quid præter ipsum Deum Patrem, qui est etiam suis origo virtutibus, crederetur in natura. Exinde enim recte diceretur; Ex ipso, & in ipso creata Sapientia, ex quo effulsit ab eo unigenita & beata nativitas. Qui ergo probaverit sine Verbo, sine sapientia, sine ratione, sine virtute, sine Spiritu aliquando Patrem fuisse; is probavit cum Patre & in Patre Filium ante omne principium non fuisse. Tamen nescio si his virtutibus carens Pater possit Deus dici. Non modo enim Deus qui in sua æternitate perfectus est, sed nec creatura quidem ulla secundum suum genus non consummata constabit. Non potest enim quid esse, quod non sit; non erit autem, si id illi defuerit, quod esse debebit. Totum igitur defuit Patri, si aliquid defuit de toto. Defuit autem, si Filius suus, hoc est virtutum suarum plenitudo, initio non caret: & necesse est hanc opinionem alterutram blasphemiæ partem profana & sacrilega finitione transire. Aut enim Pater credendus est cum Filio suo initium fuisse sortitus, quia sine Filio, hoc est sine virtutibus suis, esse non potuit; & erit auctor huic illorum initio nescio quis tertius Deus: aut si solus ipse sine initio dicitur usque ad Filii generationem, imperfectus fuisse dicendus est. Imperfectus enim, si cœpit habere quod ante non habere voluit. Is omnia autem habere debuit semper, qui semper debuit esse perfectus: quia non recipit augmentum quidquid occupaverit totum.

XVII. Patrem, inquiunt, initium non habere, invisibilem esse, immortalem esse, impassibilem esse. Hæc ideo proponunt, ut contraria his Filio adscribant. Quidquid enim de Patre negant, de Filio confitentur; qui si habere initium probatur, merito mortalis, merito passibilis. Præjudicatum quidem esse deberet, & cetera passionum genera in Filium non convenire, prima propositionis specie destructa, quæ initium dabat Dei Verbo. Ne quid tamen diffidentia præ ceteris quæ sunt profane proposita, retractemus. Nam ut initium non habenti, adscribi cetera quæ sunt huic definitioni subjecta, non possunt: ita si uni eorum affinis deprehenditur, æquum est etiam illa quæ fuerant defensa, dissolvi. Invisibilem, inquit, Patrem esse. Quasi vero usquam inveniamus vel Filium sine transfiguratione fuisse visibilem, antequam Patri obediens fieret ex æternitate corporeus. Quamvis enim & Abrahæ visus sit, & Jacob, & Moysi, & Isaiæ, & Ezechieli; tamen visionis illius qualitas explicatur. In somno enim & in speculo & in ænigmate visus refertur. Denique & Moysi postulanti ut cognoscenter eum videret, [f] *Nemo potest*, inquit, *faciem meam videre: quia nemo qui eam viderit, vivet.* Ergo hoc loco aut Patrem locutum fuisse contendant, qui invisibilem esse se dicit: aut si Filium non negant, hunc locutum sciant, & illum suo nomine invisibilem fuisse, ut Sermonem, ut Spiritum. Invisibilis Deus denique quomodo visus sit, eadem scriptura testatur. Refert enim loquutum cum eo Deum, tamquam ad amicum, facie ad faciem. Ac deinceps subjungit

a Exod. III. 14. *b* Isa. LXIII. 11. *c* Isa. XLII. 8. XLVIII. 11. *d* Deut. VI. 4. *e* Psalm. CXVII. 26. *f* Joan. V. 43. *g* Apoc. I. 8. *h* Exod. III. 14. *i* I. Joan. I. 1. *k* Ibid. ℣. 2. *l* Joan. XVI. 28. *m* Joan. X. 30. *n* Joan. XIV. 9. *o* Ibid. ℣. 10. *p* Joan. VIII. 29. *q* Psalm. CIX. 3. *r* Prov. VIII. 22-24. *f* Exod. XXXIII. 20.

postulasse Moysem, ut faciem ejus videret: quam utique si viderat, non statim [1] postulasset videndam. Ait quidem Jacob: [a] *Vidi Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea:* sed quomodo eam faciem videndo salvatus est, quæ, si videatur, occidit? Quomodo & Dominus ostenderat faciem suam, quam videri non posse postmodum dixit, nisi illa conditione qua supra diximus, in speculo scilicet & in ænigmate, in somnio & visione? Hoc est ergo, illam visibilem materiam assumsisse cum placuit, statim vero invisibilem perseverare: quia necesse est, si visibilis docetur, non ex eo illum esse quem invisibilem confitemur.

XVIII. Sed hanc assertionem, ut quæstionibus testamenti veteris expediant, de novo testamento sumunt confirmationem. Ait enim Dominus & Deus cum de Patre loqueretur [b], nulli Patris imaginem visam: quod si imago Patris ipse est Filius, ut Apostolus probat [c], negat visibilem fuisse, dicendo, nulli Patris imaginem visam. Et ideo, [d] *Nec me*, inquit, *nostis, neque Patrem meum*. Et heic certe duos confirmat ignotos, tam autem duos quam inseparatos. Nam si ipsum nossent, & Patrem nossent: quia per individuitatem neque sciri neque ignorari alter sine altero poterat. Similis igitur de mortali & passibili ratio subsequitur. Nam si neque initium habet Filius, utpote qui semper in eo & fuerit & sit, cui initium non datur; neque visibilis, qui in sinu invisibilis perseverat: jam nec mortalis nec passibilis habendus est, ex ea tamen substantiæ parte qua Deus. Scimus enim nihil spiritum Dei passum, dumtaxat suo nomine: quia impassibilis Deus, quia [e] *Deus spiritus*. Scimus quod omnis illa passio proprie carnis & animæ, id est hominis: in quo quidem homine cum pateretur erat & Filius Dei cohærens illi per naturam (a quo venerat) Patri; & unitatis vinculum servans, in terris hominem gestabat, nec aberat a cælis. Sic mediator dictus, sic sequester utriusque substantiæ. Non ergo passibilis Dei spiritus, licet in homine suo passus: quem ideo nec in passione deseruit, ut ei pati posse præstaret: quod nisi ita recipitur, fidei nostræ ratio non stabit, dantis scilicet ei hominis infirmitatem quem Deum non negant. Nam si & initium habens dicitur, & visibilis docetur, & mortalis inducitur; non video ab homine quid distet, in quem regnant hujusmodi passiones.

XIX. Confitemur, inquiunt, Filium Dei, Deum ex Deo, lumen de lumine. Videri quidem sacrilegum non potest, perfectam fidei catholicæ professionem, maligna disputatione vexare; sed concedendum non est ut tollatur nobis illud quod nobiscum non tenent, per hoc quod nobiscum tenent. Agnoscimus igitur & cum veneratione suscipimus communis fidei verba, sed quid faciemus? Sic vesana Ariomanitarum doctrina tradit. Et ipsa enim, dicens Deum ex Deo, lumen ex lumine, facit ex Deo alterum Deum, ex lumine alterum lumen: ut sit Filius ex Patre & non in Patre, hoc est, ut factus Deus a Deo, non sit unigenitus in Deo. Sed quid heic amplius, cum nonnullorum ex iis qui nuper ad nos hanc fidem egregiam miserunt, scripta teneantur, quibus dicentes Deum ex Deo, lumen ex lumine; tamen separatum a Patre & penitus excisum hæretica disputatione docuerunt?

A Ipsum inquiunt Filium Dei hominem de Maria suscepisse per quem compassus est. Congruo igitur omnia fine claudentes, quod mente conceperant, scriptura confessi sunt, respondente ea sensui suo, & occulta eorum venena referante: dicentes scilicet Filium Dei hominem de Maria suscepisse per quem compassus est. Primum, non video cur maluerint compassibilem dicere, quam libere passibilem confiteri. Quasi vero aliud sit compati quam pati. Porro autem si impassibilis Deus, utique & incompassibilis. Tam ergo compassus non est, quam nec passus est, ex ea tamen conditione qua Deus. Denique Apostolus: [f] *Passus est*, inquit, *ex infirmitate*, utique carnis; (*caro* [g] enim *infirma*, *spiritus promtus*:) *sed vivit ex virtute Dei*:

B utique ex semet ipso. Ipse enim, Dei virtus, habens vitam in semet ipso: quod credimus Dominum nostrum ex duabus substantiis constitisse, humana scilicet atque divina; & ita illum immortalem fuisse divina, ut mortalem ea quæ fuerit humana: ex una enim natus, ex alia probatus: ex una immortalis, ex alia mortalis. Denique idem Apostolus, [h] *Christus*, inquit, *mortuus est*; id est, unctus: hoc enim nomen ad unctionem deducitur. Si ergo non aliud quam caro uncta est; caro igitur tantummodo mortua dicitur, quoties Christus mortuus nuntiatur.

C XX. Sed si quis extorquere e duobus alterum velit, ut aut unum Deum singulariter determinemus, si unum fatemur; aut duos libere proferamus, si & Patrem Deum & Filium Deum dicimus: illud ante omnia sciatur, nec unum nos cum præjudicio, nec duos dicere; quia unum dicimus in duobus ipso Domino suggerente: [i] *Ego & Pater unum sumus*, ut duo crederentur in una virtute. Non enim dixit tamquam ex una persona, Patris & Filii, quasi Filius Patrem se confirmans: *Filius meus sum*: &, *Ego hodie genui me*: &, *Ante luciferum genui me*: &, *Dominus condidit me initium viarum mearum*: &, *Ante sæcula fundavit me*: &, *Ego & Pater unum sum*: sed reddens notitiam

D sacramenti distinctione, non divisione personarum: *Ego*, inquit, *in Patre, & Pater in me*: *Ego & Pater unum sumus*: &, *Qui me videt, videt & Patrem*: videri enim Patris Filius, imago vera & figura expressa substantiæ ejus, hoc est Dei Sermo, non sonus vocis, sed res substantiva ac per substantiam corpulentiva. Non enim sine substantia constitit, quod de tanta substantia fecit. Nihil ergo vacuum de pleno, nihil inane de solido: quia Dei Sermo, spiritus Dei, Christus, instructus est; &, ut evidentius dicam, Sermonis corpus est: corpus enim spiritus, sed corpus sui generis. Nam & invisibilis & incomprehensibilis spiritus. Numquid tamen inane & vacua res Deus? Deus enim spiritus

E est. Denique: [k] *Nemo scit*, inquit, *quæ sunt in Deo, nisi spiritus qui in ipso est*. Legimus quidem: [l] *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Nemo utique, sed extra spiritum suum nemo: quem spiritum propheta sapientem, architectum & mirabilem consiliarium dicit: nec immerito. Nam idem spiritus Sermo & sapientia Dei est: ex cujus persona Salomon: [m] *Cum pararet*, inquit, *cælum, ego aderam illi*: &, [n] *Ego*, inquit, *eram cum illo, & mihi adgaudebat*. Non ergo consiliarius nemo, quia per ipsum facta sunt universa quæ facta sunt. Denique cum eadem fa-

a Gen. XXXII. 30. *b* Joan. I. 18. *c* Heb. I. 3. *d* Joan. VIII. 19 *e* Joan. IV. 24. *f* II. Cor. XIII. 4. *g* Matth. XXVI. 41. *h* I. Cor. XV. 3. *i* Joan. X. 30. *k* I. Cor. II. 11. *l* Rom. XI. 34. *m* Prov. VIII. 27. *n* Ibid. ℣. 30.

1. *Postulasset*] Al. *postulasse*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



pientia & Verbum Dei, & spiritus Dei sit, singulorum tamen nominum officia nuntiantur. Sapientia condenti omnia Patri aderat: [a] *Sermone ejus cæli solidati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Apparet ergo unum eumdemque venisse nunc in nomine spiritus, nunc in appellatione sapientiæ.

XXI. Ergo hic Sermo, [b] *cum in forma Dei esset*, sapientia & ratione & spiritus ratione & spiritus virtute constructus, hoc est, totam vim Dei possidens, non se Deo Patri adæquavit, sed *formam servi accipiens humiliavit se usque ad mortem.* Induerat enim quod servire, quod mori posset: hominem scilicet quem excitatum exhibuit ad cælum, & secundus Adam per obedientiam restitueret quod primus transgressione perdiderat. Si qui igitur adhuc & de Apostolo requirit dominicum statum, id est, singularis substantiæ qualitatem, quæ per naturam auctori suo jungatur, audiat ad compendium quid idem Apostolus senserit, cum Dei Patris investigabiles vias & recondita retro sacramenta loqueretur. [c] *Ex ipso*, inquit, *& per ipsum, & in ipso omnia.* Cum dicitur *per ipsum*, agnosco Filium significari: legi enim, [d] *Per ipsum omnia.* Cum *in ipso* nuntiatur, nihil novi est; in ipso enim omnium seminum initia constiterunt. Sed cum refertur, *ex ipso*, certe ad Patrem ut ad rerum omnium respicitur auctorem. Et si ita est, ut est, quomodo his ratio constabit distincta jungentibus, hoc est referentibus ad unum omnia; cum alius sit, ex quo omnia; & alius, per quem omnia? quia alius ingenitus, alius unigenitus, nisi alia conditione qua recte dicitur: & ex Filio omnia, dum in ejus corde est per naturam, ex quo omnia; & per Patrem omnia, dum in eo semper est, per quem omnia. Pater enim sensu agit: Filius vero qui in Patre sensus est, videns perficit. Non ergo Apostolum temere pronuntiasse credendum est: sed illud credendum non ita est credidisse, Filium scilicet Dei secundum carnem factum esse quod non erat, secundum spiritum vero esse quod fuerit; quia quod fuit semper, non potest non fuisse.

XXII. Tenenda est igitur ratio quæ per arduum & angustum tramitem repit, circumiacentibus hinc & inde præruptis quæ zabolica fraude cæcata plana & facilia submittunt, ut in ruinam mergant excessus. Nam si unum Deum singulariter nominamus, excludentes vocabulum secundæ personæ, furorem ejus hæresis approbamus, quæ ipsum asserit Patrem passum. Si admittimus numerum cum divisione, jungimur cum Arianis, qui factum a Deo Deum, novamque asserunt ex nihilo substantiam constitisse. Tenenda est igitur, ut diximus, regula quæ [e] Filium in Patre, Patrem in Filio confitetur; quæ unam in duabus personis substantiam servans, dispositionem divinitatis agnoscit. Igitur Pater Deus, & Filius Deus: quia in Patre Deo Filius Deus. Hoc si cui scandalum facit, audiat a nobis Spiritum esse de Deo; quia illi cui est in in Filio secunda persona, est & tertia in Spiritu sancto. Denique Dominus: [f] *Petam*, inquit, *a Patre meo & alium advocatum dabit vobis.* Sic alius a Filio Spiritus, sicut a Patre Filius. Sic tertia in Spiritu, ut in Filio secunda persona: unus tamen Deus omnia, tres unum sunt. Hoc credimus, hoc tenemus, quia hoc accepimus a prophetis: hoc nobis evangelia locuta sunt: hoc apostoli tradiderunt: hoc martyres passione confessi sunt: in hoc mentibus fidei etiam hæremus, contra quod [g] *etiamsi Angelus de cælo annuntiaverit, anathema sit.*

XXIII. Sed non sum nescius, his omnibus discussis & in lucem intelligentiæ publicæ propositis, antiquissimi sacerdotis & promtæ semper fidei Hosii nomen quasi quemdam in nos arietem temperari, quo contradictionis temeritas propulsetur. Sed hanc contra nos erigentibus machinam brevi admodum sermone respondeo. Non potest ejus auctoritate præscribi, quia aut nunc errat, aut semper erravit. Novit enim mundus quæ in hanc tenuerit ætatem, qua constantia apud Sardicam & in Nicæno tractatu assensus sit & damnaverit Arianos. Quid si diversa nunc sentit, & quæcumque ab eo retro damnata fuerant, defenduntur: quæ defensa, damnantur? Rursum dico, non mihi ejus auctoritate præscribitur. Nam si nonaginta fere annis male credidit; post nonaginta illum recte sentire non credam. Aut si nunc recte, quid de his opinandum est, qui eadem signati fide in qua ipse erat, de sæculo transierunt? quid & de ipso pronuntiaretur, si ante hanc synodum dormiisset? Ergo ut supra diximus, præjudicatæ opinionis auctoritas nihil valebit, quia contra semet ipsam ipsa consistit. Et sane legimus: [h] *Justitia justi non salvabit eum in quacumque die exerraverit.* Amen.

[a] Psalm. XXXII. 6. [b] Philipp. II. 6-8. [c] Rom. XI. 36. [d] Joan. I, 3. [e] Joan. XIV. 20. [f] Ibid. ỷ. 16. [g] Gal. I. 8. [h] Ezech. XXXIII. 12.

S. PHOEBADII AGINNENSIS EPISCOPI

II.

DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARIANOS,

Alias

De Filii divinitate & consubstantialitate,

TRACTATUS.

I. CRedimus in Deum, Patrem omnipotentem, A omnium visibilium & invisibilium factorem, & unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, natum de Patre unicum, hoc est, de substantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; natum, non factum: unius substantiæ cum Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον; per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, resurrexit tertia die, adscendit ad cælos, inde venturus est judicare vivos & mortuos. Et Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat quando non erat, & prius quam nasceretur, non erat, & mutabilem vel B convertibilem esse Filium Dei; hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia, amen.

II. Amore catholicæ Fidei ductus, jam pridem adversus Arianos libellum edideram, quem cum amico legendum dedissem, quia placuit, credidit transscribendum. A quo hoc ego magnopere postulavi, ut interim dissimulato auctore, doctis viris & prudentibus legeret; ut si quem novisset, quod illic plus aut minus positum videretur, posset plurimorum consilio emendari. Nemo est enim qui sibi tam arroganter summam doctrinæ cælestis adsumat, ut putet se omnia mysteria liquido comprehensa retinere, cum Paullus apostolus dicat: [a] *Qui ergo putat se aliquid* C *scire, nec dum scit quemadmodum oporteat scire;* &, [b] *Modo per speculum in ænigmate videmus; tunc facie ad faciem*. Sin vero cunctis omnia quæ illic scripta erant, juxta fidem veram constare viderentur, cum & ipse petentibus non negaret. Quod eum ita fecisse manifestum est. Et quia res digna tam catholicæ confessioni, quam hæreticæ responsioni, universorum judicio æstimata est, multi eum vel legere vel describere voluerunt.

Sed non defuit qui pro studio doctrinæ, vel pro caritatis officio, ea quæ a nobis dicta sunt, scrupulosius retractaret; & quædam ille vel superflua, vel ambigua diceret, quæ aliter possint a quibusdam, quam a me dicta sunt, accipi. Proinde rursus ea D ipsa planiori sermone in hoc libello digessi, ut & simplicitatem sensus mei ostenderem, & scrupulum legentibus amputarem.

Nam hoc est quod ajunt posse reprehendi, quod ubi Verbum Dei ex persona Filii posuimus, tale hoc Verbum intelligere putemus, quale grammatici tradunt spiritu oris aerem offensum, intelligibilem auditu. Sed nos sapientiam non hujus mundi quæ destruitur, sed illam quæ ex Deo est, novimus, quæ Verbum Dei Deum insinuat, cum dicit: [c] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Unde mirari me fateor hoc ita sentiri potuisse, quasi nos personam propriam Verbi, quod est Filius, negaremus. Nemo verbo tenus nominat, quem vere esse in persona sua sæpius profitetur: nam quomodo aut verum Filium, aut verum Patrem confessi sumus, si non vere proprietatem personarum tam Patris quam Filii servavimus?

Sed quia unius Dei vocabulum diximus, personas negasse putamur. Et hinc verisimile visum est quod posuimus. Nos Patrem & Filium ita nominamus, ut unum Deum in his personis & nominibus adsignemus. Porro iterum Pater & Filius, etsi duo nomina appellantur; ratione tamen & substantia unum sunt: & cum Patrem & Filium statuo, unitatem adsigno generis.

Hæc omnia intelligi posse æstimata sunt, quasi ista vocabula inter Patrem & Filium ita posita sint, ut est nomen & cognomen, unius tamen personæ; cum ex superioribus aut inferioribus dictis potuerit hæc suspicio non admitti. Qui enim Filium Dei non aliunde natum dixeram, quam proprie de Patre, totum de toto, integrum de integro, perfectum de perfecto, consummatamque virtutem; quomodo potui ipsum Patrem, ipsum sibi Filium ponere, & hoc modo unam personam duobus nominibus appellare; quippe cum & hanc sectam, id est, Sabellianam in eodem libello damnaverim, & personarum distinctionem secundum vocabulum scripserim? Nam & nemo pro una persona potest, *unum sunt*, dicere, vel unitatem generis, nisi personis adsignare.

Quis autem catholicorum ignorat Patrem vere esse Patrem, Filium vere Filium, & Spiritum sanctum vere esse Spiritum sanctum? sicut ipse Dominus ad apostolos suos dicit: [d] *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Hæc est perfecta Trinitas in unitate consistens, quam scilicet unius substantiæ profitemur. Non enim nos secundum corporum conditionem divisionem in Deo facimus: sed secundum divinæ naturæ potentiam, quæ in materia non est, & nominum personas vere constare credimus, & unitatem divinitatis esse testamur.

Nec extensionem partis alicujus ex Patre (ut quidem putaverunt) Dei Filium dicimus, nec verbum sine re, ut velut sonum vocis accipimus: sed tria nomina, & tres personas unius esse essentiæ, unius majestatis atque potentiæ credimus. Et ideo unum Deum confitemur, quia unitas majestatis plurium vocabulo deos prohibet appellari.

Denique Patrem & Filium catholice nominamus; duos autem deos dicere nec possumus, nec debemus: non quod Filius Dei Deus non sit, immo verus Deus

[a] I. Cor. VIII. 2. [b] I. Cor. XIII. 12. [c] Joan. I. 1. 3. [d] Matth. XXVIII. 19.



de Deo vero: ſed quia non aliunde, quam de A ipſo uno Patre Dei Filium novimus, perinde unum Deum dicimus. Hoc enim prophetæ, hoc apoſtoli tradiderunt, hoc ipſe Dominus docuit, cum dicit: [a] *Ego & Pater unum ſumus*. *Unum* ad unitatem divinitatis, ut dixi, refert; *ſumus* autem perſonis adſignat. Sed & Apoſtolus ait: [b] *Unus eſt*, inquit, *Deus Pater, ex quo omnia; & nos in ipſo: & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia; & nos per ipſum. Sed non in omnibus eſt ſcientia.*

Qua de re explanatis his verbis quæ ſcrupulum, non mihi qui ſcio quod dixerim, ſed aliis inferebant, puto occaſionem malæ interpretationis fuiſſe ſublatam. Nam & profeſſio fidei manifeſta eſt, & perſona cum vocabulis conſtat, & una divinitas B adſignata eſt.

Vel ſi adhuc aliquid quod legentibus ambiguum videatur in verbis, ad ſenſus debent verba conferri; quia non ſimplicitas verborum, ſed mali intellectus obſtinatio culpam olet. At cum ſenſus noſter cum veritate concordet, & verba debent cum ratione ſinceriſſima. Unde a ſimplicitate Chriſtiana academicus diſputator abſcedat.

CAPUT I.

MUltas quidem & graves hæreſes novimus a plurimis ebullire, & veneni vice, ad intimum pectus canceris ſui virus infundere: ſed vinci C illi vel facile poſſunt, vel facile vitari, quorum prima propoſitione omne conſilium pectoris proditur. At vero iis quibus multa nobiſcum paria ſunt, facile poſſunt innoxias mentes & ſoli Deo deditas fraudulenta ſocietate percutere, dum malorum ſuorum virus per bona noſtra defendunt. Nihil enim periculoſius his hæreticis eſſe poteſt, qui cum integre per omnia decurrant; uno tamen verbo, ac ſi veneni gutta, meram illam ac ſimplicem fidem Dominicæ, & exinde apoſtolicæ traditionis inficiunt.

Unde vehementer nobis cavendum eſt, ne ſe vel ſenſibus vel auribus noſtris hujuſmodi aliquid latenter inſinuet; quia nihil tam cogit in mortem, quam ſub obtentu fidei fidem violare. Ut enim gypſum D aqua permixtum lac colore mentitur, ita heic per veriſimilem confeſſionem traditio inimica ſuggeritur. Qua de re non ſimilitudo confeſſionis, ſed ſenſus mentis eſt ponderandus, quo confeſſio ipſa firmatur.

Denique ſi diligentius & accuratius adtendatis; cur voluerint de evangelica & apoſtolica fide & de patrum traditione *ſubſtantiæ* nomen auferri, procul dubio probatis hæreſim Arianam ſubtili compendio breviatam, ſublato hoc nomine intromiſſam. Nec hoc quidem [1] ego ſuſpicione aut opinione collectum affirmo, nec uti ipſi putant, academicus diſputatur adſiſto, ut ſimplices ſenſus verborum ſubtilitate contorqueam: ſed ut contortos & pravos tenui argumento compoſitos in lucem cognitionis ex E ponam, quo facilius poſſit cognita & comperta iniquitas ab hominibus evitari.

Quæ etenim cauſſa, [2] quæve ratio exſtitit, ut quod docendum, & quod credendum cunctis eccleſiis fuerat traditum, quodque patres noſtri apoſtolici viri contra univerſas hæreſes, & maxime Arianam, quaſi quemdam obicem veritatis, quo omnes aditus peſtiferæ doctrinæ obſtruerent, [3] ſancto Spiritu mundati, catholica ratione poſuerunt, non ſine magno niſu ab his qui * elogio Arianæ labis addicti ſunt, laboretur auferri; niſi ut Filium Dei mutabilem & convertibilem utpote non de propria Patris ſubſtantia conſtitiſſe confingant; cui & initium ex tempore, & ortum ex nihilo, nomen ex altero, ut ſemper docuerunt, propter quod & ſæpe damnati ſunt, nunc jam libere & ſecure, incunctanterque eccleſiis tradere & inſinuare poſſint?

CAPUT II.

VIdetis ergo omnia eos in tractatu ipſorum, non B evangelica fide, ſed ſubdola malignitate ad ſeducendos ſimplices quoſque poſuiſſe. Non jam tam ſuſpectum, quam manifeſtum omnibus eſſe debet, ità eos Deum de Deo poſuiſſe, ut Arius tradere ſolebat, ut ex Deo factus ſit, non ex Deo natus. Qui ſi natus eſt, unius ſubſtantiæ eſt: ſi factus eſt; verus Filius non eſt; & ſi verus Filius non eſt, nec verus Deus eſt: aut ſi verus Deus eſt, & de Patre non eſt, duo ſunt habentes ſinguli & voluntates proprias, & imperia diverſa: vel ſi concordia tantum & ſocietate unum ſunt, non tamen & ſubſtantia verus, ut jam dixi, Deus non eſt.

Sic erit Deus, ut Moyſes Pharaoni [c], poteſtate, non genere: Filius quoque ita credendus erit, ut C per Eſaiam populo dictum eſt: [d] *Filios genui & exaltavi*; & alibi: [e] *Dii eſtis, & filii Altiſſimi omnes*. Sed & primogenitus ita habebitur, quomodo & Iſrael a Deo primogenitus filius appellatus eſt [f]. Nec non & primogenitus totius creaturæ, quaſi in ordine factorum primogenitus habeatur; ut ex eo ſeriem quamdam creandis mundi rebus adſignent.

Denique ſublato ὁμοούσιον, id eſt, unius ſubſtantiæ [4] vocabulo, ὁμοιούσιον, id eſt, ſimilem factori ſuo poſuerunt; cum aliud ſit ſimilitudo, aliud veritas. Nam & homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt [g], nec tamen Deus eſt: nec quod Deus eſt, homo exſtitiſſe credendus eſt. Ita & Filium Dei ſimilem volunt, ut eum aliunde ſimilem, D non de ipſa una ſancta & beata Patris ſubſtantia dicant. Qui ſi de Patris ſubſtantia non eſt, ἐξ οὐκ ὄντων eſt, id eſt, ex nullis exſtantibus, ut idem Arius tradidit: ſublato enim eo quod Pater eſt, undecumque fuerit Filius, neceſſe eſt ut & initium ex nihilo, & ortum ex tempore habeat; nihil enim ſine initio, niſi ſolus Deus.


Unde & Filius, ſicut ipſe Dominus ait: [h] *Ego & Pater unum ſumus*. Quod ideo dixit, ut duarum perſonarum [5] vocabula in unius deitatis majeſtate monſtraret, ſicut & propheta ex voce Dei: [i] *Eructavit*, inquit, *cor meum Verbum bonum: dico ego opera mea regi*. Vides ergo hoc Verbum bonum Filium Dei eſſe, quem non aliunde quam de paterno E pectore, &, ut ita dixerim, de utero cordis Dei credimus natum. Et proinde eum regem appellat, quia ipſe eſt rex regum: Deum dominum, cui omnia divina opera ſuccumbunt, qui dixit: [k] *Omnia quæ Pater habet, mea ſunt*.

De hoc & Evangeliſta: [l] *In principio*, inquit, *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine*

a Joan. x. 30. *b* I. Cor. VIII. 6. *c* Exod. VII. 1. *d* Iſa. I. 2. *e* Pſalm. LXXXI. 6. *f* Exod. IV. 22. *g* Gen. I. 26. *h* Joan. x. 30. *i* Pſalm. XLIV. 2. *k* Joan. XVI. 15. *l* Joan. I. 1. 3.

1. Mſs. Læt. & Tell. *ego ſuſcipio, nec aut opinione* &c. melius omnes edit, ut in textu.
2. Tell, cod. & Amerb. *quæ vera ratio exſiſtit*.
3. Vigiliana edit. *Spiritu ſancto inundati*.
* *Elogium* aliquando idem ſignificat, ac formula quædam condemnationis.
4. Ita edit. Rom. & Chifflet. vet. autem ac mſs. *vocabulo ſimilem geſtori ſuo poſuerunt*.
5. Læt. cod. *vocabula, unius deitatis majeſtatem monſtraret*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



ipso factum est nihil. Igitur quod in principio erat, semper fuisse credendum est: sed nec aliunde esse, quam ex eo qui principium non habet, id est, de corde Patris; quia [a] *eructavit*, inquit, *cor meum Verbum bonum*. Non enim dixit: In principio factum est Verbum; sed *in principio*, inquit, *erat Verbum*. Quodcumque principium Verbi adsignare volueris, præjudicatum habebis quia *in principio*, inquit, *erat*.

Non quod duo principia ex rerum diversitate dicamus, sed quia Sermo Filius semper cum Patre est, & de Patre natus est. Ac proinde cujus origo principium non habet, sempiternus cum Patre credendus est; quia nec Pater potest umquam sine Filio nominari, nec Filius sine Patre vocari: ac per hoc semper Filius, quia semper Pater.

Et *Deus*, inquit, *erat Verbum*. Quod Deus est, semper est; ne si semper non fuerit, verus Deus esse non possit, sicuti & in Sophiæ nomine quia secundum Apostolum [b] ipse est Sapientia Patris. *Ego* inquit [c], *ex ore Altissimi prodivi*. Non ergo aliunde quam de Patre, quia semper cum Patre. Et ideo Sapientia Dei appellatur, ut numquam Pater sine Sapientia, hoc est, sine Filio suo fuisse credatur. Hæc est illa Sapientia ineffabilis [1] quæ initium viarum Dei apud Salomonem [d] vel condita, vel genita, vel creata describitur; quam tamen sic conditam dicit, ut semper eam cum Deo fuisse ostendat. Quod enim initium Deo dabis, ut initium possis Sapientiæ ipsius consignare? Non enim ita Deus Sapientiam suam condidit, quasi aliquando sine Sapientia fuerit: sed cum initium viarum suarum dicat, initium motus operis alicujus ostendit; ut hoc initium habeat Sapientia Dei, quod de Deo processit ad creanda omnia tam cælestia quam terrestria, non quo cœperit esse in Deo. Creata est ergo Sapientia, immo genita, non sibi quæ semper erat, sed his quæ ab ea fieri oportebat; ut quia quanta & qualis esset sciri non poterat, de effectu operum suorum virtus ejus & potentia nosceretur: [2] ut quod de conditis æstimamus, tunc magis timeremus cum facta miramur.

Ceterum si tu creatam Sapientiam dicas, ut Filium Dei creaturam intelligas; occurrit tibi Apostolus, condemnans eos qui creaturam colunt, dicens: [e] *Propter quod tradidit illos Deus in desiderium cordis eorum in immunditiam: ut contumeliis afficiant corpora sua in semet ipsis, qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & servierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus Deus in sæcula*.

Hæc est, inquam, illa Sapientia Dei, quæ dicit: [f] *Ego ex ore Altissimi prodivi*, universalitatis conditrix & effectrix, id est, Filius Dei, per quem omnia, & in quo omnia; quia ut Apostolus dixit: [g] *In ipso constituta sunt universa in cælis & in terra, visibilia & invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Virtutes, sive Principatus, sive Potestates: omnia per ipsum, & in ipso condita sunt: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant*. Hinc & Salomon: [h] *Cum sit*, inquit, *una, omnia potest; & permanens in se, omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transfert*. Quod confirmans Apostolus ait [i] in interiore homine habitare Christum; ut per quem a principio omnia facta sunt, per ipsum & in fine cuncta salventur.

C A P U T III.

SEd dicis mihi ὁμοούσιον, id est, unius substantiæ nomen ob hoc potius quam creatorem adorant, servantes eadem utique quæ Apostolus dixit: [k] *Ut in nomine Jesu omnes genu flectant, cælestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur*. Et Moyses: [l] *Adorent*, inquit, *eum omnes Angeli Dei*. Et David: [m] *Omnes reges adorabunt eum*. Quod quidem in scripturis non diceretur, sed quia ipse est Sermo Filius omnium opifex.

Sed dicis ὁμοούσιον nominari non oportere, quia in scripturis divinis non contineatur. Quæro & ego, homo, qui hoc prohibes; si ideo nominari non debet, quia scriptum non est, an quia ita credi non liceat?

Quod si ita credendum est, cur non ita profitendum? *Corde enim*, inquit Apostolus [n], *creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem*.

Aut si ideo nominandum non est, quia nec ita credendum; obtinuit Arianæ labis adsertio, quæ ideo Patrem & Filium unius substantiæ denegavit, quia Filium Dei modo ex nihilo, modo ex Patre, sed ab alia substantia, quando voluit, & quomodo voluit, & unde voluit factum inducit; dummodo aliunde eum, & non de eo quod Pater est, exstitisse confingat. Quem etsi natum dicit, sed hoc dicto tenus; quia rursum omne quod natum est, factum intelligit; eo quod & nos a Deo geniti appellemur, quos constat esse facturam.

Vel si Arianus non es, & verum Filium de vero Patre natum, non factum agnoscis; cur non eum cum Patre unam substantiam dicis? Frustra times, homo, profiteri quod credis; & frustra credis si ita non credis, & merito hæreticus denotaris. [3] Et quamquam immutaveris dictum, quo putaris prohibuisse Dei Filium nuncupari facturam; sed cum subjungit: Sicuti aliquid horum quod factum est; ex aperto ostendis non ob hoc [4] facturam dici noluisse, quasi non debeat factus intelligi; sed non ita factum vis, sicut aliquid horum quod factum est, sed tamen factum. Aliter enim dicis factum, utpote perfectam creaturam, per quem facta sunt omnia; dummodo & ipsum factum intelligas, licet non ita ut cetera.

Sed ut ad id revertar, quod dicis in scripturis divinis ὁμοούσιον, id est, unius substantiæ vocabulum non inveniri; finge hoc interim sic sit, eo quod ubicumque substantia legitur, res Dei, non Deus accipiatur; quamquam & aliud quod scriptum non est, pariter profitearis, id est, Deum ex Deo, lumen ex lumine: quid ad hæc dicis? Aut totum mecum tene, aut totum omitte. Si enim unius substantiæ vocabulum inde times dicere, quia scriptum non est; timere idemtidem debes Deum ex Deo, & lumen ex lumine profiteri.

Sed ego probo Deum de Deo, lumen de lumine, & unius substantiæ vocabulum [5] in divinis scripturis contineri. Cum enim ipse Dei Filius, qui Deus

a Psal. XLIV. 2. b I. Cor. I. 24. c Eccli. XXIV. 5. d Prov. VIII. 22. e Rom. I. 24. 25. f Eccli. XXIV. 25. g Coloss. I. 16. h Sap. VII. 27. i Ephes. III. 16. k Philipp. II. 10. l Deut. XXXII. 43. sec. LXX. Psal. XCVI. 7. Heb. I. 6. m Psal. LXXI. 11. n Rom. X. 10.

1. MSS. Tell. & Lat. nec non vet. edit. *quæ initio*: & infra, *sed cum initio*: Rom. & Vigil. *sed cum initium*.
2. Vigil. edit. *ut dum conditorem de conditis .... timeamus*.
3. Tell. cod. & Vigil. edit. *quamquam non immutaveris dictum*. Haud recto sensu.
4. Gill. & Rom. edit. *facturam dici voluisse*. Perperam.
5. Teller. *in scripturis dominicis*.

SÆCUL. IV CIRCA ANN. CHR. 363.

eſt, in Evangelio ſuo dicat: [a] *Ego de Patre exivi*; jure & merito Deum de Deo profitemur, quia de Deo Patre Filium Dei Deum verum de Deo vero natum eſſe cognoſcimus. Sed non eo genere, ut nos dii ſumus appellati, [b] vel ut Moyſes [c] Pharaonis deus eſt dictus: ſed quia verus eſt Filius, [1] de vero Patre natus eſt; vere & confidenter Deus de Deo dicendus, & ſic lumen ex lumine.

Quod ſcriptum non eſt, mecum quidem dicis, ſed mecum omnino [2] non ſentis. Et quia ſcriptum eſt de Patre: [d] *Deus lux eſt*; & de Filio: [e] *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; & : [f] *Lux lucet in tenebris*; id eſt, Chriſtus in ſæculo; *& tenebræ eam non ſunt adſequutæ*; ii ſcilicet homines quorum cor ignorantiæ tenebris obcæcatum eſt, Chriſtum verum Deum, & verum Dei Filium non agnoverunt. Sed ipſe Dominus: [g] *Ego ſum*, inquit, *lux mundi: qui me ſequutus fuerit, non ibit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ*. Ergo quia lumen Pater, & lux Filius, recte lumen de lumine.

Sed lumen ex lumine ita adſeris, quaſi a Patre qui verum lumen eſt, aliud lumen ſit factum, quod de ipſa Patris ſubſtantia non ſit: ſed ſicuti aliud quodlibet lumen, quamquam a Deo ſit factum, longe tamen aliud ſit ab eo qui fecerit; & ideo lumen ex lumine, non de lumine dicis. Cum ergo hæc præloquutus ſum, licet mecum non intelligas, tamen quomodocumque ipſa pronuntias, cum ſcripta non ſint. An non & unius ſubſtantiæ vocabulum, quod in Scripturis non putas contineri, mecum pariter profiteris: niſi quia illic habuiſti quomodo malignos ſenſus tuos occulta fraude in utroque contegeres; ut mecum hoc ipſum ſono vocis exprimeres, ſed tamen longe dicti intelligentiam ſeparares?

Sicuti & illi hæretici qui reſurrectionem carnis negant ad decipiendas [3] animas ſimplicium, væ dicunt his qui in carne non reſurgunt. Sed ſi diſcutias eos cur hoc dixerint, cum ſcias illos carnis reſurrectionem omnino negare, dicent tibi: Væ utique illi erit, qui in carne baptizatus non fuerit, ut anima ipſius dum in corpore eſt, de morte delictorum ſuorum, ut de ſepulcro criminum per baptiſma, in eadem reſurgat. Solius enim animæ per lavacri vitalis gratiam reſurrectionem in carne defendunt; nam & ipſius carnis ſalutem excludunt. Et hi per veriſimilem confeſſionem innocentium mentes occulta fraude ſeducunt. Et ut ſolet letale poculum mellis dulcedine temperatum, ſuavitate fallente, perimere; ſic & hoc malum per blandimentum aurium, audientium ſenſus quadam labe contaminans, contagione vitii adhærentis inficit.

CAPUT IV.

Denique & nunc poſſent ὁμοούσιον ſicuti & cetera verbo tenus nominare, ſi haberent quomodo illud ad aliam intelligentiam ſcævo ſenſu perverterent: ſed cum viderent ſe in hoc verbo con-

A cludi, nullam omnino mentionem hujus fieri voluerunt; ne aut profitendo hoc crederent, aut credentes profeſſi viderentur: ſubtili ingenio excuſantes, quod aut ſcriptum non eſſet, aut Deum in ſubſtantia dici non oportere, ne corporeus crederetur.

Deus etenim, inquiunt, efficit ut ſit ſubſtantia, non tamen ut ipſe Deus in ſubſtantia deputetur; quippe, aiunt, cum omnis ſubſtantia contraria recipiat. Deus vero qui nihil diverſum admittere poteſt, ſubſtantia dici non debet.

Ignoſcerem tibi ſi hoc ſimpliciter diceres, ſi rudis ad hanc quæſtionem accederes, ſi non ipſe eſſes, qui ſemper vel de alia ſubſtantia, vel de nullis exB ſtantibus Dei Filium adſerebas: at cum idem ipſe ſis, qui hinc ſæpe convictus, ſæpe confeſſus, ſæpe negaſti, ſæpius aliter immutando damnatus es: qui etiam [4] nunc vi, ambitione & potentia exagitans, turbas omnia; quomodo putas me ignoſcere tibi poſſe frequentius eadem retractanti? Sed ne videatur hæc perverſitas præjudicata magis quam examinata damnari, breviter tibi de hac oppoſitione reſpondeam.

Prohibes itaque in Deo ſubſtantiam nominari, quaſi omne quod ſubſtantia dicitur, res ipſa unius generis habeatur. An ignoras aliter cæleſtia, aliter terrena conſtare; ſed & in ipſis cæleſtibus rebus atque mundanis magnam differentiam intereſſe? AliC ter enim Angeli, aliter ſingulæ Virtutes conſtitutionum ſuarum ſubſtantias acceperunt, ſicuti Apoſtolus ait: [h] *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum*. Sic & in hoc mundo, ut diverſa genera rerum, ita & diverſa corpora animantium; & omnibus ſui cujuſque generis ſubſtantia, ſicut Apoſtolus dicit: [i] *Non omnis caro eadem caro*.

Si ergo ea quæ a Deo facta ſunt, diverſas qualitates ſubſtantiarum ſuarum habent; tu putas in Deo talem eſſe ſubſtantiam, qualem habet aliquid horum quod factum eſt, ut poſſit contraria recipere? Abſit. Quæ eſt enim ſubſtantia Dei? Ipſum quod Deus eſt, ſimplex, ſingulare, purum, nulla concretione permixtum, limpidum, bonum, perfectum, beaD tum, integrum, ſanctum totum. An tu putas inane aliquid eſſe & vacuum, quod eſt Deus? Hoc enim dici blaſphemia eſt, ut inane putetur, per quem cuncta conſtiterunt, qui omnia Verbo edidit, ratione compoſuit, virtute perfecit, cujus nutu & imperio univerſa reguntur, cuncta deſerviunt.

Et bene de Deo legis ſcriptum: [k] *Ego ſum, qui ſum*; & : [l] *Qui eſt, miſit me*. Et ipſe Salvator Dominus: [m] *Hæc eſt*, inquit, *vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*. Eſt ergo [5] in ſubſtantia eſſentia ſua Deus, cujus cognitio vita æterna eſt, qui & tantus eſt, quantus dici non poteſt. Qui tunc digne æſtimatur, cum inæſtimabilis dicitur, E utique velis ac nolis.

Ergo ipſum quod eſt, hoc eſt ſubſtantia rei, quæ eſſe defenditur; quod tamen jam dictum eſt, quantum & quale ſit, nec mente concipi, nec ſenſu æſtimari, nec animo definiri poteſt; dummo-

a Joan. XVI. 27. *b* Pſal. LXXXI. 6. *c* Exod. VII. 1. *d* I. Joan. I. 5. *e* Joan. I. 9. *f* Ibid. ℣. 5. *g* Joan. VIII. 12. *h* I. Cor. XV. 41. *i* Ibid. ℣. 39. *k* Exod. III. 14. *l* Ibid. *m* Joan. XVII. 3.

1. Vigil. edit. *de vero Patre natus, non factus eſt*.

2. Omnes exarati atque editi cod. Ambroſii nomen præferentes, *non ſentis, ut quia ſcriptum eſt de Patre: Deus lux eſt quæ illuminat omnem hominem .... id eſt, Chriſtus in cælo; & tenebræ ..... Hi ſcilicet homines .... non agnoverunt: ſed ipſe* &c. Nos vero locum ex edit. Vigil. reſtituimus.

3. Hunc etiam locum nobis edit. Vigil. reſtituit, cum haberetur in mſs. & edit. Ambroſianis in hæc verba, *animas ſimplicium, dicunt his quia in carne non reſurgant .... dicent tibi: Utique ille erit* &c. inepto ſenſu.

4. Ambroſ. edit. cum ms. Tell. *nunc in ambitione exagitans*. Vigil. edit. cum Læt. cod. *vi, ambitione*, ſed ſola edit. Vig. addit, *& potentia*.

5. Ita omnes edit. & cod. Læt. at Vigil. edit. reſecuit, *eſſentia ſua*, pro quibus Tell. cod. ſubſtituit, *ſententia ſua*. Verum recepta lectio non eſt mutanda; idem ea ſignificat, ac ſi ſcribatur, in ordine ſubſtantiæ per eſſentiam ſuam.

do constet esse quod esse creditur; ut de eo ipso quod Deus est, inde sit Filius, ut verus sit Filius, & verus sit Pater in Filio, & Filius in Patre. Hoc erit ὁμοούσιος, id est, unius substantiæ cum Patre, sicut ipse Dominus ait: [a] *Ego in Patre & Pater in me*; &: [b] *Ego & Pater unum sumus*; &: [c] *Ego de Patre exivi*; &: [d] *Qui me videt, videt & Patrem meum*.

Non immerito, quia Filius Dei de Deo Patre natus est; & ideo de unitate substantiæ, & de majestate deitatis unum sunt, sicuti & Hieremias prophetavit: [e] *Quis stabit in substantia Domini, & videbit Verbum Domini?* Et iterum: [f] *Si stetissent in substantia mea, & si audissent verba mea avertissem eos ab studiis eorum pessimis*. Et apud Salomon: [g] *Substantia mea, dulcedo mea est*.

CAPUT V.

Cum ergo hanc unitatem substantiæ in Patre & Filio non solum prophetica, sed & evangelica auctoritate cognoscas; quomodo dicis in scripturis divinis ὁμοούσιον non inveniri, quasi aliud sit ὁμοούσιον quam quod dicit: [h] *Ego de Deo Patre exivi*; &: [i] *Ego & Pater unum sumus*: vel quod prophetæ ex aperto substantiam Dei intimabant?

Hæc est autem nominis ratio, ut in Patre & Filio unitatem substantiæ credas, licet rem ipsam quæ est inenarrabilis, definire non possis: ut sive lumen de lumine dicas, sive verbum de verbo, sive spiritum de spiritu, sive dominum de domino, quodcumque de eo dixeris; unius tamen essentiæ Patrem & Filium credas, & de eo ipso quod Pater est, Filium intelligas. Nam si aliquam comparationem de rebus his quæ videntur, in eo facias; ipsa dissimilitudine rerum non rationem ostendes, sed altercationem disputationum induces, [1] ut cujus voce descriptum est: [k] *Cui me comparabitis?* Ac proinde Deus cui adsimilari nihil potest, sufficiat credi, quod ipse sentitur, quem ipse credi se voluit, non indicari.

Denique si de hoc ipso quod mecum profiteris, ad aliquam similitudinem velis in Deo conferre, nescio an quod comparaveris, possis expressius definire: ut puta, cum dicis lumen ex lumine, si ad explanandum illum scrupulosa narratione cogaris, quæro quomodo lumen ex lumine credas? Utrum quasi lucernam ex lucerna, vel quasi solem ex sole; ut aut duas lucernas, aut duos soles, quasi duos deos sub hoc exemplo inducas? Aut splendorem luminis ejusdem lucernæ, vel claritatem solis de eodem sole fulgentem, lumen de lumine consignes, ut in matricem luminis Patris figuram adsimiles, Filium vero in splendorem claritatis ostendas; quod de eo propheta dixerit: [l] *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*; vel Salomon, cum dicit: [m] *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius*; vel Apostolus heic prædicaverit [n] Salvatorem nostrum imaginem esse invisibilis Dei, eo quod imago [2] solis lux sua sit, quæ de eodem sole procedit.

Sed quanta ad hæc responderi possunt quæ lites generant, quod Apostolus prohibet [o], longum est dicere: quippe cum constet lumen illud quod Deus est, æstimari, comprehendi & definiri non posse: nec vere aliquid ex his quæ in hoc mundo sunt, majestati divinæ comparari; quia nihil de omnibus istis quæ videntur aut dicuntur, secundum id quod Deus est, condigna similitudine æstimari potest, quippe cum ipsis intellectibus & sensibus major sit.

Ideo præmonuit ut divinitatem substantiæ crederes, & verum Filium de vero Patre cognosceres: de qualitate autem rei requirere non deberes; quia quale aut quantum sit, scire non possis. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli prædicarunt.

CAPUT VI.

Denique pro captu, pro viribus, pro fide nostra intueamur, Deus quid sit, & videamus an ei aliquid possit comparari. Certe hic est, de quo & cum dicitur, non potest dici: cum æstimatur, non potest æstimari: cum comparatur, non potest comparari: cum definitur, ipsa sua definitione crescit. Qui cælum manu sua aperit, pugno omnem ambitum mundi claudit. Quem totum omnia nesciunt, & metuendo sciunt. Cujus nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipsa elementorum sibi succedentia momentanea vicissitudo testatur. Vide ergo si potest aliquid esse, cui possit Pater comparari & Filius; quia talis est Filius, qualis & Pater: non enim ipse se unum cum Patre diceret, nisi talem se, qualis est Pater, sciret.

Ratio quædam est, quæ apud Græcos Λόγος nuncupatur, quæ inter Patrem & Filium personas vel vocabula distinguit; quia & ipse Filius Ratio dicitur. Quæ tamen Ratio multis nominibus appellatur: modo Verbum, modo Virtus, modo Sapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo agnus, modo homo, modo vitulus, modo aquila, modo leo, modo via. Et ita cum sit Deus omnia in omnibus, ut per hæc vocabula divinarum dispositionum mysteria cognoscantur, non ut ipsa majestas Filii Dei proprie definita monstretur.

Quid est enim Filius de eo quod Pater est? Alius idem. Nam [3] & ob hoc Verbum nuncupatur, quia ex proprio divino ore processit, & nihil Pater sine eo aut jussit aut fecit. Virtus dicitur, quia vere de Deo & semper cum Deo est, & omnis potestas Patris in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia de corde Patris adveniens, arcana cælestia credentibus reseravit. Dextera nuncupatur, quia per eum omnia opera divina perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, ut nihil illa pretiosius habeatur. Thesaurus dicitur, ut in ipso omnes opes & divitiæ regnorum cælestium conditæ agnoscantur. Retia dicitur, quia per ipsum, & in ipso de mari sæculi diversa gentium multitudo sicut piscium per aquam baptismatis in ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumque discrimeu agnoscitur. Aratrum nuncupatur, quia signo crucis suæ dura pectora subjiciuntur, [4] ut necessario semini ipsa præparentur.

a Joan. XIV. 10. *b* Joan. X. 30. *c* Joan. XVI. 28. *d* Joan. XIV. 9. *e* Jer. XXIII. 18. sec. LXX.
f Ibid. ℣. 22. sec. LXX. *g* Sap. XVI. 21. *h* Joan. XVI. 28. *i* Joan. X. 30. *k* Isa. XLVI. 53.
l Psal. XXXV. 10. *m* Sap. VII. 26. *n* Coloss. I. 15. *o* II. Tim. II. 24.

1. Vigil. edit. sola: *Et quia ex voce Dei scriptum est*.
2. Vox *solis* in edit. desideratur, quam e cod. Tell. restituimus integritati sensus non inutilem.
3. Ambr. edit. *Nam & hoc Verbum*: melius Vigil. & codex Tell. *Nam & ob hoc*, id est, ob hanc rem &c.
4. Edit. Ambr. *ut necessariora in ipsa*: codex Tell. *ut necessaria in ipsa*: optime Vigil. ut in textu.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



Fons aquæ vivæ appellatur, quia ex eo sitientia A corda cælestis aquæ gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præstat. Lapis angularis dicitur, quia utrosque parietes novi & veteris Testamenti unus & mediator in semet ipso continens copulavit. Agnus dicitur, ut innocentia Christi & passio demonstretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem pati sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem, [1] ut rex alitum ad Patris pervolat sedem. Leo dictus est, quia ipse est rex regum, qui mortem ac zabulum virtutis suæ potestate comminuit. Via est, quia per ipsum ascensus est. Veritas, quia men- B dacium nescit. Vita est, quia ipse universa vivificat.

Vides ergo per hæc vocabula significationes & dispositionum & operum divinorum præostensas; non tamen ipsum Deum proprie definitum? Est ergo Pater Deus immensus, æternus, incomprehensibilis, inæstimabilis. Est & Filius ejus Deus & Dominus noster, tantus, quantus est & Pater: sed non aliunde quam de Patre: quia *Ego*, inquit, *de Patre exivi*, hoc est, lumen de lumine.

CAPUT VII.

SEd ne ex eo occasionem aliquam hæreticus ca- C piat, cum duo nomina, vel duas personas, id est, Patris & Filii statuo, quasi duos deos dicam, ut illi duos ex diversitate confingunt: nos autem Patrem & Filium ita nominamus, ut unum Deum in his personis & nominibus consignemus. Viderint philosophi, viderint hæretici discipuli eorum, qui potestatum diversitate variantur: [a] *Nobis tamen unus Deus est Pater*, ut Apostolus dixit, *ex quo omnia; & nos ex ipso: & unus Dominus Jesus Christus*, Deus Dei Filius, *per quem omnia; & nos per ipsum*.

Nam per duo quid aliud intelligitur, quam duorum per partes divisa substantia, [2] & cum nominibus ipsis dissociata natura agendi ac jubendi tam D voluntas, quam imperia divisa? Porro Pater ac Filius etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen & substantia [a] unus sunt. Nam inæqualium societas melioris offensa est; & in injuriam ejus qui verus Deus est, non verus alius comparatur. Cum autem ego Patrem & Filium statuo, unitatem generis adsigno: & si illam in personis divido; discretiones tamen personarum rursus eadem nomina in unitatem sui naturali legis fœdere consignant.

Unde & tantus est Filius, quantus videbitur Pater, totus de toto, integer de integro, perfectus de perfecta consummataque virtute, sicut Apostolus dicit: [b] *In quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat*. Nam [3] & Hieremias receptissimus E prophetarum, hanc unitatem divinitatis in Patre & Filio sciens ait: [c] *Hic est Deus noster, & non deputabitur alius absque illo: qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*. Et Esaias hoc ipsum prædicat dicens: [d] *Hæc dicit Dominus Deus: Fatigata est Ægyptus, & negotiatio Æthiopum; & Sabaim viri excelsi ad te transient: tui erunt servi, & post te ambulabunt vincti compedibus, & te deprecabuntur; quoniam in te Deus est, & non est alius Deus præter te: tu es enim Deus*.

Quod ne putes me eo supercilio dixisse quo Sabellius fertur, qui ipsum Patrem, ipsum Filium profitetur; non ita nos totum in unam sententiam cogimus, ut aliorum hæreticorum fraude capiamur. Sed quia in ipso nomine personarum auctoritas indiscreta cognoscitur, & Filius non genere, sed personaliter a Patre nominatur; proinde totum Patri adscribimus, quod est Filius; & totum Filio, quod Pater est. Nihil non videbitur Patris, quod judicabitur Filii: nec Filii, quod defenditur Patris; quia unitas majestatis non sinit deos plurali vocabulo appellari: quippe cum constet Patrem & Filium unius esse substantiæ, unde uterque unus Deus est dictus.

Illud ante cuncta metuentes, [4] quia nisi Pater & Filius unum non sint, in invidiam recurrat auctoris interpolata nativitas; hoc enim placuit hæreticis, ut Deus ille omnipotens, invisibilis, immensus degeneraret in Filio, [5] non modo potestate, sed conditione mutata, quasi non potuerit Pater de semet ipso talem habere, qualis & ipse est. Proinde nos verum Filium de vero Patre, qui semper fuit, & est unius substantiæ cum Patre, defendimus. Et hoc est, quod Græci ὁμοούσιον appellant, id est, cum uno aliud ipsum; [6] ut personæ audientia nominatim fierent, & non ut substantiam vocabula separarent.

CAPUT VIII.

SEd ut omne mysterium hæresis Arianæ traducam; cur nolint Filium de Patris substantia credi, breviter intimabo. Aiunt enim: Cum sit Deus Pater omnipotens, invisibilis, inconvertibilis, immutabilis, perfectus, semper idem, æternus: Filius vero visibilis, quia sæpe patribus visus est; & convertibilis atque mutabilis, quia in variis figuris quibusque se se monstravit: qui si de Patris, inquiunt, esset substantia, numquam fieri posset, ut ante carnis adsumtionem aut visibilis aut mutabilis cerneretur; quin potius in æqualitate qua Pater est, permansisset, ex cujus substantia erat; quia quod de Patre est, nec videri, nec mutari, nec converti posse credendum est.

Accedit ad caussam, quia cum illapsus est in Mariam, cum Virginis uterum opplevit; aliud utique ex illa, quam quod venerat, natum est. Unde jam, inquiunt, corrupta substantia [7] statum vertit, ordinem perdit, continuo immutatione ipsa formandus de Deo in hominem, de spiritu in carnem. Et utique translatio omnis interemtio est

a I. Cor. VIII. *6.* *b* Coloss. II. *9.* *c* Baruc. III. 36-38. *d* Isa. XLV. 14.

1. Ita codex Tell. & edit. Vigil. Ambr. vero *ut rex altum ad Patris* &c.
2. Ambr. edit. cum cod. Tell. & Læt. *& cum omnibus ipsi dissociata*: Vigil. concinnius, ut in textu.
3. Rom. edit. sola, *Nam & Baruc.* Sed & hunc Hieremiæ nomine etiam ab Ambrosio citari non semel advertere licet.
4. Vet. edit. *quod ubi Pater*: Vigil. *ne si Pater*: mss. *quia nisi Pater*. At seq. membro ubi vet. edit. ac mss. *invidia recurrat*, multo melius Vigil. *in invidiam recurrat*.
5. Ita edit. Vigil. cum in aliis ac mss. habeatur: *Non modo potest esse de conditione*; nullo sensu.
6. Vet. edit. *ut personæ audientis nominatim*. Vigil. & mss. *ut personæ audientia nominum*, mss. *nominatim*. Quod autem ad dictionem ὁμοούσιον auctor explicat *cum uno aliud ipsum*: hoc Ambrosius paullo fusius exhibet lib. 3. *de Fide* cap. 15. num. 126. quem locum a Basilio desumtum videri adnotavimus.
7. Ambr. edit. & cod. Læt. *statim vertit ordinem, perdit continuo immutationem, ipsa formando*: Tell. . . . . . *mutationem ipsam formando*, secunda manu, *ipsa formandi*: aptius edit. Vigil. ut in contextu.

a *Unus*] An *unum*? An subaud. *Deus*.

pristini. Ac per hoc aiunt: Si Filius de Patris substantia esset, jam & Patrem minorem videri substantiæ suæ vel traditione, vel fine: & proinde Filium ex alia substantia credere maluerunt, quod converti, & mutari, & videri possit; quia hoc de Patris substantia credi non liceat.

Hæc est caussa erroris, hæc origo hæresis Arianæ; dum non intelligunt virtutem Dei, neque tanti sacramenti dispositionem agnoscunt, ut Deum humanis conditionibus comparent. [1] Quibus primo respondendum in loco Filium Dei non ita visum, ut Deus erat, sed ut homo capere poterat de Deo: deinde variis figuris non mutabilem & convertibilem ipsum esse, sed hoc esse potentiæ Dei, ut cum se singulis, prout vult, revelare dignatur, habitum mutet, non substantiam vertat: nec proprietatem qualitatis amittat, sed juxta meritum videntis temperamentum majestatis adhibeat; ipse tamen idem, ut semper est, in substantiæ suæ proprietate permaneat, sicut scriptum est: [a] *Mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

Nam etsi multa sunt ex his quæ in hoc mundo videntur, quæ ex alio convertantur in aliud, ut desinant esse quod erant, & hoc sint quod retro non fuerant; ut limus cum in hominem figuratur, limus esse jam definit: aut pisces, aut aves cum de aqua procedunt, ex eo jam non aqua, quia aliud: ut lutum figuli, cum solidatur in testam: ut lapis, cum dissolvitur decoctus in calcem: ut arena, cum mutatur in vitrum, & cetera quæ longum est recensere. Sed multum interest, stulte hæretice, inter ea quæ facta sunt, & eum qui omnia, quemadmodum voluit, fecit. Quæ facta sunt, adscriptæ conditioni deserviunt: qui vero fecit, suæ voluntatis & proprii juris est. Neque potest in aliud, quam quod est, aliquo cogente, mutari: sed prout vult, & cui vult, se demonstrat. Nam si Angeli in figura hominum sæpe sunt visi, & tamen aliud non sunt, quam quod se esse norunt, neque substantiam mutant, cum formam humani corporis sumunt; quanto magis ipse Dominus noster, qui omnia fecit, qui ipsis Angelis, ut hoc possent, sua institutione concessit?

Huc accedit quod sic Filium Dei, ut jam dictum est, visum a patribus approbamus, ut non totum in illo, quod Deus est, videretur; sed dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusque temporibus complendæ erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam quis Filium Dei videre potuit, antequam conspicabilem materiam, sicut ei placuit, adsumsit, vel ipsum hominem induere dignatus est?

Qui etsi Abrahæ [b] visus est, sed in forma humani corporis visus est, quo scilicet postremis temporibus in homine venturus esse ostenderetur.

Jacob [c] etiam alibi in Angelo, alibi æque videtur in homine. Qui ideo se in Angelo demonstravit, ut nuntium se magni consilii indicaret: in homine vero, cum quo & colluctatus fuisse describitur; ut imaginem futuræ colluctationis quam cum Israel habiturus erat, cum secundum hominem advenisset, præcipue indicaret. Sed ut Dominum crederet, cum quo tanto certamine sub figura hominis luctabatur, Israel [d], id est, homo videns Deum, nomen accepit. *Vidi*, inquit [e], *Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.* Et utique figuram hominis viderat, quam Deus Dei Filius induerat.

Moysi [f] in rubo in flamma ignis apparuit, ut lumen credentibus, incredulis judicium demonstraret; quia Christus credentibus salus est, non credentibus pœna, ut Apostolus ait: [g] *Aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem.*

Populum Israel [h] in columna nubis per diem, & per noctem in columna ignis quasi dux itineris præcedebat; ut baptismi gratiam per nubem, & donum sancti Spiritus per ignem ostenderet; quia Apostolus Paullus [i] in nube patres baptizatos scribit, & Spiritum sicut ignem esse Apostolorum Acta [k] declarant.

Vides ergo per omnia, hæretice, characteres divinarum scripturarum in honorem Dei patribus præostensos; non tamen ipsum Deum, ut est proprie revelatum. Denique cum Moyses oraret ut faciem Dei pure videret, quid ad illum continuo Deus? *Non poteris*, inquit [l], *videre faciem meam; non enim videbit homo faciem meam, & vivet.* Hoc ipso quod negatur adspectus, claritas adsignatur, quæ scilicet tanta est, quanta credenda est, quæ invisibilis indicatur. Cum ergo Moyses qui & situm cæli, & ordines mundi, & elementorum vices, totius denique orbis ornamenta digesserit, indicarit, expresserit; cui ipse Dominus testimonium perhibuit dicens: [m] *Nemo erit ex prophetis ut servus meus Moyses, cui facie ad faciem, ore ad os loquutus sum;* Deum tamen pure videre non potuit. Merito quidem prophetia omni dignus, sed non usque adeo ut intueri Deum valeret, qua homo tantummodo esset.

Et utique hæc omnia Filii verba defendimus, quem in Monte Sina [n] cum Moyse loquutum esse scimus, qui agendis explicandisque rebus a Patre advenerat; quia omnia a principio per ipsum & ordinari, & explicari, & manere convenerat, ut habendi Filii hæc præcipua ratio constaret. Et tamen sic visus accipitur, ut alicujus conspicabilis, ut dixi, materiæ dispositione adsumta videretur, salva scilicet invisibilitate ejus, quam a conspectu omnium majestas interfusa seposuit. Non enim sic humanis adspectibus revelatus est, ut tota in illo deitas appareret: sed ad vicem speculi cum conceptos intra lucem suam vultus quasi ad plenam effigiem hominis includit; [2] ita majestatis ejus præeunte fulgore, intra id visum est, quod imaginem veritatis, non ipsum Deum proprie demonstraret.

Sic & cum hominem induere dignatus est, non labem æternitati intulit; ut spiritum in carnem mutaret, sed ut suscepto homine immortalitatem atque æternitatem cælestis vitæ præstaret. Nam etsi Apostolus semet ipsum exinanisse dicit [o], formam servi suscipiendo; non utique sic exinanitum accipimus, ut aliud, quam quod fuerat, [3] idem Spiritus fieret: sed ut seposito interim majestatis suæ honore, humanum corpus indueret, qu suscepto, salus gentium fieret. Ut enim sol cum nube tegi-

a Psalm. CI. 28. b Gen. XVIII. 1. c Gen. XXVIII. 13. d Gen. XXXII. 24. e Ibid. ℣. 30.
f Exod. III. 2. g II. Cor. II. 16. h Exod. XIII. 21. i I. Cor. X. 2. k Act. I. 3.
l Exod. XXXIII. 20. m Num. XII. 7. 8. n Exod. XXXI. 18. o Philipp. II. 7.

1. Tell. cod. & Vigil. edit. *Quibus primi in loco respondendum est Filium* &c.

2. Vet. edit. & ms. Tell. *ita majestas ejus .... intra id visum esset*: magis conc nne Vigil. edit. cum Lat. mss. *ita majestatis ejus .... intra id visum est*, hoc est, sub his conditionibus visio conceditur.

3. Gill. & Rom. edit. *idem Christus fieret*. aliæ ac mss. *idem spiritus fieret*. Minime male, supra enim scriptum legimus, *ut spiritum in carnem mutaret*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

tur, claritas ejus comprimitur, non cæcatur; & A lumen illud quod toto orbe diffusum claro splendore cuncta perfundit, parvo admodum obstaculo nubis includitur, non aufertur: sic & homo ille quem Dominus Jesus Salvatorque noster, id est, Deus Deique Filius induit; [1] Deum tamen in illo non intercepit, sed abscondit.

Denique cum in monte se paullulum extra ipsum hominem extulisset [a], fulgore luminis ejus pæne obcæcati Apostoli in terram quippe homines ceciderunt, periclitati vitam, nisi eis Dominus compresso rursum majestatis suæ honore ut misericors subvenisset, secundum illam sententiam: [b] *Nemo vidit Deum, & vixit.* Ut ergo claritas solis, [2] cum non usque ad nostros emicat visus, sibi salva est; quia quod non videtur, infirmitatis est nostræ quorum oculos nubium texit obscuritas: [3] ita probat se non suo detrimento proprii latuisse fulgoris; sed carnis, ut dixi, beneficio, cujus caussa Filius Dei filius hominis esse sustinuit.

Nempe enim de Spiritu Dei Virgo concepit, & quod concepit, hoc peperit, id est, Deum homini suo, ut jam dixi, sociatum, sicut ipse dixit: [c] *Quod nascitur de carne, caro est; & quod nascitur de spiritu, spiritus est*: quia Deus spiritus est, & de Deo natus est. Sicut & Angelus ad Mariam Virginem dixit: [d] *Spiritus Dei veniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit te: propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*

Vides ergo ipsum spiritum, id est, Filium Dei venisse ad Virginem; & inde Dei & hominis Filium processisse: nec tamen ipso indumento carnis Dei Filium esse mutatum; sed eumdem ipsum esse in homine, qui fuerat ante mundum cum Patre; per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, sicut Evangelista ait: [e] *Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit.*

Ceterum amentis est credere ab eo posse liberari, qui ut liberaret, amissus est; ut nasceretur, oppressus est: ut immortalitatem reciperet, transivit ad mortem. Sed absit, hæretice, ut sensus tuæ iniquitatis a catholicis admittatur: nos enim credimus immutabilem & inconvertibilem, Verbum & spiritum, id est, Filium Dei; qui cum hominem induit, non statum vertit, non ordinem perdidit, non substantiam immutavit: sed illuvias ejusdem corporis æterno claritatis suæ lumine illustravit; ut ad nos per tramitem corporis ejus lux sancti Spiritus, & æternæ vitæ gratia redundaret.

Quem etsi passum credimus & sepultum; sed homo ille passus est, quem Filius Dei suscepit, quem induit, quem portavit. Sed quia totum ad auctorem referebatur, quidquid homo ille patiebatur; ideo mors & passio Domini indicatur; nam constat immortale esse, quod Dei est: hominis, quod caducum.

Tertia quoque die resurrexit, non Deus in hominem, sed homo potius in Deum.

Adscendit in cælos, obtulit Patri suo hominem B illum gratissimum munus, consedit ad dexteram Patris, secundum quod scriptum est: [f] *Dixit Dominus Domino meo: sede ad dexteram meam.*

Misit nobis Spiritum sanctum de propria sua, & ipsa una substantia sua, protectorem, sanctificatorem & deductorem in vitam æternam, sicut scriptum est ex voce Dei: [g] *Effundam de Spiritu meo super servos meos, & ancillas meas.* Et iterum: [h] *Spiritus ex me prodibit.* Et ipse Dominus Salvatorque noster: [i] *De meo*, inquit, *accipiet*; ex eo utique quod est Filius, quia & Filius de eo quod Pater est.

Exinde præfinito tempore venturus, vivos mortuosque judicaturus; ut reddat credentibus præmia, C non credentibus vero supplicia.

Cujus regnum æternum, immortale; nec initium habet, nec terminum: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum.

Hæc qui legis, per Deum obsecro, ne simplicitatem sensus in ambiguum torqueas, aut alias quam dicta sunt, trahas; quia nos Patrem verum Patrem confitemur, & Filium Dei verum Filium Dei, & Spiritum sanctum vere Spiritum sanctum credimus: tres personas unius substantiæ, & unius divinitatis confitentes. Sabellii autem & Photini, nec non Arii sectam, & si qua alia sunt quæ contra regulam veritatis veniunt, condemnamus. Nicænæ autem synodi tractatum omni animi nisu ex tota fide servantes, amplectimur: hunc enim tractatum scimus contra omnes hæreses invicta veritate oppositum.

a Matth. XVII. 6. *b* Exod. XXXIII. 20. *c* Joan. III. 6. *d* Luc. I. 35. *e* Joan. I. 10. *f* Psal. CIX. 1. *g* Joel. II. 29. *h* Isa. LVII. 16. *i* Joan. XVI. 15.

1. Vigil. edit. *divinitatem in illo* &c.
2. Ambr. edit. ac mss. *cum usque ad nostros*: Vigil. edit. negationem adjicit, quam quidem illic necessario sensus exigit.
3. Vigil. edit *ita & majestas illa divina, qua, ut dixi, corpus induerat, probat se non suo* &c.



S. PHOEBADII AGINNENSIS EPISCOPI

III.

LIBELLUS FIDEI.

CRedimus [1] unum Deum, Patrem omnipotentem, A & unum unigenitum Filium ejus Deum & Dominum Salvatorem noſtrum, & Spiritum ſanctum Deum: non tres deos Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ſed unum Deum eſſe confitemur. Non ſic unum Deum, quaſi ſolitarium; nec eumdem, qui [2] ipſe ſibi Pater ſit, ipſe & Filius; ſed Patrem verum, qui genuit Filium verum, [3] ut eſt Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum a toto, plenum a pleno; non creatum, ſed genitum; non ex nihilo, ſed ex Patre, [4] unius ſubſtantiæ cum Patre: [5] Spiritum vero ſanctum Deum, non ingenitum, neque genitum; non creatum, nec factum; ſed Patris & Filii, ſemper in Patre, & Filio [6] B coæternum. Veneramur tamen unum Deum: [7] quia ex uno Patre totum quod Patris eſt, natus eſt Filius Deus; & in Patre totum quod ineſt, [8] totum genuit Filium. Pater Filium generans non minuit, nec amiſit plenitudinis ſuæ deitatem: totum autem [9] quod Deus Pater eſt, id eſſe & Filium ab eo natum, certiſſime tenentes. Cum Spiritu ſancto unum Deum piiſſime confitemur JESUM CHRISTUM Dominum noſtrum, Dei Filium, per quem omnia facta ſunt, quæ in cælis & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia: propter noſtram ſalutem deſcendit de cælo; qui numquam deſierit eſſe in cælo: natus de Spiritu ſancto ex virgine Maria. Verbum caro factum non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod non erat. [10] Non demutatum, ſed permanentem etiam hominem natum, non putative, ſed vere; non aerium, ſed corporeum; non phantaſticum, ſed carneum; oſſa, ſanguinem, ſenſum & animam habentem; [11] ita verum Deum & verum hominem intelligimus: ita verum hominem verum Deum fuiſſe nullo modo ambigimus. Confitendum eſt hunc eumdem Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM adimpleſſe legem & prophetas, paſſum ſub Pontio Pilato, [12] crucifixum ſecundum Scripturas, mortuum & ſepultum ſecundum Scripturas, tertia die a mortuis ſurrexiſſe, aſſumtum in cælos, ſedere ad dexteram Patris; inde venturum judicare vivos & mortuos exſpectamus. In hujus morte & ſanguine mundatos [13] remiſſionem peccatorum conſequutos; reſuſcitandos nos ab eo in his corporibus & in eadem carne qua nunc ſumus; ſicut & ipſe in eadem carne qua natus eſt & paſſus & mortuus, reſurrexit: & animas cum hac carne [14] vel corpora noſtra ab eo, aut vitam æternam, præmium boni meriti, aut ſententiam pro peccatis æterni ſupplicii recepturos.

1. *Unum*] Codd. Vat. & Vallic. *in unum*. Mox, *in unum unigenitum Filium ejus Jeſum Chriſtum Deum*.
2. *Ipſe ſibi*] Cod. Lucenſ. *ipſe ſit Pater, ſit ipſe & Filius*.
3. *Ut eſt D.*] Crab. *id eſt Deum de Deo*.
4. *Unius ſubſt.*] Queſn. *& unius ſubſt.* Conjunctionem omittunt noſtri codd. & Crab.
5. *Spiritum vero ſanctum D.*] Ita cum Crab. codd. mss. Apud Queſn. *& Spiritum ſanctum verum Deum*.
6. *Coæternum*] Crab. cum pleriſque noſtris codd. alia interpunctione, *coæternum veneramur, unum tamen Deum*.
7. *Quia*] Crab. *qui*. Mox Lucenſ. Vallic. & uterque Vat. *Deus natus eſt Filius*.
8. *Totum gen.*] Vat. 1342. *totum genuit in Filium*. Vallic. & alius Vat. *totum ingenitum, & in Filium*.
9. *Quod Deus Pater eſt*] Ita codd. Vind. ac Thuan. conſentientibus ceteris omnibus aliarum collectionum. Unus C Queſn. *quod Pater eſt Deus, idem eſſe & Filium — certiſſime tenemus*.
10. *Non demut.*] Sic omnes noſtri codd. & Thuan. Queſn. *non demutatum, ſed permanens. Credimus hominem natum*.
11. *Ita verum D.*] Melior videtur lectio cod. Lucenſ. *ita verum hominem & verum Deum intelligimus, ut verum Deum verum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus confitendum*.
12. *Crucifixum*] Queſn. *crucifixum & mortuum*.
13. *Mundatos remiſſ.*] Queſn. inſerit *confitemur*.
14. *Vel corpora noſtra*] Hæc verba delevit Queſn. licet fateatur illa exhiberi in duobus Thuan. uti in omnibus noſtris quinque codd. diverſarum collectionum leguntur. Solus Lucenſ. poſt *vel corpora noſtra* ſubjicit *accepimus*. Melius Vallic. & Vat. *accepturos*, deleto in fine verbo *recepturos*: pro quo Queſn. *recepturas*.

INDEX CAPITUM
OPUSCULORUM ADVERSUS ARIANOS, S. PHOEBADII AGINNENSIS EPISCOPI.

I.

Liber contra Arianos.

II.

Tractatus de Fide orthodoxa contra Arianos.

III.

TITI

BOSTRENSIS EPISCOPI

LIBRI TRES ADVERSUS MANICHÆOS.

INTERPRETE FRANCISCO TURRIANO S. J.




ACCESSERUNT

Supplementa e Parallelis Damascenicis Rupefucaldinis :

NEC NON

ORATIO IN RAMOS PALMARUM.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
363.



ΤΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΑΤΑ
ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Α'.

TITI EPISCOPI BOSTRENSIS
CONTRA
MANICHÆOS
LIBER I.

ΠΑσι μὲν, οἷς γέγονε διὰ σπουδῆς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁμαρτανομένων τὰς αἰτίας ἐξελεῖν Θεῷ, ὅσιός τε καὶ ἀληθὴς γέγονε κατὰ τοῦτο τῶν τοιούτων ὁ σκοπός· εἴγε μὴ διαφυγόντες τὸ προνοεῖν τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν Θεὸν, εὐλόγως καὶ φιλαλήθως ἀνθρώποις ἀνέθηκαν τὰ σφῶν αὐτῶν ἁμαρτήματα. ἐπεί τοί γε μικρὸν ἰᾶσθαι τι βουληθέντες μείζονι καὶ χαλεπῷ νοσήματι τῆς ἀσεβείας περιέπεσον, εἰς ἄρνησιν τῆς ἐν παντὶ φαινομένης τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐμπεσόντες. ὁ δὲ μανεὶς ἐκ βαρβάρων καὶ τῆς μανίας αὐτῆς ἐπώνυμος, ἔτι πρὸς ἀσέβειαν βλαβερωτέρῳ φαρμάκῳ κατεχρήσατο· κακίας γὰρ ἀναίτιον ἀποδεῖξαι τὸν Θεὸν βουληθεὶς, κακίαν προϊὼν ἀντέστησεν αὐτῷ· ἀγέννητον, ὥς φησιν, ἀγεννήτῳ, ζῶσαν ζῶντι, ἀεὶ μὲν ἐπανισταμένην καὶ μαχομένην, καὶ οὔποτε μὴ, οὐχὶ B πράγματα παρέχουσαν αὐτῷ· ἀναιρεθῆναι δὲ πρὸς αὐτοῦ παντελῶς μὴ δυναμένην, ὡς ἀΐδιόν τε καὶ συμπεπληρωμένην τὴν οὐσίαν καὶ ἀγέννητον· καὶ καπνὸν, ὥς φασι φεύγων, ἐμπέπτωκεν εἰς τὸ πῦρ. ἵνα γὰρ μὴ τῶν παρ' ἡμῖν, ὡς οἴεται, κακῶν ὑπέχειν, δοκῇ τὰς αἰτίας ὁ Θεὸς, αὐτός γε ὅλης τινὸς καὶ ὁλοκλήρου παρ' αὐτῷ κακίας παραπολαύειν. τί γὰρ εἰ μακροθύμως καὶ σοφῶς, ὥς φησι, μεταχειρίζεται; ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπολέμητος ἂν εἴη κατάγε τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν· οὐ τί ἂν γένοιτο τῶν πρεπόντων περὶ Θεοῦ λογισμῶν ἀλλοτριώτερον.

A I. QUibus ſtudium eſt, cauſſas eorum quæ homines peccant, a Deo removere, ajunt ſanctum & verum eſſe Deum: huc ſpectant tales, & hoc eis propoſitum eſt tueri. Cum enim non negant, procurare Deum res noſtras, recte ac vere hominibus peccata eorum aſſignant; alioqui parum quid ſanare qui voluerunt, in graviorem & difficiliorem impietatis ægritudinem inciderunt, Dei providentiam quæ in univerſitate rerum cernitur, negantes. Manichæus vero, qui a barbarie & furore nomen ducit, nocentiore adhuc contra impietatem remedio abuſus eſt: cum enim demonſtrare voluiſſet, non eſſe Deum auctorem mali, malum ei oppoſuit, ingenitum, ut ait, ingenito, vivum B vivo, ſemper obſiſtens ac repugnans, & numquam non negotium & moleſtias inferens; quodque ab eo funditus extingui & interire nequeat, utpote æterna & completa ſubſtantia, tamquam ingenita: ſic *fugiens fumum*, ut eſt in proverbio, *in ignem incidit*. Etenim ne videatur Deus, ut Manichæus exiſtimat, noſtrorum malorum eſſe in cauſſa, ex toto quodam & integro malo apud ſe fructum fingit percipere. Quid enim, ſi res tractat Deus, ut *Manichæus* ait, toleranter & ſapienter? at numquam opinione hujus, bello & pugna carebit: quo, quid poteſt de Deo, quod minus eum deceat, cogitari?

Ὅτι μὲν γὰρ ἀσεβὲς τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικημάτων αἴτιον παντὶ σθένει τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν, C πρῶτος πρεσβεύειν ἐσπούδακε τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὁ λόγος· ζητουμένου δὲ, τίνα τρόπον πλημμελοῦμεν ἡμεῖς, τοῦ Θεοῦ μὴ βουλομένου, οὐ περὶ μειζόνων κατηγοροῦμεν Θεοῦ, περὶ μικροτέρων, ὥσπερ ἐκεῖνος ἀπολογεῖσθαι βουλόμενος.

Ἀλλ' αὐτὴν τῆς ἀληθείας τὴν ὁδὸν, ἔκ τε τῶν ἁγίων γραφῶν καὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἔχοντες, ἀσφαλῶς ὁδεύομεν πρὸς τὴν τοιαύτην ζήτησιν, τῷ γε αὐτοῖς φιλαλήθως προσεγκαλεῖν ἀσεβῆ τὴν ἀπόδειξιν τὴν ὑπὲρ Θεοῦ ποιούμενοι· οὐ γὰρ ἵνα τῷ λόγῳ διαφύγωμεν, ὧν εἰς ἀλλήλους πλημμελοῦμεν τὰ ἐγκλήματα, προσῆκεν εἰς Θεὸν ἀσεβεῖν, πραττομένους παρ' αὐτοῦ τὰ πάντων ὑβριστικώτερα, καὶ μηδαμῶς ὄντα.

Πρὸς δὲ τούτοις ἰάσιμα τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἁμαρτήματα νομίζοντες, ἅτε δὴ μὴ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς καθ' ἡμῶν ῥέοντα, ἀλλ' ἕτερόν τινα τρόπον πρὸς ἡμῶν πραττόμενα, (ὃν ὁ λόγος σαφῶς κατὰ καιρὸν ἑρμηνεύσει) οὐ μόνον εἰς Θεὸν οὐκ ἀσεβοῦμεν, μὴ

C II. Quod pium quidem ſit apud homines, totis viribus confiteri, Deum non eſſe injuriarum & maleficiorum auctorem, prima doctrina Eccleſiæ catholicæ ſtuduit profiteri. Cum autem quærimus, quomodo nos peccamus nolente Deo, ut peccemus? de gravioribus nos Deum accuſamus, cum a levioribus eum, ſicut ille, defendere volumus.

Sed qui viam veritatis ex ſanctis ſcripturis & ex communibus notionibus cognitam habemus, pergamus firme ad talem quæſtionem, piam argumentationem pro Deo concludentes, nos ipſos ſtudio veritatis accuſando: non enim ut verbo accuſationem eorum, quæ in nos inter nos peccamus, declinemus, decebat in Deum impios eſſe, poſcentes ab eo, quæ ſunt contumelioſiora omnibus, & D quæ nequaquam ſunt.

Præterea qui exiſtimamus peccata apud homines ſanabilia eſſe, utpote quæ non a principio quodam contra eos effluant, ſed alio modo a nobis fiant; (quem diſputatio ſuo tempore explanabit) non ſolum non ſumus in Deum impii, non audentes

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

τολμῶντες αὐτοῦ καταστοχάζεσθαι χαλεπὴν ἀδυναμίαν, τοῦ αὐθεντεῖν κακίᾳ τῇ μὴ οὔσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰ πραττόμενα πρὸς ἡμῶν κακίας τρόπῳ παύειν ἐπιχειροῦμεν· τῷ γε σαφῶς τοῖς προσέχουσιν ἀποδεικνῦσαι, ὡς τὰ πρὸς ἡμῶν ἀλήθειαν ἔχοντα τοῦ γίνεσθαι τὴν ἀρχὴν, δι' ἡμῶν ἂν καὶ τέλος τοῦ μὴ γίγνεσθαι λάβοι, εἰ καὶ μὴ παρὰ πᾶσιν· οὐ γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τὸ καθόλου, ἀλλά γε παρ' ἑκάστῳ τῶν ἐσπουδακότων· (δεῖγμα μέντοι τοῦ καθόλου, τὸ ἐφ' ἑκάστου ἐνδεχόμενον) ὁ μέντοι βαρβαρικὴν ἀσέβειαν ἐπινοήσας ἄναρχον κακίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ἀληθῶς ἀνάρχου καὶ μόνου πλασάμενος, καὶ δευτέραν ἀρχὴν ταύτην μανικῶς ὁρισάμενος, οὐ μόνον ἐν ἴσῃ τάξει τίθησι κακίαν Θεῷ, ὥσπερ τιμῆσαι ταύτην ὁ δῆθεν μισῶν προελόμενος, ἀλλὰ καὶ ἀνίατα πάντη τὰ ἐκ τῆς ἀνάρχου ῥέοντα κακὰ ἐπάναγκες φάσκων, ἀδιόρθωτον παρὰ ἀνθρώποις τὴν ἀδικίαν ἐπιβούλως οἴεσθαι ποιεῖ τοὺς πειθομένους αὐτῷ· ὥστε προλήψει τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἡδονῆς προβάλλεσθαι ἀντὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν ἀπαγόρευσιν, ὡς ἀδυνάτου ἀνάρχου κακίας ἐπισχεῖν τὴν φοράν· πλὴν εἰ μή τις ἐπιθυμίᾳ δόξης τοῦ δοκεῖν τὸ πλέον ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἔχειν, ὡς δὴ μυθολογοῦσι, σπουδάσας μὲν, κατορθώσειεν ὡς οἷόν τε τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὡς αὐτόθεν ποιῆσαι δῆλον, ὡς οὐχ ἑτέρωθεν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἐπλημμέλει· ὅμως δ' ἀπενέγκηταί τινα δόξαν παρ' αὐτοῖς, ὡς τὴν κρᾶσιν εἴη βελτίων τῆς φύσεως, ὁ μὴ φύσει, πόνῳ δὲ καὶ ἱδρῶτι χρώμενος· ὃς δὴ καὶ ἐπαινεῖσθαι, οἴοιτ' ἂν τοῦ ἀληθοῦς ἐπαίνου στερούμενος· τὴν γὰρ εὐδοξίαν τοῦ πόνου τῆς ἀρετῆς εἴγε τῆς εὐσεβείας τῆς πρὸς Θεὸν ἤνυετο καταλιμπάνων ἅρπαγμα ψευδῶς τὸ ἀναγκαῖον τῆς φύσεως ἡγεῖται, τὸ χρήσιμον τῆς φιλοπονίας πρὸς ἀσέβειαν κατὰ Θεοῦ μετερχόμενος· ὡς μήτε τὸν ῥᾳστώνῃ προσκείμενον πλήττεσθαι τὸν νοῦν κακοπραγοῦντα, εἴγε ἄλλῃ τῇ ἀρχῇ λογίζοιτο τὰ πραττόμενα, μήτε τὸν σπουδῇ χρώμενον ἄξιον εἶναι θαυμάζεσθαι, καίτοι λογισμῷ πονοῦντα πρὸς τὸ τῶν πάντων χαλεπώτατον, πρὸς ἀσέβειαν κατὰ Θεοῦ παιδαγωγηθῆναι.

conjecturam facere, non posse Deum propter difficultatem resistere vitio quod ei non inest, sed quæ a nobis vitiose aguntur, nitimur in eis cessare; cum iis qui advertunt, demonstramus, quæ a nobis principium ducunt, ut fiant, per nos etiam, ne fiant, finem assequi, tametsi non apud omnes: non enim hoc generale in singulis est, sed in singulis eorum qui studium adhibuerunt, (judicium tamen universi est, posse esse in singulis.) Verumtamen qui barbare cum impietatem excogitavit, fingens malum sine principio, contra Deum vere principio carentem, ac solum, & hoc secundum principium insane constituens, non solum malum collocat in ordine æquali Deo, tamquam hoc honorare velit, quod scilicet odit; sed mala, quæ ex malo quod principio caret, insanabilia penitus esse, cum necessario affirmat, facit insidiose, ut existiment qui ei credunt, injustitiam non posse apud homines corrigi. Ita ut anticipata voluptate peccatorum, pro conversione desperatio objiciatur; quasi fieri non possit, ut impetus vitii quod principio caret, coerceatur. Præterquam si quis cupiditate gloriæ, quod plus boni, ut isti fingunt, habere videatur, studium adhibeat, ut, quoad fieri potest, non peccet, ut manifestum faciat, non aliunde quam a se peccatum proficisci. Existimabitur tamen apud ipsos melior esse propter admixtionem naturæ, qui non natura, sed labore & sudore usus est, qui quidem putabit se laudari, cum alioqui vera laude privetur. Veram enim gloriam ex labore ac studio virtutis proficiscentem relinquens, si quidem pietati erga Deum studebat, necessitatem naturæ rapinam esse falso ducit, qui utilitatem industriæ ad impietatem in Deum adhibet; ut nec animus ignaviæ & inertiæ deditus, cum male agit, pungatur, si quidem alteri cuidam principio actiones adscribit: neque qui studio utitur, laude dignus habeatur, quippe qui in id cogitatione incumbat, quod est omnium atrocissimum, institui scilicet ad impietatem adversus Deum.

Μὴ συνιέντες δὲ οἱ ἀπ' ἐκείνου, τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας τὸν λόγον, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων τὰς παραλόγους πράξεις ἐξετάσαντες, τὸν εἰρημένον τρόπον ἐσφάλησαν· ἀλλὰ καὶ πλεῖστα τῶν δημιουργημάτων· μᾶλλον καὶ σχεδὸν ἅπαντα ψόγον οὐδένα κατὰ τὸ ἀληθὲς ἐπιδεχόμενα διέβαλον· κακὰ δὲ ταῦτα προσεῖπον τῶν μὲν κρᾶσιν τῶν ἐναντίων, ὥς φασι κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ καταψευσάμενοι, τῶν δὲ μονοειδῆ κακίαν κατειπόντες, καὶ συνέχεαν τόγε ἐπ' αὐτοῖς τὰ πάντα, κακὰ τὰ μηδαμῶς κακὰ προσειπόντες. εἰ μὲν γὰρ τὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικίαν μόνην οὖσαν ἀδικίαν διέβαλον εἰς κακίαν, ἐχρῆν μὲν καὶ οὕτως ἀσφαλίζεσθαι τ' ὄνομα καὶ τὴν περὶ αὐτῆς δόξαν, ὡς ὑπαρχούσης καὶ μὴ ὑπαρχούσης, ἐν τε τῷ πράττεσθαι, καὶ μὴ πράττεσθαι· ἥκιστα δὲ ἀρχὴν ἐπεισάγειν αὐτὴν κατὰ Θεοῦ· ὅμως δ' ἂν αὐτοῖς εὐπερίγραπτον ἦν τὸ σφάλμα. νυνὶ δὲ σχεδὸν ἅπασαν τὴν δημιουργίαν κακίσαντες· ὑπέρογκον τὴν βλασφημίαν κατὰ Θεοῦ πεποίηνται, καὶ παράγουσιν ὡς ὁμολογούμενα τῷ λόγῳ καὶ πάντα τὰ θηρία καὶ τὰ κνώδαλα, οὐκ οἰόμενοι χρῆναι πρὸς ἀγαθοῦ ταῦτα γεγενῆσθαι, οὐκ ἄχρηστα μόνον, ὡς ὑπειλήφασιν ὄντα, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀνθρώποις βλαβερώτατα· καί τοί γε δειχθῆναι δυνάμενα, ὡς μᾶλλον ὠφελιμώτερα καὶ χρησιμώτερα τυγχάνει, ἤπερ τὰ ὄντως ἀνθρώποις λυσιτελεῖν δοκοῦντα· καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα συνείρουσιν εἰς διαβολὴν τῶν ὄντων, καὶ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως.

III. Cum vero Manichæi rationem creationis mundi a Deo facti non intelligerent, non solum actiones hominum a ratione aversas excutientes, eo modo quem diximus, lapsi sunt; sed etiam plurimas creaturas, immo fere omnia in crimen vocaverunt, quæ nullam tamen vituperationem vere admittunt; mala autem hæc appellaverunt, in aliis quidem mistionem contrariorum, boni scilicet & mali, ut loquuntur, mentientes; in aliis vero malum simplex & unius formæ reprehendentes: & quantum in ipsis fuit, omnia confuderunt, appellantes mala, quæ minime mala sunt. Si enim injustitiam in qua homines sunt, quæ sola est injustitia, accusarent tamquam malum; sic etiam oportebat nomen & opinionem de ea munire, tamquam quæ esset, dum est actio; aut non esset, dum non est actio: non autem oportebat introducere principium ipsum contra Deum: fuisset tamen eorum error affatim circumscriptus & terminatus. Nunc autem cum fere omnia quæ fabricata sunt, mala esse dicant; blasphemiam in Deum in infinitum auxerunt, & producunt tamquam certa & ratione ac judicio probata, omnes bestias & feras, non putantes oportere facta esse hæc a bono, non solum eorum opinione inutilia, sed hominibus nocentissima. Quamvis demonstrari possint utiliora & commodiora esse quam ea, quæ vere hominibus conducere videantur; ac multa quidem alia connectunt ad accusationem rerum, & gubernationis universi.

Ὁ δὲ λόγος οὐδὲν ἀναπόδεικτον τῶν τε εἰρημένων καὶ ῥηθησομένων καταλιπεῖν πειράσεται· δύο γὰρ ἐναντίων φύσεων κρᾶσιν ἐν τοῖς οὖσι φανταζόμενοι διανέμουσι ταύταις τὰ ὄντα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς· πόθεν λέγοντες τὰ κακά· εἰ μὴ ἔκ τινος ἀρχῆς καὶ ταῦτα τυγχάνει; εἰ δέ τις ἐρωτήσειε ποῖα; συνείρουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήματα καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα καὶ αὐτὴν ὅλην τὴν πάνσοφον οἰκονομίαν κακίζουσιν· ὡς εἴ τις δείξειε πάντα καλῶς καὶ ἀναγκαίως γεγονέναι καὶ γίγνεσθαι, οἴχεται αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ὁ περὶ τῆς ἐναντίας ἀρχῆς λόγος. μὴ γὰρ συνιέντες, ὅπως ἔχει τὰ κάτω, ἐπλάσαντο περὶ τὰ ἄνω μὴ δὲ καταλαβόντες τίνα τρόπον διάκειται τὰ ὁρώμενα, ἐσυκοφάντησαν τὸ μὴ ὁρώμενον· καὶ γνῶναι σπουδάσαντες διὰ τὸ μὴ γνῶναι, ἀγνοίᾳ μείζονι περιέπεσον· ὡς γὰρ ἐν σκότει τὴν περὶ τῶν φαινομένων ἔννοιαν ζητοῦντες, οὐ μόνον οὐχ εὗρον, ὃ ζητεῖν ἐδόκουν, ἀλλὰ καὶ μεῖζον ἑαυτοῖς τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας πεποιήκασιν· ἡμεῖς δὲ πρῶτον περὶ τῶν δύο ἐναντίων ἀρχῶν ἃς ὑποτίθενται διαλαβόντες, οὕτως ἥξωμεν πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀπόδειξιν, ὡς καλῶν καὶ ἀναγκαίων ὄντων ἁπάντων καὶ ἐκείνων ὡς προλαβὼν ἔφην, μάλιστα καθ᾽ ὧνπερ πλείστην καταδρομὴν ποιοῦνται, ὡς ὁμολογουμένων κακῶν· ἔτι δὲ καὶ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως, καὶ δι᾽ ὧν πικρίαν αὐτῆς ἀγνωμόνως καταψηφίζονται, τὰ ἀναγκαιότερα οἰκονομούσης οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικημάτων, ὡς οὐδὲ διὰ ταῦτα προσῆκε κακίας ἀρχὴν κατὰ Θεοῦ φαντάζεσθαι· δειχθήσεται γὰρ ὡς καὶ ταῦτα τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς, ἐμφαίνει τὴν ἀγαθότητα· καὶ οὔτε κατὰ βούλησιν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπων γίγνεται· οὔτε ἔκ τινος αἰτίας ἢ ἀρχῆς καθ᾽ ἡμῶν φέρεται.

IV. Dabitur vero opera, ut nihil tam eorum quæ dicta, quam quæ dicenda sunt, disputatio non ratione conclusum relinquat: fingunt enim cogitatione duarum naturarum contrariarum admistionem, & his, ut eis videtur, res omnes distribuunt. Undenam, inquiunt, mala, si hæc non ex aliquo principio sunt? Si quis vero percontetur, qualia peccata in homines confertis? quæcumque fabricatus est Deus, & totam ipsam rerum sapientissimam compositionem ac gubernationem vituperant: ut jam si quis demonstret omnia bene & necessario facta esse & fieri, necesse est excidat eis & avolet ratio contrarii principii. Cum enim ea quæ infra sunt, non intellexissent, quomodo habeant de iis quæ sunt supra, sunt commenti, neque percepissent quomodo ea quæ videntur, disposita sint, id quod non videtur, calumniati sunt; & cum studere viderentur, ut cognoscerent, quia non cognoverunt, in majorem ignorantiam inciderunt: etenim veluti in tenebris quærerent, quæ de iis quæ apparent, ignorabant, non solum non invenerunt, quod quærere videbantur; quin potius majores ignorantiæ tenebras sibi offuderunt. Nos vero primo de duobus principiis contrariis, quæ ponunt, differentes, ad conclusionem argumentationis de universo veniemus: esse scilicet bona & necessaria omnia, & illa maxime, ut superius dixi, in quæ maximum impetum & incursum faciunt, quasi omnium concessu mala sint; præterea etiam omnium rerum gubernationem, atque illa in quibus severitatem providentiæ, qua, quæ magis necessaria sunt, procurantur, improbant; & non solum hæc, sed de iis etiam quæ apud homines injuste fiunt, neque propter hæc principium mali contra Deum oportere cogitare: docebimus enim hæc etiam bonitatem Dei qui nos fecit, declarare; & neque ab hominibus fieri secundum voluntatem Dei, nec ex principio quopiam contrario in nos ferri.

Τοιγαροῦν λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς μυθώδους ἀσεβείας αὐτῶν ἔλθωμεν, ἐξετάζοντες, εἰ παραδέχονται γοῦν αἱ κατὰ φύσιν ἔννοιαι δύο [1] ἐναντίας ἀρχὰς τῶν ὄντων· εἰ γὰρ μηδὲ συμφωνούσας δόξαιντ᾽ ἂν ἧττόν γε μαχομένας. γράφων τοίνυν ἐκεῖνος αὐτὸς, ὁ χαλεπώτατα μανεὶς, ἄρχεται πανταχοῦ· ἦν Θεὸς, καὶ ὕλη· φῶς, καὶ σκότος· ἀγαθὸν, καὶ κακόν· ἐν τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ, ἀγέννητά τε καὶ ζῶντα ἄμφω· οὐκ οὖν ἢ χωρίσει γε ταῦτα ἀπ᾽ ἀλλήλων, ἢ σὺν ἀλλήλοις ὄντα φίλα καὶ οὐδαμῶς ἐναντία φανήσεται. ἀλλὰ δῆλον ὅτι χωρὶς ἀπ᾽ ἀλλήλων, καὶ αὐτὸς ταυτὰ εἶναί φησιν· ἆρ᾽ οὖν συμπεπερασμένον ἑκάτερον θατέρῳ τὴν οὐσίαν ἔσται· καὶ οὐδέτερον ἀπερίοριστον· περιορίζειν δὲ κατ᾽ οὐσίαν τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ἀπέραντον εἰδέναι τε καὶ ὁμολογεῖν, πῶς οὐ λίαν ἀσεβές; ὃ ποτε οὐ μόνον περιορίζεσθαι δόξει τὴν οὐσίαν καὶ περιγράφεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῆς κακίας, ὡς ἐκεῖνός φησι τοῦτο πάσχειν. ὅπερ πρῶτον μὲν τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐκτὸς, αἵ τινες ὑποβάλλουσιν αὐτὸν γινώσκειν εἶναί τι πανταχοῦ, καὶ ἀπερίληπτον ὑπάρχειν τὴν φύσιν.

V. Igitur aggrediamur deinceps ad Principium impietatis illorum commentitiæ, inquirentes, utrum notiones naturales duo contraria Principia rerum admittant: si enim ne consentientia quidem admittunt, multo minus pugnantia. Scribens igitur ille ipse furens Manichæus, ubique incipit: *Erat Deus, & materia; lumen, & tenebræ; bonum, & malum, in omnibus summe contraria*; ut in nulla re alterum cum altero communionem & societatem haberet, ambo ingenita & viventia: igitur aut disjungent se; aut si fuerint simul, amica & nequaquam contraria esse apparebit. At patet dicere eum, sejuncta esse hæc. Igitur utrumque cum altero finitum & terminatum erit secundum substantiam, & neutrum incircumscriptum & infinitum: circumscribere autem Deum secundum substantiam, & non nosse & confiteri infinitum esse, quomodo non est admodum impium? Quandoquidem non solum circumscribi & terminari substantia Dei videbitur, sed a malo, ut ille ait, hoc accipere. Quod quidem extra communes notiones est, quæ menti suggerunt, ut eum ubique esse noscat, & natura incomprehensum.

Ἔτι μὲν εἰ ταῦτα διέστηκεν ἀναγκαίως ἀλλήλων, οὐ μόνον Θεοῦ κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν δόξει τὴν φύσιν περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίῳ τόπῳ τυγχάνειν, καὶ καταμένειν παραπλησίως τῷ ἐναντίῳ· τὰ γὰρ ὑπ᾽ ἀλλήλων εἰργόμενα, τόποις ἰδίοις δηλαδὴ περιγράφεται. ἔστιν οὖν ἐξεταστέον, εἰ μὲν πρεσβύτερα τῶν τόπων ἄμφω τὰ ἐναντία ὡς ἀγέννητα, ἦν

VI. Præterea etiam, si hæc necessario a se dissident, non solum Deus opinione illius insana naturæ circumscriptæ esse videbitur, sed in privato loco esse, & residere prope contrarium. Quæ enim a se mutuo arcentur, propriis & privatis locis circumscribunt. Excutienda igitur sunt hæc, si ambo contraria tamquam ingenita antiquiora locis erant,

1. Δύο] In cod. ms. erat δὶ, nullo plane sensu; ideoque illud omiserat Turrianus: reposuimus δύο; duo quippe tuebatur Principia Manes. Basn.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

ὅτε πάλιν πρότερον ἐτύγχανε κοινῇ τῆς ἐναντιότητος ἀπηλλαγμένα. εἰ δὲ συναΐδιος ἑκατέρου τῆς οὐσίας ὁ χωρισμὸς, προγενέστερος ἑκατέρου τῆς οὐσίας ὁ τόπος, ἢ συναγένητος. ἀλλ' εἰ μὲν προγενέστερος ὡς ἑκατέρου τόπου βλάστημα δοκεῖν εἶναι ἑκάτερον, αὐτ' ἀγένητα ταῦτα, οὔτε ἀΐδια· ὅπερ ὑπάρχειν δόξει τοῖς τόποις ἐξ ὧν ταῦτα· εἰ δὲ συναγένητος ἔσται, πλείω, καὶ οὐκέτι δύο τὰ ἀγένητα· ἀνάγκη γὰρ ἕτερα τυγχάνειν ἐκεῖνα παρὰ ταῦτα, ἐν οἷς ἐστι ταῦτα, ὧν ἄνευ οὐδὲ εἶναι δυνήσεται.

A aliquando rursus prius erant communiter a pugna inter se libera. Sin vero disjunctio substantiæ utriusque simul ex æternitate fuit, antiquior erat locus substantiæ utriusque, vel simul cum illis ingenitus. Si autem antiquior, ut jam ambo videantur utriusque loci propagines, non sunt hæc ingenita, nec æterna: quod quidem locis ex quibus hæc exstiterunt, videbitur inesse. Si vero locus est simul cum illis ingenitus, erant plura ingenita, & non jam duo: necesse enim est, ut alia sint illa loca præter hæc quæ in illis sunt, sine quibus nec esse possunt.

Πρὸς δὲ τούτοις καὶ μεθόριον ἀμφοτέρων ἀπαιτητέον διεῖργον καὶ διακωλῦον ἑκατέρῳ τὴν πρὸς θάτερον κοινωνίαν, ἵνα μὴ διὰ τῶν περάτων αὖθις ἀλλήλοις καταμιγνύμενα τὸν τῆς ἐναντιότητος διαφθείρῃ λόγον. τί τοίνυν ἔσται τὸ διαφράττον καὶ διεῖργον ἄμφω; τρίτου γάρ τινος κατ' οὐσίαν χρείαν ἔχει παρ' αὐτοῖς τῆς μυθολογίας τὸ πλάσμα· ἆρ' οὖν τὸ ἀδαμάντινον τεῖχος ἐροῦσιν ἡμῖν· ἤ τι ἕτερον παραπαίοντες; τῇ τίνος δὲ προνοίᾳ τοῦθ' ὅποτε φήσουσι παρεγγεῖσθαι; ὁποτέρῳ γὰρ τῶν ἐναντίων βουληθεῖεν ἀναθεῖναι τοῦτο, ὡς ὕστερόν ποτε παρεμβληθὲν, ἄπορος αὐτοῖς ἡ ὑπόθεσις εὑρεθήσεται. πρὸς γὰρ τὸ ἀρχαιότερον ἀναβὰς ὁ λόγος αὖθις φωράσει τὰ ἐναντία ἀλλήλων ἀχώριστα, ὡς οὐδαμῶς ἐναντία· εἰ δὲ μηδετέρου προνοίᾳ τὸ μεθόριον, ὃ δηλοῦσιν ὑπάρξαι φήσουσιν, ἕτερον ἀγένητον ἐπεισάγοντες ἐξ ἀνάγκης ὁμολογοῦσι, μηδετέρου τῶν ἐναντίων τῆς οὐσίας μετέσχον, ἵνα τῷ πάντη διαλλάττειν χωρίζῃ ταῦτα· καὶ εὑρεθήσονται ὄχλον ἀγενήτων τιθέμενοι, δύο φήσαντες εἶναι.

VII. Ad hæc poscendum est ab istis intermeB dium, & utrisque interjectum, quod alterius cum altero communitatem arceat & prohibeat, ne finibus inter se commista, rursus rationem ac naturam contrariorum tollant. Quid igitur erit istud, quod ambo illa disterminet, & intersepiat? opus enim habet apud istos cujusdam tertii commentum fabulæ. An dicturi sunt nobis, esse murum adamantinum, aut aliud quid delirum? Cujusnam vero providentia hoc quidquid sit, interseptum esse dicent? utricumque enim contrariorum hoc assignare velint tamquam postea immissum, non reperient exitum in hac caussa, neque se hinc expedient. Revocata enim ascendendo ad antiquius disputatio rursus deprehendet contraria inter se separata, tamC quam nullo modo contraria. Sin vero neutrius providentia interseptum, quod declarant, esse dixerint, necessario fatentur introducere se aliquid ingenitum, quod neutrius substantiam participet, ut omnino dirimendo separet hæc; atque ita fiet, ut reperiantur turbam ingenitorum ponere, qui duo ingenita esse dixerunt.

Τὰ ἀγένητα, τὸ μέν τοι διεῖργον καὶ μεθόριον, εἴτε δὴ τεῖχος, εἴτε γῆ ἄοικος, εἴτε καὶ ὅπερ ἂν θέλοιεν· ποῦ μὲν ἄρ' ἔχει τὴν ἕδραν, ποῦ δὲ τὴν κορυφήν; ἀλλὰ δῆλον ὡς κάτω μὲν τὴν ἕδραν· ποῦ δὴ καὶ πόσον; ἄνω δὲ τὴν κορυφήν, ποῦ καὶ ἐπὶ πόσον; τὸ γὰρ ἄνω καὶ κάτω δημιουργίας ὀνόματα, πρὸ δημιουργίας· δεῖ μέν τοι καὶ βαθύτερον καὶ ὑψηλότερον εἶναι τὸ μεθόριον τῆς τῶν χωριζομένων οὐσίας· ἵνα μὴ κάτωθεν ἢ ἄνωθεν ἐλλεῖψαν, πάροδον τοῖς ἐναντίοις παράσχῃ πρὸς ἄλληλα. εἰ δὲ σκιᾷ καὶ ἡλίῳ παραβάλλοιεν ὃ καλοῦσι μεθόριον, οἰήσονται μὲν, ὡς οὐδὲν ἐπικοινωνεῖ τῷ ἡλίῳ ἡ σκιά· διελεγχθήσονται δὲ χαλεπῶς πρὸς τοῦ Μάνεντος ἠπατημένοι· σκιὰ γὰρ ἡλίου κοινωνίᾳ, καὶ δι' ὅλου παρουσίᾳ γένοιτ' ἂν, ὄγκου τινὸς ἀνέχοντος ἐν μέσῳ καὶ πρὸς θάτερον μέρος αὐτὴν παραπέμποντος· καὶ σκιὰ εἴη ἂν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τεκμήριον φωτὸς, διά τινος παρεγκειμένου σώματος ἐμποδιζομένου· ἐπεί τοι φωτὸς ἐν νυκτὶ μὴ παρόντος, οὐδ' ἂν σκιὰ μερικὴ γένοιτο. ἆρ' οὖν, ὅπη σκιά, ἐκεῖ φῶς· τὰ γὰρ ἐπέκεινα τῆς σκιᾶς, φωτὶ καταλάμπεται· πλὴν εἰ μή γε τὸ σκιάζον ὕψει τὸ φωτίζον παμπληθεὶ ὑπερβαίνει· κἂν μὴ τὸ γελοιότατον τεῖχος τῷ παραλόγῳ τιθῇ, φῶς ἐν φωτὶ διαιτωμένη φανήσεται ἡ κακία· πῶς γὰρ ἂν γένοιτο σκιὰ τοῦ φωτὸς δι' ὅλου κατὰ τῆς ὕλης ὄντος, εἰ μή τι ἐν μέσῳ γε ἀνέχοι, καὶ ἀποκλεῖον δι' ὅλου ποιοῖ αὐτήν; [1] οὐ μὴ παρεγκειμένου, καὶ πλεῖστον ὅσον ἀνέχοντος, κοινὸν ἀϊδίως ἔσται καὶ τῇ κακίᾳ τὸ φῶς.


Attamen hoc quod disterminat, & interseptum est, sive murus est, sive terra sine domibus, sive aliud quodlibet: numquid, alicubi quidem habet basim, alicubi vero culmen? Atqui perspicuum est, infra quidem habere basim. Sed ubi, & quantam? Supra vero culmen, sed ubi, & quantum? Supra enim & infra nomina fabricationis mundi, ante faD bricationem sunt apud istos: atqui oportet etiam interseptum profundius & altius esse quam ea quæ disterminantur; ne si quid ex parte inferiori aut superiore deficiat, aditum contrariis præbeat, ut simul sint. Si autem cum umbra & sole comparent illud, quod interseptum vocant, putabunt quidem nihil habere commune umbram cum sole; convincetur tamen, deceptos esse eos turpiter a Manichæo: umbra enim communione solis & præsentia fieri solet mole quadam interposita, quæ communionem & præsentiam solis ad alteram partem transmittit; nihilque aliud umbra est, quam indicium luminis corpore quopiam interjecto impediti: nocte enim, cum non adest lumen, nec pars E umbræ esse potest. Ubi igitur umbra est, ibi lumen; quæ enim ultra umbram sunt, lumine collucent, præterquam cum id quod umbram facit, multa altitudine superat id quod illuminat; & malum in lumine habitans lumen esse apparebit, nisi murum maxime ridiculum positum habent. Quomodo enim umbra esse poterit lumine materiam ex omni parte collustrante, nisi quid in medio prohibeat, & lumen omnino ab ea excludens umbram efficiat? In lumine non videbitur posuisse pro muro ridiculo; quod interpositum si non sit, & quam maxime disterminet, perpetua erit communitas malo cum lumine.

Αὖθις τὸ μεσημβρινὸν μέρος τῇ κακίᾳ διδόντες, ὡς ὄναρ τῆς δημιουργίας διαγράφουσι· ποῦ γὰρ ἦν μεσημβρία πρὸ μεσημβρίας; ἀτιμότερος δὲ τόπος ἄλλος ἄλλου τῆς δημιουργίας οὐκ ἂν γένοιτο· τὸ γὰρ εὐώνυμον ὁρῶντι πρὸς δύσιν, δεξιὸν αὖθις εὑρίσκεται

Rursus, meridianam partem malo tribuentes, somnium fabricæ describunt: ubi enim erat meridies ante meridiem? Locus autem in mundi fabrica alius alio inhonoratior non potest esse: quod enim ad lævam est in occasum adspicienti, ad dex-

1. Οὐ μή] Deesse heic aliquid videtur ex interprete.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



A πρὸς ἀνατολὰς ἰδόντι· ἀλλὰ πλείστη μὲν ἡ τοῦ δὲ τοῦ βαρβαρικοῦ δόγματος ἀτοπία· δύο γὰρ ὅλως ἀρχαὶ, πῶς ἂν εἶεν, ἢ κληθεῖεν ἀρχαί; ἀρχὴ γάρ ἐστιν ἥτε τῶν ὅλων πρεσβυτέρα καὶ τῶν ἁπάντων κρατοῦσα· ὧν οὐδέτερον ὑπάρξειεν ἂν οὐδετέρῳ. σύγχρονα γὰρ ἄμφω καὶ συναγένητα ὄντα τὸν τοῦ προτερεύειν ἀλλήλοις διαφθείρει λόγον· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας, οὐ μόνον ἀλλήλων ὡς ἐναντία γε ταῦτα ἐξῃρημένα, ἀλλὰ καὶ φύσει μαχόμενα, πῶς ἂν ἔχειν διόλου τὸ ἄρχειν νομισθείη; εἰ τοίνυν μηδετέρῳ τούτων διασώζεται τῆς ἀρχῆς ὁ λόγος, πῶς ἂν ἀρχαὶ κληθεῖεν;

tram rursus est adspicienti in orientem. Verum absurdissimum est hoc barbaricum dogma: duo enim prorsus Principia quomodo Principia sint, aut appellentur? siquidem principium est, quod omnibus est antiquius, & omnium tenet principatum & imperium; quorum neutrum in neutro duorum esse potest. Esse enim ambo ejusdem temporis & cognata, rationem eorum inter se principatus & excellentiæ tollit. Immo quæ non solum a principatu potestatis inter se libera sunt, utpote contraria, sed natura pugnant; quomodo cogitari possunt habere omnino principatum? Quod si ratio principatus neutrum horum incolume servat, quomodo Principia vocabuntur?

B

Πῶς δ' ἂν οἱ φυσικοὶ λογισμοὶ παραδέξαιντ' ἂν ὑπάρχειν ἐναντία δύο κατ' οὐσίαν, ὅπου γε πρῶτον μὲν τὸ τῆς οὐσίας ἀμφοτέροις ὄνομα κοινόν; καθὸ τοίνυν πρῶτον ἑκάτερον οὐσία, δῆλον ὡς ὁμονοοῦντα καὶ οὐκ ἐναντία· ἔπειτα ζῶα ἄμφω· πρὸς δὲ τούτοις ἐπίσης ἀγένητα. ὧν δὲ τὰ αὐτὰ ὀνόματα, καὶ αὐτὴ ὑπογραφὴ, τούτων πῶς ἡ οὐσία μαχομένη καὶ ἐναντία; καὶ τοί γε τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων ἐστὶ σημαντικά· κατηγορεῖ γὰρ ἑκάστου τὸ τί ἐστιν ἕκαστον ὡς ἐνδέχεται· γνωρίζομεν τοίνυν ὡς δύναμις τοῖς ὀνόμασι τὰ πράγματα· ἆρ' οὖν ἑκάτερον τῶν παρὰ τῷ Μάνεντι νομιζομένων ἐναντίων, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγένητος ὀνομάζεται· εὔδηλον ὡς ἐκ βαρβάρων τὴν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης λαβούσης πλάνης C διέφθαρται παρ' αὐτοῖς τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἡ ἀκολουθία· ὁλόκληρος γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ ἐπίσης τυγχάνει ἑκατέρου ὑπογραφὴ οὐ μόνον ἐναντιότητος πᾶσαν ὑποψίαν ἐξορίζουσα, ἀλλ' οὔτε διαφοράν τινα συγχωροῦσα ἐν τοῖς ὀνομαζομένοις ὑπάρχειν.

VIII. Quomodo rationes naturales admittent, ut sint duo secundum substantiam contraria, ubi primo quidem nomen substantiæ commune est utrisque? Primum igitur, quatenus utrumque substantia est, perspicuum est, convenire inter se, & non esse contraria. Deinde ambo sunt animalia, præterea æqualiter ingenita. Quorum autem eadem sunt nomina, & eadem descriptio, horum substantia quomodo contraria aut pugnans esse potest? Siquidem nomina res significant: dicitur enim de unoquoque quod unumquodque est, ut esse potest: itaque cognoscimus vim nominum esse res: utrumque igitur eorum quæ Manichæus contraria putat, substantia vivens & ingenita nominatur; manifestumque est, cum talis error principium ducat a Barbaris, esse etiam apud eos sublatam communium notionum consecutionem: integra enim atque eadem est utriusque ex æquo descriptio, quæ non modo omnem contrariorum suspicionem ejicit; sed neque differentiam ullam in iis quæ nominant, esse permittit.

Φασὶ δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακὸν, τὰς ποιότητας οἱονεὶ πρὸ τῆς οὐσίας ἐκλαμβάνοντες, οἱ τῷ Μάνεντι συντρέχοντες· τῆς γὰρ οὐσίας ὁμοίως ἐφ' ἑκατέρου ὀνομαζομένης (οὐσία γὰρ ζῶσά τε καὶ ἀγένητος ἄμφω) [1] περιττὴ λοιπὸν τῆς οἱονεὶ ποιότητος ἡ ἐναντιότης· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἁρμόζει ἐπὶ D Θεοῦ ποιότητα ὀνομάζειν, ἀλλά γε τῇ ἐννοίᾳ τρόπον τινὰ τὸ εἶναι τοῦ τοιόνδε εἶναι προτερεύει· τὸ δὲ εἶναι σημαίνεται τῷ, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγένητος. πλὴν εἰ μὴ ἴδια φαῖεν ἐπισυμβῆναι τὰ ἐναντία ἑκατέροις, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀνοητότερον· ἀγενήτῳ γὰρ οὐδὲν ἐπισυμβαίνει· ᾧ γὰρ τὸ εἶναι μὴ ἐπισυνέβη, τούτῳ οὐδὲ τὸ τοιῶσδε εἶναι. ὃ μὴ εἴη οὐκ ἐπισυμβαίνει.

IX. Ajunt autem Manichæi asseclæ hoc quidem bonum, illud vero malum; qualitates videlicet ante substantiam intelligentes: nominata enim similiter in utroque substantia (sunt enim ambo substantia vivens & ingenita) supervacanea est; deinceps sunt veluti qualitates contrariæ: etsi enim non decet nominare in Deo qualitatem, esse tamen prius quodammodo est cogitatione, quam talem esse; substantia autem significatur, cum dicitur substantia vivens & ingenita. Præterquam si dicant propria accidere ambobus contraria, quod est omnium stultissimum, ingenito enim nihil accidit; cui enim non accidat esse, huic neque taliter esse acciderit. Quod non est, non accidit.

Ποιοτήτων μὲν οὖν ἐναντιότητά ἐστιν ἐν τοῖς οὖσιν εὑρεῖν, οὐσίας δὲ οὐδαμοῦ· λευκὸν γὰρ πρὸς μέλαν ἐναντίως ἔχει· ἑκάτερον δὲ ἐν σώματι τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ· ἔχει μέντοι αὐτὰ, τῇ μὲν ἐναντίως πρὸς ἄλληλα, τῇ δὲ οὐκ ἐναντίως. πρῶτον μὲν γὰρ ὑφ' ἓν γένος ἐστὶ, χρῶμα γὰρ ἑκάτερα· ἔπειτα εἰ καὶ ἐναντία εἶναι δοκεῖ, E ἀλλά γε τῇ ὄψει ποικίλως προσάγει τὴν ἀπόλαυσιν· οὐδέτερον γὰρ αὐτοῖν τῇ ἀσυμμετρίᾳ λυπεῖ ταύτην· ἀλλὰ καὶ ἤδη ἀρετή τε καὶ κακία ἐν ψυχῇ, ὡς ἐναντία μὲν καὶ ταῦτα, οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνὶ γένει προσαγορεύεται· ἕξις γὰρ ἑκάτερα, ἅπερ καὶ ὡς ἐπισυμβαίνοντα ψυχῇ ἐνυπάρχει· ὅθεν καὶ ἀποσυμβαίνειν ἐνδέχεται τῆς, ἐν ᾗ ἐστι ταῦτα, ἄλλοτε ἄλλως διακειμένης· ὡς εἶναι δῆλον, ὡς ὁ μὲν περὶ τῆς οὐσίας λόγος ἀφώρισται, ὁ δὲ περὶ τῶν ταύτῃ ἐπισυμβαινόντων ἕτερος τυγχάνει.


Qualitates igitur contrarias licet in rebus invenire, substantias vero nequaquam: album enim & nigrum contraria sunt, utrumque in corpore eadem substantia; sunt autem talia partim contraria inter se, partim non contraria. Primum namque subter unum genus sunt; utraque enim sunt color. Deinde etsi contraria esse videntur, tamen adspectum varie delectant, neutrum enim illorum immoderatione hunc offendit. Immo etiam virtus & vitium in anima; atque hæc quidem contraria, non solum in eadem substantia, sed in uno genere nominantur: utrumque enim est habitus, quæ tamquam accidentia insunt in anima a qua abesse possunt; anima in qua hæc sunt, alias aliter affecta & disposita: ut liqueat, aliud esse de substantia loqui, aliud de iis quæ substantiæ accidunt.

Καί τοι τὸ μὲν λευκόν τε καὶ μέλαν, ἔστιν ὅτε καὶ ὡς ἀχώριστα ἐνυπάρχει τοῖς ἐν οἷς ἐστι· καὶ ὅμως

Atqui fit aliquando, ut album quidem & nigrum abesse non possint ab iis in quibus insunt; nemo

1. Περιττὴ — ἡ ἐναντ.] Basnagius sic, reddit: *supervacanea est contrarietas, quæ ipsis inest ut qualitas.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



οὐδεὶς πώποτε ἀπὸ τούτων ὠνόμακεν ἐκεῖνα, ἐν οἷς ἐστι ταῦτα· οὐδεὶς γὰρ θελήσας γάλα σημᾶναι, οὐχὶ μᾶλλον πρὸ τοῦ κατὰ τοῦ εἴδους τῆς οὐσίας ὀνόματος κειμένου κατεχρήσατο τὸ τῆς λευκότητος, ἵνα μὴ ἀνθ' ἑνὸς πολλὰ σημαίνειν δόξῃ, οἷς πρόσεστιν· ἀλλὰ μὲν καὶ κόρακα, οὐ τῷ μέλανι σημαίνομεν, ἀλλὰ τῷ τοῦ ζώου καὶ τοῦ εἴδους ὀνόματι. αὗται μὲν οὖν καὶ τοιαῦται ἀχώριστοι ποιότητες· ἀρετὴ δὲ καὶ κακία ἐν ψυχῇ τῶν ἐπισυμβαινουσῶν ποιοτήτων εἰσὶν, ὡς μᾶλλον προσήκειν μηδαμῶς ἀπὸ τούτων τὴν οὐσίαν δεῖν τοῦ ἀνθρώπου κατηγορεῖσθαι, δεῖν δὲ ταύτην ἰδίως σημαίνεσθαι· οὐδεὶς γοῦν τὸ, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐκ τῆς ἐνούσης τῷ τινὶ κακίας ἐσήμανεν, ἀλλὰ πρῶτον τῆς οὐσίας τὸ εἶδος εἰπὼν, εἶτα καὶ τὸ, τίς προσειπὼν, ὕστερον κατηγορεῖ τὴν ποιότητα.

A tamen ab his umquam illa in quibus hæc sunt, nominavit: nullus enim cum voluit significare lac, potius nomine albi abusus est, quam usus nomine substantiæ imposito speciei; ne pro uno multa significare videatur, quibus inest albus color: quin etiam corvum non declaramus nomine nigri, sed nomine avis & speciei. Hæ igitur & hujusmodi qualitates inseparabiles sunt: virtus autem & vitium in anima ex qualitatibus quæ accidunt, sunt; ut magis conveniat, ut minime videatur substantia hominis ab his nominari; sed oportere hanc proprie significare. Nemo igitur quid est homo, ex vitio quod alicui inest, significaverit; sed primo speciem substantiæ dixerit; deinde quis sit, B adjicit; postea qualitatem in eo dicit.

Ποιοτήτων μὲν οὖν, ὃ προλαβὼν εἶπον, εὕροι τὶς ἂν ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ἐναντιότητα τῶν μὲν χωριστῶν, τῶν δὲ καὶ ἀχωρίστων· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ πᾶσα μὲν ποιότης ἐκβέβληται, ἐπειδή γε οὐδὲν ὧν καλεῖται, ἕτερον παρ' αὐτὸν, ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος ἐστίν· ὅμως δὲ τῇ ἐννοίᾳ, ὃ προλαβόντες εἴπομεν, προτερεύει τὸ εἶναι, τοῦ τοιόνδε εἶναι.

Qualitates igitur contrariæ, sicut ante dixi, in iis quæ accidunt, reperiri possunt partim quidem separabiles, partim vero non: in Deo autem omnis qualitas ejecta est; quandoquidem nihil eorum quæ de eo dicuntur, aliud est præter ipsum: simplex enim est, & compositionis expers: cogitatione tamen, ut superius dictum est, prius est esse, quam talem esse.

Διὸ φαμὲν ἀναλαβόντες, ὡς εἰ ἑκάτερα ἅ φησιν εἶναι ἐναντία, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἀρνηθεῖεν, ἢ ἄμφω ἀγαθὰ, ἵνα μᾶλλον πρὸς τὸ εὔφημον εὐσεβῶς διὰ τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν καὶ τοὐναντίον, ἔφασιν, ἕλκηται τὸ μηδαμῶς ὄν· οὐ γὰρ ἀντιστρέψομεν, ἢ ἄμφω κακά· τὸ γὰρ ἀγέννητον, πάντως ἀγαθόν· αὐτίκα ἀγέννητος ὁ Θεὸς ὑπάρχων, ἆρα αὐτὸ τὸ μὴ γεννηθῆναι ὡς κακὸν ἔχει; οὐδαμῶς, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸν δηλαδή. τίς οὖν ἡ ἀποκλήρωσις τοῦτ', αὐτὸ πρᾶγμα τε καὶ ὄνομα, παρὰ μὲν τῷ Θεῷ καλόν τε καὶ ἀγαθὸν εἶναι, παρὰ δὲ τῇ κακίᾳ, ὥς φασι, τοὐναντίον κακόν; γενέσεως μὲν γὰρ εὑρεθείη ἂν διαφορὰ, διαφορὰ μέντοι καὶ οὐκ ἐναντιότης· ἀγεννησίας δὲ ποίαν τὶς ἂν εὕροι διαφορὰν ἤπουγε ἐναντιότητα; διόπερ παντάπασιν ἀδύνατον, ἀγέννητον ἀγεννήτῳ ἐναντίον εἶναι· εἰ γάρ τι εἴη οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὀφείλει, οὔτε εἶναι, οὔτε προσαγορεύεσθαι τῷ ἐναντίῳ, ἵνα ἀκοινώνητον ᾖ τοῖς πᾶσι πρὸς τὸ ἐναντίον.

X. Quamobrem rursus dicimus, si utraque eorum quæ Manichæus contraria esse dicit, substantia vivens & ingenita sunt; non enim negabunt, vel ambo bona ut magis ad id quod bene pieque sonat, C propter vere bonum, ipsum contrarium, quod minime est, trahatur; non enim dicemus, vel contra, si ambo mala: quod enim ingenitum est, omnino bonum est: continuo igitur Deus cum ingenitus sit, nequaquam habet hoc ipsum non ingenitum esse tamquam malum, sed tamquam bonum certe. Quæ igitur sortitio ista, eamdem rem & nomen apud Deum quidem pulcram & bonam esse; contra vero malam apud malum, ut isti ajunt? in generatione quidem inveniri queat differentia, differentia tamen, & non contrarium. In eo vero quod est ingenitum esse, quid potest esse differens, nedum contrarium? Quamobrem omnino fieri non potest, ut ingenitum ingenito contrarium sit; si quid enim D sit, nullum eorum debet nec esse, nec appellari contrarium, ut in omnibus rebus nulla sit cum contrario communitas ac societas.

Εἰ γὰρ μὴ εἴη πάντῃ ἐναντίον, καθὸ ἐπικοινωνεῖ, οὐκ ἐναντίον· ἐναντίον μέν τοι, τὸ μὴ ὂν, τῷ ὄντι· [1] τάχα δὲ οὐδὲ τοῦτο, οὐ γὰρ διαμάχεται· τὸ δὲ ὂν τῷ ὄντι οὐκ ἐναντίον· εἰ δὲ τὸ ὂν τῷ ὄντι πάντως ὁμόλογον, ἓν τὸ καὶ μόνον ἀληθῶς ὂν, τοῖς πᾶσι τοῦ εἶναι ἄρχον.

Si enim non sit omnino contrarium, quatenus ei communitas cum altero est, non est contrarium: contraria tamen sunt esse, & non esse. Fortasse vero nec hæc contraria sunt, non enim pugnant. Quod vero est, non est contrarium ei quod est. Si autem quomodo est, penitus cum eo quod est, convenit, unum & solum, quod vere est, omnibus erit principium ut sint.

Φασὶ δὲ καὶ αὐτοὶ χρῆναι πάντα τὰ ἐναντία τῷ Θεῷ τὴν ὕλην προσαγορεύεσθαι· οἷον, ἐὰν καλῶμεν τὸν Θεὸν φῶς, τὸ ἐναντίον σκότος· ἐὰν δὲ ἀγαθὸν, ἐκεῖνο κακόν· ἐὰν μέντοι καλέσωμεν τὸν Θεὸν, αὐτοαλήθειαν, δηλονότι τὸ ἐναντίον ψεῦδος κεκλήσεται· τὸ δὲ ἀληθῶς ὂν, ὡς ὑπειλήφασι, πῶς ἂν εἴη ψεῦδος; τὸ μὲν γὰρ μὴ ὂν, εἰ λέγοιτο εἶναι, ψεῦδος ἂν εἴη· τὸ δὲ ὂν, καὶ ἀληθῶς ὂν, αὐτῷ τῷ εἶναι ἀληθεῦον, οὐκ ἂν εἴη ψεῦδος· εἰ γὰρ εἶναι λέγει τὶς, ἀληθεύει· εἰ δὲ μὴ λέγει, ὅτι ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀληθεύσῃ, ἀλλ' οὐδὲ ὅτι οὐκ ἔστιν εἴποι ἂν, ἵνα ψεύσηται· κἂν εἴπω δὲ ὅτι οὐκ ἐστι, τῇ ἐπινοίᾳ ψεύδεται. οὐκοῦν αὐτὸ ψεῦδος, ὂν γάρ ἐστιν ἀληθῶς.

XI. Ajunt præterea etiam ipsi, oportere omnia quæ sunt Deo contraria, appellare materiam: verbi E gratia, si Deum appellemus lumen, contrarium vocemus tenebras; si bonum, illud malum. Si tamen appellaremus Deum ipsam illam veritatem, patet vocandum esse contrarium mendacium. Quod autem vere est, ut opinati sunt, quomodo erit mendacium? quod enim est, si dicatur non esse, mendacium fuerit. Quod vero vere est, quod facit ut verum sit esse aliquid, numquam erit mendacium. Si enim dicat esse, verum dicit; si vero non dicat esse, ut non dicat verum, neque dicet non esse, ut mentiatur. Quod si dicat non esse, notione mentitur; non est igitur ipsum mendacium, vere enim est.

1. Τάχα δὲ κ. τ. λ.] *Sunt enim in Deo simul, qui vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt, sicut Apostolus ait* I. Cor. I. 28. CANISIUS.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

Επειτα εἰ καλοῖεν τ' ἀγαθὸν ἀφθαρσίαν, φθο- A ρὰν ὀνομάσουσιν τὸ κακόν· τίνος δ' ἂν εἴη φθορὰ ἡ φθορά; τῦ μὲν γὰρ ἀγαθῦ ἀδύνατον· εἰ δ' ἑαυτῆς εἴη φθορὰ, ἐν πολλοῖς τοῖς αἰῶσι διέφθαρκεν ἑαυτήν· καὶ μάτην αὐτὴν εἶναι φαντάζονται· πῶς [a] δ' ἂν εἴη φθορά; πάντως γὰρ ἕτερόν τι φθείρει, οὐχ' ἑαυτήν· εἰ δὲ ἑαυτὴν, ὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν ὑπέστη· ὀφθήσεται γὰρ ἑαυτὴν φθείρουσα, μᾶλλον ἢ οὖσα· φθορὰ γὰρ ἄφθαρτος ἀδύνατον· κατά γε τὰς κοινὰς ἐπινοίας ἐπινοηθῆναι· ἄφθαρτον δὲ πάντως τὸ ἀγένητον καὶ ἀΐδιον, ὅθεν καὶ ἀθάνατον· ἐπάνω γὰρ τοῦ ἀφθάρτου τὸ ἀγένητον. εἰ δὲ τὸ μὴ γενέσθαι πώποτε ὑπάρχει τῇ ὕλῃ μεῖζον ὂν, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἔλαττον αὐτῇ προσυπάρξει τὸ μὴ φθαρῆναι; εἰ δὲ μὴ φθείρεται ὡς ἀΐδιος, οὐδ' ἂν B ἑαυτῆς ὑπάρχει φθορὰ, καὶ οὐκ ἂν εἴη οὐσία φθορᾶς.

Οταν μέντοι τοιούτων ἀκούωσι λόγων οἱ ἐκ τοῦ Μάνεντος ὁρμώμενοι, ἀπορῦντες, πόθεν ὖν φασι τὰ κακά; πόθεν δὲ λέγυσιν ἡ ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμφαινομένη ἀταξία; ἀλλὰ πολλάκις μὲν εἴρηται, ὅτι δι' ἄγνοιαν τῆς τῶν πραγμάτων διαθέσεως καὶ τῆς θείας διοικήσεως, γνῶσιν ἐσφαλμένην καὶ βλάσφημον ἑαυτοῖς ἐπραγματεύσαντο, δι' ἄγνοιαν ὧν γνῶναι ἔδοξαν· ἃ χεῖρον ἔγνωσαν, ἢ ἠγνόυν· καὶ ὃ ἐζήτυν, ἀληθέστερον ἀπολέσαντες, ἢ πρὶν ζητῆσαι· ὁ δὲ λόγος κατὰ καιρὸν μὲν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς νομιζομένην τῶν πραγμάτων ἀταξίαν, εὐταξίαν τὴν ἀνω- C τάτω Θεοῦ παρέχοντος ἀποδείξει· καὶ τὰ λεγόμενα πρὸς αὐτῶν κακὰ, τὰ μὲν ὡς πραττόμενα μόνον, τὰ δὲ κατ' οὐσίαν ἥκιστά γε ὄντα κακὰ δείξει.

Ην γάρ ποτέ φησιν, ὅτε ἡ ὕλη εἰτάκτει καὶ ἐγέννα, καὶ ηὐξάνετο, καὶ διετέλει πολλὰς προβαλλομένη δυνάμεις· αὐξηθεῖσα τοίνυν ἀνήγετο, οὐκ εἰδυῖα τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ὕπαρξιν· ὡς δὲ ἐπὶ πλέον ἀναχθεῖσα εἶδε τὴν γῆν τε καὶ τὸ φῶς τοῦ ἀγαθῦ· ἐπιβῆναι τοῖς μὴ ἰδίοις ἐπιχειρεῖ· ὁ δὲ ἀγαθὸς δύναμιν ἀποστέλλει τινὰ, ᾗ καὶ ὄνομα τὸ δόξαν αὐτῷ ἐπιτίθησι, φυλάξουσαν μὲν δῆθεν τοὺς ὅρους, τὸ δ' ἀληθὲς δέλεαρ ἐσομένην εἰς ἀκούσιον τῇ ὕλῃ D σωφρονισμόν· ὃ δὴ καὶ γέγονε. θεασαμένη γὰρ ἡ ὕλη τὴν ἀποσταλεῖσαν δύναμιν προσεκίσσησε μὲν ὡς δὲ ἐρασθεῖσα· ὁρμῇ δὲ πλείονι λαβοῦσα ταύτην κατέπιε· καὶ ἐδέθη τρόπον τινὰ, ὥσπερ θηρίον. κέχρηνται γὰρ καὶ τῷδε τῷ ὑποδείγματι, ὡς δι' ἐπῳδῆς τῆς ἀποσταλείσης δυνάμεως ἐκοιμίσθη. γέγονε τοίνυν μίξις καὶ κρᾶσις, τῦτόν φησι τὸν τρόπον τῆς τε καταποθείσης δυνάμεως τῦ ἀγαθοῦ, καὶ τῆς καταπιούσης ὕλης· καὶ ὕτως ἐξ ἀμφοῖν ἐδημιυργήθη τόδε πᾶν, ὑπὸ τῦ ἀγαθῦ δηλαδή· οὐ γὰρ ἂν προμνήσειεν ἡ κακία κόσμου γενέσεως. ἐντεῦθεν δέ φασι τὰ μὲν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τῆς κράσεως ἐκείνης καὶ τῆς συνόδου τοῖν δυοῖν, διὰ τῆς ἐναντιότητος τῶν τῇδε πραγμάτων ἐμφαινομένης. E

Ορίζεται δὲ ψυχὴν μὲν ἅπασαν εἶναι τῆς μερίδος τῦ ἀγαθῦ, σῶμα δὲ καὶ τὴν σάρκα, τῆς ὕλης, τῇ μὲν κατέχουσαν ὡς ἐν εἱρκτῇ τὴν ψυχὴν, τῇ δὲ κατεχομένην ὡς θηρίον πρὸς τῆς ἐπῳδῆς. οὕτω μὲν δὴ σοφισάμενος τὴν ὕλην ὁ ἀγαθὸς κόσμυ, φησὶ, γέγονε δημιυργός· οὐκ ἀντιποιηθείς γε τῦ δημιυργῆσαι αὐτόν· ἀνθίσταται γὰρ αὐτῷ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπακά-

A Deinde si vocant isti bonum immortalitatem, malum vocabunt interitum: at cujus erit interitus, ipse interitus? boni enim non poterit: sin erit sui ipsius interitus, multis sæculis a se interivit, & frustra ac vane eum esse cogitatione fingunt. Quomodo autem erit interitus? aliud namque tollit interitus, non se ipsum; sin vero se ipsum, neque principio subsistere potuit: videbitur enim magis se ipse interimere, quam esse; interitus enim immortalis non potest secundum communes notiones cogitari. Quod autem est ingenitum, necessario est ab interitu liberum & æternum, unde & immortale: supra mortale enim est quod ingenitum est. Si autem hoc habet Materia, ut numquam facta fuerit, quod majus est; quomo- B do non hoc quod minus est, non ei inest, numquam scilicet interitum cepisse? Si autem non capit interitum tamquam æterna, neque sui ipsius est interitus, & non erit substantia ipsius interitus.

Sed qui ex schola Manichæi profecti sunt, hujusmodi disputationes cum audiunt; unde, inquiunt, ea ordinis perturbatio quæ in rebus cernitur? At sæpe dictum est, propter ignorantiam divinæ gubernationis & quomodo res dispositæ sint, falsam & impiam cognitionem sibi comparasse, propter inscitiam eorum quæ scire sibi videbantur, quæ pejus, quam si ignorassent, sciverunt; & quod verius est, amisso, quod quærebant, prius quam quærerent: disputatio vero nostra cum tempus erit, quam putant C perturbationem ordinis rerum, bonum ordinem esse a Deo altissimo proficiscentem, conficiet & concludet; & quæ ipsi dicunt mala, alia quidem in actione tantum posita, alia vero secundum substantiam, minime mala esse docebit.

XII. Erat, inquit Manichæus, tempus, cum Materia sine ordine ferebatur; & generabat, & crescebat ac multas potestates producebat; aucta igitur evehebatur nesciens substantiam boni. Postquam vero magis evecta novit terram & lumen Boni, nitebatur adscendere ad ea quæ non erant propria: Bonus vero potestatem quamdam mittit, cui nomen quod ei visum est, imponit, custodituram sci- D licet præscripta, re autem vera futuram ipsi Materiæ illecebram & invitamentum ad moderationem ejus a voluntate alienam. Quod quidem factum est: cum enim vidisset Materia potestatem missam quasi adamans, concupivit quidem eam, sed ardentiore appetitu prehensam absorbuit, & quodam modo tamquam bellua ligata est. Usi autem sunt hoc exemplo, tamquam cantione potestatis missæ sopitam esse. Facta igitur est, ajunt, mixtio & temperatio ad hunc modum; absorptaque potestate Boni, & Materia absorbente sic ex utraque fabricatum esse universum, a Bono scilicet; non enim Malum providit ortum mundi. Hinc ajunt alia quidem bona esse, alia vero mala, facta mixtione illa & duorum coitu E per vim contrariam rerum, quæ hic sunt.

XIII. Decernit autem omnem quidem animam esse ex parte Boni; corpus vero & carnem ex parte Materiæ: & jam quidem corpus animam tamquam in carcere detinere; jam vero animam detineri tamquam belluam a cantione. Sic Bonus cum Materiam decepisset, mundi, inquit, factus est fabricator: non quidem quod ipsum fabricari desiderasset, resistit enim

a Πῶς δ' ἂν εἴη φθορά; πάντ.] Locus mutilus, restituendus proinde ex iis quæ habet Stephanus Gobarus, qui hæc ipsa Titi Bostrensis verba recitat apud Photium *Biblioth.* cod. CCXXXII. pag. 894. ubi sic legimus: Πῶς δ' ἂν εἴη φθορὰ ἑαυτῆς ἡ φθορά; *Quo autem modo corruptio fuerit sui ipsius corruptio.* Mox ex eodem Stephano sic legendum apud Titum: φθορὰν γὰρ ἄφθαρτον, ἀδύνατον κατά γε τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐπινοηθῆναί ποτε. *Fieri enim non potest, incorruptibilem corruptionem communi sensu percipi aliquando.* Hæc debemus Wesselingio V. C. lib. sing. *Probab.* cap. XX. pag. 168.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



στάσιν τῆς κακίας, ἣν σωφρονίσαι διενοήθη· οὐ μέντοι γέγονε δυνατὸν ἐξελεῖν τῆς κακίας τῶν φαινομένων πραγμάτων τὸν ἰὸν, ἕπεσθαι δὲ τοῦτον δεικνύμενον ἐκ τῆς ἀταξίας καὶ τῆς, ὡς ὑπείληφεν, ἀνισότητος τῶν καθ' ἡμᾶς, τοῦτον μὲν πλουτεῖν, τοῦτον δὲ πένεσθαι· καὶ τὸν μὲν ἀδοξεῖν, τὸν δὲ εὐδοξεῖν· καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὸ, τὶ δὴ σπουδαζόμενόν ἐστι τῷ ἀγαθῷ τὴν ψυχὴν ἐλευθερῶσαι τῆς κακίας· καὶ ταύτην ἀντλῆσαι τρόπον τινὰ ἐκ τῆς ὕλης· τοῦτο δὲ γίγνεσθαι διὰ τῆς σελήνης αὐξανομένης τε καὶ μειουμένης, ὡς ὁρᾶν δοκοῦμεν ἡμεῖς· τὸ γὰρ ἀληθές, φησιν, ὑδρίας τρόπον αὐτὴ πληρουμένη, ἐκ τῆς κατεχομένης οὐσίας, εἰς τὸ ὁμογενὲς ἀγαθὸν κενοῦται· εἰ γὰρ καὶ μὴ τούτοις γε τοῖς ῥήμασιν, ἀλλά γε ταῦτα βούλεται λέγειν, ἅπερ εὐσχημονέστερον πάνυγε πρὸς ἡμῶν εἴρηται· πλεῖστον γὰρ ὅσον παρ' αὐτῷ τὸ ἀλλόκοτον ἐν τῇ διηγήσει, καὶ τὸ ἀπίθανον.

Ὅσα μὲν οὖν ἕτερα, γραὸς δίκην μυθολογεῖ καὶ γράφει τῇ Σύρων φωνῇ χρώμενος, ὅπως μὲν ἡ γῆ βαστάζεται, τὸν ποιητικὸν μὴ διαφυγὼν μῦθον· ὅπως δὲ συνίστανται οἱ ὄμβροι, ὡς ἱδρῶτές εἰσι τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν αὐτοῦ παλαισμάτων παρεμπορεύματα, περιττὸν ἂν εἴη προφέρειν εἰς ἔλεγχον. χρὴ δὲ ἃ περὶ ἑκάστου παρχπαίων γράφει, γνώρισμα τοῖς πᾶσιν· ἥκιστά γε ἀνέχεσθαι πρὸς ἀπέραντον φλυαρίαν τὸν λόγον ἐκτείνειν· ὡς ἀρκοῦν αὐτὸ τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ τῆς ἀλόγου μανίας διελέγξαντας τῶν ἄλλων καταφρονεῖν· καὶ εἰ μήγε τὸν περὶ προνοίας λόγον συνέβαινε τὴν δὲ τὴν ὑπόθεσιν ἀναγκαίως περιλαμβάνειν δι' οὗ προσήκειν δεῖξαι, ὡς ἅπαντα εὖ τε καὶ θείως τεταγμένα τὴν ἄρρητον τοῦ Θεοῦ σοφίαν κηρύττει· γέλως ἂν ἦν ἀντιῤῥήσεως γοῦν τινος ἀξιοῦν τὰ προτεθέντα, ἅπερ ἐκτὸς τῶν κοινῶν ἐννοιῶν συμπεφορημένα, αὐτόματον ἔχει παρά γε τοῖς ἐχέφροσι τὸν ἔλεγχον.

Ἤρκει δὲ οὐκ ἔλαττον δείξαντας ὡς οὐδαμῶς ἂν ὑπάρξειεν ἀρχὰς δύο καὶ μάλιστα ἐναντίας, ἤδη περί τε ἀνθρώπου καὶ τῆς ἄλλης δημιουργίας διαλαβεῖν· ὅμως δὲ τὸ κωλῦον οὐδὲν, καὶ τῶν προτεθέντων ἰδεῖν τὸ ἀπίθανον· ἠτάκτει γάρ φησιν ἡ ὕλη ποτέ· ποίαν ἀταξίαν; ἆρά γε καθ' ἑαυτὴν οὖσα, ἢ κατά τινος; ἀδικία γὰρ ἅπασα, ἑαυτῆς οὐκ ἂν γένοιτο ἀδικία· δεῖται δὲ ἑτέρου τινὸς, καθ' οὗ γένοιτ' ἄν. ἡ τοίνυν ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐπικοινωνοῦσα, κατὰ τίνος ἠτάκτει; ἢ τίς ὁ λόγος τῆς ἀταξίας αὐτῆς;

Ἐγέννα μὲν πρῶτον προϊοῦσα καὶ ηὐξάνετο, φησίν· οὐκοῦν ἀϊδίως ἡ ἀΐδιος ἐγέννα, ἡ ἀγέννητος ἐγέννα, καὶ χώραν οὐχ' ἕξει τὸ καινοτομεῖν τι τὴν ἀΐδιον. ἢ γὰρ φύσει καινοτομήσει, καὶ οὐδέποτε τῆς καινοτομίας ἐπέπαυτο· εἰ δὴ τοῦτο καινοτομίαν δεῖ καλεῖν, ὡς μηδαμῶς χρονικὴν ἀρχὴν ἔχειν τὴν κατ' αὐτῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταχείρησιν, ἢ λογισμῷ τοῦτο πράττουσα λόγον ἔχει καὶ γνῶσιν· καὶ ἀνατέτραπται τῆς ἀλόγου κακίας ἡ ὑπόθεσις· εἴτε οὖν λογισμῷ, εἴτε καὶ ἀλογίστῳ φορᾷ ἐπανίστατο, τίς ὁ λόγος τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας ταύτην παρεῖναι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπανάστασιν; ἀφ' οὗ γὰρ κατεσχῆσθαί φησιν αὐτὴν ἕως νῦν, στιγμὴ χρόνου γένοιτ' ἂν, εἰ παραβάλλοιτο τοῖς προλαβοῦσιν ἀπείροις αἰῶσι· τὸ μὲν γὰρ ἄρχον καὶ τελειοῦν πεπέρασται· οἱ δὲ παντελῶς ἀπέραντοι, ἀΐδιοί τε καὶ ἀγέννητοι.

Ἔπειτα εἰ λογισμῷ ἐκακιοῦτο πρὸς τὴν ἐπανάστασιν, πῶς οὐχὶ καὶ λογισμῷ διεκόπη τὸ ἀδύνατον τῆς ἐπιχειρήσεως; ὡς οὐχ' οἷόν τε ὂν ἐπιδραμεῖν, ἀηττήτῳ σοφίᾳ; ὅθεν πεφεύγασι προσομολογεῖν αὐτῇ, λογισμόν τε καὶ γνῶσιν, ὡς ἂν χώραν ἔχει τῆς ἐπα-

ei, sed propter seditionem a Malo excitatam, quam corrigere & moderari cogitaverat; non tamen fieri potuisse, ut venenum Mali quod est in rebus quas videmus, extraheretur; sequi vero hoc, ut opinati sunt, ex perturbatione ordinis & ex inæqualitate rerum nostrarum atque hunc quidem divitem esse, illum vero pauperem; hunc gloriosum, illum inhonoratum & inglorium, & quæcumque talia sunt. Studium vero Boni esse liberare animam a Malo, & hanc quodam modo ex Materia exhaurire: hoc autem fieri per lunam crescentem & decrescentem, ut nos videre videmur: re vera enim, inquit, ipsa in modum hydriæ impleta, ex substantia infusa in bonum cognatum exinanitur: etsi enim non his verbis, hæc tamen vult dicere, quæ multo honestius a nobis dicta sunt; plurimum enim absurdi & incredibile est in ejus narratione.

XIV. Quæcumque igitur alia aniliter & commentitie loquitur & scribit, sermone Syriaco utens, quomodo terra sustinetur, non devitans poeticam fabulam; quomodo imbres fiunt, & sudores esse principum materiæ: hæc & alia ejusmodi quæ præter negotium sui certaminis tractat, supervacuum esset ad confutandum proferre. Oportet quæ de singulis delire scribit, quæ omnibus nota sunt, non pati ut librum infinitis nugis dilatent; quippe cum satis sit confutato capite insaniæ ejus reliqua contemnere: & si non contingeret, ut necessario hæc caussa sermonem de providentia complecteretur, quo demonstrare oportet, omnia esse bene ac divine ordinata, & ineffabilem Dei sapientiam prædicare; ridiculum esset vel aliqua saltem confutatione, quæ proposita sunt, digna esse putare; quæ quidem extra communes notiones congesta, sponte sua apud eos qui mentem habent, coarguuntur.

XV. Satis autem erat, postquam non minus demonstratum est nequaquam duo Principia esse, præsertim contraria, de homine jam & de reliqua fabrica disserere: nihil tamen prohibet, quin consideremus, quomodo proposita incredibilia sunt. Ferebatur, inquit, aliquando materia perturbato ordine. Qua ordinis perturbatione? an secum sola? an contra aliquem? omnis enim injustitia non est sui injustitia; sed altero indiget, in quem fiat. Qui igitur non erat communitas cum alio, in quem perturbatō ordine ferebatur? aut quæ ratio ipsius perturbationis?

Generabat quidem primum nequitia progrediens, & crescebat: igitur ingenita generabat, & non erit locus dicendi, æternam aliquid novi moliri: aut enim natura molietur, atque ita numquam intermisit rerum novarum molitionem; si modo appellare oportet novarum rerum molitionem, contra quam negotium a Deo susceptum minime principium temporis habeat; aut si hoc cogitatione utens facit, rationem habet & cognitionem: & eversa est caussa nequitiæ ratione carentis. Sive igitur ratiocinatione utens, sive motu rationis experte seditionem movit, quæ ratio patitur, ut infinitis sæculis dimissa sit hujusmodi seditionem movere? ex quo enim dicit cohibitam & retentam esse, punctum temporis fluxisse reperietur, si cum infinitis sæculis præteritis comparetur. Quod enim incipit & terminat, finitum est; qui autem sunt ex toto infiniti, æterni sunt & ingeniti.

Præterea, si ratiocinatione utens ad seditionem depravabatur; quomodo non potius aggressio rei quæ fieri non poterat, interrupta & rescissa est? tamquam non posset contra sapientiam invictam incursionem facere? unde factum est, ut caverent, ne

ναστάσεως τῆς κατὰ Θεοῦ τὸ πλάσμα· καὶ ἐπάναγκες ὑπὸ ἀγνοίας καὶ ἀλογίστου φύσεως ἑλκομένη οὐκ ἐνδέξεται ἀπείρους καὶ ἀποπεράντους αἰῶνας ἑαυτὴν ὁπλίζουσα καὶ δυνάμει περιβάλλουσα, ὡς γενέσθαι πρὸς τὴν τόλμαν προχειροτέραν· εἰ γὰρ δὴ καὶ πλείων ἐγίγνετο οἷς ἐγέννα, ἀλλ' οὔτε γε τὴν ὁρμὴν τῆς φύσεως ηὐξάνετο, οὐδὲ προσελάμβανέ τι ταύτης τὸ φυσικὸν κίνημα· οὐδ' ἂν ἐδείξατο πρῶτον γε αὐξηθῆναι, καὶ οὕτως ἐπαναστῆναι· τοῦτο γὰρ λογικῆς φύσεως προθέσει πονηρευομένης.

ei rationem & cognitionem tribuerent, ut locum haberet commentum seditionis contra Deum: & necessario ab ignorantia & natura non ratiocinante tracta, non exspectabit infinita sæcula, dum se armat & se exercitu sepit, ut fiat ad audaciam promtior. Si enim copiosior fiebat iis quos generabat; nequaquam tamen appetitum naturæ augebat, neque motus naturalis quidquam appetitus assumebat, neque accidisset ei primum quidem augescere, atque ita seditionem movere; hoc enim naturæ ratione utentis est, quæ ex proposito nequiter agit.

Πῶς δὲ καὶ αὔξησις τῆς κακίας γένοιτ' ἂν, ἢ προσθήκη τῶν προβολῶν; εἰ γὰρ οἷς γεννᾷ τελειοῦται εἰς κακίαν, ἀτελὴς ἦν ἡ κακία, καὶ οὐκ ἦν ἐν ἀκρότητι κακίας· εἰ δὲ τελεία καὶ ἄκρα, κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, ἑκάτερα τ' ἀναντία, οὐδαμῶς αὐξάνεσθαι δόξει ἡ κακία διὰ τῶν προβολῶν, οὐδὲ θαρσαλεωτέρα γενήσεται, λογικὴ μὴ οὖσα, οὐδὲ πρὸς ἐπικουρίαν ἑαυτῆς παραλήψεται· δόξει γὰρ πρὸ τῆς τεκνώσεως ἀτελὴς γεγονέναι οὐ μόνον πρὸς κακίαν ἡ κακία, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἰσχὺν καὶ ῥώμην· ὅπερ ἀλλότριον ἀγεννήτου.

Quomodo autem augeri poterat nequitia (id est, satanas) accessione sobolis? si enim iis quos gignebat, ad nequitiam perficitur, imperfecta erat nequitia, & non erat in summo & fastigio nequitiæ: sin vero erat perfecta & summa secundum rationem propriam, rursus minime videbitur augeri nequitia per propagationem generatorum, neque fiet audacior & præfidentior, cum non sit particeps rationis; nec ad auxilium suum adhibebit quos genuit: alioqui videbitur antequam procrearet, imperfecta fuisse non solum nequitia ad nequitiam, sed ad vires & robur, quod alienum est ab ingenito.

Τὸν δὲ τρόπον τῆς ἐπαναστάσεως εἰσηγούμενος ταύτης φησὶν, ἤλαυνον καὶ κατήσθιον οἱ ἐξ αὐτῆς ἀλλήλοις, δεινὰ καὶ χαλεπὰ διατιθέντες· καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο ἀλλήλοις ἐπανιστάμενοι αὐτῇ λέξει φησὶ, μέχρι οὗ τὸ φῶς ὀψέποτε ἐφώρασαν· διωκόμενοι γὰρ ἀπ' ἀλλήλων, ἀγνοοῦντες μὲν, ὅμως δὲ τετολμήκασι· καὶ μέχρι τοῦ φωτὸς ἀναχθῆναι. καὶ τί δὴ τούτων ἀπιθανώτερον, ἢ μυθωδέστερον; τοὺς μίαν μὲν ἐπιγραφομένους μητέρα, συγγενείᾳ δὲ φύσεως ἡνωμένους, ἀλλήλοις ἐπιφύεσθαι μάτην, καὶ ἀλλήλων τὰ μέλη κατεσθίειν, καὶ μηδεπότε λήγειν τοῦτο δρῶντας; ὅπερ εἰ καὶ ἀληθὲς ἦν, βέλτιον ἦν αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἀναλίσκεσθαι· καὶ μάτην ὁ ἀνόητος ἀταξίαν καλεῖ τὸ συμφέρον· ταύτης γὰρ μάλιστα τῆς κακίας ὀρίζεται τὴν πρὸ κόσμου ἀταξίαν· ἣν ὥσπερ λυπούμενος τῆς ὕλης οὕτως ὀνομάζει, ὅτι μὴ προσηκόντως ὑφ' ἑαυτῆς ἀνηλίσκετο· καὶ ὥσπερ τις φίλος ταύτης ἀδημονῶν ἐφ' οἷς ἑαυτὴν κατέβλαπτεν, ἀταξίαν καλεῖ· ἃ συμφερόντως καθ' ἑαυτῆς ἔδρα· δέον εὐταξίαν τὴν ἀνωτάτω καλέσαι, τὸ φθείρεσθαί γε ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ κακόν· ὁ δὲ ἠτάκτουν φησὶ, καὶ ἠδίκουν ἀλλήλους, τὸ φῶς δὲ ἰδόντες ἐπαύσαντο.

XVI. Explanans autem modum seditionis hujus factæ, Qui, inquit, ex ea nati sunt, se mutuo insectati sunt & devoraverunt, dura & gravia passi; neque priùs destiterunt in se ipsos moveri, quam lumen sero tandem viderent; his enim verbis utitur; a se enim ipsi exagitati cum alioqui nescirent, ita tamen ausi sunt usque ad lumen accedere. Ecquid his incredibilius, & magis commentitium? eos qui unam matrem sibi adscribunt & vendicant, & cognatione naturæ juncti sunt, in se ipsos frustra invadere, & vicissim membra sua devorare, & numquam in hac re cessare? Quod quidem si verum erat, præstabat ipsos a se ipsis consumi: & inaniter demens (Manichæus) ἀταξίαν, id est, perturbationem ordinis vocat in eo, quod utile est: huic enim nequitiæ adscribit & assignat perturbationem ordinis ante mundum; quam sic vocat, tamquam doleat, & se misereat materiæ, quod non prius a se ipsa utiliter & convenienter consumta esset; & tamquam quidam amicus hujus mærens ac graviter dolens, quod sibi nocuisset, quæ contra se utiliter fecit, in iis perturbationem ordinis vocat, cum deberet potius compositionem ordinis excellentissimam vocare, interire scilicet malum a se ipso. Ille autem ait, in perturbato ordine erant, & sibi inter se nocebant; viso autem lumine desiverunt.

Οὐκοῦν ἐπεβούλευσε τῷ συμφέροντι τὸ φῶς, εἴγε τοὺς κακοὺς ἀλλήλων ἐρρύσατο, καὶ ὥσπερ φάρμακον ἰατροῦ εὐηργέτησε τοὺς νοσοῦντας. οὐκ ἦν δὲ πρὸς ἀγαθοῦ φείσασθαι τοῦ κακοῦ, εἰς τὸ διαμένειν καὶ σώζεσθαι, καὶ μὴ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀναλίσκεσθαι. εἰ γὰρ ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανᾶσθαι τοῦτο διεκώλυσεν, ἄντικρυς αὐτὸς διετήρησεν αὐτό· καὶ εἴη ἂν ἀληθέστερον τοῦτο ἀταξία, ὅ φησι τὴν ἀταξίαν πεπαυκέναι· ὅ, τι τοίνυν αὐτῇ λέξει φησὶν ἡ παρ' αὐτοῖς βίβλος· πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντες, ἐπετόλμησαν καὶ μέχρι τῶν μεθορίων, καὶ τὸ φῶς εἶδον, θέαμά τι κάλλιστον καὶ εὐπρεπέστατον· τότε ὑπὸ τῆς ἐν αὐτοῖς κινήσεως ἐνθουσιῶντες, κατὰ τοῦ φωτὸς ἐβουλεύσαντο, τί δὴ ποιήσαντες δύναιντο ἂν αὐτοὺς τῷ κρείττονι συγκεράσαι; τοῦτο δὲ λογίσασθαι οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ἀλλ' ἐπιθυμίᾳ τοῦ κρείττονος ἴδιον θήραμα νομίσαντες αὐτοῖς ἔσεσθαι, πολλοὶ ὄντες ἐπεστρατεύσαντο.

Igitur insidiatum est lumen utilitati, si quidem malos a mutua cæde liberavit, & tamquam medicina medici profuit ægrotis. At non conveniebat Bono, ut parceret Malo, & sineret permanere incolume, & non sineret a se ipso consumi. Si enim, ne a se consumeretur, hoc prohibuit, ipse plane servavit ipsum, essetque verior ἀταξία, id est, aberratio a bono ordine hoc, quod ait, sublatam esse perturbationem ordinis. Sic igitur est in libro, qui apud ipsos fertur: seditione inter ipsos orta, prodierunt usque ad confinium, & viderunt lumen, spectaculum quoddam pulcherrimum & maxime decorum: tunc commotione sua in insaniam acti consultaverunt de lumine quid faciendum esset, ut se cum eo quod præstantius erat, miscerent. Hoc autem cogitare non poterant, sed præ cupiditate melioris arbitrati futuram esse propriam prædam, cum multi essent, exercitum instruunt.

Λανθάνει δὲ τοῖς τῆς κακίας υἱοῖς τὰ πάντων κάλλιστα προμαρτυρῶν. εἰ γὰρ τὸ κάλλιστον καὶ εὐπρεπέστατον ἐρασμίως εἶδον, καὶ ἐπιθυμήσαντες

XVII. Manichæus, quæ sunt omnium pulcherrima & bellissima, filiis nequitiæ testimonio suo nesciens tribuit. Etenim si quod est pulcherrimum

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

θήραμα ἴδιον ἐνόμισαν αὐτὸ, δῆλον ὡς ὀρθοί γε ἦσαν τὴν ὑπόληψιν. ὥστε καὶ βουλεύονται οἱ λόγου μὴ μετέχοντες, ὅπως ἂν ἑαυτοὺς ἐγκεράσαιεν τῷ φωτί. καὶ φθόνου λοιπὸν ἦν τὸ μὴ ἀνεῖναι τούτοις τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἀπόλαυσιν· οὐχ᾽ ἕστηκε γὰρ τοῦ Μάνεντος ὁ λόγος· εἰ γὰρ κατ᾽ ἀλλήλων ἐμαίνοντο, καὶ ἔδει γε αὐτοὺς καταλιπεῖν ὑπ᾽ ἀλλήλων φθείρεσθαι· εἰ δὲ ἐπεθύμησαν ὡς ἀστεῖοι τοῦ φωτὸς, καὶ προσῆκον ἦν αὐτοῖς ἐπιτρέψαι τούτου τὴν ἀπόλαυσιν· ἀστεία γὰρ καὶ ἐπαινετὴ κατὰ φύσιν πάντως ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμία, οὗπερ ἀπολαύειν μὲν μὴ ἠδυνήθησαν, ὥς γε ὁ τὰ τοῦ Μάνεντος συγγράφων φησὶν, ἐπιθυμοῦντες, διαφθείρειν δὲ οὐχ᾽ οἷοί τε ἦσαν· τοιοῦτο γὰρ πάντως τὸ ἀγαθὸν, οἷον μήτε δαπανᾶσθαι, μήτε ἄλλως ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς τῶν μετεχόντων αὐτοῦ. ἐπεστράτευσαν δὲ ὁμοῦ πάντες, τίνα τρόπον, μὴ εἰδότες τὸν ἀντιστάμενον; φησὶ γὰρ αὐτὸ τὸ γράμμα, ἀφ᾽ οὗ τὰ παρὰ τοῦ Μάνεντος παρεθήκαμεν, ὡς οὐδ᾽ ὅτι Θεὸς ἐν φωτὶ διῃτᾶτο ἐγίνωσκον· οὐδ᾽ ὅτι τολμήσαντες κατὰ τοῦ οἰκητηρίου τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔμελλον ἀθῷοι ποτὲ ἀπαλλαγῆναι,

& maxime omnium decorum, amanter viderunt, & cupiditate incensi propriam prædam esse existimaverunt, liquet recte sensisse. Quare consilium capiunt, qui non sunt rationis participes, quomodo se ipsi cum lumine misceant; & relinquitur, ut invidia esset, non permittere istis frui bono: non enim erat sermo Manichæi constans. Si enim contra se insaniebant, oportebat quidem dimittere eos, ut a se ipsis interirent. Si desiderio luminis tamquam elegantes tenebantur, honestum etiam erat eis concedere, ut fruerentur. Decorum enim & laudabile omnino est secundum naturam desiderium boni, quo frui non potuerunt, sicut ait qui dogmata Manichæi scripsit; cum alioqui desiderarent, potuerunt tamen se conficere & destruere: tale enim penitus est bonum, ut neque consumi possit, neque possint insidias ei ponere, qui ejus participes sunt. Quomodo autem omnes simul in militiam profecti sunt, qui non cognoverant, quis resisteret & adversaretur? Sic enim est in libro, unde ista Manichæi apposuimus, quod neque Deum in lumine habitare sciebant, neque se umquam impune laturos, si in Dei domicilium invadere auderent.


B Si quis autem ad ipsa principia corporum consideranda veniat, & quatuor elementa contempletur, quemadmodum eorum conspiratio ac concentus ex contrariis pendeat; magis stupebit consensum rerum, ut quæ ab uno & solo hoc ipsum quod sunt, habeant: in his enim quatuor elementis, id quod contrarium est, amicitiæ caussa est; & quod in eis natura pugnat, summam pacem facit; quæ quidem quatuor numero sunt, unum vero conflatu ac concursu. Quin potius se ipsis inter se indigent, ut sint; & ipsa natura contrarii se vicissim adjuvant, & in se ipsis inter se abdita sunt, & per se ipsa inter se apparent; &, ut paullum dicam, neque calidum frigidi frigore frigescit, nec humore humidi extinguitur: neque sic-C cum ab igne combustum est; nec ab humido humore perfusum. Ex his enim inter se constituta sunt, & consistunt, & in se ipsis mirabiliter insunt: ac putabis quidem solum ignem esse, non tamen absque humido & sicco, quibus quidem alitur & splendet: sicut alia in se ipsis insunt, tactu tantum contrarium indicantia; sic tamen sibi inter se amica, ut nullam discordiam habere videantur. Hæc autem silentio prædicant admirabilem unius Ingeniti sapientiam, a quo facta postea concreta ac mista sunt: non enim corpus ex uno quopiam & simplici elemento fieri potest; mistione enim & concretione conflatur corpus. Quæ autem concretio ac mistio esse possit sicci tantum? quæ humidi solum?

D

XXXVIII. Igitur necessaria est varietas ad mistionem corporis: necessaria item natura contrariorum, quæ in auctoris admirationem ad coagmentationem unius urget: quæ quidem non primum per se sola constituta sunt, atque ita coierunt ortum pariter inter se capientia; & simul facta sunt, sensibus sunt dijudicata. Cum enim corpus per se exstitit, ratio & mens conjuncta & concreta, sensu discernit. Quamobrem natura contrariorum postea deprehensa est sensu corporis; quod ex ipsis concretum & temperatum est. Quæ quidem non prius sunt, quam corpus ipsum; sed simul cum eo incipiunt esse. Quis digne ac meretur, admirari potest potestatem creatoris, & concordiam ac concentum E creaturarum? quam in pace sint & sine pugna omnia, excepta injustitia hominum?


Permanet igitur ac perseverat omnis fabrica in suo & ordinato motu, conservans in se immutabilem legem auctoris. Ecquis velit, si sensus animæ sanos habeat, cum hæc ita sint, & infinita alia quæ omnem mentem superant, aliud Principium cogitatione fingere, & hoc soli Deo ingenito opponere? Concors enim & consentiens Principium somniare supervacuum est, cum unum sufficiat; contrarium vero suspicari, furiosi prorsus est, cum universa inter se consentiant, varietate quidem ornata, in quibus sapientia veri auctoris factum est, ut sanitas & tranquillitas cum austeritate appareat; quia omnis suavitas nimis mera, nocens est & ratione aliena: severitas vero

1. Τίς ἂν] Ex interprete liquet heic aliquid deesse,

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

βλαβής τε καὶ ἄλογος· ἐμβρίθεια δὲ καὶ αὐστηρότης καθ' ἑαυτὴν, χρηστότητος ἀμοιροῦσα, πρὸς ἀγριότητα καὶ ἀπανθρωπίαν ὁρᾷ· ἑκάτερα δὲ παιδεύει τε καὶ ἥδυνει, τέρπει τε καὶ ἐκφοβεῖ· ἐπαγγέλλεται χρηστότητα, καὶ ἀπειλεῖ φοβερά· προτείνει δώρων ἐλπίδα, καὶ παραδείκνυσι τιμωριῶν κίνδυνον· ὡς ἂν ὁ λογισμὸς τῶν ἐπὶ γῆς πολιτευομένων, μήτε χαυνότητι τῶν ἡδέων καταβαπτισθῇ πρὸς ἄμετρον ῥᾳστώνην, μήτε ἀδιαλείπτῳ δέει τῶν φόβων διεκπλαγεὶς πληρωθῇ· ἀλλ' ἑκατέρωθεν μετρίως παιδαγωγηθῇ πρὸς εὐλάβειαν τε καὶ ἀρετήν.

A & austeritas sola, suavitatis expers, ad feritatem & inhumanitatem spectat. Utrumque autem corrigit & delectat, exhilarat & deterret: promittit suavitatem, & minatur terrorem: protendit spem donorum, & subostendit periculum suppliciorum; ne ratio eorum qui in terris versantur, mollitia & laxitate propriarum rerum in ignaviam demergatur; neque perpetuo metu percussa cæca fiat: sed potius ex utraque parte & ad timorem Dei & ad virtutem instituatur.



P R Æ F A T I O

I N

L I B R U M T E R T I U M

T I T I B O S T R E N S I S

C O N T R A

M A N I C H Æ O S.

ΤΑ μὲν οὖν ἔμπροσθεν ἔκ τε τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν εἰρημένα, πάντων ἂν ἴσως καὶ τῶν ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας τὸν νοῦν ἀσφαλίσαιτο, μηδαμῶς προσιέσθαι τοῦ Μάνεντος τὴν κατὰ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων βλασφημίαν. ἐπειδὴ δὲ θήραν ἑτέραν κατὰ τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας μεμελέτηκε δεινήν τε καὶ χαλεπὴν, ῥήσεις τινὰς τῶν ἁγίων γραφῶν ἐκβιαζόμενος πρὸς τὴν αὐτοῦ ψευδολογίαν· ὥρα δὴ καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ἐλέγχους κατ' αὐτοῦ κινῆσαι, πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πιστευόντων, ταῖς ἀλλοκότοις καὶ λίαν ἀπειθάναις ἑρμηνείαις ἔστιν ὅτε πρὸς τῶν ἐκείνου πλανωμένων· ποικίλως γὰρ μεθοδείων, ἣν ἐπενόησε συνεργείᾳ τοῦ διαβόλου πλάνην, ἰσχύειν ἐπιχειρεῖ· παρ' ἕλλησι μὲν οὐ τὰ ἐκείνων ἀνατρέπων, τὰ δὲ ἐλάττω κακὰ πρὸς μείζονα ἀσεβείας ὄγκον ἐξαίρων, κακοηθέστερον ἑλληνισμὸν ἐφηγεῖται.

B QUÆ superioribus libris tum ex rebus ipsis, tum ex communibus notionibus dicta sunt, fortassis omnium qui extra ecclesiam sunt, mentem munire possunt, ut blasphemiam Manichæi in auctorem universi non admittant. Quia vero aliam venationem contra eos qui intra ecclesiam sunt, gravem quidem illam & periculosam meditatus est, quædam in Scripturis sanctis dicta ad suam falsam doctrinam per vim detorquens: tempus est, ut ex divinis Scripturis confutationes contra eum agitemus, ad muniendum eos qui ipsis Scripturis sanctis credunt, qui absurdis & improbabilibus earum interpretationibus interdum ab illo decipiuntur: vario enim fallendi artificio errorem quem adjutore C diabolo excogitavit, firmare nititur; apud gentiles quidem non refellens illorum dogmata; quæ vero minora mala sunt, in majorem molem impietatis extollens, perversiorem Hellenismum introducit.

Οἷς σχεδὸν πρὸς ἅπασαν συμπεριαγόμενός φασιν, ὁμοδοξίᾳ κακῶν σφαλερῶν μαθημάτων τὴν προσθήκην τῶν ἑαυτοῦ πλασμάτων παρεμβάλλει· παρὰ δὲ Χριστιανοῖς τὰ Χριστιανῶν δῆθεν μετιὼν, καὶ πιθανότητι ὀνόματός τε Χριστοῦ καὶ ῥημάτων τῆς γραφῆς ἐπιεικείας ἐμφάσει, τὸν μὲν λύκον, ὅπερ αὐτός ἐστιν ἔνδοθεν σκέπων, τὸ δὲ κώδιον ἔξωθεν περιτιθέμενος, ἀπάτη ἀστὴρ τῷ ποιμνίῳ γίγνεται· καὶ οὕτω δὴ τοὺς ἧττον ἔμφρονας καταλάμπει, καὶ δὴ προθέμενος καινοτάτην ἀσέβειαν ἐρανίσασθαι παρ' ἑαυτοῦ τε καὶ παρ' ἄλλων. ὡς ἂν μηδεὶς τῶν Χριστιανῶν ἐπεγνωκότων, ἐξετάζειν γοῦν ἐπιχειροίη τὴν καινότητα τῶν ἠρανισμένων ὑπ' αὐτοῦ κακῶν, παράκλητον προσεῖπεν ἑαυτὸν, ὀνόματος οὐχ ὑπὲρ ἄνθρωπον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἄγγελον, χρήσει τὸ ἀπατηλὸν σκέπων· ἵνα τῷ ἀξιοπίστῳ τῆς προσηγορίας, ἀδιακρίτως οἱ καὶ ἄλλως ἀνόητοι δέχωνται τὰ λεγόμενα. ἔστι δ' ὅτε καὶ ὡς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, βαρβάροις τὸ γένος, ὁ βάρβαρος καὶ γένος, καὶ γνώμην τὴν ἀσέβειαν ἐπιστέλλει. καὶ περὶ μὲν τούτων ὕστερον.

Quibus fere ad omnia consimili opinione malarum & falsarum doctrinarum circumvectus, accessionem fictionum suarum immittit: apud Christianos vero scilicet quæ Christianorum sunt, aggressus, & probabilitate nominis Christi, & verborum Scripturæ, & modestiæ specie, lupum quidem qui est ipse, intus tegit, pellem vero ovis extrinsecus indutus, efficitur falsa stella gregi: atque ita imprudentioribus & minus cordatis nocet, cui propositum est, impietatem maxime omnium novam tum a se, tum D ab aliis colligere. Ut autem nullus Christianus novitatem eorum malorum quæ collegisset, expendere saltem & considerare aggrederetur, Paracletum se appellavit, usu nominis, quod non solum supra hominem sed supra angelum est, fallaciam suam tegens ac dissimulans; ut auctoritate appellationis probabili, homines alioqui stulti, nullo adhibito judicio, quæ dicit, amplecterentur. Aliquando etiam tamquam apostolus Jesu Christi, barbaris genere, idem genere & mente barbarus impietatem per epistolas tradit. Sed de his postea.

Τῶν δὲ γραφῶν τὰς μὲν παλαιοτέρας ἀνατίθησι τῇ πρὸς αὐτοῦ λεγομένῃ κακίᾳ, νόμον τε καὶ προφήτας· τὰ δὲ εὐαγγέλια, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς καινῆς διαθήκης

Ex Scripturis, quæ sunt veteris Testamenti, illas adscribit Nequitiæ, quam vocat, Legem scilicet & prophetas; evangelia vero & reliqua novi

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

μαθήματα, παρὰ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ, ὡς οἴεται δεδόσθαι φησίν· οὐδὲ ταῦτα μὴν ὁ τῆς βλασφημίας εὑρετὴς διισχυρίζεται δι' ὅλου καθαρεύειν, τοῦ, ὥς φησιν ἐναντίου Θεοῦ· ἐνυπάρχειν δὲ καὶ τούτοις, ὥσπερ κατά τινα μίξιν, πολλὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ καλουμένης ὕλης· καὶ χρῆναι ταῦτα περιελόντα, μόνα καθ' ἑαυτὰ καταλιπεῖν, ἃ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μερίδι λογίζεται.

Οὕτω τῶν ἁγίων γραφῶν τὴν διόρθωσιν, ὡς οἴεται καθ' ἑαυτὸν μεταχειριζόμενος, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τολμῶν παράκλητος εἶναι δοκεῖν, τὰ μὲν πλείονα περιγράφει· βραχέα καὶ καταλιπὼν, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης ποθοῦντα τῶν συγγενῶν λόγων τὴν συμφωνίαν.

Οἴεται μὲν πᾶσαν [1] ἀσφάλειαν περιτιθεῖσθαι, ὡς μόνα δὴ τὰ δυνάμενα προσέλκεσθαι, πρὸς ἃ τερατεύεται καταλελοιπώς· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ταῦτα σαφῶς αὐτοῦ διελέγχει τὴν ἄμετρον μανίαν, ὡς, ἐπειδ' ἂν περὶ αὐτὰ γένηται, Θεοῦ παρέχοντος, δείξει σαφῶς ὁ λόγος.

Δεικτέον δὲ πρῶτον, ὅπως ἄλογον ποιεῖται τὴν κατὰ τῶν ἀρχαιοτέρων ἁγίων γραφῶν βλασφημίαν, παλαιοτέροις μὲν αὐτοῦ πονηροῖς ἀνδράσι καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθεῖσι κατὰ τοῦτο συμενεχθεὶς, τῇ δ' ἀσεβείᾳ πάντας ἐκείνους ὑπερβαλλόμενος· εἰ μὲν οὖν καθάπερ ἕλληνες ἀπιστοῦσι παντελῶς ταῖς ἱστορίαις τῶν γραφῶν, οὕτω δὴ κἀκεῖνος ἀπιστῶν ἔφασκε, μηδαμῶς, ἢ ὡς ἔτυχε τὰ αὐτόθι ἱστορούμενα γεγονέναι, οὔτ' ἂν ἡμεῖς τι πρὸς αὐτὸν περὶ τούτων ἐκινοῦμεν, οὔτ' ἂν αὐτὸς μείζω τὸν ἔλεγχον διὰ τούτων ὑπέμεινεν.

Ἐπεὶ δὲ τὴν μὲν ἀλήθειαν αὐτοῖς τοῦ ὄντος γεγονέναι προσομολογεῖ, αἰτίαν δὲ τούτων εἶναι τὴν μὴ οὖσαν κακίαν φησίν· φέρε καὶ νῦν ἀποδείξωμεν, ὅπως τὰς μεγάλας ἐνεργείας ἀνατίθησι, καὶ τὰ μείζω θαύματα τῇ διαβαλλομένῃ πρὰς αὐτοῦ κακίᾳ, μὴ νοῶν, ἅτε δὴ τὸν λογισμὸν τυφλώττων, τὰς παραδόξους ἐν ταῖς ἱστορίαις τοῦ Θεοῦ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων οἰκονομίας.

Φησὶ δὲ πρὸς λέξιν αὐτὴν ἐκεῖνος, ἢ ἕτερός τις τῶν ἀπ' ἐκείνου, ἐπιγράψας τὸ κεφάλαιον περὶ τῆς ἀνθρωπίνης πρωτοπλαστίας· ἐπειδὴ γὰρ ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὡς ἐκ τοῦ παραιρεῖσθαι τὸ ἅπαξ ἁπλῶς ἐμπίπτον εἰς αὐτοὺς μέρος τοῦ φωτὸς, ταχὺς ἐπ' αὐτοὺς ὁ θάνατος ἥξει, τὴν εἰς τὰ σώματα τῆς ψυχῆς κάθοδον ἐμηχανήσατο, ἀναδραμεῖν μὲν αὐτὴν μηδόλως ζητοῦντες, ἀνελθοῦσαν δὲ μηδὲ τῆς ἄνωθεν λήξεως ἀξίαν εὑρίσκεσθαι, μιάσματι τῆς σαρκὸς ἀνεχομένην.

Καὶ μετ' ὀλίγα· διὸ ἕκαστος αὐτῶν φησι τῶν τῆς ὕλης ἀρχόντων, ὃν τρόπον προείπομεν, τῆς γενομένης κινήσεως ἕνεκεν, καὶ τοῦ φανέντος πρῶτον, ἐπὶ τὴν λύτρωσιν τῆς ψυχῆς, τῆς θύρας πρῶτον ἀνοιγείσης, ὑπ' ἐκπλήξεως ἄκων καταπέμψας τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν, ἐμόρφωσεν ἑαυτὸν εἰς θήραμα τῆς ψυχῆς, καὶ μίμημα αὐτοῦ ἔπλασεν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ δυσαποσπάστως ἔχειν ἠνάγκασεν τὰς ψυχὰς κατακηλουμένας· καὶ πλάσμα αὐτῶν ἐστι πρῶτον ὁ Ἀδὰμ, ὄργανον ἐπιθυμίας καὶ δέλεαρ τῶν ἄνωθεν ψυχῶν, καὶ μηχάνημα τοῦ αὐτὰς εἰς σώματα ἐμπίπτειν.

Σκοπητέον μὲν δὴ πρῶτον, ὅσην σοφίαν προσμαρτυρεῖ τοῖς ἄρχουσιν ὡς οἴεται τῆς ὕλης, ἣν ἐπ' ἀγνοίᾳ πάντη κακίζει· ὡς ἵνα μὴ ἀφαιρεθῶσι τοῦ προσμιγέντος αὐτοῖς φωτὸς μεμηχανημένοις διὰ σαρκὸς τὴν εἰς αὐτοὺς κάθοδον τῆς ψυχῆς, ἀναδραμεῖν μὲν αὖθις αὐτὴν οὐκ ἐῶντες· εἰ δὲ καὶ ἀναδράμοι, ἀναξίαν ἀποφαίνεσθαι τῶν ἄνω μεμιασμένην σαρκί· ὡς ἀδύνατον εἶναι πάντη τῷ ἀγαθῷ τὴν παρ' ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁλόκληρον διασώσασθαι, ταῖς μηχαναῖς τῶν ἀρχόντων

A Testamenti a Bono data esse dicit, ut putat. Sed nec hæc quidem iste inventor blasphemiæ affirmat esse ex toto a contrario Dei vacua & pura, sed esse in his multa a Materia, quam vocat, admista, oportereque his ablatis sola relinquere, quæ ad partem Boni reputat pertinere.

Sic correctionem sanctarum Scripturarum, ut opinatur, solus aggrediens, & hac potissimum ratione ausus videri Paraclitus, plurima quidem tollit, pauca vero Novi Testamenti relinquit, quæ concentum ac concordiam cum cognatis sermonibus desiderant.

Putat quidem omnem blasphemiam eis imposuisse, B ut qui illa solum reliquerit, quæ ad illa monstra quæ fingit, trahi possint: nihilo vero minus etiam hæc ipsius amentiam, & furorem summum coarguunt, ut juvante Deo aperte disputatio, cum in eis versabitur, docebit.

Ostendendum igitur primo est quam dementer in sanctas Scripturas veteres blasphemus est, consentiens hactenus cum se antiquioribus, viris pravis & ab ecclesia ejectis; impietate vero omnes illos superans. Si igitur sicut gentiles historiis Scripturarum penitus non credunt, sic etiam ille non credens Scripturis, nequaquam aut fortuito facta esse quæ in eis narrantur, diceret, neque nos quidquam contra eum de his disputaremus; nec ipse majorem confutatio- C nem per hæc subiret.

Sed quia veritatem Dei in eis fuisse attestatur, caussam vero horum esse ait nequitiam, quæ nihil est; age, doceamus nunc, quomodo magna opera ac magis admiranda nequitiæ quam ipse accusat, attribuit; quippe qui cæca ratione non intelligit admirabiles Dei creatoris universorum gubernationes ac providentias, quæ in historiis feruntur.

Ait igitur ad verbum sive ille, sive alius quispiam ejus discipulus, qui caput inscripsit de prima formatione humana: *Quia cognoverunt magistratus Materiæ, quod si omnino pars luminis quod in eos* D *incidit, omnino auferretur, mors eis adventura esset; machinati sunt descensum animæ in corpora: quæ quidem ne ullo modo rediret, unde descendisset, ipsi curarent; reversa vero, ut non reperiretur digna habitatione supera, ut pote fœditate carnis inquinata & polluta.*

Et paullo post: *Quamobrem unusquisque eorum qui sunt magistratus Materiæ, sicut diximus prius, propter motum factum, & propter eum qui primum apparuit ad redemtionem animæ, janua primum aperta, præ terrore invitus dimissa virtute quæ in eo erat, formavit se ipsum ad venandam animam, & imitationem sui finxit in terra, coegitque animas delinitas, ut difficile ab ea imitatione abstraherentur.* E *Ac primum quidem Adam ab eis formatus, ac fictus est instrumentum cupiditatis & esca animarum e cælo descendentium & machina ad trudendum eas in corpora.*

Primum autem considerandum est, quantam sapientiam opinione sua adscribit, & attestatur magistratibus Materiæ, quam omnino de ignorantia condemnat & vituperat, tamquam machinatis per carnem descensum animæ ad eos, ne privarentur lumine eis admisto, qui rursus redire animam non sinerent. Sin vero rediret, indigna superna habitatione tamquam sordibus carnis polluta declararetur, quasi non posset Deus animam a se creatam inte-

1. Ἀσφάλειαν] Aliter legebat interpres.

τῆς ὕλης ἡττώμενον· καὶ περὶ μὲν τούτων ἔτι καὶ λέγειν, πῶς μὴ γέλως ᾖ;

Ἐπεὶ δέ φησιν ὅτι πλάσμα πρῶτόν ἐστι τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης ὁ Ἀδὰμ, ὄργανον ἐπιθυμίας καὶ δέλεαρ τῶν ἄνωθεν ψυχῶν, τέως μεμαθήκαμεν, ὅτι σαφῶς πεπλάσθαι πρὸς τῆς μὴ οὔσης ὕλης τὸν ἄνθρωπον λέγει, ὁ πανταχοῦ τῇ ὕλῃ καὶ τῇ κακίᾳ τὸ πλέον νέμων προσποιήσει διαβολῆς. καὶ νῦν δὴ ἄνθρωπον αὐτὴν πεποιηκέναι λέγει, τὸ βασιλικώτατον καὶ ἀρχικώτατον πάντων δὴ τῶν ἐν τῷ σωματικῷ κόσμῳ ζώων, ἅτε δὴ μόνον λογικὸν ὑπάρχον, καὶ θαυμάσιον τῷ τε λογισμῷ τῆς φύσεως καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν· ἐπαπορεῖν μὲν δὴ καὶ περὶ τοῦ παντὸς κόσμου, τοῦ χάριν ἐγένετο.

Περὶ δὲ ἀνθρώπου δεικνύειν ἐπιχειρῶν, ὡς οὐκ ἔστι πλάσμα Θεοῦ· κινεῖ μὲν ἀνοήτως καὶ ἕτερα· πῶς δὲ καὶ ἐντολὴν ἐδίδου φησὶν, ὁ Θεὸς τῷ Ἀδάμ; δυοῖν καὶ θάτερον, ἢ ἐγίνωσκεν ὡς παραβήσεται, καὶ οὐ μάτην μόνον ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ αἴτιος αὐτοῦ, ἢ ἀγνοοῦντα λέγειν, ἀνάγκη τὸν Θεὸν ἀγνοίᾳ περιβεβλῆσθαι· ὡς τὴν ἐντολὴν δεδόσθαι μὲν, εἰς ἐπιβουλὴν δὲ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τῆς κακίας ὡς οἴεται, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου· ὠφελῆσθαι δὲ τὰ μέγιστα καὶ ἐλευθερῶσθαι τὸν ἄνθρωπον πεισθέντα συμβουλῇ τοῦ ὄφεως, ὃν ἄγγελον εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ διορίζεται· τυφλὸς μὲν γὰρ ἦν φησί· γευσάμενος δὲ τοῦ ἀπηγορευμένου, εἶδεν ἑαυτὸν, ὅτι γυμνὸς ἦν· καὶ σκέπῃ τῇ εὑρεθείσῃ κατεχρήσατο· καὶ ἔγνω τ' ἀγαθόν τι καὶ τὸ κακόν· οὕτως μάλιστα ὠφέληται, [1] παραβεβηκὼς τὸ πρόσταγμα τοῦ ἐπιβούλως πλάσαντος.

Πῶς δέ, φησι, πρέποι Θεῷ λέγειν· ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνας τὴν χεῖρα λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· εἰ γὰρ ἐνῆν ἀθανασίαν ἀπολαβεῖν, φθονερὸς δὲ ὁ ἐξελαύνων τοῦ παραδείσου τὸν ἄνδρα· καὶ ἀποκλείων αὐτῷ τὴν μετουσίαν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, οὗ μετέχων ἐς ἀεὶ τὴν ἀθανασίαν ἔχειν οἷός τε ἦν.

A gre servare victus machinis magistratuum Materiæ. At de his quidem adhuc dicere an non est ridiculum?

Quia vero, ait, primum quod magistratus Materiæ formaverunt, esse Adam instrumentum cupiditatis, & escam supernarum animarum; didicimus hinc clare eum dicere, esse hominem formatum a Materia, quæ minime est, qui Materiæ & nequitiæ ubique plus tribuit simulatione accusationis. Nunc autem ipsam dicit hominem fecisse, animal omnium animalium quæ in mundo corporeo sunt, præstantissimum ac maxime regium, ut pote ratione præditum & admirabile tum ratione naturæ tum institutis atque exercitationibus. Quæstionem autem B ponit de universo mundo, quare factus est?


De homine autem, dum nititur demonstrare, non esse a Deo formatum, movet alias quæstiones dementes. *Quomodo*, inquit, *dedit Deus Adæ mandatum? alterum enim ex duobus necesse est: aut cognoscebat quod transgressurus esset, & sic non solum frustra & inaniter dedit, sed ipse est in culpa & reus peccati illius; aut si dicatur ignorasse, necesse est dicere, Deum ignorantia præditum esse:* ut jam mandatum quidem a nequitia, ut opinatur, datum fuerit ad insidiandum homini, & non ad alium usum: adjutum vero magnopere fuisse, & liberatum hominem, cum credidit consilio serpentis, quem angelum Dei esse decernit. *Cæcus enim*, C inquit, *erat. Cum autem gustasset vetitum, cognovit se esse nudum, & tegumento invento usus est; cognovitque bonum & malum. Sic magnam cepit utilitatem.*

Quomodo, inquit, *Deum decet, ut dicat*, [a] Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis, sciens bonum & malum. Nunc autem ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum? *Si enim poterat recuperare immortalitatem, invidus fuit, qui ex paradiso virum ejecit, & a participatione ligni vitæ exclusit, quo participato semper immortalitatem habere poterat.*

a Gen. III. 22.

1. Παραβ.] Omisit Interpres hæc verba, quæ Titi argumentum conficiunt: *Cum transgrederetur mandatum Dei, qui ipsum tanta cum sapientia creaverat*. Ridet scilicet Titus Manichæos, qui utilitatem ex peccato fluxisse autumabant. BASN.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
363.



TITI
EPISCOPI BOSTRENSIS,
ADVERSUS
MANICHÆOS.
LIBER III.

Ἐξεργασώμεθα δὲ καὶ τὸν περὶ τὸν νόμον μετρίως, A εἰς τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς κεκινημένοι λόγον· ἀποδέχεσθαι γὰρ νενομίκασι τὸ εὐαγγέλιον, μέμφεσθαι δὲ ἐσπουδάκασι τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις· καὶ πᾶσαν μὲν διαβεβλήκασι τὴν παλαιάν, τιμήσειν δὲ ὑπονενοήκασι τὰ εὐαγγέλια· σχηματιζόμενοι μᾶλλον τὴν τῶν εὐαγγελίων τιμήν· ἵνα τὸν σχηματισμὸν δέλεαρ τῶν ἀπατωμένων λάβωσιν· οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ συντίθενται τοῖς εὐαγγελίοις, τιμᾶν ὁμολογοῦσι τὰ εὐαγγέλια· ἀλλ' ἐπειδὴ τετίμηται τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, προσποιοῦνται· ἔδει γὰρ αὐτούς, εἴ γε τὰ εὐαγγέλια ἐτίμων, μὴ περιτέμνειν τὰ εὐαγγέλια, μὴ μέρη τῶν εὐαγγελίων ἐξυφελεῖν, μὴ ἕτερα προσθεῖναι, μήτε λόγῳ, μήτε ἰδίᾳ γνώμῃ τὰ εὐαγγέλια προσγράφειν· οὐδὲ γλῶσσα ἔχει τὰ εὐαγγέλια ταῦτα, καὶ ἀνα- B γνώσει παραπέμπουσι· προσγεγραφήκασι γοῦν ὅσα βεβούληνται, καὶ ἐξυφείλαντο ὅσα κεκρίκασι· καὶ λοιπὸν ὀνόματι, καὶ ἐν τούτῳ ψεύδονται, καλοῦσι τὸ εὐαγγέλιον, τὸ σῶμα τοῦ εὐαγγελίου, μήτε τηρηκότες σῶμα· ἀλλ' ἕτερον σῶμα γραμμάτων, μέχρι τοῦ ὀνόματος τοῦ εὐαγγελίου φθάνον, πεποιηκότες ταῖς ἰδίαις βουλήσεσι. μεῖζον γὰρ τῶν [1] ἄλλων ἠτιμάκασι τὰ εὐαγγέλια· οἱ μὲν γὰρ οὐ δέχονται, καὶ μὴ δεχόμενοι οὐ διαφθείρουσιν, ἀλλὰ μόνον ἀποσείονται, οὐ μὲν καὶ ἐμβατεύουσι τοῖς γράμμασι· οἱ δὲ εἰληφέναι δοκοῦντες, ἐνεβάτευσαν, ἐνεχώρευσαν, ἐνεκαπήλευσαν τοῖς γράμμασι· καὶ γοήτων ἔργα καὶ πονηρῶν δεδράκασιν. ἐκεῖνοι ἠπίστησαν, ψιλῇ τῇ ἀπιστίᾳ κέχρηνται· ἃ μὴ πιστεύουσι, φιλολογῆσαι οὐκ ἠνέσχοντο· C οὗτοι ἐν μέσῳ γενόμενοι, λύειν τὴν ἁρμονίαν ἐπικεχειρήκασι· καταλύειν τὸν ῥυθμὸν τετολμήκασι, τετεχνασμένοις μαθήμασιν· ὑπόθεσιν ἀπάτης τὸ ὄνομα τοῦ εὐαγγελίου παρεσκευακότες. εἰ γὰρ ᾔδεισαν τὸ εὐαγγέλιον, οὐκ ἠγνόουν τὸν νόμον· εἰ δὲ ἠγνόησαν τὸν νόμον, πῶς τὸν Ἰησοῦν παρεδέξαντο; δίχα γὰρ νόμου Ἰησοῦς οὐ παραλαμβάνεται· ὁ γὰρ τὸ τέλος ποθῶν τὴν ἀρχὴν περιεργάζεται· ὁ δὲ τῆς ἀρχῆς γινόμενος ὑπερόπτης κενοπαθεῖ, κενολογεῖ, πρὸς τέλος ἄφιξιν οὐκ ἔχει.

Εἰ δὲ τέλος νόμου Χριστὸς ματαιοπονοῦσι· νόμου μὲν φυγάδες ὄντες, Ἰησοῦν δὲ εἰδέναι ἐπαγγελόμενοι. εἰ μὴ νόμος λαλήσει, ὁ κύριος οὐκ ἐπιγινώσκεται· D ἡ γὰρ σιωπὴ τοῦ νόμου ἄγνοια τοῦ κηρυττομένου· ἡ δὲ τοῦ νόμου μάθησις, ἐπίγνωσις τοῦ προκαταγγελομένου· εἰ γὰρ Μωϋσέως ἤκουον, ἐπίστευον εἰς τὸν παρεληλυθότα· ἀμέλει οὐ πιστεύεται ὁ ἐγηγερμένος, εἰ μὴ πίστιν ὁ νόμος τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιήσει· κἂν γάρ τις λέγῃ, πέμψον Λάζαρον, ἵνα ἀναγγείλῃ τοῖς ἀδελφοῖς μου, μὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν ὁδὸν τῆς βασάνου ταύτης· καὶ λέγοντος Ἀβραάμ, ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας· εἴπῃ, ἐὰν μή τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, οὐ μὴ πιστεύσουσι, ἀκούσεται, εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἤκουσαν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, ἀκούσονται· βαβαί, οὔτε γὰρ ἡ τοῦ ἐγηγερμένου παραγ-

I. Postquam autem de Principio breviter disseruimus, pertractemus quæstionem de Lege: decreverunt enim amplecti Evangelium; Legem vero & prophetas reprehendere studuerunt. Ac totum quidem vetus Testamentum calumniati sunt, evangelia vero honorare se suspicati sunt, honorem potius evangeliorum simulantes; ut esset simulatio, invitamentum eorum quos deciperent. Nec enim quia assentiuntur evangeliis, honorare se evangelia confitentur: quin potius quia honorant nomen Jesu, fingunt honorem evangeliorum: oportebat autem eos, si quidem evangelia honorabant, non circumcidere evangelia; non demere de evangeliis, non alia apponere, neque verbis & propria sententia evangelia adscribere. Nec enim eorum lingua hæc evangelia habet, & eorum lectionem prætermittunt: Adscripserunt itaque quæcumque voluerunt, & detraxerunt quæcumque judicaverunt: & postea nomine appellant evangelia qui corpus evangelii non servaverunt, sed potius aliud corpus litterarum, quod usque ad nomen tantum evangelii pertingit, propria voluntate fecerunt. Plus enim quam gentiles evangelia inhonoraverunt: illi non recipiunt, & non recipiendo non corrumpunt, sed solum rejiciunt; non tamen calcant litteras: hi vero cum recepisse videbantur, calcaverunt, insultarunt & adulteraverunt litteras; & quod præstigiatores & improbi faciunt, fecerunt. Illi non crediderunt solum, & quibus non crediderunt, de eis a se differi non patiuntur: hi vero in medium prodeuntes conati sunt concentum solvere; modulationem doctrinis artificio fabricatis tollere ausi sunt, præparato nomine evangelii, ut esset fallaciæ caussa. Si enim evangelium cognovissent, legem non ignorassent: quod si legem ignoraverunt, quomodo Jesum receperunt? sine lege enim Christus non recipitur; nam qui finem desiderat, principium investigat: contra vero, qui est principii contemtor, vanus est, vane loquitur, non potest in finem evadere.

II. Si autem [a] *finis legis* est *Christus*, frustra laborant qui legem fugiunt, & cognitionem Jesu se habere profitentur. Nisi lex loquatur, Dominus non agnoscitur: taciturnitas enim legis, ignoratio est prædicati: rursus vero cognitio legis, notitia est prænunciati. Si enim Moysem audirent, crederent in eum qui venit. Sane quidem neque suscitato creditur, nisi lex fidem faciat audientibus. Et si quidam dicat, [b] *Mitte Lazarum, ut nuntiet fratribus meis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormenti; & respondente Abraam, Habent Moysem & prophetas, dicat, Nisi quis ex mortuis resurgat, non credent; audiet tamen iste, Si Moysem & prophetas non audierunt, neque si quis a mortuis resurgat, audient.* O rem miram! neque si quis a mortuis ex-

a Rom. x. 4. b Luc. xvi. 28 - 31.

1. Ἄλλων] Interpres legebat ἐθνῶν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

γελίᾳ τῇ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν [1] . . . ὁ Ἰησοῦς A δίχα τῆς συνουσίας αὐτῶν οὐδὲ τοῖς ἀποστόλοις φαίνεσθαι ἠξίωσε· καὶ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ πατρὸς μαρτυρεῖσθαι, οὐκ ἠτίμασε τὴν συνουσίαν τῶν ἁγίων· ἀλλὰ ταῖς ὄψεσι τῶν ἀποστόλων πίστιν ἀκριβεστάτην βουλόμενος παρασχέσθαι, ὡς ἀνῆγεν ἐν τῷ ὄρει καὶ μετεμορφοῦτο, ἐδείκνυε Μωϋσέα καὶ Ἠλίαν, ἵνα ἡ συνουσία τῆς ἁγιότητος γένηται μαρτυρία· καὶ ἵνα ὁ δεχόμενος τὸν Ἰησοῦν, τοὺς συνόντας μὴ ἀτιμάσῃ, ἵνα μὴ τοὺς δορυφόρους καὶ ὑπηρέτας ἀπελίζων, αὐτὸν ἀτιμάζων ᾖ τὸν βασιλέα.

citatus nuntium afferat, ei creditur sine lege & prophetis, immo neque Dominus Jesus apostolis apparere voluit transfiguratus, nisi adhibitis lege & prophetis; & qui potuit testimonium a Patre ferre, non inhonoravit consortionem sanctorum: quin potius cum vellet certissimam fidem in conspectu apostolorum facere, quod in montem eos adducebat, & transfigurabatur, ostendebat Moysem & Eliam, ut testimonio esset consociatio sanctitatis illorum: & ut is qui Jesum recipit, socios ejus ne dedecoret; ne si ejus stipatores & ministros parvifaciat, regem ipsum inhonoret.

Τοσαύτην γοῦν ἐπιμέλειαν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πεποίηται ὁ σωτὴρ, ὡς μηδὲν ἀτελὲς ποιῆσαι B τοῦ νόμου· πάντα δὲ ἀνύειν τὰ γεγραμμένα, βοᾷν δὲ, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι, εἰσιέναι δὲ ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς ἀτόπους οἰκονομίας ἐξωθεῖν, ἵνα τὸν οἶκον καθαρὸν ἀποδοὺς, πίστιν ἀκριβεστάτην τῷ πράγματι παράσχῃ, ὡς οἰκείων καὶ πατρῴων ἐπιμελόμενος πραγμάτων· βοᾷ γὰρ, ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ αὐτὸν πεποιήκατε σπήλαιον λῃστῶν. καὶ ἐπειδὴ μυρία ἐστὶ λόγια δυνάμενα δυσωπεῖν τὴν ἄτοπον ἐκείνων δόξαν, ἡμεῖς ἵνα μὴ λόγοις πλείοσι χρώμενοι εἰς μῆκος ἐξαγάγωμεν τὸν λόγον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐπιτρέψωμεν ταῖς ἀναλογίαις τῶν ῥημάτων χρῆσθαι· ἡμεῖς δὲ συμμέτρως χρησόμενοι, πρὸς αὐτὰς τὰς ἀντιθέσεις τῶν λογίων χωρήσωμεν. τὸ εὐαγγέλιον παραδεχόμενοι τὸν νόμον οὐ παραδέχονται· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁλόκληρον τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον παραδέχονται· ἢ γὰρ ἂν καὶ τὸν νόμον ἐλάμβανον, εἰ ὁλόκληρον τὸ εὐαγγέλιον ἐδέχοντο· νῦν δὲ πρῶτον τὸ εὐαγγέλιον [2] καπηλεύσαντες, εἰκότως τὸν νόμον οὐ παραδέχονται· ἐλέγχονται οὖν διὰ τὸ λεληστευκέναι τὸ εὐαγγέλιον. εἰ δὲ τὸ εὐαγγέλιον μαρτυρεῖ, καὶ οὐ τιμῶσι τὸν νόμον, ἠτιμάκασι τὴν μαρτυρίαν· οὐκέτι γὰρ ἡ ἀτιμία τοῦ νόμου, ἀλλ' ἡ ἀπιστία τοῦ μαρτυροῦντος· καὶ εἰ μὲν ἓν τῶν εὐαγγελίων ἐμαρτύρει, ἕτερον δὲ ἐσιώπα, καὶ καθ' ἑνὸς μόνου ἐγίγνετο ἡ ἀτιμία, οὐκ ἂν ἐσιώπα τὰ ἄλλα εὐαγγέλια, κοινὴν ἀτιμίαν τὴν τοῦ ἑνὸς ἀτιμίαν ἡγούμενα.

III. Denique tantam curam legis & prophetarum Salvator habuit, ut nihil ex lege non perfecerit; omnia autem quæ scripta erant, patraverit, clamaretque; [a] *Non veni solvere legem, sed adimplere:* ingrederetur autem in templum, & turpes inde administrationes domus Dei ejecerit, ut reddens domum puram, re ipsa plenissime persuaderet se suorum ac paternarum rerum procurationem suscipere. Clamat enim: [b] *Domus Patris mei domus orationis vocabitur; vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Et quia sunt infinitæ Scripturæ quibus illorum absurda opinio redargui potest; nos ne prolixe scribentes librum in longum producamus, permittemus aliis uti verborum analogiis: nos autem brevitate usi, ad ea quæ contra Scripturas dicunt, pergemus. Recipientes C evangelium non recipiunt legem, quia non totum & integrum evangelium recipiunt; alioqui legem reciperent, si universum evangelium tenerent: nunc autem primo cauponati evangelium, consentanee legem non recipiunt. Convincuntur igitur non tenere legem, propter latrocinium in evangelio. Si autem evangelio testimonium tribuunt, & legem non honorant, testimonium inhonorant: non jam enim est hoc legem inhonorare, sed potius non credere testanti: ac si unum quidem evangelium testaretur, aliud vero taceret, & unius tantum dedecoratio esset; non tacerent alia evangelia, quæ dedecorationem unius communem ducerent.

D

Εἰ δὲ Μάρκος λέγει· ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν Ἠσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· ὁ δὲ Ματθαῖος· βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ· καὶ ὁ μὲν προπάτορα τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως οἶδε τὸν Ἀβραάμ, καὶ τιμᾷ τὸν Δαβίδ· ὁ δὲ συνάπτει τὸ εὐαγγέλιον τῷ νόμῳ· καὶ τοῦ εὐαγγελίου ἀρχὴν τὸν νόμον νενόηκεν. ἀληθεύει ὁ σωτὴρ λέγων· ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἐμὲ ἀθετεῖ· οὐκέτι γὰρ μέχρι τοῦ νόμου ἵσταται ἡ ἀτιμία, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν σωτῆρα. καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἀκουέτωσαν· εἰ Μωσέως ἠκούετε, ἠκούετε ἂν ἐμοῦ, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν· οἱ δὲ Μανιχαῖοι ἀκουέτωσαν· εἰ τοῦ εὐαγγελίου ἠκούετε, τοῦ νόμου ἠκούετε, περὶ γὰρ τοῦ νόμου τὸ εὐαγγέλιον γεγράφηκεν· ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν κάλυμμα λαμβάνοντες, οὐδὲ τὸν νόμον νενοήκασιν, οὐδὲ τὸν καταγγελόμενον ἐπέγνωσαν· οἱ δὲ αἱρεσιῶται ὀφθαλμοὺς ἔχουσιν οὐ βλέποντας, ὦτα ἔχουσιν οὐκ ἀκούοντα, διὰ τὸ μὴ παρακύψαι εἰς τὰ εὐαγγέλια, τῷ νόμῳ ἐμαχέσαντο· ἰδοὺ γὰρ ὁ μὲν Ἰωάννης βοᾷ· ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ

IV. Si vero Marcus ait, [c] *Principium Evangelii Jesu Christi, sicut scriptum est in Esaia propheta;* Matthæus autem, [d] *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraam;* & hic quidem progenitorem Jesu secundum carnem scit esse Abraam, & David honorat; conjungit evangelium cum lege, & legem cognovit esse principium evangelii. Fatetur verum Salvator, cum ait: [e] *Qui vos spernit, me spernit;* non enim usque in legem evadit dedecus, & ibi residet, sed in ipsum Salvatorem redundat. Ac Judæi quidem audiant, [f] *Si Moysem audiretis, audiretis utique me; de me enim scripsit ille.* Manichæi vero audiant: *Si evangelium audiretis, & E legem audiretis; de lege enim scripsit evangelium.* Verum Judæi quidem velo oculis adhibito, neque legem intellexerunt, neque nuntiatum agnoverunt. Hæretici vero oculos habent cæcos, & aures surdas: quia non introspiciunt in evangelium, legem oppugnaverunt. Joannes enim clamat: [g] *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes: hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.*

a Matth. V. 17. *b* Matth. xxi. 13. Marc. xi. 17. Luc. xix. 46. *c* Marc. I. 1. *d* Matth. I. 1. *e* Luc. x. 16. *f* Joan. V. 46. *g* Joan. I. 6. 7.

1. Τῶν προφ.] Verba desunt aliquot in Græcis; sed sensum implevit Turrianus optime. BASN.

2. Καπηλ.] Illi cauponantur Evangelium, qui in fabulam illud vertunt, & cogitata sua cum gratia miscent. Sic Theodor. II. Cor. II. 17. interpretatur *cauponari* verbum. TURR. — In Græco καπηλεύσαντες, vox deducta a mercatoribus qui merces adulterant & prostituunt. *Pollux, Onomast.* BASN.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

περὶ τοῦ φωτός· οἶδε τὸν μάρτυρα, καὶ οἶδε τὸν μαρτυρούμενον· καὶ τὸν μάρτυρα προγράφει· ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται μέχρις Ἰωάννου. οὐκοῦν ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, καὶ ὁ νόμος μάρτυρ, καὶ μαρτυρεῖται ὁ νόμος.

Ὅρα ἡλίκον ἀτόπημα ἡ περὶ τὰς μαρτυρίας ἀπιστία νομίζει· καὶ τοιαῦτα τούτων φθεγξαμένων, οὐδὲ ὁ Λουκᾶς σιωπᾷ· φησὶ γὰρ [2] τὴν αὐτὴν φωνὴν καὶ συνῳδὰ τοῖς ἄλλοις φθέγγεται, καὶ διηγεῖται, ὅτι ἄρτι μὲν ὁ Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ φανεὶς ἠφίει οὐράνιον ἀσπασμὸν λέγων· χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ· ὡς δὲ ἐκείνη ἐπὶ τῷ λόγῳ ἐταράττετο, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ λέγουσα, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. ἔλεγε· μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ κύριος τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. καὶ τιμᾶται Δαβίδ, καὶ πατὴρ ὁμολογεῖται σωτῆρος, καὶ μένει ἡ ἀρχή, καὶ παραδίδοται τῷ κυρίῳ, καὶ τέλος οὐ δέχεται, τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ ἀπλευτήτῳ σεμνυνομένης. καὶ ταῦτα μὲν αἱ τῶν εὐαγγελίων ἀρχαί· ἔδει γὰρ ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τὸν λόγον ὑφᾶναι, ἵν' οὕτω κατόπιν τις βαδίζων τοῦ λόγου, καὶ τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν ἁρμονίαν τῶν λόγων κατανοῇ, ἐξ ὅλων τῶν εὐαγγελίων.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἀποστολικὴ διακονία χαρακτῆρα σώζει εὐαγγελικόν· καὶ ὁ Παῦλος οἶδε· καὶ τὴν διακονίαν ἑαυτοῦ τῶν παθημάτων ἐν μέρει εὐαγγελίου μετρεῖ· φησὶ γάρ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἡμεῖς μηδὲ τὰς ἀρχὰς τοῦ ἀποστόλου παραλείψωμεν· ἀλλὰ κἀκείνων εἰς μνήμην ἔλθωμεν· ἵνα πάσας τὰς γραφάς, καὶ ἀρχὰς τῶν γραφῶν παρελθόντες, τῇ ὁμοφωνίᾳ τοῦ νόμου οἰκονομήσωμεν. γράφων μὲν τοῖς Ἑβραίοις, οὕτως λέγει· πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας· ἐνταῦθα πατέρα οἶδεν υἱοῦ· καὶ πατέρα ἐπιστάμενον υἱοῦ, οὐ μερίζει τὸ πρᾶγμα, οὐ σιωπᾷ περὶ τῶν παλαιῶν, οὐ προφήτας ἑτέρου προσγράφει, ἀλλὰ Θεὸν προφητῶν, καὶ πατέρα υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Παῦλος οὐ μεμέρικεν, οὔτε διεῖλεν, ἀλλ' ἕνα ἢ τὸν αὐτὸν κηρύττει, ὑπ' ἐκείνων μὲν προσκυνηθέντα, τοῦτον δὲ τεκουθέντα· καὶ τούτου μὲν γεννήτορα, ἐκείνοις δὲ προσκυνηταῖς καὶ οἰκέταις χρησάμενον· οὗ γάρ εἰσιν οἰκέται οἱ προφῆται, τοῦτό ἐστιν υἱὸς ὁ Χριστός· εἰ δὲ τὸν υἱὸν τιμᾷς, τοὺς δὲ οἰκέτας διαβάλλεις καὶ λοιδορεῖς, τῷ στόματι φθέγγῃ ἃ βούλει· ὁρᾷς ὅτι ἀγανακτεῖ ὁ υἱός· οὐκ ἀνέχεται πατρὸς ὑβριζομένου. εἰ γὰρ ὁ πατὴρ τὴν τοῦ υἱοῦ ἀτιμίαν ἰδίαν ἀτιμίαν λελόγισται, πόσῳ μᾶλλον ὁ υἱός, τὴν τοῦ πατρὸς ὕβριν, ἰδίαν εὐτέλειαν λογιεῖται;

Ἵνα δὲ καὶ κατ' ὀλίγον φοιτῶντες, κατὰ βραχὺ δυσωπήσωμεν, οὕτως ἐπιχειρήσωμεν· εἰ Θεοῦ ὁ νόμος, διατί οὐ παραδέχονται τὸν νόμον; εἰ δὲ διαβάλλεις τὸν νόμον, τίνος ῥήματα καὶ φωνὴ ὁ νόμος; τίνος δυνάμει τὰ γεγραμμένα παρὰ τοῦ νόμου λελάληται; ἐνταῦθα γὰρ αἱ αἱρέσεις διαιροῦνται, καὶ οὐκέτι ὅμοια διαλέγονται, ἀλλ' ἑαυταῖς μαχόμενα· καὶ Οὐαλεντινιανοὶ μὲν ὧδε, Μανιχαῖοι ὧδε· ἑτέρωθι δὲ Μαρκίων. πτύσματα, καὶ οὐ ῥήματα κατὰ τοῦ νόμου μαρτυροῦσι· καὶ Οὐαλεντινιανοὶ μέν, δίκαιός φασιν ἦν ὁ τοῦ νόμου Θεός· καὶ δίκαιος ὤν, οὐ πατὴρ ἦν τοῦ υἱοῦ· Ἰησοῦς φασιν ἀγαθός, ἀγαθὸς δὲ καὶ ὁ πατήρ· καὶ ὁ μὲν τοῦ υἱοῦ πατὴρ ἀγαθός, καὶ ἀγαθὸν τὸ γεν-

A Cognovit testem, & cognovit de quo erat testimonium, & testem præscribit inquiens: [a] *Lex & prophetæ usque ad Joannem.* Joannes igitur testatur; & lex testis est; & testimonium legi perhibetur.

Vide, non credere testimoniis, quantum absurdi afferat. Atque hi quidem cum talia dixerint, neque Lucas silet; eadem enim voce usus est, & aliis evangelistis consona loquitur narratque, quod Gabriel quidem apparuit Mariæ, & cælestem salutationem ei attulit, inquiens: [b] *Ave gratia plena, Dominus tecum: quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum; & regni ejus non erit finis.* Honoratur David, & pater ejus esse conceditur, & stat ac durat principatus ejus, traditurque Domino, & finem non habet, cujus gloria perpetua est. Atque hæc quidem sunt principia evangeliorum: oportebat enim, ut ex principiis sermonem texeremus. Post quæ, qui pone gradiatur, consecutionem & concentum sermonum ex universis evangeliis intelligat.

Quia vero etiam Apostoli ministri evangelii stilum evangelicum servant, & Paullus quoque eum C novit, & [c] ministerium passionum suarum in parte Evangelii metitur; ait enim: [d] *Secundum evangelium meum per Jesum Christum.* Nos neque principia Apostoli prætermittemus: quin illa commemoremus ut omnes Scripturas, & principia Scripturarum percurrentes, una eorum voce Legem dispensemus. Scribens igitur Hebræis sic ait: [e] *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem & sæcula fecit.* Hoc in loco Patrem Filii cognovit, & Patrem Filii cognoscens, non partitur rem, non tacet de antiquis, non adscribit alios prophetas, sed Deum prophetarum, & Patrem Filii. D Paullus non partitus est, neque divisit; immo totum prædicat, illum quidem a prophetis adoratum, hunc vero partu editum; atque hujus quidem Patrem, qui illos habuit adoratores, & sibi supplices. Cui enim supplices sunt illi prophetæ, hujus Filius est Christus. Si autem Filium honoras, eos vero qui Patri supplicant, accusas & conviciis insectaris, ore effers quæ vis: succenset Filius; non patitur contumelia Patrem affici. Si enim Pater Filii inhonorationem suam ducit, quanto magis Filius contumeliam Patris vilitatem suam esse reputabit?

V. Sed ut sensim pergentes, paullatim ad erubescendum compellamus, sic aggrediemur argumentari: E Si Dei est Lex, quare Legem non tenent? Sin vero Legem criminaris, cujus verba ac vox Lex est? cujus potestate, quæ scripta sunt, locuta est Lex? Heic partitæ sunt hæreses; nec jam uno modo sermocinantes, sed sibi repugnantes: ac Valentiniani quidem sic; Manichæi vero aliter; secus Marcion. Sputa, non verba testimonium sunt contra Legem. Valentiniani quidem, Justus, inquiunt, erat Deus Legis; & cum justus esset, non erat Pater Filii. Jesus, inquiunt, bonus, bonus autem & Pater; ac Pater quidem bonus; & bonum, quod genitum est; Deus vero Legis justus. Taliter differentes non in-

a Luc. XVI. 16. *b* Luc. I. 28-33. *c* Coloss. I. 24. *d* Rom. II. 16. *e* Heb. I. 1. 2.

2. Τὴν αὐτὴν φωνήν] Eadem voce, patris scilicet, quia David patrem Christi vocavit sicut Matthæus. TURR.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 363.

νώμενον, ὁ δὲ τοῦ νόμου δίκαιος· καὶ τοιαῦτα διαλεγόμενοι, οἵαν σχέσιν τὸ δίκαιον πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἔχει οὐ νενοήκασι· καὶ ὅτι, εἴ τι δίκαιον καὶ ἀγαθὸν, καὶ εἴ τι ἀγαθὸν, δίκαιον, οὐδ' ἐν φαντασίᾳ εἰλήφασι. μὴ δυνάμενοι δὲ τοιαύτας φαντασίας ἔχειν, τοῦτο μόνον ἐρωτάσθωσαν· εἰ δίκαιος ὁ τοῦ νόμου Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι πατὴρ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἔστι δίκαιος ὁ Ἰησοῦς· καὶ πῶς τὴν δικαιοσύνην ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἀπαιτοῦμεν; εἰ οὐ γεγέννηται ἀπὸ τοῦ δικαίου, πῶς κρίνει; πῶς δικάζει; πῶς τὸ βῆμα ἐγκεχείρισται ἀπὸ τοῦ πατρός; πῶς ἑκάστῳ ἀποδίδωσι πρὸς ἃ ἔπραξε; πῶς ἀληθεύει Παῦλος, λέγων, τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ ζητοῦσι ζωὴν αἰώνιον· [1] ὁ Θεὸς συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν· τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας πειθομένοις τῇ ἀδικίᾳ, ὀργὴ καὶ θυμός· θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου, τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν; λέλυται γὰρ τὰ ῥήματα, εἰ ὁ τοῦ δικαίου ὅρος τῷ υἱῷ οὐκ ἀποδίδοται. εἰ δὲ τιμωρία μὲν κατὰ τῶν πεπταικότων κεῖται, καὶ μέτρον τιμωρίας ἡ τοῦ δικαίου ἐπιστασία γίγνεται· τιμαὶ δὲ καὶ δωρεαὶ τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἀποταμιεύονται· καὶ σταθμίζεται ἡ τιμὴ τῇ τοῦ δικαίου ἐπικρίσει· πῶς διαστέλλονται καὶ οὐ συστέλλονται τὴν προπέτειαν; εἰ δὲ ὁ μονογενὴς μὲν τοιοῦτος, οὐ τοιοῦτος δὲ ὁ πατὴρ, οὐκέτι ὅμοιος ἐξ ὁμοίου γεγέννηται· οὐκέτι εἰκὼν τοῦ γεγεννηκότος· οὐκέτι χαρακτήρ· οὐκέτι ἀπαύγασμα· οὐκέτι ὁ βλέπων τὸν υἱὸν βλέπει τὸν πατέρα· εἴ γε μὴ ὅσα ἔχει, ὁ υἱὸς ἔχει ὁ πατήρ· καὶ βοᾷ ὁ σωτὴρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, πάτερ δίκαιε καὶ ὁ κόσμος σὲ οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δὲ σὲ ἔγνων· τί πράξωμεν; νῶτα δῶμεν τῷ ῥήματι τοῦ σωτῆρος; ἀπιστήσομεν τῷ γεγραμμένῳ; ἢ τὸ μὲν ῥῆμα θαυμάσομεν; τῆς γὰρ ἀληθείας ἐστὶ ῥῆμα· Οὐαλεντίνους δὲ ὡς μεμηνότας καὶ δαιμονιῶντας ἔξω τῶν θεοπρεπῶν καὶ ἱερῶν συνεδρίων στήσομεν.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπόν τι πάσχομεν τὸν κατὰ τῶν αἱρεσιωτῶν μηκύνοντες λόγον, μὴ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἡμᾶς ἑλκούσης, ἀνακαλεσώμεθα τὸν λόγον, καὶ ἐπὶ τὴν ὑποκειμένην ὑπόθεσιν χωρήσωμεν· καὶ ταῦτα τοῦ λυσιτελοῦς ἕνεκεν ἐσκεμμένοι, ἵνα μήτι οὕτος ὁ λόγος πάντῃ σεσιωπημένος ἡμῖν ὑπάρχῃ· τριχῇ γὰρ ἡ πονηρία διῃρημένη κατὰ τοῦ νόμου ἐφθέγξατο· καὶ τοσαύταις χρησάμενοι διαιρέσεσι, τοσούτοις κέχρηται, καὶ τοῖς ὑπηρέταις καὶ προστάταις τῆς βλασφημίας ηὑρημένη τοὺς ὑπηρετῆσαι δυναμένους· καὶ διὰ Οὐαλεντίνου μὲν σμικρύνειν τὸν νόμον, καὶ χωρίζειν τὸ εὐαγγέλιον· διὰ δὲ Μαρκίωνος, ἐκτρώματός τινος εἶναι τὴν τοῦ νόμου γραφήν· διὰ δὲ Μανιχαίου, πονηροῦ τινος, ἀφεγγοῦς, ὅλου σκότους· τοιαῦτα γὰρ πράττει· τοιαῦτα ῥημάτια συντίθησι, κενολεκτεῖ διὰ συνθέσεως ῥήματα, καταπλήττων ἀκοὰς ἀγυμνάστους.

Διὸ τοιαῦτα ἐρωτῆσαι δεῖ· εἰ ὁ πονηρὸς τὸν νόμον ἔγραψεν ὁ ἀφεγγὴς ἐκεῖνος, καθόλου καὶ διόλου σκότος ὢν, πῶς ᾔδει ἔλευσιν Ἰησοῦ; πῶς ᾔδει ἄφιξιν αὐτοῦ; πῶς μήπω τῶν πραγμάτων πεπραγμένων συνῆκεν, ἃ ἐβουλεύσατο ὁ Θεὸς, καὶ προκατήγγειλε, καὶ προεδήλωσε; φανεραὶ γὰρ αἱ τοῦ νόμου γραφαὶ, ἄνωθεν μαρτυροῦσαι τὴν ἄφιξιν τοῦ υἱοῦ· εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσιν, ὁ νόμος οὐκ ἐδήλωσεν, οὔτε προφῆται προεσήμαναν, κατὰ τῶν προφανῶν φθεγγόμενοι ἐλεγχθήσονται, οὐχ ἡμῶν πλεκόντων τὸν ἔλεγχον, ἀλλ' αὐτῶν τῶν εὐαγγελίων φανερῶς φθεγγομένων, καὶ ἄνω καὶ κάτω βοώντων· πῆ μὲν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· πῆ δὲ, οὐκ ἦλθον

A tellexerunt, qualem habitudinem habeat justum ad bonum; neque de eo cogitaverunt, quod si quid justum, est & bonum; & si quid bonum, est & justum. Cum autem hujusmodi cogitationes concipere non potuerint, hoc solum eos interrogemus: Si justus est Deus Legis, & non est Pater Filii, non est justus Jesus: & quomodo justitiam a Filio requirimus? si non est genitus a justo, quomodo judicat? quomodo judicio decernit? quomodo commissum est ei a Patre tribunal? quomodo unicuique reddit secundum opera sua? quomodo verum est quod ait Paullus, [a] *Iis qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem qui sunt ex contentione, &*
B *qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio: tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum?* Soluta enim sunt & evanuerunt hæc verba, si definitio justi non accommodatur & redditur Filio. Si autem iis qui deliquerunt, constitutum est supplicium, & justus qui præest, supplicium metitur; contra vero honores & munera servantur bene meritis, & honor delectu ac dijudicatione justi ponderatur: quomodo non discindunt & comprimunt petulantiam? Si autem talis quidem est Unigenitus, Pater vero non est talis; non jam ex simili similis genitus est: non jam est imago ejus, qui genuit; non [b] *figura*, non *splendor*: non jam qui videt Filium, videt Pa-
C trem, si non *quæcumque habet Filius, habet Pater:* & clamat Salvator in Evangelio: [c] *O Pater juste, mundus te non novit, ego vero te novi.* Quid agemus? terga demus verbo Salvatoris, ne credamus scripto; aut habeamus in admiratione verbum? est enim verbum veritatis. Valentinos vero tamquam insanientes & a dæmone actos extra conventus ac consessus sanctos & Deum decentes collocabimus.

Sed quia aliquid indecorum nobis accidit, dum sermonem contra hæreticos longe protrahimus, cum nos negotium susceptum non eo trahat; revocemus sermonem, & ad propositum & institutum pergamus: his hactenus utiliter consideratis, ut sermo de istis non omnino nobis præteritus sit. Tripartita
D enim nequitia contra Legem locuta est, totidem ministris & præfectis blasphemiæ usa, Valentino quidem ad minuendam & extenuandam Legem, & separandum Evangelium; Marcione vero ad tradendum esse Scripturam Legis abortionem quamdam; Manichæo autem ad mentiendum, esse Legem cujusdam mali, splendore carentis & ex toto tenebricosi. Talia enim agit, talia verba componit; vana loquitur; aures rudes & inexercitatas compositione verborum in admirationem traducens.

VI. Quamobrem percontari oportet: si malus ille sine splendore, & totus & ex toto tenebræ, Legem scripsit, quomodo cognovit adventum Fi-
E lii? quomodo eum adesse? Quomodo ante eventum rerum intellexit quæ Deus consilia ceperat, & prænuntiavit ea, & prædixit? Manifestæ enim sunt Scripturæ Legis, quæ a principio adventum Filii testantur. Si enim dicent contra ea quæ in manifesto sunt, loquentes, non prænuntiasse Legem, neque Prophetas præsignificasse; redarguentur non a nobis nostris confutationibus, sed ab ipsis Evangeliis apertis verbis; cum ubique clamant, nunc quidem, ut impleatur quod dictum est per Esaiam prophetam,

a Rom. II. 7-9. b Heb. I. 3. c Joan. XVII. 25.

1. Ὁ Θεὸς συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν] In textu Paullino Rom. II. 7-9. non extant hæc verba: neque ea sane legebat interpres. Quin & importuna huic loco videntur. Apostoli enim verbis præmittenda quæ paullo ante auctor dixit: *Quomodo unicuique reddit secundum opera sua?* — *Iis qui secundum* cet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



καταλύσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. εἰ δὲ ἐκ τούτου σαφῶς ἐλεγχόμενοι συντίθενται, τί ἀποκρινοῦνται; εἰ γὰρ οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ τὸν νόμον γράφων ᾔδει τὰ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ἠπίστατο ὅσα ἐβούλετο ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο γεγράφηκεν ἐξ ἐπιστασίας καὶ ἐπιστήμης ὁ γράφων, ἄρα Θεοῦ ἦν, καὶ Θεὸς ἦν, καὶ ἐν τῷ Θεῷ ἦν· καὶ διὰ τοῦτο ὅσα ἐβούλετο ὁ Θεὸς λελάληκε, νοῶν τὰ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ οὐκ ἀγνοῶν. εἰ δὲ τὴν ἡμετέραν καρδίαν οἶδεν οὐδεὶς, μόνος δὲ οἶδεν ὁ ποιητής· καὶ λανθάνει μὲν ἡμετέρα καρδία τοὺς ἄλλους, οὐ δύναται δὲ λανθάνειν τὸν Θεόν· ἃ δὲ ἐβούλετο ὁ Θεὸς, οὐκ ἠγνόει ἡ πονηρία, ἀλλ᾽ ᾔδει· καὶ οὗτος μὲν [1] ἐβουλεύετο, ἐκείνη δὲ ᾔδει, πῶς οὐ μέγα μέγεθος διδόασι τῇ πονηρίᾳ, δυναμένῃ μηδὲ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἀπόκρυφον ἔχειν; πῶς δὲ οὐ διαβάλλουσι τὸν Θεὸν, μὴ δυνάμενον μήτε πονηρίαν κρύπτειν; καὶ γελῶμεν μὲν τοὺς ἄνδρας, ὅτε τι πράττοντες κατὰ τῶν πολεμίων, εὐφώρατον ποιοῦσι τὸ σκέμμα.

Τοιοῦτον δὲ πλέκοντες λόγον, οὐχ᾽ ὁρῶσιν ὅτι χλεύην κατὰ τοῦ Θεοῦ σκεδάζουσιν· ὅτι στρατηγῶν κατὰ τῆς πονηρίας ὁ Θεὸς, τὰ σκέμματα τὰ ἴδια ἀφανῆ οὐ τετήρηκεν· ἀλλ᾽ εἶχεν αὐτὰ εὐφώρατα τῇ πονηρίᾳ γινόμενα· εἰ δὲ καὶ αἱ θεῖαι δυνάμεις καὶ ἀγγελικαὶ οὐ δύνανται νοῆσαι τί βουλεύεται ὁ πατὴρ, μόνου νοοῦντος καὶ ἐξηγουμένου τοῦ υἱοῦ· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο· πῶς αἱ πονηραὶ δυνάμεις ᾔδεισαν τὰ ἐν τῷ Θεῷ; οὐδὲ τῶν θείων δυνάμεων ταῦτα δυναμένων εἰδέναι, εἰ μὴ παράδοσις μαθημάτων ἐκ τῆς τοῦ μονογενοῦς ἐξηγήσεως παραδοθῇ; ὅτι δὲ αὐτὸς ὁ νόμος πάντα τὰ τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ προλαβὼν διηγεῖται· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· ἕτερος δὲ προφήτης τὸν τόπον οὐκ ἀγνοεῖ· καὶ σὺ Βηθλεὲμ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἕτερος καὶ τὸν ὅρον τῆς θέσεως· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· ἕτερος δὲ, καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον φυγὴν καὶ τὴν ἀπ᾽ Αἰγύπτου ἐπάνοδον· ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. ἄλλος τὴν οἴκησιν τὴν ἐν τῇ νέᾳ ἡλικίᾳ αὐτῷ γενηθεῖσαν· γῆ Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει φῶς εἶδε μέγα· ἕτερος δὲ καὶ τὸν πρόδρομον οὐκ ἀγνοεῖ· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· καὶ ὅλως εἰ βουληθείη τις ἀναλεγόμενος τὰς ἐκ τοῦ νόμου προφητείας ὅλον τὸ εὐαγγέλιον συνθεῖναι τὰ ὧδε πεπραγμένα, ῥήμασι προφητικοῖς συγγράφων, φανήσεται φιλομαθής τις καὶ φιλολόγος μὴ δίχα πνεύματος ἐξηγούμενος, παιδεύματα αὐτοῦ, διδασκαλίας αὐτοῦ, βάπτισμα αὐτοῦ, σημείων ἐπιτελέσεις, τὸ γεγονὸς κρίμα, τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, τὴν ἐπὶ τοῦ ἰκρίου οἰκονομίαν, τὴν χολὴν καὶ τὸ ὄξος τὸ ἐν δίψῃ δεδομένον αὐτῷ, τὴν ταφὴν αὐτὴν καὶ τὸ μνημεῖον, τὴν οἰκονομίαν τὴν ἐν τῷ ᾅδῃ, τὴν ἔγερσιν αὐτὴν, τὸ τελευταῖον καὶ τὴν ἀνάληψιν· τότε γὰρ λοιπὸν καὶ βοήσεται· ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης· τότε τοῦτο προσθήσει καὶ τὸ γεγραμμένον παρὰ τοῦ Δαβίδ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. εἰ οὖν ὁ νόμος οὕτως ἠκρίβωσε τὴν ἄφιξιν τοῦ υἱοῦ καὶ μακρόθεν προήγγειλεν, οὐκέτι διαβάλλεται, οὐκέτι ἄλλῳ προσγράφεται· ὁ γεννήσας προελάλησεν· ὁ βουλευσάμενος λόγῳ προέλαβε τὰ

A nunc vero: [a] *Non veni solvere Legem, sed implere.* Si vero ex his convicti consentiunt, quid ad hoc respondebunt? [b] *Si enim nemo novit, quæ sunt hominis, nisi spiritus Dei;* qui autem Legem scripsit, novit quæ erant in Deo, & sciebat quæcumque Deus volebat, & idcirco scripsit accurate & scienter, erat *igitur ex Deo, & Deus & in Deo;* & ideo quæcumque volebat Deus, locutus est, sciens quæ in Deo erant, & non ignorans. Si autem nemo cor nostrum novit, sed solus novit qui eum fecit, & latet cor nostrum alios, non potest tamen latere Deum. Quæ autem volebat Deus, non ignorabat nequitia, sed sciebat; & hic quidem volebat, illa vero cognoscebat: quomodo non tribuunt ne- B quitiæ magnam amplitudinem, quam non potuit celare Deus de consiliis & voluntate sua? quomodo non detrahunt Deo, qui non potuit celare nequitiam? Ac ridemus quidem viros, qui cum aliquid contra hostes moliuntur & machinantur, consilium excogitatum in apertum efferunt.

Qui talia loquuntur, & hujusmodi sermonem serunt, non vident facere se, ut ludibrio sit Deus; qui cum militet tamquam dux exercitus adversus nequitiam, consilia sua non occulte servaverit, ne nequitiæ patefierent. Quod si divinæ & angelicæ potestates non possunt intelligere, quid consilii capiat Pater, solusque Filius intelligit, & enarrat; [c] *Deum nemo vidit umquam: unigenitus Filius qui est* C *in sinu Patris, ipse enarravit*: quomodo malæ potestates ea quæ in Deo erant, cognoverunt, cum neque divinæ potestates hæc scire possint, nisi ea tradente & enarrante Unigenito discant? Quod autem ipsa Lex omnia quæ ad adventum ejus pertinent, prius narret: [d] *Ecce*, inquit, *virgo in utero habebit, & pariet filium.* Alius propheta non ignorat locum: [e] *Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda.* Alius locum definit, ubi positus: [f] *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* Alius fugam in Ægyptum, & reditum ex Ægypto: [g] *Ex Ægypto vocavi Filium meum.* Alius habitationem in ætate puerili: [h] *Terra Zabulon & terra Nephthalim viam* D *maris ultra Jordanem: populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Alius etiam præcursorem non ignorat: [i] *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.* Denique si quis vellet prophetias ex Lege colligere, totum Evangelium componere videretur conscribendis rebus in eo gestis propheticis verbis, narrans studiose, & φιλολόγος non sine spiritu ejus disciplinas, ejus doctrinas, ejus baptisma, ejus miracula, judicium factum, proditionem Judæ, quæ in patibulo facta, fel, acetum in siti porrectum, ipsam sepulturam & monumentum, descensum ad inferos, ipsam resurrectionem, & ad extremum assumtionem. Tunc enim, quod superest, clamabit: [k] *Tol-* E *lite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*; tunc adjunget hoc, quod a David scriptum est: [l] *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Si igitur Lex adeo diligenter adventum Filii descripsit, & longinquo tempore antequam res evenirent, eas prænuntiavit, non jam accusatur; non jam alteri adscribitur. Qui genuit, prædixit. Qui deliberavit, re dicto anticipavit. Deus genuit. Deus dicit: [m] *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Deus misit me.

[a] Matth. V. 17. [b] Rom. II. 11. [c] Joan. I. 18. [d] Isa. VII. 14. [e] Matth. V. 2. [f] Isa. I. 3. [g] Osee XI. 1. [h] Isa. IX. 1. 2. [i] Isa. XL. 3. [k] Psalm. XXIII. 7. [l] Psalm. CIX. [m] Psalm. II. 7.

1. Ἐβουλεύετο] Interpres legisse videtur ἐβούλετο.

πράγματι· Θεὸς ἐγέννησε· Θεὸς λέγει, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· Θεὸς ἀπέστειλε· Θεὸς διὰ Μωσέως ἐλάλησε· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, αὐτοῦ ἀκούσεσθε πάντα, ὅσα ἐὰν λαλήσῃ ὑμῖν. ὁ Θεὸς ἐβουλεύσατο, καὶ ὁ βουλευσάμενος οὐκ ἐσιώπησε, τὴν βουλὴν προεμήνυσε, πίστιν ἐμποιῶν διὰ τῶν προμηνυθέντων· καλεῖται, φησὶ γὰρ, τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ τοιοῦτος ἔλεγχος.

A Deus per Moysem locutus est: [a] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris; ipsum audietis, quæcumque loquetur vobis.* De iis ipsis omnibus Deus deliberavit; & cum deliberasset, non tacuit; consilium ac deliberationem prænuntiavit, per prænuntiata fidem faciens: [b] *Vocatur*, inquit, *nomen ejus, magni consilii Angelus, admirabilis, consiliarius, princeps pacis, pater futuri sæculi.* Atque hæc quidem confutatio sic habet.

Ἐπειδὴ δὲ τῷ πονηρῷ προσγράφουσι τὸν νόμον, τί φήσουσιν ἐάν τις αὐτῶν πύθηται, εἰ ὁ πονηρὸς πονηρὰ παραινεῖ, καὶ οὐ δύναται μὴ παραινεῖν πονηρὰ, εἴποτε καὶ καλὰ παραινέσει, καὶ ἀγαθὰ συμβουλεύσει; εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσιν, ὅτι πέφυκε καλὰ παραινεῖν καὶ ἀγαθὰ συμβουλεύειν, λύουσι πάλιν τὸν ἑαυτῶν ὅρον· οὐκέτι γὰρ πονηρὸς, ὁ μὴ πονηρὰ παραινῶν· οὐκέτι πονηρὸς ὁ ἀγαθὰ συμβουλεύων. εἰ δὲ οὐδεμία προαίρεσις ἀγαθὴ ἀπὸ πονηροῦ προσέρχεται, ποίας τάξεως ἐροῦσιν ἐκείνας τὰς παραινέσεις· οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις; ποίας τάξεως ἐροῦσιν ἐκεῖνο τὸ γεγραμμένον, οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλα, οὐ παντὸς ὁμοίωμα, οὔτε ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ὅσα ἐν τῇ γῇ, οὔτε ὅσα ἐν τοῖς ὕδασι; ποίας μερίδος φήσουσι τὰ προστάγματα, οὐκ ἐπιθυμήσεις τοῦ βοὸς τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ τοῦ ὑποζυγίου, ἢ τῆς γυναικὸς, ἢ παντὸς κτήνους; εἰ μὲν γὰρ σεμνὰ καὶ θεῖα καὶ ἐράσμια τὰ τοιαῦτα φήσουσιν, ἐντραπήσονται ὑπὸ τῶν παραινέσεων τὸ μέγεθος τοῦ συμβεβουλευκότος ἠγνοηκότες· εἰ δὲ φαῦλα αὐτὰ ἐροῦσι καὶ διαβεβλημένα, καὶ φαῦλόν ἐστι τὸ μὴ πορνεύειν, καὶ φαῦλόν ἐστι τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν ἀλλοτρίων, καὶ τοιαῦτά ἐστι τὰ φαῦλα, σκόπει οἷα νοήσουσιν ἀγαθά· σκόπει ὅτι προαγωγοί εἰσι τῶν ἡδονῶν, καὶ πρόξενοι τῶν εἰδώλων, καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας εὑρεταί· οἱ γὰρ τὸν νόμον διαβάλλοντες ὑπὲρ ἀνομίας πρεσβεύουσι.

VII. Quia vero Legem attribuunt Malo, quid dicturi sunt, si quis eos percontetur, si Malus mala B suadet; & non potest non suadere mala; si quandoque bona suadebit, etiam bona consilia dabit? Si enim dicant, aptum esse natura ad suadendum bona, ad dandum bona consilia, rursus definitionem suam solvunt. Non enim jam malus est, qui bona dat consilia. Sin autem nulla bona voluntas ac deliberatio a Malo proficiscitur, cujus ordinis dicent esse illas suasiones ac monitiones: [c] *Non fornicaberis; Non adulterabis; Non furtum facies; Non falsum testimonium dices?* Cujus ordinis dicent esse illud, quod scriptum est: [d] *Non facies tibi idola, nec ullius similitudinem, neque quæcumque in cælo, neque quæcumque in terra, neque quæcumque in aquis?* Cujus partis esse illa dicturi sunt: [e] *Non concupi-* C *sces bovem fratris tui, aut subjugale, aut uxorem, aut omne jumentum?* Si enim hæc honesta & divina atque amabilia esse dixerint, ipsæ monitiones efficient, ut se ipsi erubescant, qui amplitudinem ejus qui monuit, ignoraverunt. Sin vero dixerint prava esse hæc & in crimine, & pravum est non scortari, & pravum ac vitiosum est non concupiscere aliena, & hujusmodi sunt, quæ mala sunt, adverte, qualia bona esse intelligunt; & quomodo prostitutores sunt voluntatum, & conciliatores idolorum, ac turpium cupiditatum inventores. Qui enim Legem accusant, pro vitio a Lege alieno obeunt legationem.

Οἱ τὸν νόμον τὸν τὰς ἡδονὰς ἀναιροῦντα, τὸν τὴν ἀπάτην καταλύοντα, τὸν δεισιδαιμονίαν καταργοῦντα ἐξοστρακίζοντες, τί ἕτερον, ἢ εἰσοικίζουσι τὰς ἡδονὰς καὶ εἰσφέρουσι τὰς ἐπιθυμίας; ἵνα ἡ ἡδονὴ ἀνέδην εἰσβάλλῃ ἐν ταῖς διανοίαις, τὸν νόμον ἐκ τῶν οἰκήσεων ἤλασαν, ἵνα μὴ νόμῳ χρησάμενοι ὑπὸ νόμου ἐντραπῶσιν· ἀλλὰ πῶς τὸν νόμον ἀποσεισάμενοι ἀναπεπταμένας ἑαυτῶν τὰς ἀκοὰς παράσχωνται ταῖς ἐπιθυμίαις· φαίνεται δὲ ὁ νόμος κακίας ἀναιρέτης· οὗτοι δὲ ἀμαθῶς καὶ ἀπαιδεύτως διαβάλλειν τὸν νόμον ἐπικεχειρήκασιν· καὶ ὁ μὲν νόμος κακίαν μισεῖ, οὗτοι δὲ νόμον μισοῦσι· καὶ καταλύει μὲν τὴν δεισιδαιμονίαν ὁ νόμος· οὗτοι δὲ λύειν τὸν νόμον τολμῶσιν· ἀντιθῶμεν οὖν τὰ πράγματα· εἰ ὁ νόμος κακίᾳ ἀντίκειται, οὗτοι δὲ νόμῳ μάχονται, ἀγανακτοῦσι διὰ κακίαν, ὅτι ὁ νόμος κακίαν διαβάλλει· μὴ φέροντες γὰρ τὴν τῆς κακίας διαβολὴν, τὸν νόμον διαβεβλήκασιν· ἵνα ἡ κατὰ τῆς κακίας διαβολὴ μὴ ἰσχύσῃ, τοῦ νόμου διαβεβλημένου· εἰ ὁ νόμος τὰ εἴδωλα ἀναιρεῖ, καὶ τὴν πολυθεΐαν καταλύει, οὗτοι δὲ ὅπλα κατὰ τοῦ νόμου κεκινήκασιν, εἰκότως πολυθεΐαν κατήγγειλαν· ἵνα γὰρ ὁ τῆς πολυθεΐας ἰσχύσῃ λόγος, τὸ τοῦ νόμου παρ' αὐτοῖς κεκώλυται παράγγελμα τὸ λέγον· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι· καὶ ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου· καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην προσκυνήσεις αὐτοῖς· πρὸς ταῦτα τὰ ῥήματα ὅπλα κεκινήκασι, πρὸς ταῦτα τὰ παραγγέλματα τραχυθέντες,

Qui Legem, quæ voluptates tollit, quæ fallaciam D evertit, quæ superstitionem extinguit, relegant; quid aliud faciunt quam voluptates domum introducunt, & cupiditates accersunt? Ut autem voluptas licenter in mentes irrumpat, Legem ex habitationibus ejecerunt, ne Lege usi, a Lege pudore afficerentur. Sed quomodo Lege ejecta aures suas venales præbent cupiditatibus, apparet Lex esse interfectrix nequitiæ: hi autem indocte & inerudite aggressi sunt accusare Legem: ac Lex quidem nequitiam odit, hi vero Legem oderunt. Evertit quidem superstitionem Lex, hi vero audent Legem evertere. Opponamus igitur res. Si Lex nequitiæ contraria est, hi autem Legem oppugnant, succensent propter nequitiam, quia Lex nequitiam crimi- E natur: etenim quia non patiuntur ut accusetur nequitia, idcirco Legem ipsi accusaverunt, ut accusatio nequitiæ nullas vires haberet Lege in crimen vocata. Si Lex idola tollit, & multitudinem deorum solvit, hi autem tela in Legem torserunt; consentaneum erat, ut multitudinem deorum denuntiarent. Ut igitur multitudo deorum confirmaretur, Legis præceptum apud eos vetitum est, quod ait: [f] *Audi Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est; & Diliges Dominum Deum tuum:* & [g] *Ne forte adspiciens in cælum, & videns solem, & lunam, & stellas, adores ea.* Contra hæc verba tela jecerunt; contra hæc præcepta exasperati linguam tamquam gladium acuerunt: idcirco a dæmonibus aguntur,

a Deut. XVIII. 15. 18. b Isa. IX. 6. c Exod. XX. 14. 16. d Ibid. ℣. 4. e Ibid. ℣. 17. f Deut. VI. 4. 5. g Deut. IV. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

ὡς μάχαιραν τὴν γλῶσσαν ἠκόνισαν· διὰ τοῦτο δαιμονῶσι, καὶ πάντα τιμῶσι, καὶ οὐδὲν ἴσασιν, εἰ μὴ πάντα προσκυνεῖν· καὶ ἀεὶ πίπτουσι χαμαὶ καὶ γνώμην ἔχουσιν ἐπηρμένην· καὶ πλανῶνται καὶ ῥέμβονται τῇ διανοίᾳ· πάντα τεθεοποιήκασιν ἐπ' ἐξουσίας· [1] καὶ τὴν πλάνην ἐχήκασι· νενικήκασι τοὺς Ἕλληνας τῷ πλήθει, καὶ τῇ κενότητι Ἕλληνες Ἑλλήνων γεγονότες, καὶ τῷ μεγέθει τῆς αὐτῶν ἀτοπίας τὰς ἐκείνων ἀμβλύνοντες ἀγνοίας.

A & omnia venerantur, nec aliud ſciunt quam omnia adorare: ac ſemper ſe humi ſternunt, & mentem habent elatam, errantque ac vagantur ſenſu animi: omnia pro ſua licentia verterunt in deos: vicerunt gentiles & multitudine; & vanitate, gentiles ex gentilibus oriundi, & magnitudine flagitii gentilium ignorantias illorum ſuperantes.

Ινα δὲ μή τις ἀπατηλοτάτῃ τέχνῃ χρησάμενος ἐπιτηδευμένως λέγῃ, ἐσχηματίσατο ὁ νόμος, [2] καὶ ἔνια τῶν καλῶν σεσυληκὼς, ὡς ἴδια προσήνεγκατο, σεμνῦναι τὰς ἑαυτοῦ ἀτοπίας βουλόμενος, καὶ μόρια τῶν καλῶν ἐνέσπειρε, διὰ τῶν μορίων τῶν καλῶν, τῶν ἄλλα κατακρύψαι ἐσπουδακώς· φέρε, πρῶτον γυμνάσωμεν, μή τι ἄτοπον παρὰ τῷ νόμῳ φανείη, καὶ οὕτως ἔλεγχος τῆς ἀτοπίας αὐτῶν γιγνέσθω· δεύτερον, εἰ ἔνια τῆς κακίας μέρη ἐπεξελθὼν ἀπεσκέδασεν· ἐλευθέρους τοὺς πιστεύοντας παντὸς μορίου κακίας ἀποδείξας, οὐκέτι ἐσχηματισμένος ὁ νόμος φανείη, ἀλλ' ἐχθρὸς καὶ τῆς κακίας πολέμιος· τρίτον δὲ εἰ ἔνια τῶν καλῶν περιέσπειρε, καὶ οὐ πᾶν εἶδος τῆς ἀρετῆς τοῖς γράμμασι συνῆψεν· ἵνα εἰ μὲν ἔνια φανείη γεγραφηκὼς, πλείονα δὲ ἀπολελοιπὼς, ἔχῃ τινὰ δύναμιν ὁ ἔλεγχος· εἰ δὲ ὅλα διόλου τὰ καλὰ τοῖς γράμμασιν ἐπετέθη τοῦ νόμου, θαυμάσωμεν τὸν νόμον, καὶ Θεοῦ νόμον ὁμολογήσωμεν· καὶ πατρὸς ὁμιλίαν φήσωμεν· τούτους δὲ παραγραψώμεθα, κίβδηλον γνώμην, καὶ παρακεχαραγμένην ἐσχηκότας. ὅτι μὲν οὖν οὐδὲ ἓν μόριον κακίας ἐπεσπαρμένον ἔχει, οὐδὲ μόριον κακίας ἀφῃρηκὼς, ἑτέρου ἐφείσατο· ἀλλὰ καθαρὸς μὲν ὁ νόμος, καὶ ἅγιος, καὶ Θεοῦ νόμος, ὁ Παῦλος βοᾷ· ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή· καὶ, οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ μὲν νόμος πνευματικός ἐστι· τὸ γὰρ ἅγιον, καὶ πνευματικὸν, καὶ ἀγαθὸν πάσης ἀτοπίας ἀπολέλυται, καὶ οὐδεμιᾷ ἀτοπίᾳ ἀνέχεται· σεμνύνεται ταῖς ἀρεταῖς, καὶ διαλέγεται τῷ Θεῷ· ἡ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμιλία, ἄλλης μὲν τάξεως οὐκ ἀνέχεται, τῇ δὲ τοῦ πνεύματος ῥυθμίζεται ἐπιστασίᾳ· πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν· πνευματικὸς δὲ ὢν ὁ νόμος, τὴν πρὸς Θεὸν ὁμιλίαν παρασκευάζει· καὶ εἰ δύναται ὁ πνευματικὸς τὰ μὲν ἄλλα κρῖναι, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται· πόσῳ μᾶλλον ὁ νόμος ὁ πνευματικὸς, αὐτὸς μὲν πάντων τῶν ἄλλων τοὺς λόγους ἀνακρῖναι δύναται, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακριθήσεται;

VIII. Ne quis autem arte fallaciſſima ſtudioſe & accurate uſus dicat, Simulavit Lex, & quædam pulcra furata, tamquam ſua protulit, cum vellet ſua flagitia honeſtare, & partes honeſtatis inſeruit ſtudio obtegendi turpitudinem aliarum partium: Age B excutiamus primo, utrum aliquid abſurdum & flagitioſum apud Legem appareat, atque ita flagitium iſtorum redarguatur. Secundo, ſi quaſdam partes vitii ulciſcendo diſſipavit, reddens eos qui credebant, liberos ab omni parte vitii; non jam Lex ſimulata apparebit, quin potius inimica & hoſtis vitii & nequitiæ. Tertio, ſi quædam honeſta circumſeminavit, & non omnem ſpeciem virtutis cum littera Legis conjunxit, ut quædam videatur ſcripſiſſe, plura vero reliquiſſe; habeat vim aliquam refutatio Legis. Sin vero univerſa quæ honeſta & decora ſunt, omnino in litteris Legis poſita ſunt; admiremur Legem, & Dei Legem confiteamur, dicamuſque ſermonem Dei eſſe; in hos vero accuſa- C tionem a Lege transferamus, quorum ſententia adulterina & depravata eſt. Quod igitur nullam partem vitii Lex habet inſeminatam, neque partem abſtulit aliam & alii pepercit, ſed potius pura eſt Lex & ſancta, & Dei Lex; Paullus clamat: [a] *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum.* Et: [b] *Scimus enim, quod Lex ſpiritualis eſt:* quod enim ſanctum eſt, & ſpirituale, & bonum, ab omni turpitudine liberatum eſt, & nulla culpa in eo hæret, gloriaturque virtutibus, & cum Deo loquitur. Sermocinatio enim cum Deo non patitur, ut alterius ordinis ſit; ſed gubernatione Spiritus ſancti temperatur; [c] *Deus enim ſpiritus eſt; & qui eum adorant, in ſpiritu & veritate oportet ado-* D *rare.* Lex autem cum ſpiritualis ſit, ſermocinationem cum Deo parat: & ſi poteſt ſpiritualis alia quidem judicare, ipſe autem a nemine judicatur; quanto magis Lex ſpiritualis poteſt quidem aliorum omnium ſermones judicare, ipſa vero a nemine judicabitur?

Οτι δὲ καὶ πᾶν εἶδος κακίας ἀνεῖλε, καὶ οὐδὲ ἓν μόριον παρεῖδεν, ἀλλ' ἐπεξῆλθε πᾶν εἶδος κακίας ἀναιρῶν, ἀνακόπτων· δῆλον ἐκ τῶν περὶ τῆς κακίας ὅρων, τεσσάρων εἰδῶν ὄντων τῆς κακίας, ἀφροσύνης καὶ ἀκολασίας, καὶ δειλίας, καὶ ἀδικίας· εἰ μέν τι φαῦλον εἴη ὁ νόμος σεσιωπηκὼς, ἀτελὴς ὁ νόμος· εἰ δὲ ἐπεξῆλθε καὶ ἐπεξεργάσατο, πᾶν εἶδος κακίας προαναιρῶν, εἰκότως ἡ κακία συστέλλεται ὑπὸ τοῦ νόμου, μηδὲ λείψανον ἔχειν συγκεχωρημένη. ὅπου γοῦν ἰσχύει νόμος, καὶ τῇ πειθοῖ τὰ νεῦρα δίδωσιν, οὐδὲ νοτὶς κακίας ἐστὶν εὑρεῖν· ὅπου δὲ ἀτονεῖ, περιέρχεται ἡ πονηρία σκυλεύουσα καὶ κατανεμομένη ἐπ' ἐξουσίας βαδίζουσα, τῷ ἀφυλάκτῳ τῆς ψυχῆς τὴν ἐξουσίαν εὑραμένη. βοᾷ γὰρ ὁ νόμος· εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα· ὅτε γὰρ πείθει νόμος, ἄνανδρα γίνεται τὰ κακὰ, χαμαὶ κείμενα· καὶ μηδὲ ἀντιπνῆσαι τῇ ψυχῇ δυνάμενα· εἰ

IX. Quod autem omnem ſpeciem vitii ſuſtulit, & nullam partem prætermiſit aut neglexit, ſed potius omne genus vitii vindicavit, tollens & exſcindens illud; conſtat ex legibus ac regulis de vitio conſtitutis, cujus ſunt ſpecies quatuor, imprudentia, intemperantia, timiditas, & injuſtitia. Si quid autem pravi Lex reticuiſſet, imperfecta eſſet E Lex: ſin vero ut omnes ſpecies nequitiæ præcideret, eas vindicavit & retractavit; ſequitur vitium a Lege coerceri & reprimi, quæ neque reliquias ejus patitur. Ubi igitur valet & viget Lex, & ſuaſioni nervos adhibet, ibi neque humor vitii reperitur: ubi autem debilitatur, obambulat nequitia compilans & depaſcens, licenter gradiens, & licentiam nacta propter cuſtodiam animæ neglectam. Clamat enim Lex: [d] *Si populus meus audiſſet me, Iſrael in viis meis ſi ambulaſſet, pro nihilo inimicos ejus humiliaſſem.* Cum enim Lex perſuadet,

a Rom. VII. 12. b Ibid. ℣. 14. c Joan. IV. 24. d Pſalm. LXXX. 14.

1. Καὶ τὴν πλάνην ἐχήκασι] Hæc verba omiſit interpres: *in errorem inciderunt.* BASN.

2. Ενια τῶν καλῶν σεσυληκώς] *Aliqua honeſta ſubripiens, ut turpia obtegeret.* ID.

γὰρ λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου, πᾶν τὸ πρόσκομμα ἀνῄρηται, πεφωτισμένης καὶ διαυγοῦς τῆς καρδίας εὑρεθείσης· κἂν γὰρ τὴν νέαν ἐκείνην καὶ ὀλισθηρὰν ἔχῃ ἡλικίαν, φυλακὴν δὲ τῶν ῥημάτων τηρήσῃ, ἀδιάπτωτος διαπλῶν βοήσεται· ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου. δύναμιν δὲ τοῦ μηδέποτε σφάλεσθαι ποριζάμενος ἑαυτῷ, τῷ κρύπτειν τὰς τοῦ νόμου μαθήσεις ἐν τῇ διανοίᾳ, φησίν· ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι.

Καὶ οὕτω τὸν νόμον ἀντὶ φρουροῦ καὶ φύλακος θέμενος, συνήσει πῶς ἕκαστον τῶν εἰδώλων τῆς κακίας ὁ νόμος ἀπελαύνει· ἀπελαύνων μὲν τὴν ἀφροσύνην, διὰ τοῦ λέγοντος γράμματος· μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις· ἐξοστρακίζων δὲ τὴν δειλίαν, διὰ τοῦ λέγοντος λογίου, μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, μὴ φοβοῦ ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττῶ· καὶ φοβοῦ τὸν Θεόν, καὶ ἰσχύσεις, πλὴν αὐτοῦ μὴ φοβοῦ ἄλλον. ἐνταῦθα γὰρ τὴν δειλίαν ἀποστησάμενος, καὶ τὴν ῥώμην ἐνθείς, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἐμβαλών, βοᾷ· δίκαιος ὡς λέων πέποιθεν, ὡς οὐ φοβεῖται, οὐδὲ καταπτήσσει κτηνός· καὶ τὰ δύο εἴδη τῆς κακίας ἀνῃρηκώς, ἀφροσύνην τε καὶ δειλίαν, συναναιρεῖ καὶ τὴν ἀκολασίαν, λέγων· οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις· ὅπου τὰ πάθη συστέλλεται, χαλινὸς σωφροσύνης ἐν τῇ διανοίᾳ εὑρίσκεται· καὶ τῶν τριῶν συνανῃρημένων, ἀναιρεῖ καὶ τὴν ἀδικίαν, οὐ ποιήσεις σεαυτῷ σταθμία μικρὰ καὶ μεγάλα· σταθμία δίκαια καὶ ἴσα ἔσονταί σοι.

Καὶ οὕτω τῶν τῆς κακίας ἀνῃρημένων, ἡ πονηρία λέλυται, μηκέτι ἐμβατεῦσαι τῇ διανοίᾳ δυναμένη· ποῖα οὖν ἤδη ἀτοπίας οὐκ ἀνῄρησεν ὁ νόμος; ποῖα μέρη ἡδονῆς οὐ λέλυκε; ποίας δειλίας; ποίας ἀφροσύνας, οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἐπεξῆλθε τὴν ἡδονὴν ἀναιρῶν, ὡς καὶ τῶν ὀμμάτων ἐπιμελήσασθαι, καὶ τῆς ἀκοῆς μὴ φείσασθαι, καὶ τῆς γλώσσης μὴ ἠμεληκέναι; ἐθέμην γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου φυλακήν, καὶ οὐ μὴ συνήσω ἐπὶ παρθένον· ὁ ἅγιος μέχρι τῶν ὀμμάτων φθάνει· ἵνα μὴ γαργαλίζουσα τὴν ψυχὴν ἡδονή, εἰς σκελισμὸν τῆς ἐπιθυμίας ἀναγάγῃ· ἕτερος τῶν ἁγίων ἐβόα· μὴ περιβλέπου κάλλος ἀλλότριον, ἵνα μὴ ἡδονὴ μηδὲ τὰ πρόθυρα τῆς ψυχῆς λαβοῦσα ἐλπίδα τῆς εἰσόδου λαμβάνῃ· ἀλλὰ καὶ τῶν θυρῶν ἀπελαθεῖσα ἀνέλπιστον τὴν ἐπιβουλὴν ἔχῃ· φθάνων δὲ ἐπὶ τὰς ἀκοάς, καὶ εἰς τὰς γλώττας, φρουροὺς καὶ φύλακας καὶ τοῖς μέλεσιν ἐπέθηκε, τόπον ἴδιον μὴ διδούς, ἀλλ' ἐβόα· θοῦ, κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου· ἵνα μηδὲ ἄτοπος λόγος δίχα τοῦ ὠφελίμου προεξελθὼν ἡδονῆς δέλεαρ τῷ τὰ αἰσχρὰ φθεγγομένῳ προξενίσῃ. ἐπιμελόμενος δὲ καὶ τῆς ὀσφύος, τοῦ μὴ ὧδε κἀκεῖ σεισθεῖσαν τὴν διάνοιαν δεσμίαν εἶναι, προενοήσατο παραγγέλων· οὕτω φάγεσθε τὸ πάσχα, αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι· ἵνα μηδὲ τὰ μέλη ἄζωστα ἔχοντες τῇ ῥᾳδίᾳ κινήσει κατεπιχειρήσωμεν, ἀλλ' οὕτω διεζωσμένοι τάξιν τὴν πρὸς τὰ πράγματα ἀρίστην εὑρώμεθα.

Καὶ οὕτω τῶν εἰδῶν τῆς ἡδονῆς προαναιρημένων, ἐπεξῆλθε καὶ κατὰ τῶν εἰδῶν τῆς διανοίας, καὶ κατὰ τῶν εἰδῶν τῆς ἀδικίας· εἰ γὰρ τὸ τὰ ἑτέρου λαβεῖν, καὶ βίᾳ λαβεῖν, καὶ ἄκοντος λαβεῖν, ἀδικία ἐστὶ καὶ τὸν λαβόντα τὰ ἑτέρου, ἢ ἑταίραις διδόναι, ἢ ἀσώτως καταδαπανῆσαι, εἶδός ἐστιν ἀδικίας· ἄδικος ὁ τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ ἀφαιρῶν, ξύλοις δὲ καὶ δαίμοσιν αὐτὴν ἀποδιδούς, καὶ καταδαπανῶν τὴν τιμήν, καὶ ἀσωτευόμενος ἐν τῇ διανοίᾳ· οὐδὲ γὰρ οὕτως ἄσωτος ὁ καταδαπανῶν τὴν οὐσίαν, ὡς ἄδικος ὁ τὸν μεγάλην περιουσίαν, τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς διανοίας ἐξαφανίζων· ἐφ' ὅσον γὰρ συνέ-

A nervos amittunt vitia humi jacentia, quæ nec animam ex adverso intueri possunt. Si enim [a] *lucerna pedibus meis Lex tua, & lumen semitis meis*; omnis offensio sublata est, illuminato corde & splendente; etsi enim quis ætate illa adolescentiæ lubrica sit, custodiam tamen verborum conservet perseverans erectus, clamabit: [b] *In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos*. David comparatis sibi viribus ad non labendum, abdendo in mente disciplinas Legis ajebat: [c] *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi*.

Atque ita qui Legem pro custode adhibuerit, intelligit, quomodo Lex singulas species vitii abigit & ejicit. Imprudentiam quidem per Scripturam, B quæ ait: [d] *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*. Timiditatem vero per Scripturam, quæ dicit: [e] *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo: Ne timeas probrum hominum, & vituperatione eorum ne vincaris: & time Deum, & valebis; præter ipsum autem ne alium timeas*. Timiditate heic ejecta & extrusa, & robore imposito ac fortitudine immissa, Lex clamat: [f] *Justus tamquam leo confidit*, qui non timet neque horret jumentum. Duabus partibus vitii sublatis, imprudentia & timiditate, simul tollit intemperantiam, inquiens: [g] *Non fornicaberis, non mœchaberis*. Ubi cohibentur perturbationes, frenum temperantiæ in mente reperitur; ac tribus extinctis, extinguit et- C iam injustitiam: [h] *Non facies tibi pondera parva & magna; pondera justa & æqualia sint tibi*.

Atque ita singulis partibus nequitiæ deletis soluta est nequitia, quæ non potest amplius obambulare in mente. Quas igitur vitii species non sustulit Lex? quas partes voluptatis non destruxit? quas timiditates, quas imprudentias non usque adeo vindicavit tollens voluptatem, ut etiam curam oculorum habuerit, auditioni non pepercerit, & linguam non neglexerit? [i] *Posui enim oculis meis custodiam, & non intelligam super virginem*. Sanctus usque ad curam oculorum procedit, ne voluptas animam titillans, eam ad concupiscendum adducat. Alius sanctus clamabat: [k] *Ne circumspicias pulcritudinem* D *alienam, ne voluptas cum vestibulum animæ ceperit, spem ingressus concipiat, quin immo a januis repulsa insidias suas desperet*. Progrediens autem ad aures & ad linguas, vigiles & custodes membris præfecit, non cedens loco suo; quin potius clamat: [l] *Pone, Domine, custodiam ori meo*; ne sermo turpis sine utilitate emissus, invitamentum voluptatis turpia loquenti adjungat. Habens præterea curam lumborum, præcavit, ne mens huc & illuc agitata vincta esset. Præcepit enim: [m] *Sic comedetis pascha, lumbi vestri erunt præcincti*: ne si membra habeant discincta, facili motu prehendere possimus; rursus vero in sic præcinctis optimum ordinem ad res gerendas, & ad negotia reperiamus.

E Ad hunc modum partibus voluptatis sublatis, in species vitiorum partis rationis præditæ, & in species injustitiæ invasit. Si enim tollere quæ sunt alterius, & per vim tollere & invito domino, injustitia est; & tollentem quæ aliena sunt, dare ea meretricibus, vel luxuriose consumere, species injustitiæ est: injustus est, qui honorem Deo eripiens, lignis & dæmonibus eum adhibet; & honorem Dei consumit, & in mente luxuriosus est. Nec enim ita luxuriose vivit, qui opus consumit, ut est injustus, qui magnas & affluentes divitias honoris Dei ex animo delet: quamdiu enim divitiæ cognitionis

[a] Psalm. CXVIII. 105. [b] Ibid. ✠. 9. [c] Ibid. ✠. 11. [d] Psalm. XXXI. 9. [e] Psal. XLVIII. 17. [f] Prov. XXVIII. 1. [g] Exod. XX. 14. 15. [h] Levit. XIX. 35. 36. [i] Job XXXI. 1. [k] Eccli. IX. 8. 9. [l] Psalm. CXL. 3. [m] Exod. XII. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.

στηκεν ἡ περιουσία τῆς γνώσεως τῇ ψυχῇ, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν διάθεσις ἀποδίδοται· ὅταν δὲ πᾶσα κατα-πονηθῇ καὶ καταναλωθῇ καὶ πτωχεύσῃ· τότε λοιπὸν τὴν ἐκείνου τιμὴν εἰς ξύλα καὶ τέχνην καταφέρει· διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος τὴν ἀδικίαν δεισιδαιμονίαν ἐπιστάμενος, ἔλεγε· καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία.

A Dei in animo permanent, respondet in ea caritas erga Deum. Cum autem omnes divitiæ dilapsæ & consumtæ sunt, & ad inopiam redacta est anima; relinquitur tunc, ut honorem Dei lignis & arti pictoris & sculptoris deferat. Unde Apostolus, cum sciret ipsam injustitiam esse culturam falsæ religionis, dixit: [a] *Et avaritiam, quæ est idolorum servitus.*

Ἐπεὶ οὖν τῆς ἀδικίας τὸ χαλεπώτατόν ἐστι μέρος, ἡ εἰς Θεὸν ἄγνοια, βραχυτέρα δέ ἐστιν ἡ εἰς ἀνθρώπους πλημμέλεια, καὶ εἰς δύο διαιρεῖται ἡ ἀδικία, εἴς τε τὴν εἰς Θεὸν ἄγνοιαν, καὶ τὴν εἰς ἀνθρώπους πλημμέλειαν· γραφόμενος ὁ νόμος ἀμφοτέρων ἤρξατο· καὶ πρῶτον μὲν βοᾷ· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλα, παντὸς ὁμοίωμα· ἵνα μὴ τὴν τοῦ πεποιηκότος τιμὴν καταστωτελόμενος πᾶσαν ἄρδην διαφθείρῃς· ἐχαλέπαινε δὲ εἰκότως καὶ περὶ τοῦ λαοῦ, ὅτι μοσχοποιήσας ἐβόα· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵτινες ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἐπειδὴ γὰρ τὰς τοῦ εὐεργέτου δωρεὰς τῷ μὴ δυναμένῳ κινηθῆναι προσαπένειμαν· καὶ ἦν ἀδικία χαλεπωτάτη, τὴν περιουσίαν τῆς εὐεργεσίας τοῦ πεποιηκότος τέχνῃ καὶ γλύμματι ἀποδιδόναι· καὶ ἡ ἀλήθεια κεκίνεται, καὶ ὁ νόμος γέγραπται, καὶ ἡ ἀδικία κεκώλυται, καὶ ὁ μανθάνων ἐπαιδεύετο· καὶ οὕτω τοῦ θυμοῦ τῆς ἀδικίας προαναιρουμένου, καὶ τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἀδικίαν συνανεῖλεν.

Ergo quia teterrima pars injustitiæ est ignorantia in Deum, levius autem est delictum in homines; & in partes duas dividitur injustitia, in ignorantiam in Deum, & in delictum in homines: ab utrisque principium sumsit Lex scripta. Ac primum quidem clamat: [b] *Non facies tibi idoli ullius* B *similitudinem*; ne scilicet si in honorem ejus qui te fecit, luxuriosus sis, totum honorem Dei funditus labefacias. Iratus est autem populo juste, cum facto vitulo clamabat: [c] *Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt ex terra Ægypti.* Etenim quia dona Dei illi assignabant & attribuebant, qui movere se non poterat, eratque flagitiosissima injustitia divitias beneficiorum sui auctoris arti & sculpturæ attribuere: idcirco veritas excitata & Lex scripta; & injustitia vetita est; & qui discebat, erudiebatur. Atque ita sublata prius injustitia, quæ iram Dei provocavit, injustitiam quoque in hominem sustulit.

Καὶ πρῶτα μὲν ἔρωτα χρημάτων ἐγγενέσθαι τῇ ψυχῇ οὐ βεβούληται· ἐπεὶ ἔρως χρημάτων τίκτει τὰς ἀδικίας, καὶ ἡ πρὸς τὰ χρήματα ἐπιθυμία γεννᾷ τὰς πλεονεξίας· ἡ γὰρ ῥίζα τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία· ἔσονται δὲ κλάδοι καὶ κλῶνες τῆς φιλοχρηματίας, αἱ ἀδικίαι, αἱ πλεονεξίαι· καὶ ἐπειδὴ ἀπὸ φιλοχρηματίας, ἄρχεται ἡ πλεονεξία, καὶ ἀδικία προκαταλαμβάνει, προαναιρεῖ, προαπαγγέλει· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν· ἵνα μὴ τῷ ῥεύματι τῶν χρημάτων συῤῥέουσαν τὴν διάνοιαν τῷ ῥευστῷ χρήματι λαμβάνῃ· εἰ γὰρ ῥεῖ τὰ χρήματα, καὶ στάσιν οὐκ ἔχει, εἰκότως ἀντίσταται ἡ γνώμη τὴν οἰκείαν στάσιν τῷ ῥευστῷ χρήματι μὴ διαφθείρουσα· καὶ ἐπειδὴ, τῇ μὲν ἡ φιλοχρηματία λυπεῖ, τῇ δὲ φιλοδοξία συλῶσα τὴν διάνοιαν, τῷ νέῳ καὶ ἀνθηρῷ τῆς δόξης ἐσχεδίασε καὶ τοῦτο τὸ πάθος· εἶδον τὸν ἀσεβῆ ἐπαιρόμενον καὶ ὑπερυψούμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· ἵνα μηδεμιᾷ ἀκμῇ ῥᾳδίως μαραινομένῃ ὑπηγμένη ἡ διάνοια τὸ ἑαυτῆς μέγεθος πιπράσκῃ· ἀλλ᾽ ὑπερκύπτουσα ταῦτα τοῦ ἔρωτος τῆς ἀληθείας ἔχηται· καὶ διὰ τοῦτο τὴν συμμετρίαν τιμᾷ, καὶ τὴν ἀδικίαν ἐξωθεῖ· καὶ τὰ θεῖα οἰκητήρια ἀποδίδωσι τοῖς τὴν συμμετρίαν τετηρηκόσι.

Ac primum quidem noluit, ut amor divitiarum C in anima insideret; quoniam amor divitiarum parit injustitias, & cupiditas habendi divitias generat avaritiam. Radix enim malorum est cupiditas divitiarum; erunt autem rami & surculi cupiditatis pecuniarum, injustitia & avaritia: & quoniam a cupiditate pecuniarum incipit avaritia & injustitia, præoccupat Lex, prius tollit, prius denuntiat: [d] *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere*: ne divitiæ mentem cum fluxu divitiarum confluentem, fluxis divitiis capiant. Si enim opes fluunt, & non stant; merito resistit mens, quæ statum suum fluxis divitiis non violat: & quia tum avaritia molesta est, tum cupiditas gloriæ cujus flos in anima prædatur, erudivit, inquiens: [e] *Vidi impium superexal-* D *tatum, & elevatum sicut cedros Libani: transivi, & ecce non erat.* Ut mens nulli gloriæ quamlibet magnæ facile flaccescenti magnitudinem suam illecta vendat; quin potius supra hæc omnia se erigens amore veritatis teneatur. Idcirco moderationem honorat, & injustitiam expellit, & divina loca ad habitandum rependit & assignat iis, qui modestiam servaverunt.

Καὶ οὕτως βοᾷ· κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην· λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· ἵνα πᾶν εἶδος φιλοχρηματίας ἐξορίσας, τόπον τῇ ἀδικίᾳ μὴ παρέχῃ· καὶ οὕτω πᾶν εἶδος ἐπεξελθὼν ἀνεῖλεν ὁ νόμος· διὰ τοῦτο ὁ κατὰ νόμον φθεγγόμενος ὑπὲρ ἀληθείας φθέγγεται· διὰ τοῦτο οἱ τῆς ἀληθείας ἐργάται, οὐκ ἀγανακτοῦσι τῷ νόμῳ κατὰ κακίας φθεγγομένῳ· ἐλάλει ποτὲ κατὰ φιλοχρηματίας ὁ σωτὴρ, ἐτραχύνοντο οἱ Ἰουδαῖοι· ἡ γὰρ φιλία τῶν χρημάτων τραχύτητα κατὰ τοῦ λέγοντος εἰργάζετο· ἀμέλει ὅταν παιδαγωγὸς ῥαθύμῳ παιδὶ περὶ ῥαθυμίας διαλέγηται, μισεῖται παρὰ τοῦ παιδαγωγουμένου· πᾶς γὰρ ὁ τῆς νέας ἡλικίας τὸ πάθος ἐκκόπτων, μισεῖται διὰ τὴν φιλίαν τῶν ἡδονῶν· διὰ τοῦτο μεμίσηται παρὰ τῶν αἱρεσιωτῶν ὁ νόμος. ἐπεὶ κατὰ τῶν παθῶν ἐχώρει, κατὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἐβάδιζε, κατὰ τῶν φιλουμένων διελέγετο· οὐκ ἠνέγκαν τὸ πρᾶγμα.

Sic autem clamat: [f] *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, & in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam: qui loquitur veritatem in corde suo*; ut omni specie avaritiæ relegata, locum injustitiæ non relinquat: atque ita omnem speciem injustitiæ sustulit Lex. Idcirco qui secundum Legem loquitur, pro veritate loquitur. Id- E circo qui sunt operarii veritatis, non excandescunt, cum Lex adversus vitium loquitur. Loquebatur aliquando Dominus adversus avaritiam; exasperabantur Judæi, & moleste ferebant: amor enim divitiarum asperos & duros eos adversus loquentem efficiebat. Ita profecto est, cum pædagogus cum puero ignavo & pigro disserit, odio habetur ab eo quem instruit. Omnis enim qui motus adolescentiæ a ratione aversos exscindit, in odio est propter amorem voluptatum: ob hanc caussam Lex in odium venit hæreticis. Quia contra perturbationes tendebat, contra peccata ambulabat, contra adamata disserebat, rem æquo animo non tulerunt.

a Ephes. V. 5. b Exod. XX. 4. c Exod. XXXII. 4. d Psal. LXI. 11. e Psal. XXXVI. 35. 36. f Psal. XIV. 1-3.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
363.

A Ινα δὲ ἔτι μεγαλοπρεπέςατοι γένωνται ἡμῖν οἱ λόγοι, καὶ φανῇ ἡ τῶν αἱρέσεων ἀτοπία, κατὰ τοῦ νόμου ἀδίκως βεβαδικυῖα, μὴ μόνον, ὅτι πᾶν εἶδος κακίας ἀνεῖλεν ὁ νόμος, προσγράφωμεν τῷ λόγῳ· ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὑφηγεῖται καὶ ἐξηγεῖται, προσαποδῶμεν τῇ ὁμιλίᾳ. εἰ μὲν γὰρ τὰς κακίας πάσας ἀνεῖλεν ὁ νόμος, οὐ πάσας δὲ τὰς ἀρετὰς ἐνέθηκεν, ἐνέλιπεν ὁ νόμος, λειπόμενος τὴν τῶν ἀρετῶν κατασκευήν· καὶ τὰς μὲν κακίας πάσας ἐξορίσας, μηκέτι δὲ τὰς ἀρετὰς πάσας τῇ ψυχῇ μνηστευόμενος. ἐὰν δὲ παρὰ τοῦ λόγου φανῇ, ὅτι παρὰ τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις πᾶσαι κεῖνται αἱ ἀρεταί, πῶς οὐ θαυμάζειν δεῖ καὶ ἀποδέχεσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον; τεττάρων γὰρ οὐσῶν ἀρετῶν, φρονήσεως, σωφροσύνης, ἀνB δρείας καὶ δικαιοσύνης, ὅλοι παρὰ τῷ νόμῳ φαίνονται αἱ ἀρεταί. διὰ τοῦτο ὁ βουλόμενος εἶναι σώφρων, ἔχει τὰ μαθήματα· ὁ σπεύδων εἶναι φρόνιμος, τὰς ἀφορμὰς τοῦ νόμου λαβὼν, ἀριστεύσει ἐν τῷ πράγματι· ὁ βουλόμενος εἶναι ἀνδρεῖος, ἀλειφέσθω ταῖς παραγγελίαις· ὁ σπουδάζων δικαιοσύνης ἅψασθαι, τὸ στάθμιον τῆς δικαιοσύνης κρατείτω, καὶ οὐδὲν ἄνισον πράξει, σταθμῷ δικαιοσύνης τὰ πάντα πράττων· καὶ φρονήσεως μὲν ἐν μετέξει γιγνόμενος, λεγέτω· ὁ Θεὸς ἐδίδαξέ με σοφίαν, καὶ φρόνησις ἀνθρώπων οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί· ἵνα τὴν πεπλασμένην ταύτην καὶ πεπλανημένην ἐξωθήσας τὴν ἀρίστην καὶ θείαν ἀσπάσηται.

Σωφροσύνης δὲ ὑποδείγματα μυρία εὑρήσει ζητῶν ὁ ἀναγινώσκων, τὰ ὑποδείγματα ἐκτυπῶν, καὶ ἄλειμμα σωφροσύνης τὰ παλαιὰ ὑποδείγματα δεχόC μενος τὸν νεανίαν ἐκεῖνον τὸν ἀκμαῖον, τὸν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν δεδομένον, καὶ ἀπὸ τοῦ Αἰγυπτίου ἐωνημένον, τὸν τὴν ἐλευθερίαν τῆς ψυχῆς διετέρησε διατετηρηκότα· τὸν ἀποδυσάμενον τὰ ἱμάτια, ἵνα μὴ τὴν σωφροσύνην ἀποδύσηται· τὸν βίᾳ μὲν τὰ ἱμάτια ἀφαιρεθέντα, ἐξ ἀνάγκης δὲ σωφροσύνης μὴ ἀποσπασθέντα· τὸν παθεῖν ἑλόμενον, ἵνα μὴ τῷ πάθει τῆς ἡδονῆς πέσῃ· τὸν ἀντὶ πάθους τῆς ἡδονῆς ἐν τάξει τῶν δεσμίων γεγονότα· τὸν ἑλόμενον δεσμώτην εἶναι, ἵνα μὴ δέσμιος τῆς ἡδονῆς εὑρεθῇ· τὸν φθόνον τῆς αἰσχρᾶς πράξεως προκρίναντα· τὸν νομισθῆναι ὃ μὴ ἦν βουληθέντα· κάλλιον γὰρ ἐλογίσατο τὸ νομισθῆναι αἰσχρὸν, ἢ εἶναι καὶ λανθάνειν· γινόμενος γὰρ καὶ λανθάνων, ἐδεδίει μάρτυρα τὸν Θεόν· νομισθεὶς δὲ ἠρD κεῖτο τῷ ἐπόπτῃ μαρτυροῦντι τοῖς γιγνομένοις. καὶ τῆς μὲν σωφροσύνης ὑπόδειγμα τοῦτο.

Τῆς δὲ ἀνδρείας πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα· ἱκανὸν δὲ τὸ τῆς Ιουδὶθ, ὅτι γύναιον ἦν, καὶ ἀσθενὲς ἦν, καὶ ἄτολμον ἦν, ἐπεὶ γύναιον ἦν. εὔτολμον δὲ καὶ ἀνδρεῖον, ἐπεὶ πιστὸν ἦν· ὅτι τὰ ἀδύνατα ταῖς προσδοκίαις τῶν ἀνθρώπων, δυνατὰ τῇ ἀνδρείᾳ ἀποδέδωκεν· ὅτι τὰ ἀπροσδόκητα εἰς πίστιν καὶ ἐλπίδα ἤγαγεν, ἀνδρεία πίστει κεκερασμένη· τὰ γὰρ τειχία ἀνεῴγοντο, καὶ ἐξῄει ἡ νεᾶνις· καὶ μετὰ παιδίσκης μόνης ἐξῄει, οὐ τὸ ὕποπτον τοῦ κάλλους δειλιῶσα, οὐ τὰ ξίφη εὐλαβουμένη, οὐ φοβηθεῖσα μὴ λαγνεύσῃ, μὴ βίᾳ ἀκολασίαν ὑπομείνῃ· μὴ δειλιῶσα μή τι ἀπὸ ξίφους ἐξαπίναιον πάE θῃ· ἀλλὰ τὸ μὲν φοβερὸν τοῦ ξίφους, τῇ ἀνδρείᾳ νικῶσα, τὸ δὲ κάλλος τῷ Θεῷ παραπιθεμένη· ἀξιόπιστον γὰρ τὸν Θεὸν φύλακα ἡγεῖτο τοῦ κάλλους· φρύγανα δὲ καὶ πάπυρον τὰ ξίφη ἐλογίζετο, πεπατηκυῖα τῷ φρονήματι τῆς ἀνδρείας τὴν δειλίαν· καὶ παρῆλθεν ἡ γυνὴ, καὶ τολμηρὸν οὐκ ἐκρίθη· οὐδὲ [1] τραχύτητος ἔγκλημα ὑπέμεινεν· οὔπω γὰρ ἀπλῆ τὰ κριθέντα ἵνα τραχύτητος ἐγκληθῇ· πεπεράκωκε τὰ βεβουλευμένα· εἰς πέρας ἤχθη τὰ ἐσκεμμένα· διὰ τοῦτο θαυμάζεται, ὅτι φρόνησιν ἀνδρείᾳ ἔμιξεν· ὅτι ὅσα ἐβουλεύσατο, εἰς πέρας ἠγάγετο.

A X. Ut autem ſermo & diſputatio noſtra ampliſſima ſit, & ſcelus hæreſis quæ injuſte ad Legem vituperandam ſe contulit, appareat: non ſolum quod omnes ſpecies & formas vitii ſuſtulit, dicamus; ſed reddamus inſuper ſermonem, quod omnem ſpeciem virtutis Lex enarrat & exponit. Si enim omnia vitia Lex ſuſtuliſſet, non autem omnes virtutes inſeruiſſet, manca eſſet Lex, relicta virtutum exſtructione; quæ quidem omnia vitia cum relegaſſet, non jam omnes virtutes animæ deſpondiſſet. Sin vero in diſputatione noſtra apparent apud Legem & Prophetas omnes virtutes poſitæ, an non oportet Legem Dei admirari & amplecti? Cum enim ſint quatuor virtutes, prudentia, temperantia, fortitudo B & juſtitia; omnes virtutes apud Legem cernuntur. Unde qui vult eſſe temperatus, habet in Lege diſciplinas: qui ſtudet ut ſit prudens, adhibitis ſubſidiis Legis, præclare ſe in rebus geret: qui vult eſſe fortis, inſtruat ſe præceptis Legis: qui vult juſtitiam aſſequi, pondus juſtitiæ teneat, & nihil inæquale faciet, faciens omnia ad perpendiculum juſtitiæ: & qui factus eſt particeps prudentiæ, dicat, Dominus docuit me ſapientiam, & prudentia hominis non eſt in me; ut hac ficta & errante ejecta & repudiata, optimam & divinam amplectatur.

Pudicitiæ vero exempla infinita reperiet, qui legendo quæret, ut exempla pudicitiæ exprimat, & C antiqua exempla ad firmamentum & robur caſtitatis complectatur: ut illius adoleſcentis in ipſo flore ætatis, qui fuit a fratribus venditus & ab Ægyptio emtus; qui libertatem corporis mutavit, libertatem vero animæ immutabilem conſervavit; qui exuit pallium, ne pudicitia exueretur; cui vis quidem pallium abſtulit, neceſſitas vero non eripuit caſtitatem: qui maluit affligi, quam in morbum voluptatis incidere; maluit eſſe in vinculis, quam capi voluptate; qui invidiam turpi actioni præpoſuit; qui exiſtimari, & non eſſe voluit; melius enim judicavit, haberi turpis, quam eſſe & latere: ſi enim eſſet & lateret, metuebat teſtem Deum; ſin vero haberetur, contentus erat teſte facta inſpectanD te. Atque pudicitiæ quidem hoc ſit exemplum.

Fortitudinis vero multa quidem ſunt alia, ſatis vero nunc ſit illud Judith, quæ muliercula erat, & infirma erat, & non audax erat, quia muliercula erat. Audax tamen fuit & fortis, quia credibile ei fuit, quæ exſpectatione hominum fieri non poſſunt, poſſe fortitudine; quæ cum fide miſta ac temperata, ad fidem & ſpem adduxit inſperata: muri enim aperti ſunt, & exivit adoleſcentula, & cum ſola ancilla exivit non formidans, quod erat in pulcritudine ſuſpectum; non metuens gladios, non timens ne in libidine eſſet, ne vis inferretur pudicitiæ: non forE midans, ne quid repentinum ex gladio accideret: quin potius terrorem gladii fortitudine vincens, formoſitatem vero Deo commendans. Deum enim cuſtodem pulcritudinis dignum cui fideret, exiſtimabat eſſe; gladios vero, ſarmenta & papyrum ducebat, animi fortitudine formidinem ſuperans: tranſivit mulier, & non eſt judicatum temerarium, quod auſa eſt. Non fuit in ea criminatio duritiæ; nec enim imperfecta fuerunt, quæ fuerant judicata & decreta, ut duritia accuſetur: perfecit ea, de quibus deliberatum fuerat: ad finem perducta ſunt, conſiderata. Idcirco in admiratione eſt, quia prudentiam fortitudini admiſcuit, quia omne conſilium cœptum ad exitum perduxit.

1. Τραχύτητος ἐγκλ.] Duritia enim ſtupori ſimilis, patientiam imitatur. Turr.

Καὶ τῆς ἀνδρείας ταύτης ὑπόδειγμα λαβόντες, καὶ τῆς δικαιοσύνης ληψόμεθα· ὅταν ἀμύνηται μὲν Ἀβραὰμ, καὶ ὑπερμαχήσηται τῶν ἀδικουμένων, καὶ βοηθήσας ἀκούσῃ παρὰ τῶν ἐλευθερωθέντων· λάβε τὴν ἵππον καὶ πάντα σεαυτῷ, καὶ ταῦτα ἀκούων μὴ πρὸς τὸν χρηματισμὸν βλέπων, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον ἀπνίζων, καὶ συγγινώσκων ὅτι δωρεὰν ἔλαβε, καὶ πῶς πωλῆσαι τὴν δωρεὰν οὐκ ὀφείλει, ὅτι χάρισμα πιπράσκεσθαι οὐκ ἀνέχεται· ὅτι ἄδικοι οἱ τὰς δωρεὰς ἀποδεδομένοι εἰσίν· ὅτι οὐ δικαίως τὰ ὤνια καὶ τὰς εὐεργεσίας πωλεῖ τίς· ἱμάτιον καὶ κειμήλιον ἐπ' ἀγορᾶς πιπρασκέσθω· ἄπρατος δὲ ἡ εὐεργεσία μενέτω τῷ μεγαλοψύχῳ τῆς διανοίας, προῖκας τῷ δεομένῳ διδομένη. καὶ τοιοῦτον ἔχομεν τῆς διανοίας ὑπόδειγμα, ὅτι τὰς δωρεὰς καὶ τὰς εὐεργεσίας μεγάλου χρήματος πιπράσκεσθαι οὐ δεῖ, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν ἑκάστου τιμὴν, μὴ προδιαφθειρόμενον τῇ δόσει τῶν χρημάτων.

Hoc fortitudinis exemplo ſumto, juſtitiæ etiam exemplum ſumamus. Cum Abraham injuria affectos ulciſcens pro eis pugnavit, & cum poſt auxilium allatum audiret a liberatis, Accipe tibi equitatum & omnia; non in quæſtum aſpexit, ſed juſtitiam attendit; quomodo conſcius ſe gratis cepiſſe, non debebat vendere donum: quia gratia non patitur, ut venumdetur; ſiquidem injuſti ſunt, qui dona vendunt; & non juſte quis venalia & beneficia venumdat. Veſtis & res pretioſa vendatur in foro; beneficium vero, ne habeatur vendibile, quod magno animo gratis indigenti dari debet. Tale exemplum habemus; dona, & beneficia non oportere multa pecunia vendere, ſed ſervare quemque honorem ſuum, & non prius pecunia corrumpi.

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐπεξελθόντες, κατεσκευάσαμεν· ὅτι πάντα ἐν νόμῳ κεῖται, καὶ κακίας ἀναίρεσις, καὶ ἀρετῆς κατόρθωσις· καὶ τούτων ὄντων ἱκανῶν πρὸς ἐντροπὴν καὶ δυσώπησιν, καί τι τὸ ὅμοιον ἀποδιδομεν· εἰ γὰρ μηδὲν εἶχεν ὁ νόμος ἴσον τῷ εὐαγγελίῳ, τῆς ἀνομίας ἡ κατηγορία ἦν· εἰ δὲ ὁμοιότης ἐστὶ, τί ἐπὶ τῆς ὁμοιότητος διαφερόμεθα, τῆς ὁμοιότητος διαφέρεσθαι μὴ ἀνεχομένης; βοᾷ ὁ χαρακτὴρ τὴν συγγένειαν· ἡ ὁμοιότης τὴν ἀδελφότητα σημαίνει· πρὸς ἕνα τῶν ἄλλων ἁπάντων αἴτιον, πατέρα δὲ τοῦ σωτῆρος ἐφέλκουσι τὴν διάνοιαν· εἶπεν ὁ νόμος· ἄκουε Ἰσραὴλ· κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστιν· εἶπε τὸ εὐαγγέλιον· οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. ἐβόησεν ὁ Παῦλος· εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ νενοήται ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπάτωρ, ἐκ νόμου καὶ σωτῆρος καὶ τοῦ ἀποστόλου· γέννημα δὲ ἦν καὶ γέννημα ἐκ κόλπων, καὶ υἱὸς τοῦ γεγεννηκότος· καὶ συνῳδὰ πάλιν τὰ γράμματα· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, ὁ νόμος λέγει· ὁ μονογενὴς υἱὸς Θεὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, τὰ εὐαγγέλια διηγοῦνται. κόλπος ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων, καὶ γαστὴρ ἀπὸ τοῦ νόμου λελάληται· καὶ υἱὸς γνήσιος ὅμοιος τῷ γεγεννηκότι, ἐκ γαστρὸς καὶ κόλπων καταγγέλεται. καὶ μαρτυρεῖ μὲν ἡ τοῦ κυρίου φωνή· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ μονογενὴς καὶ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ἐγὼ εὐδόκησα. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ ψαλμῳδός· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· καὶ μία φωνὴ καὶ τότε καὶ νῦν προσενεχθεῖσα, καὶ εἷς λαλήσας· φθεγξάμενος μὲν τότε, ἄρτι δὲ ὡμιληκώς· καὶ οὐκ ἐναλλάττεται ὁ εἰρηκώς· ὀψὲ γάρ ποτε τὴν τοιαύτην ἀφεὶς φωνὴν, ἤδη προφθάσας καὶ προειρηκὼς ἐν τοῖς ψαλμοῖς ηὑρίσκετο· καὶ παραγγελία μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς πρὸς τὰς θείας δυνάμεις ὑπηρετεῖν τῷ υἱῷ, καὶ τὸ σέβας καὶ τὴν προσκύνησιν αὐτῷ ἀποδιδόναι· γέγραπται γὰρ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· συγκεχώρηκε δὲ τῇ παραγγελίᾳ ὁ Παῦλος, μᾶλλον δὲ ταύτην ἐπεξεργάζεται καὶ διερμηνεύει, καὶ σπουδάζει τοῦ προειρημένου καὶ προγεγραμμένου γίνεσθαι ἑρμηνεύς· ὅταν γὰρ εἰσάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. καὶ ὄψει τὸν ἀπόστολον ἐσπουδακότα ἑρμηνεύειν τὰ παλαιὰ, διηγεῖσθαι τὰ ἐν τῷ νόμῳ μὴ ἀμελοῦντα· ἀλλὰ ποτὲ μὲν λέγοντα, [1] ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ· εὐθὺς δὲ ἐπεξηγούμενον, ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον, ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα· οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι· ποτὲ δὲ λέγοντα· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν

XI. Atque hæc quidem hactenus perſecuti, probavimus utrumque eſſe in Lege, & vitii exſtirpationem, & virtutis officium atque exercitationem: atque hæc quidem ſatis eſſe, ut iſti erubeſcant. Aliquid ſimile reddimus in Evangelio & Lege. Si enim eſſent Evangelia, & eſſet Lex, & nihil Lex haberet æquale Evangelio, crimini daretur diſſimilitudo. Sin autem ſimilitudo eſt, quid de ſimilitudine contendimus? cum ſimilitudo non patiatur, ut controverſia ſit. Proclamat cognationem ſtilus: ſimilitudo germanitatem ſignificat. Ad unam cauſſam aliorum omnium, Patrem autem Salvatoris, Lex & Evangelia ducunt mentem. Lex dixit: [a] *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Dominus unus eſt.* Dixit Evangelium: [b] *Nemo bonus niſi unus Deus.* Clamavit Apoſtolus Paullus: [c] *Unus Deus, ex quo omnia:* ex Lege & ex Salvatore atque ex Paullo cognitus eſt ingenitus & ſine Patre. Genitus vero ex ſinu, & Filius ejus qui genuit. Rurſus heic Scripturæ conſentiunt. Lex ait: [d] *Ex utero ante luciferum genui te:* Evangelium vero: [e] *Unigenitus Deus qui eſt in ſinu Patris, ille enarravit.* Sinum dicit Evangelium, & uterum Lex: & Filius legitimus ſimilis ei qui ex utero & ſinu genuit, denuntiatur. Ac teſtimonium quidem perhibet vox Evangelii: [f] *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Teſtatur etiam David in Pſalmo: [g] *Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Una vox & tunc, & nunc miſſa eſt: & unus, qui miſit, locutus quidem tunc eſt; nunc autem nobiſcum ſermocinatus, non mutatur, qui tunc locutus. Qui enim ſero tandem hanc vocem miſit, jam ante in Pſalmis eam prænuntiaſſe reperitur: fuitque facta denuntiatio ſanctis Angelis, ut inſervirent Filio, & religionem venerationis atque adorationem ei adhiberent; ſcriptum eſt enim: [h] *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Adſtipulatus eſt huic denuntiationi Paullus, immo hanc retractat & interpretatur; ſtudetque, ut ſit interpres ejus quod prius dictum, & prius ſcriptum eſt: [i] *Quum enim introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Videbiſque Apoſtolum ſtuduiſſe ut vetera interpretaretur, & non neglexiſſe Legis explanationem. Aliquando enim dicit: [k] *Omnia ſubjecit ſub pedibus;* & ſtatim enarrat inquiens: *Cum autem dicat, Omnia ſubjecta ſunt ei, ſine dubio præter eum qui ſubjecit ei omnia: nihil reliquit non ſubjectum illi: ut ſit Deus omnia in omnibus.* Quandoque dicit: [l] *Propter hoc relinquet homo patrem,*

a Deut. VI. 4. *b* Marc. X. 18. *c* I. Cor. VIII. 6. *d* Pſal. CIX. 3. *e* Joan. I. 18. *f* Matth. III. 17. XVII. 5. *g* Pſal. II. 7. *h* Pſal. XCVI. 7. *i* Heb. I. 6. *k* I. Cor. XV. 26-28. *l* Epheſ. V. 31. 32.

1. Ὑπέταξεν] Reſtituenda heic vox πάντα, quam amanuenſis incautus omiſit. BASN.

μητέρα· τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω, εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν·

& matrem: sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christum & in Ecclesiam.

Καὶ ἑρμηνεῖς μὲν οἱ ἀπόστολοι τῶν παλαιῶν· σύμφωνα δὲ τῶν τὰ παλαιὰ τοῖς νέοις· ἀλλ' ὅσοι μὲν ἀπόστολοι ἑρμηνεύουσιν, ὅσοι δὲ οὐκ ἀπόστολοι διαβάλλουσι· μὴ ποιοῦντες γὰρ, ὃ ποιοῦσιν οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ μαχόμενοι τῷ ὑπ' ἐκείνων γεγραμμένῳ, ψεύδονται τὴν ἀποστολὴν, ψευδοπροφῆται ὄντες· ἰδοὺ γὰρ οἱ τῆς ἀληθείας εἰσηγηταὶ, τὸν νόμον τετιμηκότες, τὸν νόμον ἐξηγήσαντο· οὗτοι δὲ τὸν νόμον διαβεβληκότες τῷ νόμῳ διαπληκτίζονται, καὶ πρὸς τοὺς ἐξηγησαμένους τὸν νόμον. καὶ ἴσασι μὲν οἱ ἀπόστολοι τὴν ὁμοιότητα τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ νόμου γινώσκουσι· καὶ τὸν νόμον λαβόντες τὸ εὐαγγέλιον βλέπουσι· καὶ εἰς τὸ εὐαγγέλιον παρακύπτοντες, τὸν νόμον οὐκ ἀναιροῦσιν· οὗτοι δὲ τὰ ὅμοια ἀεὶ ἀνόμοια ἡγησάμενοι, καὶ τὰ φίλα ἑαυτοῖς καὶ ἀδελφὰ, ἄφιλα καὶ ἄσπονδα ὁμολογοῦντες, κακίας μὲν ἔλεγχον οὐ φεύγουσι· διιστᾶν δὲ καὶ διαιρεῖν τὰ ὅμοια ἐσπουδακότες, μὴ δυνάμενοι δὲ διαιρεῖν. ἐπεὶ οὐκ ἀνέχεται ὁ νόμος τοῦ εὐαγγελίου διαιρεῖσθαι, τῆς βασκανίας ἑαυτῶν τὴν ἐπιτιμίαν ἐκαρπώσαντο· ἰδοὺ γὰρ ὅσα περὶ πατρὸς ἐν νόμῳ, ταῦτα καὶ ἐν εὐαγγελίοις κεῖται· ὅσα περὶ υἱοῦ, ταῦτα ἐν ἀμφοτέροις εἴρηται· ὅσα περὶ πνεύματος ἁγίου, ταῦτα ἐν ἀμφοτέροις εὑρεῖν δυνησόμεθα· οὐδὲ ὁπότερον γὰρ γράμμα τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀμνημονεῖ· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ εὐαγγελίῳ ἡ δωρεὰ, ἐκεῖ δὲ καὶ ἡ αἴτησις. καὶ ποτὲ μὲν λέγει ὁ Δαβίδ· τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· ποτὲ δὲ εὐαγγέλιον· λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἵν' ὃ μὲν ἔχει μὴ ἀφαιρεθῇ· ὃ δὲ χαρίζεται, οὗτος ἔχῃ λαβών· καὶ τῇ συνουσίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος τιμῶνται αἱ ψυχαὶ, μήτε ἀποσπώμεναι τῆς συνουσίας, μήτε δίχα τῆς συνουσίας διατελοῦσαι.

XII. Atque Apostoli quidem interpretes sunt veteris Legis, consonantque vetera novis. At vero, qui sunt non Apostoli, accusant vetera; qui quidem cum non faciunt quod Apostoli, sed potius cum eorum scripto pugnant, mentiuntur apostolatum, facti pseudoprophetæ. Explanatores enim veritatis qui Legem honoraverunt, iidem Legem exposuerunt: hi vero qui Legem criminati sunt, Legem feriunt, & eos & qui Legem explanaverunt, pungunt. Parem similitudinem Evangelii atque Legis cognoscunt Apostoli: qui cum Legem sumunt, Evangelium adspiciunt; cum Evangelium adspiciunt, Legem non tollunt. Isti vero dum quæ sunt similia, semper dissimilia esse putant, & quæ sibi inter se amica & germana, inimica & adversaria esse profitentur; non quidem effugiunt, quin malitia eorum convicta sit: disjungere vero & dirimere similia dum student, neque tamen possunt. Quandoquidem Lex ab Evangelio dividi non potest, invidiæ suæ fructum perceperunt objurgationem. Quæcumque enim de Patre in Lege scripta sunt, hæc etiam sunt in Evangeliis: quæcumque de Filio, hæc in utrisque: quæ de Spiritu sancto, hæc quoque in ambobus reperire poterimus: neutra enim Scriptura non meminit de Spiritu sancto: immo in Evangelio est donum; ibi vero est petitio. Et aliquando dicit David: [a] *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.* Interdum dicit Evangelium: [b] *Accipite Spiritum sanctum*: ut quod quidem habet David, ne auferatur ei rogat: quod vero hic donat, id cum ille acceperit, habeat. Familiaritate etiam Spiritus sancti animæ honorantur, nec a familiaritate ejus avulsæ, neque sine ejus familiaritate permanentes.

Καὶ δυνήσεταί τις περὶ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄλλων ἐξουσιῶν, καὶ περὶ [1] ἀνθρώπου, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἄλλων δημιουργημάτων, ἐπεξεργασάμενος τὴν ὁμοιότητα τοῦ τε νόμου καὶ τοῦ εὐαγγελίου θεωρῆσαι, καὶ οὕτω κατιχνεύων μέχρι τοῦ ἐλαχίστου φθάσαι· ἡμεῖς δὲ τὸν τηλικοῦτον ὄγκον παραιτούμεθα, μόνον τῇ ὑποθέσει χρησάμενοι, καὶ τοὺς φιλομαθεῖς ἐκκαλούμενοι τῆς ὑποθέσεως ἁψαμένους, ἐπὶ πάντα τὰ θεωρήματα χωρεῖν· ὅπερ δὲ μετά τινος κατηγορίας καταιτιῶνται οἱ αἱρεσιῶται· τοῦτο μόνον προσγράψωμεν τῷ λόγῳ, ἵνα καὶ τὴν αἰτίαν ἐκείνων λύσωμεν, καὶ τοῦ νόμου τὰς διαθέσεις κατοπτεύσωμεν. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν αἰτίαν τῶν γραμμάτων ἀναγινώσκοντες ὑβριστικῷ στόματι κέχρηνται, ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τῇ ὁμοιότητι δυσωπήσωμεν αὐτῶν τὴν ἄνοιαν· καὶ τὴν αἰτίαν παραθέσθαι μὴ παραιτησώμεθα.

Ad eumdem modum poterit quis elaborando, de Angelis & Archangelis & aliis Potestatibus, & de cælo ac terra aliisque creaturis similitudinem Legis & Evangelii contemplari; atque ita investigando usque ad minimum devenire: nos vero tantam molem recusantes, & principio tantum usi, provocantesque studiosos, ut suscepto ad tractandum argumento ad omnia theoremata procedant. Id solum ad librum adjungemus, quod hæretici cum quadam reprehensione accusant, ut eorum accusationem dissolvamus, & Legis dispositiones perspiciamus. Si enim illi legentes, quæ contra Scripturam objiciunt, ore contumelioso usi sunt: at nos amentiam similitudine redarguemus, & quæ in crimine objiciunt, apponere non dubitabimus.


Ἐγκαλοῦσι γὰρ τῷ παλαιῷ νόμῳ, ὡς τραχεῖ καὶ ἀπηνεῖ· ἐγκαλοῦσι καὶ τοῖς παλαιοῖς ὑπηρέταις ὡς αὐστηροτέροις, καὶ μᾶλλον πρὸς τὴν ἐπιτιμίαν ῥέπουσι, καὶ στοργῆς ἐλέους ἀπηλλαγμένοις, μὴ νοοῦντες τὸ γεγραμμένον· ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι κύριε· μήτε εἰδότες, ὅτι ἡ τελειότης τῆς οἰκονομίας, ἐξ ἐλέους καὶ ἐπιτιμίας ἤρτηται· καὶ διὰ τοῦτο ἀμβλυωποῦντες, σιωπῶσι τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ νόμου· μᾶλλον δὲ τῶν ἐπιτιμήσεων μνημονεύουσι· καὶ ἄνω καὶ κάτω βοῶσιν· οὐχ ὁρᾶτέ φησιν, ἵνα παιδία λοιδωρήσωσι τὸν Ἐλισσαῖον· κατηρᾶτο, καὶ δυσὶν ἄρκτοις ἔκδοτα παρεδίδου τὰ νήπια, [2] βορὰν καὶ θοίνην παρασκευακὼς τοῖς ἄρκτοις τὰ παιδία; οὐχ ὁρᾶτέ φησιν, ἵνα τινὲς ἄκοντες στρατιῶται ἀπὸ τοῦ ἐπιτάττοντος ἀποσταλῶσι καλέσαι τὸν Ἠλίαν, βαδίσαι μὲν ὤκνησε, καὶ φθάσαι παρῃτήσατο,

XIII. Accusant enim veterem Legem tamquam acerbam & crudelem: accusant præterea veteres ministros tamquam austeriores, & magis ad objurgationem propensos & ab affectione misericordiæ alienos, non intelligentes quod scriptum est: [c] *Misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine*; neque scientes, perfectionem ratione gubernationis ex misericordia & vindicatione pendere. Idcirco cæcati, miserationes Legis tacent; & vindicationum potius meminerunt; & ubique clamant: Non videtis, quia pueri parvi convicium fecerunt Elisæo; Elisæus vero maledixit eis, & duobus ursis tradidit pueros ad devorandum? Non videtis, quia quibusdam militibus missis a rege ad vocandum Eliam invitis, noluit ire cum eis, ignem jaculatus est, & viros consumsit, inquiens, [d] *Si vir*

a Psalm. L. 13. b Joan. xx. 22. c Psalm. c. 1. d IV. Reg. I. 10.

1. Ἀνθρώπου] An οὐρανοῦ?
2. Βορὰν — παιδία] *Infantes escam & convivium ursis preparaverat.* Hæc in versione omissa.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 363.



πῦρ δὲ κατήνεγκε, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐδαπάνα καὶ ἀνήλισκε· λέγων, εἰ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ εἰμι ἐγὼ, καταβήσεται πῦρ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ καταφαγέσεταί σε καὶ τοὺς πεντήκοντά σου; καὶ ἐπειδὴ τοιαύτας αἰτίας, καὶ τοιαύτας ἐπιτιμίας ἐν τάξει πονηρίας καὶ κακίας τίθενται, τί ἐροῦσι περὶ Παύλου; ὅστις ποτὲ τὸν λεγόμενον Βαριησοῦν τὸν μάγον, ἐπὶ Σεργίου Παύλου ἀνθυπάτου, ὡς κακοτεχνίαις τοῦ λόγου στρεφόμενον τὴν διάνοιαν τῶν παιδευομένων ἑώρα, οὐκ ἤνεγκεν, ἐπετίμησε, στέρησιν τῶν ὀφθαλμῶν εἰργάσατο, ἐβόησεν, ὦ πλήρης δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου· οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς εὐθείας; καὶ ἰδοὺ χεὶρ κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ,

A *Dei ego sum, descendet de cælo ignis, & devorabit te & quinquaginta tuos?* Si hujus mali accusationes & vindictas inter vitiosa & prava referunt, quid dicturi sunt de Paullo; qui cum videret aliquando Bar-Jesu magum qui erat cum Sergio Paullo proconsule, differentem, & artificiosa machinatione orationis mentem eorum qui veritatem didicerant, depravantem, non est passus, increpavit, punivit, privavit oculis, clamavit: [a] *O plene dolo & omni fallacia, fili diaboli, non desinis subvertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns solem usque ad tempus.*

B

Τί δὲ ἐροῦσι περὶ τοῦ Πέτρου; ὅτε Ανανίας καὶ Σάπφειρα πωλήσαντες κτημάτιον ἐνοσφίσαντο μέρος· μέρος δὲ κεκομίκασιν· ὅτι κρίνας καὶ ἐλέγξας, τὸν μὲν Ανανίαν νεκρὸν ἔδειξε, τὴν δὲ Σάπφειραν τῷ αὐτῷ μνηματίῳ παραδέδωκεν; ἔκειντο γὰρ νεκροὶ λόγῳ ἀνῃρημένοι· κἀκεῖ μὲν τὸ πῦρ κομισθὲν ἀνήλισκε τοὺς ἀφικομένους· ὧδε δὲ λόγος προελθὼν ἐν ὄψεσι τῶν μαθητευομένων, νεκροὺς ἔδειξε τοὺς τὴν πίστιν κεκαπηλευκότας· κἀκεῖ μὲν Ελισσαῖος θηρσὶ τὰ σώματα τῶν νηπίων ἐδίδου· ὧδε δὲ Παῦλος ἀφῄρει τὴν βλέψιν τῶν ὀμμάτων, καὶ τυφλὸν τὸν βλέποντα εἰργάζετο· καὶ τοιαῦτα πράττοντες τὰς ἐπιτιμίας δεδώκασιν· εἰ οὖν ἐπὶ ἀτόποις ἡ ἐπιτιμία λαμβάνεται, ἄτοπος Πέτρος καὶ Παῦλος· εἰ δὲ καλοί εἰσιν, ὅτι ἀπόστολοί εἰσι, καὶ καλοί εἰσιν ὅτι ἐπιτετιμήκασι, τί διαβάλλεις τὰς ἐπιτιμίας, καὶ τῶν ἀποστόλων ἐπιτιμίαις χρησαμένων; εἰ τοὺς μὲν ἀποστόλους ἀποδεχόμεθα, τὰς δὲ ἐπιτιμίας μεμφόμεθα, οὐ κατὰ πρόσωπον οἱ νόμοι κρίνουσι τὰ πράγματα, ἢ δικάζουσιν· οὐ πρὸς τὰ πρόσωπα ἐρεχελοῦσι, τῇ δὲ τῶν πράξεων ὁμοιότητι συντρέχουσιν.

XIV. Quid de Petro dicent, quando Ananias & Sapphira vendita possessiuncula partem pretii sibi averterunt, partem attulerunt? cum Ananiam judicatum & mendacii convictum morte affecit, Sapphiram autem eidem sepulcro tradidit? Jacebant enim mortui, verbo interfecti. Illic ignis allatus consumsit ad Eliam profectos: heic verbum emissum in conspectu discipulorum effecit, ut qui fidem cauponati erant, morerentur. Illic Elisæus corpora puerorum bestiis dedit; heic Paullus adspectum oculorum ademit, & eum qui videbat, cæcavit; & qui talia patraverunt, pœnas dederunt. Si igitur pœna ac vindicta in malis numeratur, mali sunt C Paullus & Petrus: sin autem boni sunt, quia Apostoli sunt, boni sunt, quia pœnas exegerunt. Quid pœnas accusas, idque Apostolis irrogatione pœnarum usis? Quod si Apostolos quidem approbamus, pœnas vero improbamus; non decernunt vel jus dicunt Leges secundum personam de factis; non disceptant contra personas, sed adstipulantur similitudini factorum.

Cognoscis mea quæ finxisti ossa in occulto.
Et meum profundis vitæ robur est fundamentis.
Videbas Rex me imperfectum adhuc in utero matris,
Ornans simul omnes in puro tuo libro,
Neque aliquis palam conditis aderit.
Ceterum mihi in ceteris amici tui sunt admirabiles:
Subditorum vero maxime vis apparet præstantior.
Arenam dinumerarem multo magis quam illos.
Resurgens tecum perpetuo adhuc maneo.
Si occideris impietatis famulos,
Fugere homicidis meum robur statim jubeo.
Sed dices, vacuas quod meas evertent civitates,
Si non osores oderam Regis:
Super inimicos vero meus tabescebat animus:
Odio omnes ego perfectissimo oderam,
Et mihi inimici corde & infensi erant.
Verum accurate meam mentem probes,
Vestigia vero inevitabilibus explores probationibus.
Inspice autem, si non omnino malorum nescius sim,
Ut me ducas perpetuis viis.

Ψ Α Λ Μ. ΡΛΘ΄.

Καὶ τόδε Δαυίδου λιγυρὸν μέλος ἔπλετ' ἀοιδῆς,
Ἐκ τρισκαιδεκάτης εἴνατον αὖ δεκάδος.

Αἴθε μάκαρ κακότητος ἀπ' ἀνδρομέου με σαώσοις,
Ἄνδρα δ' ὑπεκφυγέειν ἀθεμίστιον ἄμμιν ἀλάλκοις.
Οἳ σφετέρης ἀθέμιστα μετὰ φρεσὶ μερμήριξαν,
Ἤματα δ' ὀλοοὺς μοι ἐθωρήσσοντο κυδοιμούς.
Γλῶσσαν ἑὴν ὀφίεσσι κακοῖς θήγεσκον ὁμοίην,
Ἀσπίδος ἀνδροφόνου περὶ χείλεσιν ἰὸν ἑλόντες.

PSALMUS CXXXIX.

Etiam hoc Davidis canorum carmen est cantionis,
De decima tertia nonum rursus decade.

Utinam Beate malitia ab humana me serves,
Virum vero effugere iniquum nobis auxilium feras:
Qui suis injusta cum animis cogitaverunt,
Tota die vero perniciosos parabant tumultus.
Linguam suam serpentibus venenatis acuebant similem,
Aspidis homicidæ in labiis venenum capientes.

Εἴθε φυλασσοίμην στυγερῆς ἀπὸ χειρὸς ἀλιτρῶν,
Ανδρῶν ἐξ ἀδίκων με μακάρτατε ῥεῖα σαώσοις.
Ιχνια συγχεύειν οἵ μευ φρεσὶν ὁρμαίνεσκον·
Λάθρῃ μοι κατέπηξαν ὑπερφίαλοι λίνα φῶτες,
Μηρίνθους δ' ἐτάνυσαν ἐμῆς περὶ δίκτυα πέζης·
Θέντο δὲ δοχμώσαντες ἐπ' οἴμοισιν δολερῇσιν.
Εἶπα Θεῷ βασιλῆϊ, Θεὸς σύ μευ ἐλπὶς ἐτύχθης.
Ικεσίης ἐπάκουσον ἐμῆς πανυπέρτατε ποιμήν.
Αφθιτός ἐσσι μάκαρ, βιότου δέ μοι ἔπλεο φέγγος.
Αλκαρ ἐμῆς κεφαλῆς σκιόεν κατὰ δηϊοτῆτα.
Μὴ κεδάσας πόθον ἄμμι, πόροις μέλπηθρον ἀθέσμοις,
Μή με μάκαρ προλίποις σφετέρης ἅρπαγμα μενοινῆς,
Μήποτε νικήσαντες ἀγηνορίῃσι μανεῖεν.
Κύκλῳ ὑπὸ σφετέρης κεφαλῆς κακομήχανος ἄντυξ.
Καὶ χειλέων ὀλοῶν κάματος σφέας ἀμφικαλύψει.
Ανθρακες ἀκαμάτοιο πυρὸς μετὰ τοῖσι πέσοιεν·
Υψόθεν ἐσσυμένῳ καθέλοις σφέας ἐς χθόνα πυρσῷ.
Οὐδέ ποτ' ἀρκέσσουσι κακοῖς δεδμημένοι ἦτορ.
Ανέρα λαυραγόρην καθέλοι κακομήχανος ὥρη·
Αγρεύσει δ' ἀθέμιστος ἑῷ κακὰ κήδεα θυμῷ.
Εὐδικίην ἀδόνητον ἄναξ πτωχοῖσι τελέσσοι,
Καὶ θέμιν ἀκτεάνων παρελεύσεται οὔποτ' ὀπωπαῖς·
Εμπα γε μὴν ὁσίη σε βροτῶν μέλψειε γενέθλη.
Εὐθέες αὖ βασιλῆος ὁμοῦ ναίοιεν ὀπωπῆς.

A Utinam ferver odiofa de manu fceleratorum,
Viris ab iniquis me Beatiffime facile ferves:
Veftigia turbare qui mea animis cogitabant,
Latentes mihi defixerunt fuperbi laqueos viri.
Funes vero extenderunt mei in retia pedis:
Pofuerunt vero obliquantes in viis dolofis.
Dixi Deo Regi, Deus tu mea fpes es,
Deprecationem exaudi meam fumme Paftor.
Æternus es Beate, vitæ vero mihi es lumen,
Auxilium mihi capitis opacum in conflictu.
Ne diffipans defiderium nobis, tradas ludibrium iniquis,
Ne me Beate deferas fui prædam defiderii.
B Ne forte victores infolentiis infaniant.
In circuitu fub fuum caput malignus orbis.
Et labiorum perniciofiorum labor ipfos operiet.
Carbones indefeffi ignis fuper eos cadant,
Ex alto properante dejicias eos in terram igne:
Numquam fufficient malis vincti cor.
Virum linguofum dejiciat malignum tempus:
Capiet vero injuftus fuo malos dolores animo.
Judicium immotum Rex pauperibus faciet,
Et juftitiam inopum præteribit nunquam vultibus.
Verumtamen fancta te mortalium canet generatio,
Recti rurfum Regis fimul habitent cum vultu.

Ψ Α Λ Μ. ΡΜʹ.

Υμνον ἀγακλείεντα φίλη φόρμιγγι λιγαίνει
Δαυΐδος δεκάτης καὶ τετράτης δεκάδος.

ΗΜετέρων βοόωντος ἄναξ ὑπάκουε λιτάων,
Ικεσίης τανύσειας ἐμῆς ἀρήκοον οὖας,
Εὖτε μάκαρ καλέσαιμι τεὴν ἐπαρηγόνα χεῖρα.
Αντα σεῦ εὐχωλήν μευ ὅπως θύος ἰθύνειας.
Εσπερίῃ δ' ἴκελος θυσίῃ παλάμας ἀναείρω.
Δὸς περὶ νωϊτέροις φυλακὴν καὶ ἕρκος ὀδοῦσι,
Χείλεσι δ' ἀσφαλέας πυλέων πετάσειας ὀχῆας.
Θυμὸν ἀποκλίνειας ἐμὸν μύθων ἀθεμίστων,
Μηδέ μοι ἀμπλακίης πρόφασις βουλῇσι μελήσει,

Ανδράσι δυσνομίης κακοεργέος εἰς ἓν ἰόντι·
Τῶν δὲ μετὰ πρώτοις μηδ' εἰς ἀγορῇσι φανείην.
Δμηθείην δ' ὁσίων ἐλεημοσύνῃ καὶ ἐλέγχοις·

Μηδ' ἔτι αἰνοίμην ὀλοῷ κάρη ἀνδρὸς ἐλαίῳ.
Εἰς ἔτι νωϊτέρη σφετέροις περὶ μήδεσιν εὐχή.
Τῶν μὲν ἀμαλδυνοῖντο δικασπόλοι ἐγγύθι πέτρης.
Θαρσαλέοι μύθων σθεναρῶν ἀΐοιεν ἐμεῖο,
Ριζόθεν οἷα λόφος τις ἀποτμηθεὶς ἐλιάσθη·
Οστέα τῶν ἀΐδαο παρασχεδὸν ὧδε κεάσθη.
Πρὸς σὲ μάκαρ ποθέουσαν ἐμὴν τανύεσκον ὀπωπήν,

Μή μευ ἐελπομένην κραδίην ἀπάνευθεν ἐλάσσῃς.
Ρίμφα σάω δολερῶν με λίνων ὧν στῆσαν ἀλεῖται,

Εκ τε κακορραφίης ὀλοῶν κακότητος ἐρεθῶν.
Δίκτυον ἀθανάτου ξυνέλοι κακότητος ἐρέθους·
Εὔκηλος καὶ μοῦνος ἐπισπεύδων παρελάσσω.

PSALMUS CXL.

C *Hymnum gloriofum amica cithara modulatur*
David decimæ & quartæ decadis.

NOftras clamantis Rex exaudi preces,
Supplicationi præbeas meæ facilem aurem,
Quando Beate vocavero tuam adjutricem manum.
Coram te orationem meam ficut incenfum dirigas.
Vefpertino autem fimilis facrificio manus attollo.
Da circa noftros cuftodiam & feptum dentes,
Labiis vero firmos portarum extendas vectes.
Animum avertas meum a verbis iniquis,
Neque mihi peccati excufatio in voluntatibus cordi fit,
D Viris injuftitiæ in unum eunti:
Horum vero cum primis neque in plateis videar.
Domer autem fanctorum mifericordia & correctionibus:
Neque porro lauder perniciofo caput viri oleo.
Adhuc noftra fuis in deliberationibus oratio.
Eorum quidem marcefcant judices prope petram.
Audentes verba valida audiant mea,
Radicitus velut collis aliquis avulfus difceffit:
Offa eorum infernum prope fic diffipata funt.
Ad te Beate defiderantem meum extendebam vultum,
Ne meum fperans cor longe abjicias.
Cito ferva dolofis me laqueis quos ftatuerunt improbi
E Et a malignæ perniciofis iniquitatis operariis.
Rete Immortalis apprehendat iniquitatis operarios:
Placidus & folus feftinans tranfibo.

Ψ Α Λ Μ. ΡΜΑʹ.

Δαυΐδος πινυτῆς ὁπότε σπέος ἀμφιπολεύων
Εὐχωλὴν ἀνέπεμψε Θεῷ βασιλῆϊ βοήσας.
Εμπα γε μὴν ἑκατοστὸν ὁμοῦ καὶ τεσσαρακοστὸν
Αμφὶ πολυκλείεσσι τέλει μελεδήματι πρώτῳ.

ΗΜετέρην βασιλῆϊ βοὴν ἀνέπεμψα βοήσας,
Φθεγξάμενος λιτόμην οἰκτίρμονα ποιμένα κόσμου.

PSALMUS CXLI.

David prudentiæ, quando fpeluncam oberrans
Orationem mifit Deo Regi clamans.
Verumtamen centefimus fimul & quadragefimus
Circa gloriofum eft cantum primum.

NOftram Regi vocem emifi clamans,
Locutus precabar mifericordem Paftorem mundi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 364.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 364.

Ικεσίην προχέοιμι πρὸ παμβασιλῆος ὀπωπῆς.
Καί οἱ ἀπαγγείλαιμι ἐμὸν πολυπήμονα μόχθον.
Πνεύματος ἀδρανίῃ περιπεπτηῶτος ἐμεῖο·
Ιχνια θεσπεσίῃσι διοπτεύεσκες ὀπωπῆς.
Αμφὶ τρίβοις δολόεντα λίνα κρύπτεσκον ἐμῆσι.
Δεξιτερῆς σκοπίαζον ἐμῆς ὑπὲρ ὄσσε πταίνων,
Οὐδέ τις ἄμμε φίλων ὠΐσσατο πάμπαν ὁρᾶσθαι.

Φεύγειν ἰχανόωντος ἐμὴ πάρος ὤλετο φύζα·
Οὐδ' ἦν ὅς τέ μοι ἦτορ ἀνιχνεύσειε φυγόντος.
Αὐτὰρ ἐγὼ βοόων ἐφάμην, σύ μοι ἐλπὶς ἐτύχθης·
Ζωόντων ἀνὰ γαῖαν ἐμῆς μάκαρ αἶσα βιώνης·
Ικεσίην σκοπίαζε· κατεδμήθην γὰρ ἀνίῃ.

Εκ κακομηχανίης ὀλοῆς δηΐων με σαώσοις·
Οὕνεκα πολλὸν ἐμεῖο βίῃ προφερέστεροί εἰσιν.
Εἴθε μοι ἀπρήκτου φυλακῆς ἐξείλετο θυμόν·
Οφρα κεν οὔνομα σεῖο περιφραδέως ἀναμέλψω.
Εκ σέο μισθὸν ἐμὸν γενεαὶ μίμνουσι δικαίων.

A Orationem effuderam ante Domini conſpectum,
Et ei expoſuerim meum damnoſum laborem.
Spiritus imbecillitate contremiſcente me,
Veſtigia divinis explorabas vultibus.
In ſemitis doloſos laqueos occultabant meis.
Dexteram ſpeculabar mea oculos extendens,
Neque aliquis nos amicorum putavit omnino videre.
Fugere cupientis mea antea periit fuga,
Neque erat qui mihi cor requirat fugientis,
Ceterum ego clamans dixi, tu mihi ſpes es.
Viventium in terra meæ Beate portio vitæ.
Deprecationem reſpice : ſum enim conſtrictus miſeria.
B A malignitate funeſta hoſtium me ſerves:
Quia multum me vi præſtantiores ſunt.
Utinam mihi irrita cuſtodia liberes animum :
Ut nomen tuum ſtudioſe canam.
De te mercedem meam generationes exſpectant juſtorum.

Ψ Α Λ Μ. ΡΜΒʹ.

Δαυίδου κλυτὸς ὕμνος Αβεσσαλῶμος ἀμώμου,
Οττι μιν υἱὸς σφετέρης ἐξήλασε πέτρης,
Εμπα γε μὴν ἑκατοστὸς ἔφυ καὶ τεσσαρακοστὸς
Δεύτερον αἰγλήεντα λαχὼν συμφράδμονα κῶμον.

Ε Υχῆς ἡμετέρης ἐπικέκλυθι φέρτατε ποιμὴν,
Ατρεκέως καλέοντος ἐμῆς ὑπόεικε λιτῇσιν·
Σεῖο δικαιοσύνῃ μὲν ἄναξ βοόωντος ἀκούσαις·
Μηδὲ δικαζομένῳ μοι ἐπαντιάσειας ἀγῶνος.

Οὔτις γὰρ μερόπων ὅσιος σέθεν ἄντα φανείη.
Εχθρὸς ἐμὸν στονόεντα βιήσατο θυμὸν ἐλαύνων·

Γαίης νερτερίοισιν ἐμὴν ὑπέταξε βιώνην,
Απρήκτοις νεκύεσσιν ὑπὸ κνέφας ἶσα καθίζων·
Πνεῦμα δ' ἐμὸν πυκινῇσιν ἀμηχανίῃσι πεδήθη.

Ασχαλόων ἀχέεσσι μετὰ φρεσὶ θυμὸν ὀρίνθην.

Αὐτὰρ ἐγὼ προτέρων γενεῶν μεμνημένος ὥρης,
Εργα νόῳ κελάδησα θεόσδοτα παμβασιλῆος·
Χειρῶν δ' ἔργματα θεῖα περιφραδέως ἀνέμελπον.
Χεῖρας ἐμὰς βασιλῆϊ πολυκλήεντι πετάσσας.
Θυμὸς ἐμὸς ποθέει σ', ἅτε διψάδος αὔλακες αἴης.

Αἶψά με εἰσαΐοις, μελέων πρὶν πνεῦμα μεθείω.

Μή μὲν κυδιάνειραν ἀποστρέψειας ὀπωπὴν,
Μηδὲ κατερχομένοισιν ἴσος βόθρονδε φανείην.
Σῆς μάκαρ ἐξ ἠοῦς ἐλεητύος εἴθε πυθοίμην,

Ουὕνεκεν ἐλπωρὴ παναγήραος ἄμμιν ἐτύχθης.
Δός νύ μοι αἴσιον οἶμον, ὅπῃ χρέος ἐστὶν ὁδεύειν·

Ουὕνεκεν ἀμφὶ σὲ θυμὸν ἀεὶ πεπετασμένον ἴσχω.
Αντιβίων παλάμης με μακάρτατε ῥίμφα σαώσοις,
Πύργον ἐπεί σ' ἄῤῥηκτον ἀεὶ πεφοβημένος εὗρον.

Αὐτὸς ἄναξ ἐμός ἐσσι, νόον δέ με σεῖο διδάσκοις.
Ιθείην δ' ἀγαθόν με φέροι χθόνα πνεῦμα Θεοῖο.
Δός νύ μοι εὐδικίην βιότου τροφὸν εἵνεκα σεῖο.
Θυμὸν ἐμὸν στονόεντος ἄναξ μόχθοιο σαώσοις·
Εκ δέ μὲν ἀντιβίους ἐλέῳ σέθεν εἵνεκ' ὀλέσσοις.
Πάντας ἐμῆς δαμάσειας ἄναξ ψυχῆς ὀλετῆρας·
Οὕνεκα σὸς θεράπων καταθύμιος εὔχομαι εἶναι.

PSALMUS CXLII.

Davidis glorioſus hymnus Abeſſalomus innocentis,
Quando eum filius ejus ſua expulit petra,
Verumtamen centeſimus eſt & quadrageſimus
Secundum illuſtrem ſortitus unanimem cantum.

C ORationem noſtram exaudi optime Paſtor,
Vere invocantis meis concede precibus :
Tua juſtitia me Rex clamantem audias:
Neque in judicium vocato mihi occurras in contentione.
Nullus enim mortalium ſanctus te ante appareat.
Inimicus meum gementem perſecùtus eſt animum agitans,
Terræ profundis meam ſubegit vitam,
Inertibus mortuis in tenebris æque ſedere faciens :
Spiritus vero meus crebris difficultatibus compeditus eſt,
Succenſens mæroribus cum mentibus animo commovebar.
D At ego ſuperiorum ætatum memor temporis,
Opera mente reſonui divina Domini :
Manuum vero facta divina ſtudioſe cantabam,
Manus meas Regi glorioſo extendens:
Animus meus cupit te , velut ſitibundæ ſulci terræ.
Velociter me exaudias , membrorum priuſquam ſpiritum exhalem.
Ne a me glorioſum avertas vultum,
Neque deſcendentibus ſimilis in foveam appaream.
Tuam Beate ab aurora miſericordiam utinam audiam,
Quia ſpes immortalis nobis es.
Da mihi fauſtam viam , ubi debitum eſt ambulare,
E Quia ad te animum ſemper expanſum habeo.
Inimicorum de manu me Beatiſſime cito ſerves,
Turrim quoniam te firmam ſemper perterritus inveni.
Ipſe Rex meus es, mentem vero me tuam doceas.
Rectam vero bonus me ferat in terram Spiritus Dei.
Da mihi æquitatem vitæ nutricem propter te.
Animam meam ſuſpirioſo Rex labore ſerves,
Meos vero inimicos miſericordiæ tuæ gratia perdas.
Omnes meæ domes Rex animæ perditores,
Quoniam tuus ſervus gratus glorior eſſe.

Ψ Α Λ Μ. ΡΜΓ΄.

Δαυίδου κλυτὸς ὕμνος ἐπ' ἀντιβίῳ Γολιάτῳ,
Καὶ τρίτατος σοφίῃ τοῖς πρὶν ἅμ' ἑσπόμενος·
Ἔμπα γε μὴν ἑκατοστὸς ἔφυ καὶ τεσσαρακοστός.

Εὐφήμοις μελέεσσιν ἀεὶ Θεὸς αἰνετὸς ἔστω,
Ὅς παλάμας θώρηξεν ἐμὰς ἐπὶ δηϊοτῆτα·
Τάξε δὲ νωϊτέρων μενεδήϊα δάκτυλα χειρῶν.
Αἰὲν ἄναξ ἐλεητὺς ἐμὴ καὶ πύργος ἐτύχθης,
Ῥυόμενος κακότητος, ὑπερμενέας τ' ἀπαμύνων,
Ἐλπὶς ἀγακλεΐεσσα, καὶ ἄρκιος ἀσπιδιώτης,
Λαὸν ἐμὸν παλάμῃσιν ὑφ' ἡμετέρῃσι δαμάζων.
Τίς βροτός ἐστιν ἄναξ, ὅτι οἱ ἀναφανδὰ παρέστης;
Ἡ φύτλη μεροπηῒς, ὅ μιν φρεσὶν ὧδε γεραίρεις;

Ἄνθρωπος κενεοῖς ἰνδάλμασιν ἶσος ἐτύχθη.
Ἤματα δ' ἀσταθέϊ σφέτερα σκιῇ ἶσα παρέρπει.
Οὐρανὸν ἀγκλίνας πυκινὸν καταβήσαιο ποιμήν.
Θίγ' ὀρέων καὶ καπνὸν ἅδην σκοτοειδέα τεύξεις.
Μαρμαρυγὰς στεροπῆς προϊεὶς σκεδάσειας ἅπαντας.
Πέμπε μάκαρ βελέεσσι τεοῖς, ἵνα θυμὸν ὀρίνῃς.
Χεῖρα τεὴν πέμποις ἐξ αἰθέρος, ὥς με σαώσοις,
Καί με πολυσμαράγων ὑδάτων ἀπολύσαιο ὁρμῆς.
Χειρὸς ἀπ' ὀθνείων με μακάρτατε ῥύεο παίδων,

Ὧν στόμα μαψιδίως κενεαυχέας ἔκφατο μύθους.
Δεξιτερή τ' ἀθέμιστος ἀεὶ μεταμώνια ῥέξει.
Αὐτὰρ ἐγώ τοι ἄεισμα νέον παυυπέρτατε μέλψω·
Νευρῆς ἁρμονίῃ δεκάδος τεὸν εὖχος ἀείσω.
Ὅς φάος ἡμετέροις βιότου βασιλεῦσιν ὀπάζοις,
Καὶ ξίφεος θεράποντα τεὸν Δαυΐδον ἔλυσας.
Χειρὸς ἀπ' ὀθνείων με μακάρτατε ῥύεο παίδων.

Ὧν στόμα μαψίδιον κενεαυχέας ἔκφατο μύθους·
Δεξιτερή τ' ἀθέμιστος ἀεὶ μεταμώνια ῥέξει·
Υἱέες ὧν νεαροῖς παννομοίιοι ἔρνεσιν ἥβης·
Αὐτὰρ θυγατέρεσσι τόσος περὶ κάλλεϊ κόσμος,
Ὄμμασί κεν φαίης χρυσάμπυκα νηὸν ὁρᾶσθαι.
Παντοίων ἀγαθῶν σφέτεροι βεβρίθασι σηκοί.
Ἐξ ἑτέρου δ' ἕτερόν γε περιρρέει ἄσπετον ὕδωρ.

Τοῖσι μὲν εὔβοτα μῆλα καὶ εὔλογα πολλὰ τέτυκται,
Ζατρεφέες δὲ βόες, καὶ ἀρείονες ἔξοχον ἄλλων.
Ἔμπεδα μὲν πάντα σφίσιν ἕλκεα τηλόθεν ἄτης,
Οὐδ' ἀμφ' εὐρυπόροισιν ὁδοῖς σφέων ἐστὶν ἀϋτή.
Πάντες ἀνολβίζουσι τόσοις βεβριθότα λαόν.
Ὄλβιος, ᾧτε Θεὸς μέλεται φρεσὶν, ἔπλετο λαός.

Ψ Α Λ Μ. ΡΜΔ΄.

Δαυίδου κλυτὸς αἶνος ἐρισθενέος βασιλῆος·
Τέτρατον ἀγακλέων ἦσε μέλος σοφίης.
Ἔμπα γε μὴν ἑκατοστὸς ἔφυ καὶ τεσσαρακοστός.

Ἄφθιτε κυδαίνω σε, βίην δέ σε ὑψόσ' ἀείρω.
Οὔνομα δ' ὑμνήσαιμι τεὸν πυκινῇσιν ἀοιδαῖς,
Ἐκ γενεῆς γενεὴνδε διαμπερὲς ἤματα πάντα.
Γηθόσυνος μέλψω σε διηνεκὲς ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ.
Οὔνομα δ' ὑμνήσαιμι τεὸν πυκινῇσιν ἀοιδαῖς,
Ἐκ γενεῆς γενεὴνδε διαμπερὲς ἤματα πάντα.
Αἰνετός ἐσσι μάκαρ, καί τοι μέγα κῦδος ἀέρθη,

Καί οἱ ἀπείρμαντον πέλεται περιώσιον εὖχος.
Ἔργα σέθεν φύλοισι μακάρτατε φῦλα βοήσει,

Καὶ σθένος ἀπροτίοπτον ἀριφραδέως ἀγορεύσει.
Σὸν μεγαλοπρεπὲς εὖχος ἀείζηλον καταλέξει.
Σεῖο δ' ἀπαγγελέει τι μακάρτατε θέσκελα πάντα.
Ἔργον δ' οὐκ ἐπιεικτὸν ἀνὰ στόμα δείματι μέλψει.

A

PSALMUS CXLIII.

Davidis inclytus hymnus adversus hostem Goliat,
Etiam tertius sapientia hos antea simul sequens,
Verumtamen centesimus est & quadragesimus.

Faustis carminibus semper Deus laudabilis sit,
Qui manus armavit meas ad prælium,
Fecit vero nostrarum bellicosos digitos manuum.
Semper Rex misericordia mea & turris es.
Liberans malitia, superbosque propulsans,
Spes gloriosa, & sufficiens propugnator,
Populum meum manus sub nostras domans.
B Quid homo est Rex, quia ei manifeste adfuisti?
Aut generatio humana, quia eam animis sic honoras?
Homo inanibus simulacris similis est:
Dies vero instabilis ejus umbræ similes prætereunt.
Cælum inclinans densum descendas Pastor.
Tange montes & fumum satis tenebrosum facies.
Splendores fulguris jaculans dissipes universos.
Emitte Beate sagittas tuas, ut animum conturbes.
Manum tuam mittas ex æthere, ut me serves,
Et me streperarum aquarum liberes impetu.
De manu externorum me Beatissime libera filiorum:
Quorum os frustra vanos locutum est sermones,
C Dexteraque iniqua semper inania faciet.
At ego tibi carmen novum Supreme canam,
Nervi harmonia decimi tuam gloriam cantabo:
Qui lumen nostris vitæ regibus præbeas,
Et gladio servum tuum Davidem liberasti.
De manu externorum me Beatissime libera filiorum.
Quorum os frustra vanos locutum est sermones,
Dexteraque iniqua semper inania faciet.
Filii quorum novellis similes plantis pubertatis:
At filiabus tantus in flore ornatus,
Oculis diceres deauratum templum videre:
Variis bonis sua ornantur stabula:
Ex altero autem in alterum circumfluit immensa aqua:
D His quidem pingues oves, & fœtosæ multæ sunt,
Crassæ vero boves & meliores supra alias.
Firma quidem omnia ipsis ulcera procul a noxa,
Neque in latis viis eorum est clamor.
Omnes beatificarunt tantis ornatum populum.
Beatus, qui Dei curam habet animis, est populus.

PSALMUS CXLIV.

Davidis inclytus hymnus præpotentis regis:
Quartum gloriosorum cecinit carmen sapientiæ.
Verumtamen centesimus est & quadragesimus.

E Immortalis glorifico te, potentiam tuam in altum attollo,
Nomen vero celebrabo tuum crebris carminibus,
De sæculo in sæculum omnino dies omnes.
Lætus cantabo te continuum diem in diem:
Nomen vero celebrabo tuum crebris carminibus,
De sæculo in sæculum omnino dies omnes.
Laudabilis es Beate, quamvis ingens gloria elevata sit,
Et ipsi indefinens est excellens gloria.
Opera tua generationibus Beatissime generationes clamabunt,
Et potentiam latentem diserte pronuntiabunt:
Tuam magnificam gloriam illustrem narrabunt:
Tua vero annuntiabuntque Beatissime divina opera:
Opus vero non mediocre per os pavore canent.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 364.

Οὔ σὰ ἀναύδητος μεγαλαυχέα ἔργα παρέλθοι,
Σὸν σθένος ἀςυφέλικτον ἀειφραδέως ἀγορεύσει.
Εν δὲ δικαιοσυνῃ κεχαροίατο παμβασιλῆος·
Οἰκτίρμων βασιλεὺς πανυπέρτατος, ἠδ᾽ ἐλεήμων,
Τλήμονα θυμὸν ἔχων, σφετέρην τ᾽ ἐλεητὺν ἀέξων.

Μειλιχίην μετὰ πᾶσι Θεὸς δεδάηκε φυλάσσειν,
Ἔργα κατοικτείρων ἅσσα περ τεχνήσατο χειρί.
Αλήκτῳ κραδίῃ σε μακάρτατε ἔργα βοήσει.
Καί σὰ ἀγακλείεινθ᾽ ὁσίων γένος αἶνον ἀείσει.
Κῦδος ἀνακτορίης πανυπέρτατον ἐξερέουσι,
Καὶ σθένος ἀςυφέλικτον ἄναξ τεὸν ὑμνήσουσι,
Θνητὸν μερόπεσσιν ὅπως σθένος ἄφθιτον ἕξεις,

Καὶ μεγαλοπρεπὲς εὖχος ἀνακτορίης ἐρατεινῆς.
Αἰεὶ κοιρανίη ἁπάσης μεδέουσα γενέθλης.
Αχράντοις ἐπέεσσι Θεὸς περὶ πίςιν ὑφαίνει,
Καί οἱ εὐδικίη τελέθει κεκερασμένη ἔργοις.
Αθάνατος δεδάηκεν ἀεὶ πίπτοντας ἐγείρειν,
Ιθυνέειν ὀλοοῦ ὑπὸ ῥήγματος ἄνδρα πεσόντα.
Εἰς σὲ μάκαρ λεύσσουσι τάπερ τετύχηκο πάντα.
Καὶ δώῃς ἅμα πᾶσι κατὰ χρέος ἄρμενον εἶδαρ.

Πᾶν γένος ἐκπλήσειας, ἐπὴν σεο χεῖρα πετάσσῃς.
Πάντοθεν εὐδικίη μεθέπει βασιλῆος ἀταρπούς.
Εκ δ᾽ εὐηγεσίης ὅσιος περιλάμπεται ἔργων.
Παντὶ λιταζομένῳ περιΐςαται, ἠδὲ φυλάσσει,
Ος τέ μιν ἱκεσίῃ παναληθέϊ μειλίξαιτο.
Αἰὲν δμώεσσιν ἐπικρήνειεν ἐέλδωρ·
Ικεσίης δ᾽ αἴων σφετέρης ἀπολύσεται ἄτης.
Αἰὲν ἄναξ κακότητος ἑοὺς ἐσάωσεν ἐρίθους,
Αὐτὰρ ἀτασθαλίης δαμάᾳ θεράποντας ὀλέθρῳ.
Αἶνον παμβασιλῆος ἐμὸν ςόμα πιςὸν ἀείσει,
Θνητῶν τ᾽ ἄσπετα φῦλα Θεοῦ κλυτὸν οὔνομα μέλψει,

Εκ γενεῆς γενεὴνδε μετ᾽ ἀλήκτοισι γενέθλαις.

A Non tua mutus magnifica opera prætereat.
Tuum robur firmum diſerte dicet:
In juſtitia vero exſultabunt omnium Regis.
Miſerator Rex ſummus & miſericors,
Patientem animum habens, ſuamque miſericordiam augens.
Benignitatem apud omnes Deus novit cuſtodire,
Opera miſerans quæcumque fabricavit manu.
Indeſinenti corde te Beatiſſime opera clamabunt.
Et tuam glorioſam ſanctorum genus laudem canet.
Decus regni ſummum dicent,
Et potentiam ſolidam Rex tuam celebrabunt,
Stupendum inter homines ut robur immortale habeas,
B Et magnificum decus regni amabilis.
Semper regnum omnem regens generationem.
Incorruptis ſermonibus Deus fidem connectit,
Et ipſi æquitas eſt temperata operibus,
Immortalis novit ſemper corruentes excitare,
Erigere pernicioſa ſub ruina virum lapſum.
In te Beate reſpiciunt quæ feciſti omnia,
Et tribuas ſimul omnibus ut par eſt convenientem cibum.
Omne genus impleas, ubi manum tuam aperueris.
Undique æquitas perveſtigat Regis vias,
Bona vero adminiſtratione ſanctus refulget operum.
Omnem invocantem circumdat atque cuſtodit,
Qui eum invocatione vera placaverit.
C Semper ſuis famulis perficiat deſiderium,
Deprecationem vero exaudiens ſua liberabit noxa.
Semper Rex iniquitate ſuos ſervavit operarios,
At nequitiæ domat famulos interitu.
Laudem Domini meum os fidele canet,
Mortaliumque multa genera Dei inclytum nomen cantabunt,
De ſæculo in ſæculum cum indeſinentibus ſæculis.

Ψ Α Λ Μ. ΡΜΕ΄.

Ξυνὸς Ζαχαρίας καὶ Αγγαίου πέλει ὕμνος,
Πεμπταῖον ξυνέριθον ἔχων θρόον ἀλληλούϊα.
Εμπα γε μὴν ἑκατοςὸς ἔφυ καὶ τεσσαρακοςός.

Μέλπε Θεὸν φίλε θυμὲ τεῆς κρατέοντα βιώνης·
Υμνήσω βασιλῆα πολύλλιτον εἰσόκεν ἕρπω·
Αθάνατον φόρμιγγι διαμπερὲς ὑμνοπολεύσω.
Μηδέποθ᾽ ἡγητῆρσι μετὰ φρεσὶ θάρσυνος εἴης·

Μηδὲ βροτῶν τεκέεσσιν ὅθεν φάος οὔποτ᾽ ἐτύχθη.
Οἳ ψυχῆς πταμένης, σφετέρην πάλιν εἶσ᾽ ἐπὶ γαῖαν.

Τοῖσι δ᾽ ὁμῶς φθινύθουσι ὅλαι φθιμένοισιν μενοιναί.

Ολβιος, ᾧ τε Θεὸς πανυπέρτατός ἐςιν ἀρωγὸς,
Ω τε κατ᾽ ἐλπωρὴν πέλεται βασιλῆος ἐφετμαὶς,
Ος γαῖαν χλοερήν τε καὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔτευξε,
Πόντον ἐρισμάραγον, καὶ ὅσα τρέφει οἶδμα θαλάσσης.
Αἰὲν ἀληθείην μεμαὼς πραπίδεσσι φυλάσσει,
Ος ῥα βιαζομένοισι δικαιοσύνην ἀναφαίνει,
Πᾶσι δὲ πειναλέοισι διδοῖ ζωαρκέα δαῖτα.
Αὐτὸς ἀλυκτοπέδης πεπεδημένον οἶδε σαῶσαι·
Αὐτὸς ῥιγεδανοῦ ὑπὸ ῥήγματος ἄνδρας ἐγείρει,
Αὐτὸς ἄναξ τυφλοῖσι νόον πυκινόφρονα τεύχει,
Αὐτὸς παμβασιλεὺς ὅσιον γένος ἀμφαγαπάζει·
Αὐτὸς ἄναξ δεδάηκε νεήλυδα φῶτα φυλάσσειν,
Χήρην τ᾽ ὀρφανικόν τε μετ᾽ ἀγκαλίδεσσιν ἀεῖραι.
Αὐτὰρ ὁδὸν ςονόεσσαν ἀμαλδύνειεν ἀλιτρῶν.
Νωλεμέως ἄχραντος ἀγακλειὴς βασιλεύσει,
Εκ γενεῆς γενεὴνδε Θεὸς Σιῶνος ἀνάσσων.

PSALMUS CXLV.

Communis Zachariæ & Aggæi eſt hymnus,
Quintum ſocium habens ſonum alleluja.
Verumtamen centeſimus eſt & quadrageſimus.

D Celebra Deum cara anima tuæ dominum vitæ:
Laudabo Regem valde orandum donec repo,
Immortalem cithara omnino celebrabo.
Numquam principibus cum animis confidens fueris,
Neque mortalium filiis unde lumen numquam eſt:
Qui anima evolante, ſuam rurſum redibunt in terram.
His vero ſimul intereunt univerſæ mortuis cogitationes.
Beatus, cui Deus ſummus eſt adjutor,
Cuique fiducia eſt in Regis præceptis,
Qui terram viridemque & cælum latum fecit,
E Mare horriſonum, & quæcumque nutrit fluctus maris.
Semper veritatem cupidus præcordiis cuſtodit,
Qui oppreſſis juſtitiam demonſtrat,
Omnibus vero famelicis largitur vitalem cibum.
Ipſe compedibus vinctum novit ſervare:
Ipſe difficili a ruina viros excitat:
Ipſe Rex cæcis mentem prudentem facit:
Ipſe Dominus ſanctum genus diligit:
Ipſe Rex novit advenam virum cuſtodire,
Viduamque pupillumque in ulnis ſuſcipere:
At viam ſuſpirioſam conterat impiorum.
Perpetuo Immortalis glorioſus regnabit.
De ſæculo in ſæculum Deus Sionis imperans.

A

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
364.



Ψ Α Λ Μ. ΡΜϚʹ.

Ξυνὸς Ζαχαρίαο καὶ Ἀγγαίου πέλει ὕμνος,
Ἑκταῖον ξυνέριθον ἔχων θρόον ἀλληλούϊα.
Ἔμπα γε μὴν ἑκατοστὸς ἔφυ καὶ τεσσαρακοστός.

Μέλψατε παμβασιλῆα, ἐπεὶ μέλος ἐσθλὸν ἐτύχθη.
Αἶνος νωϊτέρῳ καταθύμιος ἔσσετ' ἄνακτι.
Κλεινὸς ἄναξ Ἱερουσαλὴμ θεοπρεπέα τεύχων·
Φῦλον ἐπαθροίσει κεκεδασμένον Ἰσραήλου.
Ἰητὴρ οἷσίν τε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ,
Καὶ σφετέροιο πόνοιο περισφίγγων μελεδῶνας·
Μοῦνος ἀμετρήτων ἄστρων δεδάηκεν ἀριθμόν,
Ἐξονομακλήδην ὀνομάζων τείρεα πάντα.
Νωΐτερος Θεός ἐστι μέγας, μεγάλη δέ οἱ ἀλκή.
Οὐδὲ ἀνὴρ πινυτῆς μάκαρος κλυτὰ μέτρα νόησεν.

Οἶδεν ἀειρέμεναι βασιλεὺς γένος ἠπιοθύμων,
Αὐτὰρ δυσσεβέας γαίης πυμάτοισι δαμάζειν.
Ἀρχόμενοι βασιλῆα θοῇ κελαδήσατε μολπῇ·
Μέλψατε παμβασιλῆα Θεὸν φόρμιγγι λιγείῃ,
Οὐρανὸν ὃς πολύχαλκον ἑοῖς νεφέεσσι πυκάζει,
Γαίῃ ἑτοιμάζων σφετέρῃ φυσίζοον ὄμβρον.
Ὃς τόσον ὑψικόμοις καὶ ἐν οὔρεσι χόρτον ἀέξει,

Ἀντέλλων ζυγίοισι βροτῶν μελιηδέα ποίην.
Ὃς καὶ τετραπόδων ἀγέλαις πόρεν ἄρμενον εἶδαρ,

Καὶ κοράκων ἤρκεσσε λιταζομένοισι νεοσσοῖς.
Οὔποτ' ἐπαινήσειεν ἄναξ σθένος ἄσχετον ἵππου.
Κνημάων δ' οὐ πάμπαν ἀγάσσεται ἀνδρὸς ἐρωήν.

Μᾶλλον ἐπὶ δμώεσσιν ἑοῖς κεχαρήσεται ἐσθλήν·
Οἷς δ' ἐλεημοσύνη καταθύμιός ἐστιν ἄνακτος.

PSALMUS CXLVI.

Communis Zachariæ & Aggæi est hymnus,
Sextum socium habens sonum alleluja.
Verumtamen centesimus est & quadragesimus.

Celebrate Dominum, quoniam carmen bonum est.
Laus nostro grata erit Regi.
Nobilis rex Hierusalem divinam ædificans.
Nationem congregabit dispersam Israelis.
Medicus quibusque contritum est carum cor,
Et sui doloris constringens curas.
B Solus innumerabilium stellarum novit numerum,
Nominibus suis nominans astra omnia.
Noster Deus est magnus, magna vero ipsi virtus,
Neque vir prudentia Beati nobiles mensuras intelligit.
Novit extollere Rex genus mansuetorum,
At impios terræ extremis domare.
Canere incipientes Regem celeri resonate cantu,
Celebrate Dominum Deum cithara canora,
Cælum qui firmum suis nubibus operit.
Terræ parans suæ vivificam pluviam.
Qui tantum alticomis etiam in montibus fœnum auget,
Producens jumentis mortalium suavem herbam.
C Qui etiam quadrupedum gregibus largitur convenietem cibum,
Et corvorum adjuvit invocantes pullos.
Numquam laudaverit Rex robur indomitum equi,
Crurum vero non prorsus admirabitur viri impetum.
Magis super servos suos gaudebit Rex:
Quibus vero misericordia grata est Regis.

Ψ Α Λ Μ. ΡΜΖʹ.

Ξυνὸς Ζαχαρίαο καὶ Ἀγγαίου πέλει ὕμνος,
Ἕβδομον ἀμφήριστον ἔχων θρόον ἀλληλούϊα·
Ἔμπα γε μὴν ἑκατοστὸς ἔφυ καὶ τεσσαρακοστός.

Αἴνεε τιμήενθ' Ἱερουσαλὴ βασιλῆα,
Σιὼν ὑμνοπόλευε τεοῦ βασιλῆα βίοιο.
Οὕνεκα σῶν πυλέων σθεναροὺς χάλκευσεν ὀχῆας.

Ἐν σοὶ σοὺς πινυτοὺς καὶ ἀγακλέας ᾔνεσε παῖδας.
Ὃς σέθεν εἰρήνῃ πεφυλαγμένα τέρματα θῆκε·
Πλῆσε δὲ πιαλέῃ σε βίῃ μενοεικέος ἀκτῆς.
Ὃς χθονὶ πουλυβοτείρῃ ἐπίρροθον ὤπασε μῦθον,

Αὐτὰρ ὁ ῥίμφα θέων μετελεύσεται ἔνθα καὶ ἔνθα·
Εἴριον ὥς, ψυχρῆς χιόνος σθένος ὑψόθι φαίνων·
Πάσσων καπνοτόκειαν ὅπως σποδὸν αὐχμὸν ὁμίχλης.

Εἰδομένην ψωμοῖσιν ἑὴν κρύσταλλον ἰάλλων·
Ψύχεϊ τίς κεν ἑὸν δύναται μένος ἰσοφαρίζειν;
Πάντα λόγῳ ζώοντι τακήσεται ὁρμηθέντι·
Ὕδατα δὲ πνοιῇσιν ὑπὸ σφετέρῃς κελαρύζει.
Μῦθον Ἰακώβῳ πινυτῷ φίλον ἐξαγορεύων,
Κλεινὰς δ' εὐδικίας ἐρέων κλεινῷ Ἰσραήλῳ.
Οὐδέποτ' ἀλλοδαποῖσι μετ' ἔθνεσι τοῖον ἔρεξεν,
Οὐδὲ δικαιοσύνας σφετέρας πεμήνατο λαοῖς.

PSALMUS CXLVII.

Communis Zachariæ & Aggæi est hymnus,
Septimum controversum habens sonum alleluja:
Verumtamen centesimus est & quadragesimus.

D

Lauda honoratum Hierusalem Regem,
Sion celebra tuæ Regem vitæ:
Quoniam tuarum portarum validos fabricavit vectes
In te tuos prudentes & gloriosos laudavit filios.
Qui tuos pace custoditos fines posuit,
Implevit vero pinguedine te vi placidæ cereris.
Qui terræ multorum nutrici auxiliare præbuit verbum,
At qui cito currens præteribit hinc & hinc.
Lanam sicut, frigidæ nivis vim ex alto ostendens,
Spargens fumiparam velut cinerem squallorem nebulæ.
E Similem bucellis suam glaciem emittens.
Frigore quis ejus potest robur æquiparare?
Omnia verbo viventi liquefient incitato:
Aquæ vero flatibus sub suis sibilant.
Sermonem Jacobo prudenti suum annuncians,
Inclytas vero æquitates dicens inclyto Israeli,
Numquam alienigenis cum nationibus tale fecit,
Neque justitias suas significavit populis.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 364.

A

ΨΑΛΜ ΡΜΗ'.

Ξυνὸς Ζαχαρίαο καὶ Αγγαίου πέλει ὕμνος,
Ογδοον ἀμφήριστον ἔχων θρόον ἀλληλούϊα.
Εμπα γε μὴν ἑκατοστὸς ἔφυ καὶ τεσσαρακοστός.

Μέλψατέ μοι μέγα κῦδος ἀπ' οὐρανόθεν βασιλῆος.
Μέλψατέ μιν βοόωντες ἐφ' ὑψίστοισι θοώκοις·
Μέλψατέ μιν δῆμοι μεγαλοσθενέων στρατιάων.
Μέλψατέ μιν πᾶσα σθενέων ἀριδείκετος ἀλκή.
Μέλψατε ἠέλιός τε καὶ αἰγλήεσσα σελήνη.
Μέλψατε τείρεα πάντα Θεὸν, καὶ ἀθέσφατος αἴγλη·

Μέλψατ' ἐπουρανίων δαπέδων ὑπὲρ οὐρανὸν ἄλλον.
Κύκλωντ' οὐρανίων καθυπέρτερον διαυγὲς ὕδωρ.
Πάνθ' ἅμα μελπόντων κλυτὸν οὔνομα παμβασιλῆος.
Οὕνεκεν αὐτὸς ἔειπε καὶ ἐβλάστησεν ἅπαντα,
Ης δ' ὑποθημοσύνῃσιν ἀκαμπέσιν ἐῤῥίζωθεν.
Στᾶν δὲ διηνεκέϊ τάπερ ἔδρασεν αὐτὸς ἀνωγῇ.
Οὔποτε θεσπεσίη μάκαρος παρελεύσετ' ἐφετμή.
Μέλψατε παμβασιλῆα κατὰ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ερπυσταί τε δράκοντες ὁμοῦ δνοφερῇσιν ἀβύσσοις,
Πῦρ μετὰ κρυστάλλοισι, χιὼν δ' ἅμ' ἕποιτο χαλάζῃ,

Καὶ πνοιὴ ζοφεροῖο καταιγίδος ἠεροφοῖτις,
Αἰὲν ὑποδρήσσοντα Θεοῦ νημερτέϊ μύθῳ.
Οὔρεα, δενδροκόμων τ' ὀρέων λασιαύχενες ἄκραι,

Κέδροι παντοδαπαὶ καὶ δένδρεα τηλεθόωντα,
Τετραπόδων ἀγέλαι, καὶ ὀρέστερα θηρία γαίης,
Ερπετὰ, καὶ πτερύγεσσι μετᾴσσοντα ποτητὰ,
Λαοὶ παντοδαποὶ, καὶ ἐρισθενέες βασιλῆες,
Ενθεσμοι μετὰ πᾶσι δικασπόλοι ἡγητῆρσιν,
Ηβηταὶ γεραροὶ καὶ παρθένοι ἑλκεσίπεπλοι,
Ιφθιμοι πολιοῖσι νεώτεροι εἰς ἓν ἰόντες,
Εἰν ἑνὶ μελπόντων κλυτὸν οὔνομα παμβασιλῆος·
Οὕνεκεν ὑψώθη βασιλήϊον οὔνομα μοῦνον.
Αἶνος ἑὸς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφικαλύπτει.
Καὶ λαοῦ σφετέροιο κέρας μεγαλαυχὲς ἀείρει.
Υμνος δ' εὐκλειὴς μελέτω γενεῇσι δικαίων,

Δήμῳ θεσπεσίῳ πυκινόφρονος Ισραήλου.

PSALMUS CXLVIII.

Communis Zachariæ & Aggæi est hymnus,
Octavum controversum habens sonum alleluja:
Verumtamen centesimus est & quadragesimus.

Celebrate mihi magnum decus de cælo Regis,
Celebrate eum clamantes in altissimis sedibus.
Celebrate eum populi magnanimorum exercituum,
Celebrate eum omne virtutum inclytum robur,
Celebrate solque & splendens luna.
Celebrate astra omnia Deum, & immensus splendor,
B Celebrate cælestium locorum supra cælum aliud,
Circulisque cælestibus superior pura aqua:
Omnia simul celebrent inclytum nomen Domini.
Quia ipse dixit, & exstiterunt omnia,
Suis vero mandatis inflexibilibus radicata sunt.
Stant vero sempiterno quæ fecit ipse jussu.
Numquam divinum Beati præteribit mandatum.
Laudate Dominum in terra lata:
Repentesque dracones simul cum caliginosis abyssis,
Ignis cum glaciebus, nix vero simul sequatur grandinem,
Et flatus atræ procellæ per aerem iens,
Semper famulantia Dei vera sermoni.
C Montes, arboricomorumque montium hirsuta cacumina,
Cedri omnis generis, & arbores virescentes.
Quadrupedum greges, & monticolæ serpentes terræ,
Reptilia, & pennis exsilientes volucres.
Populi omnes & præpotentes Reges,
Innocentes cum omnibus judices principibus.
Juvenes, senes, & virgines vestem trahentes,
Fortes canis juniores in unum euntes,
In uno celebrent gloriosum nomen Domini,
Quia exaltatum est regium nomen solum.
Laus ejus terramque & cælum circumtegit,
Et populi sui cornu gloriosum exaltat.
Hymnus vero gloriosus curæ sit generationibus justorum,
D Populo divino prudentis Israelis.

ΨΑΛΜ ΡΜΘ'.

Ηδὺ μέλος ἑκατοστὸν ἔφυ καὶ τεσσαρακοστὸν
Εἴνατον, οὐράνιον φορέον θρόον ἀλληλούϊα.

Μέλψατέ μοι βασιλῆϊ νέην καὶ ἐπήρατον οἴμην·
Αἰὲν ἔχει κλισίης ὁσίων μελημένον ὕμνον.

Ισραῆλος ἄνακτι φίλῳ τέρποιτο πεποιθώς·
Υἱέες αὖ Σιῶνος ἑῷ βασιλῆϊ χαρεῖεν.
Οὔνομα μελπόντων βασιλήϊον ἀμφὶ χοροῖσιν·
Αδόντων μιν τύμπανον αὖ κιθάρην τ' ἀνελόντες·

Οὕνεκά οἱ σφέτερος καταθύμιος ἔπλετο λαός.
Φέγγεϊ δ' ὑψώσειε φίλον γένος ἠπιοθύμων.
Ενθ' ὁσίων ἐρατειναὶ ἐπαυχήσουσι γενέθλαι.
Εν δ' ἱεροῖς λεχέεσσι φίλῳ κεχαροίατο θυμῷ.
Λαυκανίῃ βασιλῆος ὑπερτερίας φορέοντες,
Φάσγανον ἰθυπόροις παλάμῃς ἄμφηκες ἔχοντες,
Δήμων παντοδαπῶν κακοεργέας ἄνδρας ὀλέσσαι,
Καὶ ζυγὸν ἀθάνατον λαοὺς μεθιέντας ἐλέγξει.
Τῶν δὲ φίλους βασιλῆας ἀλυκτοπέδῃσι πέδησεν.
Εν δὲ σιδηρείῃσι πέδης παλάμας ἐριτίμων.
Γραπτὴν τ' εὐνομίην σπουδῇ μετὰ τοῖσι τελέσσει.
Ωδ' ὁσίοις κλέος ἐσθλὸν ἑοῖς μετὰ πᾶσιν ἐτύχθη.

PSALMUS CXLIX.

Suave carmen centesimum est & quadragesimum
Nonum, cælestem ferens sonum alleluja.

Cantate mihi Regi novum & amabile canticum:
Semper habet in ecclesiis sanctorum gratum hymnum.
Israel Rege caro lætetur confisus,
Filii rursum Sionis suo Rege gaudeant.
Nomen celebrent Regium in choris,
E Cantent eum, tympanum rursus citharamque sumentes.
Quoniam ei suus gratus erat populus:
Lumine autem exaltabit carum genus mansuetorum.
Hinc sanctorum amabiles exsultabunt generationes,
In sacris vero cubilibus amico gaudeant animo.
Gutture Regis excellentias ferentes,
Gladium rectis manibus ancipitem habentes,
Populorum diversorum maleficos viros perdere,
Et jugum immortale populos deferentes increpabit.
Horum vero amicos reges compedibus ligavit,
In ferreis vero vinculis manus pretiosorum,
Scriptamque æquitatem serio cum eis faciet.
Sic sanctis gloria bona suis in omnibus est.

A

Ψ Α Λ Μ. ΡΝ'.

Πένθ' ἅμα καὶ δεκάτης δεκάδος μέλος ἀλληλούϊα.

Μέλψατέ μοι βασιλῆα, χοροὶ δ' ἅμ' ἕποιντο δικαίων.
Μέλψατέ μιν σταθερῇ κράτεος περιθάρσυνον ἀλκῇ.
Μέλψατέ μιν σφετέροισιν ἀειρόμενον σθενέεσσι·
Μέλψατέ μιν μεγαλιζόμενον πυκινοῖσιν ἐπ' ἔργοις.
Μέλψατέ μιν σάλπιγγος ἐρισθενέος πατάγοισι·
Μέλψατέ μιν φόρμιγγι καὶ ἁρμονίῃ ἐρατεινῇ.
Μέλψατέ μιν τυπάνοισι καὶ εὐφήμοισι χοροῖσι.
Μέλψατέ μιν κιθάρῃ τε καὶ ἐν χορδῇσι λιγείαις·
B Μέλψατε θείνοντες λιγυηχέα κύμβαλα χερσί.
Μέλψατέ μιν παλάμῃς ἀλαλαγμοῦ κύμβαλ' ἑλόντες.

Πνοιὴ παντοδαπὴ κελαδήσατε παμβασιλῆα.

PSALMUS CL.

Quintæ simul & decimæ decadis carmen alleluja.

Celebrate mihi Regem, chori simul sequantur justorum.
Celebrate eum firmo virtutis fretum robore:
Celebrate eum suis elatum roboribus,
Celebrate eum magnificatum crebris in operibus.
Celebrate eum tubæ fortis strepitibus,
Celebrate eum cithara, & harmonia amabili.
Celebrate eum tympanis & speciosis choris,
Celebrate eum citharaque & in chordis canoris.
Celebrate percutientes arguta cymbala manibus,
Celebrate eum manibus jubilationis cymbala sumentes,
Spiritus omnifarius celebret Dominum.

Ψ Α Λ Μ. ΡΝΑ'.

Πέμπτης πρὸς δεκάτῃ δεκάδος πέλει ἔκτοθεν ὕμνος.
Ὃν Γολιάθῳ μουνομαχήσας ᾖσε Δαυίδος.

Ἀμφὶ κασιγνήτοισιν ἐμοῖς μάλα τυτθὸς ἐτύχθην,
Πατρῷον κατὰ δῶμα νέος μετὰ πᾶσιν ἀκούων,
C Εἰροπόκων οἴων ἀγέλας ἀγροῖσι νομεύων,
Χεῖρες ἐμαὶ φόρμιγγα λιγύθροον ἐντυνάαντο,
Δάκτυλα δ' ἁρμονίην θεοπρεπέα τεκτήναντο.

Τίς κεν ἀπαγγείλειεν ἐρισθενέτῃ βασιλῆϊ;
Αὐτὸς ἄναξ δεδάηκεν ἐμῶν ἐπέων ὑπακοῦσαι.
Αὐτὸς ἐπουρανίου στρατιῆς ταχὺν ἄγγελον ἧκεν,
Ἐκ δέ με πατρῴης ἀγέλης ἐξείλετο μήλων,
Καί με πιαλέῳ δέμας αὐτὸς ἔχρισεν ἐλαίῳ.
Ἠ μὲν ἀδελφοὺς μεγάλους ἔχον ἠδὲ καὶ ἐσθλούς.
Ἀλλ' οὔ σφιν βασιλεὺς κλέος ἤθελεν ἐσθλὸν ὀπάσσαι.
Ἀλλοδαποῦ καλέοντος ἐναντίον ἀνέρος ᾖειν,
Αὐτὰρ ὅ μ' εἰδώλοισιν ἑοῖς νείκεσσε πεποιθώς·
Τοῖο δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,

D Αὐχένος ὑψηλοῖο κάρη ἀπέκοψα παραστάς·
Λώβην δ' ἐξαλάωσα περίφρονος Ἰσραήλου.
Αἶνον ἄγω σοι θεῖον ὑπέρτατε ἐν βασιλεῦσιν,
Οὕνεκεν ὀτραλέως περιηγέα βίβλον ἅπασαν,
Δαυίδου πινυτοῦ περικαλλέος ἐκτολυπεῦσαι
Δῶκας ἐμὴν πανάποτμον ἐν ἀνδράσιν ἔμπα γενέθλην.

PSALMUS CLI.

Quintam præter decimam decadem est extra hymnus,
Quem cum Goliat singulari certamine congressus cecinit David.

Inter fratres meos valde parvus eram,
Paterna in domo juvenis inter omnes audiens,
Lanigerarum ovium greges in agris pascens.
Manus meæ citharam stridulam construxerunt,
Digiti vero harmoniam Deo gratam concinnaverunt.
Quis annunciabit præpotenti Regi?
Ipse Rex novit mea verba exaudire.
Ipse cælestis exercitus velocem nuntium misit,
Me vero de paterno grege assumsit ovium,
Et meum pingui corpus ipse unxit oleo.
Et fratres magnos habebam & etiam fortes,
Sed non ipsis Rex gloriam voluit bonam præbere:
Alienigenæ vocanti in occursum exivi,
Et ipse me idolis suis exsecratus est fretus.
Hujus vero ego gladium acutum extrahens de femore,
Cervicis altæ caput abscidi adstans,
Contumeliam vero abstuli abs circumspecto Israele.
Laudem ago tibi divinam Supreme inter reges,
Quoniam diligenter descriptum librum omnem,
Davidis prudentis formosi perficere
Dedisti meum infelix inter viros tamen genus.

SANCTI

OPTATI

EPISCOPI MILEVITANI


DE SCHISMATE DONATISTARUM

LIBRI VII.

AD MSS. CODICES ET VETERES EDITIONES
collati, & innumeris in locis emendati:

OPERA ET STUDIO

M. LUD. ELL. DUPIN



ACCESSERE

MONUMENTA VETERA

AD

DONATISTARUM HISTORIAM
PERTINENTIA;

QUORUM COMPLURA AB EODEM OPTATO MEMORANTUR.

VETERUM TESTIMONIA
DE S. OPTATO
EPISCOPO MILEVITANO.

I.

S. HIERONYMUS *in libro* de Viris illustribus, *cap.* CXXI.

OPTATUS Afer episcopus Milevitanus ex parte catholica scripsit sub Valentiniano & Valente principibus adversum Donatianæ partis calu- A mniam libros sex, in quibus asserit crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.

II.

S. AUGUSTINUS *lib.* II. de Doctrina Christiana, *cap.* XL. *num.* 61.

Nonne aspicimus quanto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus doctor suavissimus & martyr beatissimus; quanto Lactantius, quanto Victorinus, OPTATUS, Hilarius, ut de vivis taceam?

IDEM *lib.* I. contra epistolam Parmeniani, *cap.* XIII. *num.* 5.

Legant qui volunt, quæ narrat & quibus documentis quam multa persuadeat venerabilis memoriæ Milevitanus episcopus catholicæ communionis OPTATUS, sive de Lucilla pecuniosissima tunc & factiosissima femina, quam pro Ecclesiæ disciplina sanctus Cæcilianus adhuc diaconus læserat, vel de ceteris factionis ejus consortibus, sive furibus ecclesiastici argenti, sive ad episcopatum se non pervenisse dolentibus & sibi prælatum Cæcilianum insidiis quibus poterant insectantibus, sive de Numi- B dis episcopis quos ista factio convocaverat ad perniciem Cæciliani, ut illo deposito alter eis ordinaretur. *Hæc habentur libro primo* OPTATI.

IDEM *in libro* de Unitate Ecclesiæ *cap.* XIX. *num.* 50.

Nec nos propterea dicimus nobis credi oportere, quia ipsam quam tenemus, commendavit Milevitanus OPTATUS, vel Mediolanensis Ambrosius.

IDEM *in* Breviculo Collationis, *cap.* XX. *num.* 38.

Sed hinc repulsi (episcopi Donatistæ) velut aliquid validissimum prolaturi petierunt OPTATUM legi, quod & ante petiverant, unde se probaturos dicebant Cæcilianum ab imperatore damnatum.... OPTATUM vero legi multo instantius flagitabant... Recitatus est OPTATUS recitantibus Donatistis, ubi ait: *Eodem tempore Donatus petiit ut ei reverti licuisset & ad Carthaginem accederet; tunc a Philumeno suggestore ejus imperatori suggestum est, ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ teneretur: & factum est....* In quibus verbis OPTATI cum omnino nulla Cæciliani damnatio sicut illi demonstraturos se esse promiserant, reperiri potuisset; jussit cognitor totam paginam recitari, ut de superioribus & inferioribus verbis voluntas ejus qui scripserat, nosceretur; & ex officio recitatum est: *Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus;* quod cum recitaretur Donatistæ dixerunt hoc se non petiisse recitari, C stomachantes adversus eos qui risum tenere non potuerunt, cum audissent quam apertam contra semet ipsos paginam protulissent. *Vide de eadem re capitula* collationis Carthaginiensis *diei tertiæ* 375. 477. *& sequentia usque ad* 484. *& postea capitulum* 532. *& sequentia usque ad* 539. *& epistolam Concilii Zertensis apud S. Augustinum* 141. *num.* 9.

III.

S. FULGENTIUS *lib.* II. *ad* Monimum, *cap.* XIII.

Sanctus autem MILEVITANUS EPISCOPUS in sexto adversus Parmenianum libro, consilium de virginibus Paullum supererogasse testatur his verbis: *Virginitas enim voluntatis res est, non necessitatis,* (*& cetera quæ habentur infra lib.* VI. *cap.* IV. *& cap.* XV.) Neque enim a veritate receditur in hac D supererogatione Apostoli, sive quod sanctus Ambrosius, sive quod sanctus Augustinus, sive quod SANCTUS OPTATUS senserunt, a nobis quoque salva veritate fidei sentiatur.

IV.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS *in libro* de Scriptoribus Ecclesiasticis, *cap.* CXI.

OPTATUS Afer Milevitanus episcopus sub Valente scripsit adversum Donatianæ partis calumniam.

V.

MARTYROLOGIUM ROMANUM *ad diem* IV. *Junii.*

Milevi in Numidia sancti OPTATI episcopi, doctrina & sanctitate conspicui.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

SANCTI OPTATI AFRI MILEVITANI EPISCOPI,

DE SCHISMATE DONATISTARUM, ADVERSUS PARMENIANUM.

LIBER I.

I. CUnctos nos Christianos, clarissimi fratres, A omnipotenti Deo fides una commendat. Cujus fidei pars est, credere filium Dei judicem sæculi esse venturum: eum qui jampridem venerit, & secundum hominem suum, per Mariam virginem natus sit, passus, & mortuus & sepultus, resurrexerit: & antequam in cælum ascenderet, unde descenderat, Christianis omnibus [1] victricem pacem per Apostolos dereliquit. Quam ne videretur solis Apostolis dimisisse, ideo ait: [a] *Quod uni ex vobis dico, omnibus dico*. Deinde ait: [b] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. Igitur pax Christianis omnibus data est: quam rem Dei esse constat, dum dicit *meam*: cum autem dicit, *do vobis*; non solum suam voluit esse, sed & B universorum in se credentium.

II. Quæ pax, si, ut data erat, sic integra inviolataque mansisset, nec ab auctoribus schismatis turbaretur; inter nos & fratres nostros hodie non esset ulla dissensio: nec illi inconsolabiles Deo lacrymas facerent, quod Esaias propheta testatur [c]: nec falsorum vatum nomen & actus incurrerent: nec [2] ruinosum ac dealbatum exstruerent parietem: nec minus astutas, sed tantum [3] simplices everterent mentes: nec male imponendo omnibus capitibus manum, [4] eversionis velamenta obtenderent: [5] nec maledicerent Deo: nec rebaptizarent fideles: nec nos eversas aut occisas innocentium C animas doleremus; quas prius doluit Deus, per Ezechielem prophetam dicens: [d] *Væ facientibus velamen super omne caput, & super omnem ætatem ad evertendas animas. Animæ eversæ sunt populi mei: & maledicebant mihi in populo meo, ut occiderent animas, quas non oportuit mori: dum annuntiant populo meo vanas seductiones*. Et tamen admissa sunt hæc ab iis, qui nostri sunt fratres.

III. Sed ne quis dicat, me inconsiderate eos fratres appellare, qui tales sunt: ab Esaiæ prophetæ vocibus exorbitare non possumus. Quamvis & illi non negent, & omnibus notum sit, quod nos odio habeant & exsecrentur, & nolint se dici fratres nostros: tamen nos recedere a timore Dei non possumus, quos hortatur [6] Spiritus sanctus per Esaiam prophetam, dicens: [e] *Vos qui timetis nomen Domini, audite nomen Domini: hi qui vos odio habent & exsecrantur, & nolunt se dici fratres vestros; vos tamen dicite eis, fratres nostri estis*. Sunt igitur sine dubio fratres, quamvis non boni. Quare nemo miretur, eos me appellare fratres, qui non possunt non esse fratres. Est quidem nobis & illis spiritalis una nativitas, sed diversi sunt actus. Nam & Cham [f] qui patris sui risit impie nuditatem, frater innocentium fuit: & pro merito suo jugum servitutis incurrit, ut esset fratribus frater addictus. Ergo hoc nomen fraternitatis, nec interveniente peccato deponitur. Sed de istorum fratrum delictis dicam alio loco: qui [g] sedentes adversum nos, detrahunt, & [h] contra nos scandala ponunt: & cum illo fure concurrunt, qui Deo furtum facit: & cum mœchis, id est, cum hæreticis, partem suam ponunt, & peccata sua laudant, & convicia contra nos catholicos meditantur.

IV. Omnes quidem per singula loca maledicis

a Marc. XIII. 37. *b* Joan. XIV. 27. *c* Isa. XXII. 4. *d* Ezech. XIII. 18. 19. apud LXX. *e* Isa. LXVI. 5. apud LXX. *f* Gen. IX. 22. *g* Psal. XLIX. 20. *h* Ibid. ℣. 19.

1. *Victricem*] Secuti sumus hoc in loco auctoritatem codicis S. G. In ms. S. Th. nec non in Silviano legitur, *storiam per Apostolos pacem dereliquit*. Quid sit *storiam* divinare difficile est: forte positum est pro *consolatoriam*, aut pro *statoriam*, hoc est firmam & permansuram pacem. Alii alia verisimiliora comminiscantur: nobis horum codicum lectionem indicasse sufficiat. In editis legitur *suam*, sed male; mox enim dicit Optatus pacem illam & Dei esse & fidelium. DUPIN.

2. *Nec ruinosum ac dealbatum exstruerent parietem*] Alludit ad verba Ezechielis prophetæ c. 13. qui de falsis prophetis loquens: *Qui decipiunt populum meum, dicentes, Pax, & non est pax*, addit: *Et ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto*: ita ut tempestate superveniente cito dirutus fuerit. Hujusmodi prophetis comparat Optatus Donatistarum principes, quorum societas non erat solidum & permansurum ædificium ut Ecclesia Christi, sed paries tantum ruinosus, licet exterius dealbatus. ID.

3. *Sed tantum simplices*] Ita in omnibus mss. & ferri potest, atque ita exponi, *nec minus cautas, & tantum simplices everterent mentes*: hoc est, eos qui minus prudentes & minus cauti sunt ob nimiam simplicitatem. Itaque nihil videtur immutandum. ID.

4. *Eversionis velamenta obtenderent*] Pergit alludere ad verba sequentia Ezechielis eodem cap. XIII. 18. ubi habetur in Hebr. & apud Sept. *Væ his qui consuunt cervicalia sub omni cubito manus; & qui faciunt velamina super caput omnis* D *ætatis ut pervertant animas*. ID.

5. *Nec maledicerent Deo*] Hoc etiam habetur in illo Ezechielis loco: *Et profanastis me in populo, &c.* Profanare seu profanum reddere, est maledictis incessere, inhonorare. ID.

6. *Spiritus sanctus per Esaiam prophetam dicens, Vos qui timetis, &c.*] Ita hic locus habetur apud Isaiam in Græco ut citatur ab Optato. Vulgatus noster interpres qui cum Hebræo concinit, diverso prorsus sensu legit: *Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum ejus: dixerunt fratres vestri odientes vos & abjicientes propter nomen meum*. Idem testimonium profert Tertull. l. 4. contra Marc. c. 16. ex eadem qua Optatus versione: eadem etiam utitur Aug. in lib. post Collat. c. ult. ID.

vocibus perstrepunt: (quibus ad aliqua de occasione respondeam) sed unum quidem vix invenimus, cum quo per litteras, vel hoc modo loquamur; Parmenianum scilicet, fratrem nostrum; si tamen se a nobis vel hoc nomine nuncupari permittit. Et quia collegium episcopale nolunt nobiscum habere commune, non sint collegæ, si nolunt: tamen, ut supra diximus, fratres sunt. Frater meus igitur Parmenianus, ne ventose ac nude, ut ceteri, loqueretur, quidquid sentire potuit, non solum dixit, sed etiam in scriptura digessit. Cujus dictis cum respondere, veritate cogente, compellimur: erit inter nos absentes quoquo modo collatio. Eodem modo satisfiet & desideriis aliquorum. Nam a multis sæpe desideratum est, ut ad eruendam veritatem ab aliquibus defensoribus partium conflictus haberetur: & fieri potuit. Sed quoniam & accessum prohibent, & aditus intercludunt, & confessum vitant, & colloquium denegant: vel tecum mihi, frater Parmeniane, sit isto modo collatio: ut quia tractatus tuos quos in manibus & in ore multorum esse voluisti, non aspernatus sum neque contemsi, sed omnia a te dicta patienter audivi; audias & tu humilitatis nostræ responsa.

V. Nam & ego intelligo, & tu non negas, & quivis sapiens pervidet, te nulla alia ratione tam prolixe tractasse, nisi ut Ecclesiam catholicam tuis tractatibus indigne pulsares. Sed, ut intelligi datur, aliud habet animus, aliud resonat sermo. Denique non omnia te video dixisse contra Catholicam: immo multa pro Catholica, cum catholicus non sis; ut & nobis necesse non fuerit respondere tractatibus tuis: nisi, quod dum male instructus es, ut quod non vidisti, sed falso audieris, loquereris, cum [1] in epistola Petri Apostoli legerimus: [a] *Nolite per opinionem judicare fratres vestros*: ut inter aliqua, quæ ad nos non pertinent (sicuti probaturi sumus) diceres, a nobis contra vos militem fuisse postulatum. Ceterum a te in aliis partibus tractatus tui, aliqua pro nobis dicta sunt, & contra vos, ut diluvii & circumcisionis comparatio: quædam & pro nobis, & pro vobis, ut ea quæ in laude dixisti baptismatis, (præter illud quod carnem Christi male tractaveris): ideo & pro vobis, quia quamvis foris sitis, tamen ex nobis existis. Nam & illud pro ambobus, quod demonstrasti hæreticos extraneos esse catholicis sacramentis: si tamen vos ipsos non eis adjungeres, quos esse schismaticos constat. Quædam pro nobis solis, ut unius Ecclesiæ commemoratio: quædam contra vos per ignorantiam (quia peregrinus es) ut traditorum & schismaticorum accusatio: etiam illud & contra vos, quod dixisti de oleo & sacrificio peccatoris. Ac per hoc nihil contra nos a te dictum est, nisi quod ignoranter dixisti, a nobis militem postulatum: quod calumniose a te dictum esse, probationibus verissimis demonstrabimus. Tolle hanc calumniam, & noster es. Quid enim magis pro nobis & nostrum est, quam quod dixisti, in comparatione baptismatis semel factum esse diluvium? Et singularem circumcisionem salubriter profecisse populo Judæorum, magis pro nobis, quasi noster locutus es: hæc enim nostra vox est, [2] qui in Trinitate ba-

A ptismatis unionem defendimus: non pro vobis qui baptisma, in cujus imagine sunt illa duo, audaciter, & quod contra leges est, iteratis: quamvis & vos ipsi non negetis, quia non debet iterari, quod semel jussum est fieri. Sed dum tu subtiliter laudasti, quod omni laudis præconio dignum est: callide vestram supposuisti personam, ut quasi, quia semel licet, vobis liceat, aliis denegetur. Si traditoribus non licet, vobis licere non debuit, quorum principes probamus fuisse traditores. Si schismaticis non licet, adæque vobis licere non debuit, apud quos origo schismatis invenitur. Si peccatoribus non licet, etiam peccatores vos esse testimonio divino convicimus. Et tamen quia se-
B mel licet, non per electum hominem, sed per quod semel licet: ideo post vos non emendamus, quia & apud nos & apud vos, unum est sacramentum. cujus sacramenti ratio, tota quinto libro monstrabitur.

VI. A te quidem, frater Parmeniane, multa tractata sunt. Sed video mihi non eo esse respondendum ordine, quo a te dicta sunt singula. Tu enim primo loco dixisti comparationes laudesque baptismatis, & præter carnem Christi a te male tractatam, cetera bene dixisti: hoc enim magis pro nobis te dixisse, suo loco monstrabitur. Secundo autem loco, exclusis hæreticis, unam dixisti
C esse Ecclesiam: sed eam, ubi sit, agnoscere noluisti. Tertio loco, traditores nullis certis personis aut nominibus accusasti. Quarto a te unitatis lacerati sunt operarii. Quinto, ut minima prætermittam, dixisti de oleo & sacrificio peccatoris.

VII. Sed mihi videtur primo loco traditorum & schismaticorum indicandas esse civitates, personas & nomina: ut quæ a te de iis dicta sunt, veros auctores & certos reos suos agnoscant. Deinde mihi dicendum est, quæ, vel ubi sit una Ecclesia, quæ est: quia præter unam altera non est. Tertio, a nobis militem non esse petitum, & ad nos non pertinere, quod ab operariis unitatis di-
D citur esse commissum. Quarto loco, qui sit peccator, cujus sacrificium repudiat Deus, vel cujus oleum fugiendum sit. Quinto, de baptismate: Sexto, de inconsideratis præsumtionibus & erroribus vestris.

VIII. Sed prius quam de rebus singulis aliquid dicam, quod carnem Christi male tractaveris, breviter ostendam. Dixisti enim, carnem illam peccatricem, Jordanis demersam diluvio, ab universis sordibus esse mundatam. Merito hoc diceres, si caro Christi pro omnibus baptizata sufficeret, ut nemo pro se baptizaretur. Si ita esset, ibi esset totum genus hominum: illic omne, quod corporaliter
E natum est. Nihil esset inter fideles & unumquemque gentilem, quia in omnibus caro est: & dum nemo non est qui non habeat carnem; si, ut dixisti, caro Christi diluvio Jordanis demersa est, omnis caro hoc beneficium consequeretur. Aliud est enim caro Christi in Christo; aliud uniuscujusque in se. Quid tibi visum est, carnem Christi dicere peccatricem? Utinam diceres, caro hominum in carne Christi: nec sic probabiliter dixeras; quia unusquisque credens, in nomine Christi

[a] Jac. IV. 11.

1. *In epistola Petri*] Nihil simile est in epistola Petri, sed in epistola Jacobi c. 4. v. 11. ubi habetur: *Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem.* Forte hunc locum respexit Optatus. DUPIN.

2. *Qui in Trinitate baptismatis unionem defendimus*] Qui baptismum invocato Trinitatis nomine collatum, unum esse defendimus, nec iterari debere. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

baptizatur, non in carne Christi, quæ specialiter illius erat. Addo, quod ejus caro de Spiritu sancto concepta, inter alios non potuit in remissam peccatorum tingi, quæ nullum videbatur admisisse peccatum. Addidisti, & Jordanis diluvio demersam: satis inconsiderate hoc usus es verbo: quod verbum soli Pharaoni & ejus populo debebatur, qui pondere delictorum, tamquam plumbum, ita mersus sit, ut ibi remanserit. Christi autem caro, dum in Jordane descendit & ascendit, mersa a te dici non debuit: cujus caro ipso Jordane sanctior invenitur, ut magis aquam ipsa descensu suo mundaverit, quam ipsa mundata sit.

IX. Etiam illud præterire non possum, quod te subtiliter egisse considero: ut ad inducendos vel decipiendos animos auditorum, post circumcisionis & diluvii descriptionem, & post laudem baptismatis, hæreticos cum erroribus suis mortuos, & oblivione jam sepultos quodammodo resuscitare voluisti; quorum per provincias Africanas, non solum vitia, sed etiam nomina videbantur ignota. Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus & ceteri, usque ad Cataphrygas, temporibus suis a Victorino Petavionensi, & Zephirino [1] Urbico, & a Tertulliano Carthaginiensi, & ab aliis adsertoribus Ecclesiæ catholicæ superati sunt. Ut quid bellum cum mortuis geris, quod ad negotium temporis nostri non pertinet? Sed [2] quia schismaticus hodie aliquid peccati, quod probare possis in catholicos, non habes; ideo ad prolixitatem scripturæ tuæ augendam, tot hæreticos cum erroribus suis commemorare voluisti.

X. Nunc alia quæstio est, ut quid a te memorati sunt illi, apud quos non sunt sacramenta, quæ nobis & vobis videntur esse communia? Sanitas non flagitat medicinam: de se secura virtus, forinsecus non quærit auxilia, veritas non desiderat argumenta: ægroti est, remedia quærere; inertis & imbecillis est, auxilia comparare; mendacis est, argumenta conquirere. Interea dixisti, apud hæreticos dotes Ecclesiæ esse non posse: & recte dixisti; scimus enim hæreticorum ecclesias singulorum, prostitutas, nullis legalibus sacramentis, & sine jure honesti matrimonii esse: quas [3] non necessarias recusat Christus, qui est sponsus unius Ecclesiæ: sicut in Canticis Canticorum ipse testatur [a]: qui cum unam laudat, ceteras damnat; quia præter unam quæ est vera Catholica, ceteræ apud hæreticos putantur esse, sed non sunt: secundum quod indicat, ut supra diximus, in Canticis Canticorum [b], unam esse columbam suam, eamdem sponsam electam, eamdem hortum conclusum & fontem signatum: ut hæretici omnes neque claves habeant, quas solus Petrus accepit: nec annulum, quo legitur fons esse signatus: nec aliquem illorum esse, ad quem hortus ille pertineat, in quo Deus arbusculas plantat. De quibus hæreticis, quamvis ad præsentem non pertineat caussam, quod A diu locutus es, & suffecerat & abundabat. Sed miror, quid tibi visum est, etiam vos ipsos eis adjungere, quos esse schismaticos constat, dum Ecclesiæ dotes & hæreticis ipsis & vobis schismaticis denegasti. Dixisti enim inter cetera, schismaticos a vite, velut sarmenta, esse concisos: destinatos pœnis, tamquam ligna arida, gehennæ ignibus reservari. Sed video te adhuc ignorare schisma, apud Carthaginem a vestris principibus factum. Quære harum originem rerum, & invenies te hanc in vos dixisse sententiam, cum schismaticis hæreticos sociasti. Non enim Cæcilianus exivit a Majorino avo tuo: sed Majorinus a Cæciliano: nec Cæcilianus recessit a cathedra Petri vel B Cypriani: sed Majorinus, cujus tu cathedram sedes, quæ ante ipsum Majorinum originem non habebat. Et cum hæc ita gesta esse manifestissime constet, & vos heredes esse traditorum & schismaticorum evidenter appareat: satis te miror, frater Parmeniane, cum schismaticus sis, schismaticos hæreticis jungere voluisse. Aut si sic tibi videtur, & ita placet: [4] cumula illa quæ a te paullo ante sunt dicta. Dixisti enim fieri non posse, ut falso baptismate inquinatus abluat, immundus emundet, supplantator erigat, perditus liberet, reus veniam tribuat, damnatus absolvat. Bene hæc omnia potuerunt ad solos hæreticos pertinere, qui falsaverunt symbolum: dum alter dixerit duos C Deos, cum Deus unus sit; alter Patrem vult in persona Filii cognosci; alter carnem subducens filio Dei, per quam Deo reconciliatus est mundus; & ceteri hujusmodi, qui a sacramentis catholicis alieni esse noscuntur. Quare pœniteat te talibus hominibus etiam schismaticos adjunxisse: in te enim convertisti sententiæ gladium, dum æstimas, quia alteros appetebas: & non attendisti inter schismaticos & hæreticos, quam sit magna distantia. Inde est, quod ignoras, & quæ sit sancta Ecclesia: & sic omnia miscuisti.

XI. Catholicam facit simplex & verus intellectus [5] in lege, singulare ac verissimum sacramen- D tum, & unitas animorum. Schisma vero, sparso coagulo pacis, dissipatis sensibus generatur, livore nutritur, æmulatione & litibus roboratur, ut deserta matre Catholica, impii filii dum foras exeunt, & se separant (ut vos fecistis) a radice matris Ecclesiæ, invidiæ falcibus amputati, errando rebelles abscedunt: nec possunt novum aliquid, aut aliud agere, nisi quod jamdudum apud suam didicerunt matrem.

XII. Hæretici vero, veritatis exsules, sani & verissimi symboli desertores, de sinu sanctæ Ecclesiæ impiis sensibus depravati, contemto quod bene fuerant geniti, ut ignorantes & rudes deci- E perent, de se nasci voluerunt. Et qui jamdudum vitalibus pasti fuerant cibis, corruptela malæ digestionis, in perniciem miserorum, disputationibus impiis venena mortifera vomuerunt. Vides ergo,

a Cant. VI. 8. *b* Cant. IV.


1. *Urbico*] Urbis Romæ episcopo. Nota locutio. Dupin.

2. *Sed quia schismaticus hodie aliquid peccati quod probare possis in catholicos, non habes*] In editis nec non in mss. S.T. & P.S. habetur, *sed quia schismatis hodie aliquid quod probare possis in catholicos, non habes*. Haud dubie præferenda est lectio codicis Sangermanensis, quam expressimus. Idem.

3. *Non necessarias*] Una tantum est conjuncta cum Christo, & est ejus sponsa: quare ceteræ sunt adulteræ, & non necessariæ. Albasp.

4. *Cumula illa*] Mendosissime in editis habebatur *contra illa*: nec melius in mss. S. T. & P. S. *cum illa*. Hanc vero restitutionem debemus ms. Sangermanensi. Hinc nihil in hoc loco qui expositores mirum in modum torserat, difficultatis superest. Vide quid e principiis tuis adversus te sequatur; si inter hæreticos & schismaticos nullum discrimen est. Dupin.

5. *In lege*] In editis, *intelligere*: atque in mss. S. T. & P.S. sed magis arridet *in lege*, quod habetur in Ms. S.G. ut scilicet notæ Ecclesiæ catholicæ sint, sincera fides, quæ in genuina singularis ac verissimi sacramenti, hoc est; symboli, intelligentia posita est, & unitas animorum. Id.



frater Parmeniane, hæreticos a domo veritatis satis extorres, solos habere varia & falsa baptismata: quibus inquinatus non possit abluere, immundus emundare, supplantator erigere, perditus liberare, reus veniam tribuere, damnatus absolvere. Bene clausisti hortum hæreticis: bene revocasti claves ad Petrum: bene abstulisti colendi potestatem, ne arbusculas colerent ii, quos ab hortulo & a paradiso Dei constat alienos; bene subduxisti annulum iis, quibus aperire non licet ad fontem. Vobis vero schismaticis, quamvis in Catholica non sitis, hæc negari non possunt, quia nobiscum vera & communia sacramenta traxistis. Quare cum hæc omnia hæreticis bene negentur, quid tibi visum est, hæc & vobis negare voluisse, quos schismaticos esse manifestum est? vos enim foras existis. Quantum in nobis est, volebamus, ut soli damnarentur hæretici: quantum in te est, etiam vos ipsos, cum eis una sententia ferire voluisti.

XIII. Sed jam, ut ad propositum singularum rerum ordinem redeamus, primo loco audi, qui fuerint traditores, & plenius auctores schismatis disce. In Africa duo mala & pessima admissa esse constat: unum in traditione, alterum in schismate: sed utraque mala, & uno tempore, & iisdem auctoribus videntur esse commissa. Debes ergo, frater Parmeniane, discere, quod intelligeris ignorare. Nam ferme ante annos sexaginta, & quod excurrit, per totam Africam persecutionis est divagata tempestas: quæ alios fecerit martyres, alios confessores, nonnullos funestam prostravit in mortem, latentes dimisit illæsos. Quid commemorem laicos, qui tunc in Ecclesia nulla fuerant dignitate suffulti? quid ministros plurimos? quid diaconos in tertio? quid presbyteros in secundo sacerdotio constitutos? Ipsi apices & principes omnium, aliqui episcopi illis temporibus, ut damno æternæ vitæ, istius incertæ lucis moras brevissimas compararent, instrumenta divinæ legis impie tradiderunt. Ex quibus erant Donatus Masculitanus, Victor Rusiccadensis, Marinus ab aquis Tibilitanis, Donatus Calamensis, & homicida Purpurius Limatensis: qui interrogatus de filiis sororis suæ, quod eos in carcere Milei necasse diceretur, confessus est dicens: „ Et occidi, & occido non eos solos, sed & quicumque contra me fecerit. „ Et Menalius, qui ne turificasse a suis civibus probaretur, oculorum dolorem fingens, ad consessum suorum procedere trepidavit.

XIV. Hi & ceteri quos principes tuos fuisse paullo post docebimus, post persecutionem apud Cirtam civitatem, (quia basilicæ necdum fuerant restitutæ) in domum Urbani Carisi consederunt [1] die III. iduum Majarum, sicut scripta Nundinarii tunc diaconi testantur, & vetustas membranarum testimonium perhibet, quas dubitantibus proferre poterimus. Harum namque plenitudinem rerum, in novissima parte istorum libellorum, ad implendam fidem adjunximus. Hi episcopi, interrogante Secundo Tigisitano, tradidisse confessi sunt. Et cum ipse Secundus a Purpurio increparetur, quod & ipse diu apud stationarios fuerit, & non fugerit, sed dimissus sit; non sine caussa dimissum fuisse, nisi quia tradiderat, jam omnes [2] erecti cœperant murmurare. Quorum spiritum Secundus metuens, consilium accepit a filio fratris sui Secundo minore, ut talem caussam Deo servaret. Consulti sunt qui remanserant, id est, Victor Garbensis, Felix a Rotario, & Nabor a Centurionis [3]. Ii dixerunt talem caussam Domino debere reservari: & dixit Secundus, Sedete omnes: tunc dictum est ab omnibus, *Deo gratias*; & sederunt. Habes ergo, frater Parmeniane, qui manifesto fuerint traditores.

XV. Deinde non post longum tempus, iidem ipsi, tot & tales, ad Carthaginem profecti traditores, [4] turati homicidæ, Majorinum cujus tu cathedram sedes, post ordinationem Cæciliani ordinaverunt, schisma facientes. Et quoniam traditionis reos, principes vestros fuisse monstratum est; consequens erit, eosdem fuisse auctores schismatis. Quæ res ut clara & manifesta esse omnibus possit, ostendendum est, ex qua radice se se usque in hodiernum erroris protenderint rami, & ex quo fonte rivulus iste maligni liquoris occulte serpens, usque in tempora nostra manaverit. Dicendum est, unde & ubi & a quibus ortum constet hoc alterum malum; quæ convenerint caussæ; quæ fuerint operatæ personæ; qui auctores hujus mali; qui nutritores; a quibus sint inter partes ab imperatore postulata judicia; qui sederint judices; ubi sit actum concilium; quæ sint prolatæ sententiæ. De divisione agitur: & in Africa, sicut & in ceteris provinciis, una erat Ecclesia, antequam divideretur ab ordinatoribus Majorini cujus tu hereditariam cathedram sedes. Videndum est, quis in radice cum toto orbe manserit; quis foras exierit; quis cathedram sederit alteram, quæ ante non fuerat; quis contra altare altare erexerit; quis ordinationem fecerit, salvo altero ordinato; quis jaceat sub sententia Joannis Apostoli, qui dixit multos antichristos foras exituros: [a] *quia non erant*, inquit, *nostri: nam si nostri essent, mansissent*

a I. Joan, II. 19.

1. *Die* III. *iduum Majarum*] Acta Cirtensis concilii apud Augustinum lib. 3. contra Cresc. c. 27. ita inscribuntur: *Diocletiano octies & Maximiano septies coss.* IV. *nonas Martii*. At vitiosam esse hanc consulum notam observat Augustinus in Breviculo collationis. Cum enim Donatistæ prolatis actis martyrum in collatione contendissent iis coss. quibus habitum dicebatur concilium Cirtense, persecutionem nondum finitam; responsum est a catholicis post illorum martyrum quorum acta proferebantur, passionem prope annum consecutum fuisse ad consulem & diem concilii Cirtensis. Responsio computantis officii fuit, mensem tantum interfuisse: sed postea deprehensum est erratum fuisse ab officio: *Nam*, inquit Augustinus, *gesta martyrum qu[illegible] ut ostendebatur tempus persecutionis, consulibus facta sunt Diocletiano novies, & Maximiano octies pridie idus Februa[illegible]. Gesta autem episcopalia decreti Cirtensis post eorum[illegible] [illegible]tum tertio nonas Martias, ac per hoc tredecim menses [illegible] inveniuntur plures utique quam undecim, [illegible] [illegible]lici minus diligenter computando responderant, [illegible] ut falleretur & mensem interesse responderet, eum[illegible] consulatum putavit: post consulatum autem non advertit, ubi annus jam alius agebatur*. Hæc est igitur vera concilii Cirtensis epocha post consulatum Diocletiani novies & Maximiani octies, hoc est anno 305. tertio nonas Martias. De mense constitit semper in collatione: nam gesta martyrum erant pridie idus Februarii, & mensem tantum inter passionem martyrum & concilii diem interesse dixit officium. Tredecim menses interfuisse ait Augustinus. Ergo mense Martio habitum constabat, non Majo; alioquin tres aut quindecim menses inter passionem martyrum & concilii diem interfuissent. Ita ergo emendandus Optati locus, & pro *tertio iduum Majarum*, legendum III. *nonas Martii*. Dupin.

2. *Erecti*] Hanc emendationem debemus codici S. G. In aliis codicibus & in editis perperam omnino *hæretici*, quod criticos torsit. Id.

3. *Centurionis*] Ita etiam in coll. Carth. Januarius episcopus *Centurionensis*. In mss. notitiæ Africanæ, *Centuria[illegible]*, male. Id.

4. *Turati*] Id est, qui tus idolis adoleverant. Ita in omnibus mss. Quanto errore in editis, *[illegible]jurati*. Id.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

nobiſcum. Ergo qui in uno cum fratribus manere noluit, hæreticos ſecutus, quaſi antichriſtus foras exivit.

XVI. Hoc apud Carthaginem poſt ordinationem Cæciliani factum eſſe, nemo eſt qui neſciat: per Lucillam ſcilicet, neſcio quam feminam factioſam: quæ ante concuſſam perſecutionis turbinibus pacem, dum adhuc in tranquillo eſſet Eccleſia, cum correptionem archidiaconi Cæciliani ferre non poſſet: quæ ante ſpiritalem cibum & potum, os neſcio cujus martyris, ſi tamen martyris, libare dicebatur: & cum præponeret calici ſalutari os neſcio cujus hominis mortui, & ſi martyris, ſed necdum vindicati, correpta, cum confuſione diſceſſit irata. Iraſcenti & dolenti, ne diſciplinæ ſuccumberet, occurrit ſubito perſecutionis enata tempeſtas.

XVII. Iiſdem temporibus Felix quidam diaconus, qui propter famoſam neſcio quam de tyranno imperatore tunc factam epiſtolam, appellatus eſt, periculum timens; apud Menſurium epiſcopum delituiſſe dicitur. Quem cum poſtulatum Menſurius publice denegaret, relatio miſſa eſt: reſcriptum venit, ut ſi Menſurius Felicem diaconum non reddidiſſet, ad palatium dirigeretur. Conventus non leves patiebatur anguſtias: erant enim Eccleſiæ ex auro & argento quam plurima ornamenta, quæ nec defodere terræ, nec ſecum portare poterat. Quæ quaſi fidelibus, ſenioribus commendavit, commemoratorio facto, quod cuidam aniculæ dediſſe dicitur: ita ut ſi ipſe non rediret, reddita pace Chriſtianis, anicula illi daret quem in epiſcopali cathedra ſedentem inveniret. Profectus cauſſam dixit: juſſus eſt reverti: ad Carthaginem pervenire non potuit.

XVIII. Tempeſtas perſecutionis peracta, & definita eſt. Jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Chriſtianis libertas eſt reſtituta. Botrus & Celeſtius [1], ut dicitur, apud Carthaginem ordinari cupientes, operam dederunt, ut abſentibus Numidis, ſoli vicini epiſcopi peterentur, qui ordinationem apud Carthaginem celebrarent. Tunc ſuffragio totius populi Cæcilianus eligitur: & manus imponente Felice [2] Autumnitano, epiſcopus ordinatur. Botrus & Celeſtius de ſpe ſua dejecti ſunt. Tunc brevis auri & argenti ſedenti Cæciliano, ſicuti delegatum a Menſurio fuerat, traditur, adhibitis teſtibus. Convocantur ſupra memorati ſeniores, qui faucibus avaritiæ commendatam ebiberant prædam. Cum reddere cogerentur, ſubduxerunt communioni [3] pedem. Non minus & ambitores, quibus & ordinari non contigit: nec non & Lucilla, quæ jamdudum ferre non potuit diſciplinam: cum omnibus ſuis potens & factioſa femina, communioni miſceri noluit. Sic tribus convenientibus cauſſis & perſonis, factum eſt, ut malignitas haberet effectum.

XIX. Schiſma igitur illo tempore confuſæ mulieris iracundia peperit, ambitus nutrivit, avaritia roboravit. Ab his tribus perſonis contra Cæcilianum cauſſæ confictæ ſunt, ut vitio diceretur. Ad Secundum Tigiſitanum miſſum eſt, ut Carthaginem veniretur: proficiſcuntur omnes ſupra memorati traditores, ſuſcepti hoſpitio ab avaris, ab ambitoribus, ab iratis: non a catholicis, quorum petitione Cæcilianus fuerat ordinatus. Interea ad baſilicam, ubi cum Cæciliano tota civica frequentia fuerat, nullus de ſupradictis acceſſit. Tunc a Cæciliano mandatum eſt: „ Si eſt quod in me probetur, exeat accuſator & probet. „ Illo tempore a tot inimicis nihil in eum potuit confingi: ſed de ordinatore ſuo, quod ab iis falſo traditor diceretur, meruit infamari. Iterum a Cæciliano mandatum eſt, ut ſi Felix in ſe, ſicut illi arbitrabantur, nihil contuliſſet, ipſi tamquam adhuc diaconum ordinarent Cæcilianum. Tunc Purpurius ſolita malitia fretus, quaſi & Cæcilianus filius ſororis ejus eſſet, ſic ait: „ Exeat huc quaſi imponatur illi manus in epiſcopatu, & quaſſetur illi caput de pœnitentia. „ His rebus compertis, tota eccleſia Cæcilianum retinuit, ne ſe latronibus tradidiſſet. Illo tempore aut reus de ſede debebat expelli, aut communicari debuit innocenti. Conferta erat Eccleſia populis: plena erat cathedra epiſcopalis: erat altare loco ſuo, in quo pacifici epiſcopi retro temporis obtulerant, Cyprianus, [4] Carpophorus, Lucianus & ceteri. Sic exitum eſt foras, & altare contra altare erectum eſt: & ordinatio illicite celebrata eſt: & Majorinus, qui lector in diaconio Cæciliani fuerat, domeſticus Lucillæ, ipſa ſuffragante, epiſcopus ordinatus eſt a traditoribus, qui in concilio Numidiæ (ut ſuperius diximus) crimina ſua ſibi confeſſi ſunt, & indulgentiam ſibi invicem tribuerunt. Manifeſtum eſt ergo, exiiſſe de Eccleſia & ordinatores qui tradiderunt, & Majorinum qui ordinatus eſt.

XX. Interea de ſuorum criminum fonte, qui apud eos multorum flagitiorum venis exuberaverat, unum traditionis convicium in ordinatorem Cæciliani derivandum eſſe putaverunt: [5] providentes quod fama duas res ſimiles uno tempore loqui non poſſet; ut crimina in ſilentium mitterent ſua, vitam infamare conati ſunt alienam: & cum poſſent ipſi ab innocentibus argui, innocentes arguere ſtuduerunt, mittentes ubique litteras livore dictante conſcriptas, quas inter ceteros actus habemus in poſterum. Adhuc Carthagine poſiti præceſſerunt ſe epiſtolis ſuis, ut rumoribus falſis cunctorum auribus infererent mendacium, ſparſa fama per populos: & dum de uno celebrata ſunt falſa, ſupradictorum veriſſima crimina ſub ſilentio latuerunt.

1. *Celeſtius*] Ita in ms. S. G. Ita etiam eum vocat S. Auguſtinus in pſalmo abecedario contra Donatiſtas: *Erant Botrus & Celeſtius hoſtes Cæciliano valde, impii, fures, ſuperbi, de quibus longum eſt referre.* Hujus auctoritate fretus reſtitui *Celeſtium* pro *Celeſio*, qui habetur in mss. S. Th. & Pn. S. & in editis. Dupin.

2. *Autumnitano*] Ita in omnibus mss. & in actis purgationis Felicis. Apud Aug. ubique *Aptugnenſi*: in editis Optati *Aptungitano*. Ex hoc loco colligitur Carthaginis vicinam fuiſſe hanc urbem & provinciæ proconſularis. Miror urbis tunc adeo celebris nullam eſſe mentionem in notitia Epiſcoporum Africæ, nec alibi. Id.

3. *Pedem*] Ita ms. codex Sangermanenſis. At editi, *ſubduxerunt communioni* plebem: quæ lectio probatur Merico Caſaubono. At minus recte. Nam, ut obſervant, Maurini doctiſſimi editores opp. Auguſt. tom. IX. pag. 14. Appendicis, Optatus mox cap. ſeq. ſcribit, *totam civicam frequentiam cum Cæciliano fuiſſe* contra ſchiſmaticos congregatam.

4. *Carpophorus*] Hunc in editis omiſſum reſtituunt Benedictini l. c. ex ms. Sangermanenſi.

5. *Providentes quod fama duas res ſimiles uno*] Scribe, *quod fama duas diverſas res ſimul & uno tempore loqui non poſſet*: pro *diverſas*, exſcriptor per compendium, *dras*, ſcripſerat, quod poſtea ob ſimilitudinem cum præcedente *duas*, omiſſum; aut ex *drás* fecit *duas*; quo ſententia carere recte poteſt. Haud abſimile illud, ad verba quod attinet, lib. 7. *Non poteſt idem operarius duas res repugnantes & contrarias*, quod heic (duas diverſas res) *ſimul facere*. M. Casaub.

runt. Frequenter solet erubesci de crimine: sed illo tempore non fuit cui erubesceretur: quia præter paucos catholicos, peccaverant universi; & [1] quasi imago fuerat innocentiæ, inter multos nefas admissum. Parum erat traditionis facinus, quod per Donatum Masculitanum & ceteros supradictos constabat admissum: etiam ingens flagitium schismatis traditioni junxerunt.

XXI. Vides ergo, frater Parmeniane, hæc duo crimina tam mala, tam gravia, traditionis & schismatis, ad tuos principes pertinere. Agnosce vel sero, incurrisse te in tuos, dum insectaris alienos; & cum priores tuos constet operatos esse hoc alterum nefas, etiam vos sceleratis vestigiis sequi laboratis: ut quod illi priores in titulo schismatis fecerant, & vos jamdudum fecisse & nunc facere videamini. Illi ruperunt suis temporibus pacem: vos exterminatis unitatem. De parentibus vestris & de vobis merito dici potest: [a] *Cæcus cæcum si duxerit, utrique in foveam cadunt*. Oculos patrum vestrorum furiosus excæcaverat livor, æmulatio vestros orbavit. Schisma summum malum esse & vos negare minime poteritis. Et tamen Dathan & Abiron & Core, perditos magistros vestros, sine trepidatione estis imitati: nec ponere ante oculos voluistis, hoc malum & verbis Dei esse prohibitum, & admissum graviter vindicatum. Deinde esse distantiam delictorum, aut remissio testatur aut pœna. Denique inter cetera præcepta etiam hæc tria jussio divina prohibuit, *non occides*, *non ibis post deos alienos*, & [2] in capitibus mandatorum, *non facies schisma*. Videamus de his tribus, quid oportuit puniri, & quid meruit relaxari. Parricidium principale delictum est: & tamen Cain [b] nec reus a Deo percutitur, sed occisus insuper vindicatur. In Ninive civitate [c] hominum numero centum viginti millia sacrilega, quæ deos alienos sequi videbantur: post iracundiam Dei & nuntium Jonæ prophetæ, jejunium parvi temporis & oratio indulgentiam meruit. Videamus si aliquid tale consecuti sunt hi, qui populos Dei primitus ausi sunt scindere. Tot millibus filiorum Israel, quorum a cervicibus divina providentia jugum servile dejecerat, Aaron sanctum unum præfecerat sacerdotem. Sed cum ministri ejus sacerdotium non sibi debitum concupiscen- A tes [d], seducta parte populi illicite invaderent, ritum imitati sacrorum; ducentos, & quod excurrit, ministros secum perituros, cum turibulis in fronte seducti populi posuerunt: Deus cui displicet schisma, hoc libenter videre non potuit. Indixerant quodammodo Deo bellum, quasi esset alter Deus, qui alterum acciperet sacrificium. Igitur Deus pro neglectis mandatis suis iratus est ira magna, & quod in sacrilegos & parricidam non fecerat, in schismaticos fecit. Stabat ministrorum acies & multitudo sacrilega, cum interdictis sacrificiis suis illico peritura: negatum & subductum est pœnitentiæ tempus, quia non talis erat culpa quæ veniam mereretur. Mandata est terræ fames: statim fauces suas in po- B puli divisores aperuit, & contemtores mandatorum Dei, avido ore absorbuit. Intra momenti spatium, ad transglutiendos prædictos terra patuit, rapuit, clausa est. Et ne beneficium de mortis compendio consequi viderentur, dum non essent digni vivere, iis nec mori concessum est: tartareo carcere subito clausi, ante sunt sepulti quam mortui. Et miramini vobis aliquid tale aspere factum, qui schisma aut facitis aut colitis, cum videatis quid magistri primi schismatis pati meruerunt? An quia cessat talis modo vindicta, ideo tibi cum tuis vindicas innocentiam? Deus in singulis rebus exemplorum posuit formam; [3] ut sit quod imputet imitantibus: prima peccata ad exemplum præsens pœna compressit, C secunda judicio reservabit. Quid ad hæc dicturi estis, qui schisma, usurpato Ecclesiæ nomine, & occulte nutritis, & impudenter defenditis?

XXII. Sed quia audio aliquos de societate tua, litigandi studio chartas habere nescio quas; quærendum est, quibus sit accommodanda fides, quæ cum ratione concordent, quæ cum veritate [4] confibulent. Vestræ, si sunt aliquæ, mendaciis forte videantur aspersæ. Nostras chartas probant & conflictus caussarum, & contentiones partium, & exitus judiciorum, & epistolæ Constantini. Nam quod de nobis dicitis, quid Christianis cum regibus? aut quid episcopis cum palatio? Si nota est nosse re- D ges, vos tota perfundit invidia. Nam majores vestri, Lucianus, Dignus, Nasutius, Capito, Fidentius & ceteri imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt, qua-

a Matth. xv. 14. *b* Gen. iv. *c* Jonæ III. *d* Num. xvi.


1. *Quasi imago*] Excusi, *quod imago*. Castigantur ad ms. Sangerm. a BB. l. c.

2. *Et in capitibus mandatorum*, *Non facies schisma*] Non debebant hæc, *non facies schisma*, aliis characteribus scribi, quasi ipsa Scripturæ verba essent ab Optato citata. Neque enim nunc extant, neque umquam in ulla vel Græca vel Latina versione extiterunt. Hoc ipsum subindicat Optatus, dum dicit *in capitibus mandatorum*: ad illa nimirum respiciens Apostoli Rom. xiii. 9. *τὸ γὰρ οὐ μοιχεύσεις* &c. *καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή· ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν*. Quod hodie *instauratur*, olim legebatur, a quibusdam saltem, *recapitulatur*, ut & Ephes. i. 10. quem locum citans Tertullianus adversus Marc. lib. 5. cap. 17. *recapitulare* repræsentat, quamvis idem alibi reddat, *ad caput reciprocare*: atque iterum alio loco, *ad initium colligere*. Jam schisma ad peccata quæ in proximum committuntur, proprie atque inter prima referri notum est. *Inter peccata quæ sunt in proximum, peccatum schismatis videtur esse maximum, quia est contra spirituale bonum multitudinis*, Aquinas secunda secundæ quæst. 39. art. 2. ad 3. &c. *In capitibus mandatorum* igitur, heic applicamus in summa sive recapitulatione mandatorum. Non displicet tamen Albaspinæi interpretatio, qui refert ad primum mandatum, cum paullo post Optatus, *Deus cui displicet schisma, hoc libenter videre non potuit: indixerant quodammodo Deo bellum, quasi esset alter Deus, &c.* Utraque interpretatio vera fuerit, si dicamus Optatum ad verba Christi respexisse Matth. xxii. 37. 38. M. Casaub.

3. *Ut sit* cet.] Locus iste perdifficilis quibusdam visus est, & varie a variis vexatus; hujus tamen facilis & plana est sententia, si modo ita interpungatur, ut a nobis factum est, & observatum in ms. S. T. ita ut *prima peccata*, non referantur ad participium *imitantibus*, sed ad sequentia: tunc enim nihil amplius obscuritatis est, in posteriori membro, *ad exemplum prima peccata præsens pœna compressit, secunda judicio reservabit*. Extat iste locus in mss. S. T. & P. S. ut heic jacet, nisi quod post verbum E *imputet*, addita est conjunctio *&* in hunc modum, *imputet & imitantibus*, quod videtur superfluum. At exscriptor codicis S. G. locum non intelligens, depravavit & interpolavit hoc pacto: *Deus in singulis rebus exemplorum posuit formam, ut sit quod imputet imitantibus: prima præcepta ad exemplum ponens, præsens pœna compressit, secunda judicio reservabit*. Dupin.

4. *Confibulent*] In mss. *confabulent*. In editis, *confabulentur*. Aptissime ad sensum, *confibulent*, pro *concinant*, *connectantur*. Apud Columellam *fibulare*, hoc sensu est in usu. Dupin. — Emendatio Dupiniana confirmatur ex Novatiano, qui ejusmodi verbum eadem sententia frequenter usurpat. Lib. *de Trinit.* cap. xxiii. *Oportuit*, inquit, *Verbum carnem fieri, ut in semet ipso concordiam* CONFIBULARET *terrenorum pariter atque cælestium*. Et cap. xxiv. sub finem tradit, *Christum Jesum Dominum — in eadem utriusque substantiæ concordata mutui ad invicem fœderis* CONFIBULATIONE *sociatum*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



rum exemplum infra scriptum est: „ Rogamus te, Constantine optime imperator, quoniam de genere justo es, cujus pater inter ceteros imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia. Nam in Africa inter nos & ceteros episcopos contentiones sunt; petimus, ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua. Datæ a Luciano, Digno, Nasutio, Capitone, Fidentio & ceteris episcopis [1] partis Donati.

XXIII. Quibus lectis, Constantinus pleno livore respondit. In qua responsione & eorum preces prodidit, dum ait: „ Petitis a me in sæculo judicium, cum ego ipse Christi judicium exspectem. „ Et tamen dati sunt judices, Maternus ex Agrippina civitate, Reticius ab Augustoduno civitate, Marinus Arelatensis. Ad urbem Romam ventum est ab his tribus Gallis, & ab aliis quindecim Italis. Convenerunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino quater [2] & Licinio ter consulibus, sexto nonas Octobris die, sexta feria. Cum consedissent Miltiades episcopus urbis Romæ, & Reticius & Maternus & Marinus episcopi Gallicani: & Merocles a Mediolano, Florianus a Sinna, Zoticus a Quintiano, Stennius ab Arimino, Felix a Florentia Tuscorum, Gaudentius a Pisis, Constantius a Faventia, Proterius a Capua, Theophilus a Benevento, Sabinus a Terracina, Secundus a Præneste, Felix a tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Evandrus ab Ursino, Donatianus a Foro Claudii.

XXIV. His decem & novem consedentibus episcopis, caussa Donati & Cæciliani in medium missa est. A singulis in Donatum sunt hæ sententiæ latæ. „ Quod confessus sit rebaptizasse, & episcopis lapsis manum imposuisse; quod ab Ecclesia alienum est. „ Testes inducti a Donato, confessi sunt se non habere quod in Cæcilianum dicerent. Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus: etiam Miltiadis sententia; qua judicium clausum est his verbis: „ Cum constiterit Cæcilianum, ab iis qui cum Donato venerunt, juxta possessionem suam non accusari, nec Donato convictum esse in aliqua parte constiterit: suæ communioni ecclesiasticæ integro statu retinendum merito esse censeo. „

XXV. Sufficit ergo & Donatum tot sententiis esse percussum, & Cæcilianum tanto judicio esse purgatum. Et tamen Donatus appellandum esse [3] ab episcopis credidit. Ad quam appellationem Constantinus imperator sic respondit: [4] „ O rabida furoris audacia! sicut in caussis gentilium fieri solet, [5] appellationem interposuerunt „.

XXVI. Eodem tempore idem Donatus petiit, ut ei reverti licuisset, & nec ad Carthaginem accederet [6]. Tunc a Filumino suffragatore ejus imperatori suggestum est, ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ retineretur: & factum est. Tunc duo episcopi ad Africam missi sunt, Eunomius [7] & Olimpius. Venerunt, & apud Carthaginem fuerunt per dies quadraginta, ut pronuntiarent ubi esset Catholica. Hoc seditiosa pars Donati fieri passa non est: de studio partium strepitus quotidiani sunt habiti: novissima sententia eorumdem episcoporum Eunomii & Olimpii talis legitur; „ ut dicerent illam esse Catholicam, quæ esset in toto orbe terrarum diffusa, & sententiam decem & novem episcoporum jamdudum datam, dissolvi non posse. „ Sic communicaverunt clero Cæciliani, & reversi sunt. De iis rebus habemus volumina actorum: quod si quis voluerit, in novissimis partibus legat. Cum hæc fierent, Donatus ultro prior ad Carthaginem redit. Hoc audito, Cæcilianus ad suam plebem properavit. Hoc modo iterum renovellatæ sunt partes. Constat tamen & Donatum tot sententiis esse percussum, & Cæcilianum innocentem totidem sententiis pronuntiatum.

XXVII. Sed quia in ipsa caussa jamdudum in Catholica duorum videbantur laborare personæ, & or-

1. *Partis Donati*] Legendum *Majorini*; sic enim in relatione Anulini, *Libellus Ecclesiæ Catholicæ criminum Cæciliani traditus a parte Majorini*. Augustinus etiam, quoties de isto libello loquitur, ait eum oblatum a parte Majorini. Sed quia quæ pars primo dicebatur Majorini tempore Optati vocabatur pars Donati, ipse nomen notius substituit in locum antiqui. Porro libellus ille oblatus est initio anni 313. nam relatio Anulini data est Carthagine XVII. Kalend. Majas Constantino Aug. tertium cos. qui consulatus incidit in annum æræ vulgaris 313. Verisimile est, haud paullo ante libellos oblatos. Forte etiam scriptum erat, *ex parte Donati*; quia Donatus a Casis nigris antesignanus eorum jam erat, & præcipuus accusator Cæciliani, ut patet ex actis in concilio Romano. Dupin. — Præiverat Dupinio doctissimus Valesius in dissertatione *de schismate Donatistarum* ad calcem Eusebii, cap. IV. sub finem; ubi ex hoc Optati loco recitans eumdem libellum, rescribit, *partis Majorini*, eamque lectionem pluribus adstruit.

2. *Constantino quater*] Nihil immutavimus in textu, quia sic scriptum in mss. sed Augustinus lib. post collat. c. 33. ait, *Melchiades judicavit Constantino ter & Licinio iterum consulibus sexto Nonas Octobris*: certum est legi debere *Constantino* III. *cos.* nam quartus hujus consulatus incidit in annum 315. post concilium Romanum, & Arelatense. Licinii autem consulatus tertius est, si numeretur consulatus suffectus anni 311. si autem non numeretur secundus; annus certe Christi 313. Dupin.

3. *Ab episcopis*] Hæc desunt in ms. Sangermanensi. In mss. S. T. & P. S. legitur *episcopus*, non, *ab episcopis*. Nihil mutavimus in vulgata lectione, quamquam nullius codicis auctoritate suffulta. Dupin. — Vexatum hunc locum excutit diligenter Valesius in citata dissertatione *de schismate Donatistarum*, sub initium cap. VIII. quem consulas velim.

4. *O rabida furoris audacia!*] Hæc scripta sunt ab imperatore Constantino post synodi Arelatensis judicium; sed quæ ad eam synodum pertinebant, Optatum latuere. Unde & in collatione Carthaginiensi, de Arelatensis judicio nihil dictum est, quod non fuisset prætermissum, si hujus mentionem fecisset Optatus. Dupin.

5. *Appellationem interposuerunt*] Desunt hæc in mss. S. T. & P S. In ms. S. G. legitur, *appellandum esse episcopus credidit*, & cetera. In epistola Constantini ad episcopos Ecclesiæ Catholicæ hæc habentur verba, ut heic referuntur in editis; unde nihil immutandum duximus. Id.

6. *Ut ei reverti licuisset, & nec ad Carthaginem accederet*] Ita in ms. S. G. In mss. S. T. & P. S. legitur, *ut ei revertenti ad Carthaginem contingeret*, quod cum sensu careat, in editis emendatum est, *ut ei reverti ad Carthaginem contingeret*: sed verisimilius est Donatum petiisse tantum, ut sibi in Africam remeare liceret, ea conditione ut Carthaginem non accederet, quod ex sequentibus colligitur: nam post hæc Optatus observat, Donatum post discessum Eunomii & Olimpii, priorem ad Carthaginem rediisse, & hoc audito, Cæcilianum huc etiam properasse. Hinc patet retentum non fuisse Brixiæ Cæcilianum, nisi quia injunctum erat Donato ne Carthaginem accederet. In collatione Carthaginiensi ubi prolatum est istud testimonium, ita lectum est, *ut ei reverti licuisset, & ad Carthaginem accederet*: quæ lectio proxime accedit ad nostram, nisi quod levi errore pro particula *nec*, lectum est *&*; quod Donatistis occasionem præbuit afferendi imperatorem contra Cæcilianum pro Donato judicasse, quippe qui Donatum Carthaginem remisisset & Cæcilianum Brixiæ retinuisset. Id.

7. *Eunomius & Olimpius*] Optati editiones post hæc verba, addunt, *ut remotis duobus unum ordinarent*: sunt etiam in mss. S. T. & P. S. & tamen videntur peregrina: nam Donatus is de quo agitur, non erat episcopus Carthaginis, nec episcopi illi missi sunt ut id facerent, sed tantum ut Cæcilianum confirmarent, & declararent ecclesiam catholicam in ejus parte esse, ut statim subditur. Id.

dinati & ordinatoris: postquam ordinatus in urbe A purgatus est, & purgandus adhuc remanserat ordinator. Tunc Constantinus ad Ælianum proconsulem scripsit, ut remotis necessitatibus publicis, de vita Felicis Autumnitani publice quæreretur. Sedit is [1] cui erat indictum. Inducti sunt Claudius [2] Saturianus, curator reipublicæ, qui fuit tempore persecutionis in civitate Felicis, & curator præsentis tunc temporis quando caussa flagitabatur, Calidius Gratianus, & magistratus Alfius Cæcilianus, sed & Superius stationarius perductus, & Ingentius scriba publicus pependit sub metu imminentium tormentorum. Responsis omnium nihil tale inventum est in [3] vita Felicis episcopi, propter quod ordinare non potuisset. Habetur volumen actorum, in quo B continentur præsentium nomina, qui fuerant in caussa Claudii Saturiani curatoris, & Cæciliani magistratus, & Superii stationarii, & scribæ Ingentii, & Solonis officialis publici ipsius temporis. Post quorum responsa, a supra memorato proconsule hæc pars sententiæ dicta est: „ Felicem autem religiosum episcopum, liberum esse ab exustione instrumentorum manifestum est; cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas tradiderit vel exusserit. Omnium enim interrogatio suprascriptorum manifesta est, nullas scripturas deificas vel inventas vel corruptas vel incensas fuisse. Hoc actis continetur, quod Felix episcopus religiosus, illis temporibus neque C præsens fuerit, neque conscientiam accommodaverit, neque aliquid tale fieri jusserit. „ Unde pulsa atque extersa infamia, cum ingenti laude de illo judicio recessit. Jamdudum opinionis incertæ, & inter caligines quas livor & invidia exhalaverat, latere veritas videbatur. Sed etiam omnis scriptura memorata, & actorum voluminibus & epistolis commemoratis aut lectis revelata est.

XXVIII. Vides, frater Parmeniane, in catholicos traditorum nomine falso objecto, frustra esse inventum, mutans videlicet personas & transferens merita: clausisti oculos, ne parentes tuos reos agnosceres: aperuisti eos, ut innocentes & indignos crimini copulares. Omnia pro tempore, nihil pro veritate: ut & de te dixerit beatissimus Apostolus Paullus: [a] *Quidam autem conversi sunt in vaniloquium volentes se esse legis doctores, non intelligentes quæ dicunt, neque de quibus affirmant.* Paullo ante docuimus vestros parentes fuisse traditores & schismaticos: & tu ipsorum heres, nec schismaticis, nec traditoribus [4] parcere voluisti. Jam igitur documentis supra memoratis, omnia tela quæ falso in alienos jactare voluisti, veritatis clipeo repulsa, in tuos parentes reciproco ictu vertuntur. Omnia igitur quæ a te in traditores & schismaticos dici potuerunt, vestra sunt: nam nostra non sunt, qui & in radice manemus, & in toto orbe terrarum cum omnibus sumus.

a I. Tim, I. 6.

1. *Sedit is cui erat indictum*] Hæc necessaria supplentur ex tribus nostris mss. In ms. S. G. pro *indictum*, habetur, *injunctum*. Dupin.


2. *Claudius*] Valesius in laudata dissertatione *de schismate Donatistarum*, cap. XI. circa medium, monet heic & paullo post legendum *Calidius*. Nam ad hujus distinctionem alter Calidius Gratianus, & ipsemet curator, *junior* vocatur a Constantino in epistola ad Probianum, quæ infra exstat inter *Monumenta vetera* num. XIX.

3. *In vita Felicis episcopi, propter quod ordinare non potuisset*] In editis, *quod vitam Felicis episcopi sordidare potuisset*. Nos restituimus hunc locum, partim ex conjectura, partim auctoritate mss. Omnes enim manuscr. codices quos vidimus, constanter habent *ordinare*, non *sordidare*. In mss. S. T. & P. S. *quod vitam Felicis episcopi ordinare potuisset*. In ms. S. G. *quod vita Felicis episcopi ordinare non potuisset*. Ex his facile est locum restituere ut est a nobis restitutus: agebatur de ordinatione Cæciliani: hanc irritam aiebant Donatistæ ob crimen traditionis admissum a Felice: compertum crimen esse falsum, ac proinde nihil esse in ejus vita propter quod ordinare non potuisset Cæcilianum. Dupin.

4. *Parcere*] Ita restituimus ex ms. S. G. & genuina est lectio, quamquam in mss. S. T. & P. S. habeatur ut in editis *parere*; sed contra mentem Optati, ut ex antecedentibus & sequentibus constat. Id.



Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
368.



SANCTI OPTATI AFRI MILEVITANI EPISCOPI,

DE *SCHISMATE DONATISTARUM*,

ADVERSUS PARMENIANUM.

LIBER II.

I. QUoniam & qui fuerint traditores ostensum A est, & schismatis origo ita monstrata est, ut pæne oculis perspecta videatur; etiam hæresis ab schismate quid distet, ostendimus: illud demonstrare jam proximum est (quod nos promisimus secundo loco esse dicturos) quæ sit una Ecclesia, quam columbam & sponsam Christus appellat. Ergo Ecclesia una est, cujus sanctitas de sacramentis colligitur; non de superbia personarum ponderatur: ergo hanc unam columbam & dilectam sponsam suam Christus appellat. Hæc apud omnes hæreticos & schismaticos esse non potest. Restat ut uno loco sit. Eam tu frater Parmeniane, apud vos solos esse dixisti: nisi forte quia vobis specialem sanctitatem de superbia vindicare contenditis, ut ubi B vultis, ibi sit Ecclesia; & non sit, ubi non vultis. Ergo ut in particula Africæ, in angulo parvæ regionis, apud vos esse possit: apud nos in alia parte Africæ non erit? In Hispaniis, in Gallia, in Italia ubi vos non estis, non erit? Si apud vos tantummodo esse vultis; in tribus Pannoniis, in Dacia, Mœsia, Thracia, Achaia, Macedonia & in tota Græcia, ubi vos non estis, non erit? Ut apud vos esse possit, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Pamphilia, Phrygia, Cilicia, & in tribus Syriis, & in duabus Armeniis, & in tota Ægypto, & in Mesopotamia, ubi vos non estis, non erit? Et per tot innumerabiles insulas & ceteras provincias quæ numerari vix possunt, ubi vos non C estis, non erit? Ubi ergo erit proprietas catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit [1] rationabilis & ubique diffusa? Nam si sic pro voluntate vestra in angustum coarctatis Ecclesiam: si universas subducitis gentes, ubi erit illud, quod Filius Dei meruit? ubi erit quod libenter ei largitus est Pater, in secundo psalmo dicens: [a] *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ?* Ut quid tale infringitis promissum, ut a vobis mittatur quasi in quemdam carcerem latitudo regnorum? quid tantæ pietati obstare contenditis? quid contra Salvatoris merita militatis? Permittite Filium possidere concessa: permittite Patri promissa complere. Cur ponitis metas? cur fi- D gitis limites? Cum a Deo Patre Salvatori tota terra promissa sit, non est quidquam in aliqua parte terrarum, quod a possessione ejus videatur exceptum. Tota est donata terra cum gentibus: totus orbis Christo una possessio est. Hoc probat Deus, qui ait: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Et in LXXI. psalmo de ipso Salvatore sic scriptum est: [b] *Dominabitur a mari usque ad mare, & a fluminibus usque ad terminos orbis terræ.* Pater dum donat, nihil excipit: vos ut concedatis unciam, totam libram auferre conamini. Et adhuc nitimini suadere hominibus, apud vos solos esse Ecclesiam; auferentes meritum Christo, negantes præstitutum a Deo. O vestra ingrata & stulta præsumtio! Christus vos cum ceteris in societatem regni cælestis invitat, & ut coheredes sitis, hortatur: & vos eum in hereditate sibi a Patre concessa fraudare laboratis, dum Africæ partem conceditis, & totum terrarum orbem qui ei a Patre donatus est, denegatis. Quid mendacem videri vultis Spiritum sanctum, qui in XLIX. psalmo, omnipotentis Dei benevolentiam narrat, dum dicit: [c] *Deus deorum Dominus locutus est, & vocavit terram, ab ortu solis usque ad occasum?* Vocata est ergo terra ut caro fieret; & sicut legitur, facta est, & debet laudes creatori suo. Denique commemoratur, Spiritu sancto hortante & dicente in CXII. psalmo, dum dicit: [d] *Laudandum nomen Domini ab ortu solis usque ad occasum:* & iterum in XCV. psalmo: [e] *Cantate Domino canticum novum.* Si hunc versum solum diceret, posset is dicere, quia vos solos hortatus est Spiritus sanctus. Sed ut ostenderet, quia non ad vos solos dictum est; sed ad Ecclesiam quæ ubique est, secutus est dicens: [f] *cantate Domino omnis terra:* [g] *Pronuntiate in gentibus gloriam ipsius, in omnibus populis mirabilia ejus. Pronuntiate*, inquit, *in gentibus:* non dixit in particula Africæ, ubi vos estis: *pronuntiate*, inquit, *in omnibus populis:* qui omnes populos dixit, neminem excepit: & vos solos ab omnibus populis de quibus hoc mandatum est, separatos esse gratulamini: & vultis vos solos esse totum, qui [2] in omni toto non estis. *Laudandum,*

a Psalm. II. 8. *b* Psalm. LXXI. 8. *c* Psalm. XLIX. 1. *d* Psalm. CXII. 3. *e* Psalm. XCV. 1. *f* Ibid. ℣. 1. *g* Ibid. ℣. 3.

1. *Rationabilis & ubique diffusa*] Ludit heic Optatus in duabus etymologiis vocis hujus *catholica*; quarum una est ἀπὸ τοῦ κατὰ λόγον, ab eo quod est *secundum rationem*; altera, ἀπὸ τοῦ κατὰ & ὅλον, *secundum totum*. A prima forte radice Καθολικοὶ, & *rationales* dicti sunt procuratores fisci. Similis est omnino lusus circa nomen catholici in epistola Dionysii Alexandrini ab Eusebio relata lib. 7. hist. cap. 10. in qua loquens de Macriano quodam hoste Christianorum, sic eum ridet: ὃς πρότερον μὲν ἐπ', τῶν καθόλου λόγων λεγόμενος εἶναι βασιλέως, οὐδὲν εὔλογον, οὐδὲ καθολικὸν ἐφρόνησεν: quæ sic reddidit Valesius: *qui initio quidem cum καθολικὸς, id est rationalis imperatoris diceretur, nihil rationi consonum, nihil catholicum sensit aut publicum*. Dupin.

2. *Qui in omni toto non estis*] In ms. S. G. *qui omnino in toto non estis:* melius, *qui in omni toto non estis:* qui non estis pars totius, non estis pars universæ Ecclesiæ. Idem.

inquit, ***nomen Domini*** , *&* ***a tota terra*** , *&* ***ab ortu solis usque ad occasum*** . Numquid pagani extra legales possunt aut cantare Deo, aut laudare nomen Domini, & non sola Ecclesia, quæ in lege est? quam si apud vos tantummodo esse dicitis, fraudatis aures Dei. Si vos soli laudatis, totus tacebit orbis, qui est ab ortu solis usque ad occasum. Clausistis ora omnium Christianarum gentium: indixistis silentium populis universis, Deum per momenta laudare cupientibus. Igitur si & Deus debitas sibi laudes exspectat; & ut sonent, Spiritus sanctus hortatur; & totus orbis quod debet Deo, paratus est reddere, ne fraudetur Deus: etiam vos ipsi laudate cum omnibus; aut quia noluistis esse cum omnibus, conticescite.

II. Ergo probavimus eam esse Ecclesiam catholicam, quæ est in toto terrarum orbe diffusa. Ejus jam commemoranda sunt ornamenta: & videndum ubi sint quinque dotes, quas tu sex esse dixisti: inter quas cathedra est prima, ubi nisi sederit episcopus, conjungi altera dos non potest, qui est [1] angelus: videndum est, quis & ubi prior cathedram sederit. Si ignoras disce: si nosti erubesce: ignorantia tibi adscribi non potest: restat ergo ut noveris. Scientem errare peccatum est; nam ignorantibus nonnumquam solet ignosci. Igitur negare non potes, scire te in urbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus; unde & Cephas appellatus est: in qua una cathedra, unitas ab omnibus servaretur; nec ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent: ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram, alteram collocaret.

III. Ergo cathedram unicam quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus: cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus, [2] Evaristo (*Alexander* , *Alexandro*) Sixtus, Sixto Telesphorus, Telesphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri (*Eleutherius* , *Eleutherio*) Victor, Victori Zephirinus, Zephirino Calixtus, Calixto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontiano Anterus, Antero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Felix, Felici (*Eutychianus* , *Eutychiano Cajus* , *Cajo*) Marcellinus, Marcellino (*Marcellus* , *Marcello*) Eusebius, Eusebio Miltiades, Miltiadi Silvester, Silvestro Marcus, Marco Julius, Julio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, hodie qui noster est socius: cum quo nobiscum totus orbis commercio formatarum, in una communionis societate concordat. Vestræ cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare.

A IV. Sed & habere vos in urbe Roma partem aliquam dicitis: ramus est vestri erroris, protentus de mendacio, non de radice veritatis. Denique si Macrobio dicatur, ubi illic sedeat; numquid potest dicere, in cathedra Petri? quam nescio si vel oculis novit, & ad cujus memoriam non accedit quasi schismaticus, contra Apostolum faciens, qui ait: [3] *Memoriis* [a] *sanctorum communicantes* . Ecce præsentes sunt ibi duorum memoriæ Apostolorum. Dicite si ad has ingredi potuit; aut obtulit illic, ubi sanctorum memorias esse constat. Ergo restat, ut fateatur socius vester Macrobius, se ibi sedere, ubi aliquando sedit Encolpius: si & ipse Encolpius interrogari pos- B set, diceret, se ibi sedere ubi ante sedit Bonifacius Ballitanus: deinde si & ipse interrogari posset, diceret, ubi sedit Victor Garbensis, a vestris jamdudum de Africa ad paucos erraticos missus. Quid est hoc, quod pars vestra in urbe Roma episcopum civem habere non potuit? quid est, quod toti Afri & peregrini, in illa civitate sibi successisse noscuntur? non apparet dolus? non factio, quæ mater est schismatis? Interea Victor Garbensis, ut hinc prior mitteretur, non dico lapis in fontem; quia nec valuit puritatem catholicæ multitudinis perturbare: sed quia quibusdam Afris urbica placuerat commoratio; & hinc a vobis profecti videbantur, ipsi petierunt, ut aliquis hinc qui illos [4] colli- C geret, mitteretur. Missus est igitur Victor: erat ibi filius sine patre, tiro sine principe, discipulus sine magistro; sequens sine antecedente, inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, pastor sine grege, episcopus sine populo. Non enim grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter quadraginta, & quod excurrit, basilicas, locum ubi colligerent, non habebant. Sic speluncam quamdam foris a civitate, cratibus sepserunt, ubi ipso tempore conventiculum habere potuissent: unde Montenses appellati sunt. Igitur, quia Claudianus Luciano, Lucianus Macrobio, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victori successisse videntur: si Victori di- D ceretur, ubi sederit? nec ante se aliquem illic fuisse monstraret, nec cathedram aliquam, nisi pestilentiæ ostenderet. Pestilentia enim morbis extinctos homines ad inferos mittit: qui inferi portas suas habere noscuntur; contra quas portas, claves salutares accepisse legimus Petrum, principem scilicet nostrum; cui a Christo dictum est: [b] ***Tibi dabo claves regni cælorum*** , *&* ***portæ inferorum non vincent eas*** .

V. Unde est ergo, quod claves regni cælorum vobis usurpare contenditis, qui contra cathedram Petri, vestris præsumtionibus & audaciis, sacrilegio militatis? beatitudinem repudiantes, qua lauda-

a Rom. XII. 13. *b* Matth. XVI. 19.


1. *Angelus*] Ita in ms. S. G. In mss. S. Th. & Ph. S. E *angulus* : quamquam in priori littera *g* fit abrasa, legendum *angelus* : nam de eo postea ut de secunda Ecclesiæ dote agitur post cathedram: *igitur de dotibus supradictis cathedra est* (ut diximus) *prima* . . . . *quæ ducit ad se angelum* . DUPIN.

2. *Evaristo*] *Alexander* omittitur in mss. hoc in loco, & postea inseritur in locum *Eleutherii* , sed perperam; quare seriem pontificum restituimus, sed alio charactere eos adjicientes qui in mss. omissi sunt. ID.

3. *Memoriis sanctorum communicantes*] Locus apostoli Paulli ex ep. ad Rom. c. 12. v. 13. ubi habetur *necessitatibus* ; seu *indigentiis* , ταῖς χρείαις, *sanctorum communicantes* . Sed quidam codices habuere ταῖς μνείαις, *memoriis* ; & ita non solus legit Optatus, sed & Hilarius l. in Constantium, Rufinus, Pelagius, Ambrosiaster, Sedulius, Chrysologus homil. 120. & Gregorius III. in epist. ad optimates & populum Germaniæ. Id etiam interpretatur de memoriis seu reliquiis sanctorum, Augustinus serm. de verbis Domini nunc 137. c. ult. *communicatis membris Apostolorum* , *communicatis memoriis sanctorum Martyrum* . Attamen de necessitatibus & indigentiis sanctorum, hoc est, Christianorum, intelligendum esse Apostolum longe verisimilius est. Sed excusandus Optatus, qui communem suo tempore lectionem secutus est. ID.

4. *Qui illos colligeret*] *Colligere* , Græce συνάγειν, vox usitata ad solemnes Christianorum συνάξεις, seu conventus significandos. *Colligere* is dicitur qui præest synaxibus seu conventibus Christianorum. Apud Irenæum l. 3. cont. hæres. c. 3. *Qui præterquam quod oportet colligunt* , sunt illi qui præerant hæreticorum ac schismaticorum conventibus. IDEM.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



ri meruit, [a] *qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit*. (A) In consilio impietatis itum est a majoribus vestris, ut divideretur Ecclesia. Inierunt etiam peccatorum viam, dum Christum partiri conati sunt, cujus Judæi nec vestimenta scindere voluerunt: cum apostolus Paullus clamet, & dicat, [b] *Numquid divisus est Christus?* Et utinam si jam malam viam intraverant, agnito peccato, super se reverterentur, id est emendarent quod erraverant; revocarent quam fugaverant pacem. Hoc erat de via reverti: in via enim ambulatur, non statur. Sed quia parentes vestri reverti noluerunt, ipsos constat in via peccatorum stetisse. Quorum gressus impulerat furor, retentos ligavit pigra dis- (B) cordia: & ne regredi ad meliora potuissent, ipsi sibi schismatis compedes posuerunt, ut in errore suo pertinaciter starent, ne ad pacem quam deseruerant, reverti potuissent. Nec audierunt Spiritum sanctum, dicentem in psalmo XXXIII. [c] *Diverte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam*: sed steterunt in via peccatorum suorum. Sederunt etiam in cathedra pestilentiæ, quæ (ut supra diximus) seductos mittit ad mortem. Sed & dum vos parentum errorem colentes, studiose defenditis, heredes sceleris esse voluistis, cum filii pacis vel sero esse possetis. Cum in Ezechiele propheta scriptum sit: [d] *Extolle vocem tuam super filium peccatoris, ne vestigia patris sui sequatur; (C) quoniam anima patris mea est, & anima filii mea est. Anima quæ peccat, sola punietur*: si displiceret vobis quod parentes vestri peccaverunt, de admissu suo soli redderent rationem: hoc modo vel vos beati esse possetis, & laudem de ore prophetæ percipere, qui ait in psalmo I. [e] *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit; sed in lege Domini voluntas ejus*. Quid est aliud in lege habere voluntatem, nisi divina præcepta & religiose discere, & cum timore complere? in qua lege scriptum est, (in Evangelio:) [f] *Pax hominibus in terra bonæ voluntatis*: & alio loco (in Esaia propheta): [g] *Ponam fundamenta pacis in Sion*: (D) & alio loco (in psalmo LXXXIV.) [h] *Videamus quid loquatur Dominus: quoniam loquetur pacem in plebem suam*: & alio loco (in psalmo LXXV.) [i] *Venit filius Dei, & factus est in pace locus ejus*: & alio loco, (in psalmo LXXI.) [k] *Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam*: & in Evangelio, [l] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*: & Paullus ait: [m] *Qui pacem serit, pacem & metet*: & in omnibus epistolis suis, [1] *Pax in vobis abundet*: & in psalmo XXXIII. [n] *Quære pacem, & consequeris eam*. Fugata recesserat pax a patribus vestris: vos eam, sicuti a Deo mandatum est, quærere deberetis, quam nec ultro voluistis quærere, nec oblatam libenter accipere. Quis enim in tot provinciis quibus nati estis, audivit? (E) & si aliquis audivit, quis non vestrum miretur errorem? quis non vestrum facinus damnet? Igitur cum manifestum sit & ipsa luce sit clarius, nos cum tot innumerabilibus populis esse, & tot provincias nobiscum; jam videtis vos in parte unius regionis positos & ab Ecclesia vestris erroribus esse separatos, frustra vobis solis hoc nomen Ecclesiæ cum suis dotibus vindicare, quæ magis apud nos sunt, quam apud vos: quas constat ita sibi connexas & individuas esse, ut intelligatur unam ab altera separari non posse. Etenim numerantur in nomine, sed uno intellectu suo junguntur in corpore: ut in manu digiti, quos intervallis singulos videmus esse distinctos. Unde, qui tenet unum, totos teneat necesse est, cum unusquisque a paribus separari non possit. Adde quod non unam solam, sed omnes proprie possidemus.

VI. Igitur de dotibus supradictis cathedra est (ut diximus) prima, quam probavimus per Petrum nostram esse, [2] quæ ducit ad se angelum. Nisi forte eum vobis vindicantes, habetis in loculis clausum. Mittite illum si potestis; excludat septem angelos qui sunt apud socios nostros in Asia, ad quorum ecclesias scribit Joannes apostolus [o]; cum quibus ecclesiis nullum communionis probamini habere consortium. Unde vobis angelum, qui apud vos possit fontem movere, aut inter ceteras dotes Ecclesiæ numerari? Extra septem ecclesias, quidquid foris est, alienum est: aut si inde habetis aliquem unum, per unum communicatis & ceteris angelis, & per angelos supra memoratis ecclesiis, & per ipsas ecclesias nobis. Si ita est, litigium perdidistis.

VII. Ecce jam apud vos dotes esse non possunt: non enim Spiritum Dei soli vobis vindicare potestis, aut includere, quod intelligitur & non videtur. Sic enim in Evangelio scriptum est: [p] *Nam Spiritus Deus est; & ubi vult adspirat, & vocem ejus audis, & nescis unde veniat & quo eat*. Permittite Deum unde velit ire, & quo velit accedere habeat libertatem: qui audiri potest & videri non potest. Et tamen studio criminandi libenter blasphemare voluisti, ut diceres: „ Nam in illa Ecclesia quis spiritus esse potest, nisi pariat filios gehennæ? „ Vomuisti de pectore tuo convicium, & putasti adjungendum esse de Evangelio testimonium, ubi lectum est: [q] *Væ vobis hypocritæ, qui circuitis maria & terras, ut faciatis unum proselytum; & cum inveneritis, facitis eum filium gehennæ dupliciter, quam vos estis*. Si hoc convicium faciendum erat, quod non licet: quamvis sine caussa fiat, utinam aliquis ex vestro numero hoc dixisset: & tamen te hoc dixisse satis admiror, id falso in alterum dicere; ex quo, si ordinationem tuam consideres, possis & erubescere. Commemorasti enim lectum esse in Evangelio, *Væ vobis hypocritæ, qui circuitis maria & terras, ut faciatis unum proselytum*: hoc est, ut mutetis alicujus sectam. Tu quidem cujus sectæ fueris nescio: tamen importune a te hoc dictum est: æstimo quod te jam forte hujus dicti pœniteat. Numquid nos aliquas peragravimus terras? numquid nos aliqua circumivimus maria? numquid nos ad peregrinos accessimus portus? numquid nos aliquem adduximus Hispanum & Gallum? aut nos ordinavimus ignorantibus peregrinum?

a Psalm. I. 1. *b* I. Cor. I. 13. *c* Psalm. XXXIII. 15. *d* Ezech. XVIII. 3. & 20. *e* Psalm. I. 1. *f* Luc. II. 14. *g* Isa. LX. 17. *h* Psalm. LXXXIV. 9. *i* Psalm. LXXV. 3. *k* Psalm. LXXI. 3. *l* Joan. XIV. 27. *m* II. Cor. IX. 6. *n* Psalm. XXXIII. 15. *o* Apoc. I. 4. *p* Joan. III. 8. *q* Matth. XXIII. 15.

1. *Pax in vobis abundet*] In mss. S. T. Ph. S. & in editis additur, *in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. DUPIN.

2. *Quæ ducit ad se angelum*] Per *angelum* nihil aliud intelligunt quam episcopum, legitimam habentem potestatem regendæ Ecclesiæ. Non habebant hujusmodi *angelum* Donatistæ, quandoquidem eorum episcopi non agnoscebantur tales, & ab aliarum ecclesiarum episcopis pro episcopis non habebantur. ID.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



VIII. Nam & fontem constat unam esse de dotibus, unde hæretici non possunt vel ipsi bibere, vel alios potare; quia soli, sigillum integrum (id est symbolum catholicum) non habentes, ad fontem verum aperire non possunt. Nam cum in Canticis Canticorum scriptum sit: [a] *Umbilicus tuus, ut crater tornatilis*: umbilicum altare affirmare conatus es. Si umbilicus membrum est in corpore, inter dotes esse non potest quod membrum est. Si ornamentum est, pars corporis non est.

IX. Restat jam ut dotes quinque esse videantur: quæ dotes, cum sint Ecclesiæ catholicæ quæ est in tot provinciis supra memoratis, etiam apud nos heic in Africa deesse non possunt. Intelligite vel sero, vos esse filios impios, vos esse ramos fractos ab arbore, vos esse abscissos palmites a vite, vos rivum concisum a fonte. Non enim potest esse origo rivus, qui parvus est, & non de se nascitur: aut arbor ramus concisus, cum arbor fundata suis radicibus gaudeat, & ramus si fuerit exsectus arescat. Jam ne vides, frater Parmeniane, jam ne sentis, jam ne intelligis, te argumentis tuis contra te militasse? cum probatum est nos esse in Ecclesia sancta catholica, apud quos & symbolum Trinitatis est: & per cathedram Petri quæ nostra est, per ipsam & ceteras dotes apud nos esse. Etiam sacerdotium, quod in nobis annullare visus es: in excusatione erroris & livoris vestri, dum post nos rebaptizatis, & post socios vestros in peccato detectos, hoc non facitis. Dixisti enim, quod si sacerdos in peccato sit, solæ possint dotes operari. Igitur, quia docuimus & quid sit hæresis, & quid sit schisma, & quid sit sancta Ecclesia: & hujus sanctæ Ecclesiæ est constituta persona, & hanc esse catholicam, quæ sit in toto orbe terrarum diffusa: cujus membra & nos inter alios sumus: cujus dotes apud illam ubique sunt. Deinde in primo libro probavimus, ad nos non pertinere traditionis invidiam, & hoc crimen etiam a nobis esse damnatum.

X. Jam illud mihi volo respondeas, cur de solis Ecclesiæ dotibus loqui voluisti, & de sanctis ejus membris ac visceribus tacuisti: quæ sunt procul dubio [1] in sacramentis & in nominibus Trinitatis. Cui concurrit fides credentium, & professio quæ apud acta conficitur angelorum, ubi miscentur cælestia & spiritalia semina, ut sancto germine nova possit renascentium indoles procreari: ut dum Trinitas cum fide concordat, qui natus fuerat sæculo, renascatur spiritaliter Deo. Sic fit hominum pater Deus; sancta sic fit mater Ecclesia. Hæc omnia intelligo a te ideo non esse nominata, ne in iis omnibus ratio baptismatis agnosceretur: ubi nihil sibi operarius qui homo est, vindicet; quod vos facitis. Ideoque ad solas dotes te conferre voluisti, quas velut manu apprehensas aut arca conclusas, Catholicis denegans, vobis solis eas frustra vindicare conatus es. Cum agatur de regeneratione, cum agatur de homine innovando, nulla a te credentium fides, nulla professio nominata est: dum vis de solis dotibus loqui, hæc omnia sine quibus spiritalis illa nativitas reparari non potest, in silentio remisisti: & cum dotes ad sponsam, non sponsa ad dotes pertineat; sic ordinasti dotes, quasi ipsæ videantur generare, non viscera, quæ intelliguntur plus posita in sacramentis, quam in ornamentis.

XI. Nec illud prætereo, quod ore tuo & sensu nostro Ecclesiam paradisum esse dixisti: quæ res sine dubio vera est: in quo horto Deus plantat arbusculas. Et tamen Deo divitias suas denegastis, cujus hortum in angustias cogitis, dum vobis solis immerito omnia vindicatis. Utique plantationes Dei, sunt diversa semina per diversa præcepta. Justi, continentes, misericordes & virgines, spiritalia sunt semina: harum rerum arbusculas in paradiso Deus plantat. Concedite Deo, ut hortus ejus sit longe lateque diffusus. Quid illi negatis orientis & septemtrionis, etiam occidentis provinciarum omnium, & innumerabilium insularum populos Christianos? contra quos vos soli pauci, rebelles estis, & cum quibus nullum communionis consortium possidetis.

XII. Jam & mendacium vestrum hoc loco juste damnari potest, quo quotidie a vobis sacrificia conduntur. Nam quis dubitet, vos illud legitimum in sacramentorum mysterio præterire non posse? Offerre vos Deo dicitis pro Ecclesia quæ una est: hoc ipsum mendacii pars est, unam te vocare, de qua feceris duas: & offerre Deo vos dicitis pro una Ecclesia, quæ sit in toto terrarum orbe diffusa. Quid si unicuique vestrum dicat Deus: quid offers pro tota, qui non es in tota? Si nos vobis displicemus, quid vobis fecit Antiochia civitas? quid Arabia provincia? Unde probamus venientes a vobis esse rebaptizatos.

XIII. In uno tibi solo, Parmeniane frater, ingrati esse non possumus; quod Ecclesiam nostram, id est, catholicam, quæ continetur toto orbe terrarum, quamvis ab ea sis alienus, laudare voluisti, in numerando dotes; in quarum numero satis errasti, & in dicendo, quia ipsa est hortus conclusus, & fons signatus, & unica sponsa. Hoc nos de nostro dicimus; nam tu de alieno locutus es. Quidquid de laudibus Ecclesiæ dicere potuisti, nos priores eadem loquimur. Traditores vobiscum & ipsi damnamus, eos videlicet quos, si meministi, in primo libro demonstravimus. Et cum sit nobis cum universo terrarum orbe communio, ex universis provinciis nobiscum: sic jamdudum duas ecclesias comparare voluisti, quasi sola habeat Africa populos Christianos, in qua vitio vestro duæ videntur partes effectæ: & dum immemor factus es Christi dicentis, unam esse sponsam suam; tu in Africa non dixisti duas esse partes, sed duas ecclesias. Certe una est, quæ ex voce Christi meruit indicari, qui ait: [b] *Una est columba mea, una est sponsa mea.*

XIV. Et tu hujus vocis oblitus, ad invidiam catholicis faciendam, his locutus es verbis: „ Neque enim Ecclesia illa dici potest quæ cruentis morsibus pascitur, & sanctorum sanguine & carnibus opimatur. „ Certa membra sua habet Ecclesia, episcopos, presbyteros, diaconos, ministros & turbam fidelium: dicite cui generi hominum in Ecclesia nostra hoc possit adscribi, quod objicere voluisti? specialiter nomina aliquem ministrum; ostende aliquem diaconum nomine suo; indica hoc ab aliquo factum esse presbytero; proba hoc episcopos admisisse; doce aliquem nostrum cuiquam insidiatum esse. Quis nostrum quemquam persecutus est? quem a nobis persecutum esse aut dicere poteris aut probare? Quia tibi unitas displicet: hoc

a Cant. VII. 2. b Cant. VI. 8.

1. *In sacramentis & in nominibus Trinitatis*] In sacramento baptismi, quod ad Trinitatis invocationem confertur. Dupin.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

si crimen putas, argue nos Thessalonicensibus, Corinthiis, Galatis, septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, communicasse. Si nefas tibi videtur, aut si reatum putas, memoriis Apostolorum & sanctorum omnium communicasse: hoc nos fecisse, non solum non negamus, sed etiam gloriamur.

XV. Sed ut ostendam, partem vestram (ut dixi) cruentis morsibus pastam, Christianorum sanguine & carnibus opimatam, a principio suo vester jam rabidus commemorandus est furor, jam vestra retexenda impietas, jam stultitia demonstranda. In quo prius est ostendere, erubescendam lætitiam vestram, & gaudia criminosa, [1] quod vobis pristini erroris libertatem factam esse contigerit. Recensete tempora, discutite rationes rerum, dissimilia vota & personas diversas attendite. Redeat in memoriam Constantinus imperator Christianus: quem famulatum exhibuerit Deo, quæ habuerit vota, ut remotis schismatibus, intermortua omni dissensione, sub toto cælo filios suos gaudens in uno videret sancta mater Ecclesia. Reddiderat unam communionem, maritis uxores, parentibus filios, fratribus fratres. Quibus rebus Deus se lætari testatur, dum dicit in psalmo CXXXII. [a] *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum!* Etenim cum Africanos populos & orientales & ceteros transmarinos pax una conjungeret, & ipsa unitas repræsentatis omnibus membris corpus Ecclesiæ coagularet: dolebat hoc diabolus, qui semper de fratrum pace torquetur. Illo tempore sub imperatore Christiano, desertus in idolis tamquam inclusus jacebat in templis. Hoc eodem tempore duces & principes vestros merita relegaverant sua. In Ecclesia nulla fuerant schismata, nec paganis licebat exercere sacrilegia: pax Deo placita apud omnes Christianos populos habitabat: diabolus mærebat in templis; vos in regionibus alienis.

XVI. Deinde ut nobis notum est, secutus alius imperator, vobiscum vota sinistra concipiens, ex famulo Dei factus est minister inimici, apostatam se edictis suis testatus est: quem precibus rogastis, ut reverti possetis: quas preces, si vos negatis misisse, nos legimus. Nec difficultatem præbuit, quem rogastis; ire præcepit pro voto suo, quos intellexerat ad disturbandam pacem cum furore esse venturos. Erubescite si ullus est pudor: eadem voce vobis libertas est reddita, qua voce idolorum patefieri jussa sunt templa.

XVII. Eisdem pæne momentis vester furor in Africam revertitur, quibus diabolus de suis carceribus relaxatur. Et non erubescitis, qui uno tempore cum inimico communia gaudia possidetis! Venistis rabidi, venistis irati, membra laniantes Ecclesiæ: subtiles in seductionibus, in cædibus immanes, filios pacis ad bella provocantes. De sedibus suis multos fecistis extorres, cum conducta manu venientes, basilicas invasistis: multi ex numero vestro per loca plurima (quæ sub nominibus dicere longum est) cruentas operati sunt cædes, & tam atroces, ut de talibus factis ab illius [2] temporis judicibus relatio mitteretur. Sed intervenit & occurrit judicium Dei; ut ille qui vos jamdudum redire jusserat, imperator profanus & sacrilegus moreretur, qui persecutionem vobis provocantibus jam miserat, aut mittere disponebat.

XVIII. Operata est apud loca supradicta in catholicos trucidatio: memoramini per loca singula, qui fuerint vestri discursus. Nonne de numero vestro fuerunt Felix [3] Zabensis, & Januarius [4] Flumenpiscensis, & ceteri qui tota celeritate concurrerunt ad castellum Lemellense: ubi cum contra importunitatem suam viderent basilicam clausam, præsentes jusserunt comites suos, ut ascenderent culmina, nudarent tecta, jactarent tegulas: imperia eorum sine mora completa sunt; & cum altare defenderent diaconi catholici, tegulis plurimi cruentati sunt, duo occisi sunt, Primus filius Januarii, & Donatus filius Nini, urgentibus & præsentibus coepiscopis vestris supra memoratis: ut sine dubio de vobis dictum sit, [b] *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*. De qua re Primosus episcopus catholicus loci supra memorati, in concilio vestro apud [5] Thevestinam civitatem questus est, & querelas ejus dissimulanter audistis. Ecce a vobis factum est quod dixisti: „ Ecclesiam non esse, quæ cruentis morsibus pascitur; & aliud sunt milites missi, aliud episcopi ordinati. „ Quod contra nos invidiose loquimini, ab aliis factum est, non a nobis: quod dicitis non debuisse fieri, vos fecistis. Commemorasti & beatissimum apostolum Paullum dixisse, [c] *sine ruga & sine sorde Ecclesiam esse debere*. Episcopis vestris jubentibus & præsentibus, supra altare catholici diaconi occisi sunt; similiter & apud Carpos. Non tibi videntur inexpiabiles sordes? In Mauritaniæ civitatibus, vobis intrantibus, quassatio populi facta est: mortui sunt in uteris matrum, qui fuerant nasciturі. Non tibi videtur ruga, quæ non possit ullis satisfactionibus tendi aut explanari? Quid tale a nobis admissum est? Nos exspectamus vindicem Deum. Et invidiam facitis Macario, qui si aspere aliquid fecit pro unitate, leve esse videri poterit: dum vos pro dissensione tanta mala, acerba, cruenta & hostilia feceritis. Quid commemorem Tipasam Cæsariensis Mauritaniæ civitatem? ad quam de Numidia Urbanus Formensis, & Felix Idicrensis, duæ faculæ incensæ livoribus, cucurrerunt: quie-

a Psalm. CXXXII. 1. *b* Psalm. XIII. 3. *c* Ephes. V. 27.

1. *Quod vobis pristini erroris libertatem factam esse contigerit*] Hic locus partim ex conjectura, partim auctoritate mss. emendatus est. In mss. S. T. & P. S. sic legitur: *quod vobis ad pristini erroris libertatem factam esse constitit*. In ms. S. G. *quod vobis ad pristini erroris libertatem rediisse contigerit*. Mens auctoris est: ostendere primum oportet quanta lætitia, quam malignis gaudiis affecti fueritis, eo quod Julianus imperator vobis libertatem reddiderit, quam Constantinus abstulerat. Dupin.


2. *Ab illius*] Ita legendum, ut habetur in ms. S. G. non *judicibus*, ut in mss. S. T. P. S. & in editis: nam relatio mittitur a judicibus ad imperatorem, non ad judices. Id.

3. *Zabensis*] Ita ms. Sangerm. In aliis, *Diabensis*. In notitia Africæ est episcopus *Zabensis* in Numidia: & hujus etiam nominis Numidiæ episcopus in collat. Carthag. Sed alia est *Zabe* in Sitifensi, cujus hic Felix erat episcopus, ut docet vicinia Lemellensis castelli. Id.

4. *Flumenpiscensis*] Ita legendum ut in mss. Sangerm. & S. T. non *flumen Piscensis*, aut *flamen Pistensis*, ut in editis. In collat. Carth. inter episcopos Donatistas recensetur Victor episcopus *Flumenpiscensis*. Est ejusdem nominis episcopus in notitia Mauritaniæ Sitifensis. Id.

5. *Thevestinam*] In mss. *Thenestinam*. Sed legendum *Thevestinam*. *Theveste* enim dicitur a Ptolem. lib. IV. cap. III. Urbs erat Numidiæ, sex dierum itinere a Carthagine distans. Concilio Carth. sub Cypriano adfuit *Lucius a Thebeste*. Concilio Carth. sub Grato *Romulus Thebestensis*. Carthag. coll. cap. 121. *Urbicus episcopus catholicus Thebestinus* cum Perseverantio ejus adversario, qui Cabarsussitano jam antea subscripserat. Crispinæ martyris *e colonia Thebestina* habemus acta. Id.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



torum & in pace positorum animos perturbantes: nonnullorum officialium & favore & furore juvante, & Athenio præside præsente cum signis, catholica frequentia exturbata & cruentata, de sedibus suis expulsa est: lacerati sunt viri, tractæ sunt matronæ, infantes necati sunt, abacti sunt partus. Ecce vestra Ecclesia, episcopis ducibus, cruentis morsibus pasta est. Post hoc etiam illud addidisti: „ Quantum vult consumat edacitas vulturum, tamen major est numerus columbarum. „ Ubi est quod vulgo dicitur, memoriam custodem habere oportet mendacem? Oblitus es, quod paullo ante dixisti, „ Ecclesiam unam columbam Christi in Canticis canticorum. „ Si una est apud vos Ecclesia, una est columba: quid est quod dicere voluisti, numerus major est columbarum?

XIX. Et quod vobis leve videtur, facinus immane commissum est, ut omnia sacrosancta supra memorati vestri episcopi violarent. Jusserunt Eucharistiam canibus fundi; non sine signo divini judicii: nam iidem canes accensi rabie, ipsos dominos suos, quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tamquam ignotos & inimicos laniaverunt. Ampullam quoque chrismatis per fenestram, ut frangerent, jactaverunt; & cum casum adjuvaret abjectio, non defuit manus angelica, quæ ampullam spiritali subvectione deduceret: projecta casum sentire non potuit; Deo muniente, illæsa inter saxa consedit. Et possent ista non fieri, si mandata Christi in memoria haberetis, qui ait: [a] *Ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis, & conversi elidant vos*. Quid tale ab operariis unitatis fieri potuit? Unde nobis catholicis vanam invidiam facere laboratis. Inde revertentes Urbanus Formensis & Felix Idicrensis, invenerunt matres, quas de castimonialibus fecerant mulieres. Ecce quales, frater Parmeniane, episcopos [1] celas: & cum pro tuis erubescere debueras, catholicos innocentes accusas. Interea supra memoratus Felix inter crimina sua & facinora nefanda, ab eo comprehensa puella cui mitram ipse imposuerat, a qua paullo ante pater vocabatur, nefarie incestare minime dubitavit. Et quasi de peccato sanctior fieret, [2] Tysedim velociter properavit. Sic Donatum annorum septuaginta episcopum, hominem innocentem spoliare ausus est episcopali nomine & officio & honore. Venit schismaticus ad episcopum catholicum, ad innocentem reus, ad Dei sacerdotem sacrilegus, incestus ad castum, ad episcopum jam non episcopus; sed de placito & de conjuratione vestra securus, vestris legibus & decretis armatus: manus quas paullo ante peccata gravaverant, capiti innocentis injecit: & de illa lingua ausus est ferre sententiam, quæ jam nec ad pœnitentiam agendam vel idonea videbatur. Ecce quales, frater Parmeniane, defendis: ecce pro qualibus jamdudum dotes operari dixisti.

XX. Etiam vos ipsi, qui sancti & innocentes videri ab hominibus vultis, dicite, unde est ista sanctitas, quam vobis licentius usurpatis? quam

A Joannes apostolus profiteri non audet, qui ait: [b] *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est*. Hoc qui dixit, sapienter se ad Dei gratiam reservavit. Est enim Christiani hominis, quod bonum est, velle; [3] & in eo quod bene voluerit, currere: sed homini non est datum, perficere: ut post spatia quæ debet homo implere, restet aliquid Deo, ubi deficienti succurrat: quia ipse solus est perfectio, & perfectus solus Dei Filius Christus. Ceteri omnes semi-perfecti sumus. Quia nostrum est velle, nostrum est currere; Dei, perficere. Unde beatissimus apostolus Paullus ait: [c] *Neque volentis neque currentis, sed ad Dei gratiam pertinentis*. Nam & a Chri-
B sto salvatore nostro perfecta sanctitas non est data, sed promissa. Denique sic ait: [d] *Sancti eritis, quia ego sanctus sum*. Solus est ergo perfectus & sanctus. Denique non dixit, *sancti estis*, sed, *sancti eritis*, dixit. Unde est ergo, quod vobis perfectam sanctitatem de superbia vindicatis? nisi ut appareat, *quia vos ipsos decipitis, & veritas in vobis non est*. In Joannis schola esse noluistis. Cum enim seducitis aliquos, promittitis vos indulgentiam peccatorum esse daturos: & cum vultis donare peccata, vestram profitemini innocentiam: & remissionem peccatorum sic datis, quasi nullum habeatis ipsi peccatum. Non est ista præsumtio, sed deceptio: nec veritas, sed mendacium. Etenim inter vicina
C momenta, dum manus imponitis & delicta donatis, mox ad altare conversi, dominicam orationem prætermittere non potestis. Et utique dicitis: [e] *Pater noster qui es in cælis, dimitte nobis debita & peccata nostra*. Quid vocaris, dum peccata confiteris tua? si sanctus es, dum dimittis aliena? hoc modo & vos ipsos decipitis, & veritas in vobis non est. Sed ut apparet, hoc vobis dictat nutrix vestra superbia, quam Christus in Evangelio testificatur: quia etsi nomina vestra non dixit, per similitudinem tamen vestros mores ostendit; sic enim scriptum est: [f] *Dicebat Jesus hanc similitudinem, propter eos qui se sanctos putant, & contemnunt ceteros*. Hoc de vobis dictum esse, ipsa res evi-
D denter ostendit; dum vos quasi sanctos extollitis, & nos manifeste aperteque contemnitis: [g] *Duo*, inquit, *ascenderunt in templum adorare, unus Pharisæus, & unus Publicanus*. Pharisæus tumidus, superbus, inflatus, talis, quales & vos videmus: non humiliato corpore, non inclinata cervice; sed erecta facie, & tumenti pectore: [h] *Gratias tibi Deus, quia nihil peccavi*; hoc est dicere Deo, non habeo quod ignoscas. Hoc insanus furor, hoc punienda & damnanda superbia. Deus paratus est ignoscere, & reus festinat indulgentiam recusare. Publicanus humilis, hominem se esse cognoscens, sic rogavit, dicens: [i] *Propitius esto, Domine, mihi peccatori*. Sic justificari meruit humilitas: sic super-
E bia in Pharisæo, magistro vestro, de templo damnata descendit. Meliora inventa sunt peccata cum humilitate, quam innocentia cum superbia. Deinde cum vobis traditionis & schismatis gravia peccata non desint, insuper & superbos vos esse gratulamini.

XXI. Nunc quoniam erubescenda gaudia vestra

[a] Matth. VII. 6. [b] I. Joan. I. 8. [c] Rom. IX. 16. [d] Levit. XI. 45. [e] Matth. VI. 9. 12. [f] Luc. XVIII. 9. [g] Ibid. ℣. 10. [h] Ibid. ℣. 11. [i] Ibid. ℣. 14.

1. *Celas*] Forte *zelas*.
2. *Tysedim*] Ita in ms. S. G. In mss. S. T. & P. S. *sedi*, corrupte in editis inde. *Tysedis*, locus erat cujus episcopus Donatus. In collatione Carthaginiensi est episcopus *Tisedimensis* in Numidia, & *Tisidii* meminit Sallustius in libro de bello Jugurthino cap. 62. In notitia episcoporum Africæ, *Tididitanus* aut *Tiditanus*; & in Leonis notitia *Tisisis*. Dupin.
3. *In eo*] Ita in ms. S. G. In mss. S. T. & P. S. nec non in editis, *in Deo*; sed contra mentem auctoris, qui statim ait, *nostrum est velle, nostrum est currere; Dei perficere*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

probavimus, & furor vester tot locis ostensus est: A restat de profunda impietate vestra aliquid dicere. Nam omnia quæ a vobis fiunt aut facta sunt, quis poterit explicare? sic cuncta malignitate quadam ordinasse vos constat, ut in una specie operis vestri, species alias impleretis: ut dum presbyter aut episcopus dejicitur, sic populus caperetur. Quomodo posset turba hominum stare, quæ rectorem suum a vobis elisum esse conspiceret? Non aliter, quam quocumque casu, pastore occiso, lupi grassantur. Exorcizastis fideles, & lavistis sine caussa parietes: ut hoc nequitiæ genere subrueretis simplicissimorum hominum mentes. Talibus consiliis vestris, nonnullorum animi jugulati sunt; & sub nube simplicitatis, obcæcato astutiæ lumine, ut miseros sterneretis, B sagittas de pharetra pectoris vestri seductionibus præmisistis: ut de vobis Spiritus sanctus per David prophetam in psalmo prædixerit: [a] *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: paraverunt sagittas in pharetra sua, ad sagittandos obscura luna rectos corde.* Quid a vobis minus factum est vestris consiliis? fauciati sunt innocentes, exarmati fideles; honore nominis sui spoliati sunt sacerdotes. O impietas inaudita, quem jugulaveris inter pœnitentiæ tormenta servare! in comparatione operis vestri, latronum levior videtur immanitas. Vos vivum facitis homicidium: latro jugulatis dat de morte compendium: paupertate sensus sui circumventi sunt, quos decipere potuistis. Perfecti enim fuerant C illi, opere scilicet Dei, qui in ejus nomine fuerant ordinati. Et vos contra opus Dei hostiliter militantes, divinum opus malitiæ vectibus destruentes. Apparet ergo de vobis dictum esse in x. psalmo: [b] *Quoniam quæ tu perfecisti, ipsi destruxerunt.* Fecit vos superbos impietas vestra: sed accusat vos prospiciens de cælo justitia: & iniqua vos gerentes error hominum laudat, ut de vobis in IX. psalmo dixerit Spiritus sanctus: [c] *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua egerit, benedicetur.* Quid iniquius, quam exorcizare Spiritum sanctum; altaria frangere; Eucharistiam animalibus projicere? & ut in errorem vos vester D populus mittat, laudando felices appellant, & bene nominant, & per vos jurant, & personas vestras jam pro Deo habere noscuntur.

XXII. Solet Deus ad probandam fidem in juratione ab hominibus nominari: sed cum per vos juratur, jam apud vestros de Deo & Christo silentium est. Si ad vos divina migravit de cælo religio, quia per vos juratur, nemo vestrum aut vestrorum langueat: nolite mori: imperate nubibus, pluite si potestis; ut per vos plenius juretur, & de Deo sileatur. Nam & prioribus sæculis, ut templa fabricarentur & idola fierent, quid a vestro populo diabolus potuit amplius facere? nihil aliud, nisi ut de Deo taceretur, dum per errorem homi- E nes de solo diabolo loquebantur.

XXIII. O sacrilegium impietati [1] commissum! dum homines per vos jurantes libenter auditis, & vocem Dei auribus non admittitis vestris, qui in CIV. psalmo sic ait: [d] *Ne tetigeritis unctos meos; neque in prophetas meos manum miseritis.* Unctos autem esse & reges & sacerdotes, & libri regnorum indicant, & David in psalmo CXXXII. sic ait: [e] *Sicut ungnentum in capite quod descendit in barbam Aaron.* Et tamen vos contra iisdem viribus conati estis præcepta contemnere, quibus, qui Deum timent, mandata conantur implere. Docete ubi vobis mandatum est, radere capita sacerdotum; cum e contrario sint tot exempla proposita, fieri non debere. Saul antequam peccaret, ungi meruit: post unctionem non leviter offendit. Hoc Deus cum videret, propter oleum non tangendum, volens exempla proponere, pœnitentiam professus est; sic enim legitur dixisse Dominum: [f] *Pœnitet me unxisse Saul in regem*; & utique potuit Deus oleum quod dederat auferre. Sed cum voluit docere, non debere contingi oleum etiam in peccatore: ipse qui dederat, pœnitentiam gessit. Igitur Deus, si, ut te doceret, quod dedit auferre non potuit, per quod noluit; tu quis es, ut auferas quod non dedisti? & qui parare debebas aures ad audiendum, parasti novaculam ad delinquendum: & cum possetis esse filii Dei, filii hominum esse voluistis; & ad infigendum morsum honoribus alienis, dentes vestros in sagittas & arma vertistis; linguas acuistis in gladios: implestis quod de vobis in psalmo LVI. scriptum est: [g] *Filii hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.*

XXIV. Ergo linguas vestras acuistis in gladios, quas movistis in mortes, non corporum, sed honorum: jugulastis non membra, sed nomina. Quid prodest, quia vivunt homines, & honore a vobis occisi sunt? valent quidem membris, sed ereptæ portant funera dignitatis. Extendistis enim manum, & super omne caput mortifera velamina prætendistis: ut cum sint (sicut supra dixi) quatuor genera capitum in Ecclesia, episcoporum, presbyterorum, diaconorum & fidelium: nec uni parcere voluistis: evertistis animas hominum. Hos actus vestros odit Deus in Ezechiele propheta, cum dicit: [h] *Væ facientibus velamen*, hoc est, imponentibus manum [2] *super omnem ætatem ad evertendas animas.* Invenistis pueros; de pœnitentia fauciastis, ne aliqui ordinari potuissent: agnoscite vos animas evertisse. Invenistis fideles antiquos; fecistis pœnitentes: agnoscite vos animas evertisse. Invenistis diaconos, presbyteros, episcopos; fecistis laicos: agnoscite vos animas evertisse.

XXV. Socius & comes vester jamdudum fuerat, cui nunc manus inferre conatus es: pariter currebatis: fac illum peccasse (cum peccatum non esse constet); jacebat ut æstimas: si Apostolum legisti, tu vide cui stes, & ille cui jaceat: si servus es, Dominum recognosce, & intellige quia non tibi jacebat, qui tecum paullo ante currebat. Quid in potestatem alienam irruis? quid temerarius Dei tribunal ascendis? & cum ipse sis reus, in alterum audes ferre sententiam? & legisti: [i] *Qui stat, domino stat suo; & qui jacet, domino suo jacet. Potens est autem dominus ejus, suscitare eum: tu quis es, qui de servo alieno judices?* Oleum sacerdoti a Deo collatum, non debuisse vos tangere, a puero Dei David discere debuistis, qui sic per Samuelem ungitur [k], ut Sauli quod jamdudum datum fuerat, minime tolleretur [l]. Denique vel cum Deo jubente vel eventu procurante, una eos spelunca concluderet; venerat in potestatem pueri Da-

a Psalm. x. 3. *b* Psalm. x. 4. *c* Psalm. IX. 24. *d* Psalm. CIV. 15. *e* Psalm. CXXXII. 2. *f* I. Reg. XV. 11. *g* Psalm. LVI. 4. *h* Ezech. XIII. 18. *i* Rom. XIV. 4. *k* I. Reg. XVI. 13. *l* I. Reg. XXIV.

1. *Commissum*] Ita in ms. S. T. *junctum scilicet impietati sacrilegium:* quippe sacrilegium est per hominem jurare, impietas de Deo silere ac ejus vocem non audire. DUPIN.

2. *Super omnem ætatem*] Ms. Sangerm. *super omne caput, & super omnem ætatem.* ID.

vid Saul, qui peccaverat. Videtur non videns, ideo quod a majori lumine, ut fieri assolet, in caligine clausi aeris, alterum juxta se videre non potuit. Innumerabiles antiquum regem sequebantur exercitus: sed ipse rex in potestatem venerat alienam. Occasionem victoriæ David habebat in manibus: incautum & securum adversarium sine labore poterat jugulare: & sine sanguine & conflictu multorum, poterat bellum per compendium mutare in cædem: & pueri ejus & occasio suadebant: ad victoriam opportunitas hortabatur. Stringere jam cœperat ferrum; ire jam cœperat armata manus hostiles in jugulos: sed obstabat plena divinorum memoria mandatorum: hortantibus se pueris & occasionibus contradicit, tamquam & hoc diceret: sine caussa me victoria provocas; frustra me occasio in triumphos invitas. Volebat hostem vincere; sed prius est, Domini divina præcepta servare. [a] *Numquid mittam manus in unctum Domini?* Repressit cum gladio manum; & dum timuit oleum, servavit inimicum. Et ut compleret observantiam, vindicavit occisum [b]. Vos nec Deum timetis, nec fratres agnoscitis; [1] in cote livoris acuistis novaculas linguæ; & divina præcepta calcantes, miserorum properastis in capita, ut in captivitatem cæcos & imperitos populos, jugulatis ducibus, traheretis. Esuritis honores innocentium sacerdotum: unde furori vestro tanta fames innata est, ut guttura vestra sepulcra patentia faceretis. Unicuique sepulcro sufficit unum funus, & clauditur: gutturi vestro honorum funera minime suffecerunt, & adhuc patent, dum aliquos quæritis devorare; ut merito de vobis dictum sit: [c] *Sepulcrum patens est guttur eorum*; nam & de maledictione præsumitis, cum scriptum sit; [d] *Benedicite & nolite maledicere*. Quisquis contra vestram voluntatem aliquid fecerit, intentatis terrores, maledicta prætenditis; & quia aliqui homines, plus mali mereri possunt quam boni, quidquid judicium Dei aut peccati meritum fecerit, amaris vestris maledictionibus vindicatis. Merito de vobis dictum est in psalmo XIII. [e] *Os eorum maledictione & amaritudine plenum est*. Gloriamini, quod vobis maledicentibus, aliqui homines mori potuerunt. Certe non licet occidere. An ideo vos putatis innocentes, quia ferro usi non estis? innocentem se & venenarius judicet, si in solo ferro est homicidium: non sibi videatur reus, qui alterum subducto cibo necaverit: innocentem se judicet, qui spirandi prohibita facultate, suffocaverit vivere cupientem. Necis multa sunt genera, sed unum nomen est mortis. Maledictionibus tuis cum fiducia hominem mortuum protestaris: quid interest, an gladio ferias, an lingua percutias? indubitanter homicida es, si per te mortuus fuerit qui vivebat. Quisquis talis ex vobis est, frustra se Christianum aut sacerdotem Dei profitetur, qui lenitatem Dei [2] non curat imitari; cum scriptum sit in Salomone: [f] *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*. Credo vos oblivisci non posse, quid per loca aliqua feceritis, cum eos qui legem Dei prædicabant, id est, prophetas, velletis occidere contra jussionem Dei dicentis: [g] *Et in prophetas meos manum ne miseritis*. Deuterium, Partenium, Donatum & Getulicum, Dei episcopos, linguæ gladio jugulastis, fundentes sanguinem non corporis, sed honoris. Vixerunt postea homines, sed a vobis occisi sunt in honoribus Dei sacerdotes. Multis notum est & probatum, persecutionis tempore episcopos aliquos, inertia a confessione nominis Dei delapsos turificasse; & tamen nullus eorum qui evaserunt, aut manum lapsis imposuit, aut ut genua figerent, imperavit. Et facitis vos hodie post unitatem, quod a nullo factum est post turificationem: quia scriptum est: [h] *Ne tetigeritis unctos meos, neque in prophetas meos manum miseritis*. Oleum suum defendit Deus: quia si peccatum est hominis; unctio est tamen divinitatis. *Ne tetigeritis*, inquit, *unctos meos*: ideo ne dum peccatum hominis percutitur, & oleum quod Dei est, feriatur. Judicio suo Deus servavit rem suam: & tamen vos passim irruistis in alienam, corrumpentes omnium felicitatem. Nam quæ major infelicitas, quam Dei sacerdotes vivere, nec esse quod fuerant?

XXVI. Matronæ, pueri simul & virgines a vobis coactæ, nullo interveniente peccato; salva innocentia & pudicitia, vobis docentibus pœnitentiam gerere didicerunt. Numquid minor est infelicitas? [3] contrivistis sexus, vexastis ætates. Vere de vobis dictum est in psalmo XIII. [i] *Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum*. Indixistis pœnitentiam plebibus; nec enim acta est ab aliquo, sed a vobis exacta; nec æqualibus temporum spatiis, sed egistis omnia pro personis: alter anno toto, alter mense, alter vix tota die, imperantibus vobis pœnitentiam gessit. Si unitati consentire (ut vultis) peccatum est, si est similis culpa; quare non est æqualis pro eodem reatu pœnitentia? Dubium [4] non est, populum credentium Israel esse vocatum; plebes singulas, filias [5] Israel, id est, qui mente Deum viderint, & Deo crediderint: & tamen has plebes coegistis flectere & inclinare cervices, & serie capitum juncta, massam pœnitentium facere. Has plebes dolet Deus per Ezechielem prophetam dicens: [k] *Væ filiabus Israel, quæ sarciunt cervicalia*, id est, membra cervicis, *ut supponant sub cubito & sub manu*. Utique sub cubitibus & sub manibus vestris, & cum super eorum vel earum capita velamina pœnitentiæ tenditis. Quæ impietas vestra & furor ostensus est, & superbia demonstrata: etiam stultitia fuerat revelanda, sed hanc in sexto libro demonstrabo.

a I. Reg. XXIV. 7. *b* II. Reg. I. *c* Psal. V. 11. *d* Rom. XII. 14. *e* Psalm. XIII. 3. *f* Sap. I. 13. *g* Psalm. CIV. 15. *h* Ibid. *i* Psalm. XIII. 3. *k* Ezech. XIII. 18.

1. *In cote*] Sic legendum suadet subsequens *acuistis*. Ms. Sangerm. *in cute*. Al. *corde*.


2. *Non curat imitari*] Hæc supplevimus ex Ms. S. G. In aliis heic lacuna, quam suppleverat Balduinus per vocem *ignorat*. DUPIN.

3. *Contrivistis sexus*] Ita in ms. S. G. In mss. S. T. & P. S. & in editis, *contritos sexu vexastis ætates*, minus bene: nam duo sunt membra distincta, sexus, & ætas. ID.

4. *Dubium non est*, &c.] Totus hic locus ita corruptus erat tam in mss. quam in editis, ut vix medicabilis videretur. In ms. S. T. sic habetur: *Dubio non est populum credentium Israel, id est, qui mente Deum viderit; & tamen has plebes coegistis flectere & inclinare cervices, & serie capitum injunctam massam pœnitentium facere*. Ita etiam in ms. P. S. qui ubique ferme concinit cum ms. S. T. nisi quod pro *massam*, habetur, *in assem*. In ms. S. G. *Dubium non est populum credentium Israel esse vocatum; plebes singulas filias Israel, id est, qui mente Deum viderint & Deo crediderint; & tamen has plebes coegistis flectere & inclinare cervices, & serie capitum juncta massa pœnitentium facere*. Ex hoc ms. ceteris ubique ferme emendatiori hunc Optati locum restituimus. ID.

5. *Israel, id est, qui mente Deum viderint*] Hanc Optati probam lectionem frustra solicitasse Mericum Casaubonum, ostendit Cotelerius ad *Constitut. Apost.* lib. VII. cap. XXXVI. Vide sis tom. III. pag. 187. nostræ Bibl. PP.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



SANCTI OPTATI AFRI MILEVITANI EPISCOPI, DE SCHISMATE DONATISTARUM, ADVERSUS PARMENIANUM.

LIBER III.

I. SAtis, ut arbitror, in secundo libello de Ecclesia quæ sponsa est Christi, & de ejus dotibus, & de hereditate diximus Salvatoris: consequens est, primo schismaticorum errores ostendere: deinde, quæ fuerit caussa, ut unitas fieret: tertio, quis fecerit, ut miles mitteretur armatus. Ab operariis unitatis multa quidem aspere gesta sunt, sed ea ad quid imputatis Leontio, Macario, vel Taurino? imputate majoribus vestris; qui, sicut in Propheta scriptum est, [a] *ut vobis stupescerent dentes, ipsi uvas acidas comederunt*. Illis primo qui Dei populum diviserunt, & basilicas fecerunt non necessarias. Deinde Donato Carthaginis, qui provocavit, ut unitas proximo tempore fieri tentaretur. Tertio Donato Bagaiensi, qui insanam collegerat multitudinem, a qua ne Macarius violentiam pateretur, ad se & ad ea quæ ferebat tutanda, armati militis postulavit auxilium. Venerunt tunc cum pharetris armigeri: repleta est unaquæque civitas vociferantium (clamoribus): nuntiata unitate, fugistis omnes. Nulli dictum est, nega Deum: nulli dictum est, incende testamentum: nulli dictum est, aut tus pone, aut basilicas dirue: istæ enim res solent martyria generare. Renuntiata est unitas; sola fuerant hortamenta, ut Deus & Christus ejus a populo in unum conveniente pariter rogaretur. Nullus erat primitus terror: nemo viderat virgam: nemo custodiam: sola, ut supra diximus, fuerant hortamenta. Timuistis omnes, fugistis, trepidastis: ut pro certo de vobis dictum sit, quod in psalmo LII. scriptum est: [b] *Trepidaverunt ubi non erat timor*. Fugerunt igitur omnes episcopi cum clericis suis: aliqui sunt mortui: qui fortiores fuerunt, capti & longe relegati sunt.

II. Et tamen horum omnium nihil actum est cum voto nostro, nihil cum consilio, nihil cum conscientia, nihil cum opere; sed gesta sunt omnia in dolore Dei, amare plorantis, & in ultionem aquæ, quam contra interdictum iterum movistis: traducentes ad vos aquam antiquæ piscinæ: sed nescio an cum illo pisce, qui Christus intelligitur, qui in lectione patriarchæ Tobiæ [c] legitur in Tigride flumine prehensus, cujus fel & jecur tulit Tobias ad tutelam feminæ Saræ, & ad illuminationem Tobiæ non videntis: ejusdem piscis visceribus Asmodæus dæmon a Sara puella fugatus est A (quæ intelligitur Ecclesia) & cæcitas a Tobia exclusa est. Hic est piscis, qui in baptismate per invocationem fontalibus undis inseritur, ut quæ aqua fuerat, a pisce etiam piscina vocitetur. Cujus piscis nomen secundum appellationem græcam, in uno nomine per singulas litteras turbam sanctorum nominum continet, ΙΧΘΥΣ, quod est latinum, JESUS CHRISTUS DEI FILIUS SALVATOR. Hanc vos piscinam, quæ in omni Catholica per totum orbem terrarum ad vitam generis humani salutaribus undis exuberat; transduxistis ad voluntatem vestram, & solvistis singulare baptisma, ex quo baptismate hominibus muri facti sunt ad tutelam: & fecistis quasi alteros muros, [1] nullum bonum B ædificium facientes: non potuistis construere, nisi dirueretis. Et quale potest esse ædificium, quod de ruina construitur? Hanc rem per Esaiam prophetam Deus dolet & flet, cum dicit, [d] *filiam sui generis esse contritam*: genus Dei est non habere genus, qui ex se est, & manet in æternum. Similis est & aqua, quam non legimus factam [2]. In cujus aquæ injuria, indicat Deus lacrymas suas quas vos fecistis; quas testatur nulla posse consolatione siccari, cum ad vos per Esaiam prophetam loquitur, dicens: [e] *Missum me facite, amare plorabo: nemo poterit consolari me in contritione filiæ generis mei*. Hoc loco defenditur innocentia nostra, dum Deus cum dolore iracundiam vobis C indicat suam; dum & caussam prodit, & rationem ostendit. Denique non in tota Sion, sed in una ejus valle sunt celebrata: non in illo monte Sion, quem in Syria Palæstina a muris Hierusalem parvus disterminat rivus; in cujus vertice est non magna planities; in quo [3] fuerant synagogæ, ubi Judæorum populus conveniens, legem per Moysem datam discere potuisset: sed ubi nulla lis audita est, nec ab aliquo celebratum judicium, nec aliqua est illic ab ullo judice lata sententia; quia locus erat doctrinæ, non controversiæ post doctrinam. Si quid agendum erat, intra muros Hierusalem agebatur. Inde scriptum est in Esaia propheta: [f] *Ex Sion prodiet lex, & verbum Domini de Hierusalem*. Non ergo in illo monte Sion D Esaias aspicit vallem; sed in monte sancto qui est Ecclesia, qui per omnem orbem Romanum caput tulit sub toto cælo. In quo monte a Deo patre Filius Dei regem se constitutum esse gratulatur,

a Jer. XXXI. 29. b Psalm. LII. 6. c Tob. VI. d Isa. XXII. e Isa. XXII. 4. f Isa. II. 3.

1. *Nullum bonum*] In mss. S. T. & P. S. *nullum novum*. In ms. S. G. *multum bonum*. Ex utroque restituimus, *nullum bonum*. DUPIN.

2. *Similis est & aqua, quam non legimus factam*] Non legitur in Genesi aquam conditam sicut cetera; sed ab initio creationis dicitur: *& Spiritus Dei ferebatur super aquas*: IDEM.

3. *Fuerant synagogæ*] In iisdem mss. & in editis, *fuerant septem synagogæ*. Secuti sumus codicem S. G. ID.

[1] in psalmo primo, dicens: [a] *Quoniam regem constituit me super Sion montem sanctum suum:* utique super Ecclesiam, cujus rex & sponsus & caput est. Non in illo monte, ubi nullæ sunt portæ quas diligat Deus; sed in monte Ecclesiæ, qui spiritaliter appellatur. Cujus Ecclesiæ portas introeunt innocentes, justi, misericordes, continentes & virgines: quas portas commemorat Spiritus sanctus per David in psalmo LXXXVI. dum dicit: [b] *Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion.* Non illius corporalis montis, ubi jam nullæ sunt portæ; & post victorias Vespasiani imperatoris vix antiquarum exstant vestigia ruinarum. Est ergo spiritalis Sion Ecclesia, in qua a Deo Patre rex constitutus est Christus; quæ est in toto orbe terrarum, in quo est una Ecclesia catholica. Nam Sion Ecclesiam esse & alio loco sanctissimus David propheta testatur dicens: [c] *Lauda Deum tuum Sion, qui confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.* Per singulas provincias totius orbis, valles [2] singulas intelligimus montis: & dum non in toto monte videt Esaias, sed in una valle, hoc est, sola Africa: in qua sola cum sufficerent templa Dei quæ fuerant, alia facere voluerunt principes vestri: in qua sola dejecti sunt muri, & ut fierent muri, aqua sanctæ piscinæ transversa est, & novitas contra antiquitatem a vobis instituta est, [3] & aqua humana contra divinam ordinata est. Hoc totum Deus in vallem montis Sion, & interrogat & increpat, dicens: [d] *Ut quid hoc factum est vobis? ideo, quoniam ascendistis in templa supervacanea: unaquæque civitas repleta est vociferantium: vulnerati tui, non vulnerati gladio; & mortui in te, non mortui in bello: in errore sunt a minimo usque ad maximum: errantes in montibus omnes principes tui, in fugam conversi sunt: & qui capti sunt, graviter alligati, & fortiores tui longe fugati sunt. Missum me facite, amare plorabo: nemo me poterit consolari in contritione filiæ generis mei; & ascendent Elamitæ cum pharetris:* (Elamitæ [4] Latina lingua dicuntur chori castrorum:) & secutus est dicens: *penetralia vestra deferentur ad publicum, & secreta domus Israel nudabuntur.* Hoc in Africa factum est, & totum hoc quare factum est indicavit Deus, dum vobis imputat dicens: *Quoniam convertistis aquam antiquæ piscinæ ad civitatem vestram, & dejecistis muros Hierusalem, ut faceretis alteram munitionem, & constituistis aquam inter duas munitiones, & ad piscinam antiquam attendere noluistis, nec ad eum qui ab initio creavit illam.*

III. Jam vides, frater Parmeniane, ad vos redundare omnia, a quorum principibus harum rerum omnium seminata est caussa. Deinde ad Donatum Carthaginiensem, cujus veneficio videtur unitatis negotium esse commotum. In quo ostendam operarios ejus non pro voluntate nostra, nec sua malitia aliquid fecisse, sed provocantibus atque impellentibus caussis & personis, quas Donatus Carthaginis levitate sua constituit, dum magnum se videri contendit. Quem enim latet præter te, quia peregrinus es, & potuerunt tibi falsa narrari? aut quis negare potest rem, cui tota Carthago principaliter testis est, imperatorem Constantem, Paullum & Macarium primitus non ad faciendam unitatem misisse, sed cum eleemosynis: quibus sublevata per ecclesias singulas posset respirare, vestiri, pasci, gaudere paupertas? Qui cum ad Donatum patrem tuum venirent, & quare venerant indicarent; ille solito furore succensus, in hæc verba prorupit: „Quid est imperatori cum Ecclesia?„ & de fonte levitatis suæ multa maledicta effudit: non minus quam in Gregorium aliquando, ad quem sic scribere minime dubitavit: „Gregori macula senatus, & dedecus præfectorum, & cetera talia:„ cui Donato præfatus patientia episcopali rescripsit. Harum epistolarum exemplaria multorum ore ubique cantantur. Jam tunc meditabatur, contra præcepta apostoli Paulli, potestatibus & regibus injuriam facere; pro quibus, si Apostolum audiret, quotidie rogare debuerat. Sic enim docet beatus apostolus Paullus: [e] *Rogate pro regibus & potestatibus, ut quietam & tranquillam vitam cum ipsis agamus.* Non enim respublica est in Ecclesia, sed Ecclesia in republica est, id est, in imperio Romano: quod Libanum appellat Christus in Canticis Canticorum, cum dicit: [f] *Veni sponsa mea inventa, de Libano;* id est, de imperio Romano, ubi & sacerdotia sancta sunt, & pudicitia, & virginitas, quæ in barbaris gentibus non sunt; & si essent, tuta esse non possent. Merito Paullus docet, orandum esse pro regibus & potestatibus: etiam si talis imperator esset, qui gentiliter viveret: quanto quod Christianus, quanto quod Deus timens, quanto quod religiosus, quanto quod misericors, ut ipsa res probat. Miserat enim ornamenta domibus Dei, miserat pauperibus eleemosynam; nihil Donato. Cur ergo insanivit? cur iratus est? cur quod missum fuerat, repudiavit? Et cum illi qui missi fuerant, dicerent, se ire per provincias singulas, & volentibus accipere se daturos: ille dixit, ubique se litteras præmisisse, ne id quod allatum fuerat, pauperibus alicubi dispensaretur. O consulere miseris! o providere pauperibus! o peccatoribus subvenire! Clamat Deus dicens: [g] *Ego sum qui feci pauperem & divitem:* non quia non potuit & pauperibus dare; sed si ambobus daret, peccator qua sibi succurreret, invenire non posset. Denique sic scriptum est: [h] *Quemadmodum aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum.* Certe jam apud Deum sunt ambo, & qui dare voluit, & qui obstitit ne daretur. Quid si jam dicat Deus Donato: Episcope, quid vis fuisse Constantem? si innocentem, quare ab innocente accipere noluisti? si peccatorem, quare non permisisti dare, propter quem feci pauperem? Sub hac interrogatione qualis futurus est? quid de levitate & furore laboravit tantis pauperibus impedire? Carthaginis principatum se tenuisse crediderat: & cum super imperatorem non sit nisi solus Deus qui fe-

a Psalm. II. 6. *b* Psalm. LXXXVI. 1. *c* Psalm. CXLVII. 1. 2. *d* Isa. XXII. 1. & seq. *e* I. Tim. II, 2. *f* Cant. IV. 8. *g* Prov. XXII. 2. *h* Eccli. III, 33.

1. *Psalmo primo*] Olim psalmus primus & secundus unus idemque apud multos, qui legebant *Act.* 13. v. 33. non ut hodie *in psalmo secundo*, sed ut olim, testibus Hieronymo, Hilario & aliis, *in psalmo primo*. ID.

2. *Per singulas provincias totius orbis valles*] Hæc supplevimus ex ms. S. G. quæ omissa sunt in aliis, & in editis. ID.

3. *Et aqua humana contra divinam ordinata est*] Hæc supplevimus ex ms. S. G. quæ desunt in aliis, & in editis. ID.

4. *Elamitæ Latina lingua dicuntur chori castrorum*] Videtur alludere ad hæc verba Cant. Cantic. c. 7. v. 1. in Hebr. c. 6. v. ult. *Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?* Attamen non existimo cum Casaubono, Optatum, *Sulamitam*, pro *Elamita* accepisse: sed potius derivasse *Elamitarum* nomen a vocibus Hebræis מחלת המחנים *Meholat Mahanaim*. Forte etiam derivavit *Elamitarum* nomen ab alia voce Hebræa חילים *Aialim*, quæ exercitus seu copias significat. Daniel 11. v. 10. & alibi. ID.

cit imperatorem, dum se Donatus super imperatorem extollit, jam quasi hominum excesserat metas, ut prope se Deum non hominem æstimaret, non reverendo eum, qui post Deum ab hominibus timebatur. Denique per Ezechielem increpat Spiritus sanctus principem Tyri, id est, principem Carthaginis, cum per prophetam his loquitur verbis: [a] *Fili hominis, dic adversus principem Tyri: Hæc dicit Dominus Deus: quia exaltatum est cor tuum, & dixisti, Ego sum Deus*. Tyrum Carthaginem esse, primo Esaias probat, in quo legitur: [b] *Visio super Tyrum:* & sequitur, *ululate* [1] *naves Carthaginis*. Deinde Tyrum Carthaginem esse, etiam mundanæ litteræ protestantur: & si sit alia civitas quæ hoc nomine nuncupetur, nihil in illa videtur factum, quod apud Carthaginem constat admissum. [c] *Loquere*, inquit Deus, *adversus principem Tyri:* non adversus sæcularem aliquem regem dicit esse loquendum, nec ad multos; sed ad unum, hoc est, ad Donatum episcopum. Neque enim fas erat prophetam Ezechielem quem proxime nominavi, [2] nisi principi episcopum comparare, qui sibi (ut diximus) principatum Carthaginis vindicabat; qui exaltavit cor suum, & [3] hominibus sibi superior videbatur: & sub se omnes etiam socios suos habere voluisset; de quorum oblationibus numquam est dignatus accipere. In qua re media est [4] fides, & Deus Christus ejus, & querelæ multorum, quibus in ipsa societate hanc injuriam faciebat; ut solus secreto nescio quid ageret, & postea ceteris perfunctorie misceretur. Modo exaltatum est cor ejus, ut sibi jam non homo, sed Deus fuisse videretur. Denique & in ore populi raro est appellatus episcopus, sed Donatus Carthaginis dicebatur. Et merito princeps Tyri, id est Carthaginis, appellari & increpari meruit; quia primus episcoporum, quasi plus esset ipse quam ceteri: & dum nihil humanum voluit habere, exaltavit cor suum: non sicut hominis, sed sicut cor Dei, dum a ceteris hominibus aliquid plus esse cupiebat. Ad quem Deus sequitur dicens: [d] *Dixisti, ego sum Deus*, ideo, quia quamvis non sit usus hac voce; tamen aut fecit, aut passus est, quod effectum hujus vocis impleret. Extulit cor suum, ut nullum hominem sibi comparandum arbitraretur: & tumore mentis suæ altior sibi visus est esse; quia quidquid est supra homines, jam quasi Deus est. Deinde cum episcopi Deo debeant famulari, tantum sibi de episcopis suis exegit, ut eum non minori metu omnes venerarentur, quam Deum: hoc est, quod sibi Deus visus est. Et cum per solum Deum solent homines jurare, passus est homines per se sic jurare, tamquam per Deum. In quo si unusquisque hominum erraverat, ipse prohibere debuerat: cum non prohibuit, Deus sibi visus est. Deinde cum ante ipsius superbiam, omnes qui in Christo crediderant, Christiani vocarentur, ausus est populum cum Deo dividere; ut qui illum secuti sunt, jam non Christiani vocarentur, sed Donatistæ: & si quando ad eum aliqui ex aliqua Africana provincia veniebant, non quærebat illud quod humana semper exigit consuetudo, de pluviis, de pace, de proventu anni aliquid interrogare: sed illius ad singulos quosque venientes hæc erant verba: ,, Quid apud vos agitur de parte mea? ,, quasi jam vere populum cum Deo diviserat, ut intrepide suam diceret partem. Nam & a temporibus ejus, & usque in hodiernum, si quando de rebus ecclesiasticis in judiciis publicis aliqua celebrata est actio: interrogati singuli, sic apud acta locuti sunt, ut dicerent se de parte esse Donati: de Christo tacuerunt. Et quid de clericis dicam, cum legantur preces (quarum in primo libro fecimus mentionem) jamdudum ad Constantinum missæ & subscriptæ, quæ episcoporum nomina continebant sic: ,, Datæ a Capitone & Nasucio, Digno & ceteris episcopis partis Donati: ,, & postulabant utique contra episcopos, qui dum non erant in parte Donati, in Christi Catholica habitabant: & dum episcopus inter coepiscopos suos non fuit, nec homo inter homines esse voluit; constat, quod extulit cor suum, & Deus sibi fuisse videbatur. Nam cum & ordinatores tui, quorum nomina, frater Parmeniane, bene nosti, & ubi fuerint non ignoras, & qui vel a quo petiverint, & qualem rogaverint ut redirent, & tecum redire potuissent; & nos didicimus cum easdem preces quas dederunt, apud Africanos judices allegarent, in quibus scriptum est: ,, Datæ ab episcopis partis Donati. ,, Heic jam quid responsuri sunt in illo imminenti divino judicio, qui in hoc sæculo alio modo confessi sunt, non se esse de Ecclesia Christi; qui libenter professi sunt de parte fuisse se Donati, cum in Evangelio scriptum est, Christo dicente: [e] *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram Patre meo:* isti Donatum confessi sunt, non Christum. Et ne parva sit ista probatio, quam ad ipsius personam pertinere manifestum est, accedit & illud testimonium, quo supra memorata increpatio clausa est, quod dixit illum Deus non [5] in terra sua moriturum; & ita factum esse omnibus notum est. Habitabat in domo Dei, & erat in corde maris: ubique mare sæculum legimus, cum esset ipse non tantum in amore aliquorum Christianorum; sed propter scientiam mundanarum litterarum, erat etiam in corde maris, id est, in amore sæculi: & de scientia sua sapiens sibi visus est. Sed hanc sapientiam ejus evacuavit Deus, dum dicit: [f] *Numquid sapientior tu quam Daniel?* Quam & bene ejus sapientia humiliata est, qua putavit se Daniele esse sapientiorem, in repudiandis muneribus regis, dum accipere noluit quod ab imperatore Christiano missum esse videbatur! Et visus est sibi aut Daniel novus, aut sapientia Danieli prælatus; quia & ipse Daniel aliquando a Baltassare rege, cum cogeretur accipere munera, id est, annulum, torquem & cetera, dixisse legitur: [g] *Dona tua tecum sint*

a Ezech. XXVIII. 2. *b* Isa. XXIII. 1. *c* Ezech. XXVIII. 2. *d* Ibid. *e* Joan. XII. 8. *f* Ezech. XXVIII. 3. *g* Dan. V. 17.

1. *Naves Carthaginis*] Ita Sept. Ὀλολύξατε πλοῖα Καρχηδόνος: in Hebræo *naves Tharsis*, quod Vulgatus *naves maris*: hac enim voce *Tharsis*, ut observat Hieronymus, generatim mare designatur aut regiones transmarinæ. Sed cum Optatus haberet versionem ex translatione Græca τῶν Septuaginta adornatam, legit, *ululate naves Carthaginis*. Eumdem locum Ezechielis de principe *Tyri* in Donatum intorquet S. Augustinus l. de unit. Eccles. c. 16. n. 42. DUPIN.


2. *Nisi principi episcopum comparare*] Hunc locum qui jacebat in mendo correximus, addendo vocem *principi*, quæ necessaria visa est, licet in mss. non exstet. In ms. S. T. *nisi episcopo compararem*. In ms. S. G. *nisi episcopo comparare*. In postrema editione, *nisi episcopo eum comparare*. Nihil horum est ad mentem auctoris quam assecuti sumus, ut docent sequentia. ID.

3. *Hominibus*, &c.] In ms. S. T. *ab hominibus sibi superior videbatur*. In ms. S. G. *ab omnibus hominibus sibi superior videbatur*. In ms. P. S. *ab hominibus superior videbatur*: sententia longe planior, si vocem *ab* deleas. ID.

4. *Fides*] Hoc est, conscientia. ID.

5. *In terra sua*] Ita ms. Sangerm. Editi *in terra*. Heic autem respicit Optatus ad *Ezech.* XXVIII. 8. *Morieris in interitu occisorum in corde maris*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



rex: & sapienter respondit, & convicia regi non fecit, & quod offerebatur non damnavit, sed distulit: non quo modo Donatus, qui & convicia Constanti quanta potuit dixit, & quod ab eo pauperibus missum fuerat, repudiavit. Sed Daniel sanctus sapiens inventus est, ut munera oblata illa die non acciperet. Illud enim quod ab eo petebatur, adhuc in cælo erat; & insipiens esset, hujus rei quasi mercedem accipere, quam nondum habuit in potestate: idcirco munera oblata illa die ad tempus accipere noluit. Denique cum ei Deus ostenderet, quod regi supradicto indicaret, Baltassari retulit; & quod jamdudum repudiasse visus est, postea libenter accepit. Merito increpat Deus principem Tyri, Donatum, cum dicit: [a] *Numquid tu sapientior quam Daniel?* Sed o quam longe est præsumtio Donati a persona Danielis! Quod enim Baltassar dabat, Danieli dabat, non pauperibus; quod Constans Christianus imperator tunc miserat, pauperibus transmiserat, non Donato. Denique ait: *sapientes te non docuerunt sapientiam suam*, quia illud a Salomone discere noluisti quod ait: [b] *Absconde panem in corde pauperis, & ipse pro te rogabit*. Quia etiam illud ab ipso Daniele discere noluit quod dedit Nabuchodonosor consilium, quomodo satisfaceret qui offenderat Deum. [c] *Et tu*, inquit, *audi rex consilium meum, & placeat tibi: peccata tua eleemosynis redime, & injustitias tuas in miserationibus pauperum*. Daniel regi peccatori & sacrilego faciendas eleemosynas suadet: Donatus qui increpari meruit, Constanti imperatori Christiano, ne misericors esset, obstitit. Ideo increpatur, quod eum sapientes non docuerunt sapientiam suam: quidquid a rege missum fuerat, per se dari passus non est. Unde constat, Donatum malarum fontem fuisse caussarum.

IV. Quidquid itaque in unitate facienda aspere potuit geri, vides, frater Parmeniane, cui debeat imputari. A nobis catholicis petitum militem esse dicitis: si ita est, quare in provincia proconsulari tunc nullus armatum militem vidit? Veniebant Paullus & Macarius, qui pauperes ubique dispungerent, & ad unitatem singulos hortarentur: & cum ad Bagaiensem civitatem proximarent, tunc alter Donatus (sicut supra diximus) ejusdem civitatis episcopus, impedimentum unitati & obicem venientibus supra memoratis opponere cupiens, præcones per vicina loca & per omnes nundinas misit, [1] Circumcelliones Agonisticos nuncupans; ad prædictum locum ut concurrerent, invitavit: & eorum illo tempore concursus est flagitatus, quorum dementia paullo ante ab ipsis episcopis impie videbatur esse succensa. Nam cum hujusmodi hominum genus [2] ante unitatem per loca singula vagarentur: cum [3] Axido & Fasir, ab ipsis

A insanientibus sanctorum duces appellarentur: nulli licuit securum esse in possessionibus suis: debitorum chirographa amiserant vires: nullus creditor illo tempore exigendi habuit libertatem. Terrebantur omnes litteris eorum, qui se sanctorum duces fuisse jactabant: & si in obtemperando eorum jussionibus tardaretur, advolabat subito multitudo insana, & præcedente terrore creditores periculis vallabantur: ut qui pro præstitis suis rogari debuerant, metu mortis humiles impellerentur in preces. Festinabat unusquisque debita etiam maxima perdere: & lucrum computabatur evasisse ab eorum injuriis. Etiam itinera non poterant esse tutissima, quod domini de vehiculis suis excussi ante mancipia sua, B dominorum locis sedentia, serviliter cucurrerunt. Illorum judicio & imperio inter dominos & servos conditio mutabatur. Unde cum vestræ partis episcopis tunc invidia fieret: Taurino tunc comiti scripsisse dicuntur, hujusmodi homines corrigi in Ecclesia non posse; mandaverunt, ut a supradicto comite acciperent disciplinam. Tunc Taurinus ad eorum litteras ire militem jussit armatum per nundinas, ubi Circumcellionum furor vagari consueverat. In loco Octavensi occisi sunt plurimi, detruncati sunt multi: quorum corpora usque in hodiernum, per dealbatas aras aut mensas [4] potuerunt numerari. Ex quorum numero cum aliqui in basilicis sepeliri cœpissent, Clarus presbyter in loco C Subbulensi ab episcopo suo coactus est, ut [5] insepultam faceret sepulturam. Unde proditum est, mandatum fuisse fieri, quod factum est: [6] quando nec sepultura in domo Dei exhiberi concessa est. Eorum postea convaluit multitudo. Sic invenit Donatus Bagaiensis, unde contra Macarium furiosam conduceret turbam. Ex ipso genere fuerant qui sibi percussores sub cupiditate falsi martyrii in suam perniciem conducebant. Inde etiam illi, qui ex altorum montium cacuminibus viles animas projicientes, se præcipites dabant. Ecce ex quali numero sibi episcopus alter Donatus cohortes effecerat. Hoc metu deterriti illi, qui thesauros ferebant quos pauperibus erogarent; invenerunt in tan- D ta necessitate consilium, ut a Silvestro comite armatum militem postularent: non per quem alicui vim facerent, sed ut vim a Donato supra memorato episcopo dispositam prohiberent. Hac ratione factum est, ut miles videretur armatus. Jam quidquid subsecutum est, videte, cui debeat aut possit adscribi. Habebant illic vocatorum infinitam turbam, & annonam competentem constat fuisse præparatam: de basilica quasi publica fecerant horrea; exspectantes ut venirent, in quos furorem suum exercere potuissent; & facerent quidquid illis dementia sua dictasset, nisi præsentia armati militis obstitisset. Nam cum, ante venturos milites, [7] metatores (ut fieri solet) mitterentur; contra

a Ezech. XXVIII. 3. *b* Eccli. XXIX. 15. *c* Dan. IV. 24.

1. *Circumcelliones*] Hujus vocis etymologiam tradit Augustinus sic eos describens l. 1. contra Cresconium c. 28. his verbis: *Quis enim nescit hoc genus hominum in horrendis facinoribus inquietum, ab utilibus operibus otiosum, crudelissimum in mortibus alienis, vilissimum in suis, maxime in agris territans, & victus sui caussa* CELLAS CIRCUMIENS RUSTICANAS, unde & CIRCUMCELLIONUM *nomen accepit, universo mundo pene famosissimum Africani erroris opprobrium?* DUPIN.

2. *Ante unitatem*] Antequam Macarius ad unitatem cogeret Donatistas; jam a Constantini temporibus fuerant Circumcelliones. ID.

3. *Axido & Fasir*] Duces Circumcellionum ita nominati. ID.


4. *Potuerunt*] Ita in omnibus mss. male in editis, *poterunt*. ID.

E 5. *Insepultam faceret sepulturam*] Ut corpus humatum aut mox humandum exhumaret aut abjiceret. DUPIN. — Est imitatio *Ciceronis*, qui in I. Philippica de funere Julii Cæsaris, cap. 2. *Cum serperet in Urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, iidemque bustum in foro facerent, qui illam* insepultam sepulturam *fecerant*. Ad quem locum vide interpretes. CLERICUS.

6. *Quando nec sepultura in domo Dei exhiberi concessa est*] Quasi diceret: immerito omnino id vitio verterunt Catholicis Donatistæ, quod unus ex eorum presbyteris Circumcelliones in basilicis sepeliri vetuerit; cum sepultura in domo Dei non soleat passim concedi omnibus, multo minus sceleratis qui merito interfecti fuerant. DUPIN.

7. *Metatores*] *Metatores* dicit eos, qui missi fuerant ut venturis militibus hospitia aut tentoriorum loca designarent. Ii dicuntur, *Mensores* in jure civili. In commenta-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Apostoli præcepta competenter suscepti non sunt, A qui ait: [a] *Cui honorem, honorem: cui vectigal, vectigal: cui tributum, tributum: nemini quidquam debueritis*. Contusi sunt qui missi fuerant cum equis suis, ab iis quorum nomina flabello invidiæ ventilasti. Ipsi magistri fuerunt injuriæ suæ; & quid pati possent, ipsi prærogatis injuriis docuerunt. Reverterunt vexati milites ad numeros suos, & quod duo vel tres passi fuerant, universi doluerunt. Commoti sunt omnes: iratos milites retinere nec eorum præpositi valuerunt. Sic admissum est, per quod invidiam unitati factam esse memorasti: hæc & cetera vestra & suas caussas habent, & quas ostendi personas obnoxias. Hoc nos nec vidimus quidem, sed vobiscum audivimus. B Si auditus facit reos, tenemus vos socios, quia similiter audistis. Si a facto auditus immunis est; quod ab aliis, vobis provocantibus, factum est, nobis non debet imputari. Querelam per ordinem deponitis, sub Leontio, sub Ursacio injuriatos esse quam plurimos: sub Paullo & Macario aliquos necatos: a sequentibus eorum nescio quos ad tempus esse proscriptos. Quid hoc ad nos? quid ad Ecclesiam catholicam pertinet? Quidquid objecistis, vos fecistis: qui pacem a Deo commendatam noluistis libenter excipere, cariorem æstimantes hereditatem schismatis, quam præcepta proposita Salvatoris. Arguistis operarios unitatis: ipsam unitatem improbate, si potestis. Nam æstimo vos non C negare, unitatem summum bonum esse. Quid nostra, quales fuerint operarii, dummodo quod operatum est, bonum esse constet? nam & vinum a peccatoribus operariis & calcatur & premitur; & sic inde Deo sacrificium offertur: oleum quoque a sordidis & nonnullis male viventibus & immunda loquentibus conficitur; & tamen in sapore, in in lumine, etiam in sancto chrismate simpliciter erogatur.

V. Operarios unitatis malos fuisse dicitis: forte cum voluntate Dei, cui nonnumquam placet etiam quod ab ipso potuit prohiberi. Nam quædam mala male fiunt: quædam mala bene fiunt. Malum male D latro facit: malum bene judex facit, dum vindicat quod latro peccavit. Nam hæc Dei vox est: [b] *Non occides*: & ipsius vox est: [c] *Si inventus fuerit homo, dormiens cum muliere habente maritum, occidetis utrosque*. Unus Deus, & duæ diversæ voces. Denique cum Phinees [d], filius sacerdotis adulterum cum adultera inveniret, levavit cum gladio manum, & inter duas voces Dei dubius stetit: hinc ad illum sonabat, *non occides*: inde sonabat, *occidetis utrosque*. Si feriret, peccaret: si non feriret, delinqueret. Elegit melius peccatum, ut percuteret; & forte non defuerant, qui hujus rei vindicem quasi homicidam notare voluissent. Sed ut ostenderet Deus, aliqua mala bene fieri, locutus est dicens: [e] *Phinees mitigavit iram meam*: & placuit Deo homicidium, quia vindicatum est adulterium. Quid si & modo Deo placuit, quod passos vos esse dicitis, qui unitatem cum toto orbe terrarum & cum memoriis Apostolorum quæ Deo placita est, habere noluistis?

VI. Invitus cogor hoc loco etiam illorum quorum nolo, hominum facere mentionem, quos vos inter martyres ponitis: per quos tamquam per unicam religionem, vestræ communionis homines jurant. Quos quidem vellem silentio præterire; sed ratio veritatis se sileri non patitur: & ex ipsis nominibus contra unitatem inconsiderate rabida latrat invidia, & aspernantes aliqui accusandam aut fugiendam æstimant unitatem, quod [1] Marculus & Donatus dicantur occisi & mortui: quasi omnino in vindictam Dei nullus mereatur occidi. Nemo erat lædendus ab operariis unitatis, sed nec ab episcopis mandata divina contemni debuerant: quibus præceptum est, [f] *Quære pacem, & consequeris eam*: & iterum, [g] *Quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*: & iterum, [h] *Felices pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur*. Hoc qui nec libenter volebant audire, nec devote facere voluerunt; quidquid potuerunt pati: si occidi malum est, mali sui ipsi sunt caussa.

VII. Sed arguendus, ut dicitis, vobis videtur esse Macarius, [2] cum voluntate Dei æstimatis eum hoc facere non potuisse. Habetis hujusmodi reos antiquos: accusate primo Moysem, ipsum legislatorem; qui cum de Sina monte descenderet, pro-

a Rom. XIII. 7. *b* Exod. XX. 13. *c* Deut. XXII. 22. *d* Num. XXV. *e* Ibid. ℣. 11. *f* Psal. XXXIII. 15. *g* Psal. CXXXII. 1. *h* Matth. V. 9.

riis Suidæ, μετάτωρ exponitur ὁ προαποστελλόμενος ἄγγελος πρὸ τοῦ ἄρχοντος: *qui nuntius mittitur ante principem designaturus hospitium*. Huc alludit illud Sidonii Apollinaris l. 8. *metatoriam paginam quasi cum musa prævia misi*: hoc est, inquit Sirmondus, *epistolam adventus sui nuntiam quasi diversorium καὶ καταγωγὴν designaturus*; *hoc enim erat opus metatorum*. DUPIN.

1. *Marculus & Donatus*] Donatus ille est Bagaiensis, ut ex Augustino discere est homil. 11. in Joannem: *Ecce Marculus de petra præcipitatus est: ecce Donatus Bagaiensis in puteum missus est*. Ajebant Catholici ipsos se se præcipites dedisse; quod incertum tamen esse fatetur Augustinus lib. 2. contr. litt. Pet. c. 20. Idem lib. 3. contra Cresc. cap. 49. *id credibilius esse* censet, quia insolitum erat istud supplicii genus. Marculi passio a quodam Donatiano scripta prodit Analect. Mabillonii tom. 4. prænotatur III. vel VIII. Kalend. Decembris. Ibi Marculus presbyter tantum dicitur non episcopus: ibi etiam legitur jussu Macarii quem Constans cum Paullo in Africam miserat, vinctus primo in possessione Vegeselæ, in qua Macario cum episcopis quibusdam Donatianis occurrit, funium ictibus cæsus cum sociis, inde per aliquas Numidiæ civitates sub arctissima militum custodia usque in castellum Novæ Petræ perductus & tandem elapso quatriduo de Petræ culmine a milite præcipitatus. In collatione Carthaginiensi c. 187. Dativus episcopus Donatistarum Novapetrensis ait, adversarium, hoc est, episcopum catholicum se non habere, *quia illic est Domnus Marculus cujus sanguinem exiget Deus in die judicii*. Hinc Donati & Marculi nomina translata fuisse videntur inter martyres catholicos; Donati quidem ad diem 1. Martii ubi passus dicitur apud Usuardum: *Donatus Carthagini sub Ursacio duce & Marcellino Tribuno*: & Marculi ad diem 26. Novembris; nam de eo hæc habet Martyrologium Usuardi: *in Nicomedia* (pro *Numidia*) *beati Marculi sacerdotis & martyris qui temporibus* Constantis *tyranni persecutiones maximas pertulit, ad extremum ab alta rupe præcipitatus est*. Conveniunt nomen martyris, imperatoris & genus mortis; nomen etiam loci non multum diversum. Constans ibi tyrannus dicitur, quo epitheto E non potuit nisi a Donatistis infamari pius princeps. In Romano Martyrologio nomen *Marculi* mutatum in nomen *Marcelli*, *Constantis* in *Constantii*, & ab *Arianis* pro *Macarianis* de rupe præcipitatus dicitur. Rabanus *Marculum* pariter inter martyres recenset. Haud dubie non alius is est a Donatiano, de quo heic Optatus. DUPIN. —— Eadem quæ heic habet Dupinius de *Marculo* pseudomartyre, observat quoque confirmatque Castellanus in sua Gallica versione *Martyrologii Romani* ad d. 26. Nov. pagg. 601. & 723. Ceterum monendum, in sincero *Usuardi* Martyrologio edito Parisiis ann. 1718. ab erudito viro D. Jacobo Bouillartio monacho Benedictino, mentionem quidem fieri *Donati* sub die 1. Martii, sed nullam omnino *Marculi* sub die 26. Novembris.

2. *Cum voluntate Dei æstimatis eum hoc facere non potuisse*] Ita in ms. P. S. In ms. S. G. *si sine voluntate Dei æstimatis eum hoc fecisse*. In ms. S. T. *sine voluntate Dei æstimatis eum hoc facere potuisse*. Primam lectionem ut magis planam & apertam prætulimus. DUPIN.

pe necdum propositis tabulis legis in quibus scriptum erat, *non occides*: tria millia hominum uno momento jussit occidi. Macarium differte paullisper: Phineem filium sacerdotis [a] quem paullo ante memoravi, primo in judicium provocate: si tamen inveneritis præter Deum aliquem judicem. Nam quod accusatis in persona ipsius, a Deo laudatum est quod in zelo Dei factum est. Supprimite interim voces quas in Macarium dictat invidia. Recurrite primo ad Eliam prophetam, qui in rivo Cison, cum pareret voluntati Dei, quinquaginta & quadringentos occidit. Sed forte dicatis, illos merito occisos, [1] istos indigne. Numquam sequitur vindicta, nisi ejus antecesserit caussa. Vindicavit, ut diximus, Moyses; vindicavit Elias, vindicavit Phinees; & non vultis ut non vindicaverit Macarius. Nihil offenderant qui occisi esse dicuntur. Sit Macarius reus, in eo quod solus nobis nescientibus, sed vobis provocantibus fecit. Quare nobis fit invidia, cum aliena sunt facta? & in vobis est caussa; quia propter vos qui foris fuistis, quamquam & nunc foris esse videamini, evenisse dicitur; non propter nos qui intus habitamus, & numquam de radice recessimus. Sed quia supra memoratorum personas per ordinem diximus, videamus quare Moyses tria millia hominum jussit occidi [b]; quare Phinees duo [c]; & quare Elias quadringentos & quinquaginta [d]: quare Macarius duos, quorum nomina quotidie, ut supra dixi, flabello invidiæ ventilatis. Constat in eos vindicasse, a quibus jussio divina contemta est. Nam, [e] *Non tibi facies sculptile*, Dei vox est: &, *Non facies adulterium*, ejusdem Dei vox est: *Non sacrificabis idolis*, idem Deus locutus est: & non facies schisma; & [f] *quære pacem & consequeris eam*, ejusdem præceptum est. Temporibus Moysi populus Israel caput vituli coluit quod illis sacrilega flamma conflavit; ideo tria millia hominum occidi meruerunt, quia Dei vox videbatur esse contemta. Phinees adulteros uno ictu percussit: laudari a Deo meruit: quoniam divinorum præceptorum contemtores occidit. Et quadringenti & quinquaginta quos Elias occidisse legitur, ideo occisi sunt, quia contra jussionem Dei, per quod falsi vates erant, Dei præcepta contemserant. Et illi quorum nominibus Macarium criminatis, nec a falsis vatibus longe sunt; quia vos Deus dixit futuros esse falsos vates, quod proximo loco probaturi sumus: & dum pacem noluerunt respicere, ne in uno cum fratribus habitarent, contra præcepta & contra voluntatem Dei pertinaciter obstiterunt. Ergo videtis a Moyse, & Phinee, & Elia, & Macario, similia esse facta, quia ab omnibus unius Dei [2] præcepta sunt vindicata. Sed video vos hoc loco tempora separantes, ut alia fuerint tempora ante Evangelium, alia post Evangelium: in quo potestis dicere, quia scriptum est [g], ut a Petro jam gladius conderetur, quo auriculam servi sacerdotis abstulerat, quem servum potuerat quasi devotus Petrus occidere: sed Christus pati venerat, non defendi. [3] Et si cogitatum suum Petrus impleret, in passione Christi videretur servus vindicari, non populus liberari.

VIII. Nam & Macarius gladium a Petro vagina conditum non eduxit. Hoc probat Deus, dum ad vallem Sion loquitur dicens: [h] *Vulnerati in te, non vulnerati gladio*: aut probate aliquem illo tempore gladio esse percussum. Deinde ait: *mortui in te, non mortui in bello*. Quare debetis attendere, ne temerarium sit, eos martyres appellare, qui Christianorum nullum senserint bellum. Non tale aliquid factum aut auditum est, quod in bello Christianorum dici aut fieri solitum est: quod bellum persecutio dicitur, quæ operata est sub duabus bestiis ex illis quatuor, quas Daniel de mari ascendentes aspexit [i]. Prima fuit ut leo: hæc erat persecutio sub Decio & Valeriano. Secunda, ut ursus: alia persecutio, quæ fuit sub Diocletiano & Maximiano: quo tempore fuerunt & impii judices, bellum Christiano nomini inferentes: ex quibus in provincia proconsulari, ante annos [4] sexaginta & quod excurrit, fuerat Anulinus, in Numidia Florus. Omnibus notum est, quid eorum operata sit artificiosa crudelitas: sæviebat bellum Christianis indictum; in templis dæmoniorum diabolus triumphabat; immundis fumabant aræ nidoribus; & quia ad sacrilegia venire non poterant, ubicumque tus ponere cogebantur. Omnis locus templum erat ad scelus. Inquinabantur prope morientes senes: ignorans polluebatur infantia; a matribus parvuli portabantur ad nefas; parentes incruenta parricidia facere cogebantur: alii cogebantur templa Dei vivi subvertere; alii Christum negare; alii leges divinas incendere; alii tura ponere. Horum aliquid a Macario factum esse, nec vos ipsi confingere poteritis. Sub persecutore Floro Christiani idolorum cogebantur ad templa: sub Macario pigri compellebantur ad basilicam. Sub Floro dicebatur, ut negaretur Christus & idola rogarentur: contra sub Macario commonebantur omnes, ut Deus unus pariter in Ecclesia ab omnibus rogaretur. Ergo [5] cum videatis Christianorum nullum fuisse bellum, & sine bello aliquos mortuos esse commemorat Deus, cum dicit, *& mortui in te, non mortui in bello*: & dubios martyres posse eos esse, qui non sint vel ad sacra sacrilega provocati, vel ad immunda incensa, vel ad negationem nominis Dei: & cum ad martyrium non sit transitus, nisi per confessionem; quomodo dicitis martyres qui non fuerunt confessores, aut quis eorum negare coactus est, & confessus est Christum? Si igitur nec martyrium sine Christi nominis confessione esse potest, & nemo confessus est; & in vindicta præceptorum Dei factum est, quod factum esse dicitis; & a nobis factum esse aliquid non probatis, cum id quod factum est, & Deus dixerit sic futurum esse, & ejus sunt vindicata præcepta: videte ne non solum vanum, sed etiam superstitiosum sit sine bello mortuos ibi ponere ubi sunt, qui in Christum confessi pro Dei nomine mori potuerunt: aut si eos martyres esse vultis, probate illos amasse pacem, in qua prima sunt fundamenta martyrii; aut dilexisse Deo placitam unitatem; aut habuisse cum fratribus caritatem. Nam omnes Christianos fratres esse & in primo libello probavimus, & in quarto procul dubio pro-

a Num. xxv. b Exod. xxxii. c Num. xxv. d III. Reg. xviii. e Exod. xx. f Psal. xxxiii. 15. g Matth. xxvi. h Isa. xxii. 2. i Dan. vii.

1. *Istos indigne*] Hæc desunt in ms. Sangerm. Dupin.

2. *Præcepta sunt vindicata*] Ita in ms. S. G. In ms. S. T. & P. S. *unius Dei processa sunt vindictæ*. Id.

3. *Et si cogitatum suum Petrus impleret, in passione Christi videretur servus vindicari, non populus liberari*] In mss. S. T. & P. S. *Et cogitatum suum Petrus implere in passione Christi videtur, & servus vindicari, non populus liberari*. Idem.

4. *Sexaginta & quod excurrit*] In ms. S. G. *prope septuaginta*. Id.

5. *Ergo*, &c.] Hæc usque ad illa verba, *martyres esse vultis*, quæ deerant in omnibus editis, & omissa fuerant in mss. S. T. & P. S. supplevimus ex ms. S. G. quæ genuina esse nemo potest ambigere. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

baturi ſumus. Quos dicitis appellari martyres, noluerunt fratres agnoſcere, nullam habuerunt caritatem. Nec dicatur ad excuſationem, quia traditoribus communicare noluerunt; cum manifeſtiſſime probatum ſit, eoſdem ipſos filios fuiſſe traditorum. Nulla igitur eſt excuſatio, quia caritatem illos non habuiſſe manifeſtiſſime conſtat, ſine qua nullum nec nominari poteſt vel eſſe martyrium; ſine qua maxima & imperioſa virtus caret effectu; ſine qua nihil valet omnium ſcientia linguarum; ſine qua nihil poteſt etiam ſocietas Angelorum, Apoſtolo Paullo dicente: [a] *Si habeam in me poteſtatem imperandi montibus, ut transferant ſe de locis in loca, & loquar omnium gentium linguis, etiam Angelorum, & corpus meum flammis tradam, & caritatem in me non habeam, nihil ſum: ſed ero æramentum tinniens in deſerto, ut pereat vocis opus, ubi nullus occurrit auditus*. Si tanta res, ſi beatus Paullus, ſi vas electionis, quamvis in imperioſa virtute & Angelorum ſocietate, pronuntiat ſe nihil eſſe, niſi caritatem habuerit: videte, an non dicantur martyres, ſed aliquid aliud appellari mereantur, qui caritatis deſertores pro eadem deſertione pati aliquid potuerunt.


IX. Gaudet totus orbis de unitate catholica [1], præter partem Africæ, in qua incendium de ſcintilla conflatum eſt. Ab operariis unitatis querimini neſcio quæ eſſe commiſſa. Hoc non queritur Italia [2], non Gallia, non Hiſpania, non Pannonia, non Galatia, non Græcia, non cum tot provinciis ſuis Aſia: quia nihil illic fuerat emendandum, nullus illuc miſſus eſt, ut ita dixerim, ſartor: & heic in Africa jamdudum populo in unitate manente veſtis fuerat ſana; æmula manu inimici diſciſſa eſt. Pendebant quodammodo panni de una veſtis origine; & de una radice venientes, [3] ab invicem diviſi ſunt rami. Ut quid ſe pars parti anteponit? ut quid ſe ſuper alterum pannum alter pannus extollit, cum meliorem ſe probare non poterit? Quid enim ſi dicat contemtus pannus, quid te tantum extollis? nonne pares crevimus? in manibus conficientium ſimul fuimus? apud lotorem pariter mundati ſumus? inimicus nos voluit ab invicem excidere: adverſarius pulcritudinem noſtram voluit deformare. In parte veſtis adhuc unum ſumus, ſed in diverſa pendemus. Quod enim ſciſſum eſt, ex parte diviſum eſt, non ex toto: cum conſtet merito, quia nobis & vobis eccleſiaſtica una eſt converſatio: & ſi hominum litigant mentes, non litigant ſacramenta. Denique poſſumus & nos dicere: pares credidimus, & uno ſigillo ſignati ſumus, nec aliter baptizati quam vos: Teſtamentum divinum legimus pariter: unum Deum rogamus: Oratio Dominica apud nos & apud vos una eſt: ſed ſciſſa (ut ſupra diximus) parte, partibus hinc atque inde pendentibus, ſartura fuerat neceſſaria. Et tamen hujus rei artifex aut operarius, dum vult veſtem in antiquam faciem revocare, vicina fila compungit. Diſplicet tibi ſartor, qui ſciſſuram, dum ſanat, vulnerat: ille tibi magis diſpliceat, qui fecit, ut ſartor peccare potuiſſet. Quæ in vos ab operariis unitatis dicitis eſſe commiſſa; aut ad parentes veſtros pertinent quorum cauſſa facta ſunt; aut ex voluntate Dei deſcendunt. Nos autem inde alieni ſumus.

X. Quid ſi quamvis aſpera, tamen, ut diximus, cum voluntate Dei videntur eſſe commiſſa? Legimus enim in Ezechiele propheta parietem dealbatum, cui Deus comminatus eſt tempeſtatem, pluviam & lapides petrobolos, & accuſationes: [b] *Erunt*, inquit, *falſi vates qui ædificent ruinoſum parietem, dicentes, pax, pax: & ubi pax?* Recordamini, quomodo a vobis jamdudum matris Eccleſiæ membra ab invicem diſtracta ſunt. Non enim unamquamque domum ſemel ſeducere potuiſtis. Aut abiit uxor, & reſedit maritus: aut parentes ſeducti ſunt, & filii ſequi noluerunt: aut ſtetit frater, ſorore migrante: perſuaſionibus veſtris diviſa ſunt & corpora & nomina pietatis: & non potuiſtis prætermittere quod legitimum eſt. Utique dixiſtis, *pax vobiſcum*: cum Deus contra, *pax, & ubi pax?* hoc eſt dicere, quid ſalutas, de quo non habes? quid nominas, quod exterminaſti? ſalutas de pace, [4] qui non amas pacem. Hi, inquit, ædificant ruinoſum parietem: domus Dei una eſt. Qui foras exeuntes partem facere voluerunt, parietem fecerunt, non domum: quia non eſt alter Deus, qui alteram domum inhabitet. Ideo parietem feciſſe dicuntur falſi vates, in quo ſi janua fuerit collocata, quicumque intraverit, foris eſt. Nec lapidem habere angularem unus paries poteſt, qui lapis eſt Chriſtus, duos in ſe ſuſcipiens populos; unum de gentibus, alterum de Judæis: qui nodo pacis jungit utrumque parietem. Nam quot commoda habet domus, tot incommoda paries: domus incluſa cuſtodit, tempeſtatem retundit, pluviam diffundit, latronem aut feram beſtiam non admittit: ſic & Eccleſia catholica omnes filios pacis gremio & ſinu ſuo complectitur: contra paries qui eſt ædificatus ruinoſus, nec lapidem angularem ſuſtinet, & januam ſine cauſſa habet, nec incluſa cuſtodit; pluvia udatur, tempeſtatibus cæditur: nec poteſt arcere latronem, nec venientem prohibet feritatem. Paries de domo eſt, ſed domus non eſt; & pars veſtra quaſi Eccleſia eſt, ſed catholica non eſt. *Et dealbant*, inquit, *eum*: hoc eſt, quod vos ſolos ſanctos æſtimatis. Querimini vos ſine nobis aliqua eſſe paſſos; ergo conſtat vos ſolos aliqua paſſos. Quia aliud eſt tempus pacis, aliud tempus perſecutionis: ſi perſecutionem putatis, dicite, quid vobiſcum paſſæ ſint univerſæ provinciæ in quibus Eccleſia catholica eſt conſtituta? ſed quia vindicta fuit, non perſecutio, ſolus paries paſſus eſt, cui Deus interminatus eſt tempeſtatem, pluviam & petrobolos & accuſationes. Sic enim locutus eſt: quid ædificaſtis ruinam? quid dealbaſtis? quid liniſtis? hoc contra voluntatem meam eſt, dicit Dominus. Diſplicent vobis tempora neſcio cujus Leontii, Urſacii, Macarii & ceterorum: emendate voluntatem Dei, ſi poteſtis, qui dixit: [c] *Contra parietem exſurgam cum ira mea; & immittam tempeſtatem nimiam, & pluviam, diluvia & lapides petrobolos; & percutiam parietem ruinoſum, & diſſolventur compagines ejus*. Sed ne quis veſtrum dicat, ſi unitas bonum eſt, quare toties facta durare non potuit? Ideo, quia ſic res ipſa a Deo eſt ordinata, qui comminatus eſt tempeſtatem, pluviam, lapides & accuſationes: & iſtæ quatuor res non poterant uno tempore fieri. Fuit primo tempeſtas ſub Urſacio [5]; agitatus eſt paries, ſed non cecidit, ut haberet pluvia ubi operaretur. Secuta eſt pluvia ſub

a I. Cor. XIII. 1. b Ezech. XIII. 10. c Ibid. ℣. 13.

1. *Catholica*] Ms. Sangerm. *De unitate Catholicæ*. DUPIN.
2. *Italia*] In eod. cod. Sangerm. pro *Italia*, habetur *Gallia*. Utrumque repoſuimus. ID.
3. *Ab invicem diviſi ſunt rami. Ut quid ſe pars parti anteponit?*] Hæc ſupplevimus ex ms. S. G. ID.
4. *Qui non amas pacem*] Hæc ſupplevimus ex ms. S. G. quæ deſunt in aliis mss. ID.
5. Hæc tria, *ſub Urſacio*, *ſub Gregorio*, *ſub operariis unitatis*, non habentur niſi in ms. S. G. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Gregorio; udatus est paries, sed non maduit, ut haberent lapides, ubi operarentur. Post pluviam secuti sunt lapides sub operariis unitatis; dispersus est paries, sed de fundamentis suis se iterum reparavit. Jam tria peracta sunt; debentur vobis accusationes, sed quomodo & quando, novit ille cui placuit de vobis ista nuntiare.

XI. Et ne aliquis de hoc intellectu dubitaret, Deus addidit, dicens: [a] *Non sunt quæ dico de luto, aut de latere, aut de pariete, sed de falsis prophetis qui seducunt populum meum*. Hoc verbum, *seducunt*, videte cui parti competat. Nobiscum erant omnes, nobis absentibus irruistis: sed ut haberetis quos habere desiderastis, non potuistis nisi seducere: & quæ sint verba seductionis vestræ, omnibus notum est. Vestrum est dicere, „ attendite post vos „: vestrum est dicere, „ redimite animas vestras „: vestrum est dicere hominibus fidelibus & clericis, „ estote Christiani „. Sed cum dicitis, " attendite post vos „, contra Evangelium facitis, ubi dictum est: [b] *Nemo tenens manicam aratri, post se attendens, intrabit regna cælorum*. Et vultis scire quid meruit, qui post se attendit, & qui ante se? recordamini Sodomorum fugitivos, Loth & [1] uxorem ejus [c]: quæ post se attendens, in statuam salis mutata est: qui ante se prospexit, evasit. Quid est ergo quod dicitis „ attendite post vos? „ nam & cum dicitis, „ redimite animas vestras „: unde illas emistis, ut vendatis? Quis est ille nescio quis angelus, qui nundinas facit animarum, quas ante ejus adventum diabolus possidebat? Has sanguine suo Christus Salvator noster redemit, Apostolo dicente: [d] *Emti enim estis pretio magno*. Constat enim sanguine Christi omnes redemtos. Christus non vendidit quos redemit. Animæ emtæ a Christo non potuerunt vendi, ut possint, sicut vultis, a vobis iterum redimi. Aut quomodo potest una anima duos dominos habere? aut numquid est alter redemtor? Qui prophetæ nuntiaverunt alterum esse venturum? quis Gabriel iterum ad alteram Mariam locutus est? quæ virgo iterum peperit? quis virtutes novas aut alteras fecit? Si nullus est præter unum qui redemit animas omnium credentium, quid est quod dicitis, „ redimite animas vestras „? Jam illud quale est, quod hominibus Christianis etiam clericis dicitis, „ estote Christiani „? & cum miraculo quodam unicuique audetis dicere „ [2] Cai Sei, Caia Seia, adhuc paganus es, aut pagana. „ Eum qui ad Deum se conversum esse professus est, paganum vocas: cum qui vel a nobis vel a vobis, non in nomine nostro nec vestro, sed in nomine Christi tinctus est, paganum vocas: (sunt enim qui & a vobis baptizati sunt, & [3] ad nostram communionem postea transierunt). Paganum vocas eum, qui Deum Patrem per Filium ejus ante aram rogaverit. Quicumque enim crediderit, in nomine Patris & Filii & Spi-

A ritus sancti credidit: & tu eum paganum vocas post professionem fidei. Si aliquis Christianus (quod absit) deliquerit, peccator dici potest; paganus iterum esse non potest. Sed hæc omnia vultis nullius esse momenti. Ac si tibi ipsi consenserit quem seducis, unus consensus & manus tuæ porrectio, & pauca verba, jam tibi Christianum faciunt de Christiano; & ille vobis videtur Christianus, qui quod vultis fecerit, non quem fides adduxerit.

XII. Et si seductioni vestræ paullo tardius fuerit accommodatus assensus, etiam illa vobis argumenta non desunt: quibus quasi facile, etiam nolentibus, quod vultis, suadere possitis: dum dicitis, dictum B esse ex ore eorum, qui jamdudum in vestro collegio fuerant: „ quod qui gustaret aut acciperet de sacrificio adventantis unitatis, de sacro gustare videretur „. Non negamus ab aliquibus esse hæc dicta, quos constat postea tota securitate fecisse, unde paullo ante populos deterrebant: " sed alia ratio exegit has voces, alia invitavit in factum. Nam ut hæc dicerent qui feruntur ista dixisse, opinio falsa eorum aures & omnium populorum compleverat. Dicebatur enim illo tempore venturos Paullum & Macarium, qui interessent sacrificio, ut cum altaria solemniter aptarentur, proferrent illi imaginem, quam primo in altari ponerent, & sic sacrificium offerretur. Hoc cum acciperent aures, percussi sunt C & animi, & uniuscujusque lingua in hæc verba commota est, ut omnis qui hæc audierat, diceret: „ qui inde gustat, de sacro gustat „: & recte dictum erat, si talem famam similis veritas sequeretur. At ubi ventum est a supradictis, nihil tale visum est, ex eo quod fuerat paullo ante fama mentita: nihil viderunt oculi Christiani quod horrerent: nihil probavit adspectus ex iis, quibus perturbatus erat auditus. Visa est puritas, & ritu solito solemnis consuetudo perspecta est: cum viderent divinis sacrificiis nec mutatum quidquam, nec additum, nec ablatum. Pax a Deo commendata, volentibus placuit: quare nullus eorum debet argui, qui de collegio vestro ad pacem transitum fecit: qui fu- D erant sinistra opinione turbati, simplici ac pura veritate firmati sunt. Nec dicatur [e] de amaro fecisse dulce, aut de dulci amarum. Amaritudo quæ de falsitate videbatur fuisse nuntiata, in sinu opinionis resedit ac remansit: veritas perspecta oculis, dulcedinem suam in se habens, a falsæ opinionis limitibus separata est. Ergo nec de amaro factum est dulce, nec de dulci amarum; quia & aliud & extra est quod est visum, & longe fuerat quod videbatur auditum [4]. Quare vides te sine caussa fecisse convicium, fingens pro arbitrio quod voluisti, ut Macarium & Taurinum lacerares. Perdidisti quod sapiens videris, dum sensus tuos invidia depravavit, E & intelligendi tibi aditus clausit.


a Ezech. XIII. 15. 16. *b* Luc. IX. 62. *c* Gen. XIX. *d* I. Cor. VI. 20. *e* Isa. V. 20.

1. *Uxorem ejus*] In ms. S. G. additur, *Molassadon*. ID.

2. *Cai Sei, Caia Seia*] In tribus mss. *Caisei*, *Caiaseia*. Nomina sunt hæc vulgaria, quibus generatim hic & ille designatur. Unde & Tertullianus in apologetico commemorat vulgare illud de Christiano: *Bonus vir Caius Seius*. Similem Donatistarum ad Catholicos allocutionem refert S. August. l. 2. de bapt. c. 7. *Bonus homo esses si non esses traditor: consule animæ tuæ, esto Christianus:* ad quæ cum Optato pariter exclamat: *o improbam rabiem, cum Christiano dicitur, esto Christianus! quid aliud dicitur, nisi nega te Christianum?* aut ut habet editio postrema, *quid aliud docetur nisi negare se Christianum?* ID. — Eadem verba repetit Optatus infra lib. VI. cap. VII.

3. *Ad nostram communionem postea transierunt*] In ms. S. G. *a communione nostra minime recesserunt; & ut ipsos seducas, paganos vocas*. DUPIN.

4. *Auditum*] Heic finitur liber tertius in mss. S. T. & P. S. Quæ sequebantur in editis, *Sed ut ad paullo ante dicta redeamus, &c.* quæ clauduntur his verbis, *nostrum non potestis damnare judicium*, habentur lib. 7. in omnibus mss. quia tamen ad argumentum hujus libri tertii pertinent, suntque ejus velut appendix, heic in editis adjecta sunt: attamen non videntur ad hunc librum pertinere: caussam enim Macarii alio modo tractat auctor ac in præcedentibus, & novam retundit Donatistarum rationem, supponens Macarium quem hoc in libro 3. excusarat, non esse innocentem. Quare mss. auctoritatem secuti, ablegavimus hæc ad librum septimum, qui continet hujusmodi additamenta. At heic addidimus conclusionem hujus libri quæ a loco suo avulsa exstabat in fine libri quarti in mss. S. G. & P. S. *Quare vides*, &c. ID.



SANCTI OPTATI AFRI MILEVITANI EPISCOPI,

DE SCHISMATE DONATISTARUM, ADVERSUS PARMENIANUM.

LIBER IV.

I. A Te nobis, frater Parmeniane, de petito milite frustra calumniam factam esse, aperte dilucideque monstratum est. Etiam illud disce, quod dixisti de oleo & sacrificio peccatoris, ad vos potius pertinere: non enim ille debet esse peccator, quem vos volueritis. Nam & nos vestram præsumtionem possumus imitari, & dicere, vos esse peccatores. Sed [1] facessat ex utraque parte præsumtio: nullus nostrum humano judicio alterum damnet. Dei est, nosse reum; illius, ferre sententiam. Taceamus omnes homines: solus Deus indicet peccatorem, cujus sacrificium sit canina victima, & [2] cujus oleum ungi desideranti ingerat metum.

II. Hujus rei apertissimam veritatem, Parmeniane frater, agnosce. Si tamen hoc nomen fraternitatis frequenter a me dictum, libenter audire dignaris: fac, ut tibi sit fastidiosum; tamen nobis est necessarium, ne forte juxta probationem hujus nominis, tacendo rei esse videamur. Si enim tu non vis esse frater, ego esse incipio impius, si de nomine isto tacuero. Estis enim fratres nostri, & nos vestri, propheta dicente: [a] *Nonne vos unus Deus creavit, unus pater genuit?* non enim potestis non esse fratres, cum omnibus dictum sit, [b] *Dii estis, & filii Altissimi omnes*. Et nos & vos qui præceptum unum accepimus, in quo dictum est: [c] *Ne vocetis vobis quemquam patrem in terris, quia unus est Pater vester in cælis*. Salvator noster Christus solus natus est Filius Dei: sed & nos & vos filii Dei uno modo facti sumus, sicut in Evangelio scriptum est: [d] *Venit Filius Dei; quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem, ut filii Dei fierent qui credunt in nomine ejus*. Nos & facti sumus & dicimur: vos & facti estis & non dicimini, quia pacifici esse non vultis, nec audire ipsum Filium Dei dicentem: [e] *Felices pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur*. Christus veniens, Deum & hominem revocavit in pacem, [f] *& fecit ambos unum, tollens medium sepem parietis*. Vos nobiscum, id est, cum fratribus, pacem habere non vultis. Non enim potestis non esse fratres, quos iisdem sacramentorum visceribus una mater Ecclesia genuit, quos eodem modo adoptivos filios Deus Pater excepit. Unde hujus temporis præscius Christus, quia futurum erat ut a nobis hodie discordaretis, talia dedit orandi manda-


A ta, ut vel in oratione unitas remaneret, ut preces jungerent, quos discrepaturæ fuerant partes. Oramus pro vobis, quia volumus; & vos pro nobis & cum, non vultis: aut dicat unusquisque vestrum; Pater meus qui in cælis es, & Panem meum quotidianum da mihi hodie, & Dimitte mihi peccata, quomodo & ego debitori meo. Igitur si quæ mandata sunt, mutari non possunt; videtis nos non in totum ab invicem esse separatos, dum & nos pro vobis oramus, volentes; & vos pro nobis oratis, etsi nolentes. Vides, frater Parmeniane, sanctæ germanitatis vincula inter nos & vos, in totum rumpi non posse.

B III. Jam peccator quærendus est, cujus potuit vel oleum timeri, vel sacrificium repudiari. Cesset humana suspicio; utriusque partis præsumtio sileat; quis sit peccator solus indicet Deus. Legimus in XLIX. psalmo sub secundo diapsalmate, Spiritum sanctum dixisse: [g] *Peccatori autem dixit Deus*. Hoc loco advertenda est tota mentis intentio, & videndum, quis sit peccator. Si enim post quod lectum est, *peccatori autem dixit Deus:* verba hujusmodi sequerentur, & diceret: tulisti arma, processisti castris, stetisti contra hostes in acie: timendum erat militi, quia potuit ipse videri peccator. Aut si diceret: comparasti merces, peregrinatus es, egisti nundinas, lucri caussa quod C emeras vendidisti: timendum erat negotiatori, quia potuit ipse videri peccator. Aut si diceret: fabricasti navem, struxisti funibus, ornasti velis, opportunos ut navigares captasti ventos: timendum erat nautæ, quia potuit ipse videri peccator. Aut post quod lectum est, *peccatori autem dixit Deus:* si sequerentur hæc verba: dissensio & schisma tibi displicuit, concordasti cum fratre tuo, & cum una Ecclesia quæ est in toto orbe terrarum, communicasti septem Ecclesiis & memoriis Apostolorum, amplexus es unitatem: si hæc subsequens lectio contineret, nobis timendum erat, nos esse potuimus peccatores. Cum autem dicit Deus: [h] *Ad quid exponis justitias meas, & assumis testamen-* D *tum meum per os tuum? tu autem contemsisti disciplinam, & abjecisti sermones meos retro: sedens adversum fratrem tuum, detrahebas, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. Videbas furem, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas*. Hæc ad vos dicta

a Malach. II. 10. *b* Psalm. LXXXI. 6. *c* Matth. XXIII. 9. *d* Joan. I. 11. *e* Matth. V. 9. *f* Ephes. II. 13. *g* Psalm. XLIX. 16. *h* Ibid.

1. *Facessat ex utraque parte præsumtio*] Hunc locum restituimus ex ms. S. G In mss. S. T. & P. S. nec non in editis perperam omnino, *facite ex utraque parte*. DUPIN.

2. *Cujus oleum ungi desideranti ingerat metum*] In ms. S. G. *cujus oleum videatur esse timendum*. ID.



sunt omnia. Excusate vos ab his omnibus, si potestis.

IV. A vobis enim contemta est disciplina: ut quid recitas testamentum, qui testamento non servis, in quo descripta est disciplina, quam servare non vultis? non enim potestis dicere, vos eam servare, contra quam militatis. Deus dicit: [a] *Quære pacem, & consequeris eam*: tu repudiasti pacem: non est contemnere disciplinam? In Evangelio legitur: [b] *Pax hominibus in terra bonæ voluntatis*: tu nec voluntatem bonam vis habere nec pacem: non est contemnere disciplinam? Item in psalmo CXXXII. legitur: [c] *Ecce quam bonum est & jucundum, habitare in unum*: in unum habitare cum fratribus non vis: non est contemnere disciplinam? Christus dicit in Evangelio: [d] *Qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lavandi*: tu rebaptizando iterum lavas: non est contemnere disciplinam? Deus dicit: [e] *Ne tetigeritis christos meos, neque in prophetas meos manum miseritis*: vos tot sacerdotes Dei honoribus exspoliastis: non est contemnere disciplinam? Christus dicit: [f] *Inde scio quia discipuli mei estis, si vos invicem diligatis*: odio nos habetis, fratres utique vestros: nec Apostolos imitari voluistis, a quibus etiam negator dilectus est Petrus: non est contemnere disciplinam? Exponis justificationes Dei, & assumis testamentum ejus per os tuum: testamentum recitas; & testamento non servis, in quo descripta est disciplina: quomodo dicis: *quære pacem*, cum non habeas pacem?

V. Electi estis, qui sedentes populum doceatis; & detrahitis nobis, utique fratribus vestris. Quoniam sicut supra dixi, una nos mater Ecclesia genuit, unus nos Deus pater excepit; & tamen scandala contra nos ponitis, mandando singulis, ne nos salutent: ne a nobis [1] dignationem accipiant. Considerate verba superbiæ vestræ: considerate tractatus: considerate mandata: actus quoque vestros revolvite [2]. Nullus vestrum est, qui non convicia nostra suis tractatibus misceat: qui non aliud initiet, aliud explicet. Lectiones dominicas incipitis, & tractatus vestros ad nostras injurias explicatis: profertis Evangelium, & facitis absenti fratri convicium: auditorum animis infunditis odia, inimicitias docendo suadetis: hæc omnia dicendo, contra nos scandala ponitis. Ergo unicuique vestrum

A dictum est: *Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum*. Dum peccatorem arguit, & sedentem increpat Deus, specialiter ad vos dictum esse constat, non ad populum, qui in Ecclesia non habet sedendi licentiam. Vides ergo procul dubio vobis imputari debere, cum dicit Deus: *Sedens adversus filium matris tuæ ponebas scandala*. Unam matrem nos habere jam toties comprobavi: nec vos negare potestis qui contra nos scandala ponitis, dum aliqui vestrum & non intellectas proferunt lectiones: ut auferant etiam illud, quod inter omnes solet esse commune, salutationis videlicet officium. Nam & vos ipsi aliqui in perfuncto-

B ria salutatione oscula denegatis solita: & docentur multi, ne ave dicant cuiquam nostrum: & videntur sibi hoc de lectione, sed non intellecta, mandari, ignorantes de quibus Apostolus hoc dixerit: [g] *Cum his nec cibum capere*: [h] *Ave illi ne dixeritis*: [i] *Serpit enim eorum sermo velut cancer*. Dixit hoc de hæreticis, quorum cœperat illis temporibus vitiosa esse doctrina: qui subtili seductione verborum, morbis obscure serpentibus corrumperent fidei sanitatem; ut Marcion, qui ex episcopo apostata factus, inducebat duos deos & duos Christos; ut Praxeas [3], qui argumentabatur Patrem passum esse, non Filium; ut Valentinus, qui conabatur carnem Christo subducere. Horum est ser-

C mo, qui habuit cancer ad fidei membra vexanda. Talis sermo est & [4] Scorpiani hæretici, qui negabat debere esse martyria: scilicet venena sua sibi servent, nec eorum relatio auditorum intellectus simplices vel leviter vexet. Hujus igitur sermo est qui vitandus est, ne serpat sicut cancer. Dictum est hoc & de Ario, qui conabatur docere Filium Dei ex nullis substantiis factum esse, non ex Deo natum: cujus doctrina, nisi in Nicæno concilio a trecentis decem & octo episcopis dissiparetur, pectora multorum sicuti cancer intraverat. Dictum est hoc de Photino præsentis temporis hæretico, qui Filium Dei ausus est dicere, tantummodo hominem fuisse, non Deum. Potuit hoc & de vobis

D dici, quia vester sermo animis & auribus aliquorum non leve intulit cancer. Vester enim sermo est, quem ad pacis filios habetis; dum dicitis: „ periistis, attendite post vos; peribit anima vestra; quamdiu vos tenetis „? Sic fecistis de fidelibus pœnitentes: sic mortificastis in sacerdotibus honores. Ecce & vester sermo est, qui serpit

[a] Psal. XXXIII. 15. [b] Luc. II. 14. [c] Psal. CXXXII. 1. [d] Joan. XIII. 10. [e] Psal. CIV. 15. [f] Joan. XIII. 34. [g] I. Cor. V. 11. [h] II. Joan. X. [i] II. Tim. II. 17.

1. *Dignationem accipiant*] Dignatio heic humanitatis officium. Symm. l. 9. ep. 63. *sed licet me officii ordine & dignatione præverteris, &c.* DUPIN.

2. *Revolvite*] Heic in mss. & in editis habentur hæc verba: *Invenietis olrum vestrum timuisse, qui rogabat*; sed non suo loco: nec enim cohærent cum præcedentibus & sequentibus, iisque omissis series orationis optime se habet. ID.

3. *Praxeas*] In mss. omnibus & in editis heic habetur *Ebion* pro *Praxea*. Sed erroris istius, Patrem passum esse, auctor fuit *Praxeas*, non *Ebion*. *Praxeas* etiam nominatur ab Optato l. 1. Et l. 5. in mss. S. T. & P. S. pro *Ebione* legitur *Praxeas: apud Praxeam Patripassianum, qui ex toto Filium negat, & Patrem passum esse contendit*. Ex his restituimus *Praxeam* pro *Ebione*, quamquam hoc loco mss. codicum auctoritate destituti. Forte in his omissa est una aut altera linea, & legendum, *ut Ebion qui Christum dicebat esse merum hominem: ut Praxeas qui argumentabatur Patrem passum esse*. ID.

4. *Scorpiani*] Mirum est neminem veterum, si Optatum excipias, hujus hominis meminisse. Quæ caussa est, quamobrem viri docti ad hunc Optati locum in diversa discedant. Si mei res arbitrii foret, Optato *Scythiani* nomen redderem. Passim in id grassati librarii sunt. In Disputatione Archelai & Manetis, nunc *Excutianus*, *Scutianus*, modo *Stutianus*, ut Zaccagnius monuit, exaratur. Optati mss. præferunt *Scorpiani*, *Scæpiani*, quod a Scythiano non longe abest. Conveniunt in Scythianum, quæ Optatus tradit. Manichæi quorum præcursor & signifer Scythianus fuit, martyria improbabant. Audi ipsum Manetem in Anathematismis ejus sectæ ita impie loquentem: E οὐκ εἰμὶ ἄσπλαγχνος ὥσπερ ὁ Χριστός· οὐ γὰρ ἀρνήσομαι τὸν ἀρνησάμενόν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τὸν ψευδόμενον διὰ τὴν οἰκείαν σωτηρίαν, καὶ τὸν διὰ φόβον ἀρνούμενον τὴν ἰδίαν πίστιν, μετὰ χαρᾶς προσδέξομαι. *Non ego adeo immisericors sum, ut Christus. Non enim abnegabo, qui me coram hominibus abnegaverit: immo vero pro salute sua mentientem, fidemque suam ex metu negantem, non sine gaudio recipiam.* Quæ nisi argumento sint, Maneti martyria cordi non fuisse, prorsus nihil video. Atque hinc Faustus præceptoris sui vestigia premens, haud secus catholicis insultabat, apud Augustinum lib. XX. contra Faustum Manichæum cap. IV. Jam vero Manes ex Scythiani fontibus suas areolas irrigavit, librorum ejus & Terebinthi ex asse heres, ut e Petro Siculo & Photio constat. Quare nemini mirum accidet, Optatum Scythiano martyriorum damnationem contribuere. — Hæc summatim P. WESSELINGIUS lib. sing. *Probabil.* cap. XXVIII. pag. 143. seqq.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

velut cancer hodie; ut ſalutatio & convictus prohibeatur. Noſter ſermo quid tale facere potuit? qui ſimplici doctrina filios pacis retinemus: non alienos ſeducimus, nec quemquam exterminamus. Manifeſtum eſt igitur, vos contra nos quotidie ſcandala ponere: & longum eſt percurrere omnes modos quibus nobis detrahitis, & omnia quibus ſcandala ponitis.

VI. Nam & cum dicit: *Videbas furem, & concurrebas cum eo*: de qua re hoc putatis dictum eſſe? numquid de ſubducto veſtimento aut de involato gremio, aut de aliquibus rebus, quæ ablatæ vel lucra vel damna inter homines faciunt? equidem ſunt & iſta prohibita: ſed in hac lectione illa furta increpat Deus, quæ ſibi ſunt facta. Quæritis quæ furta ſunt Deo facta? apud vos inveniuntur. Poſſeſſio Dei eſt, turba fidelium, ex qua quotidie fur diabolus cupit aliquid involare. Chriſtiani aut Chriſtianæ vult vel mores ex aliqua parte corrumpere: & ſi non totum hominem, ſed quodcumque de homine rapere. Talem furem cum videatis contra nos vim facere, veſtris operibus adjuviſtis; nam neminem fugit, quod omnis homo qui naſcitur, quamvis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſine ſpiritu immundo eſſe non poſſit, quem neceſſe ſit ante ſalutare lavacrum, ab homine excludi & ſeparari. Hoc exorciſmus operatur, per quem ſpiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fugatur. Fit domus vacua in pectore credentis, fit domus munda: intrat Deus & habitat, Apoſtolo dicente: [a] *Vos eſtis templum Dei, & in vobis Deus habitat*. Et cum Deo unuſquiſque plenus ſit, de quo fur diabolus aliquid involare contendit: vos rebaptizando exorcizatis hominem fidelem, & dicitis Deo habitanti: maledicte exi foras: ut compleatur quod a Deo dictum eſt per prophetam Ezechielem: [b] *Et maledicebant mihi in populo meo, propter plenam manum hordei & buccellam, ut occiderent animas quas non oportuit mori, dum annuntiant populo meo vanas ſeductiones*. Audit ergo Deus injurias non ſibi debitas, & hujuſmodi habitaculum deſerit: & homo qui Deo plenus in Eccleſiam intraverat, egreditur vas inane. Diabolus qui volebat quaſi fur aliquid involare, adjutus operibus veſtris, videt totum ſuum factum eſſe, unde volebat paullulum aliquid tollere: ergo de vobis dixit Deus: [c] *Videbas furem, & concurrebas cum eo*. Denique in Evangelio ſic ſcriptum eſt: [d] *Cum autem Deus deſeruerit hominem, remanet vas inane; ſpiritus autem immundus errans per loca deſerta, jejunus dicit, domus mea vacua eſt*: hoc eſt dicere, qui me excluſerat, excluſus eſt: *revertar illuc & habitabo: & adducit ſecum alios ſeptem ſæviores, & habitabit illic; & erunt hominis illius pejora noviſſima, quam quod fuerunt prima*: hoc eſt: *Videbas furem, & concurrebas cum eo, & cum mœchis particulam tuam ponebas*. Hæreticos dicit mœchos, & mœchas eccleſias illorum; quas aſpernatur & repudiat Chriſtus in Canticis Canticorum: quaſi dicat, Quid mihi colligitis non neceſſarias? [e] *Una eſt dilecta mea, una eſt ſponſa mea, una eſt columba mea*, id eſt, Catholica: in qua & vos cum eſſe poſſetis, rebaptizando inter mœchos particulam habere voluiſtis. Et quoniam vos eſſe peccatores, divino teſtimonio manifeſtiſſime comprobatum eſt: etiam illud oſtenſum eſt, tua auxilia

A contra te militaſſe: in auxilium enim adduxeras prophetam, in quo lectum eſt: [f] *Sacrificium peccatoris, quaſi qui victimet canem*. Jam peccatores vos eſſe, ſi pudor eſt ullus, cum dolore recognoſce.

VII. Etiam diſce, cujus vox ſit: [g] *Oleum peccatoris non impinguet caput meum*: tu enim non intellexiſti, cujus hæc vox ſit; utique Chriſti, qui necdum unctus fuerat, cum rogaret, ut oleum peccatoris non impinguaret caput ejus. Hæc tu non intelligens, dixiſti: „ quia David propheta timuit oleum peccatoris „. A Samuele jamdudum perunctus fuerat [h] qui cantabat; non fuit ratio ut B iterum ungeretur: ergo vox eſt Chriſti dicentis: [i] *Oleum peccatoris non ungat caput meum*. Preces ſunt, non juſſiones; deſideria ſunt, non præcepta: nam ſi juſſio eſſet, diceret: *Oleum peccatoris non ungat caput meum*. Vox igitur eſt Filii Dei jam tunc metuentis oleum peccatoris incurrere, id eſt, cujuſque hominis; quia nemo eſt ſine peccato, niſi ſolus Deus. Ideo Filius ejus timuit oleum hominis; quia fœdum fuerat, ut Deus ab homine ungeretur. Ideo deprecatur Patrem, ut non ungatur ab homine, ſed ab ipſo Domino Patre. Petit ergo Filius: videamus an conſenſerit Pater. Hoc Spiritus ſanctus indicat & manifeſtat in pſalmo XLIV. ubi ait ad ipſum Filium: [k] *Unget te Do-* C *minus Deus tuus oleo exſultationis aliter a conſortibus tuis*. Conſortes fuerant Judæorum ſacerdotes & reges, quos ſingulos unctos ab hominibus conſtat. Sed quia Filius a Patre, Deus a Deo, erat ungendus, ſecundum quod Filius petiit, Spiritus promiſſa nuntiavit, & complevit Pater in Jordane: quo cum veniret Filius Dei, Salvator noſter, ad Joannem oſtenſus eſt his verbis: [l] *Ecce agnus Dei: hic eſt qui tollit peccata mundi*. Deſcendit in aquam, non quia erat quod in Deo mundaretur, ſed ſuperventurum oleum aqua debuit antecedere, ad myſteria initianda & ordinanda & implenda baptiſmatis: lotus, cum in Joannis manibus haberetur, ſecutus eſt ordo myſterii; & com- D plevit Pater quod rogaverat Filius & quod nuntiaverat Spiritus ſanctus. Apertum eſt cælum Deo Patre ungente; ſpiritale oleum ſtatim in imagine columbæ deſcendit, & inſedit capiti ejus, & perfudit oleo, unde cœpit dici Chriſtus, quando unctus eſt a Deo Patre; cui ne manus impoſitio defuiſſe videretur, vox audita eſt Dei de nube dicentis: [m] *Hic eſt Filius meus, de quo bene ſenſi: hunc audite*. Hoc eſt igitur quod lectum eſt: [n] *Oleum peccatoris non ungat caput meum*. Rationem veritatis, frater Parmeniane, vel ſero addiſce, quoniam nunc tempus inveniſti diſcendi.

VIII. Et illud quod in Salomone propheta le- E ctum eſſe dixiſti: [o] *Filios adulterorum inconſummatos*, [p] *& ſpuria vitulamina altas radices dare non poſſe*: hoc & ſimpliciter dictum eſſe intelligi poteſt. Unde ſi figuram facias, veros adulteros excuſaſti. Sed fac, ut figuraliter dictum ſit: hoc de hæreticis dictum eſt, apud quos ſunt ſacramentorum falſa connubia; & in quorum choris iniquitas invenitur; ubi in exterminium fidei corrupta ſunt ſemina. Dum Valentinus Filium Dei in phantaſmatis, non in carne fuiſſe contendit, fidem ſuam ſuorumque corrupit. Nativitatis eorum ſemen exterminatum eſt, qui non crediderunt Fi-

a I. Cor. III. 16. *b* Ezech. XI. 19. *c* Pſal. XLIX. 18. *d* Matth. XII. 43. *e* Cant. VI. 8. *f* Iſa. LXVI. 3. *g* Pſal. CXL. 5. *h* I. Reg. XVI. *i* Pſal. CXL. 5. *k* Pſal. XLIV. 8. *l* Joan. I. 30. *m* Matth. III. 17. *n* Pſal. CXL. 5. *o* Sap. III. 16. *p* Sap. IV. 3.

lium Dei in carne natum de virgine Maria, & passum in carne. A

IX. Nam & illud quod in Jeremia propheta te legisse commemoras, exhorruisse cælum quod duo maligna fecerit populus Dei, ut [a] *derelinquerent fontem aquæ vivæ, & foderent sibi lacus detritos, qui non possent aquam continere*. Legisti quidem, sed ut se res habent, intelligere noluisti: studio criminandi ad convicium catholicorum cuncta componens, multum ad arbitrium tuum declinare conatus es. Si enim putas per prophetas sic dicta esse omnia, ut ad tempora nostra pertineant: excusasti Judæos, de quibus hæc dicta esse constat, qui dimiserunt Deum vivum, Deum verum, Deum qui illis beneficia præstitit; & fecerunt sibi idola, hoc est, lacus detritos, qui non possunt aquam continere. [1] In Deo perennis majestas exundat, sicut in fonte, qui largiter fluentibus venis exuberat: idola vero si non fiant, non sunt; & lacus si non fodiantur, sinus capaces habere non possunt: lacus sine arte & ferramentis cavari non potest: nec idolum sine artifice fieri potest. In idolis virtus naturalis nulla est, sed hominum errore adjungitur & applicatur: æstimatur in idolo virtus quæ illic nata non est: lacus est iste detritus, cujus fabrica [2] vitiata est, ut aquam nec de se habeat, & acceptam continere non possit: sic & idolum nec de se est aliquid; & dum colitur, nihil est. Hoc est quod dixit Deus: duo mala fecisse populum suum, quia dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & effossos ac detritos sibi fecerunt lacus. Etenim Judæorum populus deseruerat veram aquam: non noverat majestatem Dei: & idolorum inquinatam sectatus fuerat religionem. Hoc est, quod dolet Deus: hoc est quod dicit cælum exhorruisse. Nam & per Esaiam prophetam idem Dei dolor est, dum in hoc duo testatur elementa, dum ait: [b] *Audi cælum, & percipe auribus terra: filios generavi & exaltavi: ipsi autem me dereliquerunt*. Quare non de hac lectione aliquid, frater Parmeniane, dixisti? an quia heic non est aqua nominata? Intelligeris enim B studio criminandi sic [3] pulsasse legem, ut ubicumque aquam scriptam legeris, præstigiis quibusdam ad invidiam colligeres, & everriculo quodam malitiæ argumentorum intexto, ad te omnia quæ sunt bona traxisti. Nam qualis est tuus intellectus in hoc capitulo Jeremiæ [c], cum clamet Deus se desertum esse, & sic effossos lacus: pro se irascitur, non pro re sua. Aqua enim baptismatis res Dei est, non Deus: & si putatis desertos esse, quando apud vos fuerunt, qui apud nos baptizati sunt; merito vestri desertores ad nos venire viderentur. Probatum est ergo, te non contra nos, sed contra vos dixisse, quod a te dictum est de oleo & sacrificio peccatoris. C

a Jerem. II. 13. *b* Isa. I. 2. *c* Jerem. II.


1. *In Deo*] Locus hic restitutus ex ms. S. G. corruptissimus erat in mss. S. T. P. S. & in editis: sic enim habebant: *Ideo perennis male destans exsultant; sicut in fonte aqua largiter defluentibus venis exuberant*. Quei legendum oret, nisi ope codicis nullus divinare potuisset. Dupin.

2. *Vitiata est*] In ms. S. G. *vexationes*. In ms. S. T. *vexatio est*: emendandum *vitiata est*. Nonnulla etiam alia hoc in loco emendavimus ex collatione mss. & conjecturis. Id.

3. *Pulsasse*] Ms. Sangerm. *palpasse*. Atque ita legendum conjiciebat M. Casaubonus.



SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



SANCTI OPTATI AFRI MILEVITANI EPISCOPI, DE SCHISMATE DONATISTARUM, ADVERSUS PARMENIANUM.

LIBER V.

I. Traditores legis qui fuerint & auctores schismatis, in primo libro manifestissimis documentis ostendimus : & apud nos esse unam veram Ecclesiam Catholicam secundo monstravimus: tertio vero probavimus, quæ aspere facta esse dicuntur, ad nos minime pertinere ; & vos magis peccatores esse indicio divino docuimus. Jam de baptismate hoc loco dicendum est : in qua re quæ nunc agitur, quæstio tota consistit, quod baptisma vestra violavit audacia, dum id voluistis iterare, quod semel mandavit Christus esse faciendum. Quod nec tu negas, frater Parmeniane, qui in principio tractatus tui, multa contra vos pro nobis, quæ sunt nostra, dixisti. Commemorasti enim in comparatione baptismatis, semel factum esse diluvium; & unam circumcisionem fuisse ad populum Judæorum. Et cum hæc initio dictionis tuæ tractaveris, in processu tractatus tui tamen horum immemor factus es, inducendo duas aquas, & de aqua vera & falsa dicturus, principium sermonis tui insipienter præstruens ordinasti : infirmando, confirmas sancti baptismatis unionem. De circumcisione Judaica, quasi fundamentum jactare voluisti, quod baptisma Christianorum in Hebræorum circumcisione fuerat adumbratum : defendisti Catholicam, dum impugnas. Etenim in progressu tractatus tui, alterum te inanire professus es, ut alterum replere videreris. Extra hæreticorum baptisma, dum dicis alterum & alterum; licet diversa ostendere conatus sis, non possis negare, quia duo sunt; ex quibus dum conaris auferre alterum, laborasti ut de secundo quasi primum facere videreris. Circumcisio autem ante adventum baptismatis in figura præmissa est; & a te tractatum est, apud Christianos duas esse aquas : ergo & apud Judæos duas circumcisiones ostende ; alteram meliorem, pejorem alteram. Hoc si quæras, non poteris invenire. Abrahæ prosapia qua Judæi censentur, hoc sigillo se insigniri gloriantur : ergo talis debet veritas sequi, qualis ejus imago præmissa est. Nam & Deus qui voluit ostendere rem singularem post esse debere insequente veritate; non de auricula, non de digito voluit aliquid tolli ; sed ea pars corporis electa est, unde peritomen semel ablatum salutare in illis faceret signum, quod non potest iterum fieri. Semel enim factum servat salutem : si iterum fiat, potest afferre perniciem : sic & baptisma Christianorum, Trinitate confectum confert gratiam : si repetatur, facit vitæ jacturam. Quid tibi igitur placuit, frater Parmeniane, rem singularem proponere, & contra hanc licet diversa duo baptismata comparare, unum verum, alterum

A falsum? sic enim postea disputasti, duas aquas esse, cum vobis unam vindicans veram, alteram nobis mendacem adscribere voluisti. Post hoc etiam cataclysmi fecisti mentionem : erat quidem imago baptismatis, ut inquinatus totus orbis, demersis peccatoribus, lavacro interveniente, in faciem pristinam mundaretur. Sed qui postea dicturus eras, extra hæreticorum morbidos fontes, esse etiam aliam aquam, id est, mendacem, contra veram : ut quid cataclysmum, quod semel fuit, commemorare voluisti? Si ita est, ostende prius duas arcas etsi non similes, & duas columbas dispares [a] diversos ramos ore suo portantes, si aquam veram & falsam probaturus es. Aqua igitur sola & vera illa est,
B quæ non de loco, non de persona, sed de Trinitate condita est : & quia dixisti, & aquam esse mendacem, etiam hoc disce, ubi eam poteris invenire : apud Praxeam, Patripassianum, qui ex toto Filium negat, & Patrem passum esse contendit. Et cum sit Filius Dei veritas, sicut ipse testatur dicens : [b] *Ego sum janua, & via, & veritas* : ergo Filius Dei est veritas; ubi ipse non est, mendacium est : cum apud Patripassianum non est Filius, non est veritas; & ubi veritas non est, ibi est aqua mendax. Quare vel sero desine confingere crimina; & quod in Patripassianos dictum est, in catholicos noli transferre. Nunc quoniam manifeste monstratum est, a nobis & pro vobis dici
C potuisse, quod de diluvio & circumcisione locutus es : consequens est ostendere, quomodo laudem baptismatis ita dixeris, ut in ea multa pro nobis & pro vobis, aliquid tamen contra vos : pro utrisque illud est, quod & nobis & vobis commune est : ideo & vobis, quia ex nobis existis. Denique & apud vos & apud nos una est ecclesiastica conversatio, communes lectiones, eadem fides, ipsa fidei sacramenta, eadem mysteria. Bene igitur laudasti baptisma : quis enim fidelium nesciat, singulare baptisma, virtutum esse vitam, criminum mortem, nativitatem immortalem, cælestis regni comparationem, innocentiæ portum, peccatorum (ut & tu dixisti) naufragium? Has res unicuique credenti,
D non ejusdem rei operarius, sed credentis fides & Trinitas præstat.

II. Deinde quæris, quid in laude baptismatis contra vos dixeris? audi; sed prius est fatearis, quod omnes negare minime poteritis. Dicitis enim Trinitatem pro nihilo haberi, ubi non interfuerit vestra præsentia. Si nobis derogatis, vel Dominum reveremini, qui in Trinitate prior est : qui cum Filio suo & Spiritu sancto omnia operatur & com-

a Gen. VIII. b Joan. XIV. 6.

plet, etiam & illic ubi non fuerit humana persona. Tu vero, frater Parmeniane, in laude aquæ de Genesiorum lectione dixisti, aquas primum vivas animas edidisse: numquid sua sponte eas generare potuerunt? numquid non & illic fuerat tota Trinitas? utique & illic fuerat Deus Pater, qui jubere dignatus est, qui dixit: [a] *Educant aquæ natantia, volatilia, &c.* Quod si sine operante fieret quod factum est, diceret Deus: *educite aquæ:* ibi erat ergo Filius Dei qui operabatur: ibi erat Spiritus sanctus, sicuti lectum est: [b] *& Spiritus Dei superferebatur super aquas.* Nihil illic video quartum, nihil minus a tribus; & tamen natum est quod Trinitas operata est: & non ibi fuistis: aut si sine vobis nihil debet licere Trinitati, revocate pisces in originem: jam volantes aves fluctibus mergite, si vobis absentibus nihil debet Trinitas operari.

III. Cum ergo dixeris & unum fuisse diluvium, & circumcisionem repeti non posse; & nos docuimus cæleste munus unicuique credenti a Trinitate conferri, non ab homine: quid vobis visum est, non post nos, sed post Trinitatem, baptisma geminare? cujus de sacramento non leve certamen innatum est, & dubitatur, an post Trinitatem in eadem Trinitate hoc iterum liceat facere. Vos dicitis, licet: nos dicimus, non licet: inter licet vestrum, & non licet nostrum, nutant & remigant animæ populorum. Nemo vobis credat, nemo nobis: omnes contentiosi homines sumus. Quærendi sunt judices: si Christiani, de utraque parte dari non possunt; quia studiis veritas impeditur. De foris quærendus est judex: si paganus, non potest Christiana nosse secreta: si Judæus, inimicus est Christiani baptismatis: ergo in terris de hac re nullum poterit reperiri judicium; de cælo quærendus est judex. Sed ut quid pulsamus ad cælum, cum habeamus heic in Evangelio testamentum? Quia hoc loco recte possunt terrena cælestibus comparari: tale est quod quivis hominum habens numerosos filios, quamdiu pater præsens est, ipse imperat singulis; non est adhuc necessarium testamentum: sic & Christus, quamdiu præsens in terris fuit (quamvis nec modo desit) pro tempore quidquid necessarium erat Apostolis imperavit. Sed quomodo terrenus pater, dum se in confinio senserit mortis, timens ne post mortem suam, rupta pace, litigent fratres; adhibitis testibus, voluntatem suam de pectore morituro transfert in tabulas diu duraturas: & si fuerit inter fratres nata contentio, non itur ad tumulum, sed quæritur testamentum: & qui in tumulo quiescit, tacitus de tabulis loquitur. Vivus, cujus est testamentum, in cælo est: ergo voluntas ejus, velut in testamento, sic in Evangelio requiratur. Etenim [1] de præscientia, quæ modo facitis, jam futura conspexerat Christus. Denique cum lavaret pedes discipulis suis, sic ait Petro Filius Dei: [c] *Quod ego facio, tu nescis; scies autem postea.* Dicendo, *scies postea*, hæc tempora designabat: ergo inter ceteros testamenti titulos, hunc titulum de aqua constituit. Cum lavaret pedes discipulis suis, tacentibus ceteris, si taceret & Petrus, solam fecerat formam humilitatis, nihil pronuntiaverat de sacramento baptismatis. Sed cum Petrus recusat, nec pedes sibi lavari permisit; negat illi Christus regnum, nisi accepisset obsequium. Sed cum cælestis regni mentio fieret, quo pars corporis petebatur ad obsequium, totum corpus obtulit ad lavacrum. Nunc adestote omnes turbæ, & singuli Christiani populi: quid liceat, discite: dum provocat Petrus, Christus docet: qui dubitat, discat: Christi enim vox est: [d] *Qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lavandi, quia est mundus totus:* & de eo lavacro pronuntiavit, quod de Trinitate celebrandum esse mandaverat: non de Judæorum aut hæreticorum, qui dum lavant, sordidant; sed de aqua sancta, quæ de trium nominum fontibus inundat. Sic enim ipse Dominus præcepit dicendo: [e] *Ite, baptizate omnes gentes, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* De hoc lavacro dixit: [f] *Qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lavandi.* Qui *semel* dixit, prohibuit iterum fieri: & de re locutus est, non de persona; nam si esset distantia, diceret: *qui semel bene lotus fuerit*; sed dum non addidit verbum *bene*, indicat quia quidquid in Trinitate factum fuerit, bene est. Inde est, quod simpliciter a vobis venientes excipimus. Cum dicit: *non habet necessitatem iterum lavandi*, hæc sententia generalis est, non specialis; nam si Petro hæc dicerentur, diceret Christus: [2] *quia semel lotus es, non habes necessitatem iterum lavandi:* ideo quoties a vobis baptizatus aliquis, ad nos transitum voluerit facere, venientem hoc [3] magisterio & exemplo tota simplicitate suscipimus. [4] Absit enim, ut umquam exorcizemus sanum fidelem: absit, ut jam lotum revocemus ad fontem: absit, ut in Spiritum sanctum peccemus; cui facinori in præsenti & futuro sæculo indulgentia denegatur [g]: absit, ut iteremus quod semel est, aut duplicemus quod unum est: sic enim scriptum est, Apostolo dicente: [h] *Unus Deus, unus Christus, una fides, una tinctio.* Denique vos, qui baptisma quasi libenter duplicare contenditis: si datis alterum baptisma, date alteram fidem; si datis alteram fidem, date & alterum Christum; si datis alterum Christum, date alterum Deum. Unum Deum esse negare non potestis, ne in Marcionis foveas incidatis: ergo Deus unus est; de uno Deo unus est Christus: qui rebaptizatur, jam Christianus fuerat: quomodo dici potest iterum Christianus? Una fides hoc loco ab hæreticorum erroribus, & ab eorum varia fide fides unica separatur: etiam vobis præscribitur, qui post semel iterum facitis, totum ponendo in dotibus, nihil in sacramentis; cum hoc nomen fidei pertineat ad credentem, non ad operantem: quocumque enim interrogante qui credidit Deo, credidit: & post illius unum credo, tu exigis alterum credo. Deinde sequitur unum baptisma; & quia quod unum est, sanctum est, per quod unum est: non solum ab hæreticorum profanis & sacrilegis baptismatibus separatur, sed ne duplicetur quod unum est, aut iteretur quod semel est.

a Gen. I. 20. *b* Ibid. ℣. 2. *c* Joan. XIII. 8. *d* Ibid. ℣. 10. *e* Matth. XXVIII. 19. *f* Joan. XIII. 10. *g* Matth. XII. 32. *h* Ephes. IV. 5.


1. *De præscientia*] Ita in omnibus mss. quod non intelligentes editores ad Christum referri qui per præscientiam futura noverat, posuerunt *præsentia*. DUPIN.

2. *Quia semel lotus es, non habes necessitatem iterum lavandi*] Ita legendum hunc locum ut habetur in ms. S. G. ostendit scopus Optati: male in mss. S. T. & P. S. hæc in tertia persona enuntiantur. ID.

3. *Magisterio & exemplo*] Ita in ms. S. G. In mss. S. T. & P. S. *magisterio exemplo*, omissa scilicet conjunctione, quæ tamen necessaria; & quam non supplentes editores, mutaverunt *magisterio* in *magistri*. ID.

4. *Absit enim ut umquam exorcizemus sanum fidelem*] Hæc habentur in ms. S. G. non in aliis. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



IV. In hoc ſacramento baptiſmatis celebrando, tres eſſe ſpecies conſtat, quas & vos nec augere nec minuere nec prætermittere poteritis. Prima ſpecies eſt in Trinitate; ſecunda, in credente; tertia, in operante: ſed non pari libramine ponderandæ ſunt ſingulæ: duas enim video neceſſarias, & unam quaſi neceſſariam: principalem locum Trinitas poſſidet, ſine qua res ipſa non poteſt geri: hanc ſequitur fides credentis: jam perſona operantis vicina eſt, quæ ſimili auctoritate eſſe non poteſt. Duæ priores permanent ſemper immutabiles & immotæ: Trinitas enim ſemper ipſa eſt: fides in ſingulis una eſt: vim ſuam ſemper retinent ambæ. Perſona vero operantis, intelligitur duabus prioribus ſpeciebus par eſſe non poſſe, eo quod ſola eſſe videatur mutabilis. Inter nos & vos vultis ejuſdem perſonæ eſſe diſtantiam; & ſanctiores vos æſtimantes, ſuperbiam veſtram non dubitatis anteponere Trinitati; cum perſona operantis mutari poſſit, Trinitas mutari non poſſit: & cum ab accipientibus baptiſma deſiderari debeat, vos deſiderandos eſſe proponitis: cum operantes inter alios ſitis, oſtendite qualem in eodem myſterio locum habeatis, & an ex eodem corpore eſſe poſſitis. Baptiſmatis unicum nomen eſt; cui ſubeſt proprium corpus; cui corpori certa ſunt membra; quibus nec addi, nec auferri aliquid poteſt; inter quæ membra ſi eligendus operarius invenitur; totum corpus ad operantem pertinet. Hæc omnia hujus corporis membra, & ſemper & ſemel ſecum ſunt, & mutari non poſſunt: operarii vero quotidie mutantur & locis, & temporibus, & perſonis. Neque enim unus homo eſt, qui ſemper aut ubique baptizat. In hoc opere jamdudum alii fuerunt; modo alii; poſtea alii futuri ſunt: operarii mutari poſſunt, ſacramenta mutari non poſſunt. Cum ergo videatis, omnes qui baptizant, operarios eſſe, non dominos, & ſacramenta per ſe eſſe ſancta, non per homines: quid eſt, quod vobis tantum vindicatis? quid eſt, quod Deum a muneribus ſuis excludere contenditis? Concedite Deo, præſtare quæ ſua ſunt. Non enim poteſt id munus ab homine dari, quod divinum eſt. Si ſic putatis, prophetarum voces & Dei promiſſa inanire contenditis, quibus probatur, quia Deus lavat, non homo. Adeſt contra vos David propheta, qui ait in pſalmo L. [a] *Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor:* item in eodem pſalmo: [b] *Deus lava me ab injuſtitia mea, & a delicto meo munda me. Lava me*, dixit; non dixit, *elige per quem laver:* & Eſaias propheta ſic dixit: [c] *Quoniam abluet Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion.* [1] Sion Eccleſiam eſſe in tertio libro probavimus: ergo Deus lavat filios & filias Eccleſiæ. Non dixit: *lavabunt ii, qui ſe ſanctos putant.* Dignamini ut vel prophetæ vos vincant; vel ſic agnoſcite, quia non lavat homo, ſed Deus. Quamdiu dicitis: „ qui non habet quod det, quomodo dat „? videte Dominum eſſe datorem: videte Deum unumquemque mundare: ſordes enim & maculas mentis lavare non poteſt niſi Deus, qui ejuſdem fabricator eſt mentis. Aut ſi putatis, quia lavacrum veſtrum eſt; dicite, qualis eſt ipſa mens quæ per corpus lavatur; aut quam habet formam; aut quo loco in homine habitet: hoc homini ſcire negatum eſt. Ergo quomodo putas, quia lavas, qui neſcis quale ſit quod lavas? Dei eſt mundare, non hominis: ipſe enim per prophetam Eſaiam promiſit ſe loturum, dum ait: [d] *Et ſi fuerint peccata veſtra velut coccum, ut nivem inalbabo. Inalbabo* dixit, non *faciam inalbari*. Si hoc Deus promiſit, quare vos vultis reddere, quod vobis nec promittere licet, nec reddere, nec habere? Ecce in Eſaia ſe promiſit Deus inalbare peccatis affectos, non per hominem. Revertimini ad Evangelium: videte, quid in ſalutem generis humani ſit pollicitus Chriſtus: cui cum mulier Samaritana aquam negaret, tunc a Filio Dei dictum eſt, quod præſcribat præſumtionibus veſtris: [e] *Aquam*, inquit, *quam ego do qui biberit, non ſitiet in æternum. Aquam quam ego do*, inquit: non dixit, *quam dederint, qui ſe ſanctos putant*, ſicut vobis videmini: ſed ſe dixit daturum. Ipſe eſt ergo qui dat: ipſius eſt, quod datur; quid eſt, quod vobis tota importunitate vindicare contenditis?

V. Cum hanc rem cumulet Joannes Baptiſta, qui præcurſor venerat Salvatoris, cum multos tingeret in pœnitentia & remiſſa peccatorum, nuntiavit Filium Dei eſſe venturum; cujus verba hæc ſunt: [f] *Ecce venit qui vos baptizet:* & tamen non legimus poſt Joannem Chriſtum aliquem rebaptizaſſe: quod ergo dixit: *qui vos baptizet*, veniens Chriſtus illo tempore poſt Joannem tinxit. Promiſſum erat temporibus noſtris, ut ipſe daret, quod hodie datur; ſecundum quod ait: [g] *Aquam quam ego do qui biberit, non ſitiet in æternum.* Nam & diſcipuli Joannis, cum dicerent magiſtro ſuo: [h] *Ecce quem baptizaſti:* baptizabat quidem; ſed per manus Apoſtolorum, quibus leges baptiſmatis dederat. Denique lectum eſt alio loco: [i] *Nam ipſe neminem baptizavit, ſed diſcipuli ejus.* In hac re omnes diſcipuli ejus ſumus, ut nos operemur, ut ille det qui ſe daturum eſſe promiſit: & tamen cum Joannes infinita millia hominum baptizaret, jam Chriſto præſente [2] operabatur ſervus, & vacabat Dominus antequam baptizandi daret formam. Peractum non modicum tempus millia hominum in pœnitentia & remiſſione tincta ſunt peccatorum. Sed nemo tinctus fuerat in Trinitate: nemo adhuc noverat Chriſtum: nemo audierat eſſe Spiritum ſanctum. At ubi venit tempus plenitudinis, certo tempore dedit leges baptiſmatis Filius Dei; & dedit viam qua iretur ad regna cælorum: etiam tunc præcepit dicens: [k] *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Ex ea die oportuit fieri quod mandatum eſt: ante tempus noluit emendare quod operatum eſt, ne licentiam rebaptizandi daret; quamvis alterum fuerit baptiſma Joannis, & alterum ſit Chriſti. Baptiſma Joannis ante legem pro pleno voluit eſſe, quod non erat plenum: & tamen ſupra memorata millia hominum, quia in Deum crediderant, quamvis ignorarent Filium Dei & Spiritum ſanctum, regnum cælorum eis denegare non potuit. Inde eſt vox Filii Dei dicentis: [l] *A diebus Joannis uſque in hodiernum, regnum Dei vim patitur; & qui vim faciunt, diripiunt illud:* ideo dixit, *vim faciunt*, quia adhuc rebaptizabat Joannes. Denique quia alterum tempus erat ante præcepta, alterum poſt præcepta: qui poſt præcepta in nomine Salvatoris baptizati ſunt, in regnum legibus intraverunt: qui ante præcepta, ſine lege, vim fecerunt, ſed

a Pſal. L. 9. *b* Ibid. ℣. 4. *c* Iſa. IV. 4. *d* Iſa. I. 18. *e* Joan. IV. 13. *f* Joan. I. 33. *g* Joan. IV. 13. *h* Joan. III. 26. *i* Joan. IV. 5. *k* Matth. XXVIII. 19. *l* Matth. XI. 12.

1. *Sion Eccleſiam eſſe, &c.* uſque ad *filias Eccleſiæ*] Hæc adjecimus ex ms. S. G. quæ deſunt in aliis & in editis. DUPIN.

2. *Operabatur ſervus, &c.* uſque ad *formam*] Hæc ſupplevimus ex ms. S. G. quæ omiſſa ſunt in aliis. ID.

exclusi non sunt. Ergo ante præcepta, baptisma A Joannis, cum esset imperfectum, pro perfecto judicatum est ab eo, cui nemo judicat: & quasi limes quidam fixus esset jussionis, inter tempora antecedentia & sequentia. Cum apud Ephesum baptizarentur aliqui in baptismate Joannis post præcepta, hos videns beatissimus Paullus, interrogavit: [a] *An accepissent Spiritum sanctum?* dixerunt se illi nescire, an esset Spiritus sanctus: & dixit illi, *ut post baptisma Joannis acciperent Spiritum sanctum*. Sic enim baptizati erant, quemadmodum multi a Joanne fuerant baptizati. Sed qui ante legem baptizati sunt, ad indulgentiam pertinuerunt: quia præsens fuerat, qui indulgentiam daret: non erant ex toto rei, qui legibus non fuerant occupati. Hi B vero, qui apud Ephesum post legem, Joannis baptismate baptizati fuisse leguntur, post leges in sacramento erraverant, quia jam introductum fuerat baptisma Domini, & exclusum fuerat servi. Et ideo, quia post mandata divina legibus debuerant ire in regnum, non per violentiam: jam enim terminum temporis fixerat Christus dicendo: [b] *A diebus Joannis usque in hodiernum*. Post hodiernum jam non licebat quod fieri licuit. Quare nolite vobis blandiri de dicto Apostoli Paulli, qui non post personam operarii interrogavit, sed post rem: cui res, non persona displicuit. Denique baptisma Salvatoris jussit, ut discerent, qui non noverant; quia non ipsum, sed aliud acceperant. Vos vero quid immutatis? si res potuistis mutare, recte feceritis: C si tamen de lege aliquid feceritis. Paullus dixit: [c] *In quo baptismate baptizati estis?* & dixerunt illi, *Joannis*: persuasit eis, ut baptisma Christi acciperent. Vos non dicitis, quid accepistis,, sed a quo accepistis: & insectamini personas hominum, & vultis iterare quod semel est: qui baptizati erant apud Ephesum, crediderant in pœnitentiam & remissionem peccatorum: recte illis dictum est, ut baptizarentur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Vos vero quid mutatis in hominibus, qui jam dixerunt se credidisse in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti? sive ipsum interrogetis, sive aliud: convincamini necesse est peccare vos; sive illud interrogetis quod jussum non est; sive hoc velitis D facere, quod jam factum est.

VI. Redeo nunc ad illud vestrum quod dicitis: qui non habet quod det, quomodo dat? „ Unde hæc vox est? de qua lectione recitari potest? [1] vox est de vico collecta, non de libro lecta: „ qui non habet quod det, quomodo dat „? Hæc verba [2] in lege scripta non sunt; nam si, ut vultis, homo dat, Deus vacat; & si Deus vacat, & apud vos est omne quod dandum est, ad vos sit conversio: quos baptizatis, in nomine vestro tingantur. Erubescite, beato Paullo clamanti, & suam gratulationem profitenti: [d] *Numquid in nomine meo baptizati estis?* Ille gaudet, quod duos solos & unam domum baptizaverit: & vos populos rebaptizare contenditis; & peccasse vos & peccare gaudetis, dicentes: „ quid dat, qui non habet quod det „? Cui creditur, ipse dat quod creditur, non per quem creditur. Denique sub Joanne infinita multitudo hominum baptizata est: probate Joannem aut accepisse aut habuisse quod daret. Illo autem operante dabat Deus, qui dando non deficit; & nunc operantibus cunctis humana sunt opera, sed Dei sunt munera.

VII. Jam illud quam ridiculum est, quod quasi ad gloriam vestram a vobis semper auditur: „ hoc munus baptismatis esse dantis, non accipientis: „ & utinam hoc de Deo diceretis, qui hujus rei dator est. Sed quod stultum est, vos dicitis esse datores: Si ita est, & nos & vos teneamus singulos gentiles: vos qui vos sanctos dicitis, interrogate eum quem tenetis, an renuntiet diabolo & credat Domino; & ille dicat, nolo. Contra, nos peccatores, ut vultis, interrogemus alterum gentilem, an renuntiet diabolo & credat Deo, &c. & dicat, renuntio & credo, &c. tum vos tingatis nolentem, nos volentem: dicatur, quis eorum possit ad Dei gratiam pertinere. Utique sine dubio ille qui credit, non ille, pro cujus voluntate, ut dicitis, sanctitas vestra succedit. Operarios vos esse, vel sero cognoscite: aut si in operario est res ipsa, & non in se; hoc sibi vindicent aliqui homines in artibus suis; ut quia sic provocatis, ad res divinas etiam artes comparemus humanas: cum pretiosus inficitur color, natura sæpe convertitur, dum [3] confectione vellus candidum purpurescit: sic alba lana regalem transit in purpuram, quomodo catechumenus in fidelem: utique dum incipit esse quod non erat, definit esse quod fuerat. Lana & colorem mutat & nomen: & homo & vocabulum mutat & mentem: consideranda sunt effecta, retractanda sunt efficientia. Dicis a te datum esse, quod homo fidelis effectus est: si hoc totum tuum est, dicat & operarius artifex purpuræ, quod pretiosum colorem in suis manibus habeat, & non procuret pretiosa pigmenta ex Oceano multis ignota, quibus tincta vellera per colorem promoveantur in admirabilem dignitatem: non admixto sanguine piscis, purpuram solo tactu conficiat. Si igitur operarius iste per tactum solum dare colorem non potest, sic nec operarius baptismatis, ex se sine Trinitate dare aliquid potest. Tale est & hoc, unde modo certamen est. Nam in quo baptizarentur gentes, a Salvatore mandatum est: per quem baptizarentur, nulla exceptione discretum est. Non dixit Apostolus: *vos facite*, *alii non faciant*: quisquis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizaverit, Apostolorum opus implevit. Denique lectum est in Evangelio, Joanne dicente: [e] *Magister, vidimus quemdam in nomine tuo expellentem dæmonia, & probibuimus eum, quia non sequitur nobiscum*: sic Christus ait: *nolite probibere: qui enim non est contra vos, pro vobis est*. Nam & ipsis sic mandatum est, ut opus esset illorum, sanctificatio [4] Trinitatis; nec in nomine suo tingerent; sed in nomine Patris & Filii & Spiritus E sancti: ergo nomen est quod sanctificat, non opus. Intelligite vos vel sero, operarios esse, non dominos: & si Ecclesia vinea est, vites sunt homines & ordinati cultores; quid in dominium patrisfamilias irruitis? quid vobis, quod Dei est, vindicatis? quid vultis vestrum esse totum, ubi nec partem habere potestis? nam propter tumorem vestrum quo in nos intumescitis, increpat Corinthios beatissimus

a Act. xix. 2. *b* Matth. xi. 12. *c* Act. xix. 3. *d* I. Cor. I. 3. *e* Luc. ix. 37.


1. *Vox est de vico collecta, non de libro lecta*] Ita in ms. S. G. In mss. S. T. P. S. & in editis, *vox est de vico, non de libro collecta*; sed antithesis istæc *collecta* & *lecta* stylum Optati sapit. ID.

2. *In lege scripta*] Hæc verba supplevimus ex ms. S. G. quæ non exstant in mss. S. T. & P. S. ID.

3. *Confectione*] Ita in mss. S. T. & S. G. Male in editis, *convectione*. ID.

4. *Trinitatis*, &c. usque ad illa verba *intelligite vos*] Suppleta sunt hæc ex ms. S. G. quæ desunt in mss. S. T. P. S. & in plerisque editis. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Paullus: in se & Apollo actus temporis nostri con- A format: [a] *Ne alter in alterum*, inquit, *intumescat*. Ut ostenderet, quia hoc totum sacramentum baptismatis Dei est, ut illic sibi nihil vindicet operarius, sic ait: [b] *Ego quidem plantavi*: hoc est de pagano catechumenum feci: *Apollo rigavit*: hoc est, ille catechumenum baptizavit. Sed ut cresceret quod plantatum & irrigatum est, Deus fecit. Nam & quivis hodie volens vineam suam pastinare, operarium placita mercede conducit; qui curvato dorso & desudatis lateribus, sinus terræ faciat ubi deponat electa plantaria, & aquam calcatis scrobibus superducat: scrobem fodere & plantaria ponere potest; aquam inducere potest; imperare ut teneat, non potest: est enim hoc solius Dei, de B medullis palmitum producere radices coalescentes in terram, & gemmantes oculos, incrementa frondium provocare. Denique beatus Apostolus Paullus, ut vestram præsumtionem tumoremque compesceret, ne se æstimet operarius baptismatis aut habere dominium, aut de tanto isto munere particulam sibi aliquam vindicare; indicans quia totum Dei est, sic ait: [c] *Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid; sed solus Deus, qui ad incrementa perducit*. Operarii inter alios estis intrante sole: hoc est, finito sæculo potestis in die retributionis nobiscum de mercede contendere: nolite vobis majestatis dominium vindicare. Nam si ita est, vindicent sibi & ministri, qui mensæ dominicæ famu- C lantur, ut pro humanitate exhibita ab invitatis gratulatio eis referatur. Christi vox est invitantis: [d] *Venite benedicti Patris mei* [1]: veniunt gentes ad gratiam; exhibet ille qui invitare dignatus est; ministerium exercet turba famulorum: non famulantibus, sed pascenti referendæ sunt gratiæ. Vos cum ministri sitis, inverecunde totum vobis convivii dominium vindicatis; cum se & ceteros beatissimus Paullus famulos cum humilitate fateatur: ne quis putaret, in solis Apostolis aut episcopis spem suam esse ponendam, sic ait: [e] *Quid est enim Paullus, vel quid Apollo? utique ministri ejus, in quem credidistis*: est ergo in universis servientibus non dominium, sed ministerium. Vides ergo jam, fra- D ter Parmeniane, ex tribus speciebus supra memoratis, illam primo tripartitam esse immotam, invictam & immutabilem: operantis vero temporariam esse personam.

VIII. Restat jam de credentis merito aliquid dicere: cujus est fides, quam Filius Dei & sanctitati suæ anteposuit & majestati: non enim potestis sanctiores esse, quam Christus est: ad quem cum mulier illa veniret cujus filia erat mortua, & rogaret ut suscitaretur; nihil promisit de virtute sua; sed post fidem interrogat alienam; ut si mulier crederet, pro matris credulitate filia surgeret; si non crederet, virtus Filii Dei feriata cessaret. Interro- E gatur mulier, respondit se credere fieri posse quod rogabat. Jubetur ire, redit ad domum mulier, invenit puellam vivam quam dimiserat mortuam. Non ruit in oscula, non properat in amplexus; sed redit, ut Salvatori gratias ageret: & ut ostenderet Filius Dei, se vacasse; fidem tantummodo operatam esse: [f] *Vade*, inquit, ***mulier, in pace; fides tua te salvavit***. Ubi est quod dicis, dantis est, non accipientis? Quid vobis videtur & Centurionis fides? cujus puer cum male haberet, Salvatorem petiit ut ab eo mortem repelleret. Jam Christus pereuntem veniebat ad puerum: sic eum Centurio tenuit, ut indignitatem tecti sui confessus, quod Filius Dei totus non deberet intrare, sed suam virtutem mittere, qua puer fugata morte reviviscere potuisset. Non fortitudo Centurionis, non sapientia laudata est, sed fides: [g] ***Et curatus est puer in illa hora***. Certe dantis est, non accipientis. Multa sunt hujusmodi in Evangelio de fide perfecta: sed vel tria complenda sunt fidei testimonia. Quid vobis videtur & illa mulier, quæ de secreto caussæ feminarum cum per annos duodecim laboraret, & omnem substantiam suam in medicos erogasset: cum videret a Filio Dei tantas celebrari virtutes, processit in turbam, videt medicum, videt & populum: cogebat illam dolor, ut medicinam peteret: pudor impediebat, ne caussam suam coram masculis indicaret. Invenit consilium tacita fides: [h] *Mittam*, inquit, ***manum meam, & tangam fimbriam vestimenti hujus, & sana fiam***. Nemine vidente inter turbas, manum misit, tetigit, & sanata est; nec ausa est indicare, quod ausa non fuerat petere. Sed ne fructus fidei apud ignorantes latere videretur, sic Salvator ait: [i] ***Quis me tetigit?*** Mirati sunt discipuli ejus, dicentes: ***turbæ te comprimunt; tu dicis quis me tetigit?*** & Christus: ***quis me***, inquam, ***tetigit? sensi a me exisse virtutem***. Sic mulier confessa est, se tetigisse, & sanam esse. Jamdudum pro filia mater petiit, pro puero Centurio postulavit: hoc loco nec mulier petiit, nec Christus promisit; sed fides quantum præsumsit, exegit: certe [3] dantis est, non accipientis.

IX. Nam quod ad amplificandos tractatus tuos, frater Parmeniane, Naaman Syrum, quasi immaturam quamdam durissimorum nascentium vulnerum massam, diu describere voluisti, quid hoc ad præsentem pertinet caussam? Bene hoc diceres, & longa oratione recte uti potuisses: si invenires aliquem catechumenum scabrosissimis moribus, qui gereret durissimam mentem; qui lenissimam gratiam aquæ salutaris accipere detrectaret. Bene hominis innovationem verbis a te dictis ostenderes: bene veternosam naturalem duritiam, in infantilem carnem immutari ac molliri posse monstrares. In hoc vero negotio, quod inter partes tempore præsenti tractatur, ut quid a te talis commemorata est lectio [k]? in qua non legitur aliquis illum leprosum Syrum ante dictum vel jussione Helisæi lavisse, ut merito denuo melius lavaretur. Quod & si fieret, nec sic vobis occurreret, quod recte imitari possetis. Non enim legitur ille prius lavisse in fluminibus Syriæ, aut ab aliquo lotus esse, & nihil profecisse. Nam & si hoc legeretur, non ad Helisæi laudem, qui non lavit sed consilium dedit, sed ad Jordanis gloriam pertineret, illi homini in eo flumine primitivam gratiam provenisse, in quo postea sub Joanne per confessio-

a I. Cor. IV. 6. b I. Cor. III. 6. c Ibid. ℣. 7. d Matth. XXV. 34. e I. Cor. III. 4. f Luc. VIII. 48. g Matth. VIII. 13. h Matth. IX. 21. Luc. VIII. 43. i Ibid. ℣. 45. k IV. Reg. V.

1. *Patris mei*] Adduntur in ms. S. G. sequentia Christi verba, *percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi*. DUPIN.

2. *Gratiam*] In ms. S. G. *gloriam*, sed minus apposite; agit enim Optatus de hoc sæculo. ID.

3. *Dantis, non accipientis*] Post hæc verba sequuntur aliquot periodi in ms. S. G quibus novum continetur argumentum adversus iteratum baptisma, quas quidem Optati esse existimo, licet non habeantur in mss. S. T. & P. S. sed heic alieno loco videntur positæ: quare eas rejecimus ad finem libri quem egregie concludunt. ID.

nem in pœnitentiam populorum peccata fuerant A moritura.

X. Postremo, qualis est illa pars tractatus tui, de cælestibus nuptiis, ubi spem amputans futurorum, totum in præsenti tempore posuisti dicendo, a societate vestra projectum esse eum, qui janitores & ministros fefellerit vestros, ut a communione fidelium foras cum injuria mitteretur? Si ita est, nihil est quod speret fides; nihil quod resurrectio repræsentet; nihil quod in cælis amplius exspectetur; nihil quod Rex ille cælestis & paterfamilias Deus in suo convivio agnoscat [a], cum præsentia multorum gaudeat, & de aliquorum absentia contristetur, & multos dicat vocatos, paucos B vero electos: nihil erit, quod irascatur vestem nuptialem non habenti, cum Filius Dei ipse Christus sit sponsus; & vestis & tunica natans in aqua, quæ multos vestiat & infinitos exspectet, nec vestiendo deficiat. Sed ne quis dicat, temere a me Filium Dei vestem esse dictum, legat Apostolum dicentem: [b] *Quotquot in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis*. O tunica semper una & immutabilis! quæ decenter vestiat & omnes ætates & formas, nec in infantibus rugatur, nec in juvenibus tenditur, nec in feminis immutatur. Aderit profecto ille dies, ut cælestes nuptiæ incipiant celebrari: illic qui baptisma singulare servaverint, securi discumbent. Nam quicumque a C vobis se rebaptizari consenserit, hujusmodi homini non denegatur resurrectio, quia credidit in resurrectionem carnis; resurget quidem, sed nudus. Sed quia nuptiali veste a vobis se exspoliari permisit, hanc patrisfamilias auditurus est vocem: „ Amice, hoc est dicere, agnosco te; aliquando renuntiaveras diabolo, & ad me conversus fueras; „ & dederam tibi vestem nuptialem: ut quid sic „ venisti non habens quod tibi dedi? hoc est dicere: quare non habes quod tibi dedi? „ Nemo enim potest irasci non habenti rem, quæ data non sit. Vestem nuptialem inter istos acceperas, & solus non habes? quare nudus & lugubris venisti? quis tibi detraxit spolia? quas fraudulentas adisti fauces? quos incurristi latrones? Quotquot tales venturi sunt, locum in illo convivio [1] non habebunt.

XI. Et ut vel sero compendium faciam, credo etiam hoc sufficere; etsi tot probationes minime diceremus: vobis absentibus, verbo tenus baptizati sunt mille: ex his forte sua defuncti sunt centum. Abstinete paullisper ab hoc scelere manus. Sanctitas, ut dicitis, vestra, primo resuscitet sepultos; emendet, si potest, mortuos; & sic revertatur ad vivos. Si mortuos suscitare non potestis, ut quid viventibus conamini manus inferre? nisi ut compleatur quod per Ezechielem prophetam locutus est Deus, dicens: [c] *Ut occiderent animas, quas non oportuit mori*.

a Matth. XXII. *b* Galat. III. 27. *c* Ezech. XIII. 19.

1. *Non habebunt*] Heic finitur quintus liber in omnibus mss. & habetur, *Explicit liber quintus*. Quæ sequuntur, quia ad hunc librum pertinent, videnturque hujus libri conclusio, adjecimus ex codice S. G. in quo superius erant posita loco non suo, ut observavimus. DUPIN.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



SANCTI OPTATI AFRI MILEVITANI EPISCOPI, DE SCHISMATE DONATISTARUM, ADVERSUS PARMENIANUM.

LIBER VI.

I. UT mihi videtur, liquido demonstratum est, in divinis sacramentis quid nefarie feceritis. Jam illa ostendenda sunt, quæ crudeliter ac stulte vos fecisse, negare minime poteritis. Quid enim tam sacrilegum, quam altaria Dei in quibus & vos aliquando obtulistis, frangere, radere, removere? in quibus & vota populi, & membra Christi portata sunt: quo Deus omnipotens invocatus sit: quo postulatus descenderit Spiritus sanctus: unde a multis & pignus salutis æternæ, & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est. Altaria, inquam, quibus fraternitatis munera non jussit Salvator imponi, nisi quæ essent de pace condita: [a] *Depone*, inquit, *munus tuum ante altare, & redi prius, concorda cum fratre tuo, ut possit pro te sacerdos offerre*. Quid est enim altare, nisi sedes & corporis & sanguinis Christi? Hæc omnia furor vester aut rasit, aut fregit, aut removit. Hoc igitur inexpiabile nefas, si de aliqua ratione descendit, uno modo fieri debuit. Sed, ut æstimo, alio loco copia lignorum [1] frangi jussit; aliis vero ut altaria raderent, lignorum inopia imperavit; ut autem alii removerent, ex parte verecundia persuasit: ubique tamen nefas est, dum tantæ rei manus sacrilegas & impias intulistis. Quid perditorum conductam referam multitudinem, & vinum in mercedem sceleris datum? quod ut immundo ore sacrilegis haustibus biberetur, calida de fragmentis altarium facta est. Si livoris judicio nos vobis sordidi videbamur, quid vobis fecerat Deus, qui illic invocari consueverat? quid vos offenderat Christus, cujus illic per certa momenta corpus & sanguis habitabat? quid offendistis etiam vos ipsi, ut illa altaria frangeretis, in quibus ante nos per longa temporum spatia, sancte, ut arbitramini, obtulistis? Dum impie persequimini manus nostras illic ubi corpus Christi habitabat, feristis & vestras. Hoc modo Judæos estis imitati: illi injecerunt manus Christo in cruce: a vobis percussus est in altari. Si catholicos illic infectari voluistis, vel vestris illic antiquis oblationibus parceretis: ibi modo superbus inventus es, ubi jamdudum humilis offerebas: ibi libenter peccas, ubi pro multorum peccatis orare consueveras. Hoc faciendo in numerum sacrilegorum sacerdotum libenter intrastis, sociati sceleri-

A bus profanorum, de quibus apud Dominum Elias propheta querelam deponit: his enim locutus est verbis, quibus & vos inter alios ab ipso accusari meruistis: [b] *Domine*, inquit, *altaria tua confregerunt*. Dum dicit *tua*, indicat quia res est Dei, ubi Deo aliquid a quocumque oblatum est. Sufficeret insaniæ vestræ, quod membra laniastis Ecclesiæ; quod Dei populos jamdudum in unitate positos, vestris seductionibus divisistis. Inter hæc omnia vel altaribus parceretis. Cur vota & desideria hominum cum ipsis altaribus confregistis? illinc enim ad aures Dei ascendere populi solebat oratio: cur concidistis precibus viam? & ne ad Deum supplicatio de more solito ascensum haberet, im-
B pia manu quodammodo scalam subducere laborastis? & tamen cum omnium vestrum una sit conjuratio, in hoc titulo simili errore dissimiliter deliquistis. Si suffecerat removere, non licuit frangere: si oportuit frangere, rasisse peccatum est: si enim non licuit, sicut inter vos placuit, recte videtur fregisse, qui fregit. Jam reus est, qui majorem partem radendo servavit. Quæ est ista nova & stulta sapientia, [2] novitatem quærere in visceribus vetustatis; & remota quasi quadam corporis cute, in latente corpore cutem quasi alteram quærere? Donum, quod ad se pertinet & in se totum est; quod unum est, inde cum aliquid fuerit ablatum, minui potest, non potest immu-
C tari. Rasisti equidem quod tibi visum est: sed adhuc ibi est quod odisti? Quid, quod si sic conjurastis, ut quæ a nobis in nomine Dei in ipso ministerio tacta sunt, immunda viderentur: quis fidelium nescit, in peragendis mysteriis ipsa ligna linteamine cooperiri? Inter ipsa sacramenta velamen potuit tangi, non lignum; aut si tactu possunt penetrari velamina, ergo penetrantur & ligna; si penetrari possunt ligna, penetratur & terra; si a vobis lignum raditur, & terra quæ subter est fodiatur, altam facite scrobem, dum pro vestro arbitrio quæritis puritatem. Sed observate, ne veniatis ad inferos, & illic inveniatis Core, Dathan & Abiron [c] schismaticos, magistros scili-
D licet vestros. Ergo & fregisse vos & rasisse constat altaria: quid est, quod in hac re subinde vester quasi languere visus est furor? videmus enim vos postea mutasse consilium, & altaria a vobis

a Matth. V. 24. *b* III. Reg. XIX. 10. *c* Num. XV.

1. *Frangi jussit*] Hæc & sequentia usque ad *imperavit*, exstant in mss. S. G. & desunt in mss. S. T. DUPIN.

2. *Novitatem quærere in visceribus vetustatis*] *Vetustatis*. Ita in omnibus mss. Male in ultima editione, *majestatis*. His Optati verbis hæc subest notio: quid vos juvat, o Donatistæ, altaria radere, quasi radendo ea innovare & immutare possitis? viscera, hoc est, interiores partes altaris, vetusta sunt; vos tamen vultis novitatem in eis quærere radendo exteriora: quasi detracta corporis cute exteriori, aliam quæreretis cutem in interioribus partibus corporis. ID.

jam non frangi, nec radi, ſed tantummodo removeri. Si hoc ſufficiebat, illa quæ prius a vobis facta ſunt, & vos indicatis quia fieri minime debuerunt.

II. Hoc tamen immane facinus a vobis geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices, Chriſti ſanguinis portatores: quorum ſpecies revocaſtis in maſſas, merces nefariis nundinis procurantes, ad quam mercem nec emtores eligere voluiſtis: avari, dum venditis; ſacrilegi, dum inconſiderate vendidiſtis. Paſſi eſtis etiam comburi manus veſtras, quibus ante nos eoſdem calices tractabatis. Eam rem cum paſſim vendi juſſiſtis, emerunt forſitan in uſus ſuos ſordidæ mulieres, emerunt pagani, facturi vaſa in quibus incenderent idolis ſuis. O ſcelus nefarium! o facinus inauditum! auferre Deo quod idolis præſtes; ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio.

III. Sed video hoc vos loco invidiam nobis falſo conflantes, ad Aggæum prophetam velle confugere, ubi ſcriptum eſt: [a] *Quæ tetigerit pollutus, polluta ſunt.* Livore interveniente facile eſt iratis jactare convicium; ſed ſemper dum intenditur crimen, neceſſaria eſt manifeſta probatio. Quis enim noſtrum intravit templa? quis vidit ſacra ſacrilega? pollui homines poſſunt fumis, nidoribus, ſacrilegiis, ſacrificiis, ſanguine: ſed in hac cauſſa quis ingreſſus eſt templum? quis incendit idolis? quis immundis nidoribus maculatus eſt? quis ſanguinem vel pecudis immundæ vel hominis, fundi aſpexit? quem probatis ad aliquod facinus commodaſſe conſilium? in ſocietate alicujus ſceleris vel unum epiſcopum convincite, ſi poteſtis. De [1] neſcio quo primate ſuſpicamini, qui eodem tempore ambulaſſe dicebatur. Suſpicio non eſt idoneum crimen. Quis eum accuſavit? quis eum convicit? ubi vel erubuit, vel confuſus eſt? ſervate vobis ſuſpiciones veſtras. Igitur, ſicut ſupra diximus, in hac cauſſa quidquid aſpere fieri potuit, dum illa res in origine revocatur, ad principes veſtros pertinere monſtravimus. Unde eſt quod catholicos quaſi pollutos appellas? an quia voluntatem & juſſionem Dei ſecuti ſumus, amando pacem, communicando toto orbi terrarum, ſociati orientalibus: ubi ſecundum hominem ſuum natus eſt Chriſtus; ubi ejus ſancta ſunt impreſſa veſtigia; ubi ambulaverunt adorandi pedes; ubi ab ipſo Filio Dei factæ ſunt tot & tantæ virtutes; ubi eum ſunt tot Apoſtoli comitati; ubi eſt ſeptiformis Eccleſia, a qua vos conciſos eſſe, non ſolum non doletis, ſed quodam modo gratulamini. Quia unitatem Deo placitam amavimus, pollutos vocatis: quia Corinthiis, Galatis, Theſſalonicenſibus aſſenſum accommodavimus communionemque conjunximus, pollutos vocatis: quia furtivas vobiſcum non legimus lectiones, pollutos vocatis: aut negate vos alienas lectiones legere, ſi poteſtis. Ut quid audeatis Epiſtolas ad Corinthios ſcriptas legere, qui Corinthiis communicare noluiſtis? ut quid ad Galatas, ad Theſſalonicenſes ſcripta recitatis, in quorum communione non eſtis? Cum hæc omnia ita eſſe conſtet, intelligite vos ab Eccleſia ſancta eſſe conciſos, & nos non eſſe pollutos. Ubi eſt ergo quod tibi putas Aggæum prophetam poſſe ſuccurrere? Igitur altaria & vaſa ſupra memorata, & in manibus veſtris jam dudum fuerant, & in noſtris: ſi infamatis manus noſtras, quare illic damnatis & veſtras? Sed dicitis lectum eſſe: *quod tetigerit pollutus, pollutum eſt.* Fac aliquem pollutum eſſe, ut poſſint ab eo tacta videri polluta: eſto ſi ſolus ſit tactus, & non interveniat invocatio nominis Dei, quæ & tetigerit pollutus, polluta erunt; inquinari poſſunt, ſi de Deo taceatur. Nam ſi fit invocatio nominis Dei, ipſa invocatio ſanctificat & quod pollutum eſſe videbatur. Denique cum ducenta & quinquaginta turibula, quæ ſacrilegorum & peccatorum manibus portabantur, cum eoſdem peccatores abſorberet terra, remanſerunt de manibus eorum excuſſa turibula. Et dum dubitaret Aaron ſanctus ſacerdos, quidnam de iis faceret, audivit vocem Dei dicentis: [b] *Tolle Aaron hæc vaſa, & fac inde laminas, & pone in angulis arcæ teſtamenti Domini; quoniam licet illi peccaverint qui ea ferebant; tamen vaſa illa ſancta ſunt, quia nomen meum illic invocatum eſt, dicit Deus:* & utique plus eſt portare, quam tangere. Ergo jam liquido apparet, ex invocatione nominis Dei poſſe aliquid ſanctificari, etiam ſi peccator invocet Deum; non enim tantam vim poteſt habere tactus, quantam habet divini nominis invocatio: nam & vos, qui vobis de veſtra ſanctitate præſumitis, dicite, ſi tactus ſanctificat aut invocatio; utique invocatio, non tactus: aut ſi de ſolo tactu præſumitis, tangite tabulam, lapidem, veſtem: videamus an ſancta eſſe poſſint, ſi de Deo taceatur.

IV. Jam illud quam ſtultum, quam vanum eſt, quod ad voluntatem, & quaſi ad dignitatem veſtram revocare voluiſtis, ut virgines Dei agere pœnitentiam diſcerent: ut jam dudum profeſſæ, ſigna voluntatis capitibus, poſtea vobis jubentibus immutarent; ut mitellas alias projicerent, & alias acciperent. Primo dicite nobis, ubi vobis de mitellis aliquid mandatum eſt? virginitas [2] enim voluntatis res eſt, non neceſſitatis. Denique ſtabularius ille Paullus Apoſtolus, cui confoſſus peccatorum vulneribus populus commendatus eſt [c], duos denarios quos erogaſſet, acceperat, duo ſcilicet teſtamenta, hæc per doctrinam quaſi ſumtus impendit; docuit quomodo conjugales Chriſtiani debeant vivere: a quo cum quæreretur quid de virginibus præciperet, reſpondit [d], nihil eſſe mandatum. Confeſſus eſt ſe duo teſtamenta, hoc eſt, duos denarios erogaſſe: expliciti erant quodam modo ſumtus: ſed quia qui ſaucium commendaverat, promiſerat ſe redditurum quidquid in curam amplius erogaſſet, poſt impenſos duos denarios; non præcepta, ſed conſilium erogat Paullus ad virginitatem, nec impedimento eſt volentibus, nec nolentes impellit aut cogit: [e] *Qui dederit virginem ſuam, bene facit: & qui non dederit, melius facit.* Hæc ſunt verba conſilii: nec ulla ſunt præcepta conjuncta, vel de qua lana mitella fieret, aut de qua purpura pingeretur: non enim hoc panno poteſt virginitas adjuvari: non inde compeſcuntur æſtus animi, quos interdum ætas accendit: non inde ſublevatur mens, quæ nonnumquam deſide-

a Aggæi II. 14. b Num. XVI. 37. 38. c Luc. X. 30. d I. Cor. VII. 25. e Ibid. ℣. 38.

1. *De neſcio quo primate, &c.*] Hæc omnia uſque ad hæc verba, *ſicut ſupra diximus*, ſupplevimus ex mſſ. C. & S. G. quæ omiſſa ſunt in mſſ. S. T. & P. S. nec non in editis. DUPIN.

2. *Virginitas enim voluntatis res eſt, &c.*] Hæc uſque ad illa verba, *nec nolentes impellit aut cogit*, citantur & referuntur a B. Fulgent. l. 2. ad Monimum c. 13. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

riorum ponderibus premitur. Nam si ita esset, non una, sed plurimæ virginis capiti imponerentur; ut quotiescumque animum carnis desideria pungerent, contra impugnationem mentis mitellarum numerus dimicaret. Res inventa est ad signum capitis, non ad remedium castitatis. Denique talis pannus & errare, & rodi, & perire potest; & tamen virginitas, si illæsa sit, sine mitella tuta esse potest. Spiritale nubendi hoc genus est: in nuptias sponsi jam venerant voluntate & professione sua: & ut sæcularibus nuptiis se renuntiasse monstrarent, & junctas spiritali sponso, solverant crinem, jam cælestes celebraverant nuptias. Quid est quod eas iterum crines solvere coegistis? quid, inquam, quod ab ipsis per vos exacta est secunda professio? quis est alter spiritalis sponsus, cui iterum nuberent? quando mortuus est cui nupserant, ut iterum nubant? Nudastis denuo capita jam velata, de quibus professionis detraxistis indicia, quæ contra raptores aut petitores videntur inventa. In mitella indicium est voluntatis, non castitatis auxilium: ut rem jam Deo devotam nec qui sponsabat, perseveret petere, aut ne raptor audeat violare: signum est ergo, non sacramentum [1] virginitatis. Igitur hujusmodi virgines quæ jam spiritaliter nupserant, quasi secundas coegistis ad nuptias, & ut crines iterum solverent, imperastis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt: ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur temporalis illa festivitas: non in altum tollitur: non populi frequentia procuratur. Detraxistis igitur non capitis ornamenta, sed (ut supra diximus) bonæ voluntatis indicia. Jam [2] consecratos Deo sparsistis immundis cineribus crines; jussistis etiam salsa aqua perfundi. Et utinam vel id quod tulistis, velociter reponeretis: protraxistis moras, ut retroactæ in pristino habitu, aliquæ diutius remanerent, retractis signis quibus se jam dudum contra petitores & raptores muniverant. Qui cum viderent, præscriptionem sibi jam dudum oppositam, a vobis esse sublatam; de sponsis raptores effecti sunt: nec visus est sibi unusquisque peccasse, dum talem rapuit, qualem viderat, quando ut uxorem acciperet, postulabat.

V. In hoc genere quanta damna fecistis Deo? quanta lucra diabolo procurastis? conflastis impie calices: confregistis, & inconsulte rasistis altaria: puellas miseras non sine opprobrio, ut secundam mitellam acciperent, coegistis, cum de prima in lectione recitari non possit. Et illud prætermittere nequeo, quod nec Deo est placitum, nec a vestris cultoribus excusari, nec ab aliquo homine defendi potest. Per judicia sæcularia & leges publicas, divinæ legis instrumenta, exsecutione officiorum a plurimis extorquenda esse duxistis: volentes soli habere, quod pax in commune possederat. Non vereor Christianus dicere, quod vobis postulantibus, gentilis exsecutio non potuit ignorare: velamina & instrumenta dominica extorsistis, quæ jam dudum fuerant in commune possessa: extorsistis cum codicibus pallas: judicio superbiæ vestræ, utraque arbitrati estis esse polluta. Nisi fallor, hæc purificare properastis: lavistis procul dubio pallas: indicate quid de codicibus feceritis. In omnibus judicium providentiæ vestræ debet esse æquale: aut utrumque lavate, aut utrumque dimittite. Quod si aliter facias, corrupisti diligentiam tuam: pallam lavas, codicem non lavas: si in una parte bonum, in altera malum est. Non potes negare, offendere te in una, si in altera promereris: & si gaudes, quod in una videaris religiosus; debes & plangere, quia teneris in altera parte sacrilegus.

VI. Jam illud quale est, quod in multis locis etiam parietes lavare voluistis, & inclusa spatia aqua salsa spargi præcepistis. O aqua quæ dulcis a Deo creata es, super quam ante ipsos natales mundi sanctus Spiritus ferebatur [a]! o aqua, quæ ut purum faceres orbem, lavisti terram [b]! o aqua, quæ sub Moyse [c], ut naturalem amaritudinem perderes, indulcata ligno, tot populorum pectora suavissimis haustibus satiasti! restabat tibi post promotionem non leviter degradari. Præsentia Moysi in te amaritudo moritur; & a schismaticis hodie cum catholicorum turba dulcedo tua vexatur. Pares patimur bellum, pares exspectamus vindicem Deum. Dic frater Parmeniane, quid vobis fecerat locus? quid ipsi parietes, ut a vobis ista paterentur? An quia illic rogatus est Deus? an quia illic laudatus est Christus? an quia illic invocatus est Spiritus sanctus? an quia vobis absentibus illic prophetæ & sancta Evangelia recitata sunt? an quia illic fratrum jam dudum litigantium, concordaverant mentes? an quia unitas Deo placita in qua habitaret, invenerat domum? Indicate, quid illic lavare potuistis? Si catholicorum vestigia, & in vico & in plateis calcavimus; quare non omnia emendatis? nam & fovendorum corporum caussa, eadem nos & vos lavacra pariter abluerunt, & ante vos frequenter nostrorum loti sunt multi: Si post nos purificanda putatis omnia, lavare & aquam si potestis: aut si vestigia, ut supra diximus, nostra vobis esse videntur polluta, sufficeret terra; ut quid & parietes lavare voluistis, in quibus humana non possunt poni vestigia? parietes non calcare, sed tantum videre potuimus. Si & quod tangit aspectus lavandum esse censetis, cur cetera dimisistis illota? Videmus tectum, videmus & cælum, hæc a vobis lavari non possunt. Illa lavando promeriti estis Deum: ista non lavando, inexpiabile videmini incurrisse peccatum. Cum igitur alibi quasi diligentes essetis inventi: si tamen diligentia dicenda est stultitia, & ut vero nomine appellem, vanitas vestra: nisi forte quia hoc faciendo, in pavorem misistis populos imperitos, ut quia lota est columna, lavarentur & corpora. Si in his rebus consilium latet, miseros subtiliter decepistis: si talis res sine consilio gesta est, manifesta est vestra hebetudo: hæc vos stulte fecisse, & a vobis seducti cognoscunt; nec vos ipsi negare poteritis.

VII. Quid referam etiam illam impietatem de vestra conjuratione venientem, quia ad hoc basilicas invadere voluistis, ut vobis solis cæmeteria vindicetis, non permittentes sepeliri corpora catholica: ut terreatis vivos, male tractatis & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter viventes fuerat certamen, odia vestra vel mors aliena compescat. Jam tacet cum quo paullo ante litigabas: quid insultas funeri? quid impedis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiæ fructum: & si corpora non vis in unum quiescere, animas tamen in uno apud Deum positas non poteris separare.

a Gen. I. 2. *b* Gen. VII. *c* Exod. XV.

1. *Virginitatis*] Ita ex conjectura restituimus pro *invenistis*, quod exstat in mss. S. T. & P. S. DUPIN.

2. *Consecratos Deo*, *&c.*] Hunc locum corruptum in ms. S. T. & in editis restituimus ex mss. C. & S. G. Ubique habetur, *consecratos*, quod editores in *consecratus* mutaverunt. ID.

VIII. Omnia denique quæ a vobis geruntur, ex toto narrari non possunt: sed tamen concedantur vobis, qui erroris hujus magisterium possidetis. Jam & de vestris silere quis posset; de illis; scilicet, quos aut factione aut subtilitate, ut vestros faceretis seducere potuistis, non solum masculi, sed etiam feminæ: ex ovibus subito facti sunt vulpes, ex fidelibus perfidi, ex patientibus rabidi, ex pacificis litigantes, ex simplicibus seductores, ex verecundis impudentes, feroces ex mitibus, ex innocentibus malitiæ artifices. Post quod ad vos delapsi sunt aut delapsæ, dolent alios ibi esse ubi nati sunt: bene stantes in lapsus suos invitant: si scirent se gloriam consecutos, felicitate sua tacite fruerentur. Nunc autem perditos, transitus suos consolari cupientes, ceteros ut similiter labantur, invitant: & residentes in sinu matris Ecclesiæ, quasi pigros & tardos accusant. His enim verbis loqui non erubescunt: [1] Cai Sei, vel Caia Seia, quamdiu te tenes? „ hoc est dicere: imitare lapsus meos, imitate transitus turpes. Quamdiu fidelis vocatis? jam fidem desere, jam pœnitentiam disce: vos estis aucupes, & illi aut illæ sunt aves. Sed quia non est unum aucupum genus: alii sunt qui arte simplici altis fundatas radicibus in faciem nemoris diffusas arbores petunt, ubi aves simplici A volatu naturalibus ramis insidunt: non illic numerantur fraudes, non artificiosa consilia: ars una est & sola capiendi peritia. Illi vos aucupi similes dico, qui post discessum noctis, ante lucis adventum, non aliorum more naturales vadit ad arbores. Sed ipse arborem portans, futurum nemus stringit in fascem, aridam arborem nullis radicibus fultam, multiplici fraude componit. Cui adulterinos inferit ramos, & quæ suas jamdudum succisa perdiderat, alienas accipit frondes. Alias aves clausas portat in cavea; eviſceratas alias ad imaginem viventium, olim extinctas, fallacibus ramis, quasi viventes imponit. Aliæ latent in caveis: aliæ quasi viventes videntur in ramis. Jun- B gitur una geminata fraude calliditas; & ut decipi [2] avium volantium simplicitas possit, quas mortuas esse constat, videntur tendere colla cum vocibus; & quæ latent in carcere suo, quasi de guttere cantant alieno. Inter alterius imaginem & alterius vocem dolus unus operatur: captivæ liberas capiunt, & mortuæ viventes occidunt. Tales sunt, quos aut rebaptizatione, aut pœnitentia sauciastis: ne soli aut solæ perisse videantur, alios vel alias secum perire, magno studio & labore contendunt.

1. *Cai Sei, vel Caia Seia*] Eadem occurrunt superius lib. III. cap. VIII. Ad quem locum vide sis quæ adnotat Dupinius.

2. *Avium*] Ita rescripsimus ex ms. Sangerm. apud Dupinium: atque sic legendum olim quoque perviderat Fr. Balduinus. Editi *vivarum*.





SANCTI
OPTATI AFRI
MILEVITANI EPISCOPI,
DE
SCHISMATE DONATISTARUM,
ADVERSUS PARMENIANUM.
LIBER VII.

POst Traditores ostensos & sanctam Ecclesiam demonstratam, post repulsas quas ingerebatis calumnias, & post peccata vestra quæ a Deo increpari meruerunt ordine suo, & [1] iteratio sacramentorum, & præsumtiones vestræ, & terrores ostensi sunt: responsorum dictorumque nostrorum finis esse debuerat: sed quoniam post invidiæ silvam securibus veritatis abscissam, video adhuc vestras, vel vestrorum provocationes pullulare, quas vos audio dicere, ad unam communionem non oportuisse quæri, cum filios Traditorum vos esse constiterit; ad ea pauca respondeam. Re vera sufficiebat sibi Ecclesia catholica habens innumerabiles populus in provinciis universis: sufficiebat & in Africa, licet in paucis; sed Deo vestra separatio non placebat: quoniam divulsa fuerant? unius corporis membra: & contra voluntatem Dei, fratres a fratribus errabatis. Quamvis domesticum judicium in parentibus vestris operatum sit ut ultro recederent, qui pro admissa traditione abjici debuerant: nullum judicium celebratum est, sed sententiæ est operatus effectus. Pellendi fuerant post traditionem, de qua sibi in consilio Numidiæ confessi sunt: sed ne invidia esset, excusata est judicandi severitas; dum majores vestri ultro invenerunt de reatu consilium, ut cooperto crimine suo, quasi superbi discederent, quibus & dolere & erubescere debebatur. Illi namque si illo tempore, bono pacis unitas fieret [2], & si ad Ecclesiam catholicam sponte venissent: non sicut vos, quos non sine voluntate Dei adductos esse constat, ut rediretis unde erraveratis (quamvis adhuc erretis), si ad Catholicam (ut dixi) sponte venissent, quia Traditores fuerant: de talibus recipiendis dubitarent forsitan nostri majores: sed nobis lætandum est, quod tales usque ad nostra tempora minime duraverunt. Ergo odie negotium novum est, dum vobiscum res, non cum illis agenda est. Quamvis ab ipsis ad vos videatur hereditaria macula esse transmissa: tamen in hoc titulo non potestis rei esse cum patribus vestris, secundum judicium Dei, qui locutus est per Ezechielem prophetam, dicens: [a] *Anima patris mea est; & anima filii mea est: animæ quæ peccat, sola punietur*. Quæ res jam & antiquis sæculis, in ipsis natalibus mundi probata est, dum non pertinuit ad Seth filium Adæ, patris admissum. Sed ne quis dicat alio loco scriptum esse, dicente Domino: [b] *Mala patrum usque in quartam progeniem redditurum*. Illius sunt procul dubio ambæ voces; sed non ad unum populum sonat utraque. Prima est per Moysem ad certum genus hominum: secunda, per Ezechielem ad alterum genus hominum. Dum sciret Deus Judæus apud Pontium Pilatum professuros, ut dicerent: [c] *Sanguis hujus super nos, & super filios nostros*: de præscientia Deus vidit pro magnitudine culpæ parum fuisse quod dicturi erant; & ut competentibus pœnis lueretur offensio, ipsis Judæis comminatus est, dicens: *se mala patrum usque in quartam progeniem redditurum*. Ergo hæc vox ad solos Judæos specialiter pertinet. Ceterum, illa ad Christianos, qua dignatus est promittere non vindicare in filios, si quid peccetur a patribus, nec in patribus si quid a filiis forsitan delinquatur [3]. Temporibus unitatis, principes vestri qui probantur ista fecisse, jam e vivi excesserant, vobis quasi hereditariam maculam relinquentes, quam prius Deus a vobis providentia sua sic diluit, dum inter patres & filios, sicut supra diximus, separavit. Igitur quia tradere peccatum est, videant parentes vestri, quid in judicio Dei respondeant: vestrum tamen, quia aliis temporibus estis, peccatum esse non potest.

II. Inde est quod vos jamdudum in communionem nostram voluimus recipere, quia vos illo tempore non peccastis, sed principes vestri [4]. Nec quasi ex toto sanctus debet quis de altero judicare: quia scriptum est in Evangelio, Christo dicente: [d] *Nolite judicare, ne judicetur de vobis*: maxime cum nemo ex toto sanctus poterit inveniri. Nam si sunt qui possint non habere peccata, mentiuntur in oratione Dominica, si sine caussa indulgentiam postu-

a Ezech. XVIII. 4. *b* Exod. XX. 5. *c* Matth. XXVII. 25. *d* Matth. VII. 1.


1. *Iteratio*] In mss. C. & S. G. *traditione*. In ms. S. T. *ratione*. In ms. P. S. *oratione*. Nos ex conjectura restituimus, *iteratio*; nam heic singulorum librorum argumenta percurrit Optatus, & designat his verbis argumentum libri quinti, in quo agitur de *iteratione baptismi*. DUPIN.

2. *Unitas fieret*] In mss. C. & S. G. *unitatem facere debuerant*. Post hæc verba in editis habetur lacinia quædam, in qua excusatur crimen traditionis: nescio unde deprompta; nec enim exstat in ullo e quatuor codicibus manuscriptis quos mihi videre contigit, nec in prima editione Balduini, nec concinit cum antecedentibus & consequentibus, quæ hac sublata optime cohærent, nec stilum Optati sapit, & ab ipsius placitis & doctrina prorsus abhorret. His de caussis hanc laciniam heic omisimus & in appendicem rejecimus. ID.

3. *Si quid a filiis forsitan delinquatur*] Heic inserta est alia lacinia in editis, excepta prima Balduini editione, ad excusandum crimen traditionis, quæ rejicienda est propter easdem rationes propter quas priorem rejecimus; nam exsulat pariter ab omnibus manuscriptis, orationis seriem interrumpit, & a doctrina Optati aliena est. ID.

4. *Sed principes vestri.*] Post hæc verba in editis, excepta Balduini editione, inferuntur tres lineæ quæ non exstant in mss. Has habes in appendice cum aliis additamentis ad huncce librum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



lant, dicentes Deo patri: [a] *Dimitte nobis peccata, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*: cum Joannes apoſtolus, & omnium conſcientias prodat, & ſuam reſignet his verbis: [b] *Si dixerimus*, inquit, *quoniam peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt*: cujus dicti rationem in quarto libro manifeſtius explanavimus. Sed fac & aliquos eſſe tota ſanctitate perfectos, non licet ut ſint ſine fratribus, qui ne repellantur, evangelica præcepta [1] reclamant, quibus deſcribitur ager qui eſt totus orbis, in quo eſt Eccleſia, & ſeminator Chriſtus, qui præcepta dat ſalutaria. E contrario, homo eſt malus, id eſt diabolus, qui non in luce, ſed per tenebras ſeminat importuna peccata: & in uno agro naſcuntur diverſa ſemina; ſicut in Eccleſia non eſt ſimilis turba animarum. Ager ſuſcipit ſemina bona vel mala: eſt diverſitas ſeminum; ſed creator unus omnium eſt animarum: unus dominus agri, ubi nata ſunt zizania: duo ſunt auctores ſeminum; ſed ager unum dominum habet; ipſum Deum dominum. Illius eſt terra: illius ſunt bona ſemina: illius eſt & pluvia. Ideo vos adductos recipere in unitate conſenſimus; quia nobis non licet vel ſeparare, vel repellere: quamvis peccatores in uno agro nobiſcum natos, una pluvia, hoc eſt, uno baptiſmate nutritos: quomodo non licuit Apoſtolis de tritico zizania ſeparare: quia ſeparatio ſine exterminio fieri non poteſt: ne dum evellitur quod opus non eſt, conculcetur quod opus eſt. Pariter juſſit Chriſtus in agro ſuo per totum orbem terrarum, in quo eſt una Eccleſia, & ſua ſemina creſcere & aliena. Poſt crementa communia, venturus eſt judicii dies, qui meſſis eſt animarum: ſedebit judex Filius Dei, qui agnoſcit quid eſt ſuum, & quid alienum. Illius erit eligere quid condat in horreo, & quid tradat incendio: quos ad interminata tormenta deſtinet: & quibus promiſſa præmia repræſentet. Agnoſcamus nos omnes homines eſſe: nemo ſibi uſurpet divini judicii poteſtatem. Nam ſi ſibi totum vindicet quivis epiſcopus, dicatur quid in judicio acturus eſt Chriſtus? ſatis ſit homini, ſi de peccato ſuo reus non ſit, quam ut de alieno judex eſſe deſideret. Profeſſio denique noſtra eſt [2] bono pacis vos non repellere. Nefas eſt enim, ut epiſcopi faciamus quod Apoſtoli non fecerunt, qui permiſſi non ſunt vel ſemina ſeparare, vel de tritico zizania evellere.

III. Quod ſi de recipiendis vobis Catholica dubitaret, nonne vos debuiſtis unitatis aſſequi formam? Sed exempla in Evangelio lecta proponere noluiſtis, ut eſt lectio de perſona beatiſſimi Petri; ex qua, forma unitatis retinendæ vel faciendæ deſcripta recitatur. E quidem malum eſt contra interdictum aliquid facere: ſed pejus eſt unitatem non habere cum poſſis. Quam unitatem, ipſum Chriſtum videmus propoſuiſſe vindictæ ſuæ, qui magis omnes diſcipulos ſuos voluit in uno eſſe, quam quod offenſus fuerat vindicare: dum nollet ſe negari, promiſit ſe apud patrem negaturum eſ-

A ſe, [3] qui ſe negaret: & cum hæc ita ſcripta ſint, tamen bono unitatis beatus Petrus, cui ſatis erat ſi poſt quod negavit, ſolam veniam conſequeretur, & præferri Apoſtolis omnibus meruit, & claves regni cælorum communicandas ceteris, ſolus accepit. Bono unitatis, ſepelienda eſſe peccata hinc intelligi datur, quod beatiſſimus Paullus Apoſtolus dicat, caritatem poſſe obſtruere multitudinem peccatorum: *Onera*, inquit, *veſtra invicem ſuſtinete*: & alio loco ait: [c] *Caritas magnanimis eſt: caritas benigna eſt: caritas non zelatur: caritas non inflatur: non quærit quæ ſua ſunt*: & bene dixit. Hæc enim omnia viderat in Apoſtolis ceteris, qui bono unitatis, per caritatem noluerunt a

B communione Petri recedere, ejus ſcilicet qui negaverat Chriſtum. Quod ſi major eſſet amor innocentiæ, quam utilitas pacis & unitatis; dicerent ſe non debere communicare Petro, qui negaverat magiſtrum & Dei Filium dominum. Poſſent non communicare, ut ſupra dictum eſt, beatiſſimo Petro: poſſent contra illum recitare verba Chriſti, qui promiſerat negaturum ſe eſſe apud Patrem, eum qui ſe coram hominibus negaſſet. Ad quam formam debet diligenter attendi: de qua dum pauca commemoro, ipſius ſancti Petri beatitudo veniam tribuat, ſi illud commemorare videor quod factum conſtat & legitur: dubito dicere peccaſſe tantam ſanctitatem; ſed ipſe hoc factum probat,

C qui & doluit amare, & flevit ubertim; qui nec doleret nec fleret, ſi nulla interveniſſet offenſio. Potuit utique caput Apoſtolorum ita ſe gubernare, ut nihil incurreret quod doleret: ſed ideo in uno titulo ejus multa videntur errata, ut poſſet oſtendi bono unitatis omnia debere Deo ſervari. Et neſcio an in altero hoc genus peccati, tanti ponderis eſſe poſſit, quanto in beato Petro fuiſſe manifeſtum eſt. Quiſquis enim forte in aliqua perſecutione negavit Filium Dei, in comparatione beati Petri videbitur levius [d] deliquiſse ſi negavit quem non vidit; ſi negavit quem non agnovit; ſi negavit cui nihil promiſit; ſi ſemel negavit. Nam in beato Petro hoc genus peccati dilatatum eſt: pri-

D mo quod cum interrogaret Chriſtus omnes quem ſe homines dicerent, unus dixit Eliam; alter dixit Prophetam: tunc Chriſtus dixiſse legitur: [e] *Vos quem me dicitis eſſe?* & ait illi Petrus: *Tu es Filius Dei vivi*. Pro qua agnitione laudari ab eo [4] meruit: Ecce ceteris non agnoſcentibus Filium Dei, ſolus Petrus agnovit. Deinde ſub die paſſionis, cum diceret Chriſtus: [f] *Ecce teneor, & fugietis omnes*. Tacentibus ceteris, ſolus ſe promiſit non receſſurum: de præſcientia Filius Dei ait: [g] *Petre, antequam gallus cantet, ter me negabis*. Additum eſt aliud ad pondus peccati, promiſſum ſcilicet quod non erat impleturus. Poſtea quam in domum Caiphæ ductus eſt Chriſtus, ad menſuram

E delicti complendam, de tanto numero nullus alius interrogatur præter beatum Petrum: interrogatus primo negat; interrogatus iterum negat; tertio dixit ſe Chriſtum omnino non noſse: & cantavit gallus; non ut tempora cantu ſuo diſtingueret, ſed

a Matth. VI. 12. Luc. XI. 4. b I. Joan. I. 8. c Galat. VI. 2. d I. Cor. XIII. 4. 5. e Matth. XVI. 15. 16. f Matth. XXVI. 32. g Ibid. V. 34.

1. *Reclamant: quibus deſcribitur ager*] Hunc locum reſtituimus ex mſs. S. T. & P. S. In aliis mſs. & in editis corrupte admodum legitur, *declamantes, ſcriptura muniuntur. Ager.* DUPIN.

2. *Bono pacis vos non repellere*] In mſs. C. & S. G. *bonum pacis non repellere*. In editis heic habetur: *non ſolum vos non repellere, ſed etiam parentes veſtros, ſi eorum temporibus contingeret & unitas fieret bonum pacis non repellere*: ſed hæc deſunt in omnibus mſs. & in prima editione Balduini, videnturque aſcititia. ID.

3. *Qui ſe negaret*] In editis hæc adjiciuntur: *apud homines. Et non tamen non ſe promiſit puniturum ſcripturam aliquam qui tradidiſſet: gravius eſt enim negare eum qui locutus ſit, quam tradidiſſe verba quæ locutus ſit*. Sunt iſta manifeſte ſubdititia. ID.

4. *Meruit*] Poſt iſtud verbum in editis hæc adjecta ſunt: *quod inſtinctu Dei Patris hoc dixeris*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

ut peccasse se beatus Petrus agnosceret. Denique doluit amare, & flevit ubertim. Ecce, ut supra dictum est, ceteris non agnoscentibus, solus agnovit: ceteris non promittentibus solus promisit: ceteris nec semel negantibus, ter solus negavit; & tamen bono unitatis, de numero Apostolorum separari non meruit. Unde intelligitur omnia ordinata esse providentia Salvatoris, ut ipse acciperet claves. Interclusa est malitiæ via, ne Apostoli animo licentiam judicandi conciperent, & severe contemnerent eum qui negaverat Christum. Stant tot innocentes, & peccator accipit claves, ut unitatis negotium formaretur. Provisum est ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria est unitas, esse non posset. Hæc si commemoraretis, communicare cupientes; quando vos Catholica pio sinu suscipere dubitaret Ecclesia? cum constet vos non Traditores esse, sed filios Traditorum.

IV. Nam aliqui ex vobis volentes nos populis suis contemnendos ostendere, etiam illud miscent tractatibus suis quod a Salomone propheta dictum est: [a] *Muscæ morituræ exterminat olei suavitatem*: & muscas morituras nos appellant: & oleum nominant, illum scilicet liquorem, qui ex nomine Christi conditur; quod chrisma postquam conditum est, nominatur. Antequam fiat, adhuc oleum est natura simplex; fiet suave, dum de nomine Christi conditur. Ergo tres res sunt quas Salomon propheta nominavit: oleum, suavitatem, & muscas morituras exterminantes suavitatem. Istæ tres res loca sua habent in ordine: primo loco est oleum: secundo suavitas de confectione: tertio, muscæ morientes exterminantes suavitatem. Quisquis est talis tractator ex vobis, probet quomodo nos muscas morituras appellat. Si apud vos putatis esse confectionem quæ det oleo suavitatem: apud vos est oleum & suavitas. Numquid nos exterminamus oleum vestrum, ut merito nos muscas morituras appelleris? quod vestrum est, apud vos est. Et si a vobis ad nos aliquis transitum fecerit; sic a nobis servatur, quomodo a vobis dimittitur: quomodo dicitis quia nos sumus muscæ morituræ suavitatem olei corrumpentes, cum post vos nihil tale facimus? aut si a nobis dicitis suavitatem olei corrumpi posse: aut possumus aliquid, & damus oleo suavitatem: aut si nos, ut vultis, nihil possumus; remansit oleum tale esse, quale & natum est: quomodo dicitis quia nos sumus muscæ morituræ, corrumpentes suavitatem olei? Igitur oleum antequam a nobis conficiatur, tale est quale & natum est: confectum, suavitatem ex nomine Christi accipere potest. Quomodo possumus [1] uno facto & conficere, & corrumpere? Restat ut si oleum de se suave sit, vacet quod agitur ab hominibus, si ab homine in nomine Christi conficitur. Non potest idem operarius duas res repugnantes & contrarias simul facere. Vobis absentibus si conficimus, non corrumpimus. Si corrumpimus, quis ante nos confecerat quod corrumperemus? Quare ne vacet dictio prophetæ, si ita est, intelligite quia vos estis muscæ morituræ. Vos enim exterminastis non quod natum est, sed quod confectum est; suavitas enim legitur, non natura posse corrumpi. Oleum enim simplex est, & nomen suum unum & proprium habet: confectum jam chrisma vocatur, in quo est suavitas, quæ cutem conscientiæ mollit, exclusa duritia peccatorum: quæ animum innovat lenem: quæ sedem Spiritui sancto parat, ut invitatus illic, asperitate fugata, libenter inhabitare dignetur. Hæc est suavitas olei, quam possunt muscæ morituræ corrumpere. Si nos exterminaremus a vobis confectum oleum, merito nos muscas morituras appellare possetis: sed dum quod a vobis unctum est, tale servamus, quale suscipimus; muscæ morituræ esse non possumus. Sed dum vos invidiæ tempestatibus impulsi, quasi in oleum caditis; vos exterminatis in rebaptizatione suavitatem olei illius quod in nomine Christi confectum est, unde condirentur mores, unde accenderetur lumen mentis ad salutarem & veram intelligentiam. Vos exterminatis rem ubi oleum fuit & suavitas. Nos quomodo potuimus corrumpere suavitatem, quæ ante nos a nullo confecta est? Seduxistis homines, rebaptizastis, iterum unxistis. Proh dolor! non sine morte vestra, exterminastis quod fuerat de nomine Christi confectum, more muscarum, quæ pereuntes exterminant: quia mors est peccatum, quod non habet indulgentiam. Scriptum est, quia [b] *qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec heic, nec in futuro sæculo*. Ergo cum & falso nos muscas appelletis, & omnia quæ a nobis fiunt, dissolvere properetis, & nos contemnendos aut despiciendos esse dicatis, vobis solis sanctitatem vindicantes: innocentiam proponitis vestram, ut promittatis vos aliena posse donare peccata. Videtis igitur non de nobis, ut disputatis, sed de vobis dixisse beatissimum Paullum Apostolum: [c] *Erunt*, inquit, *homines se ipsos amantes, cupidi, gloriantes sibi, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti: pacem non custodientes, sine affectu, detractores, immites, sine benignitate*, &c.

V. Nam & illud quale est, quod pro arbitrio tuo Moysi vobis imponere voluisti personam, contra quem Jamnem & Mambrem obstitisse commemorat Apostolus Paullus [d]? Si ita est, quæ apud vos veritas inveniri potest, cui Catholica videtur obsistere; aut quod apud nos esse mendacium poteris approbare? in una communione esse cum toto orbe terrarum? numquid poteris approbare mendacium? symbolum verum & unicum retinere & defendere? numquid poteris approbare mendacium? cathedram Petri & claves regni cælorum a Christo concessas, ubi est nostra societas? numquid poteris approbare mendacium? In ipsa lectione quæ commemorasti inter ipsas personas, considera ordinem rerum, & qui fuerit prior attende. Utique Jamnes & Mambres secundo loco sunt, qui contra Moysem & veritatem falsis artibus militare voluerunt: & antecesserat Moyses, cujus virtutes impugnare frustra conati sunt. Ut Moyses prior est, sic & Catholica prior est: ut Jamnes & Mambres repugnantes obstiterunt; sic & vos rebelles contra veram Catholicam militatis. Quid est ergo quod nomina & nobis & vobis mutare voluistis, nisi ut te sociis tuis comparares æqualem? Sunt enim aliqui ex vobis qui obliti aut ignari præteritorum temporum in [2] nos dicant quæ pertineant ad eos qui jamdudum de Catholica lapsi Majorinum ordinaverunt; illi scilicet auctores schismatis & traditionis. Cum adhuc retinerent pacem antequam exterminarent Deo placitam unitatem, fuerunt lumen mundi, & sal terræ merito appella-

a Eccle. x. 1. *b* Matth. xii. 32. *c* II. Tim. III. 2. *d* Ibid. ŷ. 8.

1. *Uno facto*] In mss. C. & S. G. *uno momento*. DUPIN.
2. *In nos dicant quæ pertineant ad*] Hæc ex conjectura supplevimus quæ desunt in mss. ne hiulca & manca esset oratio.

bantur. Dum docerent pacem, adhuc pacifici vocabantur: antequam inflati essent, beati erant de paupertate spiritus, pars erant condimenti: beati erant, dum mites, pars fuerant condimenti: beati erant dum justi, pars erant condimenti: beati dum pacifici, totum fuerant condimentum. Postea quam erroris divitias dederunt spiritui & pulmonibus suis, & facientes schisma, immites inventi sunt: & minus misericordes, dum impie membra Ecclesiæ diviserunt: & injustitiam secuti, regnum Dei pro fastidio habuerunt: & dividendo Ecclesiam noluerunt esse pacifici; ipsi facti sunt sal infatuatum, ex quo nihil condiretur, quod Deo de suavitate placuisset. Et cum hoc malum pertineat ad principes vestros, a quibusdam sociis tuis aliter disputatur, ut dicant insipientes fuisse eos qui agnoverunt vel sero veritatem, & ab schismate recedentes, agnita matre Catholica secuti sunt pacem. Hos putant aliqui vestrum errasse: hos existimant quasi infatuatos a sapientia recessisse. Unde apparet vos omnes eodem modo errare in nominibus transferendis; dum & tu Jamnem & Mambrem pacificis catholicis comparasti, & vos schismaticos Moysi; quod a veritate alienum est: & aliqui socii tui insipientes, de sapientibus judicare voluerunt, ut dicant fatuos factos esse pacificos; & parentes suos de dissensione infatuatos esse, intelligere [1] noluerunt.

VII. Jam [2] ad illum locum invidia vestra dilabitur, ut dicatis Macarium post illa facta communioni non debuisse misceri: sed magis a catholicis episcopis abstineri. Primo, communionis unum est nomen, sed diversi sunt modi: aliud est communicare episcopum cum episcopo, & aliud communicare laicum cum episcopo. Tunc erat grave si Macarius quod fecisse dicitur, sua voluntate fecisset; quod qui faciunt, factum judiciis publicis & Romanis legibus vindicatur. Ille est enim homicida, qui nulla necessitate cogente, nulla jussione, nulla potestate, sed furore adactus, de voluntate sua fecerit quod prohibent leges. Ceterum, Macarius quod fecisse dicitur, vobis provocantibus fecit: nec episcopus fuit, nec in officio episcopali versatus est, nec manum alicui imposuit, nec sacrificium obtulit. Unde cum eum constet alienum fuisse ab episcoporum actibus, nullus episcopus ab eo qui cum episcopis non obtulit, videtur esse pollutus. Restat ut dicatis eum cum populo communicasse: & locutum eum esse aliquid in populo constat, sed insinuandæ alicujus rei caussa, non tamen tractandi quod est episcoporum; ille enim nude locutus est, si quid loqui potuit. Contra episcopalis tractatus probatur ab omnibus sanctitate vestitus, salutatione scilicet geminata. Non enim aliquid incipit episcopus ad populum dicere, nisi primo in nomine Dei populum salutaverit. Similes sunt exitus initiis. Omnis tractatus in Ecclesia a nomine Dei incipitur, & ejusdem Dei nomine terminatur. Quis vestrum audet dicere epi-A scoporum more, Macarium populum salutare? Igitur cum nec salutaverit antequam aliquid loqueretur, nec salutare ausus sit, postquam locutus est, nec manum imposuerit, nec sacrificium Deo ritu episcopali obtulerit: quid est quod dicitis pollui potuisse episcopale collegium, cum ab omni episcoporum officio Macarium videatis alienum? Vestigio veritatis hoc loco calcata iterum vestra caput levare videtur invidia. Dicitis enim nec inter laicos eum communicare debuisse. Equidem constat, eum, ut Paullus apostolus probat, ministrum [3] fuisse voluntatis Dei. Et quid mirum? si & judices pagani ministri voluntatis Dei æstimari meruerunt, Apostolo dicente: [a] *Non sine caussa judex* B *gladium portat*. Est enim minister voluntatis Dei: nam & Macarius in suo judex fuisse videbatur. Quod si non erat judex in eo quod fecit, secundum leges Romanas a judicibus in eum debuit vindicari. Aut si dicitis nec sic eum communicare debuisse: nos tamen non videmus quia debuit abstineri, qui id tale fecit quod factum est a Moyse, quem post viginti tria millia hominum occisa, Deus non contemnendo abstinuit; sed ut secum loqueretur iterum invitavit. Nos non videmus abstinendum fuisse eum, qui fecit quod Phinees quem paullo ante memoravi, qui ab ipso Deo pro homicidio laudari meruit. Non videtur magis nobis abstinendus fuisse is a quo id factum est quod ab C Elia propheta, qui tot falsos prophetas occidit: nam & illos falsos vates fuisse jam supra probavimus.

VII. Sed ut hæc exempla sileantur, dicamus & nos quod dicitis, reum fuisse Macarium: quod si fuit, accusatore silente, a nobis non licuit abstineri. Scriptum est enim ante cognitam caussam neminem esse damnandum. Dicite, quis eum accusavit, & auditus non est? dicite Macarium confessum esse culpam, & nostram siluisse sententiam? sumus enim qualescumque judices in Ecclesia, quod & ipsi non negatis; [4] quod nos judices esse veros debere fuisse contenditis. Non enim possumus fa-D cere quod non fecit Deus, qui in judicio suo personas separare dignatus est: nec eumdem voluit esse accusatorem & judicem. Non enim potest quis in una caussa, eodem momento duas portare personas, ut in eodem judicio & accusator esse possit & judex. Quod Deus nec per omnipotentiam fecit: ut nobis judicandi formam ostenderet, docuit reum sine accusatore non debere damnari; aut accusatorem eum esse, qui judex in ea caussa futurus est. Denique inter ipsa principia sæculorum dum hominum esset renovellata nativitas, dum a Cain frater Abel esset occisus, lectum est: [b] *Et vocavit Deus Cain, & interrogavit eum ubi esset frater ejus?* Ille peccatum duplicans, quasi igno-E rantem faceret Deum, nescire se dixit. Et quando posset nescire aliquid Dominus, sub cujus oculis & vultu sunt omnia quæ geruntur? & tamen Deus sine accusatore non judicat: & interrogat uti-

a Rom. XIII. 44. b Gen. IV. 9.


1. *Noluerunt*] Heic clauditur in editis liber septimus totumque opus Optati; & quæ sequuntur in mss. translata sunt ad finem libri tertii. Et quidem quod spectat ad illa quæ pertinent ad calumniam Donatistarum in Macarium, quod profanasset Christianorum sacra, quæ incipiunt ab his verbis: *Et si seductioni*, &c. & desinunt in his, *quasi [illegible] auditum*, exstant libro tertio, sicut & septimo in mss. S. T. & P. S. eaque superius a nobis in hujus tertii libri fine sunt posita. At quæ sequuntur, cum in omnibus mss. ad librum septimum pertineant, nullibi ad tertium; heic ponenda esse duximus tamquam appendicem libri tertii additam ab Optato in libro septimo post opus suum confectum. DUPIN.

2. *Jam ad illum locum*] In mss. ante hæc verba habetur: *sed ut ad paullo ante dicta redeamus*; quod videtur superfluum & forsan additum ab amanuensibus. ID.

3. *Fuisse*] Sequentia usque ad illa verba, *personas separare dignatus est*, desunt in ms. S. T. Utrum defuerint in ms. P. S. incertum, nam ab hoc loco laceratæ sunt ejus postremæ paginæ. ID.

4. *Quod nos judices esse veros debere fuisse contenditis*] Turpe mendum est, tu feliciter sana: *quod nos judices severiores debere fuisse contenditis*. INCERT.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



que quod noverat. Et vos vultis ut abstineremus A quem non vidimus aliquid mali facientem, & qui nullum habuerit accusatorem. Video hoc loco quid invidia submurmuret vestra. Dicitis enim non nos latuisse quod factum est. Fatemur nos audisse; sed peccatum erat damnare eum, quem nemo est ausus accusare. Sed si dixeritis, quia non nos latuit factum; dicite Deo quare interrogavit, qui viderat parricidium. Nec illud a nobis fieri oportuit, quod Deus facere noluit qui sententiam noluit dicere nisi reo. Redde accusatorem; alioquin non posset justa esse sententia, nisi ipse qui judicaturus erat accusaret. Ideo ait: [a] *ecce sanguis fratris tui clamat ad me de terra*. Quare & vos cum minime probare possitis ab aliquo apud nos accusatum esse Macarium, nostrum non potestis damnare judicium [1].

a Gen. IV. 10.

1. *Judicium*] Huc usque liber septimus ex codicibus manuscriptis & prima editione Balduini: quæ sequuntur, habentur in altera ejusdem editione, ex Tiliano, ut ait, codice, quem nobis videre non contigit. Sed quia desunt in quatuor codicibus quibus usi sumus, videnturque aliena a mente Optati, nec stilum ejus sapere, ea ut immerito Optati orationi inserta, sustulimus e textu. Ne quid tamen nostro operi deesset, quod ad Optatum pertinere videretur, heic illa describenda esse censuimus.



SEGMENTA III.

Ad capp. I. & II. libri VII. pertinentia.

I. Illi namque [1] si illo tempore, bono pacis, B unitatem facere debuerant, etiam & ipsi ab Ecclesia non fuerant repellendi, in quibus necessitas excusaverat voluntatem. Non enim aliqui illorum sponte tradiderant, aut hoc peccatum cum ceteris delictis poterit coæquari. Quidquid enim Deus fieri noluit, ore suo prohibuit, quo modo dixit: [a] *Non occides, non mœchaberis, &c.* Potuit etiam hoc prohibere quod a parentibus vestris admissum est: sed quoniam aliud est quod facit animus, aliud est quod operatur eventus; quidquid de voluntate potest ab homine fieri, hoc meruit prohiberi; quidquid necessitas peccat, non potest magnis viribus accusari: denique voluntas habet pœnam, necessitas veniam: homicida, scelus dum nemo cogit pot- C est & facere, potest & non facere: adulterium mœchus, dum de foris nemo compellit potest admittere, potest & non admittere, & cetera hujusmodi in quibus liberum habetur arbitrium. Ideo, prohibita dum geruntur, judicio destinantur, non interdicta dum aliqua necessitate fiunt: forte facile dignetur ignoscere, qui noluit prohibere. Denique hoc delictum quod quasi capitale potuit objici parentibus vestris, si illo in tempore nudarentur, aut in judicium vocarentur, possent sibi exemplo non uno succurrere, ubi primis temporibus aut tabulæ legis fractæ, aut libri traditi esse leguntur vel incisi & incensi, & nemo damnatus est. Si, ut supra dixi, parentes vestri illo tempore nudarentur, si accusari potuissent; sine dubio dicerent, se nihil amplius fecisse a Moyse legislatore: quamvis non sibi similent, sed inter se repugnent necessitas & voluntas, cum eodem nomine legis parentum vestrorum & Moysi una fuerit caussa. Possent dicere parentes vestri illud se de necessitate fecisse, quod Moyses prior fecerit de voluntate. Qui cum populo indignaretur, non consideravit, quia Deus digito suo scripserat: & plus est quod scriptum est in cælo, quam quod in terra: & non est unum quod fecit Dei digitus, & quod scripsit calamus humana manu compositus. Moyses ferebat, quod per nubem acceperat; & parentes vestri tradiderunt, quod data mercede confecerant: recte se parentes vestri defenderent, docentes capitale crimen non esse, si id fecisset unusquisque eorum magno metu perterritus, quod Moyses fecisset iratus: & non legimus Dominum indignatum esse Moysi, nec vindicasse confractas tabulas quas manu sua perscripserat, nec peccator appellatus est, nec punitus. Sic lex a Deo profecta est, ut aqua de fonte dilabitur, aut poma quæ de arbore salva radice carpuntur: non perit quod erogatum est, si in origine sua salvum est. Denique [2] Moyses post tabulas sparsas legis & comminutas non damnari meruit, & Sina postea montem revocatus ascendit, & loqui cum Deo iterum meruit, & secundum legem innovatam accepit, quam prodiit titulus libri qui Græco vocabulo *Deuteronomos* scribitur: ecce non perit in lege, quod salvum fuerat in origine. Sed ne cui videatur Moyses habuisse meritum, ut de colloquio quamdam apud Deum fiduciam, & ideo Deum non iratum esse, & hoc si ita esset, semper amicitia meritum suum & fructum exigere debebat: quare in eum postea vindicatum est, quod offendit? nonne ut ostenderetur leve fuisse illud, quod iratus admiserat? Lex in Deo sana fuit; & postquam ab homine cum tabulis lapideis fracta est: devotio quæ ab homine debebatur ubi exhibita non est, Moyses illam pœnam meruit, ut medio itinere moreretur, ne terram promissionis intraret: unde constat non magnum peccatum posse computari, quod in præsenti exemplo patuit impune committi. D Hæc si a parentibus vestris dicerentur, quis eis communionem negare potuisset? quid si & illa consequentia exempla proponerent, in quibus legitur, innovata lex cum haberetur in arca, & populus Israel in prœlio vinceretur. Lex quæ in arca consilio populorum in hostes allata est, quæ ab ipsis presbyteris & ceteris filiis Israel defendi non potuit, & inimicis est tradita, dum minus est reportata: tradita lege qui afferendam dixerant, fugerunt timidi, & non leguntur postea in vindicta aliquid passi. Si a parentibus vestris hæc ratio redderetur, quis eos a communione sua repellere potuisset? Quid si nec illa exempla tacuissent principes vestri? quibus legitur Baruch librum E legis quem ex ore Jeremiæ prophetæ exceperat, tradidisse scribæ Judin, & a principibus regis jussum

a Exod. XX. 13.

1. *Illi namque, cet.*] Vide not. 1. ad caput I. lib. VII.
2. *Denique Moyses post tabulas &c.*] Scribo: *Denique Moyses post tabulas sparsas legis & comminutas, cum non damnari, &c.* mox quoque, *prodiit*, lege *prodidit*. M. CASAUB.

esse ut & ipse Baruch qui exceperat, & Jeremias per quem Deus locutus erat, fugerent & laterent. Jeremias dictabat, Baruch tradidit: fugerant ambo: ad Joachim regem liber allatus est, qui rex cum ante se pro qualitate temporis frigidi arulam habuisset ardentem, & librum a Judin scriba recitatum non libenter audivisset, subinde concisum minutatim ignibus imponebat. Et non iratus est Deus vel Jeremiæ qui fugerat, vel Baruch qui cum eo fugiens tradiderat: quibus si Deus iratus esset, ad prophetam aliquem alterum loqueretur: non ad alterum, sed ad ipsum Jeremiam locutus est: sic enim legitur: [a] *Et factus est sermo Domini ad Jeremiam, postquam combussit Rex capitulum libri, & sermones quos scripsit Baruch ex ore Jeremiæ: dixit Deus ad Jeremiam: accipe tibi chartam alteram, & scribe omnes sermones tuos qui tunc erant scripti in libro, quem combussit Joachim rex Judæ.* Ecce nec Deus iratus est, nec qui arserat perit, nec Baruch punitus est, nec Jeremias a Deo contemtus est; unde apparet, quod in hac re gravis numquam fuerit culpa quam numquam potuit sequi vindicta. Si hæc parentes vestri allegarent, quis illos a communione revocare potuisset? Denique cum videret Deus & a Moyse legis tabulas fractas, & arcam hostibus derelictam, & post traditionem Baruch librum legis & incisum esse & combustum; indicavit providentiam suam, & promisit se legem jam non in tabulis scribere, nec in libris, sed in ipso interiori homine, hoc est, in mente & in corde uniuscujusque credentis; quomodo scripserat in corde Noe, Abrahæ, Isaac & Jacob, & ceterorum patriarcharum quos constat legitime sine lege vixisse. Quam rem probat & beatus Apostolus Paullus dicens: [b] *Scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Post legem a Moyse fractam, & a filiis Israel hostibus derelictam, & offerente Baruch ad Joachim regem, & concisam & incensam ante tempora Christiana; ubi postea melius scripturus erat legem, indicavit Deus per prophetam dicens: [c] *Quoniam hoc est testamentum meum, quod disponam domui Israel & domui Judæ, & post dies illos dicit Dominus, dans leges meas in corde eorum & in mentibus eorum scribam eas.* Promisit hoc jamdudum & proxime reddidit temporibus Christianis. Ergo jam secundo loco est charta, secundo loco membranæ. Si a Deo lex ibi scripta est unde tradi non possit, ut parentes vestri qui jam in Trinitate crediderant, quamvis libros tradiderint, nec corda nec mentes tradiderint suas in quibus Deus legem suam scripsit, sicuti se scripturum esse promiserat. Ubi est ergo, frater Parmeniane, quod dixisti penitus exustam a traditoribus legem? ecce nec penitus exusta est, nec ex toto sublata, dum & in cordibus credentium manet, & librorum millia ubique recitantur: unde apparet te parentes tuos, quamvis per ignorantiam, frustra accusare voluisse. Igitur si parentes vestri ad tempora unitatis occurrerent, tot exemplis rationabiliter redditis, & ipsi a communione repelli non possent; quanto vos quos constat traditores non esse, sed filios traditorum, cum patrum & filiorum & personæ discernantur & nomina, inter quas personas si non sit communis culpa, non potest una esse sententia. Quamquam & si illorum unitas fieret, ad Ecclesiam catholicam sponte venirent [1].


II. [2] Cum & temporibus Moysi sine cujusquam pœna lex iterata sit, & arca Testamenti ab hostibus ultro sit reddita, & ab Jeremia Deo præcipiente charta sit altera scripta: quare putatur apud majores vestros solos capitale fuisse peccatum, in quo per tot exempla nemo damnatus est? Nam si lex ideo data est, ut homines docerentur, non ut ipsa lex quasi pro Deo coleretur; post factum patrum vestrorum nullum damnum passa est turba credentium; unusquisque eorum sub metu codices suos perdidit. Nam lex quæ necessaria fuerat, valet apud doctores populorum & cultores Dei. Bibliothecæ refertæ sunt libris; nihil deest Ecclesiæ; per loca singula divinum sonat ubique præconium; non silent ora lectorum; manus omnium codicibus plenæ sunt; nihil deest populis doceri cupientibus, quamvis lex non magis pro doctrina quam pro futuro judicio scripta esse videatur, ut sciat peccator, quid pati possit, si minus juste vixerit. Denique scriptum est & legitur quod [d] *justis lex data non sit*, quia [e] *unusquisque justus ipse sibi lex est*: & alio loco idem beatus apostolus Paullus dicit: [f] *quia lex non facit justos, sed ipsa amat justitiam.* Semper in omnibus rebus efficientibus effecta quæruntur: vacat lex quæ efficit, si per compendium paratum est quod efficitur. Denique Abrahæ non dictum est: *crede*, sed *ultro credidit*: in quo sine lege, legis effectus impletus est: non legitur: *audivit Abraham legem & credidit*: sed legitur: [g] *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Et primis temporibus Noe patriarcha nihil egit, unde justus fieret; & justus electus est, qui fabricata arca feliciter in diluvio navigaret. Longum est ire per singulos, qui sine lege inventi sunt justi. Hæc si a vestris parentibus suo tempore dicerentur, quis eos a communione sua repelleret? quid si dicerent, non debere silentio præteriri quod Apostolus de extralegalibus ait: [h] *Gentes quæ legem nesciunt, ea quæ legis sunt, faciunt, habent enim legem scriptam in cordibus suis.* Nam & multi probantur in lege peccasse, & multi bene sine lege vixisse. Lex & homo duæ res sunt; sed pares esse non possunt: non enim homo factus est propter legem, sed lex data est propter homines. Nusquam video damnum illatum Deo, dum & origo legis apud eum manet: & postquam scriptura vestris parentibus tradita esse dicitur, nihil deest: omnia membra legis sana sunt, salva sunt, recitantur, nihil minus est de lege, & docere & doceri cupientibus. An illud erat magis necessarium ut occideretur homo, ne scriptura aliqua traderetur? quid quod nec homines occisi sunt, & omnes scripturæ non desunt? Non est unum lex & Deus. Si pro Deo moriendum fuerat, qui & resuscitare mortuos & reddere præmium potest, liber non traditus de duobus his, nec alterum potest. Impedit igitur necessitas vires suas. Non minus videmus negligentiam frequenter operari, quam necessitas operata est. Nam si membranæ aut libri quibus scriptura legitima continetur, in totum debent illæsa servari, quasi non damnantur aliqui negli-

a Jer. XXXVI. 27. *b* II. Cor. III. 3. *c* Jer. XXXI. 31. *d* I. Tim. I. 9. *e* Rom. II. 14. 15. *f* Rom. III. 20. Rom. X. 4. *g* Gal. II. 16. Rom. IV. 3. *h* Rom. II. 14. 15.

1. *Sponte venirent*] Cetera habentur in nostra editione, loco superius indicato, cap. I. lib. VII.

2. *Cum & temporibus*] Vide not. 2. ad cap. I. lib. VII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



gentes; non est longe tradere a male ponere, aut male ferre: alter in domo librum posuit, quæ domus incendio concremata est: damnetur qui negligenter posuit, si damnandus est, qui postulandum librum territus dedit: damnentur etiam illi qui neglectas membranas aut libros ita posuerunt, ut eos domesticæ bestiolæ, hoc est, mures ita corroserint, ut legi non possint: damnetur & ille qui ita in domo posuit ut nimietate pluviarum sic tecta aliqua stillicidia deliquarent, ut omnia humore obliterata legi non possint: damnentur & illi qui ferentes libros legis temerarii se rapacibus undis fluminum crediderunt, & se liberari cupientes scripturas in undis e suis manibus dimiserunt. Ergo si scriptura una est, & hanc qui servare non potuit reus est, alter undis tradidit, alter rosoribus bestiis dereliquit, alius stillicidio corrumpenda neglexit, alter metu mortis territus homo homini dedit: si unum est, quod ab omnibus admittitur; quare eligitur qui damnetur, cum levior culpa sit traditoris quam negligentis: qui ante mures posuit aut sub stillicidio reliquit, voluntate negligens fuit; & qui in fluvio perdidit, de temeritate peccavit; qui metu mortis aliquid tradidit, homo homini dedit; integrum erat apud dantem, integrum apud accipientem. Si qui accipit, flammis tradidit; peccatum magis accendentis est, non tradentis. Hæc si a majoribus vestris dicerentur, quando illos repellere a nostra communione possemus? Si etiam Antiochi regis tempora commemorare voluissent, quibus omnes Judæi coacti sunt ut libros in incendium darent, & ita universa scriptura data est, ut apex unus in aliquo libro minime remansisset. De Judæis illo tempore nemo damnatus est, nec a Deo vel ab aliquo Angelo in quemquam Judæum est ulla dicta sententia; quia peccatum fuerat imperantis & minantis; non populi cum tremore & dolore tradentis. Qui Antiochus ne aliquid primitivo populo nocuisse videretur, statim providit Deus, ut per unum hominem Esdram qui lector eodem tempore dicebatur, tota lex sicut antea fuerat, ad apicem dictaretur. Sic tyrannus Antiochus fructum malignitatis suæ habere non potuit, dum præter septem fratres & unum seniorem carnem suillam manducare detrectantes, nullum Judæum occidit; & lex perire non potuit. Sic & parentes vestri tempore suo nec ipsi occisi sunt, & libri legis dominicæ toti ubique recitantur. Si parentes vestri, ut supra dixi, hæc dicerent; quis illos in suam communionem non intrepide accepisset, ubi, ut dictum est, peccaverat necessitas non voluntas? [1] temporibus unitatis principes vestri, &c.

III. Nam [2] peccator talis quales fuerunt vestri majores, si ad Ecclesiam veniat, & necessitatis suæ rationem ostendat, primo recipiendus est, deinde sustinendus pio sinu matris Ecclesiæ. Nec quasi ex toto sanctus, &c. *ut in nostra editione*.

1. *Temporibus unitatis principes vestri*] Cetera, ut in nostra editione.

2. *Nam peccator*] Vide notam 1. ad cap. II. lib. VII.

INDEX CAPITUM
LIBRORUM VII.
S. OPTATI EPISCOPI MILEVITANI,
De Schismate Donatistarum adversus Parmenianum.

LIB. I.

Quinam in persecutione fuerint Traditores. Caussæ schismatis. Ubi & a quibus schisma sit factum.

LIB. II.

Quæ sit una & vera Ecclesia catholica. Ubi & apud quos maneat. Quinque dotes Ecclesiæ in Catholica esse magis, quam in ea parte quam sibi schismatici facere voluerunt: & quod impie novacula pœnitentiæ raserint capita sacerdotum; & quod homicidia fecerint; & illa quæ ad salutem credentium procurata fuerant, aut canibus dederint aut abjecerint.

L I B. III.

Quatuor caussæ quibus effectum est, ut non sine asperitate unitas fieret. Prima, quod basilicas schismatici non necessarias fecerint, & rebaptizationem intulerint. Secunda, quod Donatus Carthaginis provocaverit ut unitas fieret. Tertia, quod Donatus Bagaiensis circumcelliones collegerit, ut operarios unitatis impediret. Quarta, sine voluntate Dei nihil esse factum ex his, quibus putant aliqui unitati factum esse convicium.

L I B. IV.

Indicio Dei ostenduntur qui sint hoc tempore peccatores: & quia Deus per Jeremiam prophetam Judæis irascitur, non Christianis; & quia idola sunt lacus detriti, non Macarius aut Taurinus, sicuti Parmeniano visum est.

L I B. V.

Ostenditur quia in baptismate homines operantur; & quia Deus lavat, & Christus ejus dat quod in baptismate accipitur; & quia rebaptizati regnum Dei possidere non possunt; & quia perdiderunt vestem nuptialem.

LIB. VI.

Oſtenditur epiſcopos partis Donati contra legem fregiſse altaria, & inconſiderate conflaſse, & paſſim vendidiſse vaſa dominica, & laviſse quæ lavanda non erant, & mitellas puellis mutaſse de quibus nulla ſcriptura legitur.

LIB. VII.

In hoc noviſſimo libro continetur, Traditores qui in primo libello ſub nominibus ſuis & locis & confeſſionibus ſunt demonſtrati, non grave peccatum habuiſse, qui neceſſitate non voluntate peccaverint: bono unitatis etiam tales in communione recipi potuiſse.

SEGMENTA III.

Ad capp. I. & II. *libri* VII. *pertinentia*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



MONUMENTA
VETERA
AD
DONATISTARUM HISTORIAM
PERTINENTIA,
IN QUIBUS EXHIBENTUR


ACTA CONCILIORUM ET COLLATIONUM EPISCOPALIUM,

Epiſtolæ Epiſcoporum, Edicta & Epiſtolæ Imperatorum, Geſta Proconſularia,

NEC NON ACTA MARTYRUM

QUÆ AD DONATISTAS SPECTANT:

Ordine Chronologico digeſta, & ad manuſcriptos Codices ac meliores Editiones exacta.



I.

An. 303. 24. Feb.

TENOR EDICTI
IN CHRISTIANOS
A DIOCLETIANO ET MAXIMIANO
LATI ET PROMULGATI,

Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſs. anno æræ vulg. 303.

Ex LACTANTIO *lib.* de mort. perſecut. *capp.* XII. *&* XIII. *edit. Baluz.*

XII.

INquiritur peragendæ rei, (perſecutionis ſcilicet in Chriſtianos movendæ) dies aptus & felix, ac potiſſimum Terminalia deliguntur, quæ ſunt ad ſeptimum Kalendas Martias, ut quaſi terminus imponeretur huic religioni.

[1] *Ille dies, primus leti primuſque malorum*
Cauſſa fuit,

quæ & ipſis & orbi terrarum acciderunt. Qui dies cum illuxiſſet, agentibus conſulatum ſenibus ambobus octavum & ſeptimum, repente adhuc dubia luce ad eccleſiam profectus cum ducibus & tribunis & rationalibus venit; & revulſis foribus, ſimulacrum Dei quæritur. Scripturæ repertæ incenduntur, datur omnibus præda. Rapitur, trepidatur, diſcurritur. Ipſi vero in ſpeculis (in alto enim conſtituta eccleſia ex palatio videbatur) diu inter ſe concertabant, utrum ignem potius ſupponi oporteret. Vicit ſententia Diocletianus, cavens ne magno in- A cendio facto pars aliqua civitatis arderet. Nam multæ ac magnæ domus ab omni parte cingebant. Veniebant igitur prætoriani acie ſtructa cum ſecuribus & aliis ferramentis; & immiſſi undique, fanum illud editiſſimum paucis horis ſolo adæquarunt.

XIII.

Poſtridie propoſitum eſt edictum, quo cavebatur ut religionis illus homines carerent omni honore ac dignitate; tormentis ſubjecti eſſent ex quocumque ordine aut gradu venirent; adverſus eos omnes actio caleret; ipſi non de injuria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere poſſent: libertaB tem denique ac vocem non haberent. Quod edictum quidam, etſi non recte, magno tamen animo diripuit & conſcidit, cum irridens diceret victorias Gothorum & Sarmatarum propoſitas. Statimque productus, non modo extortus, ſed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia poſtremo exuſtus eſt.

1. Virg. *lib.* IV. *Æn.* v. 169.

TENOR EJUSDEM EDICTI

Ex EUSEBIO *lib.* VIII. Hist. eccles. *cap.* II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως.

Συντετέλεσαι δῆτα καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, ὁπηνίκα τῶν μὲν προσευκτηρίων τοὺς οἴκους, ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὐτοῖς θεμελίοις καταῤῥιπτουμένους, τὰς δὲ ἐνθέους καὶ ἱερὰς γραφὰς κατὰ μέσας ἀγορὰς πυρὶ παραδιδομένας αὐτοῖς ἐπείδομεν ὀφθαλμοῖς· τούς τε τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένας αἰσχρῶς ὧδε κἀκεῖσε κρυπταζομένους· τοὺς δὲ ἀσχημόνως ἁλισκομένους, καὶ πρὸς τῶν ἐχθρῶν καταπαιζομένους· ὅτε καὶ κατ' ἄλλον προφητικὸν λόγον, ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας αὐτῶν· καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ καὶ οὐχ ὁδῷ. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐχ ἡμέτερον διαγράφειν τὰς ἐπὶ τέλει σκυθρωπὰς συμφοράς· ἐπεὶ καὶ τὰς πρόσθεν τοῦ διωγμοῦ διαστάσεις τε αὐτῶν εἰς ἀλλήλους καὶ ἀτοπίας, οὐχ ἡμῖν οἰκεῖον μνήμῃ παραδιδόναι· διὸ καὶ πλέον οὐδὲν ἱστορῆσαι περὶ αὐτῶν ἔγνωμεν, ἢ δι' ὧν ἂν τὴν θείαν δικαιώσαιμεν κρίσιν· οὐκοῦν οὐδὲ τῶν πρὸς τοῦ διωγμοῦ πεπειραμένων, ἢ τῶν εἰς ἅπαν τῆς σωτηρίας νεναυαγηκότων, αὐτῇ τε γνώμῃ τοῖς τοῦ κλύδωνος ἐναποῤῥιφέντων βυθοῖς, μνήμην ποιήσασθαι προήχθημεν· μόνα δὲ ἐκεῖνα τῇ καθόλου προσθήσομεν ἱστορίᾳ, ἃ πρώτοις μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γένοιτ' ἂν πρὸς ὠφελείας· ἴωμεν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράψοντες. ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας· δύστρος μήν· λέγοιτο δ' ἂν οὗτος μάρτιος κατὰ ῥωμαίους, ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπελαυνούσης, ἤπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα· καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους, ἀτίμους· τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἐπιμένοιεν ἐν τῇ τοῦ χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερεῖσθαι προαγορεύοντα. καὶ ἡ μὲν πρώτη καθ' ἡμῶν γραφὴ, τοιαύτη τις ἦν. μετ' οὐ πολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετέτακτο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας τοὺς κατὰ πάντα τόπον, πρῶτα μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι· εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι.

A CAPUT II.

De Ecclesiarum eversione.

An. 303. 24. Feb.

HÆc omnia nostris temporibus completa sunt, tunc cum ædes sacras solo æquari ac funditus subverti; sacros divinarum Scripturarum libros in medio foro concremari, oculis nostris vidimus: Et ecclesiarum pastores, alios quidem turpiter modo heic modo illic se se occultantes: alios vero ignominiose comprehensos, & inimicorum ludibrio expositos conspeximus. Tunc cum prout alius sermo propheticus prænotaverat [a], effusus est contemtus super principes eorum: & errare fecit eos in invio,
B non autem in via. Verum nefas mihi esse duco, tristes calamitates quæ ad extremum illis acciderunt, oratione explicare: quippe cum nec dissensiones & injurias, quibus ante persecutionem mutuo inter se certarunt, commemorare nobis decorum sit. Quamobrem ea dumtaxat de illis tradere nobis propositum est, ex quibus æquitatem divini judicii perspicere possimus. Proinde neque eorum qui in persecutione concussi sunt, nec eorum qui salutis suæ prorsus naufragium fecerunt, & sua sponte in profundum aquarum gurgitem demersi sunt, mentionem facere constitui: sed ea sola in hanc universalem historiam deinceps conjiciam, quæ primum quidem mihi ipsi, deinde vero & posteris usui esse possint.
C Abhinc ergo eorum qui divinæ religionis testes extiterunt, sacra certamina describere ordiamur. Nonus decimus agebatur annus imperii Diocletiani, cum mense Dystro quem Romani Martium vocant, appetente die festo dominicæ passionis, proposita sunt ubique imperialia edicta, quibus ecclesiæ quidem ad solum usque dirui; sacri vero codices flammis absumi jubebantur: utque honorati quidem infamia notarentur; plebeii vero libertate spoliarentur, si in Christianæ fidei proposito permansissent. Et primum quidem contra nos edictum hujusmodi fuit. Sed non multo post aliæ rursus litteræ supervenerunt, quibus mandabatur ut omnes ubicumque ecclesiarum antistites, primum quidem conjicerentur
D in vincula; deinde vero diis sacrificare, omnibus modis cogerentur.

II.

EXSECUTIO HUJUS EDICTI IN AFRICA,

An. 304.

Cujus meminit OPTATUS lib. I. cap. XIII. & lib. III. cap. VIII.

EX ACTIS MARTYRUM AFRICANORUM.

ACTA SANCTI FELICIS EPISCOPI,


prout edita sunt a clarissimo Viro BALUZIO, *tom.* II. Miscell. *pag.* 77.

[1] *Incipit Passio sancti* FELICIS *episcopi Tubyzacensis, qui propter legem Domini decollatus est* XVIII. *Kalendas Februarii.*

IN diebus illis, [2] Diocletiano octies & Maximiano septies CSS. Augustis, exivit edictum eorumdem Cæsarum vel Imperatorum super omnem faciem terræ, & propositum est per colonias & civitates principibus & magistratibus, suo cuique loco, ut libros deificos extorquerent de manibus episcoporum & presbyterorum. [3] Tunc programma positum est in civitate [4] Tubyzacense die Nonarum Januariarum. Tunc Magnilianus curator ipsius civitatis jussit ad se perduci presbyteros, quia


[a] Psalm. CVI.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Felix episcopus Carthaginem erat profectus. Januarium presbyterum, Fortunatium & Septiminum lectores jussit ad se perduci. Quibus Magnilianus curator dixit: Episcopum habetis? Januarius presbyter respondit: Habemus. [5] Magnilianus curator dixit: [6] Ubi est? Januarius presbyter respondit: Nescio. Magnilianus dixit: Libros deificos habetis? Januarius respondit: Habemus. Magnilianus dixit: [7] Date illos igni aduri. Januarius presbyter, Fortunatius & Septiminus lectores dixerunt: Episcopus noster apud se illos habet. Magnilianus curator dixit: Eritis ergo sub officio donec Anulino Proconsuli rationem reddatis. Postera autem die Felix episcopus a Carthagine venit Tubyza. Cumque ejus adventum Magnilianus comperisset, statim eum sibi per officium præsentari constituit. Qui cum dicto citius advenisset, Magnilianus curator dixit ad eum: Tu es Felix episcopus hujus civitatis? Felix episcopus dixit: Ego. Magnilianus curator dixit: Da libros vel membranas qualescumque penes te habes. Felix episcopus dixit: Habeo; sed non trado legem Domini Dei mei quem ego colo. Magnilianus dixit: Ergo major est Deus tuus a diis nostris? Felix episcopus dixit: Grandis & metuendus est Deus noster, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Nam dii vestri lapides sunt, manu hominum facti, de quibus scriptum est: *Oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient, os habent & non loquentur. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis*. Magnilianus curator dixit. Primum est quod Imperatores jusserunt, quia nihil est quod loqueris. Quapropter trade libros omnes quos habes, [8] ut possint, sicut constitutum est, igni aduri. Felix episcopus dixit: Melius est ut corpus meum tradam igni, quam Scripturæ dominicæ per me videantur aduri: quia bonum est Deo obedire perpetuo Regi & immortali, quam Imperatori hujus sæculi iniqua jubenti. Magnilianus dixit: Jam dixi tibi quia primum est quod Imperatores jusserunt, quam ea quæ loqueris. Felix episcopus dixit: Primum est præceptum Dei custodire, quam hominibus obedire. Magnilianus curator dixit: Interim in hoc triduum recogita tecum; quia si in hac propria civitate ea quæ præcepta sunt implere neglexeris, ad Proconsulem ibis, & ea quæ nunc loqueris, [9] apud ejus acta prosequeris. Post diem autem tertium Magnilianus curator jussit sibi sanctum Felicem episcopum præsentari. Ad quem cum Felix episcopus fuisset adductus, idem Magnilianus dixit: Deliberasti tecum quidnam melioris consilii videaris assequi? Felix dixit: Sermo meus unus est: in quo cœpit, in hoc etiam Deo præsule finiet. Quæ enim primo loquutus sum, hæc & nunc eadem loquor, & ante Proconsulem aliud penitus non sum dicturus. Magnilianus curator dixit: Ibis ergo jam nunc ad Proconsulem, & ibi redditurus es in [10] examine rationem. [11] Tunc viros suos his allocutus est verbis: Quoniam Felix episcopus juxta Imperatorum decreta ea quæ nobis mandare dignati sunt facere [12] nullo modo maturavit, vobis comitantibus Carthaginem perducatur. Felix episcopus dixit: Deo gratias. Tunc designatus est illi ductor Vincentius nomine, Decurio civitatis Tubyzacensis. Profectus est autem Felix episcopus Carthaginem. Ubi cum venisset, oblatus est Legato Proconsulis. Cui idem Legatus dixit. Quare Scripturas non tradis supervacuas? Felix episcopus dixit: Habeo quidem, sed non do. Scripturæ quæ a nobis habentur, supervacuæ non sunt, nec tradi a nobis ullo modo possunt. Tunc jussit eum Legatus in ima carceris mitti. Ubi cum Felix episcopus fuisset ingressus, Dominum Deum suum deprecatus est dicens: Domine Deus omnium creator & conditor, Domine Jesu Christe, ne me derelinquas, quia propter te & propter testamentum tuum hæc patior. Miserere mei, & recipe spiritum meum, & derelinque in hoc sæculo corpus mortale, [13] ut a te Domine, sicut promittere dignatus es, tecum merear suscipere immortale. In te enim semper, Domine, vivens, [14] numquam adversus me habebit mors potestatem. Post dies autem [15] sedecim, hora noctis quarta, de carcere productus Felix episcopus Anulini Proconsulis ilico est præsentatus aspectibus. Cui Anulinus Proconsul dixit: Quod tibi nomen est? Felix episcopus dixit: Christianus sum. Anulinus Proconsul dixit: [16] Non te de vocabulo quæsivi professionis, sed percunctatus sum quo nomine nuncuperis. Felix episcopus dixit: Sicut tibi jam dixi, hoc nunc & iterum dico, quia Christianus sum & episcopus. Tunc iratus Anulinus Proconsul quod ei nomen suum dicere noluisset, ait illi. Habes Scripturas supervacuas? Felix episcopus dixit? Habeo Scripturas; sed non sunt, ut asseris, supervacuæ: quas cognosce a me nequaquam esse tradendas. Tunc Anulinus Proconsul transmisit eum Romæ [17] ad Præfectum prætorii. Cumque Felix episcopus ibidem advenisset, & eidem Præfecto oblatus fuisset, jussit eum in carcere recipi, & majoribus vinculis alligari. Post dies autem [18] duodecim jussit eum Præfectus prætorii [19] post Imperatores navigare. Tunc Felix episcopus navem conscendit catenarum duris nexibus colligatus, & fuit in [20] subsanio navis quatuor diebus & quatuor noctibus jacens sub pedibus equorum, panem non comedens, nec aquæ quippiam bibens. Jejunus autem venit Nolam. Tunc Cognitor ejusdem civitatis venientem Felicem episcopum sibi præsentari constituit vinculis gravioribus innodatum. Cui idem Cognitor sic ait: Felix, quomodo huc venisti? Felix episcopus dixit? Quomodo Deus voluit. Cognitor dixit: Si in tua propria civitate vel apud Carthaginem Scripturas deificas tradidisses, ad me huc usque minime advenisses. Felix episcopus dixit: Habeo quidem Scripturas divinas; sed, sicut diversis inquirentibus me respondisse non nescis, hoc etiam tibi præsens modo certissime manifesto, quia eas nullo modo trado. Cognitor dixit: Si Scripturas deificas tradere nolueris, capite plecteris. Felix episcopus dixit: Plus paratus sum plecti capite, quam libros dominicos sacrilegio tradere. Tunc memoratus Cognitor jussit ut sacra Imperatorum recitarentur. Cumque a Vincentio scriba quæ constituta fuerant legerentur, Cognitor dixit: Quoniam iste homo tantum in eadem confessione duravit, secundum præceptum hunc eumdem Felicem episcopum [21] gladio animadverti constituo. Felix episcopus elevans oculos ad cælum dixit: Deus, gratias tibi ago, qui per quinquaginta & sex annos in isto sæculo virginitatem meam in me custodire dignatus es. Domine Deus cæli & terræ, Domini nostri Jesu Christi pater, propter te & propter legem tuam & pro timore tuo hoc patior, & cervicem meam flecto ad victimam. Accipe spiritum meum de hoc mortali sæculo. Solus enim es Deus vivens atque [22] invictus, & permanens gloriosus in sempiterna sæcula sæculorum. Amen. Completa hac oratione, ductus a militibus, ibidem, id est, [23] in Nola, decollatus est die [24] octavo decimo Kalendas Februarii, ibique in Nola corpus ejus positum est, & reliquiæ ejus [25] ad almam Carthaginem per religiosos Dei servos & matris Ecclesiæ filios perlatæ sunt, & positæ in via quæ dicitur Scillitanorum,

In eodem autem venerabili loco multa mirabilia fiunt, & languores universi curantur in nomine Domini nostri Jesu Christi, cui est cum Deo Patre A honor & laus & gloria in Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum. Amen.



1. *Incipit passio*] Ita codices 59. & 930. bibliothecæ Colbertinæ. At codex 401. sic habet: *Incipit passio sancti Felicis episcopi Bituzacensis* XVIII. *Kal. Januarii*. Brevius codex 316. *Passio sancti Felicis episcopi*.

2. *Diocletiano octies*] Ita recte omnia vetera exemplaria & editio Dacheriana. Male apud Surium, ubi scriptum est: *Diocletiano novies & Maximiano octies Consulibus*. Nam certum est edictum fuisse propositum eo anno, quo Diocletianus VIII. & Maximianus VII. Consules fuere.

3. *Tunc*] Id est, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Consulibus. Nam hæc referenda sunt ad annum qui sequitur post initium persecutionis; cum hæc acta Carthagine & in Africa sint mense Januario.

4. *Tubyzacense*] Ita codices 59. & 930. Sed codex 401. habet *Tubizocense*, 316. & editio Dacheriana *Tubzocense*. Nihil autem moror editionem Surianam, quam tot veterum exemplarium consensus ostendit esse mendosam in hoc loco. Infra hæc civitas in codice 930. vocatur Tupuza pro Tubyza, nullo discrimine. Nota enim est permutatio litterarum. Tubyzam ego puto fuisse civitatem Numidiæ, eam fortassis cujus episcopus Frumentius Tubusicensis, ut apud Victorem Vitensem legit Abrahamus Ortelius, nominatus reperitur inter episcopos qui Carthaginem ex præcepto regali venerunt pro reddenda ratione fidei anno sexto Regis Vandalorum Hunerici. Sed in editionibus Sirmondi & Chiffletii legitur *Tubursicensis*. In collatione porro prima Carthaginiensi cap. CXXI. mentio est Servi Dei episcopi Tubursicensis Buræ, cap. CXLII. Maurentii episcopi Ecclesiæ Tubursicensis, & cap. CCII. Januarii episcopi de Tubursicu seu Tubursico Numidiarum. Certe tanta est difficultas in constituendis veris nominibus civitatum Africæ, propter eorum inter se similitudinem & affinitatem, ut affirmare non ausim utrum hic apud Victorem legendum sit *Tubusicensis*, quemadmodum in codice suo vidit Ortelius, an *Tubursicensis*, ut alii. Nam, exempli gratia, in notitia illa episcoporum Africæ Rusticus episcopus Tipasensis nominatur inter episcopos Numidiæ, & Reparatus Tipasitanus inter episcopos Mauritaniæ Cæsariensis. Rursum inter episcopos Provinciæ Byzacenæ ponitur Felix Forontonianensis, & paullo post Bonifacius Frontonianensis. Sufficiunt enim hæc exempla. Interim omittendum non est, in eadem collatione Carthaginiensi cap. CLXXXVII. nominari Martinianum loci Tibuzabetensis episcopum.

5. *Magnilianus*] Ita constanter scriptum est in veteribus libris bibliothecæ Colbertinæ. Ado & Dacherii editio habent *Magnellianus*, Suriana & Martyrologium Romanum *Magdellianus*.

6. *Ubi est*] Hanc totam pericopen, quæ in codicibus 401. & 930. non invenitur, exhibent codices 59. & 316. & editio Dacheriana. Eamdem habet etiam Suriana.

7. *Date illos igni aduri*] Hanc jussionem Magniliani Curatoris & responsionem martyrum defuisse in veteri exemplari Chiffletii hinc colligi potest, quod omissa est in editione Dacheriana. Eam tamen exhibent omnia nostra vetera exemplaria (uno 316. excepto) & editio Surii. Et sane constat sensum non esse integrum in illis exemplaribus quæ illam magistratus interlocutionem & clericorum responsionem non habent.

8. *Ut possint*] Hæc verba desunt in duobus antiquis exemplaribus. Possunt autem omitti absque ullo incommodo. Supra: *Date illos igni aduri*.

9. *Apud ejus acta*] Hæc est vera & germana lectio. Male in codicibus 59. 401. & 930. *apud eum actu*.

10. *Examine*] Ita codices 401. & 930. Alii habent *examinatione*.

11. *Tunc viros suos*] Mirum est quomodo fieri potuerit, ut depravatissima lectio hic obrepserit in codicibus 59. 401. & 930. ubi legitur: *Uxor itaque ejus virum suum iis allocuta est verbis*.

12. *Nullo modo*] In eisdem tribus codicibus scriptum est *nulla ratione*.

13. *Ut a te Domine*] Hæc est lectio eorumdem trium veterum exemplarium. Sed codex 316. & editio Dacheriana habent: *Attende Domine, sicut nobis promittere dignatus es, ut tecum merear suscipere immortalitatem*. Nos retinuimus lectionem quæ sincerior esse videtur, & quæ plurium veterum exemplarium auctoritate nititur.

14. *Numquam adversus me*] Secuti heic quoque sumus
B fidem veterum librorum. Nam editio Dacherii habet: *numquam inimicus adversus me habebit potestatem*.

15. *Sedecim*] Codex 401. Colbertinus habet *duodecim*.

16. *Non te de vocabulo*] In quatuor vetustis codicibus Colbertinis legitur: *Non tibi vocabulum quæsivi professionis*.

17. *Ad præfectum prætorio*] Editio Suriana addit *Idibus Julii*, inepte sane. Nam cum ista agerentur mense Januario, ridiculum est dicere martyrem missum fuisse Idibus Juliis ad Præfectum prætorio. Neque vero illud incidisse potuit etiam in Idus Februarias. Quippe Felix episcopus apprehensus est postridie Nonas Januarii, deinde triduo repositus in carcere ut secum deliberaret an scripturas deificas traditurus esset, quarto postea die missus est ad proconsulem, post dies sedecim quam Carthaginem pervenisset, proconsuli oblatus est, & tunc missus Romam ad Præfectum prætorio. Fiunt dies unus & viginti. Adde aliquot dies pro itinere a Tubyza usque ad Carthaginem.
C Missus est ergo Felix Romam sub finem mensis Januarii.

18. *Duodecim*] Ita quatuor exemplaria bibliothecæ Colbertinæ. Dacheriana editio habet *quatuordecim*, Suriana *novem*.

19. *Post imperatores*] Id est, ad Maximianum Herculium, qui tenebat Italiam, quem vero tum in Campania fuisse propterea certum est.

20. *Subsanio*] Ita tria vetera exemplaria. Quartum habet *subsannio*, editio Dacheriana *subsanno*. Surius: *& fuit in capsa navis diebus quatuor*. Ex quo patet per subsanium vel subsannium intelligi debere imam partem navis.

21. *Gladio anim. constituo*] Turbat me locus ille. Nam supra Præfectus Felicem misit ad Herculium, nimirum ut caussa Felicis finem acciperet in præsentia imperatoris. Et tamen cognitor Nolanæ civitatis judicium sibi præsumit, & Felicem capite plecti jubet. Verum id ita intelligi debet ut cognitor dicatur caussam istam suscepisse judicandam *secundum præceptum*, ut dicitur infra, id est, ex
D delegatione Maximiani tum præsentis.


22. *Invictus & permanens*] Ita tres vetusti codices Colbertini. Quartus habet, *vivificans permanes*. Editio Dacherii, *vivificans & permanens*.

23. *In Nola*] Editio Surii docet hæc acta esse Venusii, quæ civitas est regionis Apuliæ.

24. *Octavo decimo*] Hæc est lectio trium veterum exemplarium. In quarto & in editione Dacherii legitur *nonodecimo*: apud Surium, *tertio Kalendas Septembris*. Sed in vetustis martyrologiis passio sancti Felicis refertur ad diem IX. Kal. Novembris.

25. *Ad almam*] Hæc addita sunt ex codicibus manuscriptis. Epithetum est autem urbis Carthaginis, ut patet etiam ex actis Collationis Carthaginiensis inter Catholicos & Donatistas. Alibi vocatur splendidissima, ut in actis purgationis Felicis Aptungitani, & celsissima, ut in actis Collationis Carthaginiensis.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
368.



EADEM ACTA

Ex veteri editione Suriana collata ad editiones Mombritii, Baronii, Cotelerii, Baluzii & Acherii: atque ad mss. codd. Urficampi 1. S. Cornelii Compendienfis 1. S. Victoris Parifienfis 1. Cæleftinorum Parifienfium 1. S. Mariani Antifiodorenfis 1.

Prout edita eft ab eruditiffimo Theodorico Ruinart, *presbytero & monacho Benedictino Congregationis S. Mauri, inter* Acta fincera & felecta primorum Martyrum, *pag.* 374. & *feq.*

An. 303.

ACTA

Sancti Felicis epifcopi & martyris.

Ex codd. mfs. & editis.

I. Diocletiano octies & Maximiano fepties [1], Confulibus, Auguftis, exivit edictum Imperatorum & Cæfarum, fuper omnem faciem terræ; & propofitum eft per Colonias & civitates Principibus & Magiftratibus, fuo cuique loco, ut libros deificos peterent de manu epifcoporum & presbyterorum. Tunc programma pofitum eft in civitate Tibiurenfi, die Nonarum Juniarum. Tunc Magnilianus [a] juffit ad fe perduci feniores plebis. Eadem B die [2] Felix epifcopus Carthaginem fuerat profectus. Aprum vero presbyterum ad fe juffit perduci, & Gyrum [b] & Vitalem Lectores. Quibus Magnilianus curator dixit: Libros deificos habetis? Aper dixit: Habemus. Magnilianus curator dixit: Date illos igni aduri. Tunc Aper: Epifcopus nofter apud fe illos habet. Magnilianus curator dixit: Ubi eft? Aper dixit: Nefcio. Magnilianus curator dixit: Eritis ergo fub officio, donec Anulino Proconfuli rationem reddatis.

II. Poftera autem die Felix epifcopus venit Carthagine Tibiuram. Tunc Magnilianus curator juffit Felicem epifcopum ad fe perduci per officialem. C Cui Magnilianus curator dixit: Felix epifcope, da libros, vel membranas quafcumque habes. Felix epifcopus dixit: Habeo, fed non do. Magnilianus curator dixit: Prius eft quod Imperatores jufferunt, quam quod tu loqueris. Da libros, ut poffint igni aduri. Felix epifcopus dixit: Melius eft me igne aduri, quam Scripturas deificas: quia bonum eft obedire Deo magis quam hominibus. Magnilianus Curator dixit: Prius eft quod Imperatores jufferunt, quam id quod tu loqueris. Felix epifcopus dixit: Prius eft præceptum Domini, quam hominum. Magnilianus dixit: Recogita tecum.

III. Poft tertium autem diem juffit curator Fe- D licem epifcopum ad fe perduci, & dixit ei: Recogitafti tecum? Felix epifcopus dixit: Quæ prius locutus fum, & modo loquor, & ante Proconfulem ea fum dicturus. Magnilianus curator dixit: Ibis ergo ad Proconfulem, & ibi rationem reddes.

A Tunc affignatus eft illi Vincentius Celfinus Decurio civitatis Tibiurenfium.

IV. Tunc profectus eft Felix a Tibiura, octavo Kalendas Julias ligatus deductus eft; ligatum vero juffit in carcerem trudi. Alia autem die productus eft Felix epifcopus ante lucem: cui dixit Proconful [3]: Quare fcripturas fupervacuas non reddis? Felix epifcopus dixit: Habeo, fed non dabo. Tunc juffit eum alligatum in ima carceris mitti. Poft fexdecim autem dies Felix epifcopus productus eft de carcere in vinculis, hora noctis quarta, ad Anulinum Proconfulem: cui dixit Anulinus: Quare fcripturas fupervacuas non reddis? Felix epifcopus refpondit: Non fum eas daturus. Tunc juffit [4] illum Anulinus Proconful ad Præfectum Prætorio mitti, Idibus Julii. Tunc Præfectus juffit eum fuo carcere recipi, & majoribus vinculis ligari. Poft dies autem novem juffit eum Præfectus ad Imperatores navigare.

V. Tunc Felix epifcopus afcendit navim cum vinculis magnis, & fuit in capfa navis diebus quatuor. Volutatus fub pedibus equorum panem & aquam non guftavit: jejunus [5] in portum pervenit, & in civitate Agrigento [6] exceptus eft a fratribus cum fummo honore. Inde venerunt in civitatem nomine Catanam: ibi fimiliter funt excepti. Inde Meffanam venerunt. Inde Taurominium: ibi fimiliter funt excepti. Poftea fretum navigarunt in partes Lucaniæ civitatem, nomine Rulo [7]. Inde profecti funt Venufium, quæ eft civitas regionis Apuliæ. Tunc Præfectus juffit Felicem de vinculis eripi, & dixit: Felix, quare Scripturas dominicas non das? aut forfitan non habes? Cui refpondit: Habeo quidem, fed non do. Præfectus dixit: Felicem gladio interficite. Felix epifcopus dixit voce clara: Gratias tibi Domine, qui me dignatus es liberare.

VI. Et ductus eft ad paffionis locum (cum etiam ipfa luna in fanguinem converfa eft) die tertio Kalendas Septembris. Felix epifcopus elevans oculos in cælum, clara voce dixit: Deus, gratias tibi. Quinquaginta & fex annos habeo in hoc fæculo. Virginitatem cuftodivi, Evangelia fervavi, fidem & veritatem prædicavi. Domine Deus cæli & terræ, Jefu Chrifte, tibi cervicem meam ad victimam flecto, qui permanes in æternum; cui eft claritas & magnificentia in fæcula fæculorum, Amen.

a *Magnilianus*] Al. *Magnellianus*.

b *Gyrum*] Baron. *Cyrum*.

1. Suriana editio mendofe, *Dioclet. IX. & Max. VIII.* Mendofius fine ullo ms, Baronius, *Conftantio Chloro & Galerio Maximiano IV.*

2. Hæc verba, *eadem die*, defunt in aliis ed. & mfs.

3. Hæc quæftio in aliis edit. & mfs. coram Proconfulis Legato habita dicitur; hinc forte fupra legendum, *Legatus eum juffit in carcerem trudi*; & heic, *Proconfulis Legatus: Quare, &c.*

4. Aliæ ed. & mfs. *Tranfmifit eum Romæ*. At ex his quæ fequuntur in utraque editione hic Præfectus videtur tunc in Africa fuiffe.

5. Aliæ ed. & mfs. *pervenit Nolam*, ubi ab ejus civitatis Cognitore interrogatus, & capite damnatus eft. Mirum eft autem hunc martyrem ad imperatores tranfmiffum, a Cognitore aut alio quolibet condemnatum fuiffe: nifi forte ii ex imperatoris fpeciali mandato, qui tunc in ea regione verfabatur, agerent. Porro aliqui codd. afferunt, Felicis corpus Carthaginem delatum fuiffe.

6. Agrigentum, Catana, Meffana, & Taurominium, Siciliæ civitates notiffimæ, olim epifcopales fub Panormitano Metropolita, cui nunc folum Agrigentum fubjicitur: nam Meffana in Metropolim erecta eft, Catana ar-

chiepiscopum Montis-Regalis agnoscit. Taurominii vero sedes episcopalis exstincta est.

7. Hujus civitatis nomen in Italiæ notitiis non habetur, Lucania vero olim pars erat magnæ Græciæ, quæ Basilicatæ hodiernæ, regni Neapolitani Provinciæ, ma- A gnam partem cum aliquot vicinis regionibus comprehendebat. Venusium vero civitas est episcopalis sub Acherontino Metropolitano, ad radices Apennini montis, principatus titulo ornata.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

An. 303.

III.

ACTA MARTYRUM

SATURNINI PRESBYTERI, FELICIS, DATIVI, AMPELII & aliorum.

Prout edita sunt a clarissimo Viro BALUZIO *Miscell. tom.* II. *pag.* 56. *ex ms. cod. bibl. Colbert.*


* *Incipiunt confessiones & actus martyrum Saturnini Presbyteri, Felicis, Dativi, Ampelii, ceterorumque infra scriptorum, qui propter collectas & scripturas dominicas, sub Anulino tunc Proconsule Africæ die pridie Idus Februarii Carthagine Dominum confessi, diversis locis temporibusque discretis beatissimum sanguinem profuderunt.*

I. QUi religionis sanctissimæ fide exsultat & gloriatur in Christo, quique dominica veritate gaudet, errore damnato, ut Ecclesiam Catholicam teneat, sanctamque communionem a profana discernat, acta martyrum legat, quæ necessario [1] in archivo memoriæ conscripta sunt, ne sæculis transeuntibus obsolesceret gloria martyrum, & damnatio traditorum. Aggredior itaque cælestes pugnas novaque certamina gesta per fortissimos milites Christi, bellatores invictos, martyres gloriosos, aggredior, inquam, ex actis publicis scribere, non tam ingenio præditus, quam civili quo illis sum amore conjunctus, consultu quidem hoc faciens, duplici scilicet modo, ut & imitatoribus eorum ad martyrium animos præparemus, & quos vivere in perpetuum atque cum Domino Christo regnare confidimus, etiam confessionis ipsorum pugnas atque victorias, cum in litteris digerimus, æternæ memoriæ conferamus. Sed non invenio, fratres dilectissimi, quibus utar exordiis, quove principio laudis aggrediar sanctissimorum martyrum felicissimam confessionem. Magnis enim rebus magnisque virtutibus rapior; & quidquid est quod in ipsis aspicio, hoc totum divinum atque cæleste admiror, in devotione fidem, in vita sanctitatem, in confessione constantiam, in passione victoriam. Quæ res quanto solæ in suis virtutibus fulgent, tanto sunt omnes in singulis martyribus clariores. Placet igitur in principio caussam ipsius belli tractare, totiusque mundi discrimen necessario breviter omni celeritate discurrere; ut agnita veritate, & præmia Martyrum & pœnas quis noverit traditorum.

II. Temporibus namque Diocletiani & Maximiani bellum diabolus Christianis indixit isto modo ut sacrosancta Domini [2] testamenta Scripturasque divinas ad exurendum peteret, Basilicas dominicas subverteret, & ritus sacros cœtusque sanctissimos celebrari Domino prohiberet. Sed non tulit exercitus Domini Dei immane præceptum, sacrilegamque jussionem perhorruit; & mox fidei arma corripuit, descendit in prælium, non tam contra homines quam contra diabolum pugnaturus. Et quamvis tradendo gentilibus Scripturas dominicas atque testamenta divina profanis ignibus comburenda, a fidei cardine cecidere nonnulli, conservando tamen eas, B & pro ipsis libenter suum sanguinem effundendo, fortiter fecere quamplurimi, quique pleni Deo, devicto atque prostrato diabolo, victricem palmam in passione gestantes, sententiam in traditores atque in eorum consortes, qua illos ab Ecclesiæ communione rejecerant, cuncti martyres proprio sanguine consignabant. Fas enim non fuerat ut in Ecclesia Dei simul essent martyres & traditores. Advolabant igitur undique versum ad certaminis campum immensa agmina confessorum; & ubi quisque hostem repererat, castra illic dominica collocabat. Namque in civitate [3] Alutinensi in domo [4] Occani Felicis, cum [5] bellica caneret tuba, dominica signa gloriosi martyres erexerunt; ubique celebrantes ex more C dominica sacramenta, a coloniæ magistratibus atque ab ipso stationario milite apprehenduntur, Saturninus presbyter cum filiis quatuor, id est, Saturnino juniore & Felice lectoribus, Maria sanctimoniali, Hilarione infante, itemque Dativus, qui & senator, Felix, alius Felix, Emeritus, Ampelius, Rogatianus, Quintus, Maximianus, Thelica, Rogatianus, Rogatus, Januarius, Cassianus, Victorianus, Vincentius, Cæcilianus, Restituta, Prima, Eva, Rogatianus, Guinalius, Rogatus, Pomponia, Secunda, Januaria, Saturnina, Martinus, Elautus, Felix, Margareta major, Honorata, Regiola, Victorianus, Pelusius, Faustus, Dacianus, Matrona, Cæcilia, Victoria, Herectina, secunda Matrona, D Januaria.

III. Qui apprehensi producebantur alacres ad forum. Adhuc in primum certaminis campum prior Dativus ibat, quem sancti parentes candidum senatorem cælesti curiæ genuerunt. Ibat etiam Presbyter Saturninus numerosa vallatus propagine liberorum; cujus partus partem sibi sociam martyrio destinavit, partem sui nominis pignus Ecclesiæ relinquebat. Hos agmen dominicum sequebatur, in quo fulgebat cælestium splendor armorum, scutum fidei, lorica justitiæ, salvationis galea, & gladius bifrons sermo Dei: quorum præsidio fulti, spem victoriæ fratribus promittebant. Sed jam ad supradictæ E civitatis pervenerunt forum. Ibi primum congressi, confessionis palmam magistratus elogio sustulerunt. In isto namque foro jam pro scripturis dominicis dimicaverat cælum, cum Fundanus civitatis quondam episcopus scripturas dominicas traderet exurendas: quas cum magistratus sacrilegus igni apponeret, subito imber sereno cælo diffunditur, ignis scripturis sanctis admotus exstinguitur, grandines adhibentur, omnisque ipsa regio pro scripturis dominicis, elementis furentibus, devastabatur. De hac igitur civitate martyres Christi exoptata prima vincula susceperunt; directique ad

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Carthaginem, alacres ac læti per totum iter hymnos Domino canticaque psallebant. Qui cum ad officium Anulini tunc Proconsulis pervenirent, stantque in acie constanter ac fortiter, sævientis impetus diaboli dominica constantia retundebant. Sed cum non contra omnes simul milites Christi diabolica rabies prævaleret, singulos in certamina postulavit. Quorum certaminum pugnas non tam meis exsequar quam martyrum dictis; ut & sævientis hostis audacia in tormentis atque in ipsa sacrilega invectione noscatur, & Christi Domini præpotentis virtus in tolerantia martyrum, atque in ipsa confessione laudetur.

IV. Cum igitur ab officio Proconsuli offerrentur, suggereretur que quod a magistratibus Alutinensium transmissi essent Christiani, qui contra interdictum Imperatorum & Cæsarum collectam dominicam celebrassent, primum Proconsul Dativum interrogat cujus esset conditionis, & utrum collectam fecisset: qui cum se Christianum & in collecta fuisse profiteretur, auctor ab ipso collectionis sanctissimæ postulatur; statimque jubetur officium eumdem in equuleum sublevare extensumque ungulis præparare. Sed cum carnifices jussa crudelia atroci velocitate complerent, starentque sævientes in dictis, & denudatis ad vulnera martyris lateribus, erectis ungulis imminerent, subito sese per medium Thelica fortissimus martyr tormentis subjecit & clamavit: Quia Christiani sumus nos, Nos, inquit, collegimus. Statimque Proconsulis furor exarsit, & ingemiscens, spiritali gladio graviter vulneratus, martyrem Christi gravissimis ictibus tutulit, in equuleum suspensum extendit, ungulis perstridentibus laniavit. At contra gloriosissimus Thelica martyr media de ipsa carnificum rabie hujusmodi preces Domino cum gratiarum actione effundebat: Deo gratias. In nomine tuo, Christe Dei Filius, libera servos tuos. Talia precanti Proconsul: Quis est, inquit, auctor tecum congregationis vestræ? Qui crudelius sævienti carnifici clara voce respondit: Saturninus presbyter & omnes. O martyrem primatum omnibus dantem. Non enim Presbyterum fratribus prætulit, sed Presbytero fratres confessionis consortio copulavit. Quærente igitur Proconsule Saturninum, ostendit, non quod illum prodiderit, quem secum adversus diabolum pariter dimicare cernebat, sed ut illi panderet integre se celebrasse collectam, quando cum ipsis etiam Presbyter fuerat. Manabat igitur cum voce sanguis Dominum deprecantis, & præceptorum Evangelii memor, inimicis suis veniam martyr [6] in ipsa corporis sui laniamenta poscebat. Inter ipsos namque vulnerum gravissimos cruciatus, tortores pariter & Proconsulem his vocibus exprobrabat. Injuste facitis, infelices; contra Deum facitis. Deus altissime, noli illis consentire ad hæc peccata. Peccatis, infelices; adversus Deum facitis. Custodimus præcepta Dei altissimi. Injuste agitis, infelices; innocentes laniatis. Non sumus homicidæ, non fraudem fecimus. Deus, miserere. Gratias tibi ago. Pro nomine tuo, Domine, da sufferentiam. Libera servos tuos de captivitate hujus sæculi. Gratias tibi ago, nec sufficio tibi gratias agere. Et cum ictibus ungularum concussa fortius latera sulcarentur, profluensque sanguinis unda violentis tractibus emanaret, Proconsulem sibi dicentem audivit: Incipies sentire quæ vos pati oporteat. Et adjecit: Ad gloriam. Gratias ago Deo regnorum. Apparet regnum æternum, regnum incorruptum. Domine Jesu Christe, Christiani sumus, tibi servimus; tu es spes nostra, tu es spes Christianorum. Deus sanctissime, Deus altissime, Deus omnipotens, tibi laudes pro nomine tuo agimus. Cui talia oranti cum a diabolo per judicem diceretur, custodire te oportuit jussionem Imperatorum & Cæsarum, defatigato jam corpore, forti atque constanti sermone victor animo proclamavit: Non curo nisi legem Dei, quam didici. Ipsam custodio, pro ipsa moriar, in ipsa consumor, præter quam non est aliud. Talibus itaque dictis gloriosissimi martyris in suis tormentis magis ipse Anulinus torquebatur: cujus tandem rabies ferocitate saginata, postea reclusum in carcere, passione condignum martyrem destinavit.

V. Post hunc Dativus a Domino in certamine erigitur, qui Thelicæ ad fortissimum prælium de proximo conjunctus est: qui cum pendendo in equuleo extensus, se voce sæpius repetita Christianum esse & collectam fecisse fortiter proclamaret, emersit sanctissimæ Victoriæ martyris frater, vir sane togatus, sed a religionis Christianæ sanctissimo cultu ipsis temporibus alienus; qui suspensum in equuleo Martyrem profanis vocibus hactenus arguebat: Hic est, ait, Domine, qui per absentiam patris nostri, nobis hic studentibus, sororem nostram Victoriam seducens, hinc de splendidissima Carthaginis civitate una cum Secunda & Restituta ad Alutinensem coloniam secum usque perduxit, quique numquam domum nostram ingressus est nisi tunc quando quibusdam persuasionibus puellares animos illiciebat. Sed non tulit Victoria clarissima martyr Domini collegam & commartyrem suum falso appeti Senatorem, statimque Christiana libertate prorumpens: Nullius, inquit, persuasione profecta sum, nec cum ipso ad Alutinensem coloniam veni. Hoc possum per cives probare. Omnia mea sponte atque voluntate perfeci. Nam & in collecta fui, & dominicum cum fratribus celebravi, quia Christiana sum. Tunc impudens advocatus maledicta exaggerabat in Martyrem. Et contra Martyr gloriosus de equuleo cuncta vera responsione solvebat.

VI. Inter hæc Anulinus ardescens, premi ungulas in martyrem jubet. Statim carnifices nuda præparataque ictibus latera cruentis vulneribus invenerunt. Advolabant truces in manus jussis velocibus, secretaque pectoris, diruptis curibus visceribusque divulsis, nefandis aspectibus profanorum adnixa crudelitate pandebant. Inter hæc martyris mens immobilis; & licet membra rumpantur, divellantur viscera, latera dissipentur, animus tamen Martyris integer inconcussusque perdurat. Denique dignitatis suæ memor Dativus, qui & Senator, tali voce preces Domino sub carnifice rabiente fundebat: O Christe Domine, non confundar. His dictis, beatissimus Martyr quod a Domino poposcerat, tam facile meruit quam breviter postulavit. Denique mox Proconsul mente concussa, lingua volente parcere prosilivit. Cessavere carnifices. Fas enim non erat martyrem Christi in commartyris suæ Victoriæ caussa torqueri. Namque cum contra eum etiam Pompejanus suspicionis indignæ sævus accusator accederet, calumniosamque conjungeret actionem, despectus a martyre est & percussus. Quid agis hoc in loco, diabole? Quid contra Martyres Christi adhuc usque conaris? A Senatore Domini ac Martyre & potestas simul & forensis rabies superata est. Sed clarissimus Martyr etiam pro Christo tortus, cum interrogatus utrum in collecta fuisset, profiteretur constanter & diceret cum collecta fuisset se supervenisse, & dominicum

cum fratribus congrua religionis devotione celebrasse, A auctoremque ejusdem collectionis sanctissimæ unum fuisse, in sese rursus Proconsulem acrius excitavit; cujus recrudescente sævitia, geminata Martyris dignitas iterato ungulis sulcantibus exaratur. At Martyr ad vulnerum cruciatus sævissimos pristinam suam repetens rationem: Rogo, ait, Christe, non confundar. Quid feci? Saturninus est Presbyter noster.

VII. Hujus cum latera, duri trucisque carnificis magistra crudelitate monstrante, aduncis ungulis raderentur, Saturninus Presbyter ad prælium postulatur: qui cælestis regni contemplatione considerans parva admodum ac lævia suos commartyres B sustinere, congredi etiam ipse taliter cœpit. Nam dicente Proconsule: Tu contra jussionem Imperatorum & Cæsarum fecisti, ut hos omnes colligeres? respondit presbyter Saturninus, Domini Spiritu suggerente securus: Dominicum celebravimus. Proconsul ait: Quare? Respondit: Quia non potest intermitti dominicum. Qui mox ut hæc dixit, contra Dativum statim jubet aptari. Spectabat interea Dativus laniamenta corporis sui potius quam dolebat; & cujus ad Dominum mens animusque pendebat, nihil dolorem corporis æstimabat; sed tantum Dominum precabatur dicens: Subveni rogo Christe, habe pietatem, serva animam meam, custodi spiritum meum, non confundar. Rogo C Christe, da sufferentiam. Cui cum a Proconsule diceretur: Ex hac splendidissima civitate magis debueras alios ad bonam mentem vocare, & non contra præcepta Imperatorum & Cæsarum facere; fortius atque constantius acclamabat: Christianus sum. Qua voce diabolus superatus, Parce, inquit. Simulque illum in carcerem tradens, passioni condignæ martyrem reservavit.


VIII. At vero Presbyter Saturninus recenti martyrum sanguine delibutus, cum penderet in equuleo, admonebatur in eorum fide persistere, in quorum cruore perstabat. Hic cum interrogaretur utrum auctor ipse esset & omnes ipse adunasset, D & diceret: Etiam; ego præsens in collecta fui: Emeritus lector ad certamen exsiliens, congrediente presbytero: Ego sum auctor, inquit, in cujus domo collecta facta fuit. At Proconsul qui jam totiens victus fuerat, impetus Emeriti perhorrebat; & tamen in Presbyterum versus: Quare contra præceptum, inquit, faciebas, Saturnine? Cui Saturninus: Intermitti dominicum non potest, ait: Lex sic jubet. Tunc Proconsul: Non tamen debuisti prohibita contemnere, sed observare potius, & non rem facere contra præceptum Imperatorum. Et meditata jamdiu in martyribus voce, terrorem suæ iræ commovit; cui non pigro paretur obsequio. Nam carnifices in senile corpus Presbyteri E ruunt, & grassante rabie, rupta nervorum connexione, discerpunt. Ingemiscenda supplicia, & novi generis in sacerdotem Dei exquisita tormenta videres, quasi in pabulo vulnerum famis rabie sævire carnifices, apertisque visceribus, ad horrorem videntium inter ruborem sanguinis, ossa nudata pallere, & nec inter moras torquentium, exclusam animam corpus supplicio pendente deserere. At tali voce Dominum Presbyter precabatur: Rogo te Christe, exaudi. Gratias tibi ago Deus: Jube me decollari. Rogo Christe, miserere. Fili Dei subveni. Cui Proconsul: Quare contra præceptum facis? Et Presbyter: Lex sic jubet, lex sic docet, inquit. O admiranda satis ac prædicanda Presbyteri doctoris divina responsio. Legem sanctissimam etiam in tormentis Presbyter prædicat, pro qua libenter supplicia sustinebat. Legis denique voce deterritus Anulinus: Parcam, inquit; eumque in custodiam carceris redigens, exoptato supplicio destinavit.

IX. At vero Emerito applicito, in tua, inquit Proconsul, domo collectæ factæ sunt contra præcepta Imperatorum? Cui Emeritus sancto Spiritu inundatus, in domo mea, inquit, egimus dominicum. At ille, Quare permittebas, ait, illos ingredi? Respondit: Quoniam fratres mei sunt, & non poteram illos prohibere. Sed prohibere, inquit, illos debuisti. At ille: Non potui, ait, quoniam sine dominico non possumus. Statim etiam ipse in equuleo jubetur extendi, extensusque vexari. Qui cum validos ictus innovato carnifice pateretur: Rogo, ait, Christe subveni. Contra præceptum Dei facitis, o infelices. Et interloquenti Proconsuli, Non oportuerat te eos suscipere, respondit: Non potueram quin susciperem fratres meos. At Proconsul sacrilegus: Sed prior, inquit, erat jussio Imperatorum & Cæsarum. Contra religiosissimus Martyr, Deus, inquit, major est quam Imperatores. Rogo Christe, tibi laudes. Christe Domine, da sufferentiam. Cui talia precanti hæc Proconsul injecit: Habes ergo scripturam aliquam in domo tua? Et respondit: Habeo, sed in corde meo. Et Proconsul: In domo, inquit, tua habes, an non? Emeritus Martyr ait: In corde meo illas habeo. Rogo Christe, tibi laudes. Libera me, Christe, in nomine tuo. Breviter patior, libenter patior. Christe, non confundar. O martyrem Apostoli memorem, qui legem Domini conscriptam habuit, non atramento sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. O martyrem legis sacræ idoneum diligentemque custodem, qui traditorum facinus perhorrescens, scripturas dominicas, ne perderet, inter secreta sui pectoris collocavit. Quo cognito, Proconsul, Parce, inquit. Ejusque confessionem in memoriam una cum ceterorum confessionibus redigens: Pro vestris meritis omnes, inquit, secundum confessionem vestram pœnas meritas persolvetis.

X. Sed jam ferina rabies ore cruento tormentis martyrum saginata languebat. Sed cum Felix nomine & passione processisset in prælium, aciesque Domini omnis incorrupta invictaque perstaret, tyrannus mente prostratus, voce demissus, anima & corpore dissolutus: Spero vos, inquit, hanc partem potius eligere, qua possitis vivere, ut jussiones conservetis. Contra quæ confessores Domini, invicti martyres Christi, tamquam ex uno ore dixerunt: Christiani sumus, non possumus nisi Domini legem sanctam usque ad effusionem sanguinis custodire. Qua voce percussus inimicus Felici dicebat: Non quæro utrum Christianus sis, sed an collectam feceris, vel scripturas aliquas habeas. O stulta judicis & ridenda interrogatio! Christianus, inquit, utrum sis tace. Et addidit: Si in collecta fuisti. Respondit: Quasi Christianus sine dominico possit, aut dominicum sine Christiano celebrari. An nescis, Satanas, in dominico Christianum & in Christiano dominicum constitutum, ut nec alterum sine altero valeat esse? Cum nomen audieris, frequentiam Domini disce; & cum collectam audieris, nomen agnosce. Denique cognosceris a martyre & rideris, tali responsione confunderis: Collectam, inquit, gloriosissime celebravimus, ad scripturas dominicas legendas in dominicum convenimus semper. Qua confessione confusus graviter

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

Anulinus, fustibus cæsum exanimem, cælesti concilio martyrem properantem ad siderea tribunalia, expleta passione, consociat.




XI. Sed Felicem sequitur alius Felix, nomine pariter & confessione atque ipsa passione consimilis. Pari etenim virtute congressus, etiam ipse fustium læsione quassatus, animam in tormenta carceris ponens, superioris Felicis est martyrio copulatus. Post hos suscepit certamen Ampelius custos legis, scripturarum divinarum fidelissimus conservator. Hic quærente Proconsule an in collecta fuisset, hilaris atque securus alacri voce respondit: Cum fratribus, inquit, feci collectam, dominicum celebravi; & scripturas dominicas habeo mecum, sed in corde meo conscriptas. Christe, tibi laudes refero. Exaudi Christe. Qui cum hæc dixisset, cervicibus contusis, quasi jam in tabernaculum dominicum lætus cum fratribus relegatur. Hunc sequitur Rogatianus: qui confessus Domini nomen, supradictis fratribus jungebatur illæsus. Quintus vero Applicitus, egregie nomen Domini magnificeque confessus, cæsus fustibus in carcerem truditur, condigno martyrio reservatus. Hunc sequebatur & Maximianus, in confessione par, in congressione consimilis, in victoriæ triumphis æqualis. Post quem junior Felix spem salutemque Christianorum dominicum esse proclamans, cum similiter etiam ipse fustibus cæderetur: Ego, inquit, devota mente celebravi dominicum, collectam cum fratribus feci, quia Christianus sum. Qua confessione supradictis fratribus meruit etiam ipse sociari.

XII. At junior Saturninus, martyris Saturnini Presbyteri progenies, in certamen optatum festinus accessit, approperans patris virtutibus gloriosissimis adæquari. Cui cum Proconsul furibundus diabolo suggerente dixisset: Et tu, Saturnine, interfuisti? Respondit Saturninus, Christianus sum. Non a te quæro hoc, ait, sed utrum egeris dominicum. Cui Saturninus respondit: Egi dominicum, quia Salvator est Christus. Quo nomine Salvatoris audito, Anulinus exarsit, & in filium patrium instaurat equuleum. Extensoque Saturnino, Quid, inquit, Saturnine profiteris? Vides ubi positus sis. Habes aliquas scripturas? Respondit, Christianus sum. Proconsul vero ait: Ego quæro an conveneris, & an scripturas habeas. Respondit, Christianus sum. Aliud non est nomen quod post Christum oporteat nos sanctum observare. Qua confessione diabolus inflammatus: Quoniam permanes, inquit, in obstinatione tua, etiam te oportet tormentis affici. Dic an aliquas scripturas habeas. Et ad officium dixit: Vexa illum. Ibant in adolescentis latera paternis vulneribus lassati tortores, & adhuc humectantem in ungulis patrium sanguinem cognato filii cruori miscebant. Videres per hiantium vulnerum sulcos de lateribus antea genitoris sanguinem fluere, & cruorem filii paterno permixtum ungulis rorantibus emanare. At juvenis gemini sanguinis admixtione recreatus, medelam potius quam tormenta sentiebat, & recepta in tormentis fortitudine, fortissimis vocibus exclamabat: Scripturas dominicas habeo, sed in corde meo. Rogo, Christe, da sufferentiam. Spes est vitæ. Anulinus inquit: Quare contra præceptum faciebas? Respondit: Quia Christianus sum. Quo audito, Parce, inquit. Et statim cessante tormento, in patrium consortium relegatur.

XIII. Interea mergebat in noctem horis labentibus dies, & consumtis cum sole tormentis, defecit atra tortorum rabies, & cum sui judicis crudelitate languebat. Sed legiones dominicæ, in quibus Christus, perpetuum lumen, armorum cælestium corusco splendore fulgebat, fortius atque constantius in certamina prosilibant. Cum vero adversarius Domini tot martyrum præliis gloriosissimis victus, tantisque ac talibus congressionibus superatus, desertus a die, comprehensus a nocte, deficiente jam carnificum rabie, profligaturus cum singulis congredi ulterius non valeret, totius exercitus Domini animos percontatur, devotasque sanctorum mentes tali interrogatione propulsat: Vidistis, inquit, eos qui perseveraverunt, quid sustinuerunt, vel quid in sua confessione perstantes adhuc habeant sustinere. Et ideo qui vult ex vobis ad indulgentiam pervenire, ut salvus esse possit, profiteatur. Ad hæc confessores Domini, gloriosi martyres Christi, læti ac triumphantes simul, non ex Proconsulis dictis, sed ex victoria passionis Spiritu sancto ferventes, fortius clariusque tamquam ex uno ore dixerunt: Christiani sumus. Qua voce prostratus est diabolus, & concussus Anulinus confususque, omnes sanctos in carcerem trudens, illos martyrio destinavit.

XIV. Et ne devotissimus feminarum sexus florentissimusque sacrarum virginum chorus certaminis tanti gloria privaretur, omnes feminæ, Christo Domino auxiliante, in Victoria congressæ sunt & coronatæ. Etenim Victoria sanctissima feminarum, flos virginum, decus & dignitas confessorum, honesta natalibus, religione sanctissima, moribus temperata, in qua naturæ bonum candida pudicitia relucebat, respondebatque pulcritudini corporis fides pulcrior mentis & integritas sanctitatis, ad secundam palmam restitutam se in Domini martyrio lætabatur. Huic namque ab infantia jam clara pudicitiæ signa fulgebant, & rudibus adhuc annis, apparebat rigor castissimus mentis & quædam dignitas futuræ passionis. Denique postquam plena virginitas ultimum ætatis tempus explevit, cum puella nolens & reluctans in nuptias a parentibus cogeretur, invitamque tradere sponso prædo suggereret, clam se per præceps puella dimittit, aurisque famulantibus supportata, incolumis gremio terræ suscipitur. Neque fuerat postmodum pro Christo Domino passura, si pro sola tunc pudicitia moreretur. Liberata igitur nuptialibus tædis, illusoque simul cum parentibus sponso media pene de ipsa nuptiarum frequentia prosiliens, [8] ad ædem pudicitiæ portumque pudoris Ecclesiam intacta virgo confugit, ibique consecrati Deo dicatique capitis in perpetuam virginitatem [9] sacratissimum crinem inconcusso pudore servavit. Hæc ergo ad martyrium properans, florentem pudicitiæ palmam triumphali dextera præferebat. Namque interroganti Proconsuli quid profiteretur, clara voce respondit: Christiana sum. Et cum a Fortunatiano fratre togato ejusque defensore vanis argumentationibus mente capta esse diceretur, Victoria respondit: Mens mea est, inquit, numquam mutata sum. Ad hæc Proconsul: Vis, inquit, ire cum Fortunatiano fratre tuo? Respondit: Nolo, quia Christiana sum; & illi sunt fratres mei qui Dei præcepta custodiunt. O puellam divinæ legis auctoritate fundatam. O virginem gloriosam æterno Regi merito consecratam. O beatissimam martyrem Evangelica professione clarissimam quæ dominica voce respondit: Hi sunt fratres mei qui Dei præcepta custodiunt. Quibus auditis, Anulinus deposita judicis auctoritate, ad persuasionem puellæ descendit: Consule tibi, inquit. Vides enim fra-



trem tuum providere cupientem saluti tuæ. Cui martyr Christi: Mens mea est, inquit, numquam mutata sum. Nam & in collecta fui, & dominicum cum fratribus celebravi, quia Christiana sum. Mox cum hæc Anulinus audisset, furiis agitatus exarsit, & puellam sacratissimam martyrem Christi in carcerem una cum ceteris relegans, passioni omnes reservavit.

XV. Sed Hilarianus adhuc supererat, unus de natis Presbyteri martyris Saturnini, qui ætatem suam parvulam ingenti devotione vincebat. Hic patris fratrumque triumphis approperans jungi, diras tyranni minas non tam exhorruit quam in nihilum duxit. Huic cum diceretur: Patrem tuum aut fratres tuos secutus es? subito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & angustum pueri pectus ad confessionem Domini totum aperitur in voce respondentis: Christianus sum, & mea sponte atque voluntate cum patre meo & cum fratribus meis feci collectam. Audiebas patris Saturnini martyris vocem per dulcis filii meatus exire, & confitentem Christum Dominum linguam de fratris exemplo secuturam. Sed Proconsul stultus, non intelligens contra se non homines sed Deum in martyribus dimicare, nec quia in puerilibus annis ingentes animos sentiebat, putabat puerum tormentis infantiæ posse terreri. Denique amputabo, inquit, & [10] comam tibi & nasum & auriculas, & sic te dimitto. Ad hæc Hilarianus puer, patris fratrumque virtutibus gloriosus, qui jam didicerat a majoribus suis tormenta contemnere, clara voce respondit: Quidquid facere volueris, fac, quia Christianus sum. Mox in carcerem recipi etiam ipse jubetur; ingentique cum gaudio vox Hilariani auditur dicentis: Deo gratias. Hic certaminis magni pugna perficitur, hic diabolus superatur & vincitur, hic martyres Christi de passionis futuræ gloria æterna congratulatione lætantur.

1. *In archivo memoriæ*] Infra cap. IX. *Ejusque confessionem in memoriam una cum ceterorum confessionibus redigens.* Ubi Baronius adnotat memoriam dictum fuisse locum, in quo gesta proconsularia asservabantur. Verum cum id nullo veterum testimonio comprobet, & res obscura sit, nondum mihi persuasum est veram esse interpretationem illam. Notum est fuisse in palatio imperatorum magistros memoriæ, qui dictabant ad memoriam, de quibus multa pro suo more dixit Salmasius in Notis ad Scriptores historiæ augustæ pag. 207. & 480. Verum hæc memoria diversa fuit ab ea cujus heic mentio. Puto autem heic memoriam significare codices publicos, in quibus caussæ scribebantur quæ in foro agitabantur, ne earum memoria aboleretur. Sed in initio hujus historiæ, ubi legitur acta martyrum ideo in archivo memoriæ conscripta esse ne sæculis transeuntibus obsolesceret gloria martyrum, existimo eam vocem diverso sensu positam esse, & heic non referri ad codices publicos, quorum custodia non erat penes clerum, sed ad libros Ecclesiasticos, in quibus conscripta erant gesta martyrum ad memoriam omnium sempiternam.

2. *Testamenta*] In codice Colbertino scriptum est, *sacramenta*, id est, mysteria: quod eodem recidit.

3. *Alutinensi*] Ita Surius & codex Colbertinus. Editio Henschenii habet *Abitinensi*, ex duobus antiquis codicibus, ut ipse ait. Sane in collatione Carthaginiensi legimus Maximum & Victorem episcopos Abitinenses, & in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano adfuit Saturninus episcopus ab Abitinis. Ego tamen, qui scio periculosam esse quamlibet mutationem in nominibus propriis, præcipue vero in nominibus civitatum Africæ, veterem lectionem retinui.

4. *Occani*] In codice Colbertino legitur *octavi*. Sic etiam in Trevirensi scriptum fuisse admonet Henschenius.

5. *Bellica tuba*] Ne quis existimare possit hæc dicta esse more rhetorum, non autem stylo simpliciter historico, proferendus est locus insignis ex actis sanctæ Euphemiæ martyris, quæ hac ipsa persecutione fervente ad Deum translata est apud Chalcedonem. Illic ergo scriptum est fuisse in ea civitate *templum Martis & insigne illius simulacrum. Vocabant autem edicta cives ad festum & eos qui habitabant circa Chalcedonem. Minabantur vero mortem & supplicia iis ad quos erant ventura, si non persuaderentur ut adorarent dæmones. Tubæque clare sonantes & terribiliter erant signum conveniendi ad templum.* Acta sancti Alexandri martyris hac ipsa persecutione sublati, apud Surium die XIII. Maji: *Itaque omnes audita præconum voce & tubæ clangore, parati erant cum imperatore in Jovis templo præsto esse.*

6. *In ipsa laniamenta*] Ita omnino codex Colbertinus. Idem autem hoc loco valet vox *in* ac *inter*; ut infra cap. XI. *animam in tormenta carceris ponens.*

7. *Ad bonam mentem*] Vide quæ dicta supra sunt ad caput XXXIV. Lactantii.

8. *Ad ædem pudicitiæ*] Id est, ad templum Dei. Figurata & elegans loquendi ratio, ut quæ virginitatem suam dedicare ac consecrare Christo volebat, intelligeretur. De æde pudicitiæ patritiæ, quæ Romæ in foro boario erat ad ædem rotundam Herculis, mentio est apud T. Livium lib. X. & Festum. Eam in regione octava fuisse scribit P. Victor.

9. *Sacr. crinem servavit*] Non totondit ergo Victoria crinem suum cum se Christo consecravit. Quippe olim feminis Christianis interdictum erat ne comam deponerent, etiam quibus placebat perpetuæ professio continentiæ. Sed tamen paullo post, ut in epistola XLVIII. ad Sabinianum scribit Hieronymus, in Ægypti ac Syriæ monasteriis hic mos fuit ut tam virgo quam vidua, quæ se Deo voverent & sæculum conculcarent, crinem Monasteriorum matribus offerrent desecandum.

10. *Comam*] Editiones habent *collum*, omnino contra mentem Proconsulis. Nam his infantem minis terrere volebat, quo modo si verbera minaretur aut præcipitium ex edito loco, non tamen periculoso. At colli amputatio ultra progreditur, nec inter minas pueriles censeri potest. Melius igitur codex Colbertinus, qui *comam* habet. Sunt enim pueri amatores comarum suarum. Hinc Statii carmen de coma Earini.


APPENDIX AD ILLA ACTA

Quibus continetur accusatio Donatistarum in Mensurium & Cæcilianum.

De qua Optatus lib. I. capp. XIX. & XX.

[1] XVI. Verum quoniam nos, ut supra diximus, schismatis tempus admonuit confessionibus tantis ac talibus martyrum decreta conjungere constitutionesque sanctissimas amicorum Dei gestis superioribus catenare, necessario breviter cuncta quæ martyres in carcere ex auctoritate legis divinæ sanxerunt, servandaque posteris reliquerunt, discurram, nec lapsorum superbiam atque audaciam traditorum in hac ipsa mea festinatione prætercam. Coegit enim me transcendere nihil gestorum fides, amor legis, Ecclesiæ status, salus publica, vita communis. His enim de rebus Ecclesia Catholica quæ sit poterit recognosci, si labes pestifera traditorum nefandis actibus suis sententiaque martyrum, omnibus sæculis declaretur. Postquam igitur supradictos martyres Christi exoptatus carcer recepit, confessores qui priores illic detrusi fuerant, victricibus palmis triumphales dexteras venientibus adjungebant. Veniebant præterea ad eumdem locum & ex diversis provinciæ partibus alii quoque quamplurimi confessores; inter quos erant episcopi, presbyteri, diaconi, ceterique clerici, qui legem Domini afferentes, collectam dominicumque constanter & fortiter celebrabant, quique scripturas dominicas divinaque testamenta de flamma atque de incendio conservantes, seipsos diris ignibus cruciatibusque diversis, Machabaico more, pro divinis legibus obtulerunt.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



XVII. Ea igitur tempestate, cum horridus carcer crassæque tenebræ intra se clausos retinerent testes fidelissimos Dei, & ingentia catenarum pondera devota membra vincirent, cum debilitaret fames, fatigaret sitis, frigus quateret, turba comprimeret, latera ipsa recenti ungularum laceratione disrupta ferverent, inter catenas & ferrum instrumentaque tormentorum ex auctoritate legis divinæ, quod sibimet posterisque martyribus conservarent, celebrantes Concilium, cælestia decreta condebant. Vere enim vivus ille Spiritus sanctus confessorum mentes æternis aspirando & divinis colloquiis exercebat. Sed post crudelem tempestatem ac persecutionis horribiles minas, quibus Christianam religionem tyrannica rabies infestaverat, quo iterum purior ac serenior Christiani nominis pax æterna lucesceret, nec defuit traditorum omnium callidissima fraus, conspiratioque pestiferorum naufragorum diabolica arte composita, quæ sub prætextu religionis religionem impugnaret, fidem everteret, legem divinaque jura turbaret; maxime cum etiam Mensurius Carthaginensis quondam Episcopus recenti scripturarum traditione pollutus, sceleris sui amentiam pejore cœpisset ferocia publicare: quippe qui combustorum veniam librorum a martyribus poscere atque implorare debuerat, ut delicta sua majoribus flagitiis cumularet, eo animo sæviebat in martyres quo divinas tradiderat leges. Etenim hic tyranno sævior, carnifice crudelior, idoneum sceleris sui ministrum diaconum suum elegit Cæcilianum; idemque lora & flagra cum armatis ante fores carceris ponit, ut ab ingressu atque aditu cunctos qui victum potumque in carcerem martyribus afferebant, gravi affectos injuria propulsaret. Et cædebantur a Cæciliano passim qui ad alendos martyres veniebant, sitientibus intus in vinculis confessoribus pocula frangebantur ante carceris limina, cibi passim lacerandi canibus spargebantur, jacebant ante carceris fores martyrum patres matresque sanctissimæ, & ab extremo conspectu liberorum excussi, graves nocte dieque vigilias ad ostium carceris exercebant. Erat fletus horribilis & acerba omnium qui aderant lamentatio, prohibere pios martyrum complexus, & divelli a pietatis officio Christianos, Cæciliano sæviente tyranno & crudeli carnifice.

XVIII. Interea martyres Christi non carceris squalor, non viscerum dolor, non denique ulla rerum penuria commovebat; sed meritis jam Domino & confessione vicini direxerunt in posteros salutem, quæ communem Christiani nominis progeniem ab omni recidiva communione traditorum secerneret, tali sub comminatione: *Si quis traditoribus communicaverit, nobiscum partem in regnis cælestibus non habebit.* Et hanc sententiam suam sancti Spiritus auctoritate conscriptam tali comparatione firmabant. *Scriptum est*, inquiunt, *in Apocalypsi:* [a] *Quicumque adjecerit ad librum istum apicem unum aut litteram unam, adjiciat illi Deus innumerabiles plagas; & quicumque deleverit, deleat partem ejus Dominus de libro vitæ. Si ergo additus apex unus, aut littera una demta de libro sancto radicitus amputat, & sacrilegum facit, & subvertit auctorem, necesse est omnes eos qui testamenta divina legesque venerandas omnipotentis Dei & Domini nostri Jesu Christi profanis ignibus tradiderunt exurendas, æternis gehennæ ardoribus atque inexstinguibili igne torqueri. Et ideo, ut supra diximus, si quis traditoribus communicaverit, nobiscum partem in regnis cælestibus non habebit.* Hæc communicantes singuli ad passionis gloriam festinabant, supremaque testatione unusquisque martyrum cruore proprio consignabat. Exinde Ecclesia sancta sequitur martyres, & detestatur exsecratæ perfidiæ traditores.

XIX. Igitur cum hæc ita sint, quisnam est divini juris peritia pollens, fide præditus, devotione præclarus, religione sanctus, qui judicis Dei memor veritatem ab errore discernat, a fide perfidiam disjungat, simulationemque fictam a certa & integra sanctitate recludat, separet a stante lapsum, ab integro vulneratum, a justo reum, ab innocente damnatum, a custode legis proditorem, a confessore Christi nominis negatorem, a martyre Domini persecutorem, & unum atque idem esse existimet & Ecclesiam martyrum & conventicula traditorum? Nemo scilicet, quoniam hæc inter se ita repugnant contrariaque sibi sunt ut lux tenebris, vita morti, sanctus angelus diabolo, Christus Antichristo. Paullo Apostolo dicente: [b] *Quasi filiis dico, dilatamini & vos, & nolite conjungi cum infidelibus. Quæ est enim participatio justitiæ ad iniquitatem, aut quæ communicatio luminis ad tenebras, quæ particula est fideli cum infideli, quæ est autem conventio templi Dei cum simulacbris? Vos autem templum Dei vivi estis. Dicit enim: Quia inhabitabo in eis & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum & separamini, dicit Deus omnipotens, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.* Quamobrem fugienda bonis & vitanda est semper religiosis conspiratio traditorum, hypocritarum domus, Pharisæorumque sententia. Utinam adoptiones filiorum filiarumque Dei in sancta Ecclesia spiritaliter nati digne succedant, & non alienis facinoribus immersi, pro luce tenebras & pro vita mortem, interitum sibi pro salute acquirant. Talis est enim Ecclesia Domini, quæ una semper singularisque contra sese & in partes duas dividi non potest, sed post teterrimam persecutionis noctem turbinesque pestiferos tyrannorum, ad deceptionem innocentium prædamque populorum diabolus versutia callidissimæ fraudis adinvenit; ut quos aperta persecutionibus clade transvorare non valuit, nec in sacrilego sæculo idolorum servitio mancipandos delictorum nexibus in perpetuam perniciem potuit retinere, eos pollutis traditionibus jungens sibi, sub prætextu sanctissimæ religionis exstinguat. Denique illi falsi sacrorum ritus fictaque mysteria non tam in salutem quam in perniciem miserorum celebrantur, cum erigit altare sacrilegus, celebrat sacramenta profanus, baptizat reus, curat vulneratus, veneratur martyres persecutor, legit Evangelia traditor, hereditatem cæli promittit divinorum testamentorum exustor: quos Dominus increpat & objurgat in Evangelio dicens: [c] *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam facere unum proselytum, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ dupliciter plus quam estis vos.* Et propheta polluta eorum sacrificia respuens ait: [d] *Sacrificia eorum tamquam* [1] *pannus illotus. Omnis qui tetigerit illum, inquinabitur.* Sed & per Aggæum clarissimum Prophetarum: [e] *Interroga*, inquit Dominus, *sacerdotes legem. Si acceperit homo carnem sanctam in summo vestimenti sui, & tetigerit summitas vestimenti ejus aliquam partem panis, vini, aut olei, si sanctificabitur? & dixerunt sacerdotes: Non. Et dixit Aggæus. Si tetigerit inquinatus in anima horum aliquid, si inquinabitur? Et di-*

a Apoc. xxii. 18. b II. Cor. vi. 13-18. c Matth. xxiii. 15. d Osee ix. 4. e Agg. II. 12-14.

xerunt sacerdotes: Inquinabitur. Et dixit Aggæus: Sic & populus hic: & gens hæc coram me, dicit Dominus, & omnis quicumque accesserit illic, inquinabitur.

XX. Fugienda est ergo & exsecranda pollutorum omnium congregatio vitiosa, & appetenda omnibus beatissimorum martyrum successio gloriosa, quæ est Ecclesia sancta, una & vera catholica, ex qua martyres profecti sunt, & a quibus divina testamenta servata sunt. Hæc etenim sola persecutionis infestæ impetum fregit, hæc legem Domini usque ad effusionem sanguinis conservavit: in hac virtutes populi sancti Spiritus præsentia frequentantur, baptisma a Salvatore perficitur, vita perpetua reparatur. Semper enim illis propitius Deus adest, Dominus Christus collætatur, & gaudet Spiritus sanctus, in confessoribus victor, in martyribus triumphator. Postremo cum nec Mensurius, nec minister ejus Cæcilianus ab hac immani crudelitate cessare vellent, Anulino Proconsule aliisque persecutoribus interim circa alia negotia occupatis, beati martyres isti, corporeis alimentis destituti, paullatim & per intervalla dierum naturali conditioni, famis atrocitate cogente, cesserunt, & ad siderea regna cum palma martyrii migraverunt, præstante Domino nostro Jesu, qui cum Patre regnat in sæcula sæculorum. Amen.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

1. Quæ deinceps sequuntur, quia manifestas calumnias continent in Mensurium episcopum Carthaginiensem & Diaconum ejus Cæcilianum, qui & ipse postea fuit Episcopus Carthaginensis, omissa sunt iu secunda editione Surii & in Henscheniana.

2. *Pannus illotus*] Ita Codex Colbertinus. Editiones habent, *panis luctus*. Quo etiam modo habetur apud Oseam in omnibus editionibus. Nescio autem unde orta sit hæc lectio in veteri codice. Sed eam confirmant sequentia; ubi pro eo quod in vulgatis Oseæ codicibus legitur, *omnes qui comedent eum contaminabuntur*, scriptum est in veteri codice, *omnis qui tetigerit illum inquinabitur*.

E A D E M   A C T A

EX EDITIONE THEODERICI RUINART

Ex mss. codd. S. Cornelii Compendiensis 1. Monasterii B. Petri de Pratellis 1. S. Benedicti Floriacensis 1. RR. PP. Cælestinorum Parisiensium 1. RR. PP. Fuliensium 1. & editionibus Baluziana & Bollandiana inter se collatis.

A C T A

Sanctorum SATURNINI, DATIVI, & aliorum plurimorum Martyrum in Africa.

Ex codd. mss. & editis inter se collatis.

Incipiunt confessiones & actus martyrum Saturnini presbyteri, Felicis, Dativi, Ampelii, ceterorumque infrascriptorum, qui propter collectas & scripturas dominicas, sub Anulino tunc Proconsule Africæ die pridie Idus Februarii Carthagine Dominum confessi, diversis locis temporibusque discretis beatissimum sanguinem profuderunt.


I. TEMPORIBUS Diocletiani & Maximiani bellum diabolus Christianis indixit isto modo ut sacrosancta Domini testamenta [a] scripturasque divinas ad exurendum peteret, basilicas dominicas subverteret, & ritus sacros cœtusque sanctissimos celebrari Domino prohiberet. Sed non tulit exercitus Domini Dei tam immane præceptum, sacrilegamque jussionem perhorruit; & mox fidei arma arripuit, descendit in prœlium, non tam contra homines quam contra diabolum pugnaturus. Et quamvis tradendo gentilibus scripturas dominicas atque testamenta divina profanis ignibus comburenda, a fidei cardine cecidere nonnulli, conservando tamen eas, & pro ipsis libenter suum sanguinem effundendo, fortiter finiere [b] quamplurimi, quique pleni Deo, devicto atque prostrato diabolo, victricem palmam in passione gestantes, sententiam in traditores atque in eorum consortes, qua illos ab Ecclesiæ communione rejecerant [c], cuncti martyres proprio sanguine consignabant. Fas enim non fuerat ut in Ecclesia Dei simul essent martyres & traditores.

II. Advolabant igitur undique versum ad certaminis campum immensa agmina confessorum; & ubi quisque hostem reperiebat [1], castra illic dominica collocabat. Namque in civitate Abitinensi [2] in domo Octavi [3] Felicis, cum bellica caneret tuba, dominica signa gloriosi martyres erexerunt; ubique celebrantes ex more dominicum [4], a coloniæ magistratibus atque ab ipso stationario milite apprehenduntur, SATURNINUS Presbyter cum filiis quatuor, id est, SATURNINO juniore & FELICE Lectoribus, MARIA, Sanctimoniali, HILARIONE [d] infante, itemque DATIVUS, qui & Senator, FELIX, alius FELIX, EMERITUS, AMPELIUS, ROGATIANUS, QUINTUS, MAXIMIANUS, THELICA, ROGATIANUS, ROGATUS, JANUARIUS, CASSIANUS, VICTORIANUS, VINCENTIUS, CÆCILIANUS, RESTITUTA, PRIMA, EUA [5], ROGATIANUS, GIVALIUS [e], ROGATUS, POMPONIA, SECUNDA, JANUARIA, SATURNINA, MARTINUS, DANTUS [6], FELIX, MARGARITA, MAJOR [7], HONORATA, REGIOLA [f], VICTORINUS [8], PELUSIUS, FAUSTUS, DACIANUS, MATRONA, CÆCILIA, VICTORIA, HERECTINA [9], SECUNDA, item [10] MATRONA, JANUARIA: qui apprehensi producebantur alacres ad forum.

III. Ad hoc in primum certaminis campum prior Dativus ibat, quem sancti parentes candidum [g] senatorem cælesti curiæ genuerunt. Ibat etiam Saturninus Presbyter numerosa vallatus propagine liberorum; cujus partus partem sibi sociam martyrio destinavit, partem sui nominis pignus Ecclesiæ relinquebat. Hos agmen dominicum sequebatur, in quo fulgebat cælestium splendor armorum, scutum fidei, lorica justitiæ, salvationis galea, & gladius bifrons [h] sermo Dei: quorum præsidio fulti, spem victoriæ fratribus promittebant. Sed jam

a *Testamenta*] Colb. *Sacramenta*.
b *Finiere*] Ed. *fecere*.
c *Rejecerant*] Pratel. *rejicerent*.
d *Hilarione*] Boll. *Hilariano*.
e *Givalius*] Al. *Guinalius*.
f *Regiola*] Boll. *Re[illegible]*.
g *Candidum*] Baron. *candidatum*.
h *Bifrons*] Al. *vibrans*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ad supradictæ civitatis pervenerunt forum. Ibi primum congressi, confessionis palmam magistratus elogio sustulerunt. In isto namque foro jam pro dominicis scripturis dimicaverat cælum, cum Fundanus ipsius [11] civitatis quondam Episcopus scripturas dominicas traderet exurendas: quas cum Magistratus sacrilegus igni apponeret, subito imber sereno cælo diffunditur, ignis scripturis sanctis admotus exstinguitur, grandines adhibentur, omnisque ipsa regio pro scripturis dominicis, elementis furentibus, devastatur.

IV. De hac igitur civitate martyres Christi exoptata prima vincula susceperunt: directique ad Carthaginem, alacres ac læti per totum iter hymnos Domino canticaque psallebant. Qui cum ad officium Anulini tunc Proconsulis pervenirent, starentque in acie constanter ac fortiter, sævientis impetus diaboli dominica constantia retundebant. Sed cum non contra omnes simul milites Christi diabolica rabies prævaleret, singulos in certamina postulavit. Quorum certaminum pugnas non tam meis exsequar quam martyrum dictis; ut & sævientis hostis audacia in tormentis atque in ipsa sacrilega invectione noscatur, & Christi Domini præpotentis virtus in tolerantia martyrum, atque in ipsa confessione laudetur.

V. Cum igitur ab officio Proconsuli offeruntur, suggeriturque quod a Magistratibus Abitinensium transmissi essent Christiani, qui contra interdictum Imperatorum & Cæsarum collectam & dominicum [12] celebrassent, primum Proconsul Dativum interrogat cujus esset conditionis & utrum collectam fecisset: qui cum se Christianum & in collecta fuisse profiteretur, auctor ab ipso collectionis sanctissimæ postulatur; statimque jubetur officium eumdem in equuleum sublevare, extensumque ungulis præcidi [13]. Sed cum carnifices jussa crudelia atroci velocitate complerent, starentque sævientes in dictis [a], & denudatis ad vulnera martyris lateribus, erectis ungulis imminerent; subito sese per medium Thelica [14] fortissimus martyr tormentis objecit [b] & clamavit: Christiani sumus nos, Nos, inquit, collegimus. Statimque Proconsulis furor exarsit, & ingemiscens, spiritali gladio graviter vulneratus, martyrem Christi gravissimis ictibus tutudit, in equuleum suspensum extendit, ungulis perstridentibus laniavit. At contra gloriosissimus Thelica martyr media de ipsa carnificum rabie hujusmodi preces Domino cum gratiarum actione effundebat: Deo gratias. In nomine tuo, Christe Dei Fili, libera servos tuos.

VI. Talia precanti Proconsul: Quis est, inquit, auctor tecum congregationis vestræ? Qui crudelius sæviente carnifice clara voce respondit: Saturninus Presbyter & omnes. O martyrem primatum omnibus dantem! Non enim Presbyterum fratribus prætulit, sed Presbytero fratres confessionis consortio copulavit. Quærente igitur Proconsule Saturninum, ostendit, non quod illum prodiderit, quem secum adversus diabolum pariter dimicare cernebat, sed ut illi panderet integre se celebrasse collectam, quando cum ipsis etiam Presbyter fuerat. Manabat igitur cum voce sanguis Dominum deprecantis, & præceptorum Evangelii memor, inimicis suis veniam martyr inter ipsa corporis sui laniamenta poscebat. Inter ipsos namque vulnerum gravissimos cruciatus, tortores pariter & Proconsulem his vocibus exprobrabat: Injuste facitis, infelices; contra Deum facitis. Deus altissime, noli illis consentire ad hæc peccata. Peccatis, infelices; adversus Deum facitis. Custodite præcepta Dei altissimi. Injuste agitis, infelices; innocentes laniatis. Non sumus homicidæ, non fraudem fecimus. Deus, miserere. Gratias tibi ago. Pro nomine tuo, Domine, da sufferentiam. Libera servos tuos de [c] captivitate hujus sæculi. Gratias tibi ago, nec sufficio tibi gratias agere. Et cum ictibus ungularum concussa fortius latera sulcarentur, profluensque sanguinis unda violentis tractibus emanaret, Proconsulem sibi dicentem audivit: Incipies sentire quæ vos pati oporteat. Et adjecit: Ad gloriam. Gratias ago Deo regnorum. Apparet regnum æternum, regnum incorruptum. Domine Jesu Christe, Christiani sumus, tibi servimus; tu es spes nostra, tu es spes Christianorum. Deus sanctissime, Deus altissime, Deus omnipotens, tibi laudes pro nomine tuo reddimus, Domine Deus omnipotens. Cui talia oranti cum a diabolo per judicem diceretur, custodire te oportuit jussionem Imperatorum & Cæsarum, defatigato jam corpore, forti atque constanti sermone victor animo [15] proclamavit: Non curo nisi legem Dei, quam didici. Ipsam custodio, pro ipsa moriar, in ipsa consummor, præter quam non est alia. Talibus itaque dictis gloriosissimi martyris in suis tormentis magis ipse Anulinus torquebatur: cujus tandem rabies ferocitate saginata: Parce, inquit; reclusumque in carcerem, passioni condignæ martyrem destinavit.

VII. Post hunc Dativus a Domino in certamine erigitur, qui Thelicæ fortissimum prœlium de proximo comminus cum penderet equuleo spectaverat extensus; idemque cum se voce sæpius repetita Christianum esse, & collectam fecisse fortiter proclamaret, emersit Fortunatianus [16] sanctissimæ martyris Victoriæ frater, vir sane togatus, sed a religionis Christianæ sanctissimo cultu ipsis temporibus alienus; qui suspensum in equuleo martyrem profanis vocibus hactenus arguebat: Hic est, ait, o domine, qui per absentiam patris nostri, nobis hic studentibus, sororem nostram Victoriam seducens, hinc de splendidissima Carthaginis civitate una cum secunda & Restituta ad Abitinensem coloniam secum usque perduxit, quique numquam domum nostram ingressus est nisi tunc, quando quibusdam persuasionibus puellares animos illiciebat. Sed non tulit Victoria clarissima martyr Domini collegam & commartyrem suum falso appeti Senatorem, statimque Christiana libertate prorumpens: Nullius, inquit, persuasione profecta sum, nec cum ipso ad Abitinas veni. Hoc possum per cives probare. Omnia mea sponte atque voluntate perfeci. Nam & in collecta fui, & dominicum cum fratribus celebravi, quia Christiana sum. Tunc impudens advocatus maledicta exaggerabat in martyrem. Et contra martyr gloriosus de equuleo cuncta vera responsione solvebat. Inter hæc Anulinus ardescens, premi ungulas in martyrem jubet. Statim carnifices nuda præparataque ictibus latera cruentis vulneribus invenerunt. Advolabant truces manus jussis velocibus leviores, secretaque pectoris, disruptis cutibus visceribusque divulsis, nefandis aspectibus profanorum adnixa crudelitate pandebant. Inter hæc martyris mens immobilis perstat; & licet membra rumpantur, divellantur viscera, latera dissipentur, animus tamen martyris integer inconcussusque perdurat. Denique dignita-

a *In dictis*] Comp. *in digitis*.

b *Objecit*] Al. *subjecit*.

c *De*] Al. *in*.

tis suæ memor Dativus, qui & Senator, tali voce preces Domino sub carnifice rabiente fundebat: O Christe Domine, non confundar. His dictis, beatissimus martyr quod a Domino poposcerat, tam facile meruit quam breviter postulavit.

VIII. Denique mox Proconsulis mente concussa, lingua, Parce [17], prosilivit [a]. Cessavere carnifices. Fas enim non erat martyrem Christi in commartyris suæ Victoriæ caussa torqueri. Namque cum contra eum etiam Pompejanus suspicionis indignæ sævus accusator accederet, calumniosamque conjungeret actionem, despectus a martyre est & retusus [b]. Quid agis hoc in loco, diabole? Quid contra martyres Christi adhuc usque conaris? A Senatore Domini ac martyre & potestas simul & forensis rabies superata est. Sed quoniam debuerat clarissimus martyr etiam pro Christo torqueri, cum interrogatus utrum in collecta fuisset, profiteretur constanter & diceret cum collecta fuisset se supervenisse, & dominicum cum fratribus congrua religionis devotione celebrasse, auctoremque ejusdem collectionis sanctissimæ non [c] unum fuisse, in sese Proconsulem rursus acrius excitavit; cujus recrudescente sævitia, geminata martyris dignitas iterato ungulis sulcantibus exaratur. At martyr inter vulnerum cruciatus sævissimos pristinam suam repetens orationem, Rogo, ait, Christe, non confundar. Quid feci? Saturninus est Presbyter noster.


IX. Ejus cum latera, duri trucisque carnificis magistra crudelitate monstrante, aduncis ungulis raderent, Saturninus presbyter ad prœlium postulatur: quique cœlestis regni contemplatione considerans parva admodum ac lævia suos commartyres sustinere, congredi etiam ipse taliter cœpit. Nam dicente Proconsule: Tu contra jussionem Imperatorum & Cæsarum fecisti, ut hos omnes colligeres? respondit Presbyter Saturninus, Domini Spiritu suggerente: securi Dominicum celebravimus. Proconsul ait: Quare? Respondit: Quia non potest intermitti dominicum. Qui mox ut hæc dixit, contra Dativum statim jubetur aptari. Spectabat interea Dativus lanienam corporis sui potius quam dolebat; & cujus ad Dominum mens animusque pendebat, nihil dolorem corporis æstimabat; sed tantum ad Dominum precabatur dicens: Subveni rogo Christe, habe pietatem, serva animam meam, custodi spiritum meum, ut non confundar. Rogo Christe, da sufferentiam. Cui cum a Proconsule diceretur: Ex hac splendidissima civitate magis debueras alios ad bonam mentem vocare, & non contra præceptum Imperatorum & Cæsarum facere, fortius atque constantius acclamabat: Christianus sum. Qua voce diabolus superatus, Parce, inquit. Simulque illum in carcerem trudens, passioni condignæ martyrem reservavit.

X. At vero Presbyter Saturninus recenti martyrum sanguine delibutus [d], cum penderet in equuleo, admonebatur in eorum fide persistere, in quorum cruore perstabat. Hic cum interrogaretur utrum auctor ipse esset & omnes ipse adunasset, & diceret: Etiam; ego præsens in collecta fui: Emeritus lector ad certamen exsiliens, congrediente Presbytero: Ego sum auctor, inquit, in cujus domo collectæ factæ sunt. At Proconsul qui jam toties victus fuerat, impetus Emeriti perhorrebat; & tamen in Presbyterum versus: Quare contra præceptum faciebas, inquit [18], Saturnine? Cui Saturninus: Intermitti dominicum non potest, ait. Lex sic jubet. Tunc Proconsul: Non tamen debuisti prohibita contemnere, sed observare potius, & non rem facere contra præceptum Imperatorum. Et meditata jamdiu in martyribus voce, tortorem sævire commonuit [19]; cui non pigro paretur obsequio. Nam carnifices in senile corpus Presbyteri ruunt, & grassante rabie, rupta nervorum connexione, discerpunt illud in gemiscenda supplicia & novi generis in sacerdotem Dei exquisita tormenta. Videres quasi in pabulum vulnerum fame rabida sævire carnifices, apertisque visceribus, ad horrorem videntium inter ruborem sanguinis, ossa nudata pallere, & ne inter moras torquentium, exclusa anima corpus supplicio pendente desereret, tali voce Dominum presbyter precabatur: Rogo, Christe, exaudi me. Gratias tibi ago Deus. Jube me decollari. Rogo Christe, miserere. Dei Fili subveni. Cui Proconsul: Quare contra præceptum faciebas? Et Presbyter: Lex sic jubet, lex sic docet, inquit. O admiranda satis ac prædicandi Presbyteri doctoris divina responsio! Legem sanctissimam etiam in tormentis Presbyter prædicat, pro qua libenter supplicia sustinebat. Legis denique voce deterritus Anulinus, Parce, inquit; eumque in custodiam carceris redigens, exoptato supplicio destinavit.

XI. At vero Emerito applicito: In tua, inquit Proconsul, domo collectæ factæ sunt contra precepta Imperatorum? Cui Emeritus sancto Spiritu inundatus: In domo mea, inquit, egimus dominicum. At ille: Quare permittebas, ait, illos ingredi? Respondit: Quoniam fratres mei sunt, & non poteram illos prohibere. Sed prohibere, inquit, illos debuisti. At ille: Non poteram [e], quoniam sine dominico non possumus. Statim etiam ipse in equuleo jubetur extendi extensusque vexari. Qui cum validos ictus innovato carnifice pateretur: Rogo, ait, Christe subveni mihi. Contra præceptum Dei facitis, o infelices. Et interloquendo Proconsul: Non oportuerat te, inquit, eos suscipere. Respondit: Non poteram nisi susciperem fratres meos. At Proconsul sacrilegus: Sed prior, inquit, erat jussio Imperatorum & Cæsarum. Contra religiosissimus martyr: Deus, inquit, major est non Imperatores. Rogo Christe, tibi laudes refero. Christe Domine, da sufferentiam. Cui talia precanti hæc Proconsul injecit: Habes ergo scripturas aliquas in domo tua? Et respondit: Habeo, sed in corde meo. Et Proconsul: In domo tua, inquit, habes, an non? Emeritus martyr ait: In corde meo illas habeo. Rogo Christe, tibi laudes. Libera me, Christe, patior in nomine tuo. Breviter patior, libenter patior. Christe Domine, non confundar. O martyrem Apostoli memorem, qui legem Domini conscriptam habuit, non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. O martyrem legis sacræ idoneum diligentissimumque custodem, qui traditorum facinus perhorrescens, scripturas dominicas, ne perderet, intra secreta sui pectoris collocavit. Quo cognito, Proconsul: Parce, inquit. Ejusque professionem in memoriam [20] una cum ceterorum confessionibus redigens: Pro meritis vestris omnes, inquit, secundum confessionem vestram pœnas meritas persolvetis.

a *Prosilivit*] Id est, *dixit*.
b *Retusus*] Al. *percussus*.
c *Non*] In al. deest *non*.
d *Delibutus*] Al. *delibuto*.
e *Poteram*] Al. *potui*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



XII. Sed jam ferina rabies ore cruento tormentis martyrum saginata languebat. Sed cum Felix nomine & passione processisset in prœlium, aciesque Domini omnis incorrupta invictaque perstaret, tyrannus mente prostratus, voce demissus, anima & corpore dissolutus: Spero vos, inquit, hanc partem potius eligere, qua possitis vivere, ut jussiones conservetis. Contra quæ confessores Domini, invicti martyres Christi, tamquam ex uno ore dixerunt: Christiani sumus, non possumus nisi Domini legem sanctam usque ad effusionem sanguinis custodire. Qua voce percussus inimicus Felici dicebat: Non quæro utrum Christianus sis, sed an collectam feceris, vel scripturas aliquas habeas. O stulta judicis & ridenda interrogatio! Christianus, inquit, utrum sis tace. Et addidit: Si in collecta fuisti responde. Quasi Christianus sine dominico esse possit, aut dominicum sine Christiano celebrari. An nescis, Satanas, in dominico Christianum, & in Christiano dominicum constitutum, ut nec alterum sine altero valeat esse? Cum nomen audieris, frequentiam Domini disce; & cum collectam audieris, nomen agnosce. Denique cognosceris a martyre & rideris, tali responsione confunderis. Collectam, inquit, gloriosissime celebravimus, ad scripturas dominicas legendas in dominicum convenimus semper. Qua confessione confusus [21] graviter Anulinus, fustibus cæsum exanimem, cælesti Concilio, martyrem properantem ad siderea [22] tribunalia, expleta passione, consociat. Sed Felicem alius sequitur Felix nomine pariter & confessione atque ipsa passione consimilis. Pari etenim virtute congressus, etiam ipse fustium illisione quassatus, animam in tormenta carceris ponens, superioris Felicis est martyrio copulatus.

XIII. Post hos suscepit certamen Ampelius custos legis, scripturarumque divinarum fidelissimus conservator. Hic quærenti Proconsuli an in collecta fuisset, hilaris atque securus alacri voce respondit: Cum fratribus feci collectam, dominicum celebravi; & scripturas dominicas habeo mecum, sed in corde meo conscriptas. Christe, tibi laudes refero. Exaudi Christe. Qui cum hæc dixisset, cervicibus contusus, in carcerem quasi jam in dominicum tabernaculum lætus cum fratribus relegatur [a]. Hunc sequitur Rogatianus: qui confessus Domini nomen, supradictis fratribus jungebatur illæsus. Quintus vero applicitus, nomen Domini egregie magnificeque confessus, cæsus fustibus in carcerem truditur, condigno martyrio reservatus. Hunc sequebatur & Maximianus [23], in confessione par, in congressione consimilis, in victoriæ triumphis æqualis. Post quem junior Felix spem salutemque Christianorum dominicum esse proclamans, cum similiter etiam ipse fustibus cæderetur: Ego, inquit, devota mente celebravi dominicum, collectam cum fratribus feci, quia Christianus sum. Qua confessione supradictis fratribus meruit etiam ipse sociari.


XIV. At junior Saturninus, martyris Saturnini Presbyteri sancta progenies, in certamen optatum festinus accessit, approperans patris virtutibus gloriosissimis adæquari. Cui cum Proconsul furibundus diabolo suggerente dixisset: Et tu, Saturnine, interfuisti? Respondit Saturninus: Christianus sum. Non a te quæro hoc, ait, sed utrum egeris dominicum. Cui respondit Saturninus: Egi dominicum, quia Salvator est Christus. Quo nomine Salvatoris audito, Anulinus exarsit, & in filium patrium instaurat equuleum. Extensoque Saturnino: Quid, inquit, Saturnine profiteris? Vides ubi positus sis. Habes scripturas aliquas? Respondit, Christianus sum. Proconsul vero ait: Ego quæro an conveneris, & an scripturas habeas? Respondit, Christianus sum. Aliud non est nomen quod post Christum oporteat nos sanctum observare. Qua confessione diabolus inflammatus: Quoniam permanes, inquit, in obstinatione tua, etiam tormentis oportet te affici. Dic an aliquas scripturas habeas? Et ad officium dixit: Vexa illum. Ibant in adolescentis latera paternis vulneribus lassati tortores, & adhuc humectantem in ungulis patrium sanguinem cognato filii cruori miscebant. Videres per hiantium vulnerum sulcos de lateribus nati, antea genitoris sanguinem fluere, & cruorem filii paterno permixtum ungulis rorantibus emanare. At juvenis genuini [b] sanguinis admixtione recreatus, medelam potius quam tormenta sentiebat & recepta in tormentis fortitudine, fortissimis vocibus exclamabat: Scripturas dominicas habeo, sed in corde meo. Rogo, Christe, da sufferentiam. Spes est in te [c]. Anulinus inquit: Quare contra præceptum faciebas? Respondit: Quia Christianus sum. Quo audito, Parce, inquit. Et statim cessante tormento, in patrium consortium relegatur.

XV. Interea mergebat [d] in noctem horis labentibus dies, & consumtis cum sole tormentis, defecit atra [e] tortorum rabies, & cum sui judicis crudelitate languebat. Sed legiones dominicæ, in quibus Christus, perpetuum lumen, annorum cælestium corusco splendore fulgebat, fortius atque constantius in certamina prosiliebant. Cum vero adversarius Domini tot martyrum prœliis gloriosissimis victus, tantisque ac talibus congressionibus superatus, desertus a die, comprehensus a nocte, deficiente jam carnificum rabie, profligatus cum singulis congredi ulterius non valeret, totius exercitus Domini animos percontatur, devotasque Confessorum mentes tali interrogatione propulsat: Vidistis, inquit, eos qui perseveraverunt, quid sustinuerunt, vel quid in sua confessione perstantes adhuc habeant sustinere. Et ideo qui vult vestrum ad indulgentiam pervenire, ut salvus esse possit, profiteatur. Ad hæc confessores Domini, gloriosi martyres Christi, læti ac triumphantes simul, non ex Proconsulis dictis, sed ex victoria passionis Spiritu sancto ferventes, fortius clariusque tamquam uno ex ore dixerunt: Christiani sumus. Qua voce prostratus est diabolus, & concussus [f] Anulinus confususque, omnes in carcerem trudens, sanctos illos martyrio destinavit.

XVI. Et ne devotissimus feminarum sexus florentissimusque sacrarum virginum chorus certaminis tanti gloria privaretur, omnes feminæ, Christo Domino auxiliante, in Victoria congressæ sunt & coronatæ. Etenim Victoria sanctissima feminarum, flos virginum, decus & dignitas confessorum, honesta natalibus, religione sanctissima, moribus temperata, in qua naturæ bonum candida pudicitia relucebat, respondebatque pulcritudini corporis fides pulcrior mentis & integritas sanctitatis, ad secundam palmam restitutam se in Domini martyrio lætabatur. Huic namque ab infantia jam clara pudicitiæ signa fulgebant, & in rudibus jam annis apparebat rigor castissimus mentis, & quædam digni-

a *Relegatur*] Al. *religatur*.
b *Genuini*] Ed. *gemini*.
c *In te*] Ed. *vitæ*.

d *Mergebat*] Forte *vergebat*.
e *Defecit atra*] Boll. *defatigata*.
f *Concussus*] Al. *concidit*.



tas futuræ passionis. Denique postquam plena virginitas adultum ætatis tempus explevit, cum puella nolens & reluctans in nuptias a parentibus cogeretur, invitæque sibi traderent sponsum parentes, ut prædonem fugeret [24], clam se se per præceps puella dimittit; aurisque famulantibus supportata, incolumis gremio terræ suscipitur. Neque fuerat postmodum etiam pro Christo Domino passura, si pro sola tunc pudicitia moreretur. Liberata igitur nuptialibus tædis, illusoque simul cum parentibus sponso, media pene de ipsa nuptiarum frequentia prosiliens, ad ædem pudicitiæ portumque pudoris Ecclesiam intacta virgo confugit, ibique consecrati Deo dicatique capitis in perpetua virginitate sacratissimum crinem [25] inconcusso pudore servavit. Hæc ergo ad martyrium properans, florem pudicitiæ palmam triumphali dextera præferebat. Namque interroganti Proconsuli quid profiteretur, clara voce respondit: Christiana sum. Et cum a Fortunatiano fratre togato ejusque defensore vanis argumentationibus mente capta esse diceretur, Victoria respondit: Mens mea est, numquam mutata sum. Ad hæc Proconsul: Vis ire, inquit, cum Fortunatiano fratre tuo? Respondit: Nolo, quia Christiana sum; & illi sunt fratres mei qui præcepta Dei custodiunt. O puellam divinæ legis auctoritate fundatam! O virginem gloriosam æterno Regi merito consecratam! O beatissimam martyrem evangelica professione clarissimam, quæ dominica voce respondit: Hi sunt fratres mei qui præcepta Dei custodiunt. Quibus auditis, Anulinus deposita judicis auctoritate, ad puellæ persuasionem descendit. Consule tibi, inquit. Vides enim fratrem tuum providere cupientem saluti tuæ. Cui martyr Christi: Mens mea est, inquit, numquam mutata sum. Nam & in collecta fui, & dominicum cum fratribus celebravi, quia Christiana sum. Mox cum hæc Anulinus audisset, furiis agitatus exarsit, & puellam sacratissimam martyrem Christi in carcerem una cum ceteris selegans, passioni omnes dominicæ reservavit.

XVII. Sed Hilarianus adhuc supererat, unus de natis presbyteri martyris Saturnini, qui ætatem suam parvulam ingenti devotione vincebat. Hic patris fratrumque triumphis approperans jungi, diras tyranni minas non tam exhorruit quam in nihilum duxit. Huic cum diceretur, Patrem tuum aut fratres tuos secutus es? subito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & angustum pueri pectus ad confessionem Domini totum aperitur in voce respondentis: Christianus sum, & mea sponte atque voluntate cum patre meo & cum fratribus feci collectam. Audiebas patris Saturnini martyris vocem per dulcis filii meatus exire, & confitentem Christum Dominum linguam de fratris exemplo securam [a]. Sed Proconsul stultus, non intelligens contra se non homines sed Deum in martyribus dimicare, nec quia in puerilibus annis ingentes animos sentiebat, putabat puerum tormentis infantiæ posse terreri. Denique amputabo, inquit, & comam [26] tibi & nasum & auriculas, & sic te dimitto. Ad hæc Hilarianus puer, patris fratrumque virtutibus gloriosus, qui jam didicerat a majoribus suis tormenta contemnere, clara voce respondebat: Quidquid facere volueris, fac, quia Christianus sum. Mox in carcerem recipi etiam ipse jubetur; ingentique cum gaudio vox Hilariani auditur dicentis; Deo gratias. Hic certaminis magni pugna perficitur, hic diabolus superatur & vincitur, hic martyres Christi de passionibus futuræ gloriæ æterna congratulatione lætantur [27].

1. Ita Cod. Comp. alii mss. cum editis, *repererat*.

2. Sic cum 2. mss. Henschenianis Cod. Comp At alii editi & mss. *Alutinensi*: & sic ubicumque in Actis hoc nomen repetitur. Porro Alutina, si urbs umquam fuit, ignota est: Abitina vero civitas est episcopalis in provincia proconsulari, cujus episcopi Victor & Maximus memorantur in collatione Carthag. Vide August. lib. 7. contra Donatist. & lib. 3. contra epist. Parmeniani. Quin & Concilio Carthag. sub S. Cypriano adfuit Saturninus episcopus *ab Avitinis*.

3. Sic mss. Colbert. 1. Trevir. apud Henschenium & Cælestin. At Comp. habet, *Octavii*. Ceteri mss. & editi, *Occani*.

4. Sic Comp. cum Boll. alii, *dominica sacramenta*.

5. Boll. *Primæva*. At legendum *Prima*, *Eva*, ut ex mss. patet, & ex Kalendario Carthaginiensi, ubi 3. Kal. Sept. sic habetur, *Felicis*, *Evæ & Regiolæ*. Baron. & Surius pro *Eva*, habent *Fua*. Cod. Floriac. *Euva*.

6. Bar. *Datus*. Baluz. *Elautus*, mss. Fuliensis & Pratell. *Clautus*.

7. Videntur esse diversæ Margarita & Major. Non enim est altera Margarita.

8. Baluz. cum mss. Ful. & Pratell. *Victorianus*.

9. Boll. heic *Heredina*. In titulo, *Betedina*, ms. Pratel. *Hecretina*.

10. Soli Boll. habent, *item*. Unde Baluz. *secunda Matrona*, quasi altera Matrona.

11. Soli Boll. habent, *ipsius*.

12. Sic cod. Comp. & recte ut patet non solum ex n. 7. & 8. infra; sed ex ipsomet Augustino in Breviculo collationis die 3. cap. 17. *Sicut ipsis gestis martyrum monstrabatur, qui confitebantur in passionibus suis se collectam & dominicum egisse*. Utrumque distinguere videtur Tertull. lib. de fuga: *Sed quomodo colligemus? quomodo dominica solemnia celebrabimus?* Collecta cuilibet conventui competit; dominicum vero designat sacra mysteria. Cyprian. epist. ad Cæcilium: *Numquid ergo dominicum post cœnam celebrare debemus, ut sic mysticum calicem, &c.* Porro Boll. habent, *collectam sive dominicum*; aliæ edit. & mss. *collectam dominicam*.

13. Sic Comp. alii mss. & edit. *Præparare*. Officii nomine designantur publici ministri, qui proconsulibus, præsidibus aut Magistratibus in publicis muniis inserviebant; hinc Officiales.

14. Comp. & Cælest. *Tazelita*. Pratell. *Talezita*; & sic deinceps, licet in generali enumeratione, ut ceteri habeant *Thelica*.

15. Boll. *victrix anima*. Baron. autem & Surius *sermone victor proclamavit*.

16. Nomen non exprimitur apud Baron. Sur. & Baluz. nec in mss. Fuliensi & Pratell. Aliqui codd. habent *Fortunatius*.

17. Aliæ edit. *Lingua volente parcere*. Codd. Fulienſ. & Comp. *Proconsul . . . . . linguæ nolenti parcere*, Baluz. *volenti*.

18. Boll. addunt, *secundum quod profiteris*. Comp. pro *profiteris*, habet, *poteras*.

19. Baluz. & Pratell. *terrorem iræ suæ commovit*.

20. Heic memoriæ nomine videtur intelligi codex in quo describebantur caussæ forenses, quæ coram proconsule agebantur. Hinc memoriales dicti qui ejusmodi instrumenta servabant. De memorialibus videsis Glossar. Cang.

21. Boll. *qua professione concussus*.

22. Boll. *prope ante ipsa tribunalia*.

23. Boll. & Comp. *Maximus*.

24. Baluz. & aliquot mss. *invitamque tradere sponso prædo suggereret*.


25. Hinc colligit Baluzius, virginitatem professas tunc comam non deposuisse. Idem probatur ex Optato lib. 6. & Ambrosio ad virginem lapsam cap. 8. Alia erat consuetudo in Ægypto & Syria, ut refert Hieronymus epistola ad Sabinianum. De hac re vide Menardum nostrum in notis ad Sacramentarium Gregorianum pag. 212. & Hist. monastic. Orientis lib. 1. cap. 12.

26. Sic Baluz. ex cod. Colb. consentiunt codd. Ful. & Pratell. At edit. habent, *collum*, sed quei collo amputato posset dimitti? Cod. Com. *Amputabo tibi nasum*.

27. Multa sequuntur, contra Mensurium & Cæcilianum ejus diaconum postea in sede Carthaginiensi successorem a Donatistis conficta, quæ ideo omittimus.

a *Securam*] Al. ed. & mss. *secuturam*.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



An. 303. & 304.

IV.

GESTA PURGATIONIS[1]

FELICIS EPISCOPI APTUNGITANI,

Qui ordinavit Cæcilianum episcopum Carthaginiensem, habita Carthagini apud Ælianum Proconsulem Africæ, Volusiano & Anniano Coss.

Edita a Papirio Massono, nec non ad finem OPTATI, *& a Baluzio* Miscell. *tom.* II. *p.* 81. *ex veteri ms. olim bibl. Thuanæ, nunc Colbertinæ.*

Desunt plurima.

. . . .

. in municipio Autumnitanorum Gallienus Duumvir dixit: Quoniam præsens es, Cæciliane, audi litteras domini mei Ælii Paullini viri spectabilis agentis vicariam præfecturam, quid jubere sit dignatus secundum epistolam ad nos datam, quæ declarare te compellit & scribam quem habuisti tunc temporis administrationis tuæ, & tabularium. Sed quoniam tabularius ejus temporis vita functus est, & omnes actus administrationis tuæ secundum fidem litterarum ejusdem mei domini tecum perferre debebis, & ad coloniam Carthaginensem cum scriba tuo proficisci necesse est. Præsens est Curator, sub cujus præsentiam vos compellimus. Quid ad hoc respondes? Cæcilianus dixit: Mox ad me epistolam Ælii Paullini viri spectabilis agentis vicariam præfecturam pertulistis, statim ad scribam Miccium misi ut veniret & acta ipsius temporis confecta mihi obtulisset, & usque adhuc inquirit quoniam non modicum tempus est ex quo duumviratum administravi, anni sunt undecim. Itaque cum invenerit, parebo tanto præcepto. Gallienus Duumvir dixit: Tua interest jussioni parere. Vides enim jussionem esse sacram. Cæcilianus dixit: Devotus sum tanto præcepto. Item cum paullo post scriba Miccius supervenisset, Fuscius Duumvir dixit: Audisti & tu, Micci, quod & tu una cum Cæciliano necessarius es ire ad officium viri spectabilis Vicarii, instructionem ejus temporis ut vobiscum perferatis. Ad hæc quid dicis? Miccius respondit: Magistratus suppleto anno omnes actus suos domum suam tulit: si mei in cera possint inveniri inquiro. Et cum quæreret, Quintus Sisenna Duumvir dixit: Quod cognovit officium respondit. Apronianus dixit: Si omnes actus suos tulerat magistratus, unde acta quæ tunc emissa erant, vel confecta tanto tempore? Et cum diceret, Ælianus Proconsul dixit: Et mea interrogatio & singularum personarum responsio actis continetur. Agesilaus dixit: Sunt præterea & aliæ epistolæ huic rei necessariæ. Interest ut legantur. Ælianus Proconsul dixit: Lege Cæciliano audiente, ut agnoscat an ipse dictaverit. Agesilaus recitavit. Volusiano & Anniano Consulibus, XIIII. Kalendas Septembris in jure apud Aurelium Didymum Speretium sacerdotem Jovis optimi maximi Duumvirum splendidæ coloniæ Carthaginensium Maximus dixit: Loquor nomine seniorum Christiani populi catholicæ legis. Apud maximos Imperatores caussa agenda erit contra Cæcilianum & Felicem, qui principatum ejusdem legis omnia conantur invadere. Contra ipsos documenta criminum ejus conquiruntur. Nam cum persecutio esset indicta Chri-
A stianis, id est, ut sacrificarent, aut quascumque scripturas haberent, incendio traderent, Felix, qui tunc episcopus fuit Autumnos, consensum adtulerat ut de manu Galatii scripturæ traderentur, ut igni concremari possent; & erat tunc temporis magistratus Alfius Cæcilianus, quem præsentem videre dignaris. Et quoniam ejus temporis officium incumbebat ut ex jussione proconsulari omnes sacrificarent, & si quas scripturas haberent, offerrent secundum sacram legem. [2] Quæso, secundus senex est, & senem vides, & non potest ad comitatum sacrum pergere, apud acta deponat utrumne jam de pactione secundum ab eodem habita litteras dederit, & utrum ea quæ in litteris contu-
B lerit, vera sint; ut horum actus & fides in judicio sacro detegi possit. Adstanti Cæciliano Speretius Duumvir dixit: Audis quæ apud acta sint deposita? Alfius Cæcilianus dixit: Zama ieram propter lineas comparandas cum Saturnino. Et cum venerimus illo, mittunt ad me in prætorio ipsi Christiani, ut dicerent: Sacrum præceptum ad te pervenit? Ego dixi: Non, sed vidi jam exempla. Et Zama & Furnis dirui basilicas & uri scripturas vidi. Itaque proferte si quas scripturas habetis, ut jussioni sacræ pareatur. Tunc mittunt in domum episcopi Felicis, ut tollerent inde scripturas, ut exuri possent secundum sacrum præceptum. Sic Galatius nobiscum perrexit ad locum ubi orationes celebra-
C re consueti fuerant. Inde cathedram tulimus & epistolas salutatorias, & ostia omnia combusta sunt secundum sacrum præceptum. Et cum ad domum ejusdem Felicis episcopi mitteremus, renuntiaverunt officiales publici illum absentem esse. Nam cum posteriori tempore adveniret Ingentius scriba Augentii, cum quo ædilitatem administravi, dictavi epistolam eidem collegæ quam feci ad eumdem episcopum Felicem. Maximus dixit: Præsens est. Eadem epistola ei offeratur, ut eamdem recognoscat. Respondit: Ipsa est. Maximus dixit: Quoniam recognovit epistolam suam, hanc lego, & oro plena actis inseratur. Et recitavit. *Cæcilianus parenti Felici salutem. Cum Ingentius collegam meum Au-*
D *gentium amicum suum conveniret & inquisisset anno duoviratus mei an aliquæ scripturæ legis vestræ secundum sacram legem adustæ sint, * quam Galatius unus ex lege vera publice epistolas salutatorias de basilica protulerit. Opto te bene valere.*
„ Hoc signum, quod deprecatorium ad me miserant Christiani, & ipse cujus est prætorium, & dixisti: Tolle clavem, & quos inveneris in cathedra libros & super lapide codices, tolle illos. Sane vide officiales ne tollant oleum & triticum. Et ego dixi tibi: Tu nescis quia ubi scripturæ inveniuntur, ipsa domus diruitur? Et

1. Quæ in his Gestis narrantur, pertinent ad tempus persecutionis ann. 303. & 304. licet conscripta ferantur ann. 314.

2. *Quæso, secundus senex est*] In ms. *secundum sens est*. Legendum videtur: *Cæcilianus senex est*.

„ dixisti: Quid ergo faciemus? Et dixi ego vo- „ bis: Tollat aliquis de vestris in area ubi ora- „ tiones facitis, & illic ponantur. Et ego venio „ cum officialibus, & tollo. Et nos illo veni- „ mus, & omnia tulimus secundum sacrum præce- „ ptum. „ Maximus dixit: Quoniam ejus epistolæ lectio apud acta recitata est, quam ipse agnovit se misisse, quæ dixit quæsumus actis hæreant. Speretius Duumvir dixit: Quæ dixisti scripta sunt. Agesilaus dixit: Ad præsente epistolam recognovit; residuam partem, quam nunc legit, falsam esse dicit. Cæcilianus dixit: Domine, usque ad hoc dictavi usque quo habet: *Opto te, parens carissime, bene valere*. Apronianus dixit: Semper sic falsum per terrorem, per scenam, per inreligiosam mentem actum est ab his qui Catholicæ Ecclesiæ consentire noluerunt. Nam Paullino hic administrante vices Præfectorum, subornatus est quidam privatus homo, qui modum cursoris haberet, qui ad Catholicæ unitatem veniret; atque eos induceret & terreret. Detecta igitur factio est. Nam componebatur Felici religiosissimo episcopo per mendacium ut videretur scripturas prodidisse & exussisse. Ingentius quidem, cum hoc totum, quidquid agebat, obesset sanctitati & religioni Cæciliani, subornatus est ut veniret cum litteris veluti Felicis episcopi ad Cæcilianum Duumvirum, & ei confingeret a Felice se esse mandatum. Dicat ipsa verba quibus hoc est confictum. Ælianus Proconsul dixit: Dic. „ Apronianus dixit: Dic, inquit, „ Cæciliano amico meo quod codices accepi pre- „ tiosos deificos XI. quiaque me nunc convenit ut „ illos restituam, dic quod anno magistratus tui „ eos exussetis, ne reddam illos. „ Qua de re igitur de Ingentio quærendum est, quatenus hæc machinata sint ac fabricata, & quatenus voluerit circumscribere magistrum [1] ad mendacium, ut Felicem aspergeret infamia, dicat a quo missus sit verumtamen machinationem istam in conscientiam Felicis, quo Cæciliani pudori & initio derogaret. Est enim quidam qui per Mauritaniam & Numidiam legatus missus sit ex diversa parte. Et adstante Ingentio, Ælianus Proconsul dixit: Cujus præcepto ea suscepisti agenda quæ tibi objiciuntur? Ingentius dixit: Ubi? Ælianus Proconsul dixit: Quoniam fingis te non intelligere quod interrogaris, dicam apertius. Quis te ad magistratum Cæcilianum misit? Ingentius dixit: Nemo me misit. Ælianus Proconsul dixit: Quomodo ergo venisti ad magistratum Cæcilianum? Ingentius dixit: Cum venissemus, & ageretur causa Mauri ab Utica episcopi, qui episcopatum sibi redemit, ad urbem ascendit Autumnitanus episcopus Felix ut tractaret, & dixit: Nemo communicet, quia falsum admisit. Et dixi illi ego e contra: Nec tibi, nec illi qui traditor es. Dolui enim caussam Mauri hospitis mei, quia communicaveram cum illo in peregre, quia evasi persecutionem. Exinde ibi in patria ipsius Felicis, duxi mecum tres seniores, ut viderent an verum tradidisset, an non. Apronianus dixit: Non ita venit ad Cæcilianum quærere de Cæciliano. Ælianus Proconsul Cæciliano dixit: Quomodo ad te venit Ingentius? Cæcilianus respondit: Domi ad me venit: prandebam cum operariis: venit illuc: stetit in janua. Cæcilianus ubi est, dixit? Respondi: Hic. Ego dico ei: Quid est? Omnia recte? Omnia, dicit. Respondi illi: Si non fastidis prandere, veni, prande. Dicit mihi: Revertor huc. Venit illuc solus. Dicere mihi cœpit: ecce sic mihi curare & inquirere an adusta fuerit scriptura anno duoviratus


A mei. Dico illi ego: Molestus es mihi, tu homo immissus es: laxa hinc te a me. Et sprevi illum a me. Et venit illo iterato cum collega meo, cum quo fui Ædilis. Ait mihi collega meus: & Felix noster episcopus misit hunc hominem ut facias illi litteras quia accepit codices pretiosos, & noluit revocare illos. Scribas illo [2] quod anno duoviratus tui combusti sunt. Et dixi ego: Hæc est fides Christianorum? Ingentius dixit: Domine, veniat & Augentius. Et ego honorificus sum, & honor meus pereat, & hujus latera habemus. Ælianus Proconsul Ingentio dixit: Revinceris alio titulo. Ælianus Proconsul dixit ad officium: Apta illum. Cumque aptaretur, Ælianus Proconsul dixit: Suspendatur. Cumque B suspenderetur, Ælianus Proconsul Cæciliano dixit: Quomodo ad te Ingentius venit? Respondit: Misit huc me Felix, dixit, noster, ut scribas illo, quia est unus perditus, nescio qui, habens penes me codices pretiosissimos, & nolo illos restituere. Itaque fac litteras quia adusti sunt, ne revocem illos. Et ego dixi: Christiani fides hæc est? Et cœpi illum corripere. Et ait collega meus: Scribe illo Felici nostro. Et sic ego epistolam dictavi, quæ paret usquequo dictavi. Ælianus Proconsul dixit: Audi sine metu recitationem epistolæ tuæ. Recognosce quousque dictaveris. Agesilaus recitavit. *Opto te, parens carissime, multos annos bene valere*. Ælianus Proconsul Cæciliano dixit: Hucusque C dictasti? Respondit: Huc usque: reliquum falsum est. Agesilaus recitavit. „ Hoc signo quod de præ- „ torium ad me misisti nisi ego & tu & cujus est „ prætorium, & dixit: Tolle clavem, & quos in- „ venies in cathedra libros & super lapide codi- „ ces, tolle illos. Sane vide officiales ne tollant „ oleum & triticum. Et ego dixi: Tu nescis quia „ ubi scripturæ inveniuntur, & ipsa domus dirui- „ tur? Et dixisti: Quid ergo faciemus? Et dixi „ ego vobis: Tollat aliquis de vobis in areis, ubi „ orationes facitis, & illic ponantur. Et ego ve- „ nio cum officialibus, & tollo. Et nos illo ve- „ nimus, & omnia tulimus secundum placitum, „ & adussimus secundum sacrum præceptum. Ma- D „ ximus dixit: Quoniam ejus epistolæ tenor etiam apud acta recitatus est, quam ipse agnovisse ac misisse dixit, quæsumus hoc actis tuis hæreat. Speretius dixit: Quæ dixistis scripta sunt. Cæcilianus respondit: Cillo [3] est falsum, quousque est epistola mea, quousque dixi: *Bene vale, parens carissime*. Ælianus Proconsul dixit: Quem dicis addidisse ad epistolam? Cæcilianus dixit: Ingentium. Ælianus Proconsul dixit: Professio tua actis hæret. Ælianus Proconsul Ingentio dixit: Torqueris, ne mentiaris. Ingentius dixit. Erravi, huic epistolæ ego addidi, dolens caussa Mauri hospitis. Ælianus Proconsul dixit: Constantinus Maximus semper Augustus & Licinius Cæsares ita pietatem Christianis E exhibere dignantur ut disciplinam corrumpi nolint, sed potius observari religionem istam & coli velint. Noli itaque tibi blandiri quod mihi dicas Decurionem te esse, ac propterea non possis torqueri. Torqueris, ne mentiaris, quod alienum Christianis esse videtur. Et ideo dic simpliciter, ne torquearis. Ingentius dixit: Jam confessus sum sine tormento. Apronianus dixit: Dignare de eo quærere qua auctoritate, quo dolo, qua insania circuierit Mauritanias omnes, Numidias etiam, qua ratione seditionem commoverit Catholicæ Ecclesiæ. Ælianus Proconsul dixit: Ad Numidias fuisti? Respondit: Non, Domine, sit qui probet. Ælianus Proconsul dixit: Nec in Mauritania? Re-

1. *Magistrum*] Forte *magistratum*.

2. *Illo*] Forte *illi*.

3. *Cillo*] Forte *ex illo*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



spondit: Negotiari illo fui. Apronianus dixit: Et in hoc mentitur, Domine, (nam ad Mauritaniæ situm nonnisi per Numidias pergitur) quatenus dicit se in Mauritania fuisse, non fuisse in Numidia. Ælianus Proconsul Ingentio dixit: Cuius conditionis es? Ingentius respondit: Decurio sum Ziquensium. Ælianus Proconsul ad officium dixit: Submitte illum. Quo submisso, Ælianus Proconsul Cæciliano dixit: Falsa dicis quæ dixisti. Cæcilianus respondit: Non Domine. Is qui scripsit epistolam, jube veniat. Amicus ipsius est. Ipse dicet quousque dictavi epistolam. Ælianus Proconsul dixit: Quis est ille quem venire desideras? Cæcilianus dixit: Augentium, cum quo fui Ædilis. Non possum probare nisi per ipsum Augentium, qui scripsit epistolam, quousque dictavi illi. Ipse dicere potest. Ælianus Proconsul dixit: Constat ergo falsam esse epistolam? Cæcilianus respondit: Constat, Domine, non mentior in sanguine meo. Ælianus Proconsul dixit: Cum duumviratum egeris in patria tua, oportet fidem verbis tuis habere. Apronianus dixit: Nec novum est illis hoc A facere. Ceterum & actis addiderunt quod voluerunt. Jam artificium est illis. Ælianus Proconsul dixit: Ex professione Cæciliani, qui acta falsata esse dicit atque epistolæ plurima addita, manifestum est qua voluntate hæc gesserit Ingentius. Et ideo recipiatur in carcerem. Est enim arctiori interrogationi necessarius. Felicem autem religiosum episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit quod religiosissimas scripturas tradiderit vel exusserit. Omnium enim interrogatio suprascripta manifestata est, nullas scripturas deificas vel inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse. Hoc actis continetur, quod Felix B Episcopus religiosus illis temporibus neque præsens fuerit, neque conscientiam accommodaverit, neque tale aliquid fieri jusserit. Agesilaus dixit: De his qui ad potestatem vestram instruendam venerunt quid jubet potestas tua? Ælianus Proconsul dixit: Revertantur ad sedes suas.

Explicit gesta purgationis Felicis Episcopi Autumnitani ordinatoris Cæciliani Carthaginis.

V.

An. 303. & 304.

[1] GESTA APUD ZENOPHILUM,
QUIBUS SILVANUM
A QUO MAJORINUS EST ORDINATUS
TRADITOREM FUISSE CONSTAT.


Edita ab iisdem ex eodem ms. De iis vide etiam AUGUSTINUM *lib.* III. *contra Cresconium cap.* XXIX. *n.* 33. *pag.* 451. *tom.* IX.

Incipiunt Gesta ubi constat traditorem Silvanum, qui cum ceteris ordinavit Majorinum, cui Donatus successit.

CONSTANTINO Maximo Augusto & Constantino juniore nobilissimo Cæsare Conss. Idibus Decembribus, Sexto Thamugadiensi inducto, & applicito Victore Grammatico, adsistente etiam Nundinario Diacono, Zenophilus vir clarissimus Consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Victor. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit: Professor sum Romanarum litterarum, Grammaticus Latinus. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Cujus dignitatis es? Victor dixit: Patre Decurione Constantiniensium [2], avo milite, in comitatu militaverat. Nam origo nostra de sanguine Mauro descendit. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Memor fidei & honestatis tuæ simpliciter designa quæ caussa fuerit dissensionis inter Christianos. Victor dixit: Ego dissensionis originem nescio: unus sum de populo Christianorum. Siquidem cum essem apud Carthaginem, Secundus episcopus cum Carthaginem tandem aliquando venisset, dicuntur invenisse Cæcilianum episcopum, nescio quibus non recte constitutum: illi contra alium instituerunt. Inde illic apud Carthaginem cœpta dissensio est; & inde originem scire dissensionis plene non possum, quoniam semper civitas nostra unam Ecclesiam habet, & si habuit dissensionem, nescimus omnino. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Silvano communicas? Victor respondit: Ipsi. Zenophilus V. C. Consularis dixit: C Cur ergo intermisso eo cujus innocentia purgata est? Et adjecit: Adseveratur præterea te aliud certissime scire, quod Silvanus traditor sit: de eo confitere. Victor respondit: Hoc nescio. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario Diacono dixit: Negat se Victor scire quod Silvanus traditor sit. Nundinarius Diaconus dixit: Scit ipse num tradidit codices. Victor respondit: Fugeram hanc tempestatem; &, si mentior, peream. Cum incursum pateremur repentinæ persecutionis, fugivimus in montem Bellonæ. Ego sedebam cum Marte Diacono; & Victor presbyter, cum ab eodem Marte quærerentur omnes codices, negavit se habere. Tunc Victor dedit nomina omnium lectorum. Ven- D tum est ad domum meam. Cum absens essem, ascensum est a magistratibus, & sublati sunt codices mei. Cum ego venissem, inveni codices sublatos. Nundinarius Diaconus dixit: Tu ergo respondisti apud acta, quoniam dedisti codices. Quare negantur hæc quæ prodi possunt? Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit: Simpliciter confitere, ne strictius interrogeris. Nundinarius Diaconus dixit: Legantur acta. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Legantur. Et dedit Nundinarius, & exceptor recitavit. „ Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Consulib. XIV. Kalendas Junias, ex „ actis Munatii Felicis flaminis perpetui Curatoris coloniæ Cirtensium. Cum ventum esset ad „ domum in qua Christiani conveniebant, Felix E „ flamen perpetuus Curator Paullo episcopo dixit: „ Proferte scripturas legis, & si quid aliud hic „ habetis, ut præcepto & jussioni parere possitis.

1. Confecta hæc Gesta anno 320. sed quæ continent, gesta sunt ann. 303. & 304.

2. *Constantiniensium*] Id est, *Cirtensium*.



SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.

,, Paullus episcopus dixit : Scripturas lectores ha-
,, bent, sed nos quod hic habemus, damus. Felix
,, flamen perpetuus curator Paullo episcopo di-
,, xit: Ostende lectores, aut mitte ad illos. Paul-
,, lus episcopus dixit : Omnes cognoscitis. Felix
,, flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Non
,, eos novimus. Paullus episcopus dixit : Novit
,, eos officium publicum, id est, Edesius & Junius
,, exceptores. Felix flamen perpetuus curator rei-
,, publicæ dixit : Manente ratione de lectoribus,
,, quos demonstrabit officium, vos quod hic habe-
,, tis date. Sedente Paullo episcopo, Montano,
,, & Victore, Deusatelio, & Memorio presbyte-
,, ris, adstante Marte cum Helio & Marte dia-
,, conis, Marcuclio, Catullino, Silvano, & Ca-
,, roso subdiaconis, Januario, Meraclo, Fructuo-
,, so, Miggine, Saturnino, Victore Samsurico, &
,, ceteris fossoribus, contrascribente Victore Aufi-
,, dii, in brevi sic: Calices duo aurei, item cali-
,, ces sex argentei, urceola sex argentea, cucu-
,, mellum argenteum, lucernæ argenteæ septem,
,, cereofala duo, candelæ breves æneæ cum lucer-
,, nis suis septem, item lucernæ æneæ undecim
,, cum catenis suis, tunicæ muliebres LXXXII. ma-
,, fortea XXXVIII. tunicæ viriles XVI. caligæ viriles
,, paria XIII. caligæ muliebres paria XLVII. coplæ
,, rusticanæ XIX. Felix flamen perpetuus curator
,, reipublicæ Marcuclio, Silvano, & Caroso fosso-
,, ribus dixit : Proferte hoc quod habetis. Silva-
,, nus & Carosus dixerunt: Quod hic fuit, totum
,, hoc ejecimus. Felix flamen perpetuus curator
,, reipublicæ Marcuclio, Silvano & Caroso dixit :
,, Responsio vestra actis hæret. Posteaquam per-
,, ventum est in bibliothecam, inventa sunt ibi
,, armaria inania. Ibi protulit Silvanus capitula-
,, tam argenteam & lucernam argenteam, quod
,, diceret se post orcam [a] eas invenisse. Victor
,, Aufidii Silvano dixit : Mortuus fueras, si non
,, illas invenisses. Felix flamen perpetuus curator
,, reipublicæ Silvano dixit : Quære diligentius, ne
,, quid hic remanserit. Silvanus dixit : Nihil hic
,, remansit, totum hoc ejecimus. Et cum aper-
,, tum esset triclinium, inventa sunt ibi dolia IV.
,, & orcæ sex. Felix flamen perpetuus curator
,, reipublicæ dixit : Proferte scripturas quas habe-
,, tis, ut præceptis Imperatorum & jussioni parere
,, possitis. Catulinus protulit codicem unum per-
,, nimium majorem. Felix flamen perpetuus cu-
,, rator reipublicæ Marcuclio & Silvano dixit :
,, Quare unum tantummodo codicem dedistis ?
,, Proferte scripturas quas habetis. Catulinus &
,, Marcuclius dixerunt : Plus non habemus, quia
,, subdiacones sumus : sed lectores habent codices.
,, Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Mar-
,, cuclio & Catulino dixit : Demonstrate nobis
,, lectores. Marcuclius & Catulinus dixerunt: Non
,, scimus ubi maneant. Felix flamen perpetuus
,, curator reipublicæ Catulino & Marcuclio dixit :
,, Si ubi manent non nostis, nomina eorum dici-
,, te. Catulinus & Marcuclius dixerunt : Nos non
,, sumus proditores: Ecce sumus, jube nos occidi.
,, Felix flamen perpetuus curator reipublicæ di-
,, xit : Recipiantur. Et cum ventum esset ad do-
,, mum Eugenii, Felix flamen perpetuus curator
,, reipublicæ dixit Eugenio : Profer scripturas quas
,, habes, ut præcepto parere possis, & protulit
,, codices quatuor. Felix flamen perpetuus cura-
,, tor reipublicæ Silvano & Caroso dixit : Demon-
,, strate ceteros lectores. Silvanus & Carosus di-

A ,, xerunt : Jam dixit Episcopus quia Edusius & Ju-
,, nius exceptores omnes noverunt. Ipsi tibi de-
,, monstrent ad domos eorum. Edusius & Junius
,, exceptores dixerunt : Nos eos demonstramus,
,, domine. Et dum ventum fuisset ad domum Fe-
,, licis sarsoris, protulit codices quinque. Et cum
,, ventum esset ad domum Victorini, protulit co-
,, dices octo. Et cum ventum fuisset ad domum
,, Projecti, protulit codices V. majores & mino-
,, res duos. Et cum ad Grammatici domum ven-
,, tum fuisset, Felix flamen perpetuus curator
,, Victori Grammatico dixit : Profer scripturas
,, quas habes, ut præcepto parere possis. Victor
,, Grammaticus obtulit codices duos & quiniones
B ,, quatuor. Felix flamen perpetuus curator Victori
,, dixit : Profer scripturas, plus habes. Victor
,, Grammaticus dixit : Si plus habuissem, dedis-
,, sem. Et cum ventum fuisset ad domum Euticii
,, Cæsarianensis, Felix flamen perpetuus curator
,, Euticio dixit : Profer scripturas quas habes, ut
,, præcepto parere possis. Euticius dixit: Non ha-
,, beo. Felix flamen perpetuus curator Euticio dixit :
,, Professio tua actis hæret. Et cum ventum fuis-
,, set ad domum Coddeonis, protulit uxor ejus
,, codices sex. Felix flamen perpetuus curator
,, reipublicæ dixit. Quære, ne plus habeatis : pro-
,, fer. Mulier respondit : Non habeo. Felix fla-
,, men perpetuus curator reipublicæ Bovi servo
C ,, publico dixit : Intra, & quære, ne plus ha-
,, beat. Servus publicus dixit : Quæsivi, & non
,, inveni. Felix flamen perpetuus curator reipu-
,, blicæ Victorino, Silvano, & Caroso dixit : Si
,, quid minus factum fuerit, vos contingit pericu-
,, lum. Quibus lectis, Zenophilus V. C. Consu-
laris Victori dixit : Confitere simpliciter. Victor
respondit : Non fui præsens. Nundinarius diaconus
dixit : Legimus epistolas episcoporum factas a
Forte, & legit exemplar libelli traditi episcopis
a Nundinario diacono. ,, Testis est Christus &
,, angeli ejus quoniam tradiderunt quibus com-
,, municastis, id est, Silvanus a Cirta tradi-
,, tor est & fur rerum pauperum. Quod omnes
D ,, vos episcopi, presbyteri, diacones, seniores
,, scitis de quadringentis follibus Lucillæ clarissimæ
,, feminæ, pro quo vobis conjurastis ut fieret Ma-
,, jorinus episcopus : & inde factum est schisma.
,, Nam & Victor fullo vestri præsentia & populi
,, dedit folles viginti ut factus esset presbyter :
,, quod scit Christus & angeli ejus.,, Et recitatum
est exemplum epistolæ. ,, Purpurius episcopus Sil-
,, vano coepiscopo in Domino salutem. Venit ad
,, me Nundinarius Diaconus filius noster, & pe-
,, tiit has litteras deprecatorias a me ad te, san-
,, ctissime, dirigerem, ut si fieri posset, pax inter
,, te & ipsum sit. Hoc enim volo fieri, ut nemo
,, sciat quid inter nos agatur. Si volueris, scripto
E ,, tuo [agatur] ut & ego solus ibi in re præ-
,, senti veniam, & dissensionem ipsam de inter
,, vos amputem. Manu sua enim mihi tradidit
,, libellum rei gestæ, pro qua caussa fuerit tuo præ-
,, cepto lapidatus [b]. Non est verum [c] ut pater
,, castiget filium contra veritatem, & scio quia
,, vera sunt quæ in libello mihi tradito sunt con-
,, scripta. Quære remedium quomodo poterit ibi
,, malignitas ista exstingui antequam flamma ex-
,, surgat, quæ post demum exstingui non poterit
,, sine sanguine spiritali. Adhibete conclericos &
,, seniores plebis Ecclesiasticos viros, & inquirant
,, diligenter quæ sunt istæ dissensiones, ut ea quæ

a *Orcam*] Apud August. *arcam*.

b *Lapidatus*] Id est, *degradatus*. c *Verum*] Forte *æquum*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.


„ fiunt fecundum fidei præcepta fiant. Non declinabis ad dextram vel ad finiftram. Libenter autem aurem commodare noli malis inftructoribus, qui nolunt pacem. Omnes nos occiditis, & *alia manu*, Vale. „ Item & exemplum epiftolæ. Purpurius epifcopus clericis & fenioribus Cirtenfium in Domino æternam falutem. Clamat Moyfes ad omnem fenatum filiorum Ifrael, dixitque illis, quæ Dominus jubeat fieri fine confilio feniorum nihil agebatur. Itaque & vos, cariffimi, quos fcio omnem fapientiam cæleftem & fpiritalem habere, omni veftra virtute cognofcite quæ fit diffenfio hæc, & perducite ad pacem. Dicit enim Nundinarius diaconus quod nihil vos lateat, unde hæc diffenfio eft inter cariffimum noftrum Silvanum & ipfum. Tradidit enim mihi libellum in quo omnia funt confcripta. Dixit enim & vos non latere. Ego fcio [1] quia auris non eft. Bonum quærite remedium quomodo exftinguatur hæc res fine periculo animæ veftræ: ne fubito cum perfonam accipitis, in judicio veniatis [2]. Juftum judicium inter partes judicate fecundum gravitatem veftram & juftitiam. Cavete vobis ne declinetis in dexteram neque in finiftram. Dei res agitur, qui fcrutatur cogitationes fingulorum. Elaborate nemo fciat quæ fit conjuratio hæc. Veftra [3] funt quæ libello continentur: non eft bonum. Dicit enim Dominus: [a] *Ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo juftificaberis.* Item alia recitata. Silvano fratri cariffimo Fortis in Domino æternam falutem. Venit ad me filius nofter Nundinarius diaconus, & retulit ea quæ inter te & illum contigerunt per malivoli interceffum, qui vult animas juftorum a via veritatis avertere. Cum hæc audirem, mente defectus fum, quod talis diffenfio inter vos venit. Dei enim facerdos ut ad hoc veniat, quod non nobis expediat fiat. Nunc ergo petite eum ut, quod poteft, cum ipfo pax Domini falvatoris Chrifti fit. Non ad publicum veniamus & a gentibus damnemur. Scriptum eft enim: [b] *Videte ne dum mordetis, & caufamini in invicem, ab invicem confumamini.* Ergo peto Dominum ut tollatur de medio noftrum hoc fcandalum, ut poffit res Dei cum gratiarum actione celebrari, Domino dicente: [c] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Quæ pax poterit effe ubi diffenfio, & æmulationes funt? Nam cum ego a milite effem aff. * feparatus & in illo veniffem, cum injuria tali, Deo commendavi animam meam, & remifi tibi, quia Deus videt mentes hominum & eorum, five a te ad illos perductus fum, fed Deus nos liberavit, & tecum fervimus. Ergo, ficuti dimiffum eft nobis, & vos reconciliamini paci, ut in nomine Chrifti poffimus cum gaudio pacem celebrare. Nemo fciat ...... [4] Fratribus & filiis, clero & fenioribus, Fortis in Domino æternam falutem. Venit ad me filius meus Nundinarius diaconus vefter, & retulit de ea quæ contra vos funt gefta, necnon utique a vobis debuit componi, ne ventum effet ut talem infaniam paffi, a quibus lapidarentur pro veritate, quod & vos & nos fcimus, ficuti nobis retuliftis & fcriptum eft: [d] *Non eft fapiens quifquam inter vos qui poffit judicare inter fratres? fed frater cum fratre judicatur, & hoc apud infideles:* ficuti vos nunc in judicio contenditis. Sic ad hoc exilitum eft ut gentibus demus tale exemplum, ut qui per nos Deo credebant, ipfi nobis maledicant, cum ad publicum pervenimus? Ergo, ne ad hoc veniatur, vos, qui fpiritales eftis, facite ut nemo fciat, ut cum pace Pafcha celebremus, & hortemini eos paci reconciliari, & diffenfio non fit, ne cum ad publicum ventum fuerit, incipiatis & vos periclitari, fi hoc factum fuerit, & poftea vobis imputetis. Dabitis quamplurime, tu poffeffor Donati presbyter, finguli, Valeri & Victor qui omnia fcitis, actutum date operam ut pax fit vobifcum. „ Item alia recitata. Fratri Silvano Sabinus in Domino æternam falutem. Pervenit ad nos Nundinarius filius tuus, non tantum ad me, fed & ad fratrem noftrum Fortem, fortem & gravem querelam referens. Miror gravitati tuæ, fic te egiffe cum filio tuo, quem tu nutrifti & ordinafti. Si enim ædificium terræ ftructum fit, non additur quid cælefte, quod per manum facerdotis ædificatur. Sed non eft tibi mirandum, fcriptura dicente: [e] *Perdam fapientiam fapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Et iterum dicit: [f] *Potius dilexerunt homines tenebras magis quam lucem,* ficuti & tu facis. Sufficiat vobis omnia fcire: fuper quod & frater nofter Fortis tibi fcripfit. Nunc petierim de caritate tua, frater benigniffime, ut fuppleas dictum Efaiæ Prophetæ: [g] *Expellite malignitatem de animis veftris, & venite, difputemus dicit Dominus.* Et iterum: *Projicite malum de medio veftrum:* Sic & tu fac. Subjuga & averte feditionem, quæ noluerunt effe pacem inter te & filium tuum. Sed filius tuus Nundinarius in pace tecum Pafcha celebret, ne res ad publicum veniat præterea jam omnibus nobis nota. Rogaverim te, frater benigniffime, mediocritatis meæ compleas petitionem. Nemo fciat. " Item alia recitata. Fratri Forti Sabinus in Domino æternam falutem. Quæ fit caritas juxta omnes collegas, certus fum peculiariter, tamen fecundum Dei voluntatem, qui dixit: *Quofdam diligo fuper animam meam.* Silvanum te coluiffe certus fum. Quare non dubitavi hæc fcripta ad te dare, quia fcripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii, & qui impigre agit, femper res Dei impetu procedit. Ne prætendas excufationem. Occupatio namque nos diebus iftis ftringit, & incunctanter commovet circa hæc ufque ante diem folemniffimum Pafchæ, ut per te fiat pinguiffima pax, ut digni coheredes Chrifti inveniamur, qui dixit: [h] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Et iterum. Peto ut facias. *Et alia manu.* Opto te in Domino bene valere & noftri memorem effe. Vale. Sed rogo te, nemo fciat.

Quibus lectis Zenophilus V. C. Confularis dixit: Et actis & litteris quæ recitatæ funt traditorem conftat effe Silvanum; & Victori dixit: Simpliciter confitere utrum fcias eum aliquid tradidiffe. Victor dixit: Tradidit, fed non me præfente. Zenophilus V. C. Confularis dixit: Quid adminiftrabat tunc Silvanus in clero? Victor refpondit: Sub Paullo epifcopo orta eft perfecutio, & Silvanus

a Matth. XII. 37. *b* Gal. V. 15. *c* Joan. XIV. 27. *d* I. Cor. VI. 5. 6. *e* I. Cor. I. 19. *f* Joan. III. 19. *g* Ifa. I. 16. 18. *h* Joan. XIV. 27.

1. *Scio*] Forte *fileo*.
2. *Veniatis*] Forte *ruatis*.
3. *Veftra*] Forte *vera*.
4. *Nemo fciat* . . .] Forte deeft, *item alia recitata*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



subdiaconus fuit. Nundinarius diaconus respondit: A Quando ventum est illic, ait, ut factus esset episcopus, respondit populus: Alius fiat, exaudi Deus. Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit: Dictum est a populo, Silvanus traditor? Victor dixit: Ego ipse luctatus sum episcopus. Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit: Ergo sciebas traditorem? De hoc confitere. Victor respondit: Traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit: Vos seniores clamabatis: Exaudi Deus, civem nostrum volumus, ille traditor est. Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit: Clamasti ergo cum populo quod traditor esset Silvanus, & non deberet fieri episcopus? Victor dixit: Clamavi & ego & populus. Nos enim civem nostrum petebamus integrum virum. Zenophilus V. B C. Consularis dixit: Qua caussa putabatis eum non mereri? Victor dixit: Integrum petebamus, & civem nostrum. Sciebam enim [a] caussam imperatorum ad hoc nos esse venturos, dum enim talibus committitur. Item inductis & adplicitis Victore Samsurici & Saturnino fossoribus. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Saturninus. Zenophilus V. C. dixit: Cujus conditionis es? Saturninus respondit: Fossor. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Silvanum scis esse traditorem? Saturninus dixit: Scio lucernam tradidisse argenteam .. Zenophilus V. C. Consularis Saturnino dixit: Quid aliud? Saturninus respondit: Aliud nescio, nisi quia de post orcam eam ejecit. Et re- C moto Saturnino, Zenophilus V. C. Consularis dixit astanti: Et tu, quis vocaris? Respondit: Victor Samsurici. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit: Artifex sum. Zenophilus V. C. dixit: Tabulam argenteam quis tradidit? Victor respondit: Non vidi: quod scio, hoc dico. Zenophilus V. C. Consularis dixit Victori: Licet jam constiterit ex responsione eorum qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere utrum Silvanus traditor sit. Victor dixit: Secundo petato quomodo hoc dimisit ut duceremur ad Carthaginem, ore ipsius episcopi audivi. Data est mihi lucerna argentea, & capitulata argentea, & has tradidi. Zenophilus V. C. Victori Samsurici dixit: D A quo audisti? Victor dixit: A Silvano episcopo. Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit: Ab ipso audisti quod tradidisset? Victor dixit: Ab ipso audivi quod suis manibus tradidisset illas. Zenophilus V. C. dixit: Ubi audisti? Victor dixit: In basilica. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Apud Constantinam? Victor dixit: Ibi cœpit alloqui populum dicens: De quo dicunt me traditorem esse, de lucerna & capitulata? Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Quid aliud putas ex his esse quærendum? Nundinarius dixit: De cupis fisci; quis illas tulit. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Quas cupas? Nundinarius dixit: In templo Serapis fuerunt, & tulit illas E Purpurius episcopus: acetum [b] quod habuerunt, tulit illum Silvanus episcopus, Dontius presbyter, & Lucianus. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Sciunt id factum qui adsistunt? Nundinarius respondit: Sciunt. Diaconus Saturninus dixit: Dicebant majores nostri quia sublatæ sunt. Zenophilus V. C. Consularis dixit: A quo sublatæ dicuntur? Saturninus dixit: A Purpurio episcopo, & acetum a Silvano & Dontio & Superio presbyteris & Luciano diacono. Nundinarius dixit: Viginti folles dedit, & factus est presbyter Victor? Saturninus dixit. * Et cum diceret, Zenophilus V. C. Consularis Saturnino dixit: Cui dedit? Saturninus dixit: Silvano episcopo. Zenophilus V. C. Consularis Saturnino dixit: Ergo, ut fieret presbyter, Silvano episcopo viginti folles præmium dedit? Saturninus dixit: Dedit. Zenophilus V. C. Consularis Saturnino dixit: Ante Silvanum positum est? Saturninus dixit: Ante cathedram episcoporum. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: A quo pecunia sublata est? Nundinarius dixit: Ipsi episcopi diviserunt eam inter se. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Donatum desideras exhiberi? Nundinarius dixit: Utique veniat, de quo clamavit populus biduo post * pare: Exaudi Deus, civem nostrum volumus. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Certe clamavit hoc populus? Respondit: Clamavit. Zenophilus V. C. Consularis Saturnino dixit. Traditorem clamavit Silvanum? Saturninus dixit: Utique. Nundinarius dixit: Quando factus est episcopus, non illi communicavimus, quia dicebatur traditor esse. Saturninus dixit: Quod dicit, verum est. Nundinarius dixit: Vidi quia Mutus harenarius tulit eum in collo. Zenophilus V. C. Consularis Saturnino dixit: Sic factum est? Saturninus dixit: Sic. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Vera sunt omnia quæ dicit Nundinarius, quia ab harenariis factus est episcopus Silvanus? Saturninus dixit: Vera Nundinarius dixit: prostibulæ illic fuerunt. Zenophilus V. C. Consularis Saturnino dixit: Harenarii illum gestaverunt? Saturninus dixit: Ipsi eum tulerunt, & populus. Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi. Nundinarius diaconus dixit: Numquid populus Dei ibi fuit? Saturninus dixit: In casa majore fuit inclusus. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Certe omnia quæ dicit Nundinarius, vera sunt? Saturninus dixit: Vera. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Tu quid dicis? Victor dixit: Vera sunt omnia, domine. Nundinarius dixit: Purpurius episcopus tulit centum folles. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: De quadringentis follibus quos putas interrogandos? Nundinarius dixit: Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipse totum scit. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Isti sciunt? Nundinarius dixit: Non sciunt. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit: Sciunt isti acceptos esse quadringentos folles; sed quia episcopi eos diviserunt, nesciunt. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario & Victori dixit: Scitis acceptos esse folles a Lucilla? Saturninus & Victor dixerunt: Scimus. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Pauperes non acceperunt? Dixerunt: Nemo nihil accepit. Zenophilus V. C. Consularis Saturnino & Victori dixit: Nihil de fano Serapis sublatum est? Saturninus & Victor dixerunt: Purpurius tulit cupas, & Silvanus episcopus & Dontius & Superius presbyteri & Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Responsione Victoris Grammatici & Victoris Samsurici & Saturnini claruit vera esse omnia quæ suggessit Nundinarius. Submoveantur & exeant. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit: Castum diaconum, ut dicat si non est traditor. Ipse illum ordinavit. Et inducto & applicito Casto diacone, Zenophilus V. C. Consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Castus. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: Cujus conditionis es? Castus dixit: Nullam dignitatem ha-

a *Causam imperatorum*] Forte *ante imperatores*.

b *Acetum*] Forte *acetabulum*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

beo. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: Licet nunc [a] per Victorem Grammaticum quam etiam per Victorem Samsurici & Saturninum venerunt in confessionem quæ Nundinarius obicit; tamen etiam tu confitere utrum traditor sit Silvanus? Castus respondit: Dicebat quod invenerit lucernam post orcam. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Etiam de cupis de fano Serapis sublatis & aceto confitere. Castus respondit: Purpurius episcopus tulit cupas. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Acetum quis? Respondit Castus quod tulerunt inde acetum Silvanus episcopus, Dontius & Superius presbyteri. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: Confitere quot folles dedit Victor ut presbyter fieret? Castus dixit: Obtulit, domine, sacellum, & quid habuerit, nescio. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: Cui datum est sacellum? Castus dixit: Illo tulit eum in casa majore. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: Populo non est divisa pecunia? Castus respondit: Non est data, nec vidi. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: De follibus quos Lucilla dedit, populus minutus nihil accepit? Castus dixit: Non vidi accipere neminem. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: Quo ergo pervenerunt? Castus dixit: Nescio. Nundinarius dixit: Utique vel audisti vel vidisti si dictum est pauperibus: Dat & vobis de re sua Lucilla. Castus dixit: Non vidi aliquem accipere. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Manifesta est Casti confessio quod folles quos Lucilla donavit, populo divisos esse nesciret, & ideo amoveatur. Et applicito Crescentiano subdiacono, Zenophilus V. C. Consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Crescentianus. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Simpliciter sicut & ceteri confitere utrum scias traditorem Silvanum. Crescentianus dixit: Priores qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singula. Zenophilus vir clarissimus Consularis Crescentiano dixit: Quid retulerunt? Crescentianus dixit: Referebant quod traditor esset. Zenophilus vir clar. Consularis Crescentiano dixit: Dixerunt illum traditorem? Et adjecit: Qui dicebant? Crescentianus dixit: Qui cum illo conversabantur in plebe, dixerunt quod aliquando tradidisset. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: De Silvano dicebant? Crescentianus dixit. Utique. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Cum factus fuisset episcopus, præsto fuisti? Crescentianus dixit: Præsens cum populo fui, inclusus in casa majore. Nundinarius diaconus dixit: Campenses & harenarii fecerunt illum episcopum. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Mutus harenarius certe eum sustulit? Dixit: Manifeste. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Cupas de fano Serapis scis esse sublatas? Crescentianus dixit: Plures dicebant quod Purpurius episcopus ipse sustulerit cupas & acetum, quod ad senem nostrum Silvanum pervenisset, & filii Ælionis dicebant. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Quid audisti? Crescentianus dixit: Acetum sublatum a sene Silvano & Dontio & Superio presbyteris & Luciano diacono. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Ex quadringentis follibus quos Lucilla donavit, populus aliquid accepit? Crescentianus dixit: Nihil inde nemo accepit, nescio, nec quis illos erogaverit. Nundinarius dixit: Aniculæ numquam inde aliquid acceperunt? Crescentianus dixit: Nihil. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publice accipiunt. Crescentianus dixit: Non audivi vel vidi dedisse illum aliquos. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Nihil ergo datum est de quadringentis follibus populo? Crescentianus dixit: Nihil; Utique pervenisset aliqua partiuncula ad nos. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Quo ergo sublati sunt? Crescentianus dixit: Nescio. Nemo nihil accepit. Nundinarius dixit: Victor quot folles dedit ut fieret presbyter? Crescentianus dixit: Vidi allatos cophinos cum pecunia. Zenophilus V. C. Consularis dixit Crescentiano: Cui dati sunt cophini? Crescentianus dixit: Episcopo Silvano. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Silvano dati sunt? Crescentianus dixit: Silvano. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Populo nihil datum est? Respondit: Nihil. Necesse est ut & nos aliquid acciperemus, si distribuerentur sicut solet. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Quid aliud de Crescentiano putas esse requirendum? Nundinarius dixit: Ipsud est. Zenophilus V. clar. Consularis dixit: Quoniam de omnibus Crescentianus subdiaconus simpliciter confessus est, submoveatur. Item inducto & applicito Januario subdiacono, Zenophilus V. clar. Consularis dixit: Quis vocaris? Respondit . . . .

Cetera desunt.

[a] *Nunc*] Forte *tam*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

An. 304.

VI.

TENOR EPISTOLARUM

Mensurii ad Secundum Tigisitanum, & Secundi ad Mensurium.

DE TRADITIONE MENSURII.

Ex AUGUSTINO *in* Breviculo Collat. *diei tertiæ cap.* XIII. *n.* 25. *tom.* IX. *pag.* 567.

CAP. XIII.

N. 25. TUnc Donatistæ aliquantum prælocuti sunt, quod Mensurius qui fuerat ante Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginiensis episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas scripturas. Et hoc ut probarent, legerunt ejus epistolam ad Secundum Tigisitanum datam, qui tunc habebat primatum episcoporum Numidiæ. In qua epistola videbatur Mensurius velut de suo crimine confiteri: qui tamen non scripserat se sanctos Codices tradidisse, sed potius ne a persecutoribus invenirentur abstulisse, atque servasse; dimisisse autem in basilica novorum quæcumque reproba scripta hæreticorum, quæ cum invenissent persecutores & abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse. Verumtamen quosdam Carthaginiensis ordinis viros postea suggessisse Proconsuli, quod illusi fuerant qui missi erant ad Christianorum scripturas auferendas & incendendas, quia non invenerant nisi nescio quæ ad eos non pertinentia; ipsas autem in domo episcopi custodiri, unde deberent proferri & incendi: Proconsulem vero ad hoc eis consentire noluisse. In eisdem etiam litteris lectum est, eos qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, & ultro dicerent se habere scripturas, quas non traderent, a quibus hoc nemo quæsierat, displicuisse Mensurio, & ab eis honorandis eum prohibuisse Christianos. Quidam etiam in eadem epistola facinorosi arguebantur & fisci debitores, qui occasione persecutionis vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent, & quasi abluere facinora sua, vel certe adquirere pecuniam, & in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum. Crimen tamen Donatistæ non ingerebant Mensurio, nisi de codicibus traditis: mentitum eum quippe dicebant, quod illi non fuerint codices sancti, & peccatum suum tegere voluisse; quamvis & ipsam fictionem criminarentur. Recitarunt etiam rescripta Secundi Tigisitani ad eumdem Mensurium pacifice data, ubi & ipse narravit, in Numidia persecutores quæ egerint: & qui comprehensi & scripturas sanctas tradere nolentes, & multa mala passi & gravissimis suppliciis excruciati & occisi sunt: eosque honorandos
A pro martyrii sui merito commendavit, laudans eos non tradidisse scripturas sanctas, illius mulieris exemplo, quæ duos exploratores in Jericho [a], in quibus figurarentur duo Testamenta, vetus & novum, tradere persecutoribus noluit. Quod quidem exemplum si sub hac figura est intelligendum, Mensurium potius adjuvabat. In suis enim litteris Mensurius reprehendebat eos, qui scripturas sanctas, quamvis eas non traderent, se tamen habere faterentur; quod mulier illa non fecit. Neque enim eos exploratores qui quærebantur, apud se esse confessa est, sed negavit. Scripsit etiam Secundus, & ad se ipsum missos a curatore & Ordine Centurionem & Beneficiarium, qui peterent divinos
B codices exurendos, eisque respondisse, *Christianus sum & episcopus, non Traditor*. Et cum ab eo vellent aliqua Ecbola [1], aut quodcumque accipere; neque hoc eis dedisse, exemplo Eleazari Macchabæi [b], qui nec fingere voluit suillam carnem se manducare, ne aliis præberet prævaricationis exemplum. Hæ litteræ Mensurii & Secundi donec legendo terminarentur, Catholici patienter audierunt; quamvis testati fuerint eas esse familiares, nec ad caussam Ecclesiæ pertinere.

Et n. 27. Hoc autem quod ei objecit Purpurius, detentum eum fuisse a curatore & Ordine ut scripturas daret, idem Secundus in litteris quas
C Mensurio rescripserat, pene confessus est, ubi ait missum ad se fuisse a curatore & Ordine Centurionem & Beneficiarium, & a se scripturas petitas, vel quælibet ecbola; quæ quidem se non tradidisse dixit: sed cum ipse illic commemoraverit tot martyres, qui cum tradere noluissent, excruciati & occisi sunt; quomodo ipse detentus & convictus & nolens aliquid tradere, nihil pati & dimitti potuerit, nec Mensurio scripsit, nec Purpurio respondit. Non enim Centurioni & Beneficiario dixit se scripturas non habere, sed respondit se omnino non tradere. Quod illi auditum quomodo illo dimisso renuntiare potuerint sine suo exitio, non apparet; præsertim quia idem Secundus
D non quoslibet infimos, sed etiam patres familias, cum hoc idem persecutoribus respondissent, crudelissimis mortibus dixit occisos.

a Josue II. 4. *b* II. Macc. VI. 26.

1. *Ecbola*] Heic dicuntur ejectamenta, seu res quarum nullus est usus. Huc pertinet illud Silvani in actis supra relatis lib. 3. contra Cresconium cap. 29. *Nihil heic remansit, totum hoc ejecimus*.

IDEM EX EODEM.

Lib. II. *contra Gaudentium, cap.* XXXVII. *num.* 47. *pag.* 661.

HOc autem Secundus etiam in litteris suis ad Mensurium datis, quas vos ipsi protulistis atque recitastis, sine ambiguitate confessus est, quod non tradiderit, sed quod ad eum pervenerint a curatore & Ordine missi persecutores; quos ei Purpurius Limatensis objecit, ut scripturas traderet: quas cum ab illo peterent, se respondisse, *Christianus sum & episcopus, non Traditor*, eisque nihil omnino tradere voluisse. Quod ei vultis ut credamus, cum & vos ipsi quam sit incredibile videa-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

tis, fervente illa persecutione detentum episcopum sive conventum ut scripturas dominicas traderet, nullis traditis fuisse dimissum. Nempe contendebatis non potuisse episcopos ad ordinandum episcopum ad A civitatem Cirtensem persecutionis tempore conveni-re. Quomodo ergo persecutio illa fervebat, si potuit episcopus propter scripturas tradendas teneri, nullisque traditis impune dimitti?

VII.

ACTA CONCILII CIRTENSIS

Quæ commemorantur ab OPTATO lib. I. cap. XIV.

Ex AUGUSTINO *lib.* III. *contra Cresconium cap.* XXVII. *num.* 30. *tom.* IX. *pag.* 449.

An. 305. III. Non. Martii.

DIOCLETIANO [1] octies, & Maximiano septies Consulibus, quarto Nonas Martii, Cirtæ, cum Secundus episcopus Tigisitanus primæ Cathedræ consedisset in domo [2] Urbani Donati, idem dixit: Probemus nos primo, & sic poterimus hic ordinare episcopum. Secundus Donato Masculitano dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Scis quantum me quæsivit Florus ut turificarem, & non tradidit me Deus in manibus ejus, frater: sed quia Deus mihi dimisit, ergo & tu serva me Deo. Secundus dixit: Quid ergo facturi sumus de martyribus? Quia non tradiderunt, ideo & coronati sunt. Donatus dixit: Mitte me ad Deum, ibi reddam rationem. Secundus dixit: Accede una parte. Secundus Marino ab Aquis Tibilitanis dixit: Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit: Dedi Pollo chartulas, nam codices mei salvi sunt. Secundus dixit: Transi una parte. Secundus Donato Calamensi dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Dedi codices medicinales. Secundus dixit: Transi una parte. *Et alio loco*: Secundus Victori a Rusiccade dixit: Dicitur te tradidisse quatuor Evangelia. Victor respondit: Valentianus curator fuit, ipse me coegit ut mitterem illa in ignem. Sciebam illa [3] deletitia fuisse. Hoc delictum mihi indulge, B & [4] indulget mihi & Deus. Secundus dixit: Transi una parte. *Et alio loco*: Secundus Purpurio [5] a Limata dixit: Dicitur te necasse filios sororis tuæ duos Milei. Purpurius respondit: Putas me terreri a te, sicut & alteri? Tu quid egisti, qui tentus es a curatore & Ordine ut scripturas dares? Quomodo te liberasti ab ipsis, nisi quia dedisti aut jussisti dari quodcumque? Nam non te dimittebant passim. Nam ego occidi & occido eos qui contra me faciunt. Ideo noli me provocare ut plus dicam. Scis me de nemine tractare. Secundus minor patruo suo Secundo dixit: Audis quæ dicat in te? Paratus est recedere, & schisma facere; non tantum ipse, sed & omnes quos arguis: quos scio quia dimittere te habent, & dare in te sententiam, & remanebis solus C hæreticus. Ideo quid ad te pertinet, quis quid egit? Deo habet reddere rationem. Secundus Felici [6] a Rotaria Centurioni & Victori a Garbe dixit: Quid vobis videtur? Responderunt: Habent Deum, cui reddant rationem. Secundus dixit: Vos scitis & Deus. Sedete. Et omnes responderunt: Deo gratias.

1. Gesta hæc Cirtensis Concilii in exemplari quod Carthaginiensis collationis tempore diligentius inspectum fuit, consignata erant anno *post Consulatum Diocletiani novies & Maximiani octies, tertio nonas Martias*, id est, anno Christi 305. ut testatur Augustinus infra in Breviculo collationis, die 3. cap. 17. Apud Optatum lib. 1. contra Parmenianum idem Cirtensis consessus notatur habitus *post persecutionem, die* III. *Iduum Majarum*. Ubi *persecutionem*, non Maxentii, uti Albaspinæus voluit, sed *codicum tradendorum*, ex Augustino in fine capitis præcedentis intelliges. Cessavit hæc persecutio consulatu Diocletiani IX. & Maximiani VIII.

2. Optatus lib. 1. *Quia basilicæ*, ait, *nec dum fuerunt restitutæ, in domum Urbani Carisi consederunt*.

3. In mss. *delititia fuisse*.

4. Sic mss. At editi, *& indulgebit mihi Deus*.

5. Optimæ notæ Corbejensis codex, *a Liniata*. In Aug. epistola 43. nonnulli codices *Liniacensem* ferunt, pro *Limatensem*.

D 6. Idem Corbejensis codex, *a Rotoria Centurionis*. Alii etiam mss. habent genitivo casu, *Centurionis*. Multo aliter legebat Optatus, qui de eodem Cirtensi consessu agens lib. 1. ait, *Consulti sunt qui remanserant, id est, Victor Garbiensis, Felix a Rotario, & Nabor a Centurion. &c.*

VIII.

An Chr. 311.

SUMMA ACTORUM CONCILII CARTHAGINIENSIS

EPISCOPORUM LXX. NUMIDARUM,

QUI CÆCILIANUM DAMNAVERUNT ET MAJORINUM ORDINARUNT.

De quo OPTATUS lib. I. cap. XIX.

Ex AUGUSTINO *in* Breviculo Collat. *diei tertiæ cap.* XIV. *num.* 26. *tom.* IX. *pag.* 569.

ET recitatum est a Donatistis concilium ferme septuaginta episcoporum contra Cæcilianum apud Carthaginem factum, ubi eum absentem damnaverunt, quod ad eos venire noluerit, tamquam a traditoribus ordinatus; & quia cum esset diaconus, victum afferri martyribus in custodia constitutis prohibuisse dicebatur. Nominati sunt etiam quidam [1] collegæ Cæciliani, qui traditores afferebantur publicis gestis, quæ tamen gesta non legebantur. Inter hos autem maxime Felix Abtugnensis acerbius accusatus est, ita ut *fons malorum omnium diceretur*. Deinde sententiæ a singulis dictæ sunt, primitus a Secundo Tigisitano, qui eorum princeps fuit; deinde a ceteris: quibus expresserunt se Cæciliano & collegis ejus non communicare.

1. Inter Cæciliani collegas ibi traditionis nomine commemoratos, fuerunt Novellus Tyzicensis & Faustinus Tuburbitanus, ex lib. post collationem ad Donatistas c. 22.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

IX.

SENTENTIA MARCIANI

UNIUS EX EPISCOPIS

Qui huic concilio Carthaginiensi aderant.

Ex Auctore Libri contra Fulgentium Donatistam Augustino perperam adscripti, cap. XXVI. *in Appendice tom.* IX. *Aug. pag.* 12.

Marcianus vester inter ceteros talem sententiam A *protulit dicens, quam utique septuaginta qui aderant non improbabant.* In Evangelio suo, *inquit*, Dominus ait : [a] Ego sum vitis vera, & pater meus agricola ; omnem palmitem in me non afferentem fructum, excidet & projiciet, & omnem manentem in me & fructum ferentem purgat illum. Sicut ergo palmites infructuosi amputati projiciuntur; ita turificati, traditores, & qui in schismate a traditoribus ordinantur, manere in Ecclesia Dei non possunt, nisi cognito ululatu suo per pœnitentiam reconcilientur. Unde Cæciliano in schismate a traditoribus ordinato non communicare oportet.

a Joan. XV. 1. 2.

X.

An 312. circa finem.

EPISTOLA CONSTANTINI

IMPERATORIS

AD ANULINUM AFRICÆ PROCONSULEM,

Ut restituantur Ecclesiæ catholicæ quæ ad eam pertinebant.

Ex EUSEBIO, *lib.* X. Hist. eccl. *cap.* V.

Ἀντίγραφον ἑτέρας βασιλικῆς διατάξεως, ἣν αὖθις πεποίηνται, μόνῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τὴν δωρεὰν δεδόσθαι ὑποσημηνάμενοι.

Χαῖρε Ἀνυλῖνε τιμιώτατε ἡμῖν· ἔστιν ὁ τρόπος οὗτος τῆς φιλαγαθίας τῆς ἡμετέρας, ὥστε ἐκεῖνα ἅπερ δικαίῳ ἀλλοτρίῳ προσήκει, μὴ μόνον μὴ ἐνοχλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀποκαθιστᾶν βούλεσθαι ἡμᾶς Ἀνυλῖνε τιμιώτατε· ὅθεν βουλόμεθα ἵν᾽ ὁπόταν ταῦτα τὰ γράμματα κομίσῃ, εἴ τινα ἐκ τούτων τῶν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ καθολικῇ τῶν Χριστιανῶν ἐν ἑκάσταις πόλεσιν ἢ καὶ ἄλλοις τόποις διέφερον, καὶ κατέχοιντο νῦν ἢ ὑπὸ πολιτῶν, ἢ ὑπό τινων ἄλλων, ταῦτα ἀποκατασταθῆναι παραχρῆμα ταῖς αὐτῶν ἐκκλησίαις ποιήσῃς· ἐπειδήπερ προῃρήμεθα ταῦτα ἅπερ αἱ αὐταὶ ἐκκλησίαι πρότερον ἐσχήκεσαν, τῷ δικαίῳ αὐτῶν ἀποκατασταθῆναι· ὁπότε τοίνυν συνορᾷ ἡ καθοσίωσις ἡ σὴ ταύτης ἡμῶν τῆς κελεύσεως σαφέστατον εἶναι τὸ πρόσταγμα, σπούδασον εἴτε κῆποι, εἴτε οἰκίαι, εἴθ᾽ ὁτιοῦν δήποτε τῷ δικαίῳ τῶν αὐτῶν ἐκκλησιῶν διέφερον, σύμπαντα αὐταῖς ἀποκατασταθῆναι ὡς τάχιστα· ὅπως τούτῳ ἡμῶν τῷ προστάγματι ἐπιμελεστάτην σε πειθαρχίαν παρεσχηκέναι καταμάθοιμεν· ἔρρωσο Ἀνυλῖνε τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν.

B *Exemplum alterius Constitutionis qua Imperatores, soli Ecclesiæ catholicæ beneficium a se concessum esse indicarunt.*

Ave Anuline carissime nobis. Est hic mos bonitatis nostræ, ut ea quæ ad alienum jus pertinent, non modo nulla inquietudine affici, sed etiam restitui velimus, Anuline cariss:me. Quapropter jubemus, ut simul atque has litteras acceperis, si quæ ex illis quæ ad catholicam Christianorum Ecclesiam per singulas civitates, aut in aliis locis pertinebant, nunc a Decurioribus aut quibuslibet aliis detinentur, ea confestim illorum Ecclesiis restitui facias. Quandoquidem volumus, C ut quæ supradictæ Ecclesiæ antea possederunt, ad earumdem jus omnino revertantur. Cum ergo perspiciat devotio tua, hujus nostræ jussionis manifestissimum esse præscriptum, operam dabis, ut sive horti, sive ædes, seu quodcumque aliud ad jus earumdem Ecclesiarum pertinuerit, cuncta illis quantocius restituantur : quo scilicet te huic nostro præcepto accuratissime obtemperasse intelligamus. Vale Anuline carissime & desideratissime nobis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

XI.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD CÆCILIANUM,

An. Chr. 312. ad finem vergente aut 313. initio.

Qua pecunias Ecclesiis donat, & eos reprehendit qui in Africa catholicam Ecclesiam impugnabant.

Ex EUSEBIO, *lib.* x. Hist. eccl. *cap.* VI.

Αντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς δἰ ἧς χρήματα ταῖς ἐκκλησίαις δωρεῖται.

A

ΚΩνσταντῖνος αὔγουστος Καικιλιανῷ ἐπισκόπῳ Καρταγένης· ἐπειδήπερ ἤρεσε κατὰ πάσας ἐπαρχίας, τάς τε Αφρικὰς καὶ τὰς Νουμιδίας καὶ τὰς Μαυριτανίας, ῥητοῖς τισι τῶν ὑπηρετῶν τῆς ἐνθέσμου καὶ ἁγιωτάτης καθολικῆς θρησκείας, εἰς ἀναλώματα ἐπιχορηγηθῆναί τι, ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὖρσον τὸν διασημότατον καθολικῶν τῆς Αφρικῆς, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ, ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ· σὺ τοίνυν ἡνίκα τὴν προδηλουμένην ποσότητα τῶν χρημάτων ὑποδεχθῆναι ποιήσεις, ἅπασι τοῖς προειρημένοις κατὰ τὸ βρέϊον τὸ πρὸς σὲ παρὰ Οσίου ἀποσταλὲν, ταῦτα τὰ χρήματα διαδοθῆναι κέλευσον· εἰ δ' ἄρα πρὸς τὸ συμπληρωθῆναί μου τὴν εἰς τοῦτο περὶ ἅπαντας αὐτοὺς προαίρεσιν, ἐνδεῖν τι καταμάθοις, παρὰ Ηρακλείδου τοῦ ἐπιτρόπου τῶν ἡμετέρων κτημάτων, ἀναμφιλέκτως ὅπερ ἀναγκαῖον εἶναι καταμάθοις, αἰτῆσαι ὀφείλεις· καὶ γὰρ παρόντι αὐτῷ προσέταξα, ἵν' εἴ τι ἂν χρημάτων παρ' αὐτοῦ ἡ σὴ στερρότης αἰτήσῃ, ἄνευ δισταγμοῦ τινος ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ· καὶ ἐπειδὴ ἐπυθόμην τινὰς μὴ καθεστώσης διανοίας τυγχάνοντας ἀνθρώπους, τὸν λαὸν τῆς ἁγιωτάτης καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας φαύλῃ τινὶ ὑπονοθεύσει βούλεσθαι διαστρέφειν, γίνωσκέ με Ανυλίνῳ ἀνθυπάτῳ, ἀλλὰ μὴν καὶ Πατρικίῳ τῷ οὐικαρίῳ τῶν ἐπάρχων παροῦσι τοιαύτας ἐντολὰς δεδωκέναι, ἵν' ἐν τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ τούτου μάλιστα τὴν φροντίδα ποιήσωνται τὴν προσήκουσαν· καὶ μὴ ἀνάσχωνται περιορᾷν τοιοῦτο γινόμενον. διόπερ εἴ τινας τοιούτους ἀνθρώπους ἐν αὐτῇ τῇ μανίᾳ ἐπιμένειν κατίδοις, ἄνευ τινὸς ἀμφιβολίας τοῖς προειρημένοις δικασταῖς πρόσελθε, καὶ αὐτὸ τοῦτο προσανένεγκε, ὅπως αὐτοὺς ἐκεῖνοι, καθάπερ αὐτοῖς παροῦσιν ἐκέλευσα, ἐπιστρέψωσιν· ἡ θειότης τοῦ μεγάλου Θεοῦ σε διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.

B

C

Exemplum epistolæ Imperatoris Constantini, qua pecunias Ecclesiis donat.

CONSTANTINUS Augustus Cæciliano Episcopo Carthaginiensi. Quandoquidem placuit nobis, ut per omnes Provincias Africæ, Numidiæ, & utriusque Mauritaniæ, certis quibusdam legitimæ & sanctissimæ Religionis catholicæ ministris ad sumtus necessarios aliquid præberetur; litteras dedi ad Ursum virum perfectissimum rationalem Africæ, eique significavi ut ter mille folles tuæ gravitati numerari curaret. Tu itaque ubi prædictam quantitatem acceperis, operam dabis, ut cunctis supra memoratis juxta brevem ab Hosio ad te directum ea pecunia dividatur. Quod si forte ad meum erga vos omnes in hac parte studium explendum deesse aliquid intellexeris, incunctanter quidquid necessarium tibi videbitur, ab Heraclida procuratore prædiorum nostrorum petere debes. Nam & ipsi coram mandavi, ut si quid pecuniæ gravitas tua ab ipso postularet, absque ulla dubitatione dinumerandum tibi curaret. Et quoniam accepi quosdam non satis compositæ mentis homines id agere, ut sanctissimæ & catholicæ Ecclesiæ populum improba atque adulterina falsitate corrumpant: Scias me Anulino Proconsuli, & Patricio Vicario Præfectorum coram hæc dedisse mandata, ut inter cetera hujus rei competentem curam gerant; nec si quid ejusmodi agatur, negligere ac dissimulare sustineant. Itaque si quos ejuscemodi homines in hac amentia perseverare conspexeris, absque ulla hæsitatione supradictos judices adibis; idque ipsis referes, ut in eos, quemadmodum ipsis coram mandavi, animadvertant. Divinitas summi Dei multis annis te servet.

XII.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD ANULINUM PROCONSULEM AFRICÆ,

An. Chr. 312. ad finem vergente aut initio anni 313.

De immunitate clericorum Ecclesiæ catholicæ, cui Cæcilianus præest.

Ex EUSEBIO, *lib.* x. Hist. eccl. *cap.* VII.

Αντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δἰ ἧς τοὺς προεστῶτας τῶν ἐκκλησιῶν πάσης ἀπολελύσθαι τῆς περὶ τὰ πολιτικὰ λειτουργίας προστάττει.


D

ΧΑῖρε Ανυλῖνε τιμιώτατε ἡμῖν· ἐπειδὴ ἐκ πλειόνων πραγμάτων φαίνεται παρεξουθενηθεῖσαν τὴν θρησκείαν, ἐν ᾗ ἡ κορυφαία τῆς ἁγιωτάτης ἐπουρανίου αἰδὼς φυλάττεται, μεγάλους κινδύνους ἐνηνοχέναι τοῖς

Exemplum Epistolæ Imperatoris Constantini, qua cunctos Ecclesiarum Præsides ab omnibus publicis functionibus immunes esse præcipit.

AVE Anuline carissime nobis. Cum ex multis rebus constet, religionem illam in qua summa divinæ Majestatis reverentia custoditur, spretam quidem maxima reipublicæ importasse discrimina;

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



δημοσίοις πράγμασιν· αὐτήν τε ταύτην ἐνθέσμως ἀναληφθεῖσαν καὶ φυλαττομένην, μεγίστην εὐτυχίαν τῷ Ῥωμαϊκῷ ὀνόματι, καὶ σύμπασι τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασιν ἐξαίρετον εὐδαιμονίαν παρεσχηκέναι, τῶν θείων εὐεργεσιῶν τοῦτο παρεχουσῶν· ἔδοξεν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας τοὺς τῇ ὀφειλομένῃ ἁγιότητι καὶ τῇ τοῦ νόμου τούτου παρεδρείᾳ τὰς ὑπηρεσίας τὰς ἐξ ἑαυτῶν, τῇ τῆς θείας θρησκείας θεραπείᾳ παρέχοντας, τῶν καμάτων τῶν ἰδίων τὰ ἔπαθλα κομίσασθαι, [1] Ἀνυλῖνε τιμιώτατε. Διόπερ ἐκείνους τοὺς εἴσω τῆς ἐπαρχίας τῆς σοι πεπιστευμένης ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ᾗ Καικιλιανὸς ἐφέστηκε, τὴν ἐξ ἑαυτῶν ὑπηρεσίαν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ θρησκείᾳ παρέχοντας, οὕσπερ κληρικοὺς ἐπονομάζειν εἰώθασιν, ἀπὸ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν λειτουργιῶν βούλομαι ἀλειτουργήτους διαφυλαχθῆναι· ὅπως μὴ διά τινος πλάνης ἢ ἐξολισθήσεως ἱεροσύλου, ἀπὸ τῆς θεραπείας τῇ θειότητι ὀφειλομένης ἀφέλκωνται, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνευ τινὸς ἐνοχλήσεως τῷ ἰδίῳ νόμῳ ἐξυπηρετῶνται· ὧνπερ μεγίστην περὶ τὸ θεῖον λατρείαν ποιουμένων, πλεῖστον ὅσον τοῖς κοινοῖς πράγμασι συνοίσειν δοκεῖ. Ἔρρωσο Ἀνυλῖνε τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν.

A eamdem vero rite susceptam ac custoditam, & nomini Romano maximam prosperitatem, & cunctis mortalium rebus, divina id tribuente beneficentia, præcipuam felicitatem contulisse: placuit ut homines illi qui cum debita sanctimonia & assidua hujus legis observantia, ministerium suum divinæ religionis cultui exhibent, laborum suorum mercedem reportent, Anuline carissime nobis. Quocirca eos homines qui intra provinciam tibi creditam in Ecclesia catholica cui Cæcilianus præest, huic sanctissimæ religioni ministrant, quos Clericos vocare consueverunt; ab omnibus omnino publicis functionibus immunes volumus conservari: ne errore aliquo aut casu sacrilego a cultu summæ divinitati debito abstrahantur; B sed ut potius absque ulla inquietudine propriæ legi deserviant. Quippe his summam venerationem divino Numini exhibentibus, maximum inde emolumentum reipublicæ videtur accedere. Vale Anuline carissime ac desideratissime nobis.

1. Ἀνυλῖνε τιμιώτατε] In Cod. Med. Maz. Fuk. & Savil. legitur Ἀνυλῖνε τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. Porro relatio Anulini proconsulis qua his Constantini litteris respondet, exstat apud Augustinum in epist. 68. his verbis: *Anulinus vir carissimus proconsul Africæ. Scripta cælestia majestatis vestræ, &c.* Per *scripta cælestia* intelligit Anulinus epistolam Constantini ad ipsum datam de immunitate Clericorum, quæ ab Eusebio in hoc capite relata est. Quod C quidem apertissime declaratur his verbis, quæ proxime sequuntur in relatione Anulini: *Cum omni omnino munere indulgentia majestatis vestræ liberati esse videantur catholici.* Ceterum has Constantini epistolas præpostero ordine retulit Eusebius. Nam epistola Constantini ad Cæcilianum episcopum, item ejusdem epistola ad Anulinum cum relatione ejusdem Anulini quam supra citavi, præcedere debent epistolam Constantini ad Miltiadem episcopum urbis Romæ. Omnes enim eæ epistolæ pertinent ad concilium Romanum, quod habitum est in caussa Cæciliani coram Miltiade PP. Constantino III. & Licinio III. Coss. anno Christi 313.

XIII.

L I B E L L U S

DATUS AB EPISCOPIS PARTIS MAJORINI.

Ex Optato, *lib.* I. *cap.* xxii.

An. 313. mense April.

Rogamus te Constantine, optime imperator, quoniam de genere justo es, cujus pater inter ceteros imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia. Nam in Africa inter nos & ceteros episcopos contentiones sunt; petimus, ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua. Datæ a Luciano, Digno, Nasutio, Capitone, Fidentio & ceteris Episcopis partis Donati.

D *Huic libello annexus erat alius libellus in aluta signatus, cujus hæc erat superscriptio.*

An. 313. mense April.

Libellus Ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani traditus a parte Majorini: *de quo fit mentio in sequenti epistola.*

XIV.

R E L A T I O

A N U L I N I   P R O C O N S U L I S

AD IMPERATOREM.


Ex Augustino, *epist.* lxxxviii. *al.* lxviii. *tom.* II. *pag.* 213.

[1] A. GGG. NNN. Anulinus [2] VC. Proconsul Africæ.

An. 313. die 15. April.

Scripta [3] cælestia majestatis vestræ accepta atque adorata, Cæciliano & his qui sub eodem agunt, quique Clerici appellantur, devotio [4] mea apud acta parvitatis meæ insinuare curavit, eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentia majestatis vestræ liberati esse videantur, [5] Catholica custodita, sanctitati legis debita reverentia ac divinis re- E bus inserviant. Verum post paucos dies exstiterunt quidam adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum & libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ, atque impendio postularunt, ut ad sacrum & venerabilem comitatum [6] numinis vestri dirigerem, quæ manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorumdem actis, quo cuncta majestas vestra possit dignoscere, parvitas mea dirigere curavit. [7] Transmisi libellos duos, unum in aluta supra scriptum ita: Libellus Ecclesiæ Catholicæ criminum Cæciliani traditus a parte

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



MAJORINI. Item alium sine sigillo cohærentem eidem alutæ. Datum die decimo-septimo Kalend. Maias, Carthagine, Domino nostro Constantino Augusto tertium Cos.

1. Hasce notas præferunt mss. easque Gervasianus codex ad marginem interpretatur, *Augusto Constantino*. Cui interpretationi favet V. C. Henricus Valesius hac eadem relatione edita cum hujusmodi inscriptione, *Constantino Maximo Augusto Anulinus*, *&c.* At in Carthaginiensi collatione 3. n. 216. inscribitur, *Augustis nostris*; fortean exscriptoris errore. Quippe Constantino III. consule, id est, anno Christi 313. quo relatio illa scripta est; imperabant Augusti duo, Constantinus & Licinius; non tres, ut iis notis subintelligendum videretur.

2. Editi, *nunc Proconsul*. Sed melius mss. & Valesius habent V. C. id est juxta Gemeticensis codicis interpretationem, *Vir Consularis*; juxta exemplum in Carthagin. collat. *Vir clarissimus*, quæ posterior interpretatio exscriptoris errori tribuenda. Enimvero proconsul scribens imperatori haudquaquam se virum clarissimum dixisset.

3. Scripta hæc refert Eusebius in Ecclesiast. Hist. lib. 10. c. 7. quibus videlicet imperator vult Clericos *ab omnibus omnino publicis functionibus immunes conservari, ne errore aliquo, aut casu sacrilego, a cultu summæ divinitati debito abstrahantur; sed ut potius absque ulla inquietudine propriæ legi deserviant*. Verba sunt Constantini, huic relationi illustrandæ necessario adducta.

4. Editi omittunt, *mea apud acta*, quæ verba huc revocavimus ex mss.

5. Editi habent sic: *indulgentiæ Majestatis vestræ liberati esse videantur Catholici, custodita sanctitate legis, debita reverentia divinis, &c.* Prætulimus alteram lectionem in quindecim mss. repertam.

6. Editi, *nominis vestri*. Sed melius mss. quinque, nec non Valesius & exemplum collat. Carth. *numinis vestri*.

7. Bad. Am. Er. & Lov. *Transmissi libelli duo, unus in aluta subscriptus, &c.* quem locum ad mss. fidem, partim etiam ad exemplum collat. Carthag. correximus. Porro alterum libellum, qui sigillo caruisse dicitur, Valesius aliique putant esse libellum supplicem, quem episcopi partis Majorini ad Constantinum miserunt, petentes ut ex Gallia sibi judices daret, qui inter ipsos ac Cæcilianum ejusque collegas judicarent: cujus libelli exemplum refert Optatus in lib. 1. ejusque mentionem facit Augustinus in epist. 43. n. 13. & 76. n. 2.

X V.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS,

Qua concilium Romæ fieri postulat ad judicandam caussam Cæciliani.

Ex EUSEBIO, *lib.* x. Hist. eccl. *cap.* v.

Ἀντίγραφον Βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ Ῥώμης κελεύει γενέσθαι, ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεώς τε καὶ ὁμονοίας.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Μιλτιάδῃ [1] ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων, καὶ Μάρκῳ. Ἐπειδὴ [2] τοιοῦτοι χάρται παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου τῆς Ἀφρικῆς πρὸς μὲ πλείους ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Καρταγεννητίων πόλεως, παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων, ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι. καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ, τὸ ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχίαις, ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαίρετος ἡ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε, κἀκεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ, ὄχλον ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἐπιμένοντα εὑρίσκεσθαι ὡσανεὶ διχοστατοῦντα, καὶ μεταξὺ ἐπισκόπους διαφορὰς ἔχειν, ἔδοξέ μοι ἵν' αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων τῶν αὐτῶν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἑτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι· ἵν' ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετικίου καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου τῶν κολλήγων ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν καταμάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόττειν. ἵνα μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πληρεστάτην δυνηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρὸς μὲ παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων, γράμμασιν ἐμοῖς ὑποτάξας, πρὸς τοὺς προειρημένους κόλληγας ὑμῶν ἐξέπεμψα. οἷς ἐντυχοῦσα ἡ ὑμετέρα στερρότης, δοκιμάσει ὅν τινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην ἐπιμελέστατα διακρινῆσαι, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον περματῶσαι· ὁπότε μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν λανθάνει, τοσαύτην με αἰδῶ τῇ ἐνθέσμῳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχοστασίαν ἔν τινι τόπῳ βούλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν· ἡ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ διαφυλάξοι πολλοῖς ἔτεσι [3] τιμιώτατε.

Exemplum epistolæ Constantini Imperatoris, qua episcoporum concilium Romæ fieri jubet pro unitate & concordia Ecclesiarum.

CONSTANTINUS Augustus Miltiadi episcopo urbis Romæ, & Marco. Quoniam hujusmodi plures libelli a viro clarissimo Anulino Africæ Proconsule ad me sunt missi, in quibus continetur Cæcilianum Carthaginiensium urbis episcopum a quibusdam collegis suis per Africam constitutis multis de causis insimulari. Quod quidem permolestum mihi videtur, in istis provinciis quas divina providentia meæ devotioni spontanea deditione tradidit, & in quibus maxima est populi multitudo, plebem quasi in duas partes divisam ad deteriora deflectere, & episcopos inter se dissentire. Placuit mihi ut idem Cæcilianus una cum decem episcopis qui accusare ipsum videntur, & cum decem aliis quos ipse ad suam causam necessarios esse judicaverit, Romam naviget; ut ibi coram vobis & coram Reticio, Materno ac Marino collegis vestris, quos ea causa Romam properare jussi, possit audiri, quemadmodum sanctissimæ legi convenire optime nostis. Porro ut totius negotii plenissimam valeatis haurire notitiam, exempla libellorum ab Anulino ad me missorum, litteris meis subjecta ad collegas vestros supradictos transmisi. Quibus lectis perpendet gravitas vestra, quonam modo supra memorata controversia accuratissime dijudicanda sit, & ex præscripto justitiæ terminanda. Siquidem nec tuam sedulitatem latet, tantam a me reverentiam sanctissimæ Ecclesiæ catholicæ exhiberi, ut generaliter nullum schisma aut dissidium ullibi a vobis relinqui velim. Divinitas summi Dei multis vos annis servet carissime.

1. Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων, καὶ Μάρκῳ] Quisnam sit hic Marcus quem cum Miltiade Romanæ urbis episcopo jungit Constantinus, inter doctos ambigitur. Et Baronius quidem ad annum Christi 313. cap. 23. mendosum esse existimat Eusebii textum, & pro verbis καὶ Μάρκῳ, scribendum esse ἱεράρχῃ. Verum hæc emendatio, quod pace summi viri dictum sit, ferri non potest. Cum enim Miltiades vocatus sit episcopus urbis Romæ, superfluum est addere ἱεράρχην. Adde quod ea vox insolens est & affectata, cum tamen titulus ac dignitas cujusque, usitato vocabulo

exprimatur. Rejecta igitur Baronii conjectura, quæ nonnisi a viri Græci sermonis ignaris probari potest, existimo Marcum heic esse presbyterum Ecclesiæ Romanæ, quem una cum Miltiade interesse huic Synodo voluit Constantinus. Hic est, ut opinor, Marcus, qui post Silvestrum papam, episcopatum urbis Romæ gessit. Porro hæc epistola Constantini ad Miltiadem Romanum episcopum exstabat in collatione 3. Carthaginiensi cap. 319. Verum postrema pars hujus tertiæ collationis, quæ meo judicio erat omnium utilissima, tota periit.

2. Τοιαῦται χάρται] Duo scilicet libelli, crimina Cæciliani Carthaginiensis episcopi continentes, quos subscriptos Anulino proconsuli tradidit pars Majorini die 17. Kalendis Maji Carthagine, Constantino Augusto III. & Licinio III. Coss. ut refert Augustinus in epist. 68. Hos libellos χάρτας vocat Constantinus, eo quod plures chartas continerent, & acta quamplurima ad probationem criminum Cæciliani. At Christophorsonus χάρτας *epistolas* vertit male, ut opinor. Nam una dumtaxat epistola ab Anulino B ea de re missa est ad Constantinum; quam epistolam refert Augustinus in dicto loco. Chartæ vero plures ab Anulino missæ sunt, ut heic diserte testatur Constantinus A his verbis, *τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρὸς μὲ Ἀνυλίνῳ ἀποσταλέντων*, &c. ubi Christophorsonus iterum *epistolas* vertit pessime. In capitulo 306. collationis tertiæ cum Donatistis, chartæ dicuntur. Sic enim ibi legitur: *Interlocutio præcipiens recitari exemplum relationis ad Constantinum imperatorem ab Anulino proconsule destinatæ, qua Majorinus obstitisse Cæciliano, & chartas criminum ejus proconsuli ad principem dirigendas tradidisse signatur*. Chartas etiam vocat Augustinus in Breviculo collationis. Idem Augustinus in epistola 48. ad Vincentium libellum vocat, & ita superscriptum fuisse ait: *Libellus Ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani, traditus a parte Majorini*.

3. Τιμιώτατε] Rectius apud Nicephorum scribitur *τιμιώτατοι*. Cum enim epistola scripta sit ad Miltiadem episcopum urbis Romæ, & ad Marcum, semperque in plurali numero eos alloquatur, ratio postulat, ut in fine epistolæ scribatur *τιμιώτατοι*. Porro acta hujus Synodi Romanæ exstant apud Optatum in lib. 1. Auctor synodici, quem jam sæpe citavimus, ait hanc Synodum Romæ collectam fuisse a Miltiade sanctissimo Papa & Marco: Miltiadi Marcum adjungens perinde ac in epistola Constantini utrumque junctim nominari animadverterat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



De Actis hujus Concilii Romani nihil habemus quod adjiciamus iis quæ de illis ab Optato dicta sunt, lib. I. *cap.* XXIII.

XVI.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD ABLAVIUM,

An. 314. initio.

Qua Cæcilianum & alios episcopos Afros ad oppidum Arelatense mitti jubet.


Incipit exemplum epistolæ Constantini.

CONSTANTINUS AUGUSTUS [a] Ablavio.

JAM QUIDEM antehac cum perlatum fuisset ad scientiam meam, apud Africam nostram plures nefario [b] furore vanis criminationibus contra se invicem super observantia sanctissimæ legis Catholicæ discedere [c] cœpisse, dirimendæ dissensionis hujusmodi caussa, placuerat mihi ut ad urbem Romam tam Cæcilianus Carthaginiensis episcopus, contra quem vel maxime universi sæpe me convenerant, quam etiam aliqui ex his qui ei quædam objicienda crediderant, præsentiam sui exhiberent. Nam etiam D ad supradictam urbem Romam nostram quosdam episcopos ex Gallis ire præceperam, ut tam hi pro integritate vitæ suæ, atque laudabili instituto, sed & septem ejusdem communionis, quam etiam urbis Romæ episcopi, atque illi qui cum iisdem cognoscerent, possent rei quæ videbatur esse commota, finem debitum [d] adhibere. Qui [e] quidem ea quæcumque in præsentia eorum fuerant gesta, cuncta ad scientiam meam, etiam actis habitis retulerunt, verbo insuper adfirmantes, quod judicium suum pro rerum fuisset æquitate depromtum, eosque potius caussæ obnoxios esse dicentes, qui contra Cæcilianum quædam putaverunt commovere: adeo ut istum post judicium habitum, Africam ipsos remeasse prohiberent [f]. Inde propter hæc omnia probabili rerum æstimatione speraveram, quod omnibus omnino seditionibus & contentionibus quæ ab iis hominibus videbantur subito commotæ, finis debitus fuisset impositus. Sed cum dictationis tuæ scripta legissem, quæ ad Nicasium & ceteros super iisdem C simulationibus gravitas tua mittenda crediderat, evidenter agnovi, quod neque respectum salutis suæ, neque, quod est majus, Dei omnipotentis venerationem ante oculos suos velint ponere: siquidem ea agere persistant, quæ non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant, sed etiam his hominibus detrahendi dent facultatem, qui longe ab hujuscemodi sanctissima observantia sensus suos noscuntur avertere. Nam id quoque te scire convenit, quod ex iisdem venerunt adferentes, quod minus dignus idem Cæcilianus cultu sincerissimæ [g] religionis habeatur: & contra id quod iisdem respondeeram, frustra eos id jactare, quippe cum res fuissent apud urbem Romam ab idoneis ac probatissimis viris episcopis terminatæ, obnixe ac pertinaciter respondendum æstimaverunt, quod eorum omnis caussa non fuisset audita, sed potius iidem episcopi quodam loco se clausissent, & prout ipsis aptum fuerat, judicassent. Quare cum hæc tot & tanta nimium obnixe dissensiones protrahere perviderem, ita ut nullo modo finis iisdem dari posse videretur, nisi & Cæcilianus idem, & ex his qui contra eum diffident, tres aliqui in judicium eorum, qui contra Cæcilianum sentiunt, consensumque debent, ad Arelatense oppidum venire, injungendum solertiæ tuæ duxi, ut mox has litteras meas acciperes, tam Cæcilianum supradictum, cum aliquibus ex his quos ipse delegerit, sed & de Byzacenæ, E Tripolitanæ, Numidiarum, & Mauritaniarum, & provinciis singulis [h] quique aliquantos ex suis perducere debebunt, quos ipsi putaverint eligendos, sed etiam aliquos ex his qui contra eumdem Cæcilianum dissentiunt, data evectione publica, per Africam & Mauritaniam inde ad Hispanias brevi tractu facias navigare: & inde nihilominus hujus-

a *Ablavio*] In ms. *Ælafio*.
b *Nefario*] Forte *vesano*.
c *Discedere*] Forte *diffidere*.
d *Debitum*] In ms. *fidem debitam*.
e *Qui*] Deest *qui*.
f *Probiberent*] Legendum fortasse *perhiberent*.
g *Sincerissimæ*] In ms. *sanctissimæ*.
h *Singulis*] Legendum *singuli*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



modi his in singulis episcopis singulas tractorias tribuas, ut ipsi ad supradictum locum intra diem Kalendarum Augustarum possint pervenire, celeriter intimaturus iisdem, ut antequam proficiscantur, debeant disponere quatenus absentibus ipsis, & disciplina competens habeatur, & nulla forte seditio, vel aliquorum altercatio, quæ ad maximum dedecus spectet, oriatur. De cetero [a] plena cognitione suscepta finis adhibeatur. Quia cum præsentiam sui exhibuerint universi, qui nunc in contentione esse noscuntur, quique non immerito finem debent accipere maturum, ut protinus possint terminari atque componi. Nam cum apud me certum sit, te quoque Dei summi esse cultorem, confiteor gravitati tuæ, quod nequaquam fas esse ducam, ut ejusmodi contentiones & altercationes dissimulentur a nobis, ex quibus forsitan commoveri possit summa divinitas, non solum contra humanum genus, sed etiam in me ipsum, cujus curæ, nutu suo cælesti, terrena omnia moderanda commisit, & secus aliquid hactenus incitata decernet. Tunc enim revera & plenissime potero esse securus, & semper de promtissima benevolentia potentissimi Dei prosperrima & optima quæque sperare, cum universos sensero debito cultu Catholicæ religionis sanctissimum Deum concordi observantiæ fraternitate venerari. [b] EXPLICIT.

XVII.

An. 314. initio.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS,

Qua episcopos ad concilium in Arelatensem civitatem convenire jubet.

Ex EUSEBIO, *lib.* x. Hist. eccl. *cap.* v.

Ἀντίγραφον Βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς προστάττει δευτέραν γενέσθαι σύνοδον ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν τῶν ἐπισκόπων περιελεῖν διχοστασίαν.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων· ἤδη μὲν πρότερον ὅτε φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τῆς ἁγίας καὶ ἐπουρανίου δυνάμεως, καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς καθολικῆς ἀποδιΐστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διετετυπώκειν, ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας καταλλήλως ἐνστατικῶς καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων· παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι, δυνηθῇ ὑπὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως, κατορθώσεως τυχεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοί τινες καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας, καὶ τοῦ σεβάσματος τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι· καὶ διοριζόμενοι ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν, ἢ καὶ μὴ πρότερον ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι, ἀκριβῶς ἐξετασθέντων, πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν, ἔκ τε τούτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτοὺς ἀδελφικὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχρῶς, μᾶλλον δὲ [1] μυσερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι· καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας, ταύτην πρόφασιν χλεύης διδόναι· ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως τοῦτο ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν, αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, κἂν νῦν ποτε δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν· ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρελατησίων πόλιν εἴσω καλανδῶν αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν· καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λατρωνιανοῦ τοῦ [2] κοντήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας [3] τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου, οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς, ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβὼν, εἴσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον· ὡς ἂν διά τε τῆς σῆς στερρότητος, καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως, καὶ τοῦτο ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦ-

Exemplum epistolæ Constantini Imperatoris, qua alteram episcoporum synodum fieri jubet, ut omnis episcoporum dissensio tollatur.

CONSTANTINUS Augustus Chresto Syracusanorum episcopo. Jam quidem antea cum nonnulli pravo ac perverso animo a sancta religione cælestique virtute & ab Ecclesiæ catholicæ sententia diffidere cœpissent, hujusmodi eorum contentionem præcidere cupiens ita constitueram, ut missis e Gallia quibusdam episcopis; accitis etiam ex Africa iis qui duas in partes divisi, pertinaciter inter se atque obstinate contendunt, præsente quoque Romanæ urbis episcopo, id quod commotum fuisse videbatur, sub horum præsentia posset diligentissima examinatione componi. Sed quoniam nonnulli, ut fere fit, & propriæ salutis & venerationis quæ sanctissimæ fidei debetur obliti, privatas adhuc simultates prorogare non cessant: prolatæ jam sententiæ acquiescere nolentes, afferentesque paucos admodum episcopos sententiam tulisse, qui nec omnibus quæ prius inquiri oportebat diligenter excussis, ad depromendum judicium properanter accessissent. Unde fit ut & ipsi quos concordi ac fraterno inter se animo esse decuerat, turpi, seu potius detestanda secessione diffideant; & iis hominibus qui a sanctissima religione alieno sunt animo, subsannandi occasio præbeatur. Idcirco mihi sedulo providendum fuit; ut hæc quæ post depromtum judicium voluntaria assensione jam finita esse debuerant, nunc tandem multorum interventu finem possint accipere. Quoniam igitur plurimos ex diversis ac prope infinitis locis episcopos in urbem Arelatensem intra Calendas Augusti jussimus convenire: tibi quoque scribendum esse censuimus; ut accepto publico vehiculo a viro clarissimo Latroniano correctore Siciliæ, adjunctis tibi duobus secundi ordinis quos tu eligendos putaveris, tribus item servulis qui in itinere vobis ministrare possint, intra eumdem diem ad prædictum locum occurras; quo tum per tuam gravitatem, tum per ceterorum in unum coeuntium unanimem concordemque soler-

a *Cetero*] In ms. *de secreto*.

b *Explicit*] In ms. *Amen*.

ρο φαύλως δι' αἰσχρὰς τινὰς ξυγομαχίας παραμεμένηκεν, ἀκουσθέντων πάντων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διεστώτων, ὅσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν, δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν, ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν, κἂν βραδέως ἀνακληθῆναι. ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.

A tiam controversia hæc quæ per fœdissimam altercationem ad hoc usque temporis perduravit, auditis omnibus eorum qui nunc inter se dissident, quos etiam adesse jussimus, allegationibus, ad congruam religionis & fidei observantiam fraternamque concordiam tandem aliquando possit revocari. Incolumem te Deus omnipotens diutissime servet.

1. Μυσερῶς] Sic & Stephanus. Lexicograph. tamen scribunt μυσαρῶς.

2. Κορνίκτορος Σικελίας] In codice Mazarino, Fuk. & Medicæo scribitur Κορπίκτορος. Sed sine dubio scribendum est Κορρήκτορος, id est: *a Latroniano Correctore Siciliæ*. Hujus Latroniani mentio fit in veteri inscriptione Panormitana, teste Gualthero in tabulis Siculis numero 164. D. N. FL. VALERIO LICINIO AUG. DOMITIUS LATRONIANUS V. C. CORR. P. S. DEVOTUS N. M. QVE EIVS. Sed & Gualtherus in annotationibus ad hanc tabulam, adducit & emendat hunc Eusebii nostri locum.

3. Τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου] Presbyteros intelligit, qui secundi ordinis sacerdotes vulgo dicebantur, ut ex Optato Milevitano & Facundo Hermianensi aliisque scriptoribus jampridem notavit Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 78. & in notis ad librum duodecimum Facundi. Hieronymus in epitaphio beatæ Paullæ: *Aderant*, inquit, *Hierosolymorum & aliarum urbium episcopi, & sacerdotum inferioris gradus ac Levitarum innumerabilis multitudo*. Gregorius Nazianz. in carmine Jambico de vita sua pag. 6. narrans quomodo invitus a patre suo presbyter ordinatus sit, sic loquitur: Κάμπτει βιαίως εἰς θρόνους τοὺς δευτέρους. Ubi vides secundum thronum tribui presbyteris, perinde ac in epistola Constantini; nec immerito. Nam episcopi in Ecclesia sedebant in sublimiori throno, assidentibus hinc inde presbyteris in humilioribus subselliis, & adstantibus diaconis in veste candida, quemadmodum scribit idem Gregorius in somnio de Ecclesia Anastasiæ pag. 78. Eusebius in descriptione Ecclesiæ Tyri, thronos qui erant in Ecclesia juxta altare, episcopo & presbyteris attribuit, subsellia autem ministris. Ubi presbyteros etiam vocat τοὺς μετὰ τὸν ἐπίσκοπον δευτερεύοντας. Ita etiam Augustinus in epistola 148. secundum locum gubernaculorum appellat gradum presbyterii. *Nam quid existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram*. Certe in ordinatione presbyteri, post

B consecrationem hæc oratio olim ab episcopo dicebatur. *Da æterne Deus, honorum auctor, distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa: amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congrua ratione dispositum: Unde & sacerdotales gradus atque officia Levitarum sacramentis mysticis instituta creverunt; ut cum Pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis & operis adjumentum sequentis ordinis viros & secundæ dignitatis eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes, Moysi spiritum propagasti, quibus ille adjutoribus usus in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic in Eleazarum & Ithamar filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares & frequentioris officii sacramenta ministerium sufficeret sacerdotum*. Et paullo post: *Acceptum a te Deus secundi meriti munus obtineant*. Hæc descripsimus ex vetustissimo libro Pontificali Senonensis Ecclesiæ. Eadem habet etiam Ordo Romanus. Sunt autem elegantissima, ac ni fallor, a Leone Papa composita.

C Porro ex his quæ dixi, apparet quantopere falsus sit Christophorsonus; qui *secundæ sedis* episcopos heic interpretatur, quem fere secutus est Sirmondus in tomo 1. Conciliorum Galliæ.

XVIII.

EPISTOLA CONCILII ARELATENSIS AD SILVESTRUM.

An. 314. mense Augusto.

Incipit concilium episcoporum Arelate celebratum & directum Silvestro episcopo Romanorum.

DILECTISSIMO PAPÆ SILVESTRO, Marinus, Acratius [a] Natalis, Theodorus, Proterius, Vocius, Verus, Probatianus [b], Cæcilianus, Faustinus, Surgentius, Gregorius, Reticius, Ambitausus, Termatius, Merocles, Pardus, Adelfius, Hibernius, Fortunatus, Aristasius, Lampadius, Vitalis, Maternus, Liberius, Gregorius, Crescens, Avitianus, Dafnus, Orientalis, Quintasius, Victor, Epictetus, in Domino æternam salutem.

COmmuni copula caritatis & unitate matris Ecclesiæ catholicæ vinculo inhærentes, ad Arelatensium civitatem piissimi Imperatoris voluntate adducti, inde te, religiosissime Papa, cum merita reverentia salutamus: ubi graves ac perniciosos legi nostræ atque traditioni effrenatæ mentis homines pertulimus; quos & Dei nostri præsens auctoritas, & traditio ac regula veritatis ita respuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio subsisteret, aut accusandi modus ullus, aut probatio conveniret. Ideo, judice Deo & matre Ecclesia quæ suos novit & comprobat, aut damnati sunt, aut repulsi. Et utinam, Frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesse tanti fecisses: profecto, credimus, quia in eos severior fuisset sententia prolata, & te pariter nobiscum judicante, cœ-

D tus noster majori lætitia exsultasset. Sed quoniam recedere a partibus illis minime potuisti, in quibus & Apostoli quotidie sedent, & cruor ipsorum sine intermissione Dei gloriam testatur, non tamen hæc sola nobis visa sunt tractanda, Frater carissime, ad quæ fueramus invitati, sed & consulendum nobismet ipsis censuimus: & quam diversæ sunt provinciæ ex quibus advenimus, ita & varia contingunt quæ nos censemus observare debere. Placuit ergo præsente Spiritu sancto & angelis ejus, ut & his qui singulos quos [c] monebat judicare, proferremus de quiete præsenti. Placuit etiam, antequam a te [d] qui majores diœceses [e] tenes, per te potissimum omnibus insinuari. Quid autem sit quod

E senserimus, scripto nostræ mediocritatis subjunximus. At id primo [f] loco de vita nostra atque utilitate tractandum fuit, ut qui unus pro multis mortuus est, & resurrexit, ab omnibus tempus ipsum ita religiosa mente observetur, ne divisiones vel dissensiones in tanto obsequio devotionis possint exsurgere. Censemus ergo pascha Domini per orbem totum una die observatum iri. De his quoque qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, ut in ipsis locis perseverent. De his etiam [g] qui arma

a *Acratius*] Legendum *Agratius*.
b *Probatianus*] Al. *Probatius*.
c In ms. deest hiatus; sed desunt nonnulla.
d *A te*] In ms. *ante*.
e *Diœceses*] In ms. *diocheses*.
f *Id primo*] In ms. *in*.
g *De his etiam*] in ms. *agitur enim*.

SÆCUL. IV. circa Ann. Chr. 368.

projiciunt in pace, placuit abstineri eos a communione. De Circissariis agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agitant a communione separari. De his [a] qui in infirmitate sunt constituti & recedere [b] volunt, placuit eis manum imponi. De præsidibus autem qui fideles sunt, & ad præsidatum consiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, litteras quidem accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopis ejusdem loci cura illis agatur: & si cœperint contra disciplinam agere, nunc demum a communione excludantur. Et de his quidem qui in Republica agere volunt similiter. De Afris autem quod propria lege sua utantur, ut rebaptizent, placuit ut ad Ecclesiam si aliquis hæreticus venerit, interrogent eum symbolum: & si perviderint eum in Patre & Filio & Spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponatur. Quod si interrogatus symbolum, non responderit Trinitatem, tunc merito baptizetur, & cetera. Tunc tædians jussit omnes ad sedes suas redire. AMEN.

XIX.

An. 314. circa finem.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD EPISCOPOS,

post synodum Arelatensem scripta.

CONSTANTINUS AUGUSTUS episcopis catholicis carissimis fratribus salutem.

ÆTerna & religiosa, incomprehensibilis pietas Dei nostri, nequaquam permittit humanam conditionem diutius in tenebris oberrare, neque patitur exosas quorumdam voluntates usque in tantum pervadere, ut non suis præclarissimis luminibus demuo pandens iter salutare, eas det [c] ad regulam justitiæ converti. Habeo quippe cognitum multis exemplis: hæc eadem ex meipso metior. Fuerunt enim in me primitus; quæ justitia carere videbantur, nec ulla putabam videre supernam potentiam, quæ intra secreta pectoris mei gererem. Equidem hæc, ut dixi, æquam [d] fortunam debuerunt sortiri, scilicet omnibus malis redundantem: sed Deus omnipotens in cælis per sæcula residens, tribuit quod non merebar. Certe jam neque dici, neque enumerari possunt ea, quæ cælesti sua in me famulum suum benevolentia concessit, sanctissimi antistites Christi salvatoris fratres carissimi. Gaudeo igitur equidem specialiter, gaudeo quod tandem habita justissima dijudicatione, eos ad meliorem spem fortunamque revocastis, quos malignitas diaboli videbatur a præclarissima luce legis Catholicæ miserabili sua persuasione avertisse. O vere victrix providentia Christi salvatoris! ut etiam his consuleret, qui jam descïscentes a veritate, quodammodo adversus ipsam arma inducentes gentibus se copulaverunt: quia si [e] vel nunc vera [f] fide voluerint obsequia sanctissimæ legi deferre, intelligere poterunt quantum sibi nutu Dei sit provisum. Et hoc quidem, sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis, quibus ingenita est maxima durities animi, posse reprehendi; sed non profuit apud eos recta dijudicatio, neque in eorum sensus ingressa est divinitas propitia. Re vera enim non immerito ab his procul abscesserit Christi clementia, in quibus manifesta luce claret [g], hujusmodi esse, ut eos etiam a cælesti provisione exosos cernamus: quæ in ipsos tanta vesania perseverat, cum incredibili [h] arrogantia persuadeant [i] sibi, quæ nec dici, nec audiri fas est, descïscentes a recto judicio dato, quo cælesti provisione meum judicium eos comperi postulare: quæ vis malignitatis in eorumdem pectoribus perseverat. Quotiens a me jam ipso [k] improbissimis aditionibus suis sunt condigna responsione oppressi? qui utique si hoc ante oculos habere voluissent, minime hoc ipsum interposuissent. Meum judicium postulant, qui ipse judicium Christi exspecto. Dico enim, ut se veritas habet, sacerdotum judicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens judicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti. Quid igitur sentiunt maligni homines, officia, ut vere dixi, diaboli? Perquirunt sæcularia, relinquentes cælestia. O rabida furoris audacia! sicut in caussis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt. Equidem gentes minora interdum judicia refugientes, ubi justitia cito deprehendi [l] potest, magis ad majora judicia auctoritate interposita ad appellationem se conferre sunt solitæ. Quid hi detractores legis, qui renuentes cæleste judicium, meum putaverunt postulandum, sic sentire de Christo salvatore? Ecce jam proditores, ecce sine ulla acriori disquisitione, ipsi per semet prodiderunt facinora sua. Quæ ab ipsis sentitur humanitas, qui in ipso Deo immanes prosilierunt? Equidem, fratres carissimi, licet hæc in ipsis videantur deprehensa, nihilominus vos qui Domini salvatoris sequimini viam, patientiam adhibete, data his adhuc optione quid putent deligendum: ac si eos in iisdem videritis perseverare, protinus cum his quos Dominus dignos cultui suo judicavit, proficiscimini, & redite ad proprias sedes, meique mementote, ut mei Salvator noster semper misereatur. Ceterum direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi sibi mortem pejus pervideant. Dedi quoque litteras competentes ad eum, qui Vicariam præfecturam per Africam tuetur, ut quotquot hujus insaniæ similes invenerit, statim eos ad comitatum meum dirigat, ne ulterius sub tanta claritate Dei nostri ea ab ipsis fiant, quæ maximam iracundiam cælestis providentiæ possint incitare. Incolumes vos Deus omnipotens tribuat votis meis, & vestris, per sæcula fratres carissimi.

a *De his*] In ms. *agitur*.
b *Recedere*] Forte *credere*.
c *Eas det*] In ms. *ejusdem*.
d *Æquam*] In ms. *quam*.
e *Quia si*] In ms. *sic*.
f *Vera*] In ms. *mera*.
g *Claret*] In ms. *clarent*.
h *Cum incredibili*] In m. *incredibilia*.
i *Persuadeant*] In ms. *persuadendum*.
k *Ipso*] In ms. *ipsum*.
l *Deprehendi*] Forte *reprehendi*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

XX.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD PROBIANUM PROCONSULEM AFRICÆ,

An. 315.

Ex Augustino *lib.* III. *contra Cresconium cap.* lxx. *pag.* 476. *& epist.* lxxxviii. *num.* 4. *p.* 214.

Imperatores Cæsares Flavii, Constantinus Maximus, & Valerius Licinius ad Probianum Proconsulem Africæ.

Ælianus prædecessor tuus, merito, dum vir perfectissimus Verus Vicarius Præfectorum tunc per Africam nostram incommoda valetudine teneretur, ejusdem partibus functus, inter cetera etiam id negotium vel invidiam, quæ de Cæciliano episcopo Ecclesiæ catholicæ videtur esse commota, ad examen suum atque jussionem credidit esse revocandam. Etenim cum jam Superium centurionem, & Cæcilianum magistratum Aptungitanorum, & [1] Saturninum excuratorem, & Calidium juniorem ejusdem civitatis curatorem, atque Solonem servum publicum suprascriptæ civitatis præsentes esse fecisset, audientiam præbuit competentem, adeo ut cum Cæciliano fuisset objectum quod a Felice eidem episcopatus videretur esse delatus, A cui divinarum scripturarum proditio atque exustio videretur objecta, innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maximus Ingentium decurionem Ziquensium civitatis epistolam Cæciliani exduumviri [2] falsasse contenderet, eumdem ipsum Ingentium suspensum, actis quæ suberant, pervidimus, & ideo minime tortum quod se decurionem Ziquensium civitatis asseveraverit. Unde volumus ut eumdem ipsum [3] Ingentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas, ut illis qui in præsentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non desinunt, audientibus & coram assistentibus apparere & intimari possit, frustra eos Cæciliano episcopo invidiam B comparare, atque adversus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet ut omissis, sicut oportet, ejusmodi contentionibus, populus sine dissensione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deserviat.

1. Hic ille est Calidius seu Claudius Saturianus, ut legitur apud Optatum in lib. I. cap. xxvii. qui curator civitatis Aptungensis fuerat tempore persecutionis tradendorum codicum, id est, Diocletiano viii. & Maximiano vii. Coss. anno Christi 303. isque idcirco in judicium inductus est, ut ex ejus fide & ex Gestis municipalibus apud ipsum olim confectis investigaretur utrum Felix episcopus Cæciliani ordinator prodidisset sacros codices. Eamdem ob caussam vocati sunt Superius centurio, quia nimirum militibus & centurione utebantur magistratus cum scripturas a Christianis vi extorquerent, & Alfius Cæcilianus, quod ejusdem persecutionis tempore magistratum, seu duumviratum municipii Aptungensis gessisset, quodque examinanda esset ipsius ad Felicem epistola. Calidius vero junior, qui apud Optatum lib. I. c. xxvii. Calidius Gratianus appellatur, quia curator erat ejus anni, scilicet 314. quo agebatur quæstio de Felice, accitus est, forte ut acta municipalia superioris temporis magistratuum proferret. — Ad hunc locum vide quæ adnotavimus ex Valesio ad Optati lib I. c. xxvii.

2. Editi, *ex divino jure*, Mss. plerique, *ex duumviris*. Sed legendum haud dubie uno verbo, *exduumviri*. Agitur nempe de Alfii Cæciliani epistola ab ipso post duumviratum scripta, ut patet ex Gestis purgationis Felicis.

3. Censet Baronius hanc epistolam ad Probianum scriptam esse ante Arelatense Concilium anni 314. & Ingentium Concilio huic exhibitum dicit. Contra Henricus Valesius affirmat datam epistolam consulatu Constantini & C Licinii iv. id est, an. 315. quo anno Petronium Probianum proconsulem Africæ fuisse constat, cum ex codice Theod. in tit. de Appellat. tum ex eo quod Ælianus, qui ejus prædecessor heic dicitur, proconsulatum Africæ sustinuerit consulatu Volusiani & Anniani, id est an. 314. At quo mense proconsulatum adierit Probianus, & utrum non ante initium an. 315. minime ostendit Valesius. Porro exstat Constantini constitutio *ad Probum*, data 1. Apr. an. 314. ubi Godefridus legendum conjicit, *ad Probianum*.

XXI.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD EPISCOPOS PARTIS DONATI,

An. 315. mense Augusto.

De super nomine Cæciliani, qua accersendum eum declarat.

Constantinus Augustus Episcopis.

Ante paucos quidem dies, juxta postulatum vestrum, hoc mihi placuerat, ut ad Africam reverteremini, ut illic omnis caussa quæ vobis adversus Cæcilianum competere videtur, ab amicis meis quos elegissem, cognosceretur, atque finem debitum reciperet. Verum diu mihi cogitanti, & in animo meo non immerito volventi, id potissimum visum est, ut quoniam scio quosdam ex vestris turbulentos satis & obstinato animo rectum judicium & integræ veritatis rationem minime respicere; ac per hoc venire forsitan, ut si D ibidem cognoscatur, non ut condecet & veritatis ratio expostulat, res finem accipiat, atque aliquid tale eveniat, nimia vestra obstinatione, quod & divinitati cælesti displiceat, & existimationi meæ quam semper inlibatam cupio perseverare, plurimum impediat: placuit mihi, sicut dixi, ut Cæcilianus, juxta prius tractatum, huc potius veniat, quem credo juxta litteras meas mox adfuturum. Polliceor autem vobis, quod si præsente ipso de uno tantum crimine vel facinore ejus per vosmetipsos aliquid probaveritis, id apud me sit, ac si universa quæ ei intenditis, probata esse videantur. Deus omnipotens perpetuam tribuat securitatem.

Huc pertinent hæc Augustini verba, epist. 43. *n.* 30.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Jussit enim ille (Constantinus) ut ei partes ad agendam caussam Romam occurrerent. Quo cum Cæcilianus nescio qua caussa non occurrisset, interpellatus ab eis, præcepit ut Mediolanum sequerentur. Tunc se aliqui eorum subtrahere cœperunt, fortasse indignati, quia non est eos imitatus Constantinus, A ut jam statim atque velociter Cæcilianum damnaret absentem. Quod ubi cognovit providus Imperator, reliquos ab officialibus custoditos fecit Mediolanum pervenire.

Interim consilium cœpit rei judicandæ in Africa, ut constat ex epistola ejus sequenti ad Celsum.

XXII.

Circa finem Anni 315.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD CELSUM VICARIUM AFRICÆ,

In qua promittit ad Africam se venturum ut inter Cæcilianum & Donatum de schismate in Africa facto judicet.

CELSO VICARIO AFRICÆ.

[1] PErseverare [2] in ea quam Menalium jamdudum susceperat insania, ceterosque qui a veritate Dei digressi errori se pravissimo dediderunt, proxima etiam tuæ gravitatis scripta testata sunt; quibus inhærentem te jussioni nostræ [3] temeritate seditionis ipsorum, eoque tumultu quod apparabant, inhibitum esse memorasti, frater carissime. Unde quoniam ex eo patuit, ipsos nefarias res cogitasse, quod cum statuissem inter ipsos & Cæcilianum plenissime super allegationibus diversis requirere, se præsentiæ meæ suscepta fuga [4] subtrahere laborarunt: hoc ipso turpissimo facto confessi, ad ea se redire properare, quæ & antea fecerant, & nunc agere perseverant. At cum constet minime unumquemque propria penitus delicta lucrari, etiamsi paullisper eorum fuerit coercitio dilata, mandandum gravitati tuæ duxi, ut interim quidem eosdem omittas, & dissimulandum super ipsos esse cognoscas: verum lecta hac epistola, tam Cæciliano quam iisdem palam facias, quod cum favente pietate divina Africam venero, plenissime universis tam Cæciliano, quam his qui contra eum agere videntur, lecto dilucido judicio demonstraturus sum, quæ & qualis summæ divinitati sit adhibenda veneratio, & cujusmodi [5] cultus delectare videatur: adhibito etiam diligenti examine, ea quæ B nunc aliqui exinde [6] inlecebris mentis ignorantiæque occultare se putant, plenissime sim reperturus, atque in luce factorum venire; easdem personas quæ res istiusmodi concitant, faciuntque, ut non cum ea qua oportet veneratione summus Deus colatur, perdam atque discutiam. Cumque satis clareat neminem posse beatitudines martyris eo genere conquirere quod alienum a veritate religionis & incongruum esse videatur; eos quos contra fas & religionem ipsam recognovero, reosque violentiæ competentis venerationis deprehendero, sine ulla dubitatione, insaniæ suæ obstinationisque temerariæ faciam merita exitia persolvere. Scire itaque pro certo quæ habere debeant, ad plenissimam fidem, salute etiam teste in- C vocata, quod tam super plebe, quam super clericis his qui primi sunt, sim diligentissime quæsiturus, idque judicaturus quod verissimum & religiosissimum esse manifestum sit: demonstraturus etiam iisdem, qui & qualis divinitati cultus adhibendus sit. Nam nequaquam me aliter maximum reatum effugere posse credo, quam ut hoc quod improbe fit, minime existimem dissimulandum: cum [7] id potius agi a me pro instituto meo ipsiusque principis munere oporteat, quam ut discussis erroribus omnibusque temeritatibus amputatis, veram religionem universos, concordemque simplicitatem atque meritam omnipotenti Deo culturam præsentare perficiam. . . .

1. *Perseverare*] Hanc epistolam Constantini mendis plurimis deformatam in editis Optati hactenus vulgatis, emendatam exhibet Valesius ad calcem Eusebii in Differt. *de schismate Donatistarum* cap. XII. quod miror latuisse Dupinium. Eam porro ad V. C. exemplar exegimus.
2. *In ea quam*] Editi, *eum quem*. Mox *dederunt*.
D 3. *Temeritate*] Editi nullo sensu, *de merito*. Paullo post, *Quod enim cum*.
4. *Præsentiæ — fuga*] Vulgo, *præsentia mea susceptam fugam*. 5. *Cultus delectare*] Forte, *cultu delectari*.
6. *Inlecebris*] Legendum videtur, *in latebris*.
7. *Id*] Forte, *nihil*.

XXIII.

An. 316.

EX EPISTOLA CONSTANTINI AD EUMALIUM VICARIUM AFRICÆ,

Data IV. Idus Novembres Sabino & Ruffino Coss. (316)

SENTENTIA DE ABSOLUTIONE CÆCILIANI QUAM MEDIOLANI PRONUNTIAVERAT,

Relata ab Augustino contra Cresconium lib. III. *cap.* LXXI. *n.* 82. *tom.* IX. *Oper. Aug. p.* 476.

INsero adhuc & verba Constantini ejus ad [1] Eumalium Vicarium, ubi se inter partes cognovisse, & innocentem Cæcilianum comperisse testatur. Cum enim narrasset in his quæ supra locutus est, quem-

1. Am. & Er. *ad alium*. Mss. *ad Eumalium*.

admodum ad judicium ejus post episcopalia judicia partes perductæ fuerint: In quo pervidi, *inquit*, Cæcilianum virum omni innocentia præditum, ac debita religionis suæ officia servantem, eique ita ut oportuit servientem: nec ullum in eo crimen reperiri potuisse, eidem apparuit, sicut absenti fuerat adversariorum suorum simulatione compositum.

De eodem judicio Augustinus, Breviculo Collationis diei 3. cap. 19. Recitatum est judicium Constantini, quemadmodum se inter partes caussam Cæciliani cognovisse ad Eumalium Vicarium Africæ scripsisset, quod remotis omnibus arbitris, Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos cognovisse testatus est.

A *Idem in lib. post Collationem cap.* 33. Constantinus ad Eumalium Vicarium de Purgatione Cæciliani scripsit Sabino & Ruffino Coss. IV. Idus Novembres, id est, post biennium & menses fere octo, *a purgatione Felicis sub Æliano Proconsule, Volusiano & Anniano Coss.* XV. *Kalendas Martias*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

In Indice collationis Carthaginensis 3. c. 516. legitur: Recitatio judicii Constantini, quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium significat Imperator.

Ibid. cap. 521. Interlocutio quod inter partes sententiam tulerit Imperator.

Ibid. cap. 523. Interlocutio hoc ipsum significans ex rescripto Principis superius recitato.

XXIV.

EXEMPLUM EPISTOLÆ PRÆFECTORUM PRÆTORIO AD CELSUM VICARIUM,

An.316.

Qua remittuntur in Africam Donatistæ, qui in Gallias venerant propter caussam Cæciliani.

PETRONIUS ANNIANUS & JULIANUS Domitio Celso Vicario Africæ.

QUoniam Lucianum, Capitonem, Fidentium & Nasutium episcopos, & Mammarium presbyterum qui secundum cæleste præceptum domini Constantini Maximi invicti semper Augusti ad Gallias cum aliis legis ejus hominibus venerant, dignitas ejus ad B lares proprios venire præcepit, angarialem his cum annonaria competentia usque ad Arelatensem portum secundum imperatum æternitatis ejusdem clementissimi principis dedimus, frater, qua inde Africam navigent. Quod solertiam tuam litteris nostris scire conveniat. Optamus te, frater, felicissimum bene valere. Hilarius princeps obtulit IIII. Kalendas Maias, Triberis.

XXV.

LEX IMPERATORIS CONSTANTINI IN DONATISTAS.

A*Ugust. ep.* 105. *n.* 9. Tunc Constantinus prior contra partem Donati severissimam legem dedit.

Idem ep. 88. *n.* 3. Primus (Constantinus) contra vestram partem legem constituit, ut loca congregationum vestrarum fisco vindicarentur.

C *Idem lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 92. n.* 205. Constantinus vobis basilicas jussit auferri.

Ejusdem legis fit mentio l. 2. cod. Theod. tit. Ne sanctum baptisma iteretur.

XXVI.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD EPISCOPOS ET PLEBEM AFRICÆ,

An.317.


Ut Donatistas tolerent.

CONSTANTINUS AUGUSTUS universis episcopis per Africam, & plebi Ecclesiæ catholicæ.

QUod fides debuit, quantum prudentia valuit, prout puritas potuit, tentasse me per omnia humanitatis & moderationis officia optime scitis, ut, juxta magisteria legis nostræ, pax illa sanctissimæ fraternitatis, cujus gratiam Deus summus famulorum D suorum pectoribus [a] immiscuit, stabilita per omnem concordiam teneretur. Sed quia vim illam sceleris infusi paucorum licet, sensibus pervicaciter inhærentem, intentionis nostræ ratio non potuit edomare, favente adhuc sibi huic nequitiæ patrocinio, ut extorqueri sibi omnino non sinerent, in quo se delinquisse gauderent. Spectandum nobis est, dum totum hoc per paucos sedit, in populum omnipotentis Dei misericordia mitigetur. Inde enim remedium spera-

a *Pectoribus*] in ms. *spectatoribus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



re debemus, cum omnia bona vota, & facta referuntur. Verum dum cælestis medicina procedat, hactenus sunt consilia nostra moderanda, ut patientia percolamus, & quidquid insolentia illorum pro consuetudine intemperantiæ suæ tentant & faciunt, id totum tranquillitatis virtute toleremus. Nihil ex reciproco reponatur injuriæ: vindictam enim, quam Deo servare debemus, insipientis est manibus usurpare: maxime cum debeat fides nostra confidere, quidquid ab hujusmodi hominum furore patietur, Martyrii gratia apud Deum esse valiturum. Quid est enim aliud in hoc sæculo in nomine Dei vincere, quam inconditos hominum impetus quietæ legis populum lacessentes, constanti pectore sustinere? Quod si observaverit vestra sinceritas, cito videbitis per gratiam summæ divinitatis, ut languescentibus eorum institutis vel moribus, qui se miserrimæ contentionis vexillarios præbent, sciant omnes non debere se paucorum persuasione pereuntes sempiterno letho dare, quo possint pœnitentiæ gratia, semper vitæ æternæ, correctis erroribus suis, integrari. Valete voto communi per sæcula jubente Deo, fratres carissimi.

XXVII.

An. 321.

LIBELLUS DONATISTARUM AD CONSTANTINUM MISSUS,

Ut Silvanum & collegas ab exsilio revocet.

IN *Indice Collationis Carthag.* 3. *c.* 544. Prosecutio qua Donatistarum Principi Constantino libellum asserunt proprios dedisse majores, & eo Principem motum, agendi eis dedisse licentiam, & ibi Felicis Aptungitani episcopi qui Cæciliani fuerat ordinator, caussa narratur.

Et apud August. in Breviculo Collationis diei 3. *c.* 21. *n.* 39. Petiverunt (Donatistæ) suum libellum esse recitandum, quem dicebant datum Constantino a majoribus suis. In quo libello satis aperteque monstrarunt, quam falsum dixerint de damnatione Cæciliani apud Brixiam: idem quippe libellus ostendit quemadmodum contra eos senserit Constantinus. Nam ibi dicunt, nullo modo se communicaturos *antistiti ipsius nebuloni*, paratosque esse perpeti quidquid eis facere voluisset. Quem Constantini antistitem nebulonem utique Cæcilianum intelligi volebant.

XXVIII.

An. 321. 5. Maj.

RESCRIPTUM CONSTANTINI AD VALERIUM seu VERINUM.

IN *indice Collationis* 3. *cap.* 549. Recitatur epistola Constantini ad Vicarium Verinum destinata, qua libertatem agendi tribuit Donatistis.

Ibid. c. 550. Prosecutio Catholicorum, quæ dicit pro se magis epistolam facere Constantini, quia non de Cæciliano aliquid judicatum est, sed furori suo ipsi permissi sunt.

Augustinus in lib. post Collat. cap. 33. *testatur has* ad Valerium *seu* Verinum Vicarium de illorum exsilio soluto, & eorum furore Deo vindici dimittendo litteras datas Crispo & Constantino iterum Consulibus tertio nonas Maias, id est, post quartum annum & mensem fere sextum, *elapsum a tempore rescripti Eumalio directi*. *Confer Breviculum Collat.* 3. *c.* 22. & *epist.* 141. *n.* 9. *tom.* 2. *op. Aug.*

XXIX.

An. 330. 5. mens. Februarii.

RESCRIPTUM CONSTANTINI AD EPISCOPOS NUMIDAS,

Ubi hæretici tulerunt basilicas a Catholicis, ut ad aliam basilicam faciendam sibi locum vel domum eis dent.

CONSTANTINUS VICTOR MAXIMUS ac Triumphator semper Augustus Zeuzio, Gallico, Victorino, Sperantio, Januario, Felici, Crescentio, Pantio, Victori, Babbutio, Donato episcopis.

CUm summi Dei, qui hujus mundi auctor & pater est, cujus beneficio vitam carpimus, cælum suspicimus, humana etiam societate gaudemus, hanc voluntatem esse constet, ut omne humanum genus in commune consentiat, & quodam societatis affectu, quasi mutuis amplexibus glutinetur: non dubium est hæreses & schisma a diabolo, qui caput est malitiæ, processisse. Et ideo quidquid ab hæreticis geritur, ejus instinctu fieri, qui eorum sensus, mentes, cogitationesque possedit nulla dubitatio est. Nam cum ejusmodi homines in sua potestate redegerit, iisdem usquequaque dominatur. Quid autem boni efficere insanus, perfidus, irreligiosus, profanus, Deo contrarius, Ecclesiæ sanctæ inimicus potest, qui a Deo sancto, vero, justo, summo, atque omnium domino recedens, qui nos constituit & in hac luce produxit, qui spiritum ad vitam quam carpimus, dedit, & qui nos id quod suum esse voluit, & omnia sua voluntate perfecit, ad diaboli partem prono errore decurrit? Sed quia semel possessus animus a malo, necesse est doctoris sui operibus instare, ea perficiat quæ æquitati & justitiæ contraria videantur, idcirco hi qui a diabolo possessi sunt, ejus falsitati & nequitiæ obsequuntur. Non autem mirandum [a] est, a bonis improbos discedere.

a *Mirandum*] In ms. *miratum*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Nam sic recte proverbio signatum est, Pares cum paribus congregari: qui malo impiæ mentis infecti sunt, necesse est a nostra societate diffideant. Homo siquidem malus, ut scriptura loquitur, de malo thesauro profert mala: bonus vero ex bono profert bonum. Sed quia, ut dictum est, hæretici & schismatici, qui bonum relinquentes & malum sectantes, ea perficiunt quæ Deo displiceant, diabolo, qui eorum pater est, approbantur adhærere, rectissime & sapienter gravitas vestra fecit, & secundum sanctum fidei præceptum, ab eorum perversis contentionibus temperando, & iisdem remittendo quod idem sibi indebitum atque alienum usurpare contendunt: ne, sicuti est eorum perversitas maligna & perfida, ad seditiones usque prorumperent, B & inter turbas atque concentus sui similes incitarent, atque ita aliquid exsisteret, quod sedari non oporteret. Sceleratum quippe eorum propositum semper requirit diaboli opera perficere. Et ideo cum a sacerdotibus Dei per patientiam cum ipso suo patre * superantur (α) sibi hi qui cultores Dei summi gloriam, illis vero damnationem comparent, & condigna supplicia. Ex hoc quippe majus Dei summi exstat (β) justiusque judicium, quod eos æquo animo tolerat, & patientia condemnat, his omnia quæ ab ipsis processerunt, sustinendo. Deus siquidem se omnium vindicem promisit. Et ideo cum vindicta Deo permittitur, acrius de inimicis supplicium sumitur. Quod vos nunc famulos & sacerdotes Dei li- C benter fecisse cognovi, & satis gratulatus sum, quod de impiis & sceleratis, sacrilegis & profanis, perfidis & irreligiosis, & Deo ingratis, & Ecclesiæ inimicis nullam vindictam poscitis, & ut idem potius ad veniam pertineant postulatis. Hoc est vere ac penitus Deum nosse, hoc est præceptis insistere, hoc est feliciter credere, hoc est vere sentire, hoc est scire, quod major vindicta in contrarios Ecclesiæ provocetur, cum iisdem in sæculo parcitur. Accepta igitur epistola sapientiæ & gravitatis vestræ, comperi hæreticos sive schismaticos eam basilicam Ecclesiæ catholicæ, quam in Constantina civitate jusseram fabricari, solita improbitate invadendam putasse, & frequenter tam a nobis quam a judicibus D nostris ex nostra jussione commonitos, & reddere A quod suum non erat, noluisse, vos tamen imitatores patientiæ Dei summi, eorum malitiæ placida mente, ea quæ vestra sunt, relinquentes, & potius locum vobis invicem alium fiscalem scilicet poscere. Quam petitionem, more instituti mei, libenter amplexus sum, & statim ad Rationalem competentes litteras dedi, ut domum bonorum nostrorum transgredi faciat, cum omni jure suo, ad dominium Ecclesiæ catholicæ, quam promta liberalitate donavi, ac vobis tradi protinus jussi. In quo tamen loco sumtu fiscali basilicam erigi præcepi. Ad Consularem quoque scribi mandavi Numidiæ, ut ipse in ejusdem ecclesiæ fabricatione in omnibus sanctimoniam vestram juvaret. Lectores etiam Ecclesiæ catholicæ, & hypodiacones, reliquos quoque qui instinctu memoratorum quibusdam pro moribus ad munera, vel ad decurionatum vocati sunt, juxta statutum legis meæ ad nullum munus statui evocandos. Sed & eos, qui ducti sunt hæreticorum instinctu, jussimus protinus molestiæ perfunctionibus absolvi. De cetero etiam legem meam super ecclesiasticos catholicos datam custodiri, mandavi: quæ omnia ut vestræ patientiæ palam fierent, harum literarum testificatione perscripta sunt. Et utinam quidem hæretici vel schismatici aliquando suæ saluti providerent, & detersis eorum tenebris ad visionem veræ lucis oculos aperirent, & a diabolo secederent, & ad Deum qui unus & verus, qui omnium judex est, vel sero confugerent. Sed quia constat eos in sua malitia manere, & in suis facinoribus mori velle, sufficit iisdem commonitio nostra, & præcedens assidua cohortatio. Si enim jussionibus nostris obtemperare voluissent, ab omni malo liberarentur. Nos tamen, fratres, sequamur quæ nostra sunt, mandatis instemus, custodiamus divina præcepta, ex bonis actibus vitam nostram ab erroribus vindicantes, favente Dei misericordia, per rectum limitem dirigamus.

Data Non. Febr. Serdica.

Expliciunt S. OPTATI *episcopi libri numero septem, vel Gesta Purgationis Cæciliani episcopi & Felicis ordinatoris ejusdem: necnon Epistola Constantini Imperatoris. Amen.*

XXX.

DONATISTÆ CUJUSDAM SERMO

DE VEXATIONE DONATISTARUM

Circa ann. 340.

Temporibus Leontii & Ursatii.

Nunc primum editus ex codice ms. bibliothecæ illustriss. & reverend. episcopi Catalaunensis, quingentorum circiter annorum, opus vetusti admodum auctoris.

IV. Idus Martii Sermo de Passione SS. Donati & Advocati.

I. SI manifesta persecutionum gesta non otiose conscripta sint, nec inconsulte in honorem martyrum, & ædificationem credentium anniversaria solemnitate leguntur: cur non magis subdolæ fraudes [a] & blandæ deceptionis insidiæ conscribantur pariter & legantur, quæ sub obtentu religionis E animas fraudulenta circumventione subvertunt? Magis enim necessaria instructio illic est, ubi professa hostilitas non est, quia hostilis societas ad decipiendum facilis & proxima est, [a] *& inimici*, inquit, *hominis domestici ejus*. Ideo alienum ab officio religionis & pietatis erit non solum martyrum glorias invida quodammodo taciturnitate comprimere, sed eo patrocinante silentio deceptoria subtilitate celare quod salutare est. Quid enim tam

a Matth. x. 36.

(α) *Superantur*] In ms. *superant*.

(β) *Exstat*] In ms. *exsistat*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



periculose tacetur a prudentibus, quam inutiliter a A simplicibus ignoratur. Quoniam quidem, ut facile est, incautos appellatione nominis Christi a fallacibus decipi, ita necesse est fugere hoc nomen ministros Antichristi. Proditione ergo luporum latentium sub vestitu ovium aut liberabuntur instructi qui imperitia fallebantur, aut contumaces vitio suo perient sine culpa & periculo prædicantium. Christianorum ergo caussa repetendi quæ gesta sunt, & utilitatis & justitiæ plena sunt: quia fideles commemorando corroborantur, & rudes quosque ad tolerantiam tentationum instigant, & inimicos detegendo condemnant. Prædicet ergo patientissimam filiorum suorum fidem pia mater Ecclesia. Recognoscat & fructum operis sui latronum crudelissi- B morum spelunca. Ergo jam veniamus ad caussas.

II. Res apud Carthaginem gesta est Cæciliano [2] Eudinepiso [3] tunc instante, assentiente Leontio comite, duce Ursatio, Marcellino tunc Tribuno, diabolo tamen omnium istorum consiliatore exsistente. Primo etenim ut inveterato draconi mos est insitus, quasi non ipse jamdudum persecutione manifesta Christiani nominis impugnator exstiterit, eos quos aperta persecutione [4] superare non potuit, calida fraude circumvenire molitus est, ut eo facilius deceptio proderet, quo deceptionis auctor latuisset. Sed quibus præcepta divina semper sunt arma victricia, tam blandientis intellexerunt insi- C dias, quam minis sævientis tunc territi non sunt. At ubi ergo non blandiendo cautos vigilantesque fefellit, sciens invidus artifex illos quos jamdudum publica strage dejecerat, ad eum quem negaverunt reverti per pœnitentiam posse, ipsumque Dominum ad suscipiendam dolentium exomologesim promtum utpote non volentem mortem morientis, quantum ut revertatur & vivat, mentes quas in prœlio tormentorum metu subegit, blandimentis adversus tempora pacis erexit, ablata humilitate, qua sola posset ira Dei indignantis mitigari, insinuataque superbia qua certissime scivit Deum gravius offendi, posse tenere lapsos illicite rursus ecclesiasticos honores [5] insinuans, quos tunc tenue- D rant sacramentorum cælestium desertores. Tantumdem horum falsa proditione nunc lætus, quam imbecillitate fidei nuper gravisus. Immo securior modo cum quasi episcopi vel Christiani dicuntur, quam tunc cum nominis negatione ruerunt: tantum inimicos habens ibi nomine nuncupari suos, dummodo tali fraude tutius, ut jam diximus, teneat, quos falsa appellatione ludificat: non solum oblectans inani gloria miseros, sed & regali amicitia muneribusque terrenis circumscribens avaros.

III. Tamen insatiabilis prædo moleste ferens quod non omnes hac arte possederit, subtilius argumentum ad violandum fidei sinceritatem invenit salu- E tis inimicus. Christus, inquit, amator unitatis est, unitas igitur fiat [6]: ante plebem nimis sibi semper obsecutam, ideoque a Deo desertam, Catholicam vocans [7] ut de præjudicio nominis, qui communicare noluerunt, hæretici dicerentur. Mittit pecunias [8] quibus vel fidem caperet, vel professione legis occasionem faceret avaritiæ. Sed cum his omnibus illecebrantibus tentamentis rigidus atque inflexibilis tenor justitiæ devotius obsisteret, jubentur intervenire judices, coguntur ut cogant sæculi potestates, circumdantur vexillationibus domus, proscriptionum minæ protenduntur divitibus, profanantur sacramenta, superinducta gentilitatis caterva, conventicula sacra fiunt luculenta convivia.

IV. Jam quæ dicta vel gesta sunt illic inter epulas lascivientium juvenum, & ubi præsto fuerint aspernamenta feminarum, scelus est edicere fidelissimi fratres. Quanta repente rerum mutatio! Basilica in popinam, ne turpius dicam, conversa est. Qui dolor videre in domo Dei tantum piaculum, locum illum castis precibus & votis assuetum, incestis operibus, & spuriis vocibus profanari! Quis oro hominum cujuslibet extremæ conditionis intra suos parietes id fieri pateretur? Nemo hoc vellet, nisi qui & facere posset. Quis talia vel filiis diaboli auctoribus gesta negat, vel facti auctores Christianos appellat, nisi qui aut ipsum diabolum excusatum velit, aut de Christo Domino aliter sentit? Quanta serpentis industria! Quanta his malis expediendis incubuit, ut tam sua familia divino nomine titulata se celaret ex nomine, quam nomen suis operibus infamaret! O veneranda divinæ patientiæ virtus! quæ tantum se extendente mali nequitia sustinens patitur, ut facta subdoli hostis sibi vel suo nomini reputet. Ne quisquam æstimet leve quid accidere quotiens schismata & hæreses oriuntur, quarum utique ministerio profano & opere adulterino Deum & Christum infamat Satanæ transfiguratio.

V. Sed ne a propositis longius evagemur, sacrarum virginum stupra prætereamus, ab illis sacerdotum Dei dissimulo cædes, contumelias, prædas & spolia taceo, ut etiam ipsi intelligant pauca nos de multo consulto decerpere, & ea breviter ac verecunde proferre, utpote qui non vindictam de inimicis studeamus exigere, sed miserorum animas de lupi rapacis faucibus & de ipso jam pæne draconis ore liberare. Poterat igitur disciplinæ salutaris eversor castitatem fidei unitatis vocabulo violare, id est, unitatem ipsam sibi non Deo cogere. Quod neque rectores hujus mundi, & harum tenebrarum fieri præcipiebant, ut id quod jubebatur quale fuisset persona præcipientis indicaret. Quæ & quanta inter hæc edita Ecclesiæ Dei & Christi gloriosa exempla? quæ Christianæ professionis signa? exsilia quæ? veræ fidei & integræ devotionis indicia publicata, quibus palam factis nullum potuit veritas latuisse, nisi qui contra suam conscientiam secundum Prophetæ sententiam, spem suam in mendacio ponere destinasset.

VI. Ad ultima veniamus illa quæ deficientibus fallaciis & fatigatis insidiarum machinamentis in apertas minas, manifestasque furias eruperunt. Erat tunc videre militum manus traditorum furiis ministrantes, quæ ad perpetrandum tanti facinoris opus memoratorum mercede conductæ sunt: circumstabant denique diligentissima curiositate, inspicientes ne quid illic mitius gerere crudelitati mercenariæ licuisset, quæ illam tam curiosi spectaculi intentionem non tam defensio pravæ assertionis, quam exactionem locati sanguinis profitebatur. At vero populus Dei ante, licet opinionem futuræ cædis & audierit & ex ipsa dispositione cognoverit, non solum fugatus non est imminentis exitiosæ mortis metu, quin potius ad orationis domum voto passionis animosius convolavit: ubi cum fides sacris lectionibus pascitur & contexta jejunia continuis precibus saginantur, cumque ipsa prece in manu Dei commendantur animæ iniquorum manibus propinatæ, ex castris ecce ad instar dominicæ passionis cohors militum progreditur ad Christianorum necem a Pharisæis neotericis procurata. Manus contra innocuas ad Dominum extensas armantur fustibus dexteræ, quasi minus martyrium dicerent,

qui non gladiis ſed impia cæde fuſtibus trucidabantur.

VII. Quamquam Honoratum [9] ſanctiſſimi Scilibenſis [10] epiſcopi jugulum Tribuni gladius etſi non penetravit, tamen compunxit, atque ita & illic tam miniſtros diaboli furor detexit, quam glorioſi antiſtitis patientia Chriſti Eccleſiam manifeſtavit: quia nec alius oſtendebatur Chriſti Domini ſervus, quam ille qui hæc eadem patiebatur, quæ & ipſe paſſus eſt Dominus: [a] *Non eſt*, inquit, *ſervus major domino ſuo; ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur*. Quare cæſi hi ſervi Dei ſunt qui a ſæculo diliguntur, oſtendant ipſum Dominum a ſæculo fuiſſe dilectum. Si autem ſæculum nonniſi eos qui ſui ſunt diligit, neceſſe eſt eos odio habeat quos de ſæculo Dominus Jeſus elegit. [b] *Si de ſæculo eſſetis*, inquit, *ſæculum quod ſuum eſſet, amaret; ſed quia de ſæculo non eſtis, ſed ego elegi vos de ſæculo, propterea odit vos ſæculum*.

VIII. Denique hujus odii ſemper exitus effuſione ſanguinis ſignatus eſt, ſicut & nunc pactum conventionemque ſceleris non aliter quam conſignatione ſanguinis tranſegerunt, cum omnis ætas & ſexus clauſis admodum oculis cæſa in media baſilica necaretur. Baſilica, inquam, intra cujus parietes & occiſa & ſepulta ſunt corpora numeroſa, & illic ex titulationibus [11] nominum perſecutionis etiam Cæcilianenſis uſque in finem memoria prorogatur: ne alios quandoque poſtmodum epiſcopatus nomine geſtæ rei expertes deceperit parricida.

IX. Nam & anniverſalis dies religioſa [12] devotione non immerito celebratur: eſt enim honorandus dies iſte, in quo & omnis Eccleſia Dei confeſſa, & poſt ejus Chriſti Domini æterni judicis dextera coronata eſt. Viderit enim cur non omnes permiſerit ſumma pietas trucidari, tamen corda conſpiciens omnium martyrum præmio muneravit, quos tota devotione pati voluiſſe proſpexit qui non ſanguinem ſed fidem credentium quærit. Illum autem ſanguinis omnium neceſſe eſt teneri reum, quem totam interficiendam locaſſe plebem non eſt incertum.

X. Adhuc autem quod dementiæ majoris fuit, etiam poſt tam nefarium factum eamdem baſilicam poſſidendam homicida putavit, quaſi amore loci ſuccumberet. Ceteri qui evaſerunt Chriſtiani a quibus videbat vitam ipſam ſæculi præſentis contemni, illis opinor ſe placiturum putavit poſt ſanguinis maculam, quorum ſanguinem appetivit, poſt traditionis ruinam, quos ideo perſequebatur, quia communionis ejus contagium declinabant, ipſos communicaturos ſibi poſt perpetratum homicidium promittebat. O imprudentia vanitati dementiæque permixta! qua obcæcatus latro deterrimus, id conſilium ſtatuendum putaret quo ſua ipſa diſpoſitione neſcius impediretur.

XI. Jam violentiam ipſius poteſtatis ante oculos proponendam quod tunc viſum eſt, nunc animo revolvendum. Cum Dei ſacerdos ante aram ſacri nominis mactaretur, cum catechumenus puer expers diſciplinæ ſacramentorum pene exanimis gratiam lavacri ſalutaris ſitientiſſime poſtularet: Subvenite, ait, [13] catechumeno mihi: anima jam Deo ſcilicet proxima, hoc ſibi magnum voluiſſe contingere ultima voce ſignabat, ſi ad inſtar dominicæ paſſionis aqua ſanguini jungeretur.

XII. At vero memoratus epiſcopus [14] ex Abvocatenſi oppido Carthaginem hoſpes adveniens, tanta catholicæ iſtius humanitate hoſpitalitatis exceptus eſt, ut non ante poſt itineris tanti laborem vel aquæ modicum ſumeret, quam ſui ſanguinis poculo traditorum fauces avidiſſimas ſatiaſſet. Unde quærendum puto qualis eſſe poſſit apoſtaſia, ſi digne talis appellatur catholica. Nam & hoc ad injuriam magnopere procuravit nominis inimicus, ut eam vulgo dici feciſſet catholicam, ubi impune committitur quidquid publico jure damnatur [15].

XIII. Interea cum traditorum votis Tribunus obſequi paraviſſet, cumque ardorem ſævitiæ ſanguinis copia ſatiaſſet, baſilicam rurſus aliqui fratres ingreſſi qualia pro tempore poterant obſequia martyribus exhibebant. Quæ tunc animorum perturbatio! qui profluvii lacrymarum! qui lamentationum gemitus! quæ inter cadavera trucidatorum diſcurrens pietas uniuſcujuſque jacentis faciem dignoſcere properavit! Ubi cum filii parentum, filiorum parentes proſtrata corpora reperirent, videres alios ſuorum amplexibus inhærentes, alios repentino viſu percuſſos conſediſſe ſemianimes, nonnullos colligendis corporibus pias manus accommodantes; dum diverſi ſexus corpora aliter quam decebat jacentia, contegunt, dum membra ſævis ictibus comminuta, etiamſi non officiis, locis tamen ſuis reddunt. Veſpertinum jamjamque tempus diei illius lucem tentabat excludere, atque ita e diverſis locis corpora numeroſa ſtatim feſtinanterque geſta ſunt, ita tamen religioſe laborantes ditabat Spiritus, ut ubi paſtor percuſſus jacebat, illo & ovium grex de paſſione colligeretur, quod divinitus factum ipſa res proteſtata eſt; ut qui Deo ſacrificium ſemet obtulerant aram Dei circum per ambitum coronent, ut epiſcopus cui obſequia exhibebantur a populo ſacerdotium adminiſtranti, etiam martyrio promotus comitatu & obſequio ſuorum commartyrum frueretur.

XIV. O vere divinum & longe diverſum a ſapientia humana, ſicut ipſe Dominus ait per prophetam: [c] *Non ſunt*, inquit, *cogitationes meæ ſicut veſtræ, neque veſtræ ſicut meæ: ſicut enim diſtat cælum a terra, ita diſtant viæ meæ a viis veſtris, & cogitationes veſtræ a ſenſu meo*. In acie denique nationum adverſarium interfeciſſe victoria eſt: in noſtro certamine occidi ab inimico triumphus eſt. Valde enim miſere vincit, qui homicida poſt victoriam vivit. Gaude & exſulta pia mater Eccleſia, quæ diſciplinis erudita cæleſtibus, inaccuſabili atque illibata conflictatione luctaris. Si enim reſiſtendum eſt, mente non armis reſiſtis, ſi non manu ſed fide congrederis. Hæc te pugnarum diverſitas probat in ſæculo, coronat in cælo, commendat Domino Chriſto. Sic vincit qui poſt victoriam vinci neſcit: ſic triumphat cujus non finitur triumphus. Tibi ſoli licet pie congredi, beneficium alieno maleficio conſequi, pura & virgine conſcientia coronari per Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

a Joan. xv. 20. b Ibid. ℣. 19. c Iſa. lv. 9.

1. *Subdolæ fraudes & blandæ deceptionis inſidiæ*] Fatetur ergo hic Scriptor perſecutionem in Donatiſtas non fuiſſe ſimilem perſecutioni Ethnicorum in Chriſtianos. Hujus acta manifeſta eſſe dicit: illius vero obſcura & minus nota. De utriuſque diſcrimine lege Optatum lib. III §. VIII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

2. *Cæciliano*] Cæcilianus is est proculdubio Carthaginiensis: nam postea Cæcilianensis vocatur ista persecutio, & ejus auctor episcopus. Contigerunt ergo hæc tempore Cæciliani episcopi, qui basilicam quam Donatistæ obtinebant, Ursatii opera recuperare conatus est.

3. *Eudinepiso*] Videtur istud fuisse Cæciliani cognomen.

4. *Aperta persecutione*] Ethnicorum scilicet in Christianos.

5. *Tenere lapsos illicite rursus ecclesiasticos honores*] Donatistæ discesserant ab Ecclesia sub hoc obtentu, quod catholici traditionis & idololatriæ reos ad episcopatum provexissent, aut in episcopatu reliquissent.

6. *Unitas igitur fiat*] Hinc dicebantur operarii unitatis Leontius, Ursatius, Paullus, & Macarius, quia Donatistas invitos ad unitatem Ecclesiæ compellebant.

7. *Catholicam vocans*] Diffiteri non potest Scriptor ille, quin catholica diceretur Ecclesia quæ Cæciliano communicabat.

8. *Mittit pecunias*] Imperator Constans non miserat primitus Paullum & Macarium ad faciendam unitatem, sed cum eleemosynis, ut testatur Optatus lib. III, §. III. Idem de Leontio & Ursatio docet hujus scripti auctor.

9. *Honoratum*] Nomen est proprium episcopi satis commune apud Afros. Male ergo inscribantur hæc acta Donati & Advocati passio, cum potius dici deberent Honorati Sicilibensis episcopi. —— Mallem, *honoratum .... jugulum*.

10. *Scilibensis*] Legendum *Sicilibensis*. In Concilio Carthaginiensi sub S. Cypriano sententiam dixit *Satius a Siciliba*. Concilio Carthaginiensi anni 419. adest *Prætextatus Sicilibensis* unus ex episcopis provinciæ Proconsularis. Et collat. Carth. interfuit episcopus *Sicilibensis*, Quadratianus nomine. Nota urbs ex Itinerario Antonini, ubi dicitur *Sicilibra*: apud Anonymum Ravennatem *Siciliba*. Hæc sita erat in provincia Proconsulari & utrumque Tuburbum oblique respiciebat a majori M. passuum 18. distans.

11. *Titulationibus*] De hujusmodi titulis sepulcrorum martyrum consule quæ diximus in nota 78. ad lib. III.

12. *Anniversalis dies religiosa*] Festum agebant diem Donatistæ in commemorationem eorum, qui interfecti aut male mulctati fuerant in illa occasione.

13. *Subvenite ait. &c.*] Egregia sententia, si pro bona caussa proferretur.

14. *Memoratus episcopus*] Honoratus scilicet episcopus Sicilibensis: quod autem dicitur advenisse Carthaginem ex Abvocatensi oppido, intelligendum non de urbe cujus erat episcopus; nam nulla est urbs hujus nominis episcopalis in Africa, sed de aliquo oppido vicino unde Carthaginem profectus fuerat.

15. *Ubi impune committitur quidquid publico jure damnatur*] Sarcasmus est & lusus in voce *Catholici*, quæ rem universalem significat. Ecclesia dicitur catholica quia universalis: at catholicæ Ecclesiæ illudens iste scriptor, alio vocem istam torquet, ut dicatur catholica, quia impune illic committitur, quod jure publico & communi damnatur. Allusio sane frigida & ridicula.

XXXI.

An. 348. 25. Decembr.

PASSIO MARCULI SACERDOTIS DONATISTÆ

Qui sub Macario interfectus a Donatistis pro martyre habebatur.

Ex Analectorum MABILLONII *tom.* IV. *p.* 105. *collata ad codicem mss. Corbeiensem quingentorum circiter annorum.*

INCIPIT PASSIO BENEDICTI MARTYRIS MARCULI

VIII. [a] *Kal. Decembris.*

QUoniam multorum martyrum passiones & gloriæ in sublimem memoriam eximio olim sermone digestæ ad magnam utilitatem proficiunt populorum, dum ad incentivum virtutis & laudis Ecclesiæ semper auribus recitantur; idcirco me quoque & honor martyris tanti, & communis omnium devotionis professus accendit, ut passionem MARCULI gloriosi, sacerdotali etiam honore fulgentem [b], traditorum nuper scelere consummatam [c], indigna [d] licet, sed plena amoris oratione decurrerem. Justum enim ac satis dignum est, ut antiquorum testium laudibus recentium [e] quoque martyrum virtus adjuncta glutinetur. Sicut enim [f] illos gentilis sævitia diabolo parens destinavit ad regnum; sic & hos traditorum rabies Antichristo serviens misit ad cælum. Et quia prætermittendus non est superioris vitæ memorabilis cursus; de virtutibus Marculi gloriosi [g], etsi propter multitudinem nequeunt omnia, propter testimonium tamen vel pauca dicenda sunt.

Ille namque olim prælectus & prædestinatus a Domino, mox ubi primum beatæ fidei rudimenta suscepit, statim mundanas litteras respuens, forense exercitium & falsam sæcularis scientiæ dignitatem suspensa ad cælum mente calcavit, & a calumniosis tribunalium septis ad sanctissimam Ecclesiæ transiens scholam, dum verum magistrum elegit Christum, sic inter principales Christi discipulos meruit honorari. Quæ vero in illo fuerit probitas conscientiæ, quæ illustrium morum innata verecundia, quæ gratia spiritalis in vultu; non arbitror diu multumque laborandum, cum superiorem ejus vitam illa res probet, quod [h] meruit sacerdotium. Sacerdotium vero qualiter gesserit inde fit [i] clarum, cui pro præmio Dominus dignatus est præstare martyrium.

Igitur dum in his officiis cælestium præceptorum laudabiliter conversatur [k], dum summus Pontifex constitutus cum ceteris sanctis bono & sacerdotio suo fruitur; ecce subito de CONSTANTIS regis tyrannica domo, & de palatii ejus arce pollutum Macarianæ persecutionis murmur increpuit: & duabus bestiis ad Africam missis, eodem [l] scilicet MACARIO & PAULLO, exsecrandum prorsus ac dirum Ecclesiæ certamen indictum est; ut populus Christianus ad unionem [m] cum traditoribus faciendam nudatis militum gladiis, & draconum præsentibus signis, & turbarum vocibus cogeretur. Sed Macarius qui ex his duabus bestiis terrior fuit, cum hoc negotium sanguinis in reliquis provinciis per subtilitatem diu attentasset [n], in Numidia tamen, & erga Marculum gloriosum aperta crudelitatis barbaræ & inauditæ feritatis indicia publicavit. Nam cum ad eum antiquissimorum patrum sanctissimus chorus, & adunatum Concilium sacerdotum decem e numero suo probatos episcopos legationis caussa

a *VIII. Kal.*] Al. *die* III. Kal.
b *Fulgentem*] Al. *fulgentis*.
c *Consummatam*] In Corb. *consummatum*.
d *Indigna*] In Corb. *indiga*.
e *Recentium*] In Corb. *præcedentium*.
f *Sicut enim*] Deest in Corb. *enim*.
g *Gloriosi*] Al. *gloriosis*.
h *Quod*] In Corb. *quæ*.
i *Fit*] in Corb. *sit*.
k *Conversatur*] in Corb. *conversatus*.
l *Eodem*] Deest in Corb. *eodem*.
m *Unionem*] In Corb. *unitatem*.
n *Attentasset*] In Corb. *jam tentasset*.

misisset [a], qui eum salutaribus monitis aut a tanto scelere revocarent, aut certe (quod contigit) priores ipsi ad devotissimi certaminis campum & ad fidei aciem prosilirent; sic divinitus gubernata est nobilium cura pastorum, ut quæcumque [b] illa erat crudelitas quæ ovibus impendebat, ante ipsorum membra laniaret.

Inter hos igitur & sanctissimus Marculus venit: qui cum eum in quadam possessione reperissent, cui Vegeselæ nomen est, statim hac ejus qui sacrilegæ unitati præerat humanitate suscepti sunt, ut ad columnas singulas vincti, nudatis publice sacerdotalibus membris, acerbis fustium [c] ictibus cæderentur. Heic jam constantiam Marculi gloriosi quis enarrare sufficiat? quis eloquentiæ viribus explicare prævaleat, aut inauditam persecutoris insaniam, aut Christi Domini circa martyrem suum præsentem stupendamque tutelam? Inde enim contra eum acriori sævitia immitis feritas concitata est, quod & diabolum futuri jam martyris invidia stimularet, & Spiritum sanctum præcursoris Antichristi nequitia non lateret. Qui cum animum divina constantia roboratum sustinere non posset, fragilitati corporis certamen doloris indixit. Circumdant igitur Christi fortissimum bellatorem cruentæ latronum manus, & barbaræ militum classes in carnifices repente mutatæ. Cumque eum ad columnam duris nexibus conarentur astringere; promte ille continuo occasionem tantam ostentandæ Dei virtutis adripuit: nam in columnam ipsam ita ultro vinculis brachiorum & digitorum nodis instrinxit, ut eum inde nulla valeret pœna divellere, nulla posset crudelitas separare. Quo facto intelligere potuit persecutor, Dei servum pro ejus nomine exoptare potius quam timere tormenta; nec dolorem corporis posse sentire quorum Spiritus complectitur Christum, & spes jam possidet regnum.

Sæviebat itaque contra unum multiplex carnificum numerus, & sacratos conficiens [d] artus dura fustium pœna laniabat, ac reciprocante tormento, in quantum supplicii ictus infligebat a tergo, in tantum pectus columnæ duritia retundebat. Pulsabat corpus ex omni parte crudelitas, nec quidquam, nisi Dei laudem, illustris lingua proferebat. Anhelabat rabies: jam lassitudine tortorum, & perseverantia patientis feritas victa languebat. Tale denique illic tunc miraculum Christus martyris sui membris indutus ostendit, ut ad eum non solum dolorem adire non sineret; verum etiam ab ejus corpore universas sævitiæ notas atque omnia carnificinæ signa detergeret. Quo prœlio victus ac subactus inimicus, nulla jam pœnarum crudelitate [e] contentus, atrocissimæ, quantum sibi videbatur, sententiæ & passioni eum manifestissimæ destinavit. Tunc eum secum per aliquas Numidiæ civitates quasi quoddam [f] crudelitatis suæ spectaculum ducens, nesciens feritas & gentilibus [g] stuporem, & Christi hostibus confusionem, & fidelibus Dei servis incentivum gloriosi certaminis exhibebat.

At vero postquam exquisitum atque truculentum genus mortis invenit, statim eum secum ad castellum Novæ-petræ, quod ardui montis præcipitio & nomine & vicinitate conjunctum est, sub arctissima militum prosecutione perduxit. Quo in loco


A tantam martyri suo Dominus lætitiam præstitit, tantum gaudium de vicina passione concessit, ut quatriduum illud, quo illic a corona impendente dilatus est, jam non inter ærumnas sæcularium pressurarum, sed inter triumphos regnorum cælestium debeat numerari. Quantum enim exsultare poterat, qui post laboriosam peregrinationem carnis & mundi ad videndum Deum & Christum completo itinere festinabat, qui proficiscens ad angelorum consortium, sanctorum quoque complexum pæne jam paradisi limen intrabat?

Erat illi assidua ac jugis oratio, erat continua de devotione meditatio; habebat in sermone evangelium, in cogitatione [h] martyrium; & tam voce
B quam sensu divinis virtutibus deditus, hoc proferebat ore quod inclusum gestabat in pectore. Adhuc etiam spiritalem justitiam sitiens, & promerendo Deo totus inserviens, ultimum quatridui illius diem jejunio terminavit, scilicet ut illucescente Dominico, in quo erat & ipsius passio consummanda, ad offerendum geminum sacrificium acceptior Deo fieret devota anima sacerdotis: ut summus Pontifex non solum ab illecebris sæculi, verum etiam a cibis ejus alienus, ad imponendas Christi altaribus hostias tam purus accederet, ut fieri pro Christo hostia ipse mereretur. Denique tantum apud Dominum illo jejunio potuit, tantum purificatione illa Christi in se præsentiam provoca-
C vit [i]; ut ei revelatione cælesti ante passionem suam præmium fuerit passionis ostensum. Nam ubi majora noctis spatia exacta sunt, & vicinum luci tempus advenit, cujus opportunitas inde semper orationibus atque omnibus divinis rebus accepta est, quod [k] jam & nascenti adscribitur diei, tamen adhuc humana opera & negotia conquiescunt. In hoc igitur tempore ad celebranda sacramenta sacerdos exsurgens, non tam [l] a somno expergefactus, quam [m] ad orandum Deum gaudio recentis visionis incensus; prius tamen quam ad ipsa mysteria veniretur, quid ei divinitus esset ostensum, in gaudium præsentium fratrum fideli sermone patefecit. Videbam, inquit, tria hæc mihi munera de æternis thesauris Domini largientis oblata, ex nitidissimo argento poculum factum, & coronam auro rutilo refulgentem: & sublimissimam palmam, quæ plena
D lætitia antecedentium numerum triumphorum [n] expleret. Magnam, fratres, martyri suo Dominus imminentis gloriæ fiduciam præstitit, magnam veritatem futuræ circa ipsum suæ dignationis expressit. Neque enim aliquid est quod obscurum, aut ambiguum in hac revelatione videatur, in qua accepit calicem, quem fuerat in passione bibiturus; in qua sumsit coronam, quæ ei peracto martyrio debebatur; in qua meruit & palmam, per quam victoriam sperans, esset jam de congressione securus.

Post hæc peractis ex more solemniis, dum adhuc aliqua noctis momenta [o] superessent, subito cum Macarii feralibus jussis pervigil [p] nequitiæ nuntius supervenit, qui crudelissimæ mortis manifestam
E sententiam gestans, & innumeras martyris glorias, & exsecrandum persecutorum facinus consummaret. Cui cum clausas adhuc fores custodum cura reserasset, agnovissetque quid ejus tam immaturus pertulisset adventus, continuo in planctum eorum cor-

a *Misisset*] In Corb. *misissent*.
b *Quæcumque*] In Corb. *quocumque*.
c *Fustium*] Al. *funium*,
d *Conficiens*] Ita emendatum ex cod. Corb. al. *confitentes*. Male.
e *Crudelitate*] Al. *carnificii*.
f *Quoddam*] Deest in Corb. *quoddam*.
g *Gentilibus*] Al. *gentibus*.
h *In cogitatione*] Al. *contradictione*.
i *Purificatione illa Christi in se præsentiam provocavit*] In Corb. *purificationem Christi in se præsentia provocavit*.
k *Quod*] In Corb. *quo*.
l *Non tam*] In Corb. deest *tam*. m *Quam*] In Corb. *est*.
n *Numerum triumphorum*] In Corb. *munerum triumphos*.
o *Noctis momenta*] In Corb. *somnia*.
p *Pervigil*] Ita in Corb. al. *perv*[illegible].

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



da conversa sunt. O quanta fuit illius viri gratia! quam generalis circa ipsum amor omnium! quam commune desiderium, ut in passione ejus ad pias lacrymas etiam custodum immanitas & militaris duritia flecteretur. In quo quidem fletu ac perturbatione cunctorum solus ipse perseverabat intrepidus, qui consummationis suæ horam adpropinquasse gaudebat. Neque enim vel conturbatus poterat esse vel tristis, quem gaudentem fides, & pacatum fecerat divina revelatio.

Illic tunc unus ex ipsorum militum numero teterrimus carnifex, & qui timentibus ceteris ad perficiendam illustris viri mortem solus esset a diabolo præparatus, factum suum sermone præcurrens, enarrare martyrium audientibus cunctis [a] cœpit, cujusmodi somnium [b] etiam ipse vidisset. Cum nocturna, inquit, quiete detinerer, videbam subito apparuisse te mihi durissimis veluti nexibus vinctum, ac gravibus omnino [c] vinculis oneratum, atque eadem postmodum vincula mea manu esse resoluta, propter quod spera veniam & indulgentiam secuturam. Non incongrua igitur visione absurdum somnium quod carnifex vidit, nec sine caussa utique quod viderat retulit, Caiphæ scilicet sacrilegi secutus exemplum; ut qui ipse interfecturus fuerat Dominum, ipse de ejus passione prophetaret. Nam alligatum recte viderat martyrem eum, qui adhuc in habitatione corporea constitutus, & gemino carcere mundi & carnis inclusus, temporalis vitæ angustiis stringebatur. Ille enim corporis vinculum, ille mundi carcerem sentit, qui ejus tentationibus agitatur. Resolutum quoque a se esse non irrationabiliter somniaverat, cujus crudelibus manibus oportebat eum interventu mortis a corpore separari; qui ei post gravissimos nexus sæcularium pressurarum ad regnorum cælestium libertatem iter fuerat in passione facturus. Magnis enim nos vinculis relaxari, cum liberati de hoc mundo ad Dominum properamus, Apostolus probat dicens: *Dissolvi & cum Christo esse multo melius est*. Quod simili ratione etiam Simeon ille justissimus demonstravit, qui securitate vicinæ mortis accensus, evasurum se vitæ hujus molestias lætabatur: *Nunc dimittis*, inquit, *Domine servum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum*. Qui numquam utique dimittendum se cum omni gaudio testaretur, nisi qui [d] conditione corporis, quasi quibusdam vinculis tenebatur.

Nulla denique mora, nullum spatium temporis intercessit, quin statim crudelissimus carnifex antelucano latrocinio aggrederetur implere quod viderat. Nam continuo infestus urgebat, ut productus de custodia Dei testis, ad præruptam naturalis petræ celsitudinem atque asperrimæ rupis præcipitium duceretur. Hoc enim immitissimum genus mortis elegerat & cruentus ac barbarus profanæ unitatis exactor, & detestanda omnibus sæculis sævitia traditorum. Egrediebatur itaque de domo Marculus gloriosus, custodum excubiis ac militum classe circumdatus, atque ab ipsis persequentibus honoratus. Egrediebatur constantia Christiani vigoris erectus, hospitia jam humana derelinquens, & ad mansiones properans angelorum. Egrediebatur vultu lætus, festinus incessu, non tam præsentem pœnam, quam futuram cogitans gloriam. Iter quoque ipsum quo ad supplicium ducebatur, tale illi fuerat procuratum, ut exstructis undique versum terræ molibus, ac paullatim in altum aggeribus elevatis, ad passionis suæ insigne fastigium perveniret, ipsa montis famulante natura: ut primo humilia collis juga, dehinc arduos vertices calcans, velut per gradus quosdam in sublime conscendens, etiam cum ipso corpore cælo ac sideribus propinquaret: ut adhuc in mundo positus esset celsior mundo; & quidquid pretiosum, quidquid elatum videtur in sæculo, sub plantis suis jacere gauderet. Mox ubi vero ad ipsum petræ culmen ascensum est, inde universi milites partim metu, partim dolore secedentes, tam inaudito facinori etsi conscientia interevant, vel opere interesse noluerunt.


Tunc immanissimus carnifex qui duplici crudelitate, & præcipitio armatus & ferro, geminam mortem gestabat in manibus, crudeli dextera in præceps impulit martyrem, & eum in tetrum chaos demersisse credidit, cui cælorum sublimitas debebatur. Sed enim sacrosanctum corpus terræ soliditate subducta a celsitudine ad ima [e] descendens, per vacua liquidi aeris spatia ferebatur, neque quidquam offensionis in illa inanitate reperiens, velocitatem sui cursus ipso impetu duplicabat. Qua pernicitate itineris spatio vertigo nutrita est inter commoti aeris concitos strepitus tanta divinitus moderatio procurata est, ut immunia [f] cunctis asperitatibus membra supra ipsam saxorum duritiam, velut super mollissimos thoros [g] ac sinus placidissimos ponerentur. Tunc victrix anima naturali cursu velocius cælum petit, quam descenderat corpus ad terram; ut scilicet passione perfecta utraque substantia antiquissimis originis suæ principiis redderetur, omnipotentis Dei manibus circa totum martyrem suum clementer operantibus: qui & spiritum ejus adjuvantibus angelis ad æternas sedes jussit imponi, & corpus intactum auris blandientibus cinctum, a famulantibus ventis leniter supportatum, in media petrarum crepidine collocari.

Confusa sunt igitur virtutibus Christi persecutorum exquisita ingenia, & traditorum iniqua consilia, qui ad hoc tale supplicium cogitaverant, ne umquam in testimonium eorum a populis Dei memoria martyris posset honorari. (* Putaverunt enim in illo præcipitio corpus per frusta discerpi, & acutis cautibus laniari, ut cui ademerant vitam, nec sepultura superesset. *) Putaverunt nihil pervenire usque ad terram posse, quod collectum pia fraternitas sepeliret. Cum per illa montis ardui confragosa singulæ rupes singula sibi membra tenuissent, vel certe cum semel integrum corpus inter fissuras petrarum aut rimosas latebras scopulorum hiatu aliquo fuisset absorptum: ecce consecratis artubus dura saxa & rupes asperæ pepercerunt; & quem traditores occidere non timuerunt, montes lædere timuerunt. Exceptis enim ipsis, Creatorem suum omnis creatura veneratur; nec in hac caussa ad promerendum Deum deesse poterat montibus sensus, quibus ad ejus laudem etiam voces scriptura concessit.

Interea Marculum gloriosum beatam certaminis sui perfecisse victoriam intra solas militum conscientias celabatur. Ita enim nocturno silentio furtivum consummaverant scelus, ut nec vel [h] in castello, in quo fuerat adservatus, tam de extraneis quam de fratribus sciri [i] potuisset, nisi rem ge-

a *Cunctis*] In Corb. *omnibus*.
b *Cujusmodi somnium*] In Corb. *quemadmodum omnia*.
c *Omnino*] In Corb. *admodum*.
d *Nisi qui*] In Corb. *quia*.
e *Ima*] Ita emendatum ex cod. Corb. Male *alma*.
f *Ut immunia*] In Corb. *immunita*.
g *Mollissimos thoros*] In Corb. *mollissimum stratum*.
* Hæc desunt in cod. Corb.
h *Ut nec vel*] In Corb. *id*.
i *Sciri*] In Corb. *nemo scire*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ſtam divinæ virtutes [a] & cæleſtia ſigna prodidiſſent. Nam ubi primum diei albeſcentis ingreſſus pallorem globi noctis infudit, & diſcolorem cæli faciem tenebrarum ac lucis diſcordia variavit, continuo ſub ejuſdem montis gremio ſplendida nubes apparuit, quæ interdum fulgore [b] promicante conſciam [c] ſe de martyris corpore blando lumine teſtabatur. Neque enim illa matutinis roribus gravida fuſco tegmine vividos [d] obumbraverat colles; ſed candido vellere tota præfulgens ſic membra felicia contegebat, ut ceſſantibus paulliſper humanis officiis amictum quodammodo ſepulturæ ipſa interim exhibere videretur; quæ ad hoc [e] interdum tremulo [f] fine diſciſſa, per flexuoſos hiatus coruſco igne vibrabat, ut aut tantæ paſſionis ignaros ſtupendis magnalibus admoneret, aut quia adhuc erat aliqua de vicinitate noctis obſcuritas, inveniendi corporis viam devote quærentibus demonſtraret.

His igitur admirabilibus Dei admonitus fraternitatis fervor [g] exarſit, totuſque ille ſubito locus exſultanti clamore completus eſt, ac religioſo diſcurſu vota invicem communia nuntiaverunt. Tunc derelictis domibus raptim omnis ſexus atque ætas egreſſa ad montem pariter ac nubem deſiderio martyris convolabat: nec ullam illic animam poterat aut ſenectutis debilitas, aut pueritiæ infirmitas, aut ſexus fragilitas retardare. Omnes enim unius fidei ardor accenderat. Cum vero ad illa loca quæ præcipitio ſubjacebant, feſtinans turba veniſſet; quos conglobatos fecerat intentio una currendi; mox per totum montem quærendi corporis cura diſperſit. Erat illic cernere diviſa per ſingulos officia pietatis. Alii enim condenſos duris ſtirpibus ſentes manu celeri pertractabant, alii tortuoſis petrarum dehiſcentium foveis teſtes oculos inſerebant: alii, ne forte feſtinatio eſſet illuſa, ſollicitis luminibus etiam quæ jam reſpexerant ſaxa luſtrabant. Poſtremo, quia & hoc ſine Domino eſſe non poterat, deſideratum ab omnibus locum quæ ad hoc miſſa fuerant fulgura prodiderunt, & exoptatum fratribus corpus index nubis candor oſtendit. Qui tunc illis fuit omnium mixtus cum gaudiis fletus, qui circa illuſtria membra complexus? Vix denique a cunctis ſatietate percepta, ſuprema ingenti obſequia fratrum lætitia celebrata ſunt, & religioſus [h] ſepulturæ honor cum triumphis maximis reſtitutus eſt. Totum enim in gloriam nominis ſui repræſentaverat Dominus, quidquid fraudare tentaverat inimicus. O memorabile beati Marculi atque inſigne martyrium! o appetendum devotis omnibus inconcuſſæ virtutis exemplum! o neceſſarium univerſis eccleſiaſticis gradibus documentum, quo ejus laudabilis vitæ meritum pervenit ad palmam, in primordiis fidei renuntians mundo, in tirociniis dignam ſe exhibens ſacerdotio, in ſacerdotio munera honorata martyrii, in martyrio divinarum virtutum teſtimonium! Cui eſt honor & gloria & imperium in ſæcula ſæculorum Amen. *Explicit*.

XXXII.

PASSIO
MAXIMIANI ET ISAAC
DONATISTARUM
AUCTORE MACROBIO:

An. 348. 26. Auguſt.

Cujus pars edita fuerat a reverendo admodum patre JOANNE MABILLONIO Analectorum *tom.* 4. *p.* 119. *nunc autem integra prodit & emendatior ex codice mſ. Corbeienſi.*

INCIPIT PASSIO
SS. Martyrum ISAAC & MAXIMIANI,
quæ eſt VII. Kal. Septembris.

OPPORTUNUS me, fratres, & lætus ſcribendi ad vos glorioſæ exhortationis ardor accendit, & illuſtris occaſio; quoniam teſtium Chriſti teſtis indignus has litteras feci, ut qui minus idoneus ſum Domino perhibere martyrium, vel martyribus ejus admitterer dicere teſtimonium. Et hoc quoque prorſus ad tales extremum ſcripto proferre de talibus non auderem, niſi per alium vobis talia nuntiarem, æmulatione inculpabili devoti pectoris inviderem. Scio enim quidquam plenius aliquem referre non poſſe, niſi qui potuit pati & ipſe vel facere. Is vero qui neutrum meruit, ſolam culpam non congrue referendo commiſit: ſed aliam & non ſæpius revelat cauſſam, niſi quod impune gerunt quidquid ad laudes Chriſti audacter geſſerint gaudia. Congruit igitur, fratres, credo vobis procuratum repentinæ virtutis exemplum, ut geminos martyres Eccleſiæ Carthagine Iſaac & Maximianum, ſeu Maximinianum pariter & Iſaac Dominus rapuiſſet ad cælum, quorum triumphos exſequi quemquam per ordinem poſſe tam credo difficile, quam quidquid fecerit Chriſtus, non modo terrena præconia, verum etiam cæleſtia non valent numerare. Quippe cum ſic [i] raptum ſubito totius agonis percurrerint geſta, ut neſciam quæ ſint prima vel ſecunda, ſeu tertia, & ſic immenſam ſemel omnes glorias præpropera celeritate confuderint, ut ante compleverint pæne quam cœperint, aut, ut verius dixerim, ſemel utrumque in illis innati ſint. Unde igitur incipiam, unde limen tantæ laudis ingrediar, unde rurſum ejuſdem liminis exitum claudam? Aperire conturbor, & claudere fatigor. Si vitæ totius memorare mores incipiam, revertenti martyrio facere videbor injuriam; ſi ad prædicationem martyrii dirigam greſſus, tantæ vitæ contemtor tenebor adſtrictus. Premor cuncta percurrere, & ſcio me cuncta nequire. Undique mihi onus devoti laboris accedit, ſed

a *Divinæ virtutes*] In Corb. *divina virtus*.
b *Fulgore*] Ita in Corb. In al. *fulgure*.
c *Conſciam*] In Corb. *conteſtantem*.
d *Vividos*] Al. *ſubitos*.
e *Quæ ad hoc*] In Corb. *huc*.
f *Tremulo*] Al. *tumulo*.
g *Fervor*] Al. *ardor*.
h *Et religioſus*] Al. *glorioſus*.
i *Raptum*] Forte *raptim*. Et mox *gloriam*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.




contra unum levamen sententia Evangelii recordata succurrit, ut martyrii securus jam monumento conetur exponere quando Dominum Jesum Christum finem vitæ cernerit laudasse.

Siluerat heic apud Carthaginem persecutionis immanitas[a], ut longioris temporis cessatione nutriret pejores insidias, & ubique hoste grassante, hic solum tacebant formidines atque terrores, ut nihil jam moturas ipsas sæculi diceres potestates. Nulli jam prima terribiles aures & pectora quatiebat, sola de vobis martyribus infinitis Numidiæ opinionis consolatio fratrum animos exigebat, frequentabatur apud omnes gloriarum vestrarum velut propria gratulatio, sicut & vos hodie collætamini quasi de vestro martyrio: cum repente diabolus iterum fremens sopitas furoris flammas in pœnis accendit, & insana, suæ grassationis arma commovit. Quibus idcirco reor diutius illum cessasse, quia cunctos exercitus Christi putaverat sibi mancipasse. At ubi cognovit Ecclesiam Domini fortioribus cunctis quotidiana exercitatione valere, sensit protinus spei suæ se fraudibus irrideri, & atrocioribus stimulis concitatus requirebat cujus aptum sibi deligeret judicis pectus: sed nec segnior & Proconsule desideriis ejus parem se ipse subjecit, & feralis edictis proposito sacrilegæ unitatis iterum fœdus celebrari constitutis cruciatibus imperavit, legem scilicet addens insuper traditorum, ut perenni quos Christus pro se mandat recipi ab omnibus pellerentur, nec quasi contra unitatis fœdera molirentur, nec moras proinde triumphorum suorum sustinens Christus, segnes dividere hoste provocante proprios non permisit exercitus. Sed elegit statim robustum de viris fortibus militem Maximianum, quem de tali certamine faceret gloriosum. Non quod ceteri impares essent; sed ut de uno totum bellum singulari dimicatione prosterneretur, quem jam bene sciens de prima confessione magnanimum, cumulata virtute produxit armatum, ut non esset illud vacuum vel inane, quod illi dignatus est Dominus ante diem passionis ostendere. Nam fuerat ei pridie cum quibusdam fratribus in domo laudabilis viri de sobrietate Christiana convivium, qui cum calicem potaturus acciperet, necnon subinde miscuisset, ecce protinus se corona descendens intra calicis oras infudit, & intus inclusa cohærens utrobique lateribus mixta & ipsum conclusit, sic splendido sanguineo que colore diffulgens, ut instar passionis in sanguine & splendore pariter futuræ in cælo proderet dignitatis. Hoc ille miraculum gaudebundus cunctis præsentibus demonstrabat, & omnes ut secum exinde computassent dilectionis animo conrogabat, & volebat esse commune quodcumque contigerat. At postquam & ipse cœpit ebibere nullo modo coronæ ambitus rumpebatur, sed commixti modo semetipsa sensim subtrahendo debrevians, immo vel colligens, cum potus quantitate subducte bibi nitebatur, ut interius ad quem venerat animum faceret coronatum. Denique ille continuo de tali securitate jam fretus in posterum diem ebrietatem pridiani calicis eructabat, & intra medullas inclusa magnanimitate fœcundi pectoris, videbatur sperare victoriam. Sed quid pluribus callidæ mentis celeritate nec pedum protinus fore certamen ultro provocaturus ascendit, & funestos apices tamquam diaboli ibi membra discerperet, manu rapida dissipavit. Inde confestim raptus ad tribunal, in fundum sine ulla dilatatione Proconsulis jussu vallatus est & fera caterva tortorum. Ex hinc igitur referre quis possit Christi virtutem, aut laniantium feritatem carnificum pœnas, aut Christi victorias; diuturnam furoris insaniam, aut Christianæ tolerantiæ pertinaciam? Surgebant in ictus expressos plumbatorum vim suis conatibus geminantes tortores horrendi, & iram judicis gestantes in manibus decertabant sæviendo, quis possit fortior inveniri? Sed contra aderat Christus, qui militis sui membris indutus retundebat deintus quidquid impendebat foris carnifex furiosus. Agebant illi acriori pæne tormenta indignantes frustra se tantam irrogasse sævitiam, necnon reparatam fortius augebat & Dominus sua fortitudine sustinentiam. Mutabant illi recentiores insaniæ crudeliores se carnifices, & ad unum de innocente homicidium faciendum tot demutatæ parum fuerunt classes immites, nec ex alia parte Dominus desinebat perseverantiæ suæ in melius demutare constantiam. Non deficeret vis ponderosi supplicii, nisi virgarum juberetur & postmodum laniatione disrumpi, ut quod vehemens illa contusio miserat in tumorem, posteriores plagæ discissis artubus aperirent: quæ sic totum corpus fecerant laniatum, ut unum vulnus fecissent tota laniamenta membrorum. Nec his tamen cessit, qui velut alienus sui corporis de omnibus triumphavit. Sic illic bellum gestum est inter corpus & pœnas, inter sacrilegos & devotum, inter animi vires & laniantes, inter militem Christi & milites diaboli, inter patientem & judicem, & unus sufficit afflictus contra tantam dimicare suppliciorum hostiumque gloriosius multitudinem, ut in uno certamine non unam victoriam reportasset. Posset illic adipisci supremi cruciatus examen[a] qui cum triumpho mittit[b] ad mortem, sed oportebat ut interim retardasset ad eum quem Christus illi delegarat comitem. Nam tunc illic inlustris Isaac de luctamine sui socii non retinens gaudium, inter fraternos populos publica exsultatione sancti Spiritus ferebatur, qui plenus cælesti constantia liberius proclamabat: Traditores[c], venite, salvate vestræ unitatis insaniam[d]. Cujus ad vocem Proconsul furibundus auctorem clamoris instanter officium conturbabat inquirere.

Sed non deerant Traditores qui milites præcessissent: ex quibus statim ministri ipsi sacrilegi de uno minime satiati, & alterum tradiderunt propriis manibus similiter victimari; ut patrum illorum mensura super[e] illos manifestius posset[f] impleri. Continuo judex vehementer incensus, remoto illo, quem paullo ante torquebat, in hunc contorsit acrius quod furebat: quasi qui unam necdum digesserat, & alteram conciperet iracundiam. Repetebant iterum furiariam defatigati tortores, quorum lassa jam brachia faciebat sola crudelitas fortiora. Liciebat identidem classis illa carnivorum violentiam plumbatorum, & totas vires imponderans egestis nisibus gementi rabie grassabatur, quasi ipsa quod inrogaverat pateretur. Qualis fuerat sustinentia patientis, ubi gemebat grassatio sævientis! Sed nec in secundo permissus est diabolus superare, quia victoriam Christi quæ fervebat fas non erat in aliquo posse succumbere. Denique sic rursus postquam plumbatis nihil valuere tormenta, similiter virgas admovit immanitas furiosa, ut in nullo dispari genere tolerantiæ discreparent cælestes armigeri, & in nullo vide-

a *Examen*] In Corb. *examine*.
b *Mittit*] In Corb. *mitteretur*.
c *Traditores*] In Corb. *traditoribus*.
d *Salvate vestræ unitatis insaniam*] In Corb. *satiate vestræ crudelitatis insaniam*.
e *Super*] in Corb. *per*.
f *Posset*] In Corb. *possit*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



retur hostis leniori supplicio mitigari.

Laniabatur Isaac, nomen scilicet victimæ, virgis rumpentibus, patientiam sui nominis imitatus, & cæsoribus iterum atque iterum repetitis, inconcussa permanebat devotio confitentis. Patuerant omnes compagines ruptis conjunctionibus madidatæ; & quasi per tot vulnera exitum reperiret, vox illa videbatur confessionis præconia resonare. Nemo enim putet pro levi castigatione plagas tunc fuisse virgarum, quæ pro certo lanienam vicerant ungularum: adeo ab ipso judice ungulæ fastiditæ sunt. Jam non erant vulnera, sed secreta corporis denudata; nec ab ullo dici poterat cæsum, qui madentibus frustis fuerat enervatus. Jam virgarum cesserant fasces, obtunderentur pæne si tantos comminuerent bipennes aut falces. Jam truces ministri ægris ictibus victæ feritatis hiatus languidos anhelabant, & adhuc esurientia membra mandendis ac devorandis pœnis omnibus inhiabant. Tunc illic insultavit cruciatibus corpus, mens læta sævientibus tot torquentibus unus & tortus ac judici judicatus nulla protinus mora sententiam retardavit, sed ambos judex pari sorte conjungens ad exsilium religavit: quibus in carcerem trusis, Isaac statim martyrii consummavit effectum; & , quod plus est, semel omnes carceres & corpus dimisit & mundum, ne in aliquo visionis ejus revelatio falleretur. Sic enim cuncta per ordinem percurrit [a], ut & in ipsa revelatione propemodum quod passus ejus [b] fuerat ante jam passus sit. Nam cum quietis sopore paullulum teneretur, videbatur sibimet cum ministris Imperatoris habere certamen, non aliunde scilicet, quam unde sustinuit passionem. Et hoc plane non fuerat aliud nisi devotionis indicium, ut quod vigilans desiderio retractabat etiam dormiens pateretur: ut quod Propheta de se professus est in eodem compleretur. *Ego*, inquit, *dormio*, & *cor meum vigilat*.

Vigilabat ergo devotio illa jam conamina virtutis exercens, & ministros [c] nequitiæ cum jussionibus Regis constantius repellebat audacius repugnantes. Quos cum diuturno certamine superaret, ipsum quoque Imperatorem respexit subito venientem: qui cum ad complendam jussionem ab eodem cogeretur, fortior refutabat sacrilegæ jussionis imperium, & minantis [d] sæva supplicia. Ipse quoque oculum se illi pariter eruturum frequenti comminatione terribilis promittebat. Cum his diu certationibus inter semetipsos ferocius dimicarent, non passus est tantum se differri victorem: sed injecta fortiter manu moram suæ comminationis inrupit, & oculum violenter eliciens, viduata facie [e] sedem luminis evacuavit. De cujus victoria protinus Juvenis miræ claritudinis visus est triumphare, & coronam subinde radiatam capiti ejus imponere: quibus radiis multæ fratrum atque sororum facies ejus videbantur infixæ, quam cum illi pro præmio traderet [f] gaudens, adversarium quoque magnis exprobrationibus ludificabat inridens. Tunc hostis vehementi dolore compulsus jussit eum pœnis sævientibus laniari, ut quasi pœnam suam posset ulcisci. Sed ille jam victor cernebat se gestantium manibus ad superiora subduci, & volantem celerius ad cælorum sublimia sublevari: quo cum lætus ascenderet, senis cujusdam vociferantis audiebat vocem desuper dicentem: Væ tibi

A sæculum quia peristi. Hoc clamore ter iterato, visionis pervenit ad metam, & iteravit postmodum faciendo quod viderat.

Quid igitur hac visione manifestius? quid agi per diem posset expressius, quando in actibus digestus est visus? Nunc oppugnasse se contra ministros regis sic in nocte sibi soli conspexit, sicut per diem nobis postmodum demonstravit: sic lumen Imperatori eruisse, sic eum habebat vincendo cæcasse, sic præmia coronæ sortitus est, sic & publice coronatus est; sic coronæ radiis plurimos inhærere viderat vultus, sicut passioni ejus universus populus fuerat excubaturus: sic volavit ad cælum, sicut propere meruit adipisci martyrium.

B Hoc solum plane de dictis ejus adhuc usque restitisse cognoscitur, quod mundo prophetavit interitum, quod eum, omnes siquidem scimus non fuisse mentitum, aliquis fortasse de fratribus expavescat, & Maximianum imparem dicat, quia prior confessus, superstes est modico tempore reservatus. Absit fratres ut dividantur, quia æquali prœlio pugnaverunt: nam si per diversas horas venientes ad vineam Dominus de pacto mercedis æquavit, quomodo dispares judicat quos uno tempore laborantes invenit? Sed quod Isaac prior videtur excedere, inde magis eos dico Dominum comparasse: ut sicut ille huic confessionis incitamentum suggesserat, sic eum & hic provocaret pariter ad co-

C ronam. Ambos voluit Dominus sibimetipsos esse Doctores, ut de vicissitudine documenti fecisset æquales; ne unus in omnibus antecederet, & unus in omnibus videretur se ipse sequentem. Nunc vero ambo se invicem præcesserunt, & ambo se invicem consecuti sunt.


Sed reclusis interim custodia carceris, navis scilicet ad exsilium præparatur: quod non humano consilio credo fuisse dispositum, quia claruit superna dignatione provisum. Ad hoc enim sic voluit eos Dominus sibimet unius diei dilatione concludi, ut secundum visum martyris sui faceret populorum excubationibus honorari, nam consummato Isaac perfecti martyrii notius cunctorum au-

D res impleverat. Ad cujus corpus universa continuo fraternitas lætis cursibus properaverat, quibus cum sepultura corporis a carnificibus negaretur, excubias omnes, ne inhumatum corpus abjiceretur, cum magna exsultatione tenuerunt, illic tota die cum nocte populi triumphantes, psalmis, hymnis, canticis in testimonium cunctis gloriose decantabant: & omnis ætas ac sexus interesse tantis gratulationibus ardenti cupiditate gaudebat. Quale fuit illud, fratres, quod Dominus suis martyribus ad honorem dignatus est procurare, ut XVIII. Kal. Sept. die sabbato ad instar Paschæ permitteretur populus vigilias celebrare. Sic ergo peractus est dies, & nox ita consumta est. Mox ubi dies

E alter exortus est, & exspectabatur Proconsul qui de corporis humatione jussisset, quid forsitan concederet miser, quod negasse nec homicidis nec adulteris ullus judicum solet, nisi e contra traditorum sæva pernicies ad crudelitatis capienda consilia vigilaret! quorum suggestione Proconsul tunc coactus populos [g] a carcere jussit expelli, & vivum pariter cum defuncto, marinis fluctibus mergi, ne quasi permitteret eos dignitatem martyrum venerari.

a *Percurrit*] In Corb. *præcucurrit*.
b *Passus ejus*] In Corb. *passurus*.
c *Conamina virtutis exercens*, & *ministros*] In Corb. *certamine virtutes exercens*, & *ministris*, &c.
d *Minantis*] In Corb. *minanti*.
e *Viduata facie*] In Corb. *facies*.
f *Traderet*] In Corb. *tradere*.
g *Populos*] Ita emendatum ex cod. Corb. Male in editis *protinus*.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



Quam stulta crudelitas, quæ corpora voluit nostris manibus abnegare, quasi venerationem nobis de mente posset auferre: aut si illi non sepelirentur in terra, non possent aliter regna intrare cælestia? Sed accessit illis ad felicitatis argumentum, ut & defuncti post terrena supplicia pro Christo marinis quoque vexationibus quaterentur, ne ullus locus remaneret in mundo, ubi non inriserant inimicum. Hoc illis ad cumulos triumphorum providerat Domnius, ut & in majori odio sæculi laborassent, & in defunctis corporibus posset sicut & in vivis exhibere virtutem. Veniunt ergo ad carcerem milites & triarii fustibus onerati & via cædis populos repellentes, cunctos pæne fecerant vulneratos. Tantum enim debuit martyrum dignitati concedi, ut pro sepultura eorum mererentur & alteri confiteri. Postea quam vix valuerunt universos excludere, defunctum pariter & superstitem, ex utroque latere non par militum numerus deducebat. Delusit se nesciens immanitas vana, ut ipsa illis præbuisset obsequia, quibus negavit aliena. Jam litus accesserant maris, jam navis acceptos martyres vehebat ut mergeret. Ast ubi profundi æquoris altitudinem perniciter introivit, non segnius satellites satanæ celerabant jussa complere, devinctos scilicet funibus, & binas orcas arena confertas singulorum cervicibus pedibusque nectentes, intervallo non modico ab invicem separatos demergente pondere dimiserunt [a]. Quos sinu [b] pelagus projectos ut agnovit, continuo quasi flammis totum cælestibus ureretur, sacrosanctos artus tenere non potuit: sed convolutis deorsum desuper fluctibus, ad ejicienda corpora detrusas arenas funditus abradebat, & ab imo fundo ad superiora terga subvertens undis resilientibus removebat. Mergebantur scrutantes fluctus de summis cumulis ad inferiora rapienda vasto impetu descendentes ad fundum, & tempestivum mare de inferioribus repulsum egesto potiori iterum citabatur parturiens membra sanctorum, donec impulsibus rapidis undarum turbo depressos artus excussit, & immensum pondus eliciens, corporibus raptis victor tandem fluctus evasit. Erigebantur proinde violentius cumuli solidatis aquarum montibus elevati, ut congeries conglobata securius onerosa membra subveheret, ne victa iterum laborassent, & sub adunatis undique molibus pelagi facta testudine pugnabat unda cum pondere, ne oneri violento valida maris terram contingeret aperire [c].

Sed adhuc restabat alterius laboris opus scilicet & conamen, ut intervallo infinito discretos, in unum celeri congregatione colligeret, ne alienum sacrilegium ejus negligentiæ remaneret. Ducebant hinc aquæ, hinc geminis cornibus volumina sinuantia, & pari sibimet coitione [d] subvecta corpora comminus inhiabat [e]. Jam venientis occursus ex utraque cornuum breviare cœperat medium, & utraque per partes propinquante, conventu de intervalli longitudo decrescens venerat in angustum: cum semel utrique plenis spatiis exemtis tota intercapedo A consumta est, & redactis omnibus simul & undarum corporumque celebrata concordia est. Obsidebantur hæc igitur a fratribus litora, quasi jam certius adventantes martyres ulla præcederet fama, & diebus noctibusque sollicite per momenta, defixis obtutibus sperabatur quod credebant quandoque de Dei solita virtute venturum. Cum subito post bis ternos dies templa Christi venire gaudebant, & occurrentes cuncti, quomodo poterant, oculis exsultante alacritate pendebant [f]: quorum extensis manibus optata membra cum tropæis suis unda festinans velut in gaudium resonans tradidit, & compoti desiderio devota fraternitas cum amplexibus lætis accepit.

Sic beati martyres sepulturam debitam recepe- B runt, & optatum reddiderunt fratribus obsequium, & frustrata Christus exhibuit consilia traditorum, ne aut insepulta tantorum corpora remanere permitteret, aut devotionem populi ex parte ulla fraudasset, aut nefandos vota crudelitatis implere [g] cum blasphemia sui nominis immotus adspiceret.

Lugeat nunc demensa [h] sævitia perfidorum, quæ dominicarum noluit recordari virtutum: non timuit eum posse de mari corpora liberare, quem novit ab inferis etiam animas posse [i] eruere: aut si nihil aliud vel nec cetus qui evomisset acciperet, perdidit misera crudelitas quo credebat magnum se comperisse consilium, cui nec mare voluit ferre consensum. Male commendavit desideria sua, quæ C contra creatorem suum pelagus negare non potuit. Quid agit humana [k] jam rabies, ubi mare non persequitur martyres? quid agit sceleratorum feritas, sæva ubi maria revocant ad sepulturam? aut quales a persecutoribus judicantur, quos & ipsa elementa violare timuerunt? o beatæ passionis memorabilis gloria, in qua dignatus est Christus tot exhibere magnalia! o felix exitus, qui talibus contigit, quem pro illorum meritis tantis virtutibus decoravit! in devotione constantia, in passione tolerantia, in morte victoria, miraculum [l] in sepultura.

Ad vos nunc, fratres, cuncta jam redeunt, quæ vos ad regna cælestia deduxerunt. Vos exempla ista compellunt, quæ illos primo per vos ad has glorias D compulerunt. Magistros vos illis confessionum frequentia crebris opinionibus fecerat, & ipsi nunc vobis de martyrio suggerunt. Similiter documenta vestra vos adhortantur quæ alios adhortata sunt. Tendunt ad vos e cælo jam brachia, opperientes tempus quo vobis occurrant. Properate gnaviter, concurrite pertinaciter, exspectant vobiscum simul capere dignitatem. Eja agite, fratres, accelerate quantocius, ut & de vobis non aliter gaudeamus. Inveniat apud vos reditus noster unde glorietur, sicut & de his secessio nostra sortita est gaudia gloriarum. Sed euntes ad tropæa vestra veniamus: ut sicut vobis horum victorias nuntiavimus, sic postmodum vestras huc ad Karthaginem secuturis ceteris nuntiemus.

E *Explicit* ([m] *epistola beatissimi martyris Macrobi ad plebem Karthaginis de passione martyrum Isaac & Maximiani. Deo gratias, amen.*

1. *Incipit passio*] Hujus auctor Macrobius Donatista & suorum in urbe Roma occultus episcopus, de quo Gennadius in lib. de Scriptoribus Eccl. c. 5. Cresconius objiciebat Catholicis tres alios præter Marculum a Macarianis occisos. Illi sunt procul dubio duo isti martyres Maximianus & Isaac, cui tertius adjungendus est Donatus. Verba Augustini hæc sunt l. 3. contra Cresc. cap. 49. *De aliis autem tribus quorum mortes pariter objecisti, quid vel quomodo factum ab eis quos nosse existimo, fateor, non quæsivi.* Tres istos objecerat Cresconius, quoniam eorum passionis acta circumferebantur. Scripserat autem Macrobius hanc epistolam ad plebem Carthaginis, ut ex fine hujus instrumenti constat.

2. *Siluerat heic apud Carthaginem persecutionis immanitas*] Optatus etiam l. 3. §. IV. observat in provincia Proconsulari neminem armatum esse visum.

a *Dimiserunt*] In Corb. *demerserunt*.
b *Quos sinu*] In Corb. *ut in se*.
c Ita emendatum ex cod. Corb.
d *Coitione*] In Corb. *cohibitione*.
e *Comminus inhiabat*] In Corb. *communis inibat*.
f *Pendebant*] In Corb. *pandebant*.
g *Aut nefandos vota crudelitatis implere*] In Corb. *nefandorum crudelitatem impleri*.
h Deest in Corb.
i Deest in Corb.
k *Quid agit humana*] In Corb. *humiliando*.
l *Miraculum*] In Corb. *mirabilis*. In editis *magnalibus*.
m Cetera desunt in ms. Corb.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

XXXIII.

EX

CONCILIO CARTHAGINIENSI.

An. 348. aut 349.

Cum Gratus episcopus Carthaginiensis in Concilio una cum Collegis suis consedisset, & qui ex diversis Provinciis Africanis convenerunt ...... Idem Gratus episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti & Christo Jesu, qui dedit malis schismatibus finem, & respexit Ecclesiam suam, ut in ejus gremium erigeret universa membra dispersa, qui imperavit religiosissimo Constanti [a] Imperatori, ut votum gereret unitatis, & mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paullum & Macarium.

Ad Donatistas pertinent duo hujus Concilii Canones sequentes.

I. Ergo, si vobis placet, consideremus primum titulum rebaptizationis. Unde sanctitatem vestram postulo, ut mentis vestræ placita producatis ad descendentem in aquam, & interrogatum in Trinitate secundum Evangelii fidem & Apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum, de Resurrectione Jesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum intingi. Universi episcopi dixerunt: Absit, absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum a sincera fide & catholica disciplina. Gratus episcopus dixit. Magna beatitudo a Deo patre per Dominum Christum concessa est tempore nostro, ut liceat religiosis mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam, ut auditores percipientes regulam rectam, & Deo placentem, præmia meritorum bonorum percipiant, ut in ipsis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptizationis, & in quo plus schismatis rabies delitescebat, & habita moderatione, legis vigor & auctoritas fidei custodita est. Illud sane sapientissimis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instructa & a Deo docta, & mereatur in pace & unitate consequi desuper munera larga; tamen & ego unus ex vobis, & qui parem vobiscum sollicitudinem gero, propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo.

II. Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque ad [b] passiva corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam ecclesiasticam, commendari mandatum est, redigat, ut aut insania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati disjunctos, non ratione vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appellet. At si quis ad injuriam martyrum, claritati eorum adjungat infamiam, placet eos, si laici sint, ad pœnitentiam redigi: si autem sunt clerici, post commonitionem, & post cognitionem, honore privari. Universi dixerunt: Recte statuit sanctitas vestra. Hoc & singulis Conciliis statutum est.

XXXIV.

RESCRIPTUM JULIANI IMPERATORIS IN GRATIAM DONATISTARUM.

An. 362.

Ex Augustino *lib.* II. *contr. litt. Petil. cap.* xcvii.

Hoc quoque supplicantibus Rogatiano, Pontio, Cassiano & ceteris episcopis sed & clericis, accedit ad cumulum, ut abolitis quæ adversus eos sine rescripto perperam gesta sunt in antiquum statum cuncta revocentur.

In libello supplici cujus auctor Pontius ajebant Juliano, quod apud eum sola justitia locum haberet.

XXXV.

VALENTINIANI SENIORIS IN REBAPTIZANTES CONSTITUTIO.

An. 373. 20. Febr.

Ex cod. Theod. lib. xvi. *tit.* vi. Ne sanctum baptisma iteretur. *L.* i.


Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Julianum Proc. Africæ.

Antistitem, qui sanctitatem baptismi illicita usurpatione geminaverit, & contra instituta omnium eam gratiam iterando contaminaverit, sacerdotio indignum esse censemus. Dat. x. Kal. Mart. Trev. Valentiniano & Valente iv. AA. Coss.

a *Constanti*] In editis *Constantino*.

b *Ad*] *Ad* deest in qq. mss.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



An. 377. 17. Oct.

XXXVI.

IMPERATORIS GRATIANI CONSTITUTIO IN REBAPTIZANTES.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* VI. Ne sanctum baptisma iteretur. *L.* 2.

Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. ad Flavianum Vicarium Africæ.

Eorum condemnamus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lavacri nomine polluentes. Eos igitur auctoritas tua erroribus miseris jubebit abstistere, ecclesiis quas contra fidem retinent, restitutis catholicæ. Eorum quippe institutiones sequendæ sunt, qui Apostolicam fidem sine intermutatione baptismatis probaverunt. Nihil enim aliud præcipi volumus, quam quod Evangeliorum & Apostolorum fides & traditio incorrupta servavit: sicut & lege divali parentum nostrorum, Constantini, Constantii, Valentiniani, decreta sunt. Sed plerique expulsi de ecclesiis, occulto tamen furore grassantur, loca magnarum domorum seu fundorum illicite frequentantes: quos fiscalis publicatio comprehendet, si piaculari doctrinæ secreta præbuerint: nihil ut ab eo tenore sancto nostra diminuat; qui dato dudum ad Nitentium præcepto fuerat constitutus. Quod si errorem suum diligunt, suis malis domesticoque secreto, soli tamen, foveant viros impiæ disciplinæ. Dat. XVI. Kal. Novemb. CP Gratiano A. IV. & Merobaude Coss.

An. 393.

XXXVII.

DECRETUM HIPPONENSIS CONCILII DE DONATISTIS CLERICIS IN NUMERO LAICORUM RECIPIENDIS,

Recitatum in concilio Carthaginiensi anni 397.

Placuit etiam, ut quia in præcedentibus conciliis statutum est, ne quis Donatistarum cum honore suo recipiatur a nobis, sed in numero laicorum: propter salutem quæ nulli deneganda est, (tantum autem inopiæ clericorum ordinandorum in Africa patiuntur ecclesiæ, ut quædam loca omnino deserta sint,) servetur quidem in istis, quod jam antea creditum [1] est: sed exceptis his, quos aut non rebaptizasse constiterit, aut qui cum suis plebibus ad communionem catholicam transire voluerint. Sic enim scriptum est [a], quod duobus si convenerit Christianis, quidquid petierint impetrabunt. Non oportet dubitari, quod remoto scandalo dissensionis universæ plebis, invitatæ pacis compensatione & sacrificio caritatis aboleantur, quæ majorum suorum auctoritatem sequentes, repetitione baptismi commiserunt. Sed hanc rem placuit non confirmari prius quam exinde transmarina ecclesia consulatur.

a Matth. XVIII.

An. 393.

XXXVIII.

EPISTOLA CABARSUSSITANI CONCILII A DONATISTIS MAXIMIANENSIBUS HABITI

Contra Primianum Donatistam Carthaginiensem.

Edita ex Augustino in Psalm. 36.

Sanctissimis Fratribus atque Collegis, per universam Africam, hoc est, per provinciam Proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam & Tripolin constitutis, sed & presbyteris, diaconis, & universis plebibus, in veritate Evangelii nobiscum militantibus, Victorinus, Fortunatus, & Victorianus, Migginus, Saturninus, Constantius, Candorius, Innocentius, Crescónius, Florentius, Salvius, alius Salvius, Donatus, Geminius, Prætextatus [2], Maximianus, Theodorus, Anastasius, Donatianus, Donatus, alter Donatus,

1. *Creditum*] Al. *traditum*.

2. Assuritanus episcopus.

Pomponius, Pancratius, Januarius, Secundinus, Paschasius, Cresconius, Rogatianus, alius Maximianus, Benenatus, Gajanus, Victorinus, Guntasius, Quintasius, Felicianus, Salvius, Migginus, Proculus, Latinus, & ceteri qui in concilio apud Cabarsussi fuimus, in Domino æternam salutem.

NEmo est qui nesciat, fratres dilectissimi, de sacerdotibus Domini, non propriæ voluntatis, sed divinæ legis impulsu, tam in reos sententiam dicere, quam innocentibus inflictam, jure ab eis ac merito submovere. Non levi enim periculo subjacebit, quisquis aut reo pepercerit, aut innocentem conficere pertentarit: maxime cum scriptum sit: *innocentem & justum non occides: & purgatione non purgabis reum.*

Hoc igitur edicto legis admoniti, necesse nos fuerat Primiani caussam, quem plebs sancta Carthaginiensis ecclesiæ episcopum fuerat in ovile Dei sortita, seniorum litteris ejusdem ecclesiæ postulantibus, audire atque discutere sub eo; ut explanatis omnibus aut innocentem, quod optabile fuerat purgaremus, aut nocentem certe ostenderemus suis meritis esse damnatum. Optatissimum enim nobis fuit, ut plebs sancta Carthaginiensis ecclesiæ, eo se lætetur episcopo sublimatam, qui in omnia sanctus, & in nullo reprehensibilis haberetur. Propterea utique talem esse oportet Domini sacerdotem, ut quod populus pro se apud Deum non valuerit, ipse pro populo mereatur quod poposcerit impetrare: quia scriptum est, *si peccaverit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?*

Scandala igitur Primiani, & ipsius nequitia singularis, sic in se cæleste judicium provocavit, ut horum criminum auctorem necesse esset penitus amputare: qui recens ordinatus, presbyteros supradictæ plebis ad conjurationem impiæ conspirationis impellens, hoc ab eis velut precario jure postulavit, ut ad damnandos quatuor diaconos, viros egregios, ac singularibus meritis approbatos, Maximianum scilicet, Rogatianum, Donatum, itemque Salgamium, consentirent, & incunctanter ei promitterent accomodare consensum.

Cujus illi mala præsumtione stupefacti cum rem silentio refellissent, per se cogitatum scelus non dubitavit implere, usque adeo ut in Maximianum diaconum, virum sicut omnibus notum est innocentem, sine caussa, sine accusatore, sine teste, absentem ac lecto cubantem, sententiam putaret esse promendam: qui jampridem clericos non dissimili furore damnarat.

Nam cum incestos, contra legem decretaque omnium sacerdotum, communioni sanctæ adjungeret: cumque obsistente maxima parte plebis etiam seniorum nobilissimorum litteris conveniretur, ut per se corrigeret quod admiserat; sua temeritate possessus, emendare contemsit. His itaque permoti seniores Ecclesiæ supradictæ, ad universum chorum litteras legatosque miserunt, quibus non sine lacrymis deprecati sunt, ut ad se ferventius veniremus; quo perpenso libramine intentationibus exploratis, existimatio Ecclesiæ purgarentur.

Ad hanc proinde, cum secundum memoratorum litteras veniremus; nota sua ille ratione fervescens; adventum nostrum penitus declinavit. Qui usquequaque rebelli animo recalcitrans in malo permansit, ut, conducta multitudine perditorum, atque impetratis officialibus, basilicarum januas obsedissent, qui ingrediendi nobis atque agendi sollemnia interdicerent facultatem. Hæc si episcopum convenit facere, si Christianis licet admittere, si hoc Evangelia protestantur; probet aut judicet quisquis amator aut assertor est veritatis. Hoc enim nobis inflixit frater aliquando proprius, quod numquam faceret alienus.

Decrevimus omnes sacerdotes Dei, præsente Spiritu sancto, hunc eumdem Primianum, primo quod super vivos episcopos, alios subrogarit, quod incestos cum sanctorum communione miscuerit: quod presbyteros ad conjurationem ineundam constringere pertentarit: quod Fortunatum presbyterum in cloacam fecerit mitti, cum ægrotantibus baptismo succurrisset: quod communionem Demetrio presbytero denegarit, ut cogeret filium abdicare, quod idem presbyter objurgatus sit, quod episcopos hospitio suscepisset: quod supradictus Primianus multitudinem miserit, quæ Christianorum domos everteret: quod obsessi sint episcopi simul & clerici, & postea ab ejus satellitibus lapidati: quod in basilica cæsi sint seniores, quod indigne ferrent Claudianistas ad communionem admitti: quod innocentes clericos putaverit esse condemnandos: quod se nobis audiendum noluerit exhibere cum basilicarum fores ne ingrederemur, multitudine & officio intercluserit: quod legatos a nobis ad se missos injuriose rejecerit: quod loca multa vi primo, dehinc auctoritate judiciaria usurpaverit: præter alia illicita ejus admissa, quæ pro honestate stili nostri siluimus, a sacerdotali choro perpetuo esse damnatum: ne eo palpato, Dei Ecclesia, aut contagione, aut aliquo crimine maculetur. Quod idipsum Paullus Apostolus exhortatur & admonet: *Præcepimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut discedatis ab omni fratre inordinate ambulante:* atque ideo non immemores puritatis Ecclesiæ, conducibile existimavimus, omnes sanctos consacerdores & omnes clericos, & omnes populos qui se Christianos meminerunt, hac nostra tractoria commonere, ut omnes ejus communionem, ut pote damnati, diligenti cura horreant. Ipse enim de suo interitu rationem reddet, qui hoc nostrum decretum non audiendo tentaverit violare.

Placuit sane nobis & Spiritu sancto, quod tempus tardis ad convertendum reservetur sub eo, ut quicumque consacerdotum vel clericorum suæ salutis immemores, a die damnationis supradicti Primiani, id est a die VIII. Kalendarum Juliarum, usque ad diem VIII. Kalendarum Januariarum, minus a Primiani damnati communione recesserint, tali sententia constringantur. Laici quoque nisi se a supradicto die damnationis illius, intra diem Paschæ futuræ ab ejus consortio separaverint, non posse quemquam nisi per pœnitentiam, siquidem [1] meminerint, Ecclesiæ reformari.

Victorinus Munacianensis episcopus subscripsi. Fortunatus Dionysianensis episcopus subscripsi. Victorianus Carcabianensis episcopus subscripsi. Florentius ab Adrumeto episcopus subscripsi. Migginus ab Elephantaria episcopus subscripsi. Innocentius Thebaltensis episcopus subscripsi. Migginus pro collega meo Salvio Membressitano episcopo subscripsi. Salvius Ausafensis episcopus subscripsi. Donatus Sabratensis episcopus subscripsi. Gemelius a Tambeis episcopus subscripsi. Prætextatus Assuritanus episcopus subscripsi. Maximianus Stabatensis episcopus subscripsi. Datianus Camicetensis episcopus subscripsi. Donatus Fiscianensis episcopus subscripsi. Theodorus Usulensis episcopus subscripsi. Victorianus jubente collega Agnosio episcopo subscripsi. Donatus Cebrisetanus episcopus subscripsi. Natalicus Thelensis episcopus subscripsi. Pomponius Macrianensis episcopus subscripsi. Pancratius Balianensis episcopus subscripsi.

1. *Meminerint*] Forte *meruerit*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Januarius Aquenensis episcopus subscripsi. Secundus A Jocundianensis episcopus subscripsi. Paschasius a Vico Augusti episcopus subscripsi. Cresconius Tacienensis episcopus subscripsi. Rogatianus episcopus subscripsi. Maximianus Erumminensis episcopus subscripsi. Benenatus Tugutianensis episcopus subscripsi. Ritanus episcopus subscripsi. Gajanus Tigualensis episcopus subscripsi. Victorinus Leptimagnensis episcopus subscripsi. Guntasius Benefensis episcopus subscripsi. Quintasius Capsensis episcopus subscripsi. Felicianus Mustitanus episcopus subscripsi. Victorianus ex delegatione Miggini episcopi subscripsi. Latinus Mugiensis episcopus subscripsi. Proculus Girbiranus episcopus subscripsi. Donatus Sabratensis episcopus pro fratre & collega meo Marratio subscripsi. Proculus B Girbitanus pro collega meo Galliono subscripsi. Secundianus Prisianensis episcopus subscripsi. Helpidius Tusdritanus episcopus subscripsi. Donatus Samurdatensis episcopus subscripsi. Getulicus Victorianensis episcopus subscripsi. Annibonius Rabautensis episcopus subscripsi. Item Annibonius petitus a collega meo Augendo Arensi episcopo subscripsi. Tertullus Abitensis episcopus subscripsi. Primulianus episcopus subscripsi. Secundianus Aurisilianensis episcopus subscripsi. Maximus Pitanensis episcopus subscripsi. Crescentianus Murrensis episcopus subscripsi. Donatus Belimiensis episcopus subscripsi. Perseverantius Tevestinus episcopus subscripsi. Faustinus Binensis episcopus subscripsi. Victor Altiburitanus episcopus subscripsi. Omnes numero quinquaginta tres.

XXXIX.

An. 394. 24. Apr.

SENTENTIA
CONCILII BAGAJENSIS
A DONATISTIS EPISCOPIS CCCX.

Pro Primiano habiti, in Maximianum ejusque ordinatores ac socios pronuntiata.

Ex variis Augustini locis collecta.

CUm omnipotentis Dei, & Christi ejus Salvatoris nostri voluntate, ex universis provinciis Africæ venientes, in Ecclesia sancta Bagajensi Concilium gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Januarius, Saturninus, Felix, Pegasius, Rufinus, Fortunius, Crispinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & ceteri numero trecenti & decem: Placuit Spiritui sancto, qui in nobis est, pacem firmare perpetuam, & schismata resecare sacrilega. *Lib. 4. contr. Crescon. cap.* 10.

Optata quidem pacis & concordiæ est juncta germanitas, sicut scriptum est: *Justitia & pax osculatæ sunt invicem. Ibid. cap.* 16.

Licet enim viperei seminis noxios partus, venenati uteri alveus diu texerit: & concepti sceleris uda D coagula, in aspidum membra tardo se calore vaporaverint; tamen conceptum virus, evanescente umbraculo, occultari non potuit: nam etsi sero, publicum tamen facinus & parricidium suum, fœta scelerum vota pepererunt. Quod ante prædictum est: *Parturiit injustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Sed quoniam serenum jam fulget e nubilo nec est confusa criminum silva, cum ad pœnam designata sunt nomina. Indulgentiæ enim ante hac fuerat: dum clementiæ dimittimus lineam, invenit caussa quos puniat. *Lib. de Gest. cum Emer. & lib. 4. contr. Cresc. cap.* 31. *Lib. 2. contr. Parmen. cap.* 3.

Sed veridica unda in asperos scopulos nonnullo- E rum naufraga projecta sunt membra, & Ægyptiorum ad modum exemplo, pereuntium funeribus plena sunt littora: quibus in ipsa morte major est pœna; quod post extortam aquis ultricibus animam, nec ipsam inveniant sepulturam. *Lib. 4. contr. Crescon. cap.* 16.

Loquamur, carissimi fratres, schismatis caussas: quia jam non possumus tacere personas. MAXIMIANUM fidei æmulum, veritatis adulterum, Ecclesiæ matris inimicum, Dathan, Chore & Abiron ministrum, de pacis gremio sententiæ fulmen excussit: & quod adhuc eum dehiscens terra non absorbuit, ad majus supplicium superis reservavit. Raptus enim pœnam suam compendio lucraverat funeris, usuras C nunc graviores colligit fœnoris, cum mortuis interest vivus. *L. de Gest. cum Emer.*

Nec solum hunc sceleris sui mors justa condemnat. Trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegii, de quibus scriptum est: *Venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.* Nollemus quidem quemquam e proprii corporis junctura præcidi; sed quoniam tabescentis vulneris putredo pestifera plus habet in abscissione solaminis, quam in remissione medicaminis; inventa est caussa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat virus, ut compendioso dolore natum decidat vulnus. *Eod. lib.*

Famosi ergo criminis reos, Victorianum Carcabianensem, Martianum Sullectinum, Beianum Baianensem, Salvium Ausaphensem, Theodorum Usulensem, Donatum Sabratensem, Miggenem Elephantariensem, Prætextatum Assuritanum, Salvium Membressitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Mustitanum, & Martialem Pertusensem, qui funesto opere, perditionis vas sordidum collecta fæculentia glutinarunt: *lib. 3. contr. Cresc. cap.* 53. sed & clericos aliquando Ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori intersunt illicito, incestui præbuerunt lenocinium, Dei præsidentis arbitrio, universalis Concilii ore veridico, damnatos esse cognoscite. Eos autem quos sacrilegii surculi non polluere plantaria, hoc est, qui a Maximiani capite, proprias manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. *L. de Gest. cum Emer.*

Placuit tamen decreto Concilii, dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. *L. 4. contr. Cresc. cap.* 34. Quantum enim de reorum morte purgamur, tantum de innocentium reditu gratulamur. *Eodem l. c.* 35.

Ac ne angustum redeuntibus tempus, spem salutis arctatæ diei pressura subducat; agnoscentibus

quibuslibet longe manentibus præcedentibus statutis, universis usque ad diem octavum Kalendarum Januarii proxime futurarum, agnitionis pandimus januam, ut integri honoris ac fidei, regressi habeant fundamenta: quam si quisquam ingredi nequiverit pigra segnitie; sciat sibi ad omnes veniales aditus, sua voluntate viam esse subductam. Manebit enim circa eos dicta sententia, & post A præstitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia. *L.* 4. *cont. Cresc. cap.* 4.

Data Bagai in Numidia VIII. Kalendas Majas post Consulatum Theodosii Augusti III. Consulatu Augustorum Arcadii III. & Honorii iterum. *L.* 3. *contra Cresc. cap.* 56. & *L.* 4. *c.* 39.

Interfuerunt episcopi CCCX.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

X L.

SUPPLEX LIBELLUS PEREGRINI PRESBYTERI ET SENIORUM ECCLESIÆ MUSTITANÆ REGIONIS PRIMIANISTARUM

An 395. 2. Mart.

adversus Maximianistas.

Ex AUGUSTINO *lib.* IV. *contra Cresconium cap.* IV.

POst consulatum dominorum Arcadii III. & Honorii iterum Augustorum, sexto Nonas Martias, Carthagine in secretario Prætorii Titianus dixit: Peregrinus presbyter & Seniores Ecclesiæ Mustitanæ regionis tale desiderium prosequuntur. Cum Ecclesiæ catholicæ sanctitatem vir memoriæ venerabilis ab errore perfidiæ Donatus assereret; in ejus nomen & cultum, mundi pene totius observantia nutrita coaluit. Sed cum ejus religionis laudandum mirandumque propositum, Maximiani cujusdam venena polluerent; multorum cœtus antistitum in unum Deo conspirante collectus, hominem vel potius pestem, quæ supernæ displicuit majestati, etiam puræ mentis propria coercitione damnavit.

Eos quoque, quos alienæ præsumtionis error attraxerat, portu primo proposito pœnitendi, si reverti cuperent intra tempus ad religionis trami- B tem præstitutum, pari vigoris admonitione compescuit. Sed suis institutis iniquitas delectatur, & semetipsam non deserit, cum semel præcipitata corruerit. Idem namque Maximianus cœptam nutrit audaciam, & alios sibimet consociat ad furorem.

Inter quos etiam Felicianus quidam, qui primo recta sectatus, depravationis hujus attaminatione fuscatus, in Mustitana positus civitate, Deo omnipotenti parietes consecratos, & Ecclesiam venerandam quasi quadam obsidione credidit retinendam.

Hunc etiam Prætextatus, in Assuritanis partibus imitatur. Sed cum æquitatis tuæ innotesceret potestati consortium sarerdotum; jussisti, ut gesta C testantur, exploso omni contradictionis effectu, sacratissimis sacerdotibus, a profanis mentibus Ecclesias vindicatas oportere restitui. *L.* 3. *contr. Cresc.* 56.

X L I.

DECRETUM CARTHAGINIENSIS CONCILII

An. 397. 1. Sept.

Anno 397. habiti.

DE PARVULIS A DONATISTIS BAPTIZATIS.


CAN. XLVIII.

DE Donatistis placuit, ut consulamus fratres & consacerdotes nostros Siricium [1] & Simplicianum [2], de solis infantibus qui baptizantur penes D eosdem, ne quod suo non fecerunt judicio, cum ad Ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impediat, ne promoveantur sacri altaris ministri.

1. Romanum episcopum.

2. Mediolanensem.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



XLII.

LEX HONORII

ADVERSUS IRRUENTES IN ECCLESIAS.

An. 398. 25. Apr.

Ex cod. Theod. lib. XVI, *tit.* II. De episcopis, ecclesiis & clericis. *L.* 31.

Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Theodoro PF. P.

SI quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesias catholicas irruens, sacerdotibus & ministris, vel ipso cultui locoque aliquid importet injuriæ, quod geritur, litteris ordinum, magistratuum & curatorum, & notoriis apparitorum, quos Stationarios appellant, deferatur in notitiam potestatum, ita ut vocabula eorum qui agnosci potuerint, declarentur: &, si per multitudinem commissum dicetur, si non omnes, possunt tamen aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina publicentur. Atque ita Provinciæ moderator, sacerdotum, & catholicæ Ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius, & divini cultus injuriam, A capitali in convictos, sive confessos, reos sententia noverit vindicandum. Nec exspectet ut episcopus injuriæ propriæ ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam dereliquit. Sitque cunctis non solum liberum, sed & laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris injurias, veluti publicum crimen persequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod si multitudo violenta civilis apparitionis exsecutione, & adminiculo ordinum possessorumve non potuerit præsentari, quod se armis, aut locorum difficultate tueatur, judices Africani armatæ apparitionis præsidium, datis ad virum spectabilem Comitem Africæ litteris, prælato legis istius tenore, deposcant, ut rei talium criminum non evadant. B Dat. VII. Kal. Maji, Med. Honorio III. & Eutychiano Coss.

XLIII.

LEX HONORII

An 400. 25. Febr.

De Rescripto QUOD DONATISTÆ AB JULIANO IMPETRARANT.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* V. De Hæreticis. *L.* 37.

Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Hadriano PF. P.

REscriptum, quod Donatistæ a Juliano tunc Principe impetrasse dicuntur, proposito programmate celeberrimis in locis volumus anteferri, & gesta, quibus est hujuscemodi allegatio inserta, subnecti: quo omnibus innotescat, & catholicæ confidentiæ stabilita constantia, & Donatistarum de- C speratio fucata perfidia. Dat. V. Kal. Mart. Rav. Stilichone & Aureliano Coss.

XLIV.

CONCILII CARTHAGINIENSIS LEGATIO

An. 401. Junii die 18. aut 16.

Ad consulendum Anastasium & Venerium de parvulis apud Donatistas baptizatis, UT IN CATHOLICA ECCLESIA CLERICI ORDINARI VALEANT.

POst consulatum Flavii Stilichonis viri clarissimi XIV. (vel XVI.) Kal. Julias, Carthagine in secretario Basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus una cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime novit caritas vestra, sanctissimi fratres. Et quoniam præstitit Dominus, ut ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata sententia, videtur mihi, ut has easdem necessitates, quas pro sollicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus: quas cum approbaverit vestra sinceritas, sit consequens, eligendum esse unum e nostro numero consacerdotem, qui auxiliante Domino, orationibus vestris, & has ipsas D necessitates suscipere possit & gnaviter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, ut tam sanctis fratribus & consacerdotibus nostris, venerabili sancto fratri Anastasio sedis Apostolicæ episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis ecclesiæ necessitatem ipsam ac dolorem atque inopiam nostram valeat intimare; (ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum) quo noverint communi periculo providendum: maxime quia tanta indigentia clericorum est, multæque ecclesiæ ita desertæ sunt, ut ne unum quidem diaconum vel illiteratum habere reperiantur. Nam de ceteris superioribus gradibus & officiis tacendum arbitror: quia, ut dixi, si ministerium diaconi facile non invenitur, multo ma-

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

gis ſuperiorum honorum inveniri non poſſe certiſſimum eſt. Et quotidianos planctus diverſarum pene emortuarum plebium jam non ſuſtinemus: quibus niſi fuerit aliquando ſubventum, gravis nobis & inexcuſabilis innumerabilium animarum pereuntium cauſſa apud Deum manſura eſt.

[1] Unde quoniam ſuperiori Concilio ſtatutum eſſe mecum recognoſcit unanimitas veſtra, ut hi qui apud Donatiſtas parvuli baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſtea quam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes ad Eccleſiam Dei catholicam per univerſum mundum diffuſam, ordine antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt, debere talibus ſuſcipiendum munus clericatus non impedire nomen erroris, cum veram Eccleſiam illorum putaverint ad fidem accedendo, & ibi Chriſto crediderint, & Trinitatis ſacramenta perceperint; quæ omnia vera, & ſancta, atque divina eſſe certiſſimum eſt, & in his omnem animæ ſpem conſtitutam. Quamquam & hæreticorum præſumta audacia veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat, quæ quoniam ſimplicia ſunt, ut præmonet beatus Apoſtolus dicendo, unus Deus, una fides, unum baptiſma, & iterari non liceat, quod ſemel dari oportet, anathematizato nomine erroris recipiantur per manus impoſitionem in unam Eccleſiam, columbam, ut A dictum eſt, & unam matrem omnium Chriſtianorum, ubi omnia illa ſacramenta ſalubriter, & æterna, & vitaliter accipiuntur: quæ perſeverantibus in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt, ut quod eis in veritate ad æternam vitam conſequendam eſſet luminoſius, hoc in errore ſit tenebroſius atque damnoſius. Quod fugientes nonnulli, & matris Eccleſiæ ubera cognoſcentes, qui illa omnia ſancta myſteria amore veritatis crediderunt, atque perceperunt, quibus Sacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas acceſſerit, ſine dubio ad officium clericatus tales eſſe applicandos, & maxime in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt, qui non concedat. Quamquam nonnulli ejuſdem ſectæ clerici cum plebibus atque honoribus ſuis ad nos tranſire deſiderent, qui amore honoris aut perſuadent ad vitam, aut retinent ad B ſalutem. Sed hoc majori fratrum ſupradictorum conſiderationi dimittendum cenſeo, ut prudentiori ſuo conſilio noſtræ ſuggeſtionis ſermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantum de his qui infantes baptizati ſunt, ſatagimus, ut noſtræ, ſi placet, in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati. Omnia ergo, quæ ſuperius comprehendimus, apud ſanctos epiſcopos agenda eſſe mecum honorabilis fraternitas veſtra perpendat.

XLV.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM

AFRICÆ UNIVERSALE

DE RECONCILIANDIS DONATISTIS.

An. 401. 13. Sept.

Vincentio & Flavito viris clariſſimis Conſulibus, Idibus Septembris Carthagine in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ, cum in Concilio congregati in eccleſia Carthaginienſi conſediſſemus ex Africanis omnibus provinciis epiſcopi; id eſt Aurelius ejuſdem ſedis epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat: recitatis epiſtolis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſii eccleſiæ Romanæ epiſcopi, quibus nos paternæ & fraternæ caritatis ſollicitudine ac ſinceritate adhortatus eſt, ut de hæreticorum & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidiis & improbitatibus, quibus Africanam eccleſiam catholicam graviter vexant, nullo modo diſſimulemus: gratias agimus Domino noſtro, quod illi optimo ac ſancto antiſtiti ſuo, D tam piam curam pro membris Chriſti, quamvis in diverſitate terrarum, ſed in una compage corporis conſtitutis inſpirare dignatus eſt.

[2] Deinde pertractatis & conſideratis omnibus, quæ utilitati Eccleſiæ convenire videbantur, annuente atque admonente Spiritu Dei, eligimus cum memoratis hominibus, quamvis de Dominici corporis unitate inquieta diſſenſione præciſis, leniter & pacifice agere: ut quantum in nobis eſt, omnibus qui eorum communione & ſocietate irretiti ſunt, per univerſas provincias Africanas penitus innoteſcat, quam miſerabili errore devincti ſunt: *ne forte*, ſicut dicit Apoſtolus, [a] *nobis in manſuetudine corripientibus diverſa ſentientes, det illis Deus* C *pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis, captivati ab ipſo ad ipſius voluntatem.*


[3] Itaque placuit, ut ex Concilio noſtro litteræ darentur ad Judices Africanos, a quibus hoc peti congruum videretur, ut in hoc adjuvent communem matrem Eccleſiam catholicam, in quo epiſcopalis autoritas communiri [4] in civitatibus poteſt; id eſt, ut judiciaria poteſtate atque diligentia ex fide Chriſtiana, quid geſtum ſit in omnibus locis, in quibus Maximianiſtæ baſilicas obtinuerunt, qui ab eis ſchiſma fecerunt, inquirant: & geſtis publicis propter firmam notitiam omnibus neceſſariam, faciant inhærere.

[5] Deinde placuit ut litteræ mittantur ad fratres & coepiſcopos noſtros, & maxime ad ſedem Apoſtolicam, in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quo noverit habere Africam magnam neceſſitatem, propter Eccleſiæ pacem & utilitatem, ut ex ipſis Donatiſtis quicumque clerici correcto conſilio ad catholicam unitatem tranſire voluerint, ſecundum uniuſcujuſque epiſcopi catholici voluntatem atque conſilium, qui in eodem loco gubernat Eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur; ſicut [6] prioribus ejuſdem diviſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt: quod multarum & pene omnium Africanarum eccleſiarum, in quibus talis error exortus eſt, exempla

a II. Tim. II. 25. 26.

1. Conc. Afric. Can. 24. cod. Can. Eccleſ. Afr. Can. 57.
2. Conc. Afr. Can. 33. cod. Can. Eccl. Afr. Can. 66.
3. Conc. Afr. Can. 34. cod. Can. Eccl. Afr. Can. 67.
4. *Communiri*] Al. *contemni*.
5. Conc. Afr. Can. 35. cod. Can. Eccl. Afr. Can. 68.
6. V. Auguſt. epiſt. 43. n. 16. & epiſt. 185. n. 44. & 47.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



testantur. Non ut Concilium [a] quod in trasmarinis partibus de hac re factum est dissolvatur: sed ut illud maneat circa eos qui sic transire ad catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis compensatio [b] procuretur. Per quos autem vel omnimodo perfici, vel adjuvari manifestis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis in quibus degunt, visa fuerit; non eis obsit quod contra honores eorum, (quamvis salus nulli interclusa sit) in transmarino Concilio statutum est, id est, ut ordinati in parte Donati, si ad Catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis secundum transmarinum Concilium, sed exceptis his per quos catholicæ unitati consulitur.

[c] Deinde placuit, ut his peractis, legati etiam prædicandæ pacis atque unitatis, sine qua salus Christiana non potest obtineri, e numero nostro ad ipsorum Donatistarum, sive quos habent episcopos, sive ad plebes mittantur, per quos omnibus in notitiam perferatur, quam nihil habeant, quod A adversus Ecclesiam catholicam juste possint dicere: maxime ut manifestum fiat omnibus per gesta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipsi de Maximianistis schismaticis suis egerint. Ubi eis divinitus demonstratur, si adtendere velint, tam inique tunc illos ab Ecclesiæ unitate præcisos, quam inique nunc clamant a se Maximianistas schisma fecisse: ex quorum tamen numero quos jam plenarii Concilii [d] sui autoritate damnaverant, in suis honoribus denuo receperunt, baptismum quem damnati & exclusi dederant, acceptaverunt: ut videant, quam stulto corde resistant paci Ecclesiæ toto orbe diffusæ, cum ista faciant pro parte Donati; neque se istorum, quos B ita receperunt, communione propter intuitum pacis contaminari dicant, & nos contendant [e], id est Ecclesiam catholicam etiam in extremis terrarum partibus constitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accusantes convincere nequiverunt.

XLVI.

An. 402. 26. Aug.

CONCILII MILEVITANI

UNIVERSALIS AFRICÆ

ARCADIO ET HONORIO AA. V. COSS.

VI. Kalend. Septembris habiti,

DECRETUM

DE MAXIMIANO EPISCOPO BAGAIENSI.

De Maximiano [f] autem Bagaiensi, & ad eum, & ad ipsam plebem placuit de Concilio lit- C teras dari, ut & ipse ab episcopatu discedat, & illi sibi alium requirant.

XLVII.

An. 403. 24. Aug.

CARTHAGINIENSIS CONCILII

EX TOTA AFRICA HABITI

THEODOSIO AUGUSTO ET RUMORIDO V. C. COSS.

VIII. Kal. Septembr.

DECRETUM

DE CONVENIENDIS DONATISTIS.

Aurelius episcopus dixit: quod in tractatum D venit caritatis vestræ, puto hoc Ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio enim vestrum omnium hoc depromsit, debere unumquemque nostrum in civitate sua per se convenire Donatistarum præpositos, aut adjungere sibi vicinum collegam, ut pariter eos in singulis quibusque civitatibus vel locis, per magistratus vel seniores locorum conveniant. Hoc si omnibus placet, edicatur. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet, & omnes hoc subscriptione nostra firmavimus. Petimus etiam, ut epistolis ad judices de Concilio mittendis pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius episcopus dixit: Si videtur caritati vestræ, forma conventionis eorum recitetur, ut hunc tenorem prosecutionis omnes, si placuerit, teneamus. Ab universis episcopis dictum est; Recitetur. Lætus notarius recitavit,

Forma Conventionis Donatistarum.

Ille episcopus ecclesiæ dixit: Quid de authoritate illius [1] amplissimæ sedis impetraverimus, petimus gravitatem vestram recitari, & gestis innecti, atque in effectum deduci jubeatis. Recitata autem jussione, atque actis innexa dicat ille episcopus Ecclesiæ catholicæ: Mandatum ad Donatistas per vestram gravitatem perferendum audire; & actis inserere, & ad eos perferre dignemini, eorumque responsionem rursus apud acta vestra no-

a V. eamdem epist. 185. n. 45.
b *Compensatio*] Al. *concisio*.
c Conc. Afr. Can. 36. cod. Can. Eccl. Afr. Can. 69.
d *Bagaiensis*.
e *Contendant*] Al. *condemnent*, vel *contemnant*.
f Cod. Can. Eccl. Afr. Can. 88.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



bis insinuare. Convenimus vos ex consilii nostri A catholici auctoritate missi, de vestra correctione gaudere cupientes, considerantes Domini caritatem, qui dixit: [a] *Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur*: & admonuit per Prophetam, etiam his qui dicunt se fratres nostros non esse, dicere nos debere: [b] *Fratres nostri estis*. Hanc ergo pacificam ex caritate venientem commonitionem nostram contemnere non debetis, ut si quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis asserere; id est ut congregato vestro Concilio deligatis ex vobis, quibus caussam assertionis vestræ committatis; ut & nos possimus hoc facere, ut etiam de nostro Concilio deligantur, qui cum eis quos de- B legeritis, constituto loco & tempore, quidquid quæstionis est, quod vestram a nobis separat communionem, cum pace discutiant; & tandem aliquando adjuvante Domino Deo nostro finem venternosus error accipiat, ne propter animositatem hominum infirmæ animæ & ignari populi sacrilega dissensione dispereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile dilucescet: si autem hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facile innotescet. Cumque recitata esset, ab universis episcopis dictum est: satis placet, hoc fiat. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginiensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi: similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

a Matth. V. *b* Isa. LXVI. sæc. LXX.

1. Hujus *amplissimæ sedis* appellatione Baronius ad an. 403. intelligit *Apostolicam sedem urbis Romæ*, & censet *missas ab ipsa litteras* heic recitandas peti, *quibus quæ ab ea fuerunt impetrata, nota fiant*. Agitur profecto isthic de ipsa, quæ ejusdem Concilii Carthaginiensis precibus petita mox fuit, & impetrata a Septimino Proconsule, sive a vicariæ præfecturæ sede, conficiendorum gestorum facultas. Unde dicitur, *Recitata autem jussione*, illius videlicet, *amplissimæ sedis*, qua jussione magistratibus præcipiebatur, ut catholicis episcopis fieret potestas conveniendi Donatistas per codices publicos. Hæc & *illustrissima sedes* & *sedes inlustrium potestatum* vocatur in collatione Carthaginiensi 3. c. 167. & 170.

XLVIII.

LIBELLUS

An. 403. 13. Sept.

Ab eodem Carthaginiensi totius Africæ Concilio datus

SEPTIMINO PROCONSULI.

Æquitatem tuam petimus, Septimine Vir clarissime, Proconsulum summe sublimis. Multa contra divinas humanasque leges ab hæreticis de parte Donati Ecclesia catholica sustinet, quæ si vel anterioribus vel recentioribus imperialibus jussis prohibenda & tollenda postulanda vellemus, nequaquam audere deberent de nostris actionibus conqueri, scientes se, cum nulla tali lege adjuvarentur, schismaticos tamen suos Maximianistas per judicum jussa locis ac sedibus eorum pellendos exturbandosque curasse. Verumtamen nos saluti eorum & nostræ existimationi pacifice consulentes, propter caritatem qua Christiani sumus, leniter eos volumus admonere, ut errorem suum cogitando & agnoscendo non negligant: aut si putant se habere aliquid veritatis, non eam furiosis Circumcellionum violentiis contra publicam quietem, sed tranquilla rationis redditione defendant. Unde petimus subli- C mitatem tuam, ut cum eos de hac re per magistratus sive in civitatibus, sive in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiam nobis præberi gestorum, & eos ex allegatione nostra honeste conveniri præcipias: quod consecuti agamus excellentiæ tuæ apud Deum uberes gratias. Dat. ab universis Episcopis catholicis ex Concilio Carthaginiensi D. N. Theodosio PP. Augusto & Rumorido V. C. Coss. Idibus Septembris Carthagine.

Septiminus vir clarissimus Proconsul dixit: In quolibet loco antistitibus legis venerabilis ob quietis imperium gestorum conficiendorum tribuitur facultas: hoc etiam tenore hujus præceptionis limitato, ut intelligant se deviæ plebis magistris [1] salu- D briter petentibus propriæ persuasionis ratiocinia persolvere; ut rebus in medio prolatis amica legis moderatio servetur, superstitione supplosa.

XLIX.

CONCILII CARTHAGINIENSIS

An. 404.

Adversus Donatistas

AD HONORIUM IMPERATOREM

LEGATIO

ET COMMONITORIUM LEGATIS DATUM.

Gloriosissimo Imperatore Honorio Augusto VI. Consule, XVI. Kal. Julias, Carthagine in basilica regionis secundæ. In hoc Concilio legationem susceperunt Theasius & Evodius contra Donatistas: in quo Concilio insertum est Commonitorium; quod ita se continet.

Commonitorium fratribus Theasio & Evodio, legatis ex Carthaginiensi Concilio, ad E gloriosissimos religiosissimosque Principes missis. Cum domini auxilio piissimos Imperatores adierint, ut eis insinuent, quemadmodum plena fiducia secundum superioris anni Concilium, Donatistarum præpositi actis municipalibus sunt conventi, ut si confiderent de assertionibus suis, electis ex suo numero aliquibus idoneis, nobiscum pacifice conferrent, & mansuetudine Christiana, si quid veritatis tenerent, non ambigerent demonstrare: quo ita fin-

1. *Magistris*] Forte *magistri*, id est, *Donatistarum episcopi petentibus Catholicis*, &c.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

ceritas catholica, quæ jam pridem superioribus A temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam, vel pertinaciam resistentibus innotesceret, sed quia diffidentia premebantur, nihil pene ausi sunt respondere. Unde quia impletum est erga eos episcopale ac pacificum officium, & illi qui veritati respondere nequiverunt, ad immanes violentias sunt conversi: ita ut multos episcopos multosque clericos (ut de laicis taceamus) insidiis oppresserint, ecclesias etiam aliquas invaserint, aliquas invadere pertentaverint, ipsorum jam clementiæ est consulere, ut Ecclesia catholica, quæ eos religioso utero in Christo genuit, & fidei firmitate nutrivit, eorum etiam prospectione muniatur, ne temerarii homines religiosis temporibus infirmos populos terrendo B prævaleant: quoniam seducendo depravare non possunt. Nota est enim, & sæpe legibus conclamata Circumcellionum, qua furiunt, detestabilis manus, quæ etiam ipsorum religiosissimorum supra Principum frequentibus sanctionibus condemnata est, adversus quorum furorem possemus non insolita, nec a scripturis sanctis aliena impetrare præsidia, quando Apostolus Paullus [a], sicut in Apostolorum actibus fidelibus notum est, factiosorum conspirationem militari etiam submovit auxilio. Sed nos illud poscimus, ut catholicis Ecclesiarum ordinibus [1] per civitates singulas, & vicinorum quorumque possessorum per diversa loca sine ulla dissimulatione tuitio præbeatur. Simul etiam petendum, ut illam le- C gem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant: ut in eos valeat, contra quos propter eorum insidias catholici provocati contestationem deposuerint, ut hoc saltem terrore a schismatica vel hæretica pravitate desciscant, qui consideratione æterni supplicii emendari corrigique dissimulant. Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi, vel relinquendi delegat D facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi vel sumendi jus adimat, qui pertinaciæ furore cæcati, in Donatistarum errore perseverare voluerint. Ceterum illis qui consideratione unitatis & pacis se corrigere voluerint, absque interdicto hujus legis capiendæ hereditatis aditus pateat, si adhuc in errore hæretico constitutis aliquid ante donationis, vel hereditatis obvenit, his sane exceptis, qui lite pulsati putaverint ad catholicam transeundum, quia de talibus credibile est, non metu cælestis judicii potius, quam terreni commodi aviditate unitatem catholicam præoptasse. Ad hæc autem omnia, præsidio opus est potestatum suarum quarumcumque provinciarum, sane pro utilitatibus Ecclesiæ, quidquid intellexerint prodesse, agendi & imperandi liberam decernimus legationem. Illud præterea cunctis nobis placuit, ut litteræ de cœtu nostro ad gloriosissimos Imperatores, & eminentissimas potestates dirigantur: quibus instruantur nostro omnium consensu ad beatissimum comitatum legatos a nobis esse directos. Sed quia iisdem litteris ab omnibus subscribi tardissimum est, ne singulorum subscriptionibus eædem epistolæ onerentur, petimus frater Aureli, ut iisdem tua caritas nostro omnium nomine subscribere dignetur, & subscripserunt. AURELIUS episcopus ecclesiæ Carthaginiensis, huic decreto consensi, & subscripsi: similiter & ceteri episcopi subscripserunt. Litteræ etiam ad judices mittendæ sunt, ut donec Dominus legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines civitatum, & possessiones prædiorum Ecclesiæ catholicæ impertiant. Adjungendum etiam de Equitio, ut improbitas ejus, qua sibi jus sacerdotum improbissime vindicat, ab Hipponensi Diarrhytorum diœcesi secundum statuta Imperatorum repellatur. Litteræ etiam ad episcopum Romanæ Ecclesiæ commendatione legatorum mittendæ sunt, vel ad alios, ubi fuerit Imperator, & subscripserunt. Item Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginiensis huic decreto consensi: & prælecto subscripsi: similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

a Act. XXIII.

L.

An. 405. 12. Febr.

HONORII LEX

IN REBAPTIZANTES.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* V, De Hæreticis, *L.* 38.

Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA.

NEMO Manichæum, nemo Donatistam, qui præcipue (ut comperimus) furere non desistunt, in memoriam revocet: una sit Catholica veneratio: una salus sit: Trinitatis par, sibi congruens, sanctitas expetatur. Quod si quis audeat interdictis sese inlicitisque miscere, & præteritorum innumerabilium constitutionum, & legis nuper a mansuetudine nostra prolatæ, laqueos non evadat: & si turbæ forte convenerint, seditionis concitatos, aculeos acrioris commotionis non dubitet exerendos. Dat. Prid. Idus Febr. Raven. Stilichone II. & Anthemio Coss.

1. *Ecclesiarum ordinibus*] Al. *Ecclesiis ordinum*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

LI.

EJUSDEM IMPERATORIS LEX ALTERA IN REBAPTIZANTES.

An. 405. 12. Febr.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* VI. Ne ſanctum baptiſma iteretur, *L.* 3.

Impp. Arcad. Honor. & Theod. AAA.

REbaptizantium non patimur devios errores, A &c. Dat. Prid. Idus Febr. Raven. Stilichone II. & Anthemio Coſſ.

LII.

TERTIA HONORII LEX IN REBAPTIZANTES.

An. 405. 12. Febr.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* VI. Ne ſanctum baptiſma iteretur, *L.* 4.

Impp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Hadriano PF. P.

ADverſarios catholicæ fidei exſtirpare hujus decreti auctoritate proſpeximus. Ideoque intercidendam ſpecialiter eam ſectam nova conſtitutione cenſuimus, quæ ne hæreſis vocaretur, appellationem ſchiſmatis præferebat. In tantum enim ſceleris progreſſi dicuntur ii, quos Donatiſtas vocant, ut baptiſma ſacroſanctum, myſteriis recalcatis, temeritate noxia iterent, & homines ſemel, ut traditum eſt, munere divinitatis ablutos, contagione profanæ repetitionis infecerint. Ita contigit, ut hæreſis ex ſchiſmate naſceretur. Inde male credulas mentes ad ſpem ſecundæ indulgentiæ blandus error invitat. Facile eſt enim perſuadere peccantibus, veniam prius præſtitam denuo poſſe præſtari; quæ ſi concedi iterum eodem modo poteſt, non intelligimus cur tertio denegetur. Hi vero & ſervos vel homines juri proprio ſubditos, iterati baptiſmatis polluunt ſacrilegio. Quare hac lege ſancimus, ut quiſquis poſthac fuerit rebaptizaſſe detectus, Judici qui provinciæ præſidet, offeratur, ut facultatum omnium publicatione multatus, inopiæ pœnam qua in perpetuum afficiatur, expendat. Ita ut filiis eorum, ſi a paternæ ſocietatis pravitate diſſentiunt, ea quæ fuerint paterna non pereant; ut ſi ipſos forſitan ſævitas paternæ depravitatis implicavit, ac reverti jam ad catholicam religionem malunt, adipiſcendorum his bonorum copia non negetur. Ea præterea loca ſeu prædia, quæ feralibus ſacrilegiis deinceps conſtiterit præbuiſſe ſecretum, fiſci viribus applicentur: ſi tamen dominus aut domina, aut præſens forte fuiſſe, aut conſenſum præſtitiſſe probetur: quos quidem inuſta etiam per ſententiam notabit infamia. Si vero his neſciis per conductorem procuratoremve eorum in domo agitatum hujuſmodi facinus comprobatur, præjudicio a prædiorum publicatione ſuſpenſo, impliciti ſceleris auctores coerciti plumbo, exſilium, in quo omni vitæ ſuæ tempore afficiantur, accipient. Ac ne forſitan ſit liberum conſcientiam piacularis perpetrati intra B domeſticos parietes ſilentio celare ſecreto, his qui forſitan ad rebaptizandum cogentur, refugiendi ad Eccleſiam catholicam ſit facultas, ut ejus præſidio adverſus hujus criminis & ſocietatis auctores, attributæ libertatis præſidio defendantur, liceatque his ſub hac conditione fidem tueri, quam extorquere ab invitis domini tentaverint. Nec aſſertores dogmatis catholici, ea qua ceteros qui in poteſtate ſunt poſiti, oportet ad facinus lege conſtringi; & maxime convenit omnes homines ſine ullo diſcrimine conditionis aut ſtatus infuſæ cælitus ſanctitatis eſſe cuſtodes. Sciant ii vero qui a ſupradictis iterare baptiſma non timuerint, aut qui conſentiendo hoc facinus propria hujus ſocietatis permixtione damnaverint, non ſolum teſtandi ſibi, verum adipiſcendi C aliquid ſub ſpecie donationis, vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam, niſi pravæ mentis errorem revertendo ad veram fidem conſilii emendatione correxerint. Illos quoque par nihilominus pœna conſtringat, qui memoratorum interdictis cœtibus ſeu miniſteriis præbuerint conniventiam: ita ut Moderatores provinciarum, ſi in contemtum ſanctionis hujuſmodi conſenſum putaverint commodandum, ſciant ſe viginti librarum auri pœna eſſe multandos. Officia etiam ſua ſimili condemnatione ſubjuganda. Principales vel defenſores civitatum, niſi id quod præcipimus fuerint exſecuti, vel his præſentibus Eccleſiæ catholicæ vis D fuerit illata, eadem multa ſe noverint adtinendos. Dat. prid. Idus Febr. Raven. Stilichone II. & Anthemio Coſſ.

LIII.

QUARTA LEX HONORII

IN REBAPTIZANTES.

An 405. 12. Febr.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* VI. Ne sanctum baptisma iteretur. *L.* 5.

Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Hadriano PF. P.

NE divinam gratiam sub repetito baptismate pollutam, Donatistarum secreta violarent, & fallendi occasionem, severitate hujus præceptionis abolemus statuentes: ut cetera hujusmodi homines pœna sequatur, legisque censuram experiantur A ultricem, qui in catholicam religionem perverso dogmate commisissent. Jubemus igitur, *Ut si qui posthac fuerit rebaptizare detectus, Judici qui provinciæ præsidet offeratur, ut facultatum omnium publicatione multatus, inopiæ pœnam expendat, &c.* Dat. Prid. Idus Feb. Ravennæ, Stilichone, & Anthemio Coss.

LIV.

LEX HONORII

DE EDICTO UNITATIS

An. 405. 5. Mart.

Per Africam proponendo.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* XI. De Religione. *L.* 2.

Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Diotimio Proc. Africæ.

EDictum, quod *de Unitate* per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversa pro- B poni volumus, ut omnibus innotescat, Dei omnipotentis unam & veram fidem catholicam, quam recta credulitas confitetur, esse retinendam. Dat. III. Non. Mart. Rav. Stilichone II. & Anthemio Coss.

LV.

DECRETUM CONCILII

HABITI

STILICHONE ITERUM ET ANTHEMIO V. C. COSS.

An 405. 23. Aug.

X. Kalend. Septembr. Carthagine in basilica regionis secundæ.

UT [1] quia apud Carthaginem tantum unitas facta est, dentur etiam litteræ ad Judices, ut & in aliis provinciis & civitatibus operam impendi jubeant unitati. Ut gratiarum actiones de Carthaginiensi ecclesia pro universa Africa, de exclusione Donatistarum, cum episcoporum litteris ad comi- C tatum mittantur. Recitatæ sunt litteræ Papæ Innocentii, ut episcopi ad transmarina pergere facile non debeant; quod hoc ipsum episcoporum sententiis confirmatur. Ut propter gratiarum actionem & exclusionem Donatistarum duo clerici ecclesiæ Carthaginiensis ad comitatum mittantur.

LVI.

LEX HONORII

QUA MULTA STATUITUR IN DONATISTAS.

An. 405. 8. Dec.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* V. De Hæreticis, *L.* 39.

Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Diotimio suo Sal.

DONATISTÆ superstitionis hæreticos, quocumque loci, vel fatentes, vel convictos, legis tenore servato, pœnam debitam absque dilatione persolvere decernimus. Dat. VI. Idus Decembr. Raven. Stilichone II. & Anthemio Coss.

1. Conc. Afr. Can. 61. cod. Can. Eccl. Afr. Can. 94.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

LVII.

DECRETUM CONCILII HABITI HONORIO VII. ET THEODOSIO II. AUG. COSS.

Idibus Junii Carthagine in basilica regionis secundæ.

An. 407. 13. Junii.

DE PLEBIBUS VEL DIŒCESIBUS EX DONATISTIS CONVERSIS

UT [1] illæ plebes, quæ conversæ sunt a Donatistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto Concilio habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicujus episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum. Nec non & illud suggestum est, quod plebes, ante legem Imperatorum de unitate latam, quicumque converterunt episcopi ad catholicam, A ipsi eas obtinere debeant: verum a lege unitatis, & deinceps oporteat universas ecclesias vindicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant vel conversorum ad catholicam, vel non conversorum hæreticorum, & diœceses, & si qua forte sunt instrumenta Ecclesiæ, vel ad ejus jus pertinentia. Qui vero aliqua usurpaverunt, post legem usurpata conventi restituant.

LVIII.

LEGES HONORII

An. 407. 15. Nov.

Quibus pœnas adversus Donatistas aliosque hæreticos latas renovat.

Ex cod. Theod. lib. XVI. *tit.* V. De Hæreticis. *L.* 41.

Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Porphyrio Proc. Africæ.

LIcet crimina soleat *pœna* purgare, nos tamen pravas hominum voluntates admonitione *pœnitentiæ* volumus emendare. Quicumque igitur hæreticorum, (sive Donatistæ sint, sive Manichæi, vel cujuscumque alterius pravæ opinionis, ac sectæ,) profanis ritibus adgregati, catholicam fidem & meritum, (quæ omnes homines cupimus observare,) simplici confessione susceperint, licet adeo inveteratum malum longa ac diuturna meditatione nutriverint, ut etiam legibus ante latis videantur obnoxii; tamen hos, statim ut fuerint Deum simplici religione confessi, ab omni noxa absolvendos esse C censemus: ut ad omnem reatum, seu ante contra- B ctus est, seu postea (quod nolumus) contrahitur, etiamsi maxime reos pœna videatur urgere, sufficiat ad abolitionem, errorem proprio damnavisse judicio, & Dei omnipotentis nomen, inter ipsa quoque pericula requisitum, fuisse complexum: *Quia nusquam debet in miseriis invocatum religionis deesse subsidium*. Ut igitur priores quas statuimus leges, in excidium sacrilegarum mentium omni exsecutionis urgeri jubemus effectu, ita hos qui simplicis fide religionis, licet sera, confessionem maluerint, censemus datis legibus non teneri. Quæ ideo sanximus, quo universi cognoscant, *nec profanis hominum studiis deesse vindictam, & ad rectum redundare cultum, legum quoque adesse suffragium*. Dat. XVII. Kal. Dec. Rom. Honorio VII. & Theod. II. AA. Coss.

IBID. *L.* 43.

An. 408. 25. Nov.

Idem AA. Curtio PF. P.

OMnia quæ in Donatistas (qui & *Montenses* vocantur) Manichæos, sive Priscillianistas, vel in Gentiles, a nobis generalium legum auctoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in exsecutionem plenissimam effectumque deduci: ita ut ædificia quoque, vel horum, vel Cælicolarum etiam, (quæ nescio cujus dogmatis novi conventus habent) ecclesiis vindicentur. Pœna vero lege proposita veluti convictos tenere debebit eos, qui Donatistas se confessi fuerint, vel Catholicorum communionem refugerint sævæ religionis obtentu, quamvis Christianos esse se simulent, &c. Dat. XVII. Kalend. Decemb. Romæ Basso & Philippo Coss.

IBID. *L.* 44.

An. 408. 24. Nov.

Idem AA. Habe Donate K. NB.

DOnatistarum hæreticorum, Judæorum nova atque inusitata detexit audacia, quod catholicæ fidei velint sacramenta turbare. Quæ pestis D atque contagio ne latius emanet ac profluat: In eos igitur qui aliquid quod sit catholicæ sectæ contrarium adversumque temptaverint, supplicium justæ animadversionis exprimi præcipimus. Dat. VIII. Kalend. Decemb. Rav. Basso, & Philippo Coss.

[1] Conc. Afr. Can. 66. cod. Can. Eccl. Afr. Can. 99.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

IBID. L. 45.

An. 408. 27. Nov.

Idem AA. Theodoro PF. P. II.

DEfenforum Curialium, omniumque Officiorum fpecula cuftodiat, ne quis intra aliquam civitatem, vel ulla territorii parte fecreta, qui ab ecclefiæ catholicæ facerdote diffidet, inlicitæ cohi- A bitionis habeat facultatem. Ipfa etiam loca juri publico fociari, feclufa omni excufatione, cenfemus: & profcriptos eos in exfilium detrudi, qui audent difputare ea, & adferere quæ inftitutio divina condemnat. Dat. v. Kalend. Decemb. Raven. Baffo & Philippo Coff.

IBID. L. 46.

An. 409. 16. Jan.

Idem AA. Theodoro PF. P. II. Poft alia.

NE Donatiftæ, vel ceterorum vanitas hæreticorum, aliorumque error, quibus catholicæ communionis cultus non poteft perfuaderi, Judæi, atque Gentiles, (quos vulgo *Paganos* appellant) B arbitrentur, legum ante adverfum fe datarum conftituta tepuiffe, noverint Judices univerfi præceptis eorum fideli devotione parendum: & inter præcipua, quidquid adverfus eos decrevimus, non ambigant exfequendum. Quod fi quifquam Judicum loco conhibentiæ exfecutionem præfentis legis omiferit, noverit amiffa dignitate graviorem motum fe noftræ clementiæ fubiturum. Officium quoque fuum, quod faluti propriæ contemta fuggeftione defuerit, punitis tribus Primatibus, condemnatione viginti librarum auri plectendum. Ordines quoque & Duumviri, fi in propriis civitatibus, vel territoriis commiffum tale aliquid filuerint in gratiam noxiorum, deportationis pœnam & propriarum amiffionem facultatum fe noverint fubituros. Dat. xvii. Kalend. Feb. Rav. Honor. VII. & Theod. III. AA Coff.

IBID. L. 51.

An. 410. 25. Aug.

Qua abrogat Edictum quo Hæreticis conceffa fuerat libertas.

Idem AA. Heracliano Com. Afric.

ORaculo penitus remoto, quo ad ritus fuos hæreticæ fuperftitiones obrepferant, fciant omnes fanctæ legis inimici, plectendos fe pœna & profcriptionis & fanguinis, fi ultra convenire per publicum, exfecranda fceleris fui temeritate temptaverint. Dat viii. Kal. Sept. Varane V. C. Conf.



Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.


An. 411. mense Jun.

LIX.

GESTA COLLATIONIS

CARTHAGINI HABITÆ HONORII CÆSARIS JUSSU INTER CATHOLICOS ET DONATISTAS

coram Marcellino V. C. Trib. & Not. P. C. Varanis V. C.



NOMINA ET SEDES EPISCOPORUM XVIII. UTRIUSQUE PARTIS

Qui electi sunt ad Collationem habendam.

ACTORES VII.

EX PARTE CATHOLICORUM.

1. AURELIUS Carthaginiensis.
2. ALYPIUS Thagastensis.
3. AUGUSTINUS Hipporegiensis.
4. VINCENTIUS Colusitanus *seu* Culusitanus.
5. FORTUNATUS Constantiniensis.
6. FORTUNATIANUS Siccensis.
7. POSSIDIUS Calamensis.

EX PARTE DONATI.

1. PRIMIANUS Carthaginiensis.
2. PETILIANUS Constantiniensis.
3. EMERITUS Cæsareensis.
4. PROTASIUS Tubiniensis.
5. MONTANUS Zamensis.
6. GAUDENTIUS Thamugadensis.
7. ADEODATUS Milevitanus.

CONSILIARII totidem.

1. NOVATUS Sitifensis.
2. FLORENTIUS Hipponensis Diarrhytorum.
3. MAURENTIUS Tuburzicensis.
4. PRISCUS Quidiensis.
5. SERENIANUS Meditensis.
6. BONIFACIUS Cataquensis.
7. SCILLACIUS Scillitanus.

1. PEREGRINUS Suffetanus.
2. APTUS Turusitanus.
3. CLARENTIUS Tabracensis.
4. HABETDEUM Aurusulianensis.
5. . . . .
6. . . . .
7. . . . .

CUSTODES CHARTARUM IV.


1. DEUTERIUS Cæsareensis.
2. LEO Moptensis.
3. ASTERIUS Vicensis.
4. RESTITUTUS Tagorensis.

1. VICTOR Hipponensis Diarrhytorum.
2. MARINIANUS Œensis.
3. VERATIANUS Carpitanus.
4. VICTOR. . . . .

NOTARII IV.

1. JANUARIUS.
2. VITALIS.

1. VICTOR.
2. CRESCONIUS.



PRÆFATIO[1]
MARCELLI MEMORIALIS
AD
SEVERIANUM ET JULIANUM.

Dilectissimis Fratribus & in Christi nomine venerandis, Severiano & Juliano Marcellus Memorialis.

Amplector alacriter jussionem qua mihi amanter atque in Domino fiducialiter imperastis, ut totius membra negotii & articulos actionis, quod per istud volumen actorum prosecutiones partium per longos explicuere conflictus, modulata per me brevitas distinguat & colligat: atque huic operi sola caritate me sentio fateorque sufficere. Ad omnem quippe delegati muneris obsequelam, efficaciores vires habet qui præceptis amore jubentium, quam qui fiducia sui paret. Ac jam quidem in hanc operationem qua in Ecclesiæ negotio pro singulorum viribus laboratum est, quantum mea mediocritas potuit, officii mei symbolam dedi: quod a viro spectabili, & in quo plurimum insigne probitatis est, Tribuno & Notario Marcellino curarum ascitus in partem, non tam merito meo, quam dignatione censentis, communicavi cum judice librandæ disceptationis laborem. Sed hoc quoque quod me facere voluistis, peculiariter adhibere non piguit. Quandoquidem mihi non minor in eadem re voluptas & gloria est, solvisse nunc fratribus votum, quam cognitori tunc præbuisse consilium. Quidquid igitur laxius a partibus peroratum est, & quidquid interfatibus judicantis utrobique signatum est, sedula breviatione succinxi, consequenter affigens etiam per ordinem, notas calculantibus familiares, ut inquirentis intentio indicem secuta brevitatem, ad id quod deprehendere velit in paginis actionis, non absque commoditate compendii, numeris ducibus directa perveniat. Abusi videamur fortassis otio, dum ad laborem superflua revocamus. Quod nos vere superflue fecisse fateremur, si in tota voluminum serie perlegenda, habiles esse vellent homines ad laborem. Sed periniquum est eos de istius diligentiæ velut quadam inanitate causari, a quibus si in perlegendis jugiter paginis disputationis hujusce non inanis diligentia flagitetur, eam non esse diligentiam, sed molestiam confitentur. Unde, quantum ego arbitror, non opus irritum lusimus qui fastidia lectionis remedio brevitatis exclusimus. Certe, si ex ipsius operationis atque utilitatis effectu, absolutum esse non poterit, quod vanus labor iste non fuerit: Idcirco tamen non ineptum est quidquid hic egi, quia in hoc vobis jubentibus parui. Nunc oraverim, ut in vicissitudinem meriti pro me orare dignemini. Ita enim fiet, ut quod sponte facitis, mihi tamen cedat in remunerationem. Omnipotentia Trinitatis, id est, omnipotentia Dei nostri, caritatem vestram jugiter nostri memorem perpetua pietate custodiat, Domini merito dilectissimi, & in Christi nomine venerabiles Fratres.

Explicit Epistola Capitulorum.

1. Heic observa hanc Præfationem esse tantum Capitulorum Collationis Carthaginiensis, quod opus est MARCELLINI MEMORIALIS: nam quod spectat ad acta, ea non sunt breviarium ab hoc auctore confectum, ut viris alioquin doctissimis visum est, sed ipsamet acta Notariorum publicorum, ut legenti patet.

INCIPIUNT CAPITULA GESTORUM.

I. DE astante officio.
II. De ingressis episcopis.
III. Interlocutio de qualitate negotii, ubi jubet sibi cognitor Imperiale præceptum recitari.
IV. Recitatio Imperialis præcepti de habenda collatione.
V. Recitatio edicti per quod congregari episcopos jubet.
VI. Interlocutio de alio judice eligendo.
VII. Responsio Donatistarum de judice non postulato.
VIII. Interlocutio quod collatio fuerit postulata, non judex.
IX. Responsio Donatistarum, ut hi proponerent qui collationem petiissent.
X. Recitatio edicti, ubi dicit qui modus & locus collationi sit aptus, & quoteni deberent esse ab utrisque partibus, qui caussam peragerent.
XI. Ubi jubet cognitor recitari quæ ante collationem pars utraque peregerit.
XII. Prosecutio Donatistarum similis præcedenti.
XIII. Interlocutio quod suo ordine omnia peragi debent, & jubet recitari quæ dixerat.
XIV. Recitatio notariæ Donatistarum, in qua sibi edictum afferunt displicere.
XV. Interlocutio ut Catholicorum epistola legeretur.
XVI. Recitatio epistolæ Catholicorum, in qua edicto consentiunt & conditiones Donatistis proponunt.
XVII. Recitatio edicti in quo (Cognitor) se omnia publicaturum populo pollicetur.
XVIII. Ubi recitatur rescriptum Catholicorum respondentium notariæ Donatistarum.
XIX. Interlocutio de Catholicorum consensione, ubi & illi interrogantur, utrum consentiant.
XX. Prosecutio Donatistarum de tempore & de personis.
XXI. Interlocutio ut certus numerus constituatur actorum secundum lectum edictum.
XXII. Donatistarum prosecutio de tempore exemto, ut jam nihil ageretur instantium.
XXIII. Interlocutio qua excluduntur de tempore constituto & certo numero constituendo Donatistæ.
XXIV. Ubi Donatistæ de tempore vel de die collationis inquirunt.
XXV. Interlocutio excludens supradictam prosecutionem.
XXVI. Prosecutio iterum Donatistarum de die collationis exemto.
XXVII. Interlocutio ut ad quæsita respondeat officium, & responsio quando quartus mensis impletus sit.
XXVIII. Interlocutio de adventu partis utriusque Carthaginem.
XXIX. Prosecutio Donatistarum de adventu suo Carthaginem, & quod jam die transacto fieri non debeat ipsa collatio, sed in contumaces pronuntiari debere.
XXX. Interlocutio refellens superiorem prosecutionem.
XXXI. Prosecutio Donatistarum ut divinis tantum testimoniis caussa tractetur.
XXXII. Interlocutio ut numerus constituatur, & sic caussa dicatur.
Responsio Donatistarum, ut omnes episcopi ipsorum adsint in judicio. XXXIII.
Interlocutio multitudinem non habere personam. XXXIV.
Responsio Donatistarum ut non juris lege agatur. XXXV.
Interlocutio, non jus, sed contentionem cessare debere. XXXVI.
Ubi Donatistæ laudant judicis integritatem. XXXVII.
Ubi offerunt Catholicorum mandatum. XXXVIII.
[1] Ut, ubi prosequantur, petunt. XXXIX.
Interlocutio, ut profiteantur Catholici utrum divinis tantum (testimoniis) agere velint. XL.
Responsio Catholicorum, ex mandato cognosci voluntatem suam. XLI.
Interlocutio cognitoris quid haberet mandatum. XLII.
Responsio Catholicorum, ex ejus recitatione posse cognosci. XLIII.
Ubi dicunt Donatistæ: *Legem Dei repudiat qui dubitat quid debeat profiteri.* XLIV.
Interlocutio ad supradicta. XLV.
Responsio Catholicorum ad supradicta. XLVI.
Ubi dicunt Donatistæ, non debere esse mandatum; sed jus publicum aut legem Dei eligere debere. XLVII.
Prosecutio Catholicorum per dicta divina Ecclesiam se demonstrare, per scripta publica hominum crimina purgari. XLVIII.
Interlocutio approbans dicta Catholicorum. XLIX.
Prosecutio Catholicorum, per mandatum omnia intimari. L.
Interlocutio approbans supradicta. LI.
Ubi Catholicis volentibus legere mandatum, dicit cognitor, ut officium recitet. LII.
Prosecutio Donatistarum permittens recitari mandatum, accusans genus accusationis. LIII.
Interlocutio, se aliter audire non posse quod imperialibus legibus constitutum est. LIV.
Ubi recitatur mandatum Catholicorum, in quo omnem caussam complexi sunt. LV.
Interlocutio approbans mandatum Catholicorum divinis constare testimoniis. LVI.
Recitatio subscriptionum Primatuum Catholicorum. LVII.
Interlocutio requirens numerum subscribentium, & renuntiat officium. LVIII.
Ubi requirunt Donatistæ Catholicos qui subscripserunt. LIX.
Ubi respondent Catholici, ut mitterent qui illos agnoscerent. LX.
Ubi de numero episcoporum Catholicorum movent quæstionem Donatistæ, quod supponi potuerint qui episcopi non fuissent. LXI.
Interlocutio contra istam prosecutionem. LXII.
Ubi petunt Donatistæ, ut sigillatim omnes Catholicos episcopos permittantur agnoscere. LXIII.
Ubi requirit judex si bini ubique possunt esse episcopi. LXIV.
Ubi Donatistæ laudant judicem de ipsa inquisitione, & (de) Catholicorum numerositate incongrua conqueruntur. LXV.
Ubi Catholici multiloquium reprehendunt. LXVI.
Ubi dicunt Donatistæ: *Plus scripsisti quam dixi.* LXVII.

1. *Ut, ubi*] Forte, *Ubi, ut.*

LXVIII. Prosecutio Catholicorum ut personæ constituantur actorum.

LXIX. Interlocutio (Cognitoris) quod (de) incompetenter ordinatis mandatum sibi non sit.

LXX. Ubi iterum Donatistæ prosequuntur judicari debere de numero partis utriusque.

LXXI. Interlocutio, quod multitudo opus non sit.

LXXII. Responsio Catholicorum ubi excusant absentiam suorum.

LXXIII. Interlocutio ut venirent omnes.

LXXIV. Ubi rursus Catholici turbas non opus esse respondent.

LXXV. Interlocutio cognitoris, utrum loco uno essent episcopi Catholici qui dicebantur absentes.

LXXVI. Responsio Catholicorum, nescire ubi sint, nec debere venire ad collationis locum, nisi eos de quibus dubitatur.

LXXVII. Ubi dicunt Donatistæ, quod impugnet se actio Catholicorum: & instant ut omnes Catholici veniant qui subscripserunt.

LXXVIII. Ubi Catholici tumultum vel strepitum cavent.

LXXIX. Interlocutio confirmans superius dicta.

LXXX. Ubi dicunt Donatistæ, frustra conqueri Catholicos de tumultu.

LXXXI. Responsio Catholicorum, quod caussa cito peragetur si Donatistæ voluerint respondere.

LXXXII. Ubi dicunt Donatistæ confiteri illos cum tumultu venturos.

LXXXIII. Ubi respondetur a Catholicis, quare tumultum formident.

LXXXIV. Ubi dicunt Donatistæ, *si in paucos tumultus fieri non potest, in multos quemadmodum fieri potest?* & respondent Catholici, *Judica.*

LXXXV. Interlocutio, quod multitudo sacerdotum possit præstare silentium.

LXXXVI. Ubi iterum Donatistæ dicunt, omnes debere venire.

LXXXVII. Interlocutio, ut de quo dubitatur, veniat.

LXXXVIII. Ubi dicitur a Donatistis caussa tumultus, ubi, vel quomodo episcopi recitati exeant.

LXXXIX. Ubi consentiunt Catholici quod petebatur, ut omnes veniant.

XC. Ubi sibi volunt Donatistæ mandatum ostendi Catholicorum.

XCI. Interlocutio, ut fiat quod petierunt.

XCII. Ubi dicunt Donatistæ, Omnes adsint, aut caussa differatur.

XCIII. Ubi respondetur a Catholicis, quia non differtur: & petunt, ut actis offeratur mandatum.

XCIV. Ubi ad hoc respondent Donatistæ.

XCV. Interlocutio ad eam rem.

XCVI. Ubi dicunt Donatistæ præsentiam eorum non mandatum se velle.

XCVII. Ubi dicunt (Catholici) ut ii qui inventi sunt, intromittantur; & jubetur fieri.

XCVIII. Interlocutio, satisfactum esse petitionibus Donatistarum.

XCIX. Ubi recitari incipiunt singuli episcopi Catholicorum, & jubetur ut exeat qui non suscepit negotium.

C. Ubi dicitur a Catholicis, ut & illorum episcopi procedant.

CI. Ubi interrogat cognitor, utrum & Donatistæ consentiant.

CII. Ubi suggeritur a Catholicis, ut & Donatistæ mandent.

CIII. Ubi inquirit cognitor, utrum cum mandaverint, exeant & dent locum acturis.

CIV. Ubi ad hoc consentiunt Donatistæ.

CV. Interlocutio de subscriptionibus etiam Donatistarum judiciis intimandis.

Ubi respondent Donatistæ, apud acta se velle mandare. CVI.

Ubi cognitor quærit, apud quæ acta. CVII.

Ubi respondent Donatistæ, apud eum se velle mandare, sed ei permittere quid jubeat. CVIII.

Ubi quæritur a Donatistis quid eligant de mandato Catholicorum. CIX.

Ubi respondent Donatistæ, ut mandatores potius cognoscantur. CX.

Ubi jubetur ut fiat. CXI.

Recitatio & interlocutio de ipsis. CXII.

Prosecutio de ipsis. CXIII.

Interlocutio & responsio de episcopo Zummensi. CXIV.

Ubi dicitur a Catholicis, ut videantur præsentes & absentes: & jussio cognitoris ut fiat. CXV.

Interlocutio de præsentibus, & recitatio de invicem agnoscentibus. CXVI.

Responsio Donatistarum de diœcesibus. CXVII.

Et Catholicorum ad eamdem rem. CXVIII.

Iterum Donatistarum inde. CXIX.

Interlocutio, quod non pertineat ad actionem præsentem. CXX.

De episcopo ad Catholicam converso: & sequentium nominum recitatio. CXXI.

Ubi Catholici inquirunt de Feliciano Mustitano. CXXII.

Responsio Donatistarum inde. CXXIII.

Iterum Catholici inde. CXXIV.

Iterum Donatistæ inde. CXXV.

Interlocutio ut cœptus ordo teneatur: & recitatur. CXXVI.

Responsio Catholicorum de Habetdeo diacono Primiani. CXXVII.

Interlocutio de ipso. CXXVIII.

Responsio Donatistarum de episcopo Cufrutensi cum deesset. CXXIX.

De alio episcopo Donatistarum, de adulterio damnato. CXXX.

Interlocutio, si fuit ibi Catholica: & respondent Donatistæ, *Non.* CXXXI.

De mutatis exceptoribus & custodibus datis. CXXXII.

Interlocutio judicis, ut tabulæ a custodibus signarentur: & recitatio episcoporum. CXXXIII.

De episcopo & ecclesia Ceramussense. CXXXIV.

Recitatio sequentium nominum. CXXXV.

Responsio Catholicorum de unitate Tagastensis ecclesiæ. CXXXVI.

Et responsio Donatistarum ad ea. CXXXVII.

Recitatio subscriptionum actorum. CXXXVIII.

Objectiones Donatistarum & responsiones Catholicorum, cum actores Catholici recitarentur. CXXXIX.

Objectio Donatistarum, quod iidem sint actores qui mandatores. CXL.

Interlocutio ad eam rem, & recitatio subscriptionum contra objectionem Donatistarum. CXLI.

Interlocutio ad eam rem. CXLII.

Interlocutio contra objecta Victoris episcopi Hipponensium Diarrhytorum. CXLIII.

Ubi confessum episcopis offeret judex. CXLIV.

Ubi recusantes Donatistæ sessionem, judicem laudant. CXLV.

Interlocutio ut soli remanerent actores. CXLVI.

Ubi mandatum offerunt Donatistæ. CXLVII.

Interlocutio, ut recitetur. Et recitat officium. CXLVIII.

Interlocutio, ut subscriptiones recitet officium. CXLIX.

Ubi Catholici petunt præsentiam Donatistarum. CL.

Interlocutio de mandato & subscriptionibus Donatistarum. CLI.

Expliciunt Capitula gestorum I. Cognitionis.

INCIPIUNT CAPITULA SECUNDÆ Cognitionis.

* *l.* Pollicentur certo.

Expliciunt Capitula gestorum secundi conflictus.

INCIPIUNT CAPITULA TERTIÆ Cognitionis.

XI. Profecutio, ut quod intenditur, proponatur.
XII. Refponfio Catholicorum, qua dicunt propofitionem Donatiftarum ex ipforum colligi poffe mandato.
XIII. Interlocutio, qua pofcitur ut principalis cauffa dicatur.
XIV. Profecutio Catholicorum, qua provocant ut Ecclefiæ principale negotium peragatur.
XV. Profecutio Donatiftarum, difcutiendas effe perfonas.
XVI. Refponfio Catholicorum, jam confirmatas effe perfonas.
XVII. Interlocutio, quod profecutionem Donatiftarum Catholici non diligenter adverterint.
XVIII. Refponfio Catholicorum, qua dicunt utrumque recitandum effe mandatum.
XIX. Interlocutio qua Donatiftarum profecutio Catholicis afferitur.
XX. Profecutio Catholicorum, quid ab Imperatore petierint a fe directa legatione, ex qua flagitant ut jam cauffa dicatur.
XXI. Interlocutio ut recitetur Imperiale præceptum.
XXII. Profecutio Donatiftarum de Catholici nominis quæftione, & inde contentio.
XXIII. Interlocutio de eadem re.
XXIV. Recitatio Imperialis arbitrii.
XXV. Interruptio Donatiftarum, qua interpretatur Imperiale præceptum.
XXVI. Catholicorum ad ifta refponfio.
XXVII. Ubi Donatiftæ a Catholicis fe dicunt effe laudatos.
XXVIII. Catholicorum ad ifta refponfio.
XXIX. Recitatio principalis juffionis fuperius inchoatæ.
XXX. Profecutio Donatiftarum de proprii ac paterni nominis ratione.
XXXI. Catholicorum ad ifta refponfio.
XXXII. Profeffio Donatiftarum, fibi Principem fuiffe Donatum.
XXXIII. Ubi a Catholicis ad condemnandum Donati vocabulum provocantur.
XXXIV. Ubi id ipfum de Menfurii nomine a Donatiftis in Catholicos retorquetur.
XXXV. Catholicorum ad ifta refponfio.
XXXVI. Interlocutio de lege recitata, & difcutienda totius erroris origine.
XXXVII. Ubi preces Catholicorum legi fibi poftulant Donatiftæ.
XXXVIII. Interlocutio de refcripto pragmatico.
XXXIX. Profecutio Donatiftarum de legatorum difcutienda perfona.
XL. Ubi Catholici conteftantur multa agendo nihil velle agere Donatiftas.
XLI. Item Catholicorum profecutio de his quæ fuper legatorum perfona Donatiftæ fuerant profecuti.
XLII. Interlocutio de fuperfluis amovendis, & negotio proponendo.
XLIII. Profecutio Donatiftarum de Imperiali refcripto Catholicorumque mandato inter fe pariter conferendo.
XLIV. Ubi afferunt Catholici, profecutioni fuæ Donatiftas minime refpondiffe.
XLV. Interlocutio de lege qua datus eft cognitor, in qua parte fit fuperftitio conftituta.
XLVI. Ubi afferunt Donatiftæ, moras potius per Catholicos fieri.
XLVII. Catholicorum ad ifta contentio.
XLVIII. Interlocutio, quidnam petatur a partibus.
XLIX. Profecutio Donatiftarum debere Catholicos aut mandati fui aut Imperialis præcepti fubire jacturam.

Refponfio Catholicorum, quod mandatum fuum univerfa contineat. L.
Interlocutio qua exponitur a Donatiftis forma pragmatici, & Catholicorum profeffio probabilis judicatur. LI.
Ubi dicunt Donatiftæ Catholicos Imperatori effe mentitos. LII.
Ubi ad hæc Catholici ex ipfa lege refpondent. LIII.
Ubi Donatiftæ dicunt actionem non fe differre. LIV.
Profecutio Catholicorum de ipfo Imperiali refcripto, & de collatione fua, & de teftimoniis fcripturarum quibus confirmatur Ecclefia. LV.
Profecutio Donatiftarum unde fuperius, id eft, de legatorum fufcipienda perfona. LVI.
Refponfio Catholicorum, quod ideo aliud quæritur ut cauffa fugiatur; & inde contentio. LVII.
Interlocutio difcutiendas legatorum perfonas non neceffario poftulari. LVIII.
Profecutio Catholicorum, quid ab Imperatore petitum fit, quidve conceffum. LIX.
Profecutio Donatiftarum de perfona iterum legatorum. LX.
Catholicorum ad ifta refponfio. LXI.
Iterum Donatiftarum contentio de legatorum difcutienda perfona. LXII.
Conteftatio Donatiftarum, quod moras Catholici innectant, qui perfonas nolunt prodere legatorum. LXIII.
Interlocutio, quod de his perfonis nihil quæri voluit Imperator. LXIV.
Iterum Donatiftarum contentio de legatis. LXV.
Interlocutio, ut dicant Donatiftæ, fi ex præfentibus Catholicis poffunt eos agnofcere, quos dicunt effe legatos: aut fi abfunt, præfentari oportere. LXVI.
Profecutio Donatiftarum, ubi dicunt præfentandos effe legatos. LXVII.
Refponfio Catholicorum, ubi dicunt jam femel perfonam fuam ab illis effe firmatam. LXVIII.
Iterum Donatiftæ de legatorum difcuffione contendunt. LXIX.
Interlocutio, ut de perfona legatorum contentione fupplofa, ad interna negotii veniatur. LXX.
Iterum Donatiftæ de legatorum perfona contendunt. LXXI.
Ubi exigunt Catholici Donatiftas cauffam oportere propriæ feparationis oftendere. LXXII.
Iterum Donatiftarum contentio de legatis. LXXIII.
Ubi Catholici refpondent, nihil ab Imperatore præceptum de legatorum difcutienda perfona, fed de erroris initio difquirendo. LXXIV.
Profecutio Donatiftarum apud fe effe potius Catholicam: & iterum de legatorum difcuffione contentio. LXXV.
Profecutio Catholicorum, qua fibi teftimoniis flagitant comprobari, quod apud fe Donatiftæ dixerunt effe Catholicam. LXXVI.
Interlocutio legatorum nomina fuperfluo flagitari, quibus omiffis, jam ad propofitionem negotii veniendum. LXXVII.
Iterum Donatiftarum contentio de legatis. LXXVIII.
Interlocutio fimilis præcedenti. LXXIX.
Profecutio Catholicorum, qua ad collationem fe, ficut voluit Imperator, veniffe teftantur. LXXX.
Interlocutio, legatorum difcutiendas fuiffe perfonas, ubi officium fuum exfecuta legatio eft. LXXXI.
Ubi poftulant Catholici ut a Donatiftis cauffa feparationis propriæ publicetur. LXXXII.

cxcvi. Interlocutio, qua ſe hoc quod voluerant Donatiſtæ pronuntiaſſe reſpondent.

cxcvii. Proſecutio Catholicorum, qua ſe etiam elegiſſe reſpondent quo jure diſceptent, & nihil pro ſe egiſſe judicem, ſed pro partibus ſuis.

cxcviii. Proſecutio Donatiſtarum, non fuiſſe in ſua poteſtate quod ad judicium convenerunt.

cxcix. Ubi Catholici interrogant Donatiſtas, utrum a perſonarum criminatione diſcedant.

cc. Proſecutio Donatiſtarum, qua dicunt, huic interrogationi Catholicorum ſe reſpondere non poſſe: ſed eos loco debere adſiſtere petitoris.

cci. Proſecutio Catholicorum, per quam ſe propoſitis Donatiſtarum conditionibus reſpondiſſe teſtantur.

ccii. Interlocutio approbans reſpondiſſe Catholicos, dicens antiquiora geſta recitari, ut petitor poſſit oſtendi.

cciii. Proſecutio, qua Donatiſtæ negantes unum certum elegiſſe Catholicos, ad præſcriptionem de lapſu temporis revertuntur.

cciv. Catholicorum reſponſio, non occurriſſe ad ultimum Donatiſtas qui poſtea mandaverunt.

ccv. Donatiſtarum inde contentio.

ccvi. Proſecutio Catholicorum de profeſſione epiſcopi Primiani, & ubi legendum offerunt per quod comprobant Donatiſtas tranſacta repetere.

ccvii. Reſponſio Donatiſtarum cur redeant ad peracta.

ccviii. Proſecutio Catholicorum moratorie agere Donatiſtas, & geſta eſſe recitanda quæ detegant petitorem.

ccix. Ubi ne legantur geſta, volunt præſcribere Donatiſtæ.

ccx. Interlocutio, Donatiſtas contra ſuos velle venire conſenſus, & geſta eſſe recitanda.

ccxi. Defenſio Donatiſtarum, cur nolint Catholicis proprium ſervare conſenſum.

ccxii. Interlocutio, ut geſta recitentur, ea ſervans incolumia Donatiſtis, quæ poſſunt ratione competere.

ccxiii. Ubi dicunt Donatiſtæ conſenſus proprios ſervare debere Catholicos, qui ſe divinis legibus acturos eſſe promiſerint.

ccxiv. Catholicorum ad iſta reſponſio, non Cæciliani, ſed Eccleſiæ cauſam promiſiſſe ſe divinis legibus peracturos.

ccxv. Interlocutio, ut geſta recitentur quibus petitor poſſit oſtendi.

ccxvi. Ubi, lecto titulo relationis, quærunt Donatiſtæ cur titulus lectus eſt: & cognitor jubet, ut actis neuter titulus inſeratur.

ccxvii. Ubi exceptore recitante, Donatiſtæ quærunt unde prolata ſint.

ccxviii. Ubi Catholici dicunt, recitatis geſtis debere a ſe exigi lectionis ipſius firmitatem.

ccxix. Interlocutio ante lectionem præcipiens reſpondere unde geſta prolata ſint.

ccxx. Ubi Catholici reſpondent, ex Archivo Proconſulis hæc eſſe prolata: & recitantur ex ordine.

ccxxi. Ubi interrupta recitatione geſtorum, interrogant Donatiſtæ, utrum Cæciliani ſit filius is qui nunc agat.

ccxxii. Catholicorum ad iſta reſponſio, ſcriptum eſſe, ne Chriſtianus patrem ſibi dicat in terra: nec in Cæciliano ſpem ſe ponere ſi innocens fuit: nec ſi nocens ille fuit, Eccleſiam deſerendam.

ccxxiii. Ubi interloquente cognitore omnia debere recitari, Donatiſtæ poſtulant ut proſequi jubeantur.

Ubi Catholici dicunt, ex recitatione geſtorum petitoris inveniri poſſe perſonam. ccxxiv.

Proſecutio Donatiſtarum, ubi dicunt non eſſe diſcutiendam Cæciliani perſonam, ſi & reus manifeſtiſſimus deprehenſus, non poteſt obeſſe Catholicis. ccxxv.

Catholicorum reſponſio, ideo ſe Cæciliani in medium miſiſſe perſonam, quoniam ipſa catholicæ Eccleſiæ ſemper objecta eſt: de qua ſi nunc taceant Donatiſtæ, nihil eſſe jam cauſſæ cur ſeparatio teneatur. ccxxvi.

Ubi interrogant Donatiſtæ, utrum qui agunt Cæciliani ſint filii. ccxxvii.

Catholicorum ad iſta reſponſio. ccxxviii.

Iterum interrogatio Donatiſtarum ſuper eadem re. ccxxix.

Catholicorum reſponſio, non patrem aut matrem Cæcilianum ſibi fuiſſe, ſed fratrem; ibi etiam profitentur fidei ſuæ Chriſtum eſſe principium. ccxxx.

Iterum Donatiſtæ, utrum pater fuerit Cæcilianus, interrogant. ccxxxi.

Catholicorum ad iſta reſponſio, & inde contentio. ccxxxii.

Interlocutio quæ deſignat ad interrogata reſpondiſſe Catholicos. ccxxxiii.

Ubi jurantes objiciunt judici Donatiſtæ quod ſatis defendat ipſe Catholicos. ccxxxiv.

Proſecutio Catholicorum continens de patris ac fratris nomine repetita: ubi etiam dicitur Cæciliani cauſſam ad Eccleſiam minime pertinere, ſed tamquam frater innocens defendendus ſit. ccxxxv.

Proſecutio Donatiſtarum, Cæcilianum Catholicis radicem fuiſſe vel caput: & neceſſe eſſe, ut ſi Cæcilianus nocens fuerit, etiam propaginem ejuſdem qui in capite fuit reatus inficiat. ccxxxvi.

Ubi Catholici reſpondent caput ſibi eſſe Chriſtum. ccxxxvii.

Ubi Petilianus interrumpit, & quærit, qui ordinaverit Auguſtinum. ccxxxviii.

Item quæſtio a Donatiſtis immiſſa, de Apoſtolo in quo dictum eſt, *Ego vos generavi per Evangelium*. ccxxxix.

Catholicorum conteſtatio de tumultu partis adverſæ. ccxl.

Interlocutio quæ jubet reſpondere Catholicos ad propoſitam de Apoſtolo quæſtionem. ccxli.

Catholicorum ad quæſita reſponſio, cum teſtimoniis ſcripturarum, unum patrem eſſe ad ſalutem Deum, dici autem alios honoris gratia non ſalutis. ccxlii.

Ubi interrogant Donatiſtæ, quis vocatur qui ordinaverit Auguſtinum. ccxliii.

Proſecutio Catholicorum ad cauſſam minime pertinere, ut ordinator ipſius inquiratur. ccxliv.

Ubi exprimentibus Donatiſtis de Auguſtini ordinatore ſe quærere, a Catholicis reſpondetur, non ſe defendendam Auguſtini cauſſam, qualiſcumque ſit ſuſcepiſſe. ccxlv.

Interlocutio qua jubetur ut Auguſtinus de ordinatore ſuo ad quæſita reſpondeat. ccxlvi.

Ubi Auguſtinus cauſſa Eccleſiæ in tuto primitus conſtituta, de ſuo evidenter ordinatore reſpondet, & ad objicienda quæcumque putarint, provocat Donatiſtas. ccxlvii.

Interlocutio quæ Donatiſtas præcipit reſpondere quid competat quod interrogant; licet non differat cauſſam quæſtio perſonarum. ccxlviii.

Proſecutio Donatiſtarum, qua dicunt vitiis ſacerdotum Eccleſiam maculari: & volumen ccxlix.

offerunt cum divinis teſtimoniis recitandum: (contra ea quæ in) recitato a Catholicis in prima cognitione mandato poſita compererunt.

ccl. Interlocutio ubi dicit, tunc demum quod a Donatiſtis offertur poſſe recitari, ſi velint a publicarum diſcuſſione chartarum diſcedere cognitorem.

ccli. Ubi petunt Donatiſtæ quod offerunt interim recitari: & ab officio recitatur.

cclii. Interlocutio quæ dicit ſcripturam illam non debuiſſe ab his penitus concipi, a quibus mandato ſemel effecto negotium omne tranſierat.

ccliii. Ubi aſſerunt Donatiſtæ legalibus teſtimoniis velle ſe a Catholicis prolata in mandato ſuo legalia teſtimonia refutare, & rogant ut ſua audiatur epiſtola.

ccliv. Interlocutio quæ concedit ut recitetur quod ſecundum jus publicum non recte conceptum eſt: & hoc ipſum quod indulget, enumerat, ne jus a judice videatur omiſſum.

cclv. Exceptore recitante, dicunt Donatiſtæ ſenſus epiſtolæ non bene diſtingui.

cclvi. Ubi Catholici concedunt ipſos legere Donatiſtas, cum ipſi Catholicis, ut legerent, in ſuperioribus denegarent.

cclvii. Interlocutio quæ dicit nihil intereſſe quis legat.

cclviii. Ubi a Donatiſtarum epiſcopo recitatur epiſtola quam miſerunt ad judicem Donatiſtæ, quæ teſtimoniis referta legalibus illa omnia teſtimonia quaſi contrariis nitatur excludere, quæ in mandato ſuo Catholici poſuerunt.

cclix. Interlocutio quæ omni epiſtola recitata, præbitam a Catholicis pronuntiat eſſe patientiam: & adverſus textum ejus jubet reſpondere Catholicos.

cclx. Proſecutio Donatiſtarum qua petunt, ut teſtimonia ſua teſtimoniis revincantur.

cclxi. Ubi a Catholicis adverſus Donatiſtarum epiſtolam reſpondetur.

cclxii. Ubi volunt interrumpere Donatiſtæ negantes aream in ſcripturis eſſe nominatam.

cclxiii. Item ubi aſſerunt Donatiſtæ, de occultis non evidentibus reis Evangelium præcepiſſe, ut eorum permixtio toleretur.

cclxiv. Ubi Catholici poſtulant ut ſibi patientia non negetur, quam ipſi recitatæ Donatiſtarum epiſtolæ præbuerunt.

Proſecutio Catholicorum, ubi inter cetera de ſuperioribus repetita, & illud infertur, mundi nomine Eccleſiam contineri. cclxv.

Donatiſtarum contra iſta contentio, mundi nomine Eccleſiam non teneri. cclxvi.

Ubi Catholici poſtulant, ut admoneantur Donatiſtæ præſtare patientiam, quorum epiſtolæ illico reſpondetur, nullo dilationis ſpatio poſtulato, quomodo ipſi petierunt cum Catholicorum vellent reſpondere mandato. cclxvii.

Ubi Donatiſtæ reſpondent, ipſum ſibi obſtrepere qui longa proſequitur. cclxviii.

Ubi Catholici poſtulant, ut ſi volunt de ſingulis habere conflictum, removeatur epiſtola, aut patientiam præbeant, aut reſpondeatur epiſtolæ. cclxix.

Ubi dicunt Donatiſtæ, ideo ſe non poſſe præſtare patientiam, quod aliter volunt legem interpretari Catholici. cclxx.

Interlocutio quæ patientiam dicit eſſe præbendam, quoniam totius epiſtolæ tenor a Catholicis patienter auditus eſt. cclxxi.

Proſecutio Catholicorum qua ideo ſcribi univerſa teſtantur, ut ſi quid in oblivionem venerit, de tabulis repetatur: & ubi dicunt, & in malo & in bono, mundum ſcripturarum teſtimoniis nominatum. cclxxii.

Interlocutio quæ ſcriptum eſſe præcipit, perſtrepere Donatiſtas. cclxxiii.

Ubi aſſerunt Donatiſtæ, interpretari Eccleſiam non poſſe per mundum, cum mundum agrum eſſe, non Eccleſiam ipſe Chriſtus expreſſerit. cclxxiv.

Interlocutio interrogans Donatiſtas, quis ille ſit mundus, qui ſalvandus eſt dictus. cclxxv.

Donatiſtarum ad iſta reſponſio, mundum illum hominem dici. cclxxvi.

Interlocutio, quæ requirit, utrum ex iiſdem hominibus conſtet Eccleſia. cclxxvii.

Donatiſtarum ad iſta contentio. cclxxviii.

Ubi exceptores & notarii ſuggerunt, impletis codicibus ſe debere diſcedere, & alios ſubrogari. cclxxix.

Interlocutio id fieri oportere præcipiens. cclxxx.

Proſecutio Catholicorum, qua prolatæ a Donatiſtis epiſtolæ plena adſertione reſpondent. cclxxxi.

HUC USQUE GESTA.

RELIQUA DESUNT.

cclxxxii. Proſecutio Donatiſtarum adverſus proſecutionem Catholicorum, quam contra epiſtolam retulerunt.

cclxxxiii. Proſecutio Catholicorum, qua oſtendunt malos in Eccleſia ſeminatos, quod Donatiſtæ fieri poſſe negaverunt, qua defendunt quod ſe dixiſſe de duabus Eccleſiis dixerunt Donatiſtæ.

cclxxxiv. Interlocutio quæ præcipit ut ex codice recitetur, utrum duas Eccleſias dixiſſent Catholici proſequentes.

cclxxxv. Ubi interpretari volunt Donatiſtæ, de duabus Eccleſiis ſenſiſſe Catholicos, quoniam duas eos Eccleſias dixiſſe non conſtitit.

cclxxxvi. Proſecutio Catholicorum qua defendunt, quid dixerint de Eccleſia præſentis temporis & futuri.

cclxxxvii. Proſecutio Donatiſtarum ubi dicunt etiam mortalem Eccleſiam dixiſſe Catholicos, cum Eccleſiæ immortalitas ſit promiſſa.

cclxxxviii. Proſecutio Catholicorum ubi aſſerunt ſupradictis aſſertionibus ſuis, eam Eccleſiam immortalem eſſe promiſſam, quæ nunc ex juſtis mortalibus conſtat in terra.

Interlocutio quæ dicit de peracta quæſtione in ſententia ſe dicturum eſſe quod ſentiat, & jubet, ut cauſſa pandatur erroris. cclxxxix.

Proſecutio Donatiſtarum quæ petit, ut de ſingulis articulis cognitio decurſa pronuntiet: & ubi dicunt teſtimoniis legalibus ſuis non eſſe reſponſum. ccxc.

Catholicorum ad hæc ſecundum ſuperiora reſponſio. ccxci.

Interlocutio judicis qua dicitur, legibus prohiberi, ne ſententia pro parte negotii proferatur. ccxcii.

Donatiſtarum ad iſta contentio, quæ etiam Catholicis facit injuriam, dum illos falſos jactitat ſacerdotes. ccxciii.

Conteſtatio Catholicorum, ubi ſe ab injuria diſſimulare reſpondent. ccxciv.

CCXCV. Proſecutio Donatiſtarum, quæ dicit judici, ſi Chriſtus non es, cur de ſacerdotibus judicas? & quæ aſſerit hoc judicium Chriſto eſſe ſervandum: & a Catholicis quærit, utrum eis præceperit Chriſtus hominem judicem poſtulare.

CCXCVI. Catholicorum ad iſta reſponſio, quod primi Donatiſtæ in epiſcopali cauſſa humana judicia flagitarunt, & quod perſecutionem non patiantur ipſi, ſed faciant.

CCXCVII. Ubi dicunt Donatiſtæ quod circumcelliones faciunt, ad ſacerdotes minime pertinere.

CCXCVIII. Proſecutio Catholicorum, quod Donatiſtæ oculos eruendo, diabolum ſuperaverunt.

CCXCIX. Ubi dicunt Donatiſtæ, diabolum a Catholicis eſſe defenſum.

CCC. Proſecutio Catholicorum, Maximianiſtas Donatiſtis eſſe meliores, a quibus perſecutionem paſſi ſunt, ſi tolerata perſecutio efficit meliores.

CCCI. Proſecutio Donatiſtarum, ubi dicitur diabolus rem feciſſe pejorem, quod Job oculos ſpectatores vulnerum non ademit.

CCCII. Proſecutio Catholicorum, ubi conſolarium feciſſe Donatiſtas, & dominicos codices combuſſiſſe dicuntur.

CCCIII. Proſecutio Donatiſtarum, Eccleſias ſuas cruentis adhuc plenas eſſe corporibus.

CCCIV. Interlocutio quærens, an ipſa fuerit cauſſa diſſidii.

CCCV. Donatiſtarum ad iſta reſponſio.

CCCVI. Ubi a Catholicis dicitur hoc poſſe Maximianiſtas objicere Donatiſtis.

CCCVII. Interlocutio ſimilis præcedenti.

CCCVIII. Ubi Catholici provocant Donatiſtas ut cauſſam veteris diſſidii fateantur.

CCCIX. Ubi dicunt Donatiſtæ traditores, id eſt, malam arborem ex factis ſuis, id eſt, ex fructibus poſſe cognoſci.

CCCX. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CCCXI. Interlocutio quærens, quando mala arbor exſtiterit.

CCCXII. Proſecutio Donatiſtarum, non ſibi ad omnia eſſe reſponſum & ad ſingula.

CCCXIII. Judicem debere ferre ſententiam: & a primi hominis culpa hereditarium in omnes tranſiiſſe delictum.

CCCXIV. Interlocutio, de omnibus ſimul ferendam eſſe ſententiam, ne motus judicis ante finem negotii publicetur.

CCCXV. Proſecutio Catholicorum poſtulans, ut chartæ quæ recitari cœperant, perlegantur.

CCCXVI. Interlocutio eas præcipiens recitari, & (recitatio) relationis ad Conſtantinum Imperatorem ab Anulino Proconſule deſtinatæ, qua Majorinus obſtitiſſe Cæciliano, chartas criminum ejus Proconſulis ad principem dirigendas tradidiſſe, ſignatur.

CCCXVII. Ubi poſt recitationem ſervari ſibi quod contra competit, poſtulant Donatiſtæ.

CCCXVIII. Item recitato relationis alterius ab eodem Proconſule ad eumdem principem deſtinatæ, qua ſignificat idem Proconſul Cæcilianum cum decem clericis ſuis & totidem adverſarios ejus ad urbem pergere ſe feciſſe, ſicut præceperat Imperator.

CCCXIX. Item recitatio epiſtolæ Conſtantini ad Miltiadem Romanum epiſcopum miſſæ, qua ei & ceteris ſacerdotibus inter Cæcilianum & adverſarios ejus (cognitio) delegatur.

CCCXX. Proſecutio Catholicorum intimans quæ lecta ſunt cognitori, & poſtulans ut Miltiadis in Cæciliani cauſſa judicium recitetur.

Recitatio judicii Miltiadis. CCCXXI.

Ubi Donatiſtæ volunt aliud contra Miltiadis judicium recitari. CCCXXII.

Ubi a Catholicis dicitur, non omne Miltiadis judicium eſſe perlectum, quoniam triduo tunc actum eſt, & trina ſunt geſta. CCCXXIII.

Interlocutio ubi contra recitata volentibus proſequi Donatiſtis dicitur, ut patiantur primitus omnia per ordinem recitari. CCCXXIV.

Ubi contendunt contra recitata proſequi Donatiſtæ. CCCXXV.

Ubi a Catholicis dicitur adhuc ſupereſſe quod debeat recitari, ſiquidem non ſit lecta ſententia Miltiadis. CCCXXVI.

Proſecutio Donatiſtarum qua ſe dicunt ideo de exſiliis ad judicium remeaſſe, quia eis cognitor juraverat per edictum. CCCXXVII.

Reſponſio Catholicorum non fuiſſe in exſilium Donatiſtas. CCCXXVIII.

Proſecutio Donatiſtarum de petitoris perſona, quæ peracta ſunt repetens, & dicens Cæciliani purgationem non debuiſſe recitari, qui adhuc ab ipſis non fuerat accuſatus. CCCXXIX.

Interlocutio, debere chartas quas Donatiſtæ offerunt recitari, ut omnibus recitatis petitoris perſona valeat deprehendi. CCCXXX.

Ubi contendunt Catholici recitationem chartarum ſuarum interrumpi penitus non debere, ſed omnia per ordinem eſſe recitanda. CCCXXXI.

Ubi Donatiſtæ reſpondent, recitationem de Cæciliano Catholico non potuiſſe competere. CCCXXXII.

Interlocutio ubi contendentibus de continuanda recitatione Catholicis, jubet cognitor illa potius recitari quæ offerunt Donatiſtæ. CCCXXXIII.

Proſecutio Donatiſtarum initium referens cauſſæ, quid Menſurius Carthaginienſis eccleſiæ epiſcopus unitatis tempore perſecutio effecerit, unde exſtitit cauſſa diſſidii. CCCXXXIV.

Interlocutio probationem exigens ſi Menſurio crimen traditionis impingitur. CCCXXXV.

Proſecutio Catholicorum, qua ſalva Eccleſiæ cauſſa, traditionem in Menſurio probari deſiderant. CCCXXXVI.

Ubi a Donatiſtis familiaris epiſtola recitatur a Menſurio ad Secundum epiſcopum deſtinata, qua quid circa ſe actum ſit tempore perſecutionis inſinuat. CCCXXXVII.

Proſecutio Catholicorum, qua volunt eſſe teſtatum, familiares epiſtolas recitari quarum fides habeatur incerta. CCCXXXVIII

Item alia familiaris epiſtola recitatur Secundi ad Menſurium reſcribentis. CCCXXXIX.

Ubi Catholici poſtulant exprimi, qui fuerit hic Secundus. CCCXL.

Ubi qui Secundus fuerit exprimunt Donatiſtæ. CCCXLI.

Recitatio ſupradicti reſcripti, qua viciſſim quid circa ſe in Numidia geſtum ſit eo tempore Menſurio Secundus inſinuat. CCCXLII.

Interlocutio præcipiens ut recitatis epiſtolis ſuis, patienter audiant Donatiſtæ quæ legi a Catholicis cœperant. CCCXLIII.

Proſecutio Donatiſtarum quæ ſupereſſe ſibi dicit quod de Cæciliano legendum eſt. CCCXLIV.

Interlocutio etiam de Cæciliano, quod ſupereſt, præcipiens recitari. CCCXLV.

Proſecutio Catholicorum quæ patienter ſe habere aſſerit, ut legatur. CCCXLVI.

Ubi offerunt Donatiſtæ conditum a patribus ſuis de Cæciliani damnatione decretum, & hoc jubente judice recitatur. CCCXLVII.

Recitatione concluſa interloquitur judex, ut ſi CCCXLVIII.

quid est adhuc quod de Cæciliano recitari debeat, intimetur.

cccxlix. Prosecutio Donatistarum, de ceteris quoque personis se habere documenta promittens.

cccl. Interlocutio, ut quæ a Catholicis oblata fuerant perlegantur.

cccli. Prosecutio Catholicorum testatum faciens & adversum Mensurium nihil publicis actum esse judiciis, & Cæcilianum absentem ab his esse damnatum in consilio sine consule & die, qui sibi invicem confessa traditionis crimina in alio inveniuntur ignovisse Concilio.

ccclii. Interlocutio hoc ipsum exigens recitari.

cccliii. Ubi principio Concilii recitato, interrumpunt Donatistæ, negantes consulem & diem Ecclesiasticis adjici solere decretis.

cccliv. Catholicorum ad ista responsio.

ccclv. Interlocutio similis præcedenti.

ccclvi. Ubi exigunt Catholici oportere disquiri, utrum Donatus, cujus modo vocabulum recitatum est, inter Cæciliani fuerit damnatores.

ccclvii. Interlocutio quærens ista disquiri, & ita nomina singulorum.

ccclviii. Ubi Donatistæ testantur se præbuisse patientiam, vicem petentes, cum cœperint respondere.

ccclix. Interlocutio secundum voluntatem Donatistarum exigens de Catholicis patientiæ professionem.

ccclx. Ubi de præbenda patientia Catholici profitentur.

ccclxi. Ubi lecta codicis parte totum legi flagitant Donatistæ.

ccclxii. Catholicorum ad ista responsio.

ccclxiii. Prosecutio Catholicorum ideo afferens se legisse quæ lecta sunt, ut Cæciliani possit valere purgatio.

ccclxiv. Interlocutio adversus illa quæ a Catholicis recitata sunt, Donatistas admonens respondere, ut cetera quæ interrupta sunt recitentur.

ccclxv. Prosecutio Donatistarum afferens, quod decretum sine Consulis adscriptione protulerint ex consuetudine se fecisse majorum.

ccclxvi. Interlocutio quæ dicit, ex hoc ne Catholicos fecisse aliquam quæstionem.

ccclxvii. Prosecutio Catholicorum ideo hæc agere Donatistas ut tempora contrahantur.

ccclxviii. Ubi Donatistæ dicunt, *si de sententiis dictis nemo dubitat, Cæcilianus jure damnatus est*.

ccclxix. Prosecutio Catholicorum afferens posse monstrari quid de Cæciliano sit gestum, si quæ interrupta fuerint, recitentur.

ccclxx. Ubi exigunt a Catholicis Donatistæ, utrum illud verum esse Concilium, quo Cæcilianus damnatus est, fateantur.

ccclxxi. Catholicorum responsio, & si verum sit illud Concilium, Cæciliano absenti præjudicare non posse: quomodo Maximianistarum Concilium damnantium Primianum præjudicium non attulit Primiano.

ccclxxii. Donatistarum prosecutio, nec caussam caussæ, nec personam præjudicare personæ.

ccclxxiii. Interlocutio de Cæciliano qui a septuaginta damnatus est, respondere Catholicos oportere.

ccclxxiv. Prosecutio Catholicorum, inde se mentionem de Primiani damnatione fecisse, quia evangelica regula est, adversarios de suis operibus arguendos.

ccclxxv. Prosecutio Donatistarum a primordio repetens, quid Cæcilianus admiserit, & promittens ex Optati Episcopi Catholici scriptis posse monstrari Cæcilianum fuisse confessum, quia a traditoribus fuerit ordinatus.

Prosecutio Catholicorum ut quæ interrupta fuerant recitentur: & ubi dicunt, ipsos illius temporis Donatistas de suo judicasse Concilio, qui Cæcilianum quem damnaverant accusare apud Constantinum Principem voluerunt. ccclxxvi.

Interlocutio qua requiritur, utrum post hoc Concilium accusationis Cæciliani ad Principem Donatistæ transmiserint. ccclxxvii.

Ubi quærunt Donatistæ utrum Cæcilianus ab illo Episcoporum judicio appellaverit. ccclxxviii.

Catholicorum prosecutio, qua destruitur Donatistarum utroque modo Concilium, sive ante factum est quam ad Imperatorem Cæciliani crimina mitterentur, sive postea congregatum est. ccclxxix.

Interlocutio quæ a Donatistis exigit responderi, utrum ante accusationem Cæciliani, an postea illud fuerit celebratum. ccclxxx.

Donatistarum ad ista responsio. ccclxxxi.

Catholicorum prosecutio, qua postulant ea quæ acta sunt postea recitari, ut Cæcilianus absolutus, & accusatores ejus doceantur fuisse damnati. ccclxxxii.

Prosecutio Donatistarum, qua volunt lectione monstrare consuetudinis esse majorum, quod Ecclesiastico judicio Consul non sit adscriptus. ccclxxxiii.

Ubi Catholici dicunt ad caussam non pertinere quod volunt legere Donatistæ. ccclxxxiv.

Interlocutio quæ Catholicos percontatur; utrum illud decretum, quod sine consule est, falsum esse non existiment. ccclxxxv.

Catholicorum ad ista responsio. ccclxxxvi.

Interlocutio jubens ut quæ interrupta primitus fuerant, recitentur. ccclxxxvii.

Ubi Donatistæ illud Concilium quo Cæciliani damnatores invicem sua crimina donaverunt, ideo arguunt falsitatis, quia huic contra Ecclesiasticum & Apostolicum morem, Consul adjectus est. ccclxxxviii

Prosecutio Catholicorum postulans ut superfluis amputatis, ea gesta recitentur quibus absolutus Cæcilianus possit ostendi. ccclxxxix.

Ubi contendunt Donatistæ Ecclesiasticis Conciliis adscribi consulem non solere, & hoc flagitant ex scriptis dominicis approbare. cccxc.

Ubi postulant Catholici purgationis Cæciliani gesta debere recitari. cccxci.

Prosecutio Donatistarum Catholicos cogens decreti illius subire jacturam, quod adversus damnatores Cæciliani recitaverunt. cccxcii.

Interlocutio ubi dicit, ex duobus decretis illud potius posse nutare, cui nomen Consulis deest: & præcipiens, ut quæ interrupta fuerant, perlegantur. cccxciii.

Prosecutio Catholicorum afferens nec illius se decreti caussationem aliquam facere, nec tamen alterius decreti se pati debere jacturam. cccxciv.

Donatistarum ad ista responsio. cccxcv.

Interlocutio, ex majore diligentia Consulis adjecti, fidem non perire decreto. cccxcvi.

Donatistarum ad ista contentio. cccxcvii.

Prosecutio Catholicorum, Cæciliani purgationem debere in judicio recitari. cccxcviii.

Ubi Donatistæ dicunt, non valere Catholicos solvere quod objectum est. cccxcix.

Catholicorum ad ista responsio, cur in Apostolicis Conciliis non sit dies adjectus & cccc.

Consul: & quod in propheticis libris inveniantur singula tempora suis significationibus fuisse testata.

cccci. Interlocutio præcipiens gesta quæ interrupta fuerant recitari.

ccccii. Interlocutio qua petentibus Donatistis ut judicet, dicit judicari de negotii parte non posse.

cccciii. Recitatio judicii Miltiadis & aliorum similiter sacerdotum, qua Cæcilianus ostenditur absolutus.

cccciv. Prosecutio Donatistarum ubi secundum superiora contendunt, ut Catholicos cogat decreti, quod adversus Cæciliani damnatores protulerunt, subire jacturam.

ccccv. Interlocutio quæ a Donatistis exigit, utrum habeant aliquid proferendum contra recitatum judicium Miltiadis.

ccccvi. Item interlocutio quæ Donatistas aliud agentes admonet, ut ad quæsita respondeant.

ccccvii. Catholicorum responsio contra illud, quod a Donatistis decreti a se prolati jacturam facere compellantur.

ccccviii. Ubi Donatistæ contendunt, illud decretum adversus damnatores Cæciliani a Catholicis recitatum ideo nulla veritate fulciri, quia persecutionis tempore non possit Concilium congregari.

ccccix. Catholicorum similis ad ista responsio, persecutionis tempore fieri potuisse Concilium: & hoc legalibus testimoniis edocetur.

ccccx. Prosecutio Donatistarum similis præcedenti.

ccccxi. Catholicorum ad ista responsio, potuisse Concilium persecutionis tempore celebrari, si illo tempore, quamvis furtim, tamen etiam populus potuit congregari.

ccccxii. Prosecutio Donatistarum, numquam persecutionem passos esse Catholicos, qui quanta vis sit persecutionis ignorant.

ccccxiii. Catholicorum ad ista responsio, quæ interrogat Donatistas utrum negent collectas Christianorum persecutionis fieri solere temporibus.

ccccxiv. Interlocutio quæ definit a Catholicis hoc probandum, utrum noverint persecutionis tempore Concilium celebratum.

ccccxv. Catholicorum responsio, Apostolos inter persecutiones Judæorum primum fecisse Concilium.

ccccxvi. Donatistarum ad ista contentio.

ccccxvii. Interlocutio a Catholicis exigens hoc doceri.

ccccxviii. Ubi Catholici de actibus Apostolorum recitant lectionem, qua probare velint quod ab ipsis Concilium requisitum est.

ccccxix. Interlocutio quæ designat recitatam a Catholilicis lectionem quod quæsitum est non probasse.

ccccxx. Prosecutio Catholicorum afferens persecutionis tempore ab episcopis colligi potuisse Concilium, siquidem tunc etiam plebes congregatæ reperiuntur, unde martyres facti sunt.

ccccxxi. Interlocutio id exigens comprobari, & ubi exceptores alii subrogantur.

ccccxxii. Prosecutio Catholicorum quæ interrogari desiderat Donatistas, utrum nulla habeant Martyrum gesta persecutionis tempore in collectis se fuisse fatentium.

ccccxxiii. Interlocutio ad interrogata respondere commonens Donatistas.

Donatistarum ad quæsita responsio, qua dicunt, nullam domum episcoporum capere potuisse Concilium. ccccxxiv.

Ubi respondent Catholici, duodecim episcopis qui in Concilio tunc fuerunt, domum sufficere potuisse. ccccxxv.

Interlocutio quæ requirit quantus in illo Concilio numerus episcoporum fuerit. ccccxxvi.

Catholicorum prosecutio similis præcedenti. ccccxxvii.

Interlocutio Catholicorum dicta confirmans. ccccxxviii

Ubi Catholici interrogant Donatistas, utrum tempore persecutionis negent fieri solere collectas. ccccxxix.

Donatistarum prosecutio quæ dicit, hoc decretum quod a duodecim episcopis actum Catholici protulerunt, vel hinc falsum esse, quod illis non est temporibus factum, vel quod Imperatore in propinquis regionibus posito nemo illic auderet congregare Concilium. ccccxxx.

Ubi Catholici dicunt, parvum episcoporum numerum facile tunc colligi potuisse. ccccxxxi.

Donatistarum ad ista responsio. ccccxxxii.

Ubi Catholici contestantur, non permitti suos exire quos ad gesta miserant perferenda de Martyribus in collecta se fuisse fatentibus. ccccxxxiii

Ubi ultro gesta Martyrum Donatistæ offerunt recitanda. ccccxxxiv.

Interlocutio præcipiens eadem recitari. ccccxxxv.

Ubi recitatio de gestis Consule & die: flagitant Donatistæ ut etiam decreti Consul & dies, cum eorumdem gestorum Consule vel die conferantur. ccccxxxvi.

Interlocutio quæ inter decreti gestorumque tempora quantum intersit, inquirit. ccccxxxvii

Ubi aliter de intervallo temporis pronuntiantibus Catholicis, quantum interfuerit scriba respondet.[1] ccccxxxviii

Ubi id de quo temporis intervallo aliter a Catholicis renuntiatum fuerat, tolli de tabulis prohibent Donatistæ. ccccxxxix.

Ubi hoc ipsum Catholici excusant, & remanere patiuntur in tabulis. ccccxl.

Ubi de hoc falsi notant Catholicos Donatistæ. ccccxli.

Catholicorum responsio, qua asserunt falsum illud dici non posse decretum, nisi probaverint Donatistæ persecutionis tempore collectas fieri non solere. ccccxlii.

Prosecutio Donatistarum, non potuisse Concilium eo tempore congregari, quo Martyres in equuleo dependebant. ccccxliii.

Interlocutio Catholicorum repetens ad ista responsum. ccccxliv.

Ubi Catholici respondent etiam tempore persecutionis tantam fuisse Christianorum diligentiam, ut in carceribus baptizati Martyres fecerint collectas plebis, factas ex gestorum posse recitatione clarescere. ccccxlv.

Interlocutio, gesta præcipiens recitari. ccccxlvi.

Ubi Donatistæ dicunt, hæc ipsa se gesta nuper obtulisse recitanda quæ nunc a Catholicis proferuntur. ccccxlvii.

Item recitatio gestorum quibus passiones Martyrum continentur. ccccxlviii.

Item offerunt alia Martyrum gesta Catholici, unde collectæ plebis tunc factæ doceantur, & recitantur. ccccxlix.

Interlocutio quæ definit ex recitatione gestorum collectas plebis persecutionis tempore celebratas. ccccl.

1. *In Ms.* pronuntiantium Catholicis quantum interfuerit scripta respondeat: *nullo sensu*, *recte emendatum a Baluzio ex Aug. in Brevic. Coll. diei 3. l. 17.*

cccclI. Proſecutio Donatiſtarum, qua contendunt Catholicos decreti iſtius facere debere jacturam, quia non potuit tunc epiſcopale Concilium congregari.

cccclII. Interlocutio quæ definit, duodecim epiſcopos in unam domum tunc colligi potuiſſe, quando collectæ plebis publice fieri potuerunt.

cccclIII. Proſecutio Donatiſtarum, qua adhuc de decreti falſitate contendunt, & ipſius decreti ſententias & verba diſcutiunt, & Cæcilianum contra damnatores ſuos illo ſe decreto dicunt defendere potuiſſe, ſi conſtaret tunc factum hoc fuiſſe decretum.

cccclIV. Interlocutio contra Donatiſtarum proſecutionem, quæ dicit duodecim Epiſcopos & congregari tunc & latere facile potuiſſe, Cæcilianum autem non illo duodecim Epiſcoporum decreto, ſed Miltiadis potius abſolutum eſſe judicio.

cccclV. Ubi iterum Donatiſtæ Catholicos cogunt jacturam ipſius ſubire decreti.

cccclVI. Ubi alia documenta Imperatorii judicati ſuper abſolutione Cæciliani volunt offerre Catholici.

cccclVII. Interlocutio id ipſum præcipiens recitari.

cccclVIII. Ubi exigunt a judice Donatiſtæ, ut de decreti illius falſitate pronuntiet.

cccclIX. Interlocutio, claruiſſe de geſtis fieri tunc potuiſſe Concilium.

cccclX. Proſecutio Catholicorum, qua tacentibus Donatiſtis judicatum Conſtantini ſuper abſolutione Cæciliani offerunt recitandum.

cccclXI. Proſecutio Donatiſtarum, qua contendunt fieri tunc non potuiſſe Concilium, & debere Catholicos ejuſdem decreti diſpendium ſuſtinere.

cccclXII. Interlocutio, tunc de iſto decreto enixius inquirendum fuiſſe, ſi in hoc Cæciliani abſolutio teneretur: nunc Donatiſtas contra judicium Miltiadis, aliud oportere vel dicere vel proferre, quo Cæciliani abſolutio deſtruatur.

cccclXIII. Proſecutio Donatiſtarum, qua promittunt reſponſuros ſe eſſe contra judicium Miltiadis: fidem tamen illius inquirendam eſſe decreti.

cccclXIV. Interlocutio exigens intimari aliquid contra judicium Miltiadis, & judicans in perſecutione fieri potuiſſe Concilium.

cccclXV. Catholicorum proſecutio neceſſariam fuiſſe cauſſam cur tunc congregarentur epiſcopi.

cccclXVI. Interlocutio exigens contra Cæciliani abſolutionem a Donatiſtis aliquid reſponderi.

cccclXVII. Proſecutio Donatiſtarum, quamvis collectæ tunc factæ ſint plebis, tamen epiſcoporum contrahi tunc non potuiſſe Concilium.

cccclXVIII. Interlocutio exigens Donatiſtas legere aliquid contra judicium Miltiadis.

cccclXIX. Proſecutio Donatiſtarum, non potuiſſe epiſcopos ſuos in eo crimine alterum condemnare, ſi eo ipſi tenerentur obnoxii.

cccclXX. Catholicorum de ſcripturis dominicis ad iſta reſponſio.

cccclXXI. Interlocutio exigens, ut contra abſolutionem Cæciliani quid proferatur.

cccclXXII. Proſecutio Donatiſtarum, Cæcilianum in Africa ubi damnatus fuerat, debuiſſe purgari: Miltiadis autem pro eo ſententiam non valere, quia ſimili etiam crimine tenebatur.

cccclXXIII. Proſecutio Catholicorum exigens hoc probari quod de crimine Miltiadis dixerant Donatiſtæ.

Interlocutio approbari præcipiens quod intenditur Miltiadi. cccclXXIV.

Proſecutio Donatiſtarum, qua de Miltiadis nomine quid ſit actum, probaturos ſe geſtorum recitatione promittunt. cccclXXV.

Ubi Catholici petunt de nomine Miltiadis res judicatas debere proferri. cccclXXVI.

Ubi Donatiſtæ dicunt ſe ſcriptis Optati Catholici epiſcopi monſtraturos, Cæcilianum Brixiæ fuiſſe damnatum. cccclXXVII.

Interlocutio, Optati teſtimonio nunc amoto, illud potius quod ſuper nomine Miltiadis Donatiſtæ promiſerant, proferendum. cccclXXVIII.

Ubi Donatiſtæ Optati volunt teſtimonium recitari. cccclXXIX.

Interlocutio, quæ promittit Optati teſtimonium recitandum, ſi primum quod contra Miltiadem promiſſum fuerat recitetur. cccclXXX.

Proſecutio Catholicorum, contra eminentes epiſcoporum ſententias unius Optati teſtimonium ſuſcipi non debere. cccclXXXI.

Donatiſtarum proſecutio, nimium verum eſſe quod contra Catholicos Optatus Catholicus dixit. cccclXXXII.

Catholicorum proſecutio, Optati ſcripta pro ſcripturis canonicis non haberi. cccclXXXIII.

Proſecutio, qua exigunt Donatiſtæ, ut aut damnent Catholici Optatum, aut patiantur ejus teſtimonium recitari, quo Cæcilianum Brixiæ dicit fuiſſe damnatum: & qua admonent judicem, ut promiſſam teneat æquitatem. cccclXXXIV.

Interlocutio ſimilis præcedenti. cccclXXXV.

Catholicorum proſecutio, contra Miltiadem debere Donatiſtas proferre aliquod judicatum. cccclXXXVI

Interlocutio ſimilis præcedenti. cccclXXXVII

Ubi dicunt Donatiſtæ non eſſe prolixum quod de Optato deſiderant recitari. cccclXXXVIII.

Interlocutio, ordinem ſervandum eſſe definiens, ut primo contra Miltiadem aliquid, poſtea de Optato quantum voluerint, recitetur. cccclXXXIX

Ubi geſta in urbe habita offerunt Donatiſtæ. ccccXC.

Ubi geſta eadem recitantur, quibus in urbe Roma a nonnullis aliis, & a quodam Stratone rerum Eccleſiaſticarum traditio perpetrata eſt. ccccXCI.

Interlocutio in tam prolixis geſtis nihil dictum de nomine Miltiadis. ccccXCII.

Ubi dicunt Donatiſtæ adhuc ſe non finiſſe totum quod promiſerant recitare. ccccXCIII.

Catholicorum proſecutio, qua prolixis geſtis ſe patientiam præbuiſſe teſtantur, & nihil ex iiſdem adverſum Miltiadem eſſe prolatum; unde ſe debere de abſolutione Cæciliani, etiam Conſtantini Principis legere judicatum. ccccXCIV.

Proſecutio Donatiſtarum, qua teſtantur traditionem ſe geſtis prioribus recitaſſe, & adhuc ſe habere quod legant. ccccXCV.

Interlocutio, alia circa Miltiadis perſonam recitari geſta permittens, & Catholicis ſervans, ut recitent poſtea ſi quid velint. ccccXCVI.

Hic Catholici volunt eſſe teſtatum, quod non expreſſerint Donatiſtæ, ubi ſuperiora geſta confecta ſint. ccccXCVII.

Interlocutio confirmans quod a Catholicis dictum eſt. ccccXCVIII.

Item a Donatiſtis geſta alia recitantur, quibus poſt redditam agendi licentiam Chriſtianis, res Eccleſiæ quæ traditæ fuerant, re- ccccXCIX.

cuperantur a Stratone & ceteris, quos ad id negotium Miltiades episcopus destinarat.

D. Interlocutio, quod etiam secunda gesta nihil de reatu contineant Miltiadis.

DI. Ubi afferunt Donatistæ eum Stratonem quasi diaconum a Miltiade directum ad res Ecclesiæ repetendas, qui invenitur ante tradidisse.

DII. Interlocutio postulans id doceri.

DIII. Ubi recitatur ex primis gestis Stratonis nomen.

DIV. Interlocutio postulans evidenter ostendi, utrum Srraton in primis gestis diaconus fuerit nominatus.

DV. Ubi Donatistæ ex hoc illud interpretari volunt ibi diaconum significatum, quod iisdem gestis hortator superstitionis fuerit nominatus.

DVI. Ubi Catholici ex Donatistarum prosecutione colligunt, fieri potuisse ut alter fuerit Straton superstitionis hortator.

DVII. Donatistarum contra ista contentio.

DVIII. Interlocutio, qua dicitur utraque gesta iisdem temporibus facta, & debuisse Stratonem eodem hortatoris nomine utrobique signari.

DIX. Item interlocutio, quæ requirit apertum crimen & manifestam damnationem Miltiadis esse promendam.

DX. Prosecutio Donatistarum, eumdem Stratonem esse qui primo tradidit, postea res suscepit Ecclesiæ: nec obesse veritati, quod ibi hortator superstitionis est dictus, quia gentiles diabolum dicere noluerunt: tunc de Miltiade oportere judicari Stratonis consortio maculato.

DXI. Interlocutio, probari oportere quod idem Straton etiam tunc a Miltiade directus sit, quando dicitur tradidisse.

DXII. Donatistarum prosecutio, ideo ibi non teneri vocabulum Miltiadis, quod adhuc episcopus non fuisset; hinc autem Miltiadem fuisse pollutum, quod traditorem Stratonem in numero habuit diaconorum.

DXIII. Interlocutio pronuntians, partes agere debere quæ competunt.

DXIV. Prosecutio Catholicorum, duo Stratones tunc esse potuisse, nec abhorrere a consuetudine, ut duo uno nomine censeantur: Miltiadem vero reum esse non posse, nisi traditionem Stratonis scisse doceatur.

DXV. Interlocutio, inter episcopos nihil suspicionibus actitandum, & debere Constantini judicium recitari.

DXVI. Recitatio judicii Constantini, quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium, significat Imperator.

DXVII. Interlocutio quæ admonet Donatistas, utrum contra hæc habeant aliquid recitandum.

DXVIII. Ubi dicunt iterum Donatistæ Miltiadem Stratonis societate pollutum.

DXIX. Interlocutio similis præcedenti.

DXX. Ubi dicunt Donatistæ, falsum esse judicium Constantini auribus intimatum.

DXXI. Interlocutio, quod inter partes sententiam tulerit Imperator.

DXXII. Ubi hoc legi desiderant Donatistæ.

DXXIII. Interlocutio, hoc ipsum significans, & ex rescripto Principis superius recitato.

DXXIV. Ubi Donatistæ volunt esse testatum in rescripto Principis nec diem esse nec Consulem.

DXXV. Ubi respondent Catholici, & lectum esse ex rescripto diem, & iterum offerunt ut legatur.

Prosecutio Donatistarum, lecto die non esse DXXVI.
Consulem lectum.

Catholicorum ad ista responsio, & ut si de re- DXXVII.
scripto dubitatur, archivorum inspiciatur auctoritas.

Interlocutio, Imperiale rescriptum cui desit DXXVIII.
Consul & dies, in dubium revocari non posse.

Ubi Donatistæ queruntur episcopale decretum DXXIX.
superius a Catholicis cum Consule esse prolatum, & nunc Imperatoris epistolam sine Consule recitari.

Ubi Catholici provocant Donatistas, ut dicant DXXX.
falsam esse Imperatoris epistolam.

Ubi postulant Donatistæ, ut quod sibi ser- DXXXI.
vatum fuerat, de Optato proferant lectionem.

Interlocutio, debere respondere primitus Do- DXXXII.
natistas, utrum falsa sit Imperatoris epistola, & ita demum recitari de Optato quod velint.

Ubi afferunt Donatistæ Cæciliano nihil prodesse DXXXIII.
rescriptum, quia invenitur postea condemnatus: & hoc volunt recitata Optati lectione constare.

Ubi Catholici contestantur, quod sibi non ob- DXXXIV.
sit error Optati: legi tamen patiuntur Optatum.

Ubi postea Consul invenitur Imperiali epistolæ. DXXXV.

Ubi de Optato lectio recitatur. DXXXVI.

Non inventa in Optato damnatione Cæciliani, DXXXVII.
sed retentione apud Brixiam, temperantius ab Optato esse dictum afferunt Donatistæ.

Interlocutio, debere Donatistas qui hoc Opta- DXXXVIII.
tum temperantius posuisse dixerunt, evidentius approbare Cæcilianum ab Imperatore fuisse damnatum.

Prosecutio Donatistarum, qua dicunt alium DXXXIX.
Casæ non fuisse Donatum.

Catholicorum ad ista responsio, quod in actis DXL.
Miltiadis Donatus Casensis evidenter expressus sit.

Ubi Petilianus episcopus partis Donati impe- DXLI.
dimento raucedinis agere se non posse testatur.

Ubi Catholici testantur, ideo se Petilianum DXLII.
excusationi subtrahere voluisse, quod ei Donatus Casensis ex gestis evidenter ostensus est.

Interlocutio, cum septeni adstent, de unius de- DXLIII.
fectu querelam esse posse.

Prosecutio Donatistarum, qua Principi Con- DXLIV.
stantino libellum afferunt proprios dedisse majores, & eo Principem motum agendi eis dedisse licentiam, & ibi Felicis Aptungitani episcopi qui Cæciliani fuerat ordinator, caussa narratur.

Interlocutio exigens ut quod competit Dona- DXLV.
tistis, documentorum prolatione monstretur.

Libelli recitatio, quem Constantino Imperatori DLXVI.
dederunt illo tempore Donatistæ.

Prosecutio Catholicorum, qua afferunt pro se DLXVII.
facere libellum, quem recitaverunt Donatistæ.

Interlocutio Catholicorum dicta confirmans, DXLVIII.
& rescriptum Constantini præcipiens recitari.

Ubi recitatur epistola Constantini ad Vicarium DXLIX.
Verinum destinata, qua libertatem agendi tribuit Donatistis.

Prosecutio Catholicorum quæ dicit, pro se ma- DL.

gis epiſtolam facere Conſtantini, quia non de Cæciliano aliquid judicatum eſt, ſed furiori ipſi permiſſi ſunt.

DLI. Interlocutio Catholicorum dicta confirmans.

DLII. Ubi Donatiſtæ petunt, ut judex de permiſſa ſibi a Conſtantino arbitrii libertate pronuntiet.

DLIII. Interlocutio pronuntians quod petitum eſt, & adſerens Principem Honorium de abſolutione Cæciliani hodie præcepiſſe diſquiri.

DLIV. Proſecutio Donatiſtarum, qua interpretantur ideo non videri Cæcilianum fuiſſe purgatum, quia retractata cauſsa Felicis ordinatoris ejuſdem, Ingentius quidam ad comitatum præceptus eſt deſtinari, & nihil actum ab Ingentio reperitur quo Felix abſolutus eſſe noſcatur.

DLV. Proſecutio Catholicorum, qua promittunt ſe Æliani Proconſulis recitata relatione monſtrare, quid ſuper Felicis abſolutione fuerit actitatum.

DLVI. Ubi Donatiſtæ contendunt Conſtantini potius litteras recitandas, quibus juſſus eſt Ingentius ad palatium deſtinari.

DLVII. Interlocutio quæ hoc potius præcipit recitari.

DLVIII. Ubi hæ ipſæ litteræ recitantur.

DLIX. Proſecutio Catholicorum, ubi dicunt relationem Æliani Proconſulis recitandam, qua Felix oſtenditur abſolutus.

DLX. Recitatio relationis ejuſdem.

DLXI. Interlocutio quæ depoſcit, ut ad pleniorem fidem etiam geſta ipſa quibus Felix purgatus eſt, recitentur.

DLXII. Ubi Donatiſtæ contendunt illud potius recitandum, ſi aut directus eſt, aut aliquid apud Imperatorem egit Ingentius.

DLXIII. Proſecutio Catholicorum, acta potius recitari oportere, ut quemadmodum Cæcilianum conſtitit abſolutum, ita & Felix purgatus fuiſſe monſtretur.

DLXIV. Interlocutio geſta præcipiens recitari.

DLXV. Geſtorum recitatio pro Felice, qui Cæciliani fuerat ordinator.

DLXVI. Interlocutio exigens ut quod partibus competit, intimetur.

DLXVII. Proſecutio Donatiſtarum contra geſta pro Felice prolata.

DLXVIII. Interlocutio, geſta quæ roboravit antiquitas, nonniſi aliorum prolatione geſtorum poſſe reſcindi.

Proſecutio Catholicorum, ſufficere cauſsæ quod ab ipſis eſt recitatum, & ſi Cæciliani purgationem Ingentii perſona reſcindit, Donatiſtas hoc potius debere monſtrare. DLXIX.

Interlocutio quæ iſtud exigit recitari. DLXX.

Donatiſtarum proſecutio qua dicunt, præſentem Felicem debuiſſe purgari, & qua requirunt, utrum aliquid apud Imperatorem Ingentius pro Felice reſponderit. DLXXI.

Proſecutio Catholicorem qua dicunt, quoniam omnia per ordinem recitata ſunt, debere cognitorem, ſummotis tergiverſationibus, ferre ſententiam. DLXXII.

Interlocutio exigens ut contra geſta, quibus abſolutus eſt Felix, aliquid recitetur. DLXXIII.

Proſecutio Catholicorum, majoris eſſe innocentiæ documentum, quod abſens purgatus eſt Felix. DLXXIV.

Proſecutio Donatiſtarum, qua omnes totius negotii recapitulantur articulis ſuperiorum proſecutionum diverſi tractati. DLXXV.

Interlocutio abſoluta & conſumta repeti non debere, qua rurſus exigitur ut contra Felicis abſolutionem aliquid recitetur. DLXXVI.

Proſecutio Catholicorum poſtulans, ut quoniam diſcuſſis omnibus, ſuperflua repetuntur, jam ſententia proferatur. DLXXVII.

Interlocutio contra Felicis abſolutionem aliquid recitandum. DLXXVIII.

Proſecutio Donatiſtarum debere judicem de his quæ prolata ſunt judicare. DLXXIX.

Proſecutio Catholicorum (qua poſtulant) ut etiam cetera recitentur. DLXXX.

Interlocutio, omnia debere recitari, ut de omnibus judicetur. DLXXXI.

Proſecutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti. DLXXXII.

Interlocutio ſimilis præcedenti. DLXXXIII.

Proſecutio Donatiſtarum, pro arbitrio partis adverſæ falſatum eſſe & deſtructum quidquid a ſua parte prolatum eſt. DLXXXIV.

Interlocutio, ſi nihil ſupereſt quod legatur, debere partes exire, ut ſcribi poſſit plena ſententia. DLXXXV.

Interlocutio convocans partes, ut ſententia recitetur. DLXXXVI.

Sententia recitata quæ totum complexa negotium, quid obſervari oporteat, pro Catholica unitate decernit. DLXXXVII.

Expliciunt Capitula tertiæ Cognitionis.

INCIPIUNT GESTA

PRIMÆ COGNITIONIS.

An. 411.

I. *Post Consulatum Varanis V. C. Kal. Jun. Carthagine in Secretario* [1] *Thermarum Gargilianarum* [2], *præsentibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris devotissimis Protectoribus domesticis, adstantibus Urso, Petronio & Liboso Ducenariis, Bonifacio & Evasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore illustris comitivæ sedis* [3], *Exitioso adjutore corniculari, Possidio, Quodvultdeo & Colonico adjutoribus commentariorum Officii* D. N. V. C. *& spectabilis Proconsulis, Navigio adjutore numerorum Officii* D. N. V. C. *& spectabilis Vicarii, Nampio scriba Officii* V. C. *Legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba* V. C. *curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus* D. N. V. C. *& spectabilis Proconsulis, Fabio exceptore* D. N. V. C. *& spectabilis vicarii, & Romulo exceptore* V. C. *Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Januario & Vitale Notariis Ecclesiæ Catholicæ; Victore & Cresconio Notariis Ecclesiæ Donatistarum, Ursus Ducenarius illustrium atque eminentium potestatum, dixit:* Dudum vestra sublimitas [4] secundum Imperiale præceptum, & nos & ceteros qui tam de sacratissimo comitatu quam etiam de Africanis officiis sublimitatis tuæ sunt actibus deputati, ad singulas provincias destinavit, & edicta etiam per universam Africam direxit, ut tam Catholici quam Donatistæ Episcopi intra quartum mensem collationi cuncti adesse deberent: quæ tempora hodierna die videntur impleri: & quia præsto sunt universi, de omnibus scilicet provinciis Africanis, id est, de provincia Proconsulari, de provincia Byzacena [5], de Numidia, de Mauritaniis, Sitifensi & Cæsariensi, sed etiam & de Tripolitana provincia, si præcipit nobilitas tua, adsint iidem venerabiles viri, ut omnia suo ordine peragantur.

II. *Flavius Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit:* Adsint venerabiles viri quos præsentes esse suggeritis. *Et ingressis universis Episcopis partis Donati, ingressis etiam Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano & Possidio Episcopis Ecclesiæ Catholicæ, cum Novato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Prisco, Sereniano & Scyllacio Coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto, æque Episcopis & custodibus gestorum.*

III. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit:* Optarem quidem tantæ hujus multitudinis sanctitatem quæ sub unius Christi Dei religione censetur, nulla a se dissensione sejungi: sed quia id quod dudum error antiqui hostis immisit, Deum certum est velle nunc corrigi, ne diutius germana religio concertatione sua spectaculum gentibus faciat, licet supra meritum meum hoc cognoscam esse judicium, ut inter eos videar judicare a quibus me potius decuerat judicari: tamen quia certum est, hanc causam spectante Deo & angelis testibus agitandam, quæ sub fidei cælestis examine vel probata præmium afferat, vel læsa judicium, ut tandem præsentium disceptationibus Episcoporum manifestius veritas elucescat, Imperialis primitus sanctio recitetur, ut in quem modum atque formam sit suscipienda cognitio, ab omnibus possit adverti, licet eam cunctis innotuisse sat clarum sit. *Martialis Exceptor recitavit.*

IV. Imperatores Cæsares Flavius Honorius & Theodosius pii, felices, victores, ac triumphatores semper Augusti, Flavio Marcellino suo salutem. Inter imperii nostri maximas curas, Catholicæ legis reverentia, aut prima semper, aut sola est: neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi ut verum Dei cultum orbis nostri plebs devota custodiat, ut etiam Donatistas vel terrore vel monitu olim implere convenerat, qui Africam, hoc est, regni nostri maximam partem, & sæcularibus officiis fideliter servientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare, quæ omnium retro Principum devota in Deum definivit auctoritas, ne temporibus nostris si quid forte in injuriam legis Catholicæ fuerit generatum, justo judicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sane latet conscientiam nostram sermo cælestis oraculi, quem errori suo posse proficere sæva Donatistarum interpretatio profitetur; qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitius invitaret, aboleri eum tamen etiam ante jussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus, illudque merito profitemur, libenter nos ea quæ statuta fuerant submovere, ne in divinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamvis una sit omnium & manifesta sententia Catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cælesti sententia comprobatam, studio pacis & gratiæ, venerabilium virorum Episcoporum legationem libenter admisimus; quæ congregari Donatistas Episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat civitatis, ut electis etiam sacerdotibus quos pars utraque delegerit, habitis disputationibus superstitionem ratio manifesta confutet. [6] Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, ut conversos animos populorum etiam nostra clementia, sicut desiderat, celerius possit cognoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiose Donatistarum Episcopi declinaverint convenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur: quibus emensis atque transactis, si provocati adesse contemserint, cedat cum Ecclesiis populus qui doctores suos silentio cognoverit superatos, & victum se aliquando gratuletur, sciatque si non præceptis no-

1. *In Secretario*] Id est, in auditorio, in prætorio ubi jus publice dicebatur. Cyprianus episcopus Carthaginiensis productus est *Carthagine in Secretario* coram Paterno Proconsule, ut legitur in ejus actis. Secretarium Prætorii legitur apud Augustinum l. 3. contra Cresc. c. 56. Et Secretarium Proconsulis apud Evodium Uzalensem l. 2. de miraculis S. Stephani c. 5. Locus autem ille erat situs in media urbe Carthaginiensi, ut docet August. in l. ad Donatistas scripto post collationem c. 25. fuisse spatiosum, lucidum & refrigerantem scribitur ibid. c. 35. Baluzius.


2. *Thermarum Gargilianarum*] Harum exstat descriptio in l. 2. vet. Epigr. Pithœi. Ex prioribus vero & ultimis litteris Epigrammatis in quo Thermæ illæ describuntur, recte collegit Sirmondus eas a Thrasamundo Vandalorum rege fuisse renovatas. Id.

3. *Sedis*] Proconsularis.

4. *Vestra sublimitas*] Marcellinum Tribunum alloquitur.

5. *Byzacena*] In veteri exemplari legitur *Byzc* Unde Massonus & Pithæus fecerunt *Burcensi*, sed perperam: legendum *Byzacena*, ut a Baluzio animadversum est.

6. *Quam rem* cet.] Aug. Brevic. collat. diei 1. cap. 1.



ſtris, vel Catholicæ legis veris imperiis ſerviendum. Cui quidem diſputationi principe loco te judicem volumus reſidere (quidquid etiam ante in mandatis acceperis, pleniſſime meminiſti) omnemque vel in congregandis Epiſcopis, vel evocandis, ſi adeſſe contemſerint, curam te volumus ſuſtinere, ut & ea quæ ante mandata ſunt & quæ nunc ſtatuta cognoſcis, probata poſſis implere ſolertia; id ante omnia ſervaturus, ut ea quæ circa Catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roboravit, novella ſubreptione [1] ſubmota integra & inviolata cuſtodias [2]. Ut ſane adminicula competentia actibus tuis deeſſe non poſſint, viros ſpectabiles Proconſulem atque Vicarium ſerenitas noſtra commonuit, ut ſi propriarum dignitatum ſtatum cupiunt retinere, ſi apparitionem ſuam extrema declinare ſupplicia, tam ex propriis officiis, quam ex omnium judicum apparitione, abunde neceſſarios faciant deputari. Erit jam ſollicitudinis tuæ, ſi quid ulla cognoveris arte differri, miſſis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correctio. Omnia ſane quæ vel in unum Epiſcopis congregatis diſputatio completa firmaverit: vel deſiſtentibus forte ſtatuerit circa contumaces lata ſententia, te referre conveniet, ut quid ad confirmandam Catholicam fidem præceptio noſtra profecerit, celerius poſſimus agnoſcere. *Et divina manu*. Vale Marcelline cariſſime nobis. Data pridie Idus Octobris Ravennæ Varane V. C. Conſule [3].


v. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*: Recitata venerabilis lex geſtis præſentibus inſeratur, cujus definitio evidenter apparuit: unde nunc edictorum meorum per ordinem forma recitetur.

Martialis Exceptor recitavit. Quid clementiſſimus Princeps Dominus noſter Honorius pro Catholicæ fidei confirmatione decreverit, antelatorum apicum tenore monſtratur: legationem ſiquidem venerabilium Epiſcoporum libenter accipiens, Africam ſuo devotam ſemper Imperio vario religionum genere diutius inquietari decolorarique non paſſus eſt: ſtudio namque pacis & fidei tantorum diſſidia populorum ex antiqua perſuaſione venientia veritatis voluit manifeſtatione ſedari, ut quos ſedare principalibus a ſe ſanctionibus prorogatis, ac trahi ad unam fidei ſententiam non poſſe pervidit, habita utrarumque partium diſceptatione revocaret. Cunctos etenim tam Catholicæ quam Donatianæ partis Epiſcopos in unum voluit congregari, ut lectis ab utraque parte peritioribus viris, certæ fidei veritate diſcuſſa, ſuperſtitionem ratio manifeſta convincat: quatenus quidquid illud eſt quod pro ſuis partibus æſtimat unuſquiſque poſſe competere, proferatur in medium, & ſic germanæ vel ſero fidei lux clareſcat. Conſona ſiquidem utriuſque partis petitio ad hanc principem ſententiam provocavit. Nam. ſicut a Catholicis nuper collatio poſtulata eſt; ſic ante breviſſimum tempus Donatiſtarum Epiſcopos in judicio illuſtrium poteſtatum collationem poſtulaſſe non dubium eſt. Et quoniam libenter aſſenſum tribuit clementia principalis, & Concilium fieri intra Africam univerſale decrevit utriuſque partis [4] juxta poſcentibus, huic me diſputationi principe loco judicem voluit reſidere. Unde cunctos per Africam

A tam Catholicæ quam Donatianæ partis Epiſcopos hujus edicti tenore commoneo, ut intra tempus lege præſcriptum, id eſt intra quatuor menſes, qui dies intra diem Kalendarum Juniarum ſine dubio concludetur, ad civitatem ſplendidam Carthaginienſem Concilii faciendi gratia convenire non differant, ne eam partem de merito propriæ fidei appareat judicaſſe [5], quam defuiſſe conſtiterit. Univerſos etiam cunctarum provinciarum curatores, magiſtratus & ordinis viros, necnon & actores, procuratores, vel ſeniores ſingulorum locorum, pari admonitione convenio, ſub propriæ exiſtimationis dignitatis reatu ſalutiſque periculo, quatenus in civitatibus locisque in quibus conſiſtunt utriuſque
B partis Epiſcopos convenire, vel ſub geſtorum confectione, vel ſub cujuslibet ſcripturæ documento exſtante, feſtinent: ita ut ſi ipſo in tempore in civitatibus non potuerint inveniri, per rura etiam perquiſitis tam Imperialis præcepti forma, quam tenor hujus innoteſcat edicti, quatenus intra hos quatuor menſes ordinum relatione cognoſcam, ſingularum partium voluntatem. Illud etiam ſcire Donatianæ partis Epiſcopos volo, ſi quis eorum affuturum ſe eſſe reſponderit, Eccleſiam ſibi primitus [6] cum omni jure ſuo quæ forte a Catholicis juxta præceptum Imperiale retinetur, ſine aliqua dilatione per viros ordinis mox tradendam. Si vero omnes vel ſinguli in locis ſuis poſiti ſe adſuturos eſſe reſponde-
C rint, & Eccleſias & ea loca quæ eorum fuiſſe vel eos tenuiſſe conſtiterit, per ſupradictorum ordinum inſtantiam eorum juri dominioque reddenda, ut reformato iiſdem primitus ſtatu, diſputationis inchoetur initium. Et quoniam tanti mihi negotii ſummam committere voluit Auguſtiſſimus Princeps, illud me quoque fateor libenter accipere, ut ſi de mea perſona aliquid cunctationis affertur, alium mecum judicem quem ipſi delegerint Donatianæ partis & fidei, vel ſuperioris vel ſimilis dignitatis reſidere non abnuam. Sive autem cum alio ſive ſolus in hoc negotio judicaturus interero, nihil aliud me, niſi quod allegationes partium examinatæ potuerint demonſtrare & quod veri invenerit fides,
D per admirabile myſterium Trinitatis, per Incarnationis dominicæ Sacramentum, & per ſalutem ſupramemoratorum Principum judicaturum me eſſe promitto. Nec illam ſane partem potui reticere, quatenus noverint ſive pro Donatiſtis, ſive pro Catholicis fuerit lata ſententia, in nullo ſe Donatiſtarum Epiſcopos aliquam moleſtiam eſſe paſſuros, ſed liberos, & ab omni injuriæ genere alienos ad propria redituros: quod me & per tremendum judicii diem, & per Sacramenta ſuperius memorata, ita facturum eſſe polliceor. Omnes autem qui ad ſingulas Provincias fuerant deſtinati, noverint in nullo ſe quemquam deinceps Donatiſtarum aliquatenus convenire debere: vel aliquam iiſdem ſuperioris exſe-
E cutionis moleſtiam generare, ni malunt pro contemtu recentioris præcepti ſubjacere vindictæ. Erit autem omnibus Donatianæ partis hominibus, de eorum qui miſſi ſunt concuſſionibus & deprædationibus, ſi quas forte admiſſas eſſe noverunt, liberum conqueri, ut in eos probata criminum qualitate, ultio digna procedat. *Et alia manu*. Proponatur.

1. *Subreptione*] In cod. Theod. *ſuperſtitione*.
2. *Cuſtodias*] In cod. Theod. *cuſtodiri præcipimus*.
3. *Varane V. C. conſule*] Conſulatus ex cod. Theod. adjectus. Vid. Aug. Brevic. Collat. diei 1. cap. II.
4. *Utriuſque partis*] Addendum videtur *epiſcopis*.
5. *Judicaſſe*] Forte *dubitaſſe*.
6. *Eccleſiam ſibi primitus, &c.*] Id conceſſum Donatiſtis a Marcellino ſine juſſu Imperatoris ſcribit Aug. in Brev. Coll. diei 1. c. 2. *In eo edicto Baſilicas ſine juſſione Imperatoris reddidit Donatiſtis qui ſe pollicerentur eſſe venturos, ut eo modo eos ad conferendum etiam beneficiis invitaret*. Teſtimonio Aug. adſtipulatur etiam ipſe Marcellinus in edicto dato adverſus Donatiſtas poſt collationem. *Eccleſias quas tis humanitate mea abſque Imperiali præcepto uſque ad diem ſententiæ conſtat indultas, Catholicis tradere ſine ulla dilatione feſtinent*. BALUZIUS.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



VI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit:* Lectum edictum gestis præsentibus adhærebit, quo constat me evidentius obtulisse, ut si placeret electus a vestra parte mecum alius cognitor resideret: qui si præsto est, introire dignetur.

VII. *Petilianus Episcopus dixit:* Non decet nos cognitorem eligere alterum, qui non petivimus primum. *Et alia manu.* Recognovi.

VIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit:* Evidentissime præceptionis augustæ tenore declaratum est, collationem non cognitorem fuisse postulatum, & arbitrio suo meæ mediocritatis judicium delegisse: cui necesse est me omnibus modis inservire, cum & sanctitatem vestram ideo convenisse manifestum sit, ut satisfieret Imperialibus constitutis.

IX. *Petilianus Episcopus dixit:* Salvis omnibus quæ competunt nobis, & de persona & in caussa, proponant ii qui ista elicere meruerunt. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit: Salvis atque incolumibus universis quæ legibus deferuntur, edictorum per ordinem, sicut & prius statui, formæ recitentur.

X. *Martialis exceptor recitavit:* Magnitudo hujusce negotii, quod de veritatis ac religionis agnitione suscipitur, etiamsi parum momenti sui libraretur examine, convenerat tamen ipsa disceptantium gravitate atque auctoritate pensari. Nulli enim habetur ambiguum, quanti sit ponderis caussa, quæ inter Episcoporum est discutienda personas. Sed cum mihi cognitionem disceptationis hujusce crediderit augusta dignatio, eisque judicem dederit, quibus inferiorem me esse, pro tanti nominis veneratione cognosco, fidei sollicitudinis meæ hac consideratione prospexi, ut de meo vellem judicio judicari. Hujus igitur auctoritate propositi omnes utriusque partis Episcopos censui commonendos, ut ante cognoscant, non amplius quam septenos ambarum Episcopos partium mutuæ inter se disceptationis habituros esse colloquium, quos in officium disputandi suarum partium subrogarit electio: siquidem certum deligi ex partibus numerum præceperit Imperialis auctoritas. Aderunt alii quoque septeni, delecti judicio suæ cujusque partis Episcopi: qui servata primitus per omne colloquium moderatione silentii, ad hoc se tantum intelligant interesse, ut si qui ex disputantibus utrinque septenis conferre consilium cum suorum quoque voluerit, cum eodem illic secedat in partem, atque ibi communicata patienter ratione tractandi, proprium revertatur ad locum, fidem servaturus officii, ut alter, cui id necesse est, tacendo audienda commendet; alter cui id munus est, loquendo suscepta confirmet. Erit autem collationi aptissimus locus Thermarum Gargilianarum, in quem die Kalendarum Juniarum eosdem episcopos solos qui designati sunt oporteat convenire. Ex quo illud profecto perspicuum est, eo nullum penitus populi fieri debere conventum, quo nec ipsos universos confluere sinatur Episcopos. Nam cum patientia disputandi quæ soli amica silentio est omnem catervatim agminis strepitum perhorrescat, nihil interest, utrum eam congestio populorum an Episcoporum turba præpediat. Igitur Episcopi memorati soli in prædictum locum tempusque conveniant: ita tamen ut reliqui omnes utriusque partis Episcopi ante diem qui prædestinatus examini est, ratum se habituros quidquid a septenis utrique Coepiscopis suis fuerit actitatum, epistolis ad meam dicationem currentibus utrinque designent. Quibus epistolis tamen etiam testimonium omnes apud me propriæ subscriptionis adjungant. Æquissimum namque est, ut eorum universa collatio rata futura promittatur ab omnibus, qui eliguntur ab omnibus. Nullus ergo vel laicus, vel Episcopus ultra numerum præstitutum in illum tranquillissimum Concilii locum contra prohibitum moliatur accedere, quin potius etiam plebes suas pia quietis ac modestiæ commotione conveniant, hoc per Ecclesias proprias ante tractantes, quatenus a die disputationis ac loco omnis se multitudo contineat, ut religioso patientiæ magisterio delinitum Christianæ paci populum parent. Non solum enim Episcopi, verum etiam rationabilis in hanc sententiam populus consentit, disputantibus supradictis: & ubi major occupatio mentium defixa consistit, de veritate quærentibus, nihil turbidum, nihil tumultuosum, nihil denique intempestivum debere prorsus obstrepere. Nam ut quod omnium saluti proficiat, fiat postea publicum, debet discutientibus veritatem præstare ante secretum: a me vero ita per omnia promulganda sententia est, ut in publicam dimissa notitiam toto splendidæ Carthaginis populo judice ponderetur. Ita quippe oculis non solum urbis hujusce, verum etiam universæ provinciæ totus emensæ disputationis ordo pandetur, ut tam prosecutiones disputantium Episcoporum, quam prosecutionum mearum series subsecuta, digestis in publico voluminibus explicetur. Hæc enim in judice securitas fidei est, ut de se non timeat judicari. Ut igitur in eliciendæ veritatis examen non inserpat aliquatenus calumniosa suspicio, lucemque perspicuam quam mentibus publicis probationum evidentium fides absoluta purgabit, nullis penitus nebulis causatio cujuslibet partis obducat; id etiam contra suspicionum fucos & commenta fallendi necessario provisum. Noverint omnes non solum oportere, verum etiam expedire servari, scilicet ut interfatibus meis me primitus per omnia subscribente, etiam omnes disputantes Episcopi suis in scheda prosecutionibus universi absque ulla prorsus excusatione subscribant. Exigit enim meritum fidei, ut adversus eum qui assertionibus suis perfidum forte subducere tentarit assensum & inficiari quæ dixerit, etiam testimonii sui consistat auctoritas; ubi soli proficit victoria veritati. Ii autem qui excipiendi funguntur officio, præter eos qui dicationi meæ de publicis præstolantur officiis, etiam quaterni de singulis partibus Ecclesiastici alternis debebunt adstare notarii: quorum fides ne qua vacillet ambage, quaterni Episcopi partium singularum delecti suorum judicio præponantur, ut eosdem exceptores ac Notarios pervigili ac sollicita observatione custodiant, quatenus cum eisdem exceptoribus ac notariis egressi per vices, subinde faciant perspicua digeri descriptione quæ dicta sunt, ut nihilominus adhuc Episcopis supradictis in disceptatione versantibus, transeat in apices evidentes profligatæ pars aliqua quæstionis, ut confestim ea cum a septenis Episcopis subnexa subscriptione celerem exspectationi publicæ tribuant notionem. Post primum autem collationis diem, descriptioni subscriptionique gestorum, locum diei sequentis efficiet procrastinata cognitio, ita ut si quid forte præcedenti collationi superierit, in diem tertium recurrat examen. Omne igitur spatium conferendi vicissim diei unius intercapedo distinguet, quo possint in medio gesta subinde subscribenda describi, memoratorum præstolante custodia, qui hoc fine suum metiantur officium, non ut aliquid dicant, sed ut dicta custodiant. Donec autem emenso exitu quæstionum, omnes expedita veritas enodet ambages, schedas subinde scriptas pariter atque subscriptas, tam mei sigilli quam illorum octo custodum signabit impressio.

Maximianistis etiam edicti hujus innotescet auctoritas, quia sibi ab illo Concilio intelligant temperandum, quod inter Catholicos Donatistasque distingui [1] omnem dijudicarique conflictum clementium Principum præceptio religiosa constituit, nec eis opitulari aliquatenus posse, quod sibi Donatistarum nomine blandiuntur, cum a Donatistis dicantur esse damnati. Si quis ex istis quæ adversus omnes multifariæ suspicionis insidias provisa sollicite, constituta fideliter, ordinata diligenter, tenor hujus propositionis amplectitur, (modo) quolibet observare noluerit, non solum quid de caussa sua sentiat confitetur, verum etiam quid moliatur ostendit. Sufficit interim cognitori talis prærogativa justitiæ hujus commonitionis circa universos Episcopos fecisse populum sibi plebis Carthaginiensis testem, quem mox est habiturus judicem. Superest ut ante Concilii diem universum hujusce ordinationis tenorem, utriusque partis Episcopi amputata penitus mora missis ad dicationem meam litteris suis impleturos se esse promittant; hoc præcipue maturato, ut eædem quibus ad omnia hujusce edicti se consensisse profitebuntur epistolæ, primatim tantummodo Episcoporum subscriptione signentur. Sufficit enim illis epistolis universalem (ut ita dixerim) subscriptionem Episcoporum omnium cohærere, quibus totum disputationis ordinem conferentium septenorum, ratum se habituros esse promiserint.

XI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Hoc quoque edictum suscipiet corpus actorum. Ne quid autem fidei plenorum videatur deesse gestorum, universa quæ a partibus medio tempore vel scripta sunt, vel intimata judiciis percurrat officium.

XII. *Petilianus Episcopus dixit*: Egisti partes tuas vir nobilis, ut & partibus te justum futurum esse promiseris, & auribus publicis popularem. Sed quia hæc omnia ante caussam sunt, non de caussa, id primum tuam petimus potestatem, ut is qui me acciri edictis, qui me de meis sedibus evocari, qui me laborem itineris pati inquietavit, petita ut voluit, proponat, cur meam desiderarit adesse præsentiam, ut noverim utrum vel quid debeam respondere. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

XIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Hæc suo loco & ordine rectius peragentur. Interim quod statui percurrat officium.

XIV. *Romulus exceptor recitavit*: Exemplum notariæ Donatistarum. Post Consulatum Varanis viri clarissimi octavo Kalendas Junias, Flavio Marcellino viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario, Januarius, Primianus & ceteri sinceræ Christianitatis Episcopi & Catholicæ veritatis. Notum facimus sinceritati tuæ, nos edicto tuo conventos, ex diversis partibus Africæ convolantes, ingressos fuisse Carthaginem xv. die Kal. Jun. cujus nostri adventus & omnes quos Carthago continet testes sunt, & tua sinceritas non ignorat. Tanta enim vis jurisjurandi tui edicto tuo expressa est, ut exceptis his quos adversæ valetudines corporum in sedibus retinent, aut ægritudo in via comprehendit, nec gravissimos senes annositas, nec prolixi itineris labor potuerit prohibere. Quod cum solum edictum ante caussam sufficeret, alterum quoque dignatus es edere, in quo cum multa nos moveant, tum præcipue magnam sollicitudinem facit, quia nos ipsos edicto tuo epistolis nostris adstipulari oportere censuisti, cum hoc nec mos publicus habeat, nec judicum consuetudo. Qua de re sinceritatem tuam plurimum exhortamur, A ut prioris edicti fide servata, cunctos nos ad te venire præcipias, ut quamprimum de numero nostro constet, quos adversarii paucos esse sæpe mentiti sunt, ut rite omnibus ordinatis quæ nostris partibus competunt, disceptatio subsequatur; ne aut edicta se tuæ sinceritatis impugnent, aut nobis quidquam præjudicet, ut cum omnes venire præceperis, paucos nunc adesse velle videaris. Hoc enim decet & expedit ut cunctis præsentibus commune negotium pauci loquantur. Hujus Notariæ parem apud nos retinuimus. *Et alia manu*. Januarianus episcopus subscripsi. *Et alia manu* Primianus episcopus subscripsi.


XV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Alterius quoque partis recitetur epistola.

B XVI. *Romulus exceptor recitavit*. [2] Honorabili ac dilectissimo filio viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario Marcellino, Aurelius, Silvanus, & universi episcopi Catholici. Edicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranquillitati quietique servandæ, & veritati manifestandæ muniendæque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has litteras intimamus: hoc est, de loco & tempore ipsius collationis, & de numero eorum quos præsentes esse oportebit. Consentimus etiam, ut ii quibus conferendi delegamus officium, subscribant prosecutionibus suis, Inque illo scripto quo eis hoc munus imponimus, ratumque nos habituros quod egerint, pollicemur, subscriptio- C nes omnium nostrum non solum habeas factas, verum etiam cum fiunt ipse perspicias: admonituri quoque Domino adjuvante, populum Christianum, ut a collationis loco, quietis & tranquillitatis gratia, suum abstineat omnino conventum, & ea quæ aguntur non cum aguntur audire festinet, sed conscripta ut cognoscat exspectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti. Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, ut si nobis ii cum quibus agimus, demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissa populi Christiani usquequaque crescendo jam magnam partem orbis implerent, & in cetera dilatarentur implendam, subito Ecclesiam Christi nescio quorum quos isti accusant D peccatorum perisse contagio, & in sola remansisse parte Donati: si hoc ut dictum est demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur pro sola æterna salute consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere Ecclesiam Christi omnium non solum Africanarum, verum etiam transmarinarum provinciarum, multarumque gentium spatia feracissima populorum copia jam tenentem, & sicut scriptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse, si denique ipsorum quos tunc accusare voluerunt potius quam convincere value- E runt, quæstionem demonstraverimus esse finitam, quamvis non in eis Ecclesiæ causa consistat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumniosos esse judicatos ab eo Imperatore, ad cujus examen criminationes suas ultro accusando miserunt: postremo si quidquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel divinis probaverimus aut eorum innocentiam falsis criminationibus adpetitam, aut Christi Ecclesiam, cujus communioni cohæremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic ejus nobiscum teneant unitatem, ut non solum viam salutis inveniant, sed nec honorem episcopatus amittant. Neque enim in eis di-

1. *Distingui*] Forte *discingui*, ut tertiæ Cognit. c. CCLIX.

2. *Honorabili* cet.] Exstat apud August. in lib. de gestis cum Emerito.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



vinæ sacramenta veritatis, sed commenta humani A detestamus erroris: quibus sublatis fraternum pectus amplectimur Christiana nobis caritate conjunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum. [1] Poterit quippe unusquisque nostrum honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino Episcopo juxta considente collega. Hoc cum alternis basilicis utrinque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo prævenitur; quia ubi præceptio caritatis dilataverit corda, possessio pacis non fit angusta; ut uno eorum defuncto, deinceps jam singulis singuli pristino more succedant. Nec novum aliquid fiet, nam hoc ab ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariæ discissionis errore unitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, Catholica dile- B ctio custodivit. Aut si forte Christiani populi singulis delectantur Episcopis, & duorum consortium inusitata rerum facie tolerare non possunt, utrique de medio secedamus, & Ecclesiis singulis damnata schismatis caussa in unitate pacifica constitutis, ab his qui singuli in Ecclesiis singulis invenientur, unitate facta, per loca necessaria singuli constituantur Episcopi. Quid enim dubitemus redemtori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An vero ille de cælis in membra humana descendit, ut membra ejus essemus, & nos, ne ipsa ejus membra crudeli divisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos nihil sufficientius, quam Christiani fideles & obedientes simus: hoc ergo semper C simus. Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur, quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Si servi utiles sumus, cur Domini æternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit, quam retenta dispersit. Nam qua fronte in futuro sæculo promissum a Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc sæculo noster honor impedit unitatem? Hæc propterea præstantiæ tuæ scribenda curavimus, & ut per te innotescant omnibus postulamus; ut in adjutorio Domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, & quo adjuvante nos im- D plere posse confidimus, etiam ante collationem, si fieri potest, corda hominum vel infirma vel dura pia caritas aut sanet, aut edomet: ac sic jam pacificis mentibus non resistamus manifestissimæ veritati, & disputationem nostram vel præcedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur, multo dignius & facilius eos velle ut pars Donati universo orbi Christiano reconcilietur, quam universus orbis Christianus a parte Donati rebaptizetur: cum præsertim de Maximiani sacrilego & damnato schismate venientes; quos etiam terrenarum potestatum jussionibus insectando emendare curarunt, tanta diligentia [2] quæsierint, E ut nec baptismum ab eis datum rescindere auderent, & quosdam eorum damnatos sine ulla honoris eorum diminutione susciperent, quosdam vero in illius discissionis societate impollutos fuisse censerent: quorum inter se concordiæ non invidemus; sed eos certe oportet advertere, quam pie tanto studio ramum a se fractum radix Catholica inquirit, si ramus ipse similiter parvum fragmen incisum sic colligere laboravit. *Et alia manu*. Optamus te fili in Domino bene valere. Aurelius episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis, huic epistolæ subscripsi. *Item alia manu*. Silvanus senex Ecclesiæ Summensis subscripsi. *Item recitavit*:


XVII. Marcellinus vir clarissimus & spectabilis Tribunus & Notarius. Quoniam justitia dictante vel fide semel me spopondisse commemini, quidquid cum utriusque partis Episcopis gessero in publicam transmissurum me esse notitiam, caussa mihi repetendorum nascitur edictorum. Nam cum superioris forma programmatis ea digesta contineat, quibus ordinata cognitio inoffensum sequatur tramitem judicandi; necessarium esse censueram, quid super eodem pars utraque sentiret, edicto ab universis Episcopis flagitare: qui dicationi meæ partim per notariam, partim per epistolam rescribentes, quid super conditionibus nuper propositis sentiant intimarunt. Cujus vel epistolæ, vel notariæ quemadmodum se forma contineat, offerendum publicis obtutibus judicavi, ut quid vel præcedentis edicti textus exegerit, vel singularum partium responsione relatum sit, ubi totius populi consideraverit agnitio, qualiter se habeat examinantis intentio perspicue possit advertere. *Quo indito, idem recitavit*:

XVIII. Honorabili ac dilectissimo filio viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario Marcellino, Aurelius, Silvanus & universi Episcopi Catholici. Multum nos sollicitos reddidit notaria vel litteræ fratrum nostrorum, quos cupimus ad Catholicam pacem a perniciosa dissensione converti; quod edicto nobilitatis tuæ, quo ipsius disputationis nostræ tranquillitati quietique providisti, consentire noluerunt: ne forte etiam si non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum seu strepitum, collationem, quæ pacifica & pacata esse debet, impediant. Atque utinam ipsos non pertentet ista cogitatio, & nos potius fallat ista suspicio: & ideo si velint omnes esse præsentes, ut cum eis visum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, simul inde egrediamur concordes atque pacati, & schismatica divisione correcta, fraterno unitatis Christi vinculo obstricti, mirantibus & gaudentibus omnibus bonis, dolente autem solo diabolo & similibus ejus, pariter in Ecclesiam ad gratiarum actionem laudesque Deo reddendas ardentissima & lucidissima caritate pergamus. Quid enim magnum est si oculus pacatus attendat, & cogitatio Christiana non deserat considerare & videre, remotis humanis criminationibus seu veris seu falsis, in eis litteris Ecclesiam esse quærendam ubi Christus redemtor ejus innotuit? Nam sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus ejus de sepulcro furatum a discipulis, sic non debemus audire contra ejus Ecclesiam, eos qui dicunt, non eam esse nisi in solis Afris & Afrorum paucissimis sociis. Apostolus quippe dicit, *quoniam veraces Christiani membra sunt Christi*. Sicut ergo non credimus furto cujusquam periisse carnem Christi mortuam de sepulcro, sic credere non debemus peccato cujusquam viva ejus membra periisse de mundo. Non est itaque difficile, quoniam caput est Christus, & corpus Ecclesia, simul in Evangelio commendatum videre, & caput contra calumnias Judæorum, & corpus contra criminationes hæreticorum. Nam quod legitur, [a] *Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertio die*, contra eos est qui dicunt mortuum de sepulcro esse sublatum; quod autem sequitur, [b] *& prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes*

a Luc. XXIV. 46. *b* Ibid. ℣. 47.


1. Vide August. in Brevic. Collat. diei 1. cap. 5. in lib. de gest. cum Emerito & in serm. ante Collat.

2. *Diligentia*] Al. *dilectione*.



gentes incipientibus ab Jerusalem, contra eos est qui A dicunt non esse Ecclesiam in orbe terrarum: ut uno brevi capitulo paucisque verbis, & inimicus capitis, & inimicus corporis repellatur, & si fideliter attenderit, corrigatur. Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tanto magis dolemus, quanto magis eos constat easdem scripturas nobiscum tenere, quibus hæc apertissima testimonia continentur. Judæi quippe qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt Evangelium: isti autem fratres nostri, utriusque testamenti auctoritate devincti sunt: & tamen criminari nos volunt de Evangelio tradito, & nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortasse hujus collationis cura suscepta diligentius perscrutati sunt scripturas sanctas, & quia in eis innumera- B bilia testimonia repererunt, quibus promissa est Ecclesia futura in omnibus gentibus & toto orbe terrarum, sicut eam reddi & præsentari cœpisse in Evangelio & epistolis Apostolicis & in actibus Apostolorum videmus, ubi & ipsa loca, & civitates, & provinciæ leguntur per quas crevit, incipiens ab Jerusalem, ut inde se etiam in Africam non migrando, sed crescendo diffunderet. Non autem invenerunt aliquod testimonium divinorum eloquiorum, ubi dictum est eam perituram de ceteris partibus mundi, & in sola Africa (in) Donati parte mansuram: & viderunt quam sit absurdum, pro illa quæ fuerat peritura, tot testimonia divina recitari: pro ea vero quæ, sicut putant, fuerat Domino pla- C citura, nullum ejus testimonium reperiri. Hæc forte cogitantes, ad finiendas vanas & perniciosas & saluti æternæ contrarias inimicitias, ad locum collationis nostræ omnes convenire voluerunt, non ut tumultus novus oriatur, sed ut vetus discordia finiatur. Nam & illud quo in nos solent graviter irritari, quod Reges terræ, quos tanto ante prædictum est Christo Domino servituros, leges contra hæreticos & schismaticos pro Catholica pace constituunt, credimus quod aliquando cogitaverint, non esse culpandum, quia & antiqui Reges non solum gentis Hebraicæ, sed etiam alienigenæ, ne quisquam contra Deum Israel, hoc est, verum Deum non tantum faceret, sed vel diceret aliquid, omnes D regni sui populos præceptis minacissimis terruerunt, & majores istorum ipsam Cæciliani caussam, unde nata est ista dissensio, ad Constantinum Imperatorem per Anulinum Proconsulem accusando miserunt: quod utique non ob aliud videntur fecisse, nisi ut Imperator Constantinus contra eos qui superati essent, eis qui superassent aliquid regali auctoritate decerneret, totamque ipsam caussam potuerunt & forte fecerunt ipsius collationis necessitate, archivis publicis perscrutatis invenire olim esse finitam, post Ecclesiastica judicia, quibus absolutus est Cæcilianus, illo etiam Imperatore judicante, ad cujus examen rem totam & primo miserunt & postea perduxerunt. Ibi potuerunt etiam caussam Felicis E Aptungensis ordinatoris Cæciliani, quem malorum omnium fontem in Concilio suo dixerant, cognoscente Æliano Proconsule ex præcepto ejusdem Imperatoris invenire purgatam. Quamquam & hoc si attenderunt, & quod facile fuerat, adverterunt, in scripturis sanctis Ecclesiam Christi permixtis zizaniis & palea & piscibus malis futuram esse promissam usque ad tempus messis, ventilationis, & litoris, utique cogitare potuerunt, etiamsi malam caussam Cæcilianus & Coepiscopi ejus habuissent, nihil eos præjudicare potuisse orbi Christiano quem Deus paucis credentibus tanto ante promisit, & nunc multis videntibus reddidit. Nisi forte plus contra Ecclesiam valuit homo peccans, quam pro Ecclesia Deus jurans, & iniquitas quod admisit, quam veritas quod promisit. Hæc sentire quam sit stultum & impium jam fortasse viderunt: cogitaverunt quoque damnatos a se Maximianistas Primiani damnatores per potestates terrenas etiam de basilicis curasse pellendos, & ibi certius exemplo suo recentiore didicerunt non esse peccatum, si tale aliquid Ecclesia contra rebelles suos ab hujusmodi potestatibus postulat, & quod aliquos ex damnatis postea receperunt, quos cum damnarent, aliis etiam plurimis in eadem societate schismatis constitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani sacrilegi surculi communione impollutos mansisse dixerunt, & baptismum vel a damnatis, vel a sociis eorum, quamvis foris in schismate datum rescindere atque iterare non ausi sunt, satis utique judicarunt ea quæ contra nos dicebant, exemplo suo esse damnata, & credendum est quod jam intelligant quam sit indignum, quam intolerabile, ut cum sedeant in cathedris Episcopalibus cum istis & cum ipso simul Primiano damnatores ejus & damnati in caussa ejus, ut sit pax in parte Donati, de Cæciliano infametur orbis Christianus ne in pace vivat unitas Christi. Hæc omnia fortasse cogitantes & Dei timore permoti omnes collationis loco adesse voluerunt, non tumultus dispositione, sed pacis. Quod enim præterea se universos adesse dixerunt, ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos esse adversarii sui sæpe mentiti sunt, hoc si aliquando a nostris dictum est, de his locis dici verissime potuit, ubi nostrorum Coepiscoporum & clericorum atque laicorum longe major est numerus, & maxime in Proconsulari provincia, quamquam, excepta Numidia Consulari, etiam in ceteris provinciis Africanis nostrorum numero facillime superentur, aut certe, in comparatione omnium gentium per quas Catholica communio dilatatur, eos esse paucissimos rectissime dicimus. Sed nunc si numerum suum innotescere voluissent, nonne ordinatius atque tranquillius innotesceret per eorum subscriptiones, quas ut mandato suo te cernente subjungant, edicto admonuisti? Quid sibi ergo vult quod collationis loco omnes adesse desiderant? Si enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt locuturi? aut quid illic facient tacituri? Nam etiamsi clamor non fit, solus susurrus ipse multorum, satis magnum strepitum faciet, quo impediatur illa collatio. Quid est autem quod in notaria sua ponendum putarunt, ideo se juste flagitasse ut omnes adessent, quia omnes conventi sunt ut venirent? quasi possent eligi pauci qui adesse deberent, nisi ab omnibus qui venissent, ut eorum electioni te præsente subscriberent, ac sic in paucis omnes essent cum ab omnibus pauci electi essent[f]. Aut ergo tumultus ab eis cogitatur, aut pax: quorum illud optamus, illud cavemus, & ideo ne forte, quod absit, hoc præparetur potius quod cavemus quam quod optamus, sic consentimus adesse omnes illos, ut tamen a nobis tantus adsit numerus, quantus tuæ spectabilitati sufficere visus est: ut tumultuosum perturbans si quid emerserit, nonnisi eis recte imputetur, in quorum parte præsens fuerit ad rem quæ a paucis agenda est, omnino superflua multitudo. Si autem quod votis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod suppliciter a Domino deprecamur, caussa unitatis faciendæ illa erit necessaria multitudo, cum voluerint, omnes aderimus, & ad tantum bonum illo adjuvante qui hoc donat, alacriter convolabimus, dicentes, Fratres nostri estis, non jam eis qui nos detestantur, sed qui odio finito amplectuntur, ut nomen Domini honorificetur, & appareat

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



illis in jucunditate jam nobiscum experientibus A quam bonum sit & jucundum fratres habitantes in unum. *Et alia manu*. Optamus te, fili, in Deo bene valere. *Item alia manu*. Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis subscripsi. *Item* Silvanus primæ sedis provinciæ Numidiæ subscripsi.

XIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Evidenter apparuit edicto dicationis meæ numero præstito quem ex omnium voluntate susciperent, curam negotii peragendam, quoniam id etiam sacratissimam legem voluisse ejus recitatio patefecit. Et quia Catholicos Episcopos ad edicti tenorem consensisse monstratum est, utrum etiam Episcopi partis alterius de hac re satisfecerint, vel utrum nunc satisfacere velint, intimare dignentur. B

XX. *Emeritus Episcopus dixit*: Acta est, ut arbitror, caussa & adhuc confligentium non est statuta persona. Tibi enim, judicum verissime, nihil aliud incumbit quam tenere veritatem. Si enim omnium negotiorum avertamus instantiam, primo de tempore, de mandato, de persona, de caussa, tunc demum ad merita negotii veniendum est. Quod si prætermissis istis, secundum forenses fasces jactantiamque illius controversiæ quam tribunalia sibi vindicant, semper legalis nobis ritus ac sermo servandus est, judica, vir sublimis, in negotio Christiano: quia huic caussæ judicat Deus, qui & nostra merita & veri judicis sententiam æqua ponderans libra, ne invergat, attendit. Edictis enim propositis præ- C sentiæ tuæ quantum ad judicis voluntatem pertinet, nihil temere, nihil incongrue, nihil adversus aliquem videmus esse prolatum quantum ad responsiones nostras, quoniam ante caussam superflue & ante merita principalis negotii supervacua esse noscuntur: neque mihi nostra propositio, neque illorum responsio officere potest, cum, salvis omnibus ante causam nunc limen ingressi judicii, quæ sint merita negotii definire valeamus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

XXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Constat de causa nihil penitus mutilatum, cum ea tantum quæ ante scripta vel gesta sunt, præceperim recitari. Unde quoniam certus a D partibus numerus constitui debere præceptus est, utrum edicto paritum sit, sicut superius interfatus sum, venerabilitas vestra intimare dignetur.

XXII. *Emeritus Episcopus dixit*: Admoniti quidem integritatis tuæ edictis, omnia integra & illibata causæ servabimus. Hanc causam, si tempus, si dies patitur, intimamus. Scimus enim & edicto spectabilitatis tuæ, & sacri tenore rescripti, intra quatuor menses causam debere finiri. Si iste est dies, veniamus ad causam. Non possumus etenim quidquam de meritis disceptare, nisi primo de die fuerit judicatum. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

XXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Ex edicto secundo diem cognoscere E potuisti, qui dies Kal. Juniarum videtur esse constitutus, quoniam hunc esse hodiernum etiam suggestio patefecit officii, & recitatio monstravit edicti. Superest, utrum de ordinando negotio a vestris partibus eligendisque personis satisfactum sit, intimetur. Siquidem in confusa multitudine, certa non possit esse persona, cum hoc constet etiam legibus definitum.

XXIV. *Emeritus Episcopus dixit*: Diem negotii utrum terminus edictalis incluserit, an forma Imperialis præcepti, nobilitatis tuæ debet judicio definiri. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

XXV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Ex edicto dies est constitutus, secundum formam judicii principalis; & quoniam non est in his diutius immorandum, superest ut in electione satisfaciatis cælestibus constitutis.

XXVI. *Emeritus Episcopus dixit*: Forma præcepti talis est, ut intra quatuor menses causa dicatur. Si secundum hanc formam sublimitatis tuæ edictum est constitutum, superest ut suggerente officio, in medium causa mittatur. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

XXVII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Officium ad quæsita respondeat. *Nampius Scriba dixit*. Secundum diem edicti nobilitatis tuæ quartus mensis conclusus est, die XIIII. Kal. Juniarum.

XXVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Cum partes Carthaginem utræque venissent, in hunc eas diem consensisse non dubium est. Siquidem nulla super hac parte videatur aut dilatio postulata, aut judicium flagitatum.

XXIX. *Petilianus Episcopus dixit*: Nos ad hanc urbem XV. Kal. die Juniarum venisse, & notaria nostra signavimus, & omnem non dico Carthaginem, sed Africam fecimus testem: qui si non adessemus, jam pars adversa sine dubio flagitaret in contumaces dicendam esse sententiam, tempusque jam fuisse definitum, quo nec post venientibus agere quidquam aut respondere licuisset. Si igitur vir nobilis mediam semper libram judicii tui suspensam ita tenes ac regis, ut nullam in partem vergat aliquid gratiam illam qua tibi conditionem atque præceptum Imperiali auctoritate cognoscis esse permissum, ut ferre possis in contumaces sententiam: nunc te judiciali illo motu illa quæ pura censura animadvertere oportebit, contra hanc partem te ferre judicium, quæ destitit, quæ non adfuit, quæ delectata est laboribus meis, quæ in hoc quoque mihi insultavit, ut diu chorus iste sanctissimus Senatus cælestis spectaret judicii tui auctoritatem, excubaret pene quotidie, ipsaque Dei, quæ sacra sunt, sine sollicitudine non gessisset. Feras igitur quæso judicium, promasque sententiam, non dico acriorem quam adversum me ferre potueras, sed quam tibi leges & Imperiale præceptum intimant, quamque præcipiunt. Non enim fas est, ut qui contra nos posses ferre judicium, nunc contra adversarios meos sententiam valeas denegare. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

XXX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Sanctitatem atque peritiam tuam latere non credo id Imperiali præceptione fuisse constitutum; ut ea pars quæ trini edicti conventione adesse noluisset, sententiam contumacis incurreret. Perpensa enim clementissimus Imperator moderatione constituit, ut si longinquitate itineris quarto mense partes ad constitutum locum venire minime potuissent, duorum mensium induciæ præstarentur. Quam quidem rem ne alicujus partis querela videretur exsistere, videor custodisse. Unde de tempore, quoniam magis forensis est quam Episcopalis objectio, quæ quidem nec in publico judicio secundum formam Imperialis præcepti prævalere potuisset, cum partes utrasque observasse sat clareat, sicut superius interfatus sum, utrum electi sint qui peragere possent ex omnium voluntate negotium, intimare dignamini.

XXXI. *Emeritus Episcopus dixit*: Causæ præscriptio est judicis sermo, servari forensem usum consuetudinemque; jurgandi inter Episcopos non oportere nutare illam versutiam legum jurisque controversiam, ubi de fidei statu & de totius sanctitatis disceptatione tractatur. Quod quidem castis & bene

credulis auribus accipimus, vir spectabilis: sed ne forte in perniciem nostram ista replicentur, jusque transeat ad adversarios iterum confligendi, adferaturque nobis hoc juris præcepto servato: in hanc formam legis consentire debes, hoc ipsum judiciaria auctoritate defige, Episcopalis nos moris regula sanctitati adesse debere, ut non præstigiis juris, neque ligaminibus cujusque facundiæ, sed testamento novo ac veteri, quod instituit Deus, quod sacravit Dominus Christus, caussa possit audiri. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

xxxii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Ne quid inordinate fieri videatur, quoniam hoc & ipsum veritatis regula continetur, & legum dictat auctoritas, prius est ut personarum numerus designetur: tunc demum ea quæ partibus competunt, per eos qui firmati fuerint rectius peragentur. Ne hæc inter incertas personas videantur infirma.

xxxiii. *Emeritus Episcopus dixit*. Cum omnes qui mandaturi sunt adstare videantur, magisque persona præsentium quam sermo teneatur absentium, quid est quod potest movere judicia, cum statutis omnibus quæ primo ex lege descendunt, quæque initium caussæ facere consueverunt, tunc demum ad electionem defensorum secundum edictum sublimitatis tuæ arbitrium veniamus? *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

xxxiv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Numquam habere potuit certam multitudo personam, cum hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus soleat custodiri, ut per ordinatas atque firmatas (personas) omnia peragantur.

xxxv. *Emeritus Episcopus dixit*: Teneo fidem tuam, vir sublimis, nihil mihi de juris lege præscribi, ubi agitur de fide. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

xxxvi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Interlocutio mea non jus cessare debere, sed forensem contentionem apertissime definivit. Neque enim possunt aliqua quæ competunt partibus denegari: sed si hoc utrarumque partium consensus habet, ut nihil de jure publico, sed omnia Ecclesiasticis regulis, id est novi & veteris testamenti testimoniis peragantur, pars utraque designet.

xxxvii. *Petilianus Episcopus dixit*: Optimus moderator. *Et alia manu*. Petilianus (Episcopus) recognovi.

xxxviii. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*: Quoniam secundum N. T. edictum non omnes nostri collegæ adsunt, illi obtemperantes edicto, & voluntas cunctorum mandato continetur; jube hoc idem mandatum ab officio suscipi & recitari. *Et alia manu*. Recognovi.

xxxix. *Emeritus Episcopus dixit*: Si jubes, competit caussæ per integritatem tuam. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

xl. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Aliud constat esse quæsitum, ut utrum a jure publico recedi velitis & totum divinis legibus agitari, vestris professionibus demonstretis.

xli. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis dixit*: Inveniet hoc ipsum sublimitas tua cum hoc mandatum fuerit recitatum. *Et alia manu*. Recognovi.

xlii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Et hoc mandato evidentissime contine- A tur, ut omissa juris publici controversia, omnia divinis legibus peragantur.

xliii. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis dixit*: Recitatio mandati sensus tuos poterit informare. *Et alia manu*. Recognovi.

xliv. *Petilianus Episcopus dixit*: Legem Dei repudiat, qui dubitat quid debeat profiteri. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

xlv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Ego hæc partium volui responsione firmari: ceterum certum est me, quoniam Imperiali præcepto omnia nunc aguntur, per quod jura constituta sunt, omnino non posse.


xlvi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis dixit*: B Legem Dei non repudiamus cum hoc mandatum ingerimus legendum, in quo potest omnis nostra assertio perdoceri. Nec enim egredi possumus limitem istius mandati, quod nobis patres vel fratres nostri universalis Concilii Ecclesiæ Catholicæ, hic apud Carthaginem constituti mandarunt. *Et alia manu*. Recognovi.

xlvii. *Emeritus Episcopus dixit*: Fidei caussa est, quæ & sine mandato ipso jure agi potest. Neque enim alibi oculos habet Deus, aut deseruit cælum ne intendat caussam suam. Quid est quod de mandato, vel de obligatione mandati, de subscriptione, de modo, de formulis quæritur? Quid est quod in hac caussa quasi aut refragantis, aut non mandati C judicialis sponsio arbitrium flagitat: cum singuli quique propriam caussam, & salutis suæ negotium gerant, superfluumque sit ceterorum mandatum, cum in uno constet Ecclesiæ tota persona? Advertat, vir nobilis, integritas tua, quam in ista sede jam quodam lumine coruscare cognoscimus, veritatem ita præsidere debere, ut si forensis altercatio jurisque conflictus in medio mittitur, proponatur: sin autem simplex illa veritas qua datur vita, qua renascitur sæculum, qua liberatus est mundus, in hoc judicio spiritali altercatione conquiritur, quæso, vir sublimis, utrumque proponant & de utroque unum eligant. Aut enim merita juris omittere non possunt, præscriptionemque caussarum; aut [1] si de D illis sacratissimis legibus, quibus communis reverentia est adhibenda, patientia ipsas magis amplectar & teneam, & quasi cælestis aræ pontificatum adorem semper ac venerer, ut & tibi integro cognitori secundum institutum mentis tuæ morisque ordinem certa sit caussa judicandi, nec fluctuet judicium tuum, de quo est Deus & populus judicaturus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

xlviii. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*: Catholica Ecclesia quæ toto sicut promissa est terrarum orbe, diffunditur, cum adversæ parti semper de fide obtulisset & de actione quam nobis criminose objiciunt, collationem, & scriptis pu- E blicis, & testimoniis multorum, & conventione magistratuum facilius edocebitur. Sed ut omni ex parte tuta sit ipsius collationis caussa, confusa non facit multitudo. Deligant igitur præsentes fratres nostri quia volunt ex adverso sistentes aliquos sui ordinis primarios viros, quibus totam actionis summam committant, atque ad stipulationem faciant præsentium gestorum; ut si forte in assertione ejusdem causæ defecerint, in eorum persona qui hujusmodi negotium susceperint, absque cunctatione victos eos esse & recitatio demonstret actorum. Et ideo quia non opus est multifaria dilatione caussam peragere, deligant personas secundum propositi edi-

1. *Si de illis — adhibenda*] Addendum forte *pendemus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



cti tenorem quæ collationis caussam suscipiant, ut omnibus semper probata veritas luce clarius demonstretur. Nam mandatum nihil juris & cavillationis forensis habere, ejus lectione, si pars adversa patiatur, facilius edocebitur. *Et alia manu*. Recognovi.

xlix. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Prosecutionem tuam cum Imperiali certum est concordare præcepto, quo constitutum est ut certus a singulis partibus numerus deligatur. Nam sive juris, sive fidei caussa tractatur, certæ debent astare personæ, ut quidquid actum fuerit, integrum robur obtineat.

l. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*: Dignetur igitur spectabilitas tua mandatum susceptum officio tradere & recitari (jubere) ut ex eo tenore pars adversa quia dignatur ab hoc instructa valeat objectis omnibus respondere, unde possit etiam clarescere nihil nos jure publico velle tergiversari. *Et alia manu*. Recognovi.

li. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Professionem quam exspectabat sanctitas vestra evidenter accepit: patiatur ergo nunc recitari mandatum, salvo eo ut utraque pars me agnoscat Imperialis præcepti formam custodire debere. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*: Si jubet spectabilitas tua recitetur.

lii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Universa quæ a partibus offeruntur, ut omnis amputetur ambago, ab officio recitentur.

liii. *Petilianus Episcopus dixit*. Sine præjudicio nostro legat, salvo eo, quia hæc caussatio forensis est, non legalis. Nam uti mandato, his formulis præsumere, non est Ecclesiasticæ consuetudinis, sed forensis ludi atque certaminis, & illius exercitii quod magis argumentis quam fide aliqua sæpe subsistit. Proinde nobilitatis tuæ spectabilitatisque censura, etiam atque etiam in hoc loco morari dignentur; ut edicant utrum lege divina caussam agi velint, & ipsam disceptationem inter partes ventilari; an omnino legibus publicis uti velint: quoniam in utroque mihi plurima competunt; ut si a lege discesserit, Episcopum se non esse demonstret; si vero legem tenuerit, tunc ei ut illi qui Christianus esse desiderat debeam respondere. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

liv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Si nullo potestatis sæcularis judice residente inter Episcopos tantum hæc contentio tractaretur tunc demum eorum erat arbitrii, & forsitan justi, ut nihil publico velint jure tractari: me autem, cum legumlatores ii sint qui me judicem delegerunt, a legibus certum est deviare non posse: quamvis professionem partis e diverso venientis apertissime susceperit sanctitas vestra, in qua id expressisse cognoscitur, quod vestra prosecutio postulavit. Unde mandatum per officium recitetur.

lv. *Petilianus Episcopus dixit*: Legat. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Romulus exceptor recitavit*: Post Consulatum Varanis viri clarissimi III. Kalend. Jun. Mandatum factum in Ecclesia. *Et cum recitaret*, *Adeodatus Episcopus dixit*: Sine præjudicio nostro recitet. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Sæpius interfatus sum, omnia integris responsionibus recitari. *Romulus exceptor recitavit*: Mandatum factum in Ecclesia Carthaginiense ab universo Concilio Episcoporum Catholicorum: præsidente Aurelio Episcopo Ecclesiæ Carthagin. & Silvano primate Numidiæ. Quamvis caussa Ecclesiæ Catholicæ adversus omnes falsas criminationes, quibus eam usquequaque diffusam schismatici & hæretici per suas quasque regiones vel provincias vel divisi atque separati vaniloquis & sacrilegis insectantur erroribus, satis superque divinis testimoniis defendatur, in Africa vero adversus Donatistas etiam Ecclesiastico atque Imperiali judicio, sicut oportebat vel necesse fuerat terminata sit; tamen quia idipsum hominibus qui ista nesciunt, quo eos ad æternam salutem Christiana caritate acquiramus, instantius manifestandum atque declarandum est. Placuit nobis ex Dei Domini voluntate in hanc Carthaginiensis civitatis convenire Ecclesiam, & eligere idoneos fratres collegasque nostros ad adserendam hujus caussæ defensionem, qui crimina falsissima Ecclesiæ Catholicæ quæ toto, sicut de illa divina testantur eloquia, terrarum orbe diffunditur, a parte Donati objecta redarguant. Ecclesia quippe Christi, sanctis Patribus nostris Abrahæ, Isaac & Jacob & populis omnibus per imitationem fidei posteris & filiis eorum, ita divina & veridica voce promissa est, ut nulla humana & maledica possit voce convinci. Ad Abraham namque ita locutus est Deus. [a] *Per me juravi, dicit Dominus, propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantissimo propter me, nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum tamquam stellas cæli, & tamquam arenam quæ secus oram maris est; & hereditatem possidebit semen tuum civitates adversariorum; & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obaudisti vocem meam*. Ad Isaac quoque ista de hac re verba sunt Domini. [b] *Statuam jusjurandum meum quod juravi Abraham patri tuo, & ampliabo semen tuum tamquam stellas cæli, & dabo tibi & semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ, pro hoc quia obaudivit Abraham pater tuus meam vocem, & servavit præcepta mea & justitias meas & legitima mea*. Ad Jacob etiam loquens hoc idem adtestatione præclarissima pollicetur. [c] *Et erit semen tuum sicut arena terræ, & multiplicabitur supra mare & in Africam & in Aquilonem & ad Orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ & in semine tuo*. Unde propheta Esaias his vocibus consonans, istam Ecclesiam in Spiritu sancto futuram prævidens, sic alloquitur. [d] *Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis; quoniam multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & aularum tuarum fige palos, noli parcere, longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma: adhuc in dexteram & sinistram extenderis, & semen tuum gentes possidebit, & civitates desertas inhabitabit. Ne timeas, quoniam prævalebis, neque verearis quod detestabilis fueris; confusionem enim in æternum oblivisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor; quoniam ego Dominus qui facio te, Dominus nomen illi, & qui liberavit te Deus Israel, universæ terræ vocabitur*. Item alio loco: [e] *Et patefaciet Dominus brachium suum sanctum in conspectu universarum gentium, & videbunt omnes gentes usque ad intima terræ salutem quæ a Deo est*. Item dicit: [f] *Posui te in testamentum generis, in lucem gentibus, ut sit salus usque in fines terræ*. Malachias etiam propheta prævidens sacrificium primi populi cessaturum, id est a solis ortu usque ad occasum æternum sacrificium glorificato in gentibus nomine Domini celebrandum, ita loquitur ad Judæos: [g] *Non est mihi*

a Gen. XXII. 16-18. *b* Gen. XXVI. 3-5. *c* Gen. XXVIII. 14. *d* Isa. LIV. 1-5. *e* Isa. LII. 7. *f* Isa. XLIX. 6. *g* Malach. I. 10. 11.

voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens; & sacrificium non accipiam de manibus vestris; quoniam ab ortu solis usque ad occasum clarificatum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium mundum; quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. Hieremias quoque gentes ab extremo terræ venturas ad Deum, damnatis simulacrorum superstitionibus, sic prædicit. [a] *Domine virtus mea & adjutorium meum & refugium meum, in diem malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quam falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis utilitas!* Quia vero non in unum aliquem terræ locum ex aliis locis ad Deum gentes venturas esse prædictum est, sed in locis suis eum adoraturas, in quem damnatis simulacris fuerant crediturae, sic Sophonias propheta testatur: [b] *Prævalebit Dominus adversus eos, & disperdet omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum unusquisque de loco suo omnes insulæ gentium.* His atque aliis multo pluribus testimoniis Legis & Prophetarum adserentibus Ecclesiam toto orbe diffundi, Psalmi etiam divini ita concinunt. [c] *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Item in alio Psalmo de Domino Christo in figura Salomonis. [d] *Dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos finis terræ: coram illo decident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient illi.* Item in alio Psalmo: [e] *Deus deorum Dominus locutus est, & vocavit terram a solis ortu usque ad occasum; ex Sion species decoris ejus.* Propterea ipse quoque Dominus Jesus qui locutus fuerat ante per ora Prophetarum, posteaquam resurrexit a mortuis, jam per os proprium sic promisit Ecclesiam. [f] *Oportebat, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Jerusalem:* tamquam illud testimonium Psalmi quod recentissimum posuimus, verbis aliis exponeret. Nam quod ibi positum est, *vocavit terram a solis ortu usque ad occasum*, hoc Dominus ait, *per omnes gentes*: & quod ibi positum est, *ex Sion species decoris ejus*, hoc Dominus ait, *incipientibus ab Jerusalem*. Quis enim nesciat Sion & Jerusalem unicam esse civitatem, unde cœpit passio & resurrectio Domini Jesu Christi per orbem terrarum populis mundandis atque salvandis illustrissimo præconio prædicari? Proinde & ascensuris in cælum, providens unde fuissent carnales homines pro suis divisionibus & separationibus litigaturi, cum quæsissent discipuli audire ab eo aliquid de fine sæculi. [g] *Non est*, inquit, *vestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem Spiritus sancti, & eritis mihi testes in Jerusalem & in totam Judæam & Samariam, & usque in totam terram.* Hanc auctoritatem magisterii cælestis secuti Apostoli, Ecclesiam commendant in toto mundo fructificantem atque crescentem; & ne se in partes membra Christi per hominum nomina dividant, ita carnales, qui jam hoc facere cœperant, Apostolus alloquitur. [h] *Obsecro vos fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Nuntiatum enim est mihi, fratres, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt in vobis, & unusquisque vestrum dicit, ego quidem sum Paulli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paullus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Paulli estis baptizati?* Unde & istos, quorum contra errorem & pro quorum salute nomine Christi elegimus, qui eorum criminationibus falsis vanisque respondeant, in sacramentis Christi fratres nostros agnoscimus, nec eorum detestamur perversitatem, sed ipsa Christi sacramenta, in eis approbamus, & rescindere non audemus: meminimus enim per Prophetam esse præceptum. [i] *Audite qui pavetis verbum Domini, dicite, fratres nostri estis, his qui vos oderunt, & qui vos detestantur, ut nomen Domini honorificetur, & appareat illis in jucunditate.* Jam quod sequitur, ipsi sibi salubriter dicant, vel a Propheta potius quam a nobis hoc audiant: nos leviora dicimus, ut pacem potius cum correctis, quam litem cum perversis habeamus, fratres nostros esse dicimus, ut nomen Domini honorificetur; quia ipsi nos oderunt & detestantur, esse se fratres nostros negant; quia nomen hominum ab eis magis quam Domini honorificatur. Ac per hoc fratres & Coepiscopi nostri quos ad eorum criminationes redarguendas elegimus, in hac collatione quæ cum eis habenda est, Ecclesiam sanctam adversus eorum objecta defendant. Dicunt enim quod hæc Ecclesia (quam in Lege & Prophetis & Psalmis accepimus prænuntiatam, opera Salvatoris expressam & sanguine redemtam, Apostolorum laboribus disseminatam atque plantatam incipientibus ab Jerusalem, ubi in centum viginti animas simul congregatas sanctus Spiritus venit, eosque in quos venit, linguis omnibus gentium loqui faciens, evidentissimo signo docuit Ecclesiam per omnes gentes futuram, & linguis omnium gentium locuturam), hanc ergo Ecclesiam quæ isto modo ut prædictum & impletum est, ab Jerusalem sumsit exordium, atque inde se in Judæam, & Samariam, aliasque orbis terræ partes Apostolorum prædicatione diffudit, in quorum litteris atque actibus civitates & provincias invenimus longe lateque distentas, in quas eam suis speciosis pedibus invexerunt, unde & in Africam cresceret: hanc ut diximus Ecclesiam dicunt isti contra quorum errorem collegis nostris collationem defensionemque mandamus, Cæciliani Episcopi quondam Carthaginiensis Ecclesiæ, & sociorum ejus nescio quibus peccatis periisse pollutam, atque in parte Donati ejus reliquias remansisse. Hanc vanam & sacrilegam criminationem ii quibus mandamus ita redarguant, & refellant, ut primitus Ecclesiæ caussam a caussa quorumdam hominum distinguant atque discernant: quoniam Ecclesia permixtos malos habitura prædicta est, quo usque messis tempore a tritico zizania segregentur, vel a frumentis palea ventilata discedat, vel oves ad dexteram, hædi ad sinistram qui nunc eisdem pascuis permixti sunt, segregentur: vel mali pisces a bonis, qui nunc intra eadem retia simul trahuntur ad littus in eodem littore, hoc est in fine sæculi, dirimantur. Homines autem quilibet in Ecclesia, si boni sunt, triticum vel frumenta ejus sunt, oves ejus sunt, pisces boni ejus sunt: sin autem mali sunt, zizania, palea, hædi, pisces mali ejus sunt. Non ergo propter

a Jerem. XVI. 19. b Sophon. II. 11. c Psalm. II. 7. 8. d Psalm. LXXI. 8-11. e Psalm. XLIX. 1.
f Luc. XXIV. 44-47. g Act. I. 7. 8. h I. Cor. I. 10-13. i Isa. LXVI. 5.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

eos tota messis, tota area, grex totus, piscatio tota damnata est, ne, cum ante tempus audemus quasi de malis temere judicare, & aliis aliorum objectare peccata, bonos propter malos sacrilega separatione deseramus; cum potius malos propter bonos pia unitate tolerare debeamus. Urgendi ergo sunt isti harum Evangelicarum similitudinum, & tam perspicuæ veritatis inimici, ut doceant quod intendunt, ac prius ostendant, si valuerint, quomodo Ecclesia, quam incipientem ab Jerusalem in scripturis sanctis per propinqua & longinqua fructificantem atque crescentem accepimus & tenemus, quorumlibet, quos accusant, contagione perierit, & in Donati parte remanserit: Si enim hoc fieri potuisse monstraverint, tunc utique ad caussam Ecclesiæ pertinebit, aliam fortasse suscipere atque discutere quæstionem, utrum Cæcilianus ejusque collegæ vel tales fuerint quales ab istis fuisse dicuntur, vel sic innotescere potuerint Christianæ, quæ jam tunc erat, unitati usquequaque diffusæ, ut eam usque ad ultimas terras ipsius notionis contagione macularent & perderent. Fatentur quippe etiam ipsi neminem peccatis alienis maculari posse quæ ignorat. Unde si demonstrare voluerint tam latam per tantas terras communionem gentium Christianarum peccatis Cæciliani & sociorum ejus contaminari ac perire potuisse, non sufficit ut ostendant tales eos fuisse, quales accusando criminantur, nisi etiam ostendant vera crimina eorum omnibus innotuisse, quos ipsa contagione periisse contendunt. Si autem non potuerint demonstrare Catholicam Ecclesiam per omnes gentes in quibus eam divina commendant eloquia ullis alienis peccatis destrui potuisse, sequestrata paullulum caussa Cæciliani & eorum quos cum illo accusandos esse putaverunt, quæ ad Ecclesiæ caussam omnino non pertinet, quoniam & si mala fuisset, eam contaminare non posset, nos quod dicimus ad earum crimina repellenda, ab eis quibus officium defensionis hujus imponimus, evidentissime & exemplis cumulatius ostendatur: id est, Ecclesiam Christi nullorum malorum, usque in finem sibimet permixtorum, non solum ignotorum, verum etiam cognitorum, quasi corruptione pestifera posse inquinari atque deleri, primum exemplis propheticis, qui populum peccatorem, & Deum multis exsecrabilibus abominationibus offendentem tam severis vocibus arguebant, & flagellis correptionis duros atque indomitos animos usque ad inimicitias adversum se horribiles excitabant: nec tamen se ab eo populo, in quo utique etiam boni inter malos erant, corporali discrimine dividebant, melius indicantes per patientiam ferre malos, quam per calumniem relinquere bonos. Ipse Dominus Jesus Christus exemplum singulare patientiæ, traditorem suum utique pessimum, non solum cognitum in discipulorum numero pertulit, verum etiam præcognitum in discipulorum numerum assumsit: dixit etiam Discipulis suis: [a] *Et vos mundi estis, sed non omnes*: ut eo modo scirent munditiam suam aliena immunditia non posse fordescere. Apostolorum temporibus testis est Apostolus Paullus inter falsos fratres gemens, & quosdam per invidiam, quod utique diabolicum vitium est, Christum adnuntiantes in epistola sua notans, quemadmodum boni malos, propter unitatem Christi pietate sollicita conservandam, sine ulla sua perditione in sacramentorum communione tolerabant, a quorum malitia longe abhorrebant.

A Post Apostolos etiam Episcopi boni, quemadmodum propter unitatem Christi, non solum quoslibet laicos verum etiam Coepiscopos toleraverunt malos, testes sunt litteræ martyris Cypriani, ubi gemit avaritiam quorumdam collegarum usque ad crudelitatem fœnoris, rapinasque fundorum; nec tamen malorum contagione factus est talis, sed bonorum dilectione pertulit tales, non tantum id exemplo admonens, verum etiam præcepto instruens. Nam in quadam epistola sua (LI.) dicit. *Etsi videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides, aut caritas nostra, ut quoniam esse zizania in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus*. Ipsorum etiam qui huic veritati adversantur, judicio B probandum est quam sit hoc verum, qui cum Maximianum damnassent merito sacrilegi schismatis, sociis ejus qui cum illo ab istis foras exierant, seque ab eorum communione separaverant, dilationem ad redeundum dederunt, dicentes eos illius sacrilegii surculi [1] plantarii non esse pollutos, quod quidem cum omnes unius schismatis societas connexos teneret quemadmodum recte dici potuerit, non invenimus; sed tamen vel sero hinc intelligere cogantur, multo potius in unitate Catholica malos bonis tamquam paleam frumentis obesse non posse, si in concisione schismatica ubi palea sola est, putatus est Maximianus ejusdem concisionis suæ socios, tantum, quia ordinationi ejus præsentes non fuerunt, non C potuisse maculare; & videant quam inconsiderate dicant Cæcilianum, qualiscumque ille fuerit, & ejus quoscumque collegas, in tot longinquis gentibus unitatem Christianam perdere potuisse; cum Maximianum arbitrentur nec Afros participes sui schismatis perdidisse. Sic apparebit, ad Ecclesiæ caussam, cujus injungimus defensionem, non pertinere Cæciliani caussam, qualemlibet habeat quæstionem. Quod autem accusant baptismum nostrum, vel potius baptismum Christi quem habemus & ministramus, eumque in eis quos deceperint ingemiscendo errore rescindunt, sic ferendum est, quemadmodum ipsa Ecclesia cujus donum est. Non enim audebunt amplius baptismum accusare quem damus, si ab eo- D rum criminibus Ecclesia purgabitur quam tenemus. Sed si illud, ut assolent, objiciendum putaverint, quod baptismum Christi etiam foris a nostra communione traditum agnoscimus potius quam improbamus, nec rescindere audemus; respondeatur eis, quantiscumque rationibus & testimoniis responderi potuerit, divina Ecclesiæ dona & apud fures vel usurpatores vel etiam raptores inventa, agnoscenda esse potius quam neganda. Nam, sicut Apostolus de quibusdam dicit, quia veritatem in iniquitate detinent, ita omnes qui extra Ecclesiam Christi habent vel ministrant baptismum Christi, veritatem sacramenti divini in iniquitate detinent erroris humani; unde humana iniquitate correcta, non est veritas E divina violanda. Qui autem putant negandum esse baptismum Christi quia eum & hæretici tradunt; possunt putare negandum esse etiam ipsum Christum, quia eum & dæmones confitentur. Et ideo ad Ecclesiam venire debent, qui extra ejus communionem baptismum ejus habent, non ut quod deerat adsit, sed ut quod inerat prosit. Neque putandum est illos hinc clam diuturnum habituros esse conflictum, quandoquidem etiam de hac re suo judicio & exemplo poterunt admoneri: baptismum quippe Christi extra suam communionem in

a Joan. XIII. 10.

1. *Illius sacrilegi surculi*] Respiciunt hoc loco Catholici ad decretum Concilii Bagaiensis, in quo post damnatum Maximianum ista de sociis ejus qui dicuntur, *eos autem quos sacrilegi surculi non polluere plantaria, hoc est, qui a Maximiani capite manus verecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire promisimus*. BALUZIUS.



Maximiani schismate datum, in eis quos inde cum illis quos damnaverant susceperunt, agnoscere quam rescindere maluerunt. Proinde & illud quod non recte intelligentes solent dicere: [a] *Ne communices peccatis alienis*, (neque enim hoc corporum segregatione, sed morum dissimilitudine faciendum est,) in eis coguntur attendere, quemadmodum intelligendum sit, quos cum Maximiano damnato sacramenta communicantes impollutos fuisse dixerunt, & quod de baptismo solent accipere quod dictum est: [b] *Qui baptizatur a mortuo*, & cetera hujusmodi, in eis ipsis nosse coguntur quomodo accipienda sint, quando ab illis quos cum damnarent mortuos esse dixerunt, baptismum in schismate datum improbare atque iterare non ausi sunt. Et quod nobis objicere consueverunt, quod ad eos corrigendos pro unitate Christi apud terrenas potestates aliquid agere cogimur, in ipsis identidem Maximianistis compellendi sunt approbare quos cum apud judices terrenos tamquam schismaticos suos vel hæreticos accusarent, ut de basilicis pellerent, etiam Bagaiense Concilium quo eos damnaverunt, aliquoties allegarunt Quæ omnia ideo dicenda sunt, ut & suo judicio commoneantur dissensionem tandem deponere, & consumta vel abjecta falsarum & vanarum animositate criminationum, diligere Catholicam pacem, amplecti individuam caritatem; sine qua nullus hominum bonus esse poterit, quidquid boni aliud habere potuerit. Quibus peractis nec ipsam Cæciliani caussam volumus deserant, sed eam non tamquam Ecclesiæ matris, sed tamquam Episcopi fratris suscipiant: ne sicut iterum discutiatur finienda, sed ut demonstretur jam olim esse finita Ecclesiasticis & publicis documentis: quorum nonnulla sufficient si eis cum a nobis proferuntur, fidem habere voluerint. (Et si noluerint,) potuerunt archivis etiam contestantibus declarari: quibus appareat, & caussam Cæciliani eos per Anulinum Proconsulem ad Imperatorem Constantinum accusando misisse, & eumdem Imperatorem post Ecclesiastica judicia quibus Cæcilianus fuerat absolutus, caussam totam partibus præsentibus cognovisse, atque innocentem Cæcilianum, illos autem calumniosissimos judicasse. Felicis quoque Aptungensis ordinatoris Cæciliani innocentiam, Æliano Proconsule ex præcepto ejusdem Imperatoris cognoscente claruisse, quem malorum fontem in Concilio suo ipsi dixerunt. Quæcumque autem crimina quibuslibet collegis nostris, non jam more conferentium vel disputantium, sed maledicentium & litigantium objicienda putaverint, respondendum est eis, nec eorum caussas ad Ecclesiæ caussam quam nunc defendendam injungimus, pertinere: nec ipsas tamen ei discutiendas auferri, sed pro temporis, quod nunc instat, necessitate differri: ut cum Ecclesiæ caussam, quam nunc clementissimus Imperator cognoscendam & demonstrandam recenti præceptione curavit, fuerit terminata, quæcumque quibuscumque nostris objicienda arbitrantur, apud quos voluerint judices & nostros & suos, cum jam Catholicæ unitati fuerint sociati, vel purgata monstrentur, vel convicta puniantur. Hæc eo A modo quo conscripta sunt, & si quid uberius & firmius eis Dominus dederit, exsequenda mandamus fratribus & Coepiscopis nostris Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano & Possidio. Quod mandatum se suscepisse testantur subscriptionibus suis, sicut nos mandasse testamur subscriptionibus nostris, ratum habituri quidquid, adjuvante Domino, in hac defensione peregerint. His autem adjungimus cum quibus ubi opus fuerit consilium habeant, Novatum, Florentium, Maurentium, Priscum, Serenianum, Bonifacium, & Scillatium: ad custodiendam vero conscriptionem gestorum, Deuterium, Leonem, Asterium, & Restitutum. *Quo recitato*;

B LVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Quoniam ex recitatione mandati quod gestis præsentibus adhærebit, claruit divina magis testimonia quam forensia vincula esse prolata, & edicti pariter mei tenorem fuisse servatum, in numero scilicet deligendo, & Imperialis constitutionis formam nihilominus custoditam: ideoque, quoniam justitiæ ordo hoc postulat, etiam subscriptiones omnium recitentur.

LVII. *Romulus exceptor recitavit*: Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis Carthagini constitutus præsente V. C. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Item alia manu*. Silvanus primæ sedis provinciæ C Numidiæ præsente V. C. Marcellino Tribuno & Notario Carthagini constitutus mandato a nobis facto consensi & subscripsi. *Item alia manu*. Valentinus Episcopus Ecclesiæ Vaianensis [1] Carthagini constitutus, præsente V. C. Marcellino Tribuno & Notario mandavi & subscripsi. *Et reliquæ subscriptiones quorum nomina mandato continentur*.

LVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Has quoque subscriptiones cum mandato gesta suscipient. *Et adjecit*: Numerus etiam subscribentium designetur. *Martialis exceptor dixit*: Ducenti sexaginta sex sunt.

LIX. *Petilianus Episcopus dixit*: Ubi sunt qui mandaverint? *Et alia manu*. Petilianus Episcopus D recognovi.


LX. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*: Opus est hoc, eligant de suis septem, & eant ubi constituti sunt in Ecclesia, & videant illos. *Et alia manu*. Recognovi.

LXI. *Petilianus Episcopus dixit*. Subtilis argumenti res est, ut judicem facerent testem. Potuerunt etenim etiam quoscumque clericos minoris loci apponere nominibus suis, & fingere illum honorem esse quem apud se summum existimant, cum hinc potissimum dubitetur. Proinde veniant in judicium Notarii a nobis singuli cognoscantur. Veremur etenim argumenta sæpe diutius requisita, quæ in perniciem simplicitatis nostræ quotidie machinantur. E Hæc igitur prima res est, de qua per notariam nostram sublimitati tuæ intimare curavimus neque cessavimus, ut de numero primo nostro constaret, quem esse parvulum semper imperialibus auribus mentiuntur: quidquid enim contra nos semper eli-

[a] I. Tim. V. 22. [b] Eccli. XXXIV. 30.

1. *Vaianensis*, seu *Baianensis*, uti scriptum est in veteri libro. Infra capp. *99. 115. 135.* scribitur semper *Vaiensis*, sed nos ubique reposuimus *Vaianensis*; quia constat emendationem esse certam. Nam *Felix episcopus Baianensis* interfuit Concilio Carthaginiensi sub Grato, & *Beianus Baianensis* damnatus fuit anno 394. in Concilio Bagaiensi. Animus erat hanc sedem referre ad Mauritaniam Cæsariensem, quia inter episcopos illius provinciæ ejectos ab Hunerico rege Vandalorum reperio Cæcilium Belianensem. Verum huic cogitationi obstant subscriptiones Concilii Cabarsussitani, ubi legitur nomen Pancratii Balianensis. Cum enim synodus illa habita sit uno anno ante Bagaiensem in qua damnatus est Beianus Baianensis Donatista, istud evincere videtur Ecclesiam Balianensem fuisse diversam a Baianensi; duos quippe episcopos Donatistas in una Ecclesia fuisse constitutos non est verisimile. BALUZIUS *addit*. In eodem Concilio Cabarsussitano præter Pancratium Balianensem est Donatus episcopus Belianensis, unde Balianensem & Belianensem duas sedes esse certum est.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



citur, quasi contra pauciſſimos impetratur. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXII. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit:* Falſi crimen nec objicere condecet ſacerdotem, nec committere potuiſſe credendum eſt. Illud autem eſt quod per veſtram venerabilitatem ſcire deſidero, utrum omnes Epiſcopos contra quos veſtra pergit intentio, quorum etiam ſubſcriptio recitata eſt, poſſitis agnoſcere.

LXIII. *Petilianus Epiſcopus dixit:* Singuli quique ſedium noſtrarum adverſarios facile poſſumus agnoſcere. Sane non falſum objecimus, ſed diligentiæ maximæ eſt quod volumus & probare. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXIV. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit:* Hoc magis de veſtra judico ſanctitate, diligentiæ potius eſſe quam ullius objecti criminis, quod in proſecutione dicendum eſſe credidit ſanctitas tua. Sed illud quæro, utrum in omnibus locis & civitatibus utriuſque partis bini eſſe poſſint Epiſcopi; ſic enim poſſunt ſe alterutrum plene cognoſcere.

LXV. *Petilianus Epiſcopus dixit:* Sapientiſſime ac præſcie omnia prævidiſti, vir nobilis; nam in plebe mea, id eſt, civitate Conſtantinenſi, adverſarium habeo Fortunatum. In medio autem diœceſis meæ, nunc inſtitutum habeo, immo ipſi habent, nomine Delphinum [1], pervidet jam hinc præſtantia tua, duos in unius plebe fuiſſe imaginarie [2] conſtitutos, ut & numerum augeant, & tamen plebium numerus non idem ſit, qui ſit illarum ſcilicet perſonarum. Et hoc argumenti eſt maximi, ut videantur nos hoc genere ſuperare, ſi duo contra unum ſint conſtituti vel tres. Nam etiam in plebe præſentis ſanctiſſimi collegæ ac fratris mei Adeodati, id eſt, in civitate Milevitana, ita commiſſa res eſt, ut unum ibidem habeat adverſarium [3], alterum in Tuccenſi [4] civitate, quæ ad hujus ſcilicet plebem antiquitus pertinet, & ante biennium eſſe videtur conſtitutus; tertius vero ſit in loco qui dicitur Ceramuſſa. Ergo cum unus ſit civitatis Milevitanæ Epiſcopus a partibus noſtris, tres videntur ab his conſtituti fuiſſe, ut illorum numerus augeretur, aut fortaſſis excederet numerum veritatis. Requirendum eſt igitur quando auctus ſit illorum numerus, quam originem habuerit, utrum hoc novitas fecerit, an dederit antiquitas, utrum, ut ita dixerim, contra vetuſtatem canam, vitium hoc fuerit novitatis. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXVI. *Fortunatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit:* Multiloquio Eccleſiæ cauſſam agi non debere perſpicit mecum tuæ dignationis ſenſus, optime cognitorum. *Et cum diceret. Et alia manu.* Recognovi.

LXVII. *Petilianus Epiſcopus dixit:* Plus ſcripſiſti quam dixi. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXVIII. *Fortunatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit:* Verum vir graviſſimus Petilianus cum ante paullulum Eccleſiæ cauſſam divinis ſcripturis firmandam eſſe profeſſus fuerit; atque eam divinis teſtimoniis quæri debere conſtituerit, nunc eum per diverſa vagari in perſonis ordinatorum, proſecutione ejus oſtenditur. Atque ideo, ne illi ſimiles videamur, decreti tenorem accepit ſublimitas tua; & quid Patrum ſtatuta voluerint, ejus lectione monſtratum eſt. Convenit præſentes, moratoriis omnibus actionibus repulſis atque proſtratis, eligere nunc ex parte ſua idoneos qui poſſint inſtitutæ cauſſæ præſtare rationem, omniumque conſenſum his actis depromere, ut, dilucelcente veritate, nulli poſſit eſſe ambiguum. Siquidem confirmatis perſonis nulla pars audebit dicere, ſententiam non poſſe (nec) debere conſiſtere, quandoquidem eorum conſenſus actis fuerit depromtus; & ideo aut ſubſcriptionibus quæ gerimus ſe doceant confirmare, aut conſenſum ſuum ſinguli patefaciant, ut actio Eccleſiæ poſſit ſuo ordine inchoari. *Et alia manu.* Recognovi.

LXIX. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit:* De incompetenter ordinatis quos Petilianus vir ſanctiſſimus comprehendit, me certum eſt qui ad aliam partem principali auctoritate judex videor conſtitutus, non poſſe cognoſcere. Supereſt ut, ſi numerum Epiſcoporum qui ab officio intra hanc ſplendidam Carthaginem conſtitutus eſt, verum eſſe credit venerabilitas tua, jam nunc intimare dignetur.

LXX. *Petilianus Epiſcopus dixit:* Non intellexit e diverſo conſiſtens, quid fuerim proſecutus, nam cum de numero mandantium nunc agatur, diligentiæ meæ maxime fuit requirere, ubi ſint illi qui præſentibus mandaverunt: deinde conſtare non ab re eſt, quod ſum in tuo judicio, vir nobilis, proſecutus. Quoniam igitur & jacturam fecerunt earum rerum quæ forenſibus cancellis ac legibus uti potuerant, & recitaverunt mandatum quod non magis forenſe ſit, ſed legale, hinc agnoſco debere me illis lege divina competenter reſpondere. Sed, ut prius mandatorum numero conſtet, & de partibus meis quanti mandaverint vel quanti ſint mandaturi, id primum peto de nobilitate tua, ut ſuperfluum non ſit, de numero utriuſque partis ferre debere judicium celſitudinem tuam. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXXI. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit:* Evitandæ quidem multitudinis cauſſa ad hunc locum de quorum numero dubitatur, minime conveniſſe dicuntur, præſertim cùm ſuffecerit eos præſentibus omne delegaſſe negotium; ſed ſi quid ſuper hac parte dubitationis affertur, judiciis intimetur.

LXXII. *Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Carthaginienſis dixit:* Nos evitamus tumultum; idcirco non venerunt; ſed mandatum firmiſſimum eſt, quod lectum eſt nobilitati tuæ. Si de numero dubitatur, eant provinciales ad Mauros, eant provinciales ad Numidas, eant provinciales ad Byzacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad provinciæ Proconſularis, qui præſentes ſunt ex numero ipſorum, & cognoſcant noſtros qui huic mandato ſubſcripſerunt. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXIII. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit:* Non patiar rem ſuperfluam longa partium obluctatione differri, unde veniant univerſi.

LXXIV. *Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit:* Quid opus eſt turbis? Et nos in civitate diu

1. *Delphinum*] Miſſus is fuerat in Numidiam a coepiſcopis ſuis propter neceſſitates Eccleſiæ, ut habet Auguſt. ep. ad Marcell. olim 158. nunc 139. Hujus etiam fit mentio infra cap. 215. Erat epiſcopus conſtitutus de novo ob Eccleſiæ neceſſitates in aliqua urbe Conſtantinæ vicina.

2. *Imaginarie*] Sub titulo ficto & ſuppoſito: ſic Colluthus apud Athan. dicitur non verus ſed imaginarius epiſcopus.

3. *Adverſarium*] Severum nempe qui paullo ante infirmitate correptus diſceſſerat, ut habetur c. 215. Exſtat ejus epiſtola ad Auguſtinum inter Auguſtinianas 109. & duæ Auguſtini ad ipſum 110. & 62. poſtremæ editionis. Ibid. ep. 34. Auguſtini condiſcipulus dicitur.

4. *Alterum in Tuccenſi civitate*] Sabinum de quo c. 130. epiſcopum civitatis hujus in Numidia. Haud ita pridem epiſcopalis facta fuerat.

versati sumus, & nostri collegæ. Ii quoque in civitate, ut dicunt, non hodie, sed aliquantis diebus demorati sunt. Legantur subscriptiones, & de cujus nomine dubitant, ipse veniat. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* In uno loco sunt omnes, aut id non potest liquido designari?

LXXVI. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Nescimus postea quam mandaverunt quid opus erat ut concluderentur. *Et alia manu.* Recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* De quorum nomine dubitatur, ipsi veniant. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Impugnat se actio, & ex una parte diversa contentio; unus prosequitur venire debere, alter nescire se utrum possint adesse. Concordent inter se sententiis suis, & arbitratu proprio atque secreto quid magis eligant, dicant. Opperimur enim pro meritis tuis quidquid isti dixerint, quod magis putaverint eligendum. Non enim nos falsitatis crimen objecimus, sed hoc ipsum factum volumus judiciis approbari. Melior est enim adstipulatio, quæ præsentibus actis inditur, & veritatis fides instrumentorum veritate firmatur. Agitur enim res de qua quis negare poterit: *Non mandavi, non interfui, nescio.* Non enim ex me ista procedunt, sed ex ipsis potius qui ista confingunt. Habeant inter se consilium suum, arbitrioque suo definiant universa; ut si volunt in præsenti mandare, sicuti nos personas mandantium actis sublimitatis tuæ nunc in præsenti insinuamus, habeant in compendio, tulerint de medio falsitatem, donamus illis universa quæ potuerant de præceptione depromi, ut sublimitatis tuæ judicio possit ex illorum & ex nostris partibus apparere, quod possit esse mandatum. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXXVIII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Tumultus ne fieret cavendum fuit, & hoc salubriter prudenterque providisti. Et quoniam metuendum est, ne cum fuerit exorta aliqua perturbatio, nobis potius tribuatur, incertumque sit hominibus, a quorum parte potius exstiterit, nihil melius & tranquillius putamus decernere nobilitatem tuam, nisi ut recitatis omnibus nominibus, de quo dubitant, veniat. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Accepistis professionem partis adversæ. Quæ competunt, peragantur.

LXXX. *Emeritus Episcopus dixit.* Patientia nobilitatis tuæ intimumque secretum, quod omnibus monstras, cunctorum oculis patuit, teneo judicii tui fidem, teneo testimonium. Pene jam peracto solis curriculo totus est transactus dies, & nullus adhuc exortus tumultus, cum tanta sacerdotum Dei multitudo consistat. Quis enim præter eos quos judicii veritas adesse præcepit, vel mutiendo inter se vel balbo sermone respondit? Tacito linguæ silentio exspectant veridici cognitoris integram severamque sententiam, & acclinibus, ut dixit, pene cervicibus, in teipsum toto ore pendentes, quid de Dei caussa judices sollicite rimantur. Nullus strepitus, sermo nullus, immo ad Deum continua oratio, & ad cælum privata vox. Unde hic tumultus publicus de privatis scurrilibusque sermonibus, quibus aut facile strepere, aut ex ipso usu rixa quotidiana metus judiciorum non timens, possit

A exsurgere? Ad hoc Dei sacerdotes tot antistites, animæ suæ caussam & fidei suæ rationem audire cupientes, tumultu superfluo & quadam rixa turbantes, ad judicii veritatem nolentes descendere, quærunt immissam actionem turpissime perturbare. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXXXI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Ad multa fratris mei videat nobilitas tua quam pauca respondeam. Quod si nobis voluerint respondere, caussa tota cito forsitan peragetur; metuendum est ne ideo non fiat tumultus ab hac turba quæ præsens est, quia non hic est alia multitudo, in quam possit referri caussatio. *Et alia manu.* Recognovi.

B LXXXII. *Petilianus* [1] *Episcopus dixit.* Confiteris illos cum tumultu esse venturos. Nam hic tumultus nec fuit nec erit a partibus nostris. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXXXIII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Non confiteor cum tumultu esse venturos; sed timeo ne ideo adhuc quiescat multitudo præsens, quia non est in quem referat si quid forte turbulenter exstiterit, dum utraque præsens fuerit multitudo. Petimus ut quod dictum est, fiat; de quocumque dubitatur, præsentetur. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXXIV. *Adeodatus Episcopus dixit.* Si in paucos tumultus fieri non potest, in plurimos fieri quem-
C admodum potest? *Et alia manu.* Recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Judica. *Et alia manu.* Recognovi.

LXXXV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Potest quidem sacerdotalis multitudo divinam considerans utrobique sententiam, etiam in quavis populositate præstare silentium, sed illud certum est, & ambigi nullatenus potest, paucitatem magis silentio posse præbere consensum. Unde ne superfluis immoremur, si de subscriptionibus aliqua est dubitatio, eos quos nec præsentes esse, nec subscribere potuisse credit sanctitas vestra, faciam ad judicium mox venire, ut tandem aliquando confirmatis secundum Imperiale præceptum ex
D utraque parte personis, ad negotii merita veniatur.

LXXXVI. *Emeritus Episcopus dixit.* Ex una parte diversæ sententiæ concordare debent. Aut enim hic esse suos dicunt, & adesse debebunt; aut si absentes esse profitentur, videat nobilitas tua quid de absentibus debeat judicare. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

LXXXVII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Quod præsentes præsentibus mandaverunt, prosecutione spectabilitatis vestræ tenetur expressum, eo quod omnes qui subscripserunt, a vobis & a vestris omnibus facile possint agnosci. Unde cum subscriptiones per ordinem fuerint recitatæ, de quo dubitatur, poterit mox venire.

E LXXXVIII. *Adeodatus Episcopus dixit.* Affero compendium diversæ parti, ne tumultus posse fieri utrisque partibus præsentibus putent. In uno loco Coepiscopi nostri consistant, ad alterum item locum suos faciant venire. Et cum recitata fuerint quæcumque loca, bini mittantur, quo possit omnis caussatio, omnis tumultus amputari. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus recognovi.

LXXXIX. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Nova res nunc a diversa parte flagitatur. Nam nos obedientes edictalibus præceptis, tot venimus quot fuerant edicto definiti. Sed quia & hoc non est negandum sollicitudini præsentium, quamquam

1. *Petilianus*] Forte *Emeritus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

de numero quærere non fit noftræ præfentis actionis, tamen qui modo præfentes fratres noftri reperiri potuerunt, jube ut ingrediantur; fi qui forte abfentes fuerint, craftino eorum præfentiæ tuis etiam obtutibus monftrabuntur, dum tamen ne ulla dilatio cauffæ nafcatur, ficut nos certi numero adfumus electi ab univerfali Catholico Concilio, etiam ipfi ad afferendum confirmati jam fufcipiant omnem farcinam cauffæ, ut nulla dilatio quæftioni poffit opponi. *Et alia manu*. Recognovi.

XC. *Adeotatus Epifcopus dixit*. Præcipe nobis mandatum eorumdem oftendi ubi fubfcripferunt, quod nunc lectum eft ab officio. *Et alia manu*. Adeodatus Epifcopus recognovi.

XCI. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Mandatum quod nunc ab officio recitatum eft, in quo omnium fubfcriptiones continentur, poftulantibus oftendatur.

XCII. *Petilianus Epifcopus dixit*. Magnam nobis follicitudinem facit ifta varietas: aut hodie repræfentent numerum eorum quos fibi dicunt mandaffe quod agant, aut ipfi cauffam in craftinum diftulerunt. *Et alia manu*. Petilianus Epifcopus recognovi.

XCIII. *Alypius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Non eft dilata cauffa; hodie agenda eft. *Et alia manu*. Recognovi. *Auguftinus Epifcopus dixit*. (Mandatum) actis offeratur, ab officio offeratur.

XCIV. *Adeodatus Epifcopus dixit*. Hoc exfpectavimus, hoc defideravimus, ut eadem gefta quibus fubfcripferunt in præfentiarum fint donec mandatores veniant. *Et alia manu*. Adeodatus Epifcopus recognovi.

XCV. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Hoc neceffe eft ut fiat ita, ut fi follicitudinis aliquid geritis, a vobis obfignata ferventur.

XCVI. *Petilianus Epifcopus dixit*. Illorum præfentia nobis neceffaria eft, non mandatum. *Et alia manu*. Petilianus Epifcopus recognovi.

XCVII. *Fortunatianus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Jam poftulavimus fratres & confacerdotes noftros intromitti debere, qui præfentes inveniri potuerunt. Præcipiat nobilitas tua, fuperfluum nodum amputari quæftionis, ut intromiffi faltem vel obtutibus eorum fidem debitam ferant. *Et alia manu*. Recognovi.

XCVIII. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Hi venerabiles facerdotes qui præfentes dicuntur, venire dignentur. *Et ingreffis Epifcopis Catholicis*,

XCVIII. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. In omni petitioni veftræ fatisfactum effe cognofco. *Et adjecit*. Præfentes funt Epifcopi quos ingredi voluiftis; qui fecundum imperialis præcepti formam & edicti tenorem, certum numerum ad peragendam cauffam elegiffe nofcuntur. Unde, ne qua ulterius poffit effe dubitatio, vel forte confufio, fingulis fubfcriptiones propriæ relegantur, ut agnitis iifdem exire dignentur.

XCIX. *Martialis ex mandato recitavit*. Aurelius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ Carthaginienfis Carthagini conftitutus, præfente viro clariffimo Tribuno & Notario Marcellino, hoc mandatum fufcepi & fubfcripfi. *Hoc modo omnes reliqui fubfcripferunt. Item recitavit*. Silvanus Epifcopus Summenfis Ecclefiæ Catholicæ. *Idem dixit*. Præfto fum. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Silvanus qui non fufcepit collationem exeat. *Quo egreffo, idem recitavit*. Valentinus Epifcopus Ecclefiæ Vaianenfis.[1] *Idem dixit*. Præfto fum.

C. *Alypius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*: Reddiderunt nos follicitos, diligentiam nobis primitus ipfi incufferunt: quomodo nominantur noftri, fic etiam de ipforum numero dubitamus. *Et alia manu*. Recognovi.

CI. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Ita fiet, confentit tamen pars diverfa, ut fimul agniti exeant.

CII. *Aurelius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Sed primo mandare habent & ipfi, ut appareat quia hic funt. *Et alia manu*. Recognovi.

CIII. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Ergo placet fanctitati veftræ, ut poft impletum mandatum, exeant, etiam partis veftræ venerabiles viri Epifcopi, & inter paucos cauffa peragatur, & ad quod quæfitum eft refpondere dignemini.

CIV. *Primianus Epifcopus Ecclefiæ Carthaginienfis dixit*. Cum & nos apud acta mandaverimus præfentes, eximus, damus locum actoribus: hic tamen in proximo erimus. *Et alia manu*. Primianus Epifcopus recognovi.

CV. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Ergo veftræ quoque fubfcriptiones judiciis intimentur, ut illorum quoque profeffiones præfentium requiruntur.

CVI. *Petilianus Epifcopus dixit*. Apud acta volunt mandare. *Et alia manu*. Petilianus recognovi.

CVII. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Apud quæ acta fanctitas veftra fe afferit mandaturam?

CVIII. *Emeritus Epifcopus dixit*. In judicio præftantiæ tuæ voluntas eft noftra, fi jubes ut geftis municipalibus hoc judicio nobilitatis tuæ finiatur. *Et alia manu*. Emeritus Epifcopus recognovi.

CIX. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Illud nunc eft, quod a veftra fanctitate ad amputandas omnes ambages neceffario poftulatur, ut apertiffime defignetis utrum vobis epiftola mandati cum fubfcriptionibus recitata fufficiat, an etiam ipfos quæritis apud acta mandare.

CX. *Petilianus Epifcopus dixit*. Non ut profiteantur volumus, fed ut recognofcantur a nobis, qui mandaffe dicuntur. *Et alia manu*. Ut fupra.

CXI. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Ergo fubfcribentium nomina per ordinem recitentur.

CXII. *Honoratus exceptor recitavit*. Numidius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ Maxulitanæ. *Idem dixit*. Præfto fum. *Felix Epifcopus* (*loci fuprafcripti*) *dixit*. Agnofco illum. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit*. Conftat utrumque effe præfentem.

CXIII. *Alypius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Illorum etiam duorum qui jam exierunt compares prodeant. Ipfi hoc exegerunt. Videantur ergo qui præfentes funt, & qui abfentes. Hoc volumus conftet. *Et alia manu*. Recognovi. *Et accedente Epifcopo*,


CXIV. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Cujus civitatis eft vir venerabilis Epifcopus? *Adeodatus Epifcopus dixit*. Felix Epifcopus Zummenfis[2], noftræ communionis, qui contra Silvanum agit, male habet.

CXV. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Probabilis excufatio eft. *Et adjecit*. Alius recitetur. *Et recitavit*. Marinus Epifcopus Ecclefiæ Taborenfis. *Idem dixit*. Præfto fum. *Victor Epifcopus civitatis fuprafcriptæ dixit*. Agnofco illum.

1. *Valentinus Vaianenfis*] Primas fuit Numidiæ anno 419. quo Concilio Carthaginienfi interfuit.

2. *Zummenfis*] In Numidia. Hujus Epifcopus Silvanus Primas fuit Numidiæ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



CXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Utrorumque præsentiam gesta retinebunt. *Item recitavit*. Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ civitatis Magomaziensis [1]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Alius ejusdem civitatis Episcopus veniat a parte diversa. *Salustius Episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam hos constat esse præsentes. *Item recitavit*. Victor Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Libertinensis [2]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Januarius Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum, Diœcesis mea est. *Victor Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Neminem illic habet. *Januarius Episcopus partis Donati dixit*. Diœcesis mea est. *Victor Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Cum neminem illic habeat, neque Ecclesiam, neque aliquem communicantem, frustra mentitur quod sit ejus diœcesis. *Januarius Episcopus dixit*. Communicarunt tibi [3] ante vim tuam?

CXVII. *Petilianus Episcopus dixit*. In una plebe Januarii collegæ nostri præsentis, in una diœcesi quatuor sunt constituti contra ipsum; ut numerus scilicet augeretur.

CXVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quæratur quot annorum Episcopus sit.

CXIX. *Petilianus Episcopus dixit*. Quatuor estis contra unum.

CXX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Hæc ad præsentem omnino non pertinent actionem. Quæ cœpta sunt perlegantur. *Item recitavit*. Optatus episcopus plebis Vesceritanæ [4]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Fortunatus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Januarius Episcopus plebis Tunusudensis [5]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Victorianus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Evangelus [6] Episcopus Ecclesiæ Assuritanæ [7]. *Idem dixit*. A Præsto sum. *Petilianus Episcopus dixit*. Noster ibi defunctus est [8] ipse dicat. *Item recitavit*. Laronius Episcopus Ecclesiæ plebis Tenitanæ [9]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Securus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Aptus Episcopus plebis Tigiensis [10]. *Idem dixit*. Præsto sum. Nec habui, nec habemus Episcopum Donatistam. *Primianus Episcopus Carthaginiensis dixit*. Non illic habemus. *Item recitavit*. Assellicus Episcopus Ecclesiæ Tusuritanæ [11]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Aptus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Innocentius Episcopus Ecclesiæ Germaniensis [12]. *Idem dixit*. Præsto sum, sed adversarium non habeo. *Item recitavit*. Honoratus Episco- B pus Matharensis [13] Ecclesiæ. *Idem dixit*. Præsto sum, sed non contra me habeo Episcopum. *Item recitavit*. Hilarius Episcopus Ecclesiæ Bosetanæ [14]. *Idem dixit*. Præsto sum, sed non habeo mecum Episcopum.

CXXI. *Petilianus Episcopus dixit*. Noster fuit. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Et nos hoc cupimus ut illum imitemini. *Item recitavit*. Secundus Episcopus Ecclesiæ Ruspitensis [15]. *Idem dixit*. Præsto sum, sed non habeo contra me Episcopum. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Ecclesiæ Amburensis [16]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Servatus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Ecclesiæ Tubiniensis [17]. *Idem* C *dixit*. Præsto sum. *Protasius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Restitutus Episcopus plebis Novasinensis [18]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Felix Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Ecclesiæ Cuiculitanæ [19]. *Idem dixit*. Præsto sum. Habui contra me Episcopum; exivit de corpore. *Item recitavit*. Lucianus Episcopus Ecclesiæ Guirensis [20]. *Idem dixit*. Præsto sum, sed alium contra me non habeo. *Item recitavit*. Tutus Epi-

1. *Magomaziensis* seu *Macomadiensis* Episcopus Numidiæ, ut patet ex cap. 182. ubi Aurelius ait se Presbyterum habere in urbe Idassensi, quæ oppidum est Numidiæ. Idem constat ex Antonino & notitia Episcoporum Africæ, ubi *Macomadiæ* oppidum reperitur in Numidia diversum ab D urbe ejusdem nominis in Byzacena.

2. *Libertinensis*] In provincia Proconsulari. Januarius Episcopus *Libertinensis* subscribit epistolæ Episcoporum illius provinciæ ad Paullum Patriarcham Constantinopolitanum, quæ refertur in Concilio Lateranensi sub Martino.

3. *Tibi*] Forte *mihi*.

4. *Vesceritanæ*] Videtur istud oppidum esse Numidiæ quod in notitia Episcoporum Africæ dicitur *Berceritanus*. Conjicit Baluzius hunc Optatum eum esse ad quem scripta est Augustini epistola 190.

5. *Tunusudensis*] In veteri codice legitur *Tunudensis*, at in cap. 201. Victorianus hujus urbis Episcopus ex parte Donatistarum, nominatur Episcopus *Tunusudensis*. Apud Plinium lib. 5. cap. 4. inter Africana Romanorum oppida recensetur *Thunudisense*, Ptolemæo *Thunusda*. Apud Victorem Vitensem lib. 1. num. 13. mentio fit *Tinusudæ*, seu ut in quibusdam Codicibus habetur *Tunusudæ*. Est etiam in Tabulis Peutingerianis urbs *Thunu*. Quidam E eam a *Timidensi provinciæ Proconsularis oppido* non distinguunt, sed perperam.

6. *Evangelus*] Interfuit Conciliis habitis apud Carthaginem ann. 397. & 401. In Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ Can. 33. & 77.

7. *Ecclesiæ Assuritanæ*] In Provincia Proconsulari. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano adfuit *Victor ab Assuris*. Exstat etiam epistola ejusdem Cypriani *Epicteto fratri & plebi apud Assuras consistenti*.

8. *Noster ibi defunctus est*] Prætextatus qui subscripsit Concilio Cabarsussitano ann. 393. & in Bagaiensi anno sequenti a sede sua dejectus est. Hunc mortuum esse paullo ante quam Augustinus scriberet libros suos contra epistolam Parmeniani, patet ex libro 3. extremo. Successorem habuit Rogatum cujus meminit Augustinus lib. 3. contra Cresconium cap. 56. cui postea ad unitatem Catholicam converso Circumcelliones manus & linguam præciderunt, ut idem narrat in libro de gestis cum Emerito num. 9.

9. *Tenitanæ*] In provincia Byzacena, ut docet notitia Episcoporum Africæ. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano inter alios subscripsit *Euchratius a Thenis*. *Thenas seu Thænas* vocant Plinius, Antoninus & anonymus Ravennas, Ptolemæus *Theænas*.

10. *Tigiensis* sive *Tisiensis* in Byzacena, ut docet notitia Episcoporum Africæ.

11. *Tusuritana*] Ex Arzugitana provincia, ut colligitur ex capite 208. quæ Tripolitanæ provinciæ pars erat, aut saltem ipsi contermina, ut patet ex cap. 49. Codicis Canonum Ecclesiæ Africanæ.

12. *Germaniensis*] In Numidia, ut docet notitia Africæ, diversa a *Germanitiana* quæ in Byzacena.

13. *Matharensis*] In Numidia, ut scriptum est in eadem notitia.

14. *Bosetanæ*] Melius *Basetanæ*, in Numidia, cujus mentio fit in actis sancti Mammarii & sociorum inter urbes Numidiæ prope Tigisim.

15. *Ruspitensis*] Est Episcopus *Rusfensis* seu *Ruspensis* in notitia Byzacenæ; sed *Ruspinam* a *Ruspe* distinguit Ptolemæus, & utramque habent Tabulæ Peutingerianæ atque anonymus Ravennas: utraque in Byzacena.

16. *Amburensis*] In notitia Numidiæ, *Amporensis*, & sic legendum, nam infra Servatus qui hic ejusdem sedis Episcopus dicitur, vocatur *Amphorensis*, in veteri exemplari.

17. *Tubiniensis* seu *Tubuniensis* in Numidia, ut docet notitia, diversus a *Tubiensi* in Mauritania. Inter Episcopos Concilii Carthaginiensis sub Cypriano est Nemesianus *a Tubunis*. Apud *Tubunas* colloquium habuerat Augustinus cum Bonifacio Comite, qui tunc cupiebat dimissis rebus omnibus vitam monasticam amplecti. De quo Augustinus epist. 220.

18. *Novasinensis*, seu *Novasinensis* in Numidia, ut docet notitia.

19. *Cuiculitanæ*] Ibid. ex eadem notitia. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano, adest Pudentianus a *Cuiculi*.

20. *Guirensis*] *Guira* urbs Africæ in Tabulis Peutingerianis. Forte legendum *Girensis*, cujus Episcopus Martialis legitur in notitia Numidiæ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

ſcopus plebis Melzitanæ [1]. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed alium contra me non habeo. *Item recitavit*. Donatianus Epiſcopus Eccleſiæ Teleptenſis [2]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Bellicius Epiſcopus civitatis ſupraſcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Potentius Epiſcopus plebis Bladienſis [3]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Quem ibi nos habemus, oculos dolet, venire non poteſt. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Utrum hic ſit Carthagini? *Item recitavit*. Maximianus Epiſcopus plebis Turenſis [4]. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed non contra me habeo Epiſcopum. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Noſter fuit. *Item recitavit*. Datianus Epiſcopus plebis Legenſis [5]. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed alium contra me non habeo. *Item recitavit*. Urbicus Epiſcopus plebis Tebeſtinæ [6]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Perſeverantius Epiſcopus (civitatis ſupraſcriptæ) dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Aſpidius Epiſcopus plebis Tacaratenſis [7]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Veriſſimus Epiſcopus (civitatis ſuprascriptæ) dixit*. Agnoſco illum. Quatuor ſunt in plebe mea, Datianus, Aſpidius, Fortunatus & Octavianus. *Item recitavit*. Terentius Epiſcopus Seleucianenſis [8]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Meſcianus Epiſcopus (civitatis ſupraſcriptæ) dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Servus Dei Epiſcopus plebis Tuburſicuburenſis [9]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Donatus Epiſcopus civitatis ſupraſcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Dialogus Epiſcopus Zamenſis [10]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Montanus Epiſcopus civitatis ſupraſcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Urbicoſus Epiſcopus plebis Eguilguilitanæ [11]. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed Catholica eſt omnis ex vetuſtate. *Item recitavit*. Silvanus Epiſcopus plebis Perdicenſis [12]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Rogatus Epiſcopus civitatis ſupraſcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Navigius Epiſcopus Dydritanus [13]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Honoratus Epiſcopus civitatis ſupraſcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Romanus Epiſcopus plebis Leptiminenſis [14]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Victorinus Epiſcopus civitatis ſupraſcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Rufinus Epiſcopus plebis Druſilianenſis [15]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Reſtitutus Epiſcopus civitatis ſupraſcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus Tiſilitanus [16]. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed non habeo contra me alium Epiſcopum. *Petilianus Epiſcopus Donatiſta dixit*. Exivit de corpore. *Item recitavit*. Gallus Epiſcopus Ticenſis [17]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Non venit, litteras miſit. *Item recitavit*. Donatianus Epiſcopus Montenus [18]. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Ægrotat. *Item recitavit*. Victorianus Epiſcopus plebis Muſtitanæ [19]. *Idem dixit*. Præſto ſum. Habeo Felicianum Muſtitanum & Donatum Turenſem [20] contra me.

CXXII. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. De nomine Feliciani, utrum in communione ſit Primiani. *Et alia manu*. Recognovi.

CXXIII. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Quis tibi hoc mandavit, aut ex cujus perſona hoc exigis? An vis tibi imponere perſonam eorum qui foris ſunt? *Et*

1. *Melzitanæ*] *Melditæ* oppidi in Africa meminere Plinius & Ptolemæus; & locatur inter civitates Mediterraneas provinciæ Proconſularis.

2. *Teleptenſis*] *Te epte* notiſſima civitas in Byzacena; nec ignobilis Donatianus hujus Epiſcopus, qui Primas fuit provinciæ, pluribuſque Conciliis Africanis interfuit.

3. *Bladienſis*] Baluzius legendum eſſe cenſet *Badienſis*, & adverſarium illius Potentii fuiſſe Pancratium *Badienſem*, qui nominatur infra cap. 180. Dativus *a Badis* interfuit Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano. *Badum* in Mauritania Gaditana locat anonymus Ravennas; quapropter *Badienſis* ſedes poteſt eſſe diverſa a *Vadenſi* Numidiæ, cujus mentio fit in notitia.

4. *Turenſis*] ſeu *Turrenſis* in Byzacena, ut videre eſt in notitia Africæ.

5. *Legenſis*] Duplex eſt in notitia Numidiæ urbs hujus nominis, ſcilicet n. 78. *Legienſis*, & 85. *Legenſis*. Pariter hic duo Epiſcopi harum urbium, hoc ſcilicet in capite *Dacianus Epiſcopus Legenſis*, qui nullum habet adverſarium; & cap. 187. *Creſconius Epiſcopus Legenſis Donatiſta*.

6. *Tebeſtinæ*] *Tebeſte* nota urbs in Numidia, de qua vide quæ diximus in not. 44. ad l. 2. Opt. p. 41.

7. *Tacaratenſis*] In Numidia, ut docet notitia. E quatuor Epiſcopis quos Veriſſimus in hac diœceſi conſtitutos a Catholicis fuiſſe conqueritur, Octavianus poſtea dicitur Reſſianenſis & Fortunatus Caſenſis.

8. *Seleucianenſis*] Item in Numidia. Ibid.

9. *Tuburſicuburenſis*] Aug. l. 3. contr. Creſc. *Epiſcopus Catholicus a Tuburſicubure Servus nomine*. Hanc vero Eccleſiam Proconſularis provinciæ fuiſſe probatur ex Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio, cui inter ceteros hujus provinciæ Epiſcopos adfuit *Reparatus Epiſcopus Tuburſicuburenſis*.

10. *Zamenſis*] *Zama* urbs regia in Numidia, ut ex Ptolemæo & Tabulis Peutingerianis conſtat.

11. *Eguilguilitanæ*] Legendum *Igilgitanæ*: nam *Igilgilis* oppidi in Mauritania Sitifenſi mentio fit apud Ptolemæum, in Antonini Itinerario, in Tabulis Peutingerianis, necnon apud anonymum Ravennatem. Ammianus Marcellinus lib. 29. cap. 5. meminit littoris Mauritaniæ Sitifenſis, quod appellant Incolæ *Igilgitanum*. Eſt & *Igilgitanus* Epiſcopus in notitia Mauritaniæ Sitifenſis.

12. *Perdicenſis*] Antoninus in Itinerario *Perdicem* memorat inter *Zarat* & *Sitifim* xxv. millibus paſſuum ab iſta diſſitam. In Concilio Carthaginienſi anni 403. adeſt Silvanus Legatus provinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, qui non videtur ab iſto diverſus.

13. *Dydritanus*] Legendum recte conjicit Baluzius *Thuſdritanus*; nam nullibi *Dydritanæ* civitatis in Africa fit mentio, & poſtea cap. 206 Honoratus Epiſcopus, qui hic dicitur adverſarius Navigii Epiſcopi *Dydritani*, vocatur *Thuſdritanus*. Oppidi *Thuſdritani* meminit Ptolemæus, & in Itinerario Antonini inter oppida provinciæ Byzacenæ collocatur.

14. *Leptiminenſis*] Oppidi provinciæ Byzacenæ, quod ita quoque nominatur in notitia. Ptolemæo & Antonino *Leptis-minor*. Anonymo Ravennenſi poſt Tabulas Peutingerianas *Lepte-minus*. In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano ſententiam tulit *Demetrius a Leptiminus*. Duplicem quoque *Leptim* in Africa memorant Veteres, minorem & magnam. Hæc *Leptimagnenſis* dicitur in notitia, eſtque provinciæ Tripolitanæ.

15. *Druſilianenſis*] *Druſiliana* nominatur poſt *Tatiam* provinciæ Proconſularis urbem in Tabulis Peutingerianis, & in anonymo Ravennate.

16. *Tiſilitanus*] Hic diverſus a *Tibilitano*. Nam Donatus hujus Epiſcopus hic ait ſe non habere adverſarium. Et tamen cap. 197. nominatur *Simplicius Tibilitanus Epiſcopus Donatiſta*. In Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio ann. 525. adfuiſſe legitur *Florentius Epiſcopus Tiſilienſis*. Hunc Epiſcopatum ad provinciam Proconſularem pertinere crediderim.

17. *Ticenſis*] *Tices* in Getulia memorat anonymus Ravennas. *Ticenam* urbem appellat Ptolemæus. In notitia Africæ Byzacenæ mentio fit urbis *Ticibus*. In ſynodica Patrum Byzacenorum in Concilio Lateranenſi ſub Martino act. 2. ſubſcriptiones leguntur *Romuli Epiſcopi civitatis Ticibus & Candidi patriæ Dicenſis Epiſcopus*. Si pro *Dicenſis* legendum ſit, *Ticenſis*, ut conjicit Baluzius, *Tice* erit diverſa a *Ticibus*: quod tamen mihi non ſit veriſimile.

18. *Montenus*, ſeu *Montenſis* in Numidia Epiſcopus, ut docet notitia.

19. *Muſtitanæ*] *Muſtitanus* Epiſcopus legitur in notitia Numidiæ, ſed erat alia *Muſtis*, ſita in provincia Proconſulari, ut ex Antonini Itinerario colligere eſt. Hujus eſt Epiſcopus hic Januarius, qui duos adverſarios Donatiſtas habebat Felicianum *Muſtitanum*, & Donatum Turenſem. Alterius vero in Numidia Donatianus Epiſcopus erat, non Felicianus, ſed Creſconius, ut legitur cap. 206. *Muſtitanorum* ſimul & Aſſuritanorum mentio frequenter occurrit apud Auguſtinum in libris contra Donatiſtas. Aſſuritani autem ad provinciam Proconſularem pertinebant.

20. *Turenſem*] Videtur is locus diverſus a *Turenſi* civitate Byzacenæ provinciæ. Nam vicinus erat Muſtitanæ civitati, quæ erat provinciæ Proconſularis. Hujus ſedis Epiſcopus videtur eſſe *Samſucius*, de quo Auguſtinus agit epiſt. 34. & 83.

alia manu. Petilianus Episcopus recognovi.

CXXIV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Dictum sit, ad postulata respondeat. *Et alia manu.* Recognovi.

CXXV. *Petilianus Episcopus dixit*. Hoc jam internæ actionis est. *Et alia manu.* Ut supra.

CXXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Nunc cœptus ordo teneatur. De his, si visum fuerit rationabile, postea requiretur. *Item recitavit.* Victorianus Episcopus plebis (Mustitanæ) pro Paschasio Episcopo plebis Anguiensium [1]. *Idem Paschasius dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit.* Ferox Episcopus plebis Macrianensis majoris [2]. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Pomponius* [3] *Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Asmunius Episcopus Tigualensis [4]. *Idem dixit.* Præsto sum. In diœcese mea duo sunt, Gajanus & Privatus. *Gajanus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Animadvertit nobilitas tua etiam in nostrorum diœcesi eos ordinasse Episcopos. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Talia ab utrisque partibus constat objecta, (ut) si hæc vultis diligenter inquiri, ad hanc causam superfluo venisse noscemur. *Item recitavit.* Felix Episcopus plebis Segermitensis [5]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Restitutus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Secundus Episcopus plebis Magarmelitanæ [6]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Felix Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Vincentianus Episcopus plebis Feraditanæ majoris [7]. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit.* Placentinus Episcopus plebis Madaurensis [8]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Donatus Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item*

A *recitavit.* Rusticianus Episcopus plebis Tabracensis [9]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Clarentius Episcopus loci suprascripti dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Octavianus Episcopus plebis Ressianensis [10]. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit.* Benenatus Episcopus plebis Simmittensis [11]. *Idem dixit.* Præsto sum, nec habeo alium, nec hæreticos. *Petilianus Episcopus dixit.* Exivit de corpore. *Item recitavit.* Timianus Episcopus plebis Utmensis [12]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Petilianus Episcopus dixit.* Habet Felicem, sed absens est. *Item recitavit.* Philolocius Episcopus plebis Adrumetinæ [13]. *Idem dixit.* Præsto sum, *Victorinus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Adeodatus

B Episcopus plebis Belalitensis [14]. *Idem dixit.* Præsto sum, non habeo nec Episcopum, nec hæreticos; unitatem habeo. *Item recitavit.* Felix Episcopus plebis Visicensis [15]. *Idem dixit.* Præsto sum, Episcopum contra me non habeo. *Victor Episcopus civitatis Taborensis* [16] *dixit.* Proxime recessit. Ego ibi intervenio. *Item recitavit.* Victor Episcopus plebis Jusitensis [17]. *Idem dixit.* Præsto sum, unitatem habemus. *Item recitavit.* Fuscinullus Episcopus plebis Eliensis [18]. *Idem dixit.* Præsto sum, non contra me habeo Episcopum. *Item recitavit.* Honorius Episcopus plebis Cellensis [19]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Castus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Maximianus Episcopus Aquensium Regiorum [20]. *Idem*

C *dixit.* Præsto sum, in patria mea non habeo alium Episcopum. *Item recitavit.* Antonius Episcopus plebis Carpitanæ [21]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Veratianus Episcopus dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Fortunatianus Episcopus plebis Neapolitanæ [22]. *Idem dixit.* Præsto sum. *Ampelius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit.* Agnosco illum. *Item recitavit.* Pannonius Episcopus plebis Puppitanæ [23]. *Idem dixit.*

1. *Anguiensium*] Cujus provinciæ sit, incertum.

2. *Macrianensis majoris*] In Byzacena, ut constat ex notitia.

3. *Pomponius*] *Macrianensis*, qui Concilio Cabarsussitano interfuit.

4. *Tigualensis*] seu *Ticualtensis*. In provincia Byzacena, ut docet notitia, n. 95.

5. *Segermitensis*] seu *Segermitanus* in provincia Byzacena ex notitia. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixit Nicomedes a *Segermis*.

6. *Magarmelitanæ*] In notitia Numidiæ vocatur *Vagarmelitanus*. Secundus forte est qui Leporii libello subscripsit his verbis: *Secundus Episcopus Ecclesiæ Aquensis sive Megarmitanæ*.

7. *Feraditanæ majoris*] *Feradimajensis* vocatur in notitia Episcoporum provinciæ Byzacenæ.

8. *Madaurensis*] *Madaura* urbs Numidiæ natali Apulei & studiis Augustini illustris. Martyres *Madaurenses* vindicat sanctus Augustinus epist. 17. Antigonus Episcopus *Madaurensis* adfuit Concilio Carthaginiensi sub Grato, & inter Episcopos exsules provinciæ Numidiæ Pudentii *Madaurensis* nomen exstat in notitia.

9. *Tabracensis*] *Tabraca* urbs nota apud antiquos auctores inter Proconsularem & Numidiam, cujus Episcopus Victoricus *a Tabraca* sententiam dixit in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano. Ad provinciam Proconsularem pertinebat.

10. *Ressianensis*] In Numidia. Octavianus iis unus est e quatuor Episcopis, quos antea conquestus est Verissimus Tacaratensis in sua diœcesi a Catholicis constitutos.

11. *Simmittensis*] In provincia Proconsulari, ut patet ex Ptolemæo & Itinerario Antonini. In notitia provinciæ Proconsularis duæ sunt sedes, quarum nomina huic vicina sunt, scilicet, num. 37. *Simminensis*, & num. 42. *Seminensis*, Benenatus Episcopus, de quo hic fit mentio, unus videtur fuisse e quatuor, qui in Concilio Carthaginiensi ann. 410. legationem susceperunt.

12. *Utmensis*] *Usimmirensis* oppidi in provincia Proconsulari nomen exstat in notitia; quod forte diversum non est ab *Usmensi*.

13. *Philolocius Episc. plebis Adrumetinæ*] In Concilio Carthaginiensi ann. 403. dicitur *Philologius* unus ex Episcopis provinciæ Byzacenæ.

14. *Belalitensis*] In notitia Episcoporum Numidiæ est sedes *Belesasensis*, quam eamdem esse cum ista suspicatur Baluzius.

15. *Visicensis*] In epistola Episcoporum provinciæ Proconsularis ad Paullum Patriarcham subscribit *Valentinianus Episcopus Ecclesiæ Visicensis*.

D 16. *Victor Episc. civitatis Taborensis*] Vicinæ civitatis Episcopus Donatista cum statim dicat se post discessum Episcopi Visitensis, se hujus plebis curam gerere. Hoc enim significant sequentia: *Proxime recessit*, id est, *obiit*. *Ego ibi intervenio*, id est, *plebem curo*, ut infra cap. 176. *Presbyterum habemus qui intervenit*. Cum ergo Visitense oppidum sit provinciæ Proconsularis, ejusdem debet esse sedes *Taborensis* ac proinde a *Taborentensi* quæ in notitia Mauritaniæ Cæsareensis reperitur, diversa.

17. *Jusitensis*] Est in notitia Mauritaniæ Sitifensis Victor *Jerasitanus*, forte hic legendum *Jerasitensis*.

18. *Eliensis*] In Byzacena, ut docet notitia. In Itinerario Antonini & apud anonymum Ravennatem est civitas *Elie*. Synodicæ Episcoporum Byzacenorum ad Constantinum in Concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Constantinus Episcopus sanctæ Ecclesiæ Heliensis*.

19. *Cellensis*] Duæ fuere hujus nominis Ecclesiæ in Africa, una in provincia Proconsulari; altera in Sitifensi.
E De utra intelligi debeat hic locus incertum.

20. *Aquensium Regiorum*] *Aquæ Regiæ* oppidum provinciæ Byzacenæ ex Tabulis Peutingerianis, Antonino & notitia. Maximianus is legatus provinciæ Byzacenæ nomine interfuit Concilio Carthaginiensi VII. ann. 419. sub Aurelio, ut videre est in codice Canonum Eccles. Afric. can. 127. ubi dicitur *Aquensis Episcopus*, & in quibusdam codicibus *Aquæ-rigiensis*, aut *Aquensis-regiorum*.

21. *Carpitanæ*] Sedis in provincia Proconsulari, de qua vide quæ diximus ad librum 2. Optati p. 42. not. 46.

22. *Neapolitanæ*] Item in provincia Proconsulari, ut docet notitia. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano adfuit *Fortunatianus Neapolitanus Episcopus*. Hujus urbis meminere Hircius in libro de Bello Africano, Pomponius Mela, aliique auctores, quam Itinerarium Antonini & Peutingerianæ Tabulæ mediam locant inter *Puppus* & *Clypeam*. Ceterum Ptolemæus *Neapolim* coloniam appellat, liberum oppidum Plinius.

23. *Puppitanæ*] Urbs provinciæ Proconsularis, quæ *Put-*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Præsto sum. *Victorianus Episcopus civitatis supradictæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Januarianus Episcopus plebis Tubulbacensis [1]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est Catholica, non contra me habeo Episcopum in civitate mea. *Item recitavit*. Gratianus Episcopus plebis Metensis [2]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Fortunatianus Episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Victor Episcopus plebis Bahannensis [3]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit*. Quodvultdeus Episcopus plebis Centuriensis [4]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Cresconius Episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Fortunatus Episcopus plebis Capsensis [5]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Celer Episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus plebis Temonianensis [6]. *Idem dixit*. Præsto sum: ibi in eodem loco ubi ago non contra me habeo Episcopum. (*Item recitavit*.) Montanus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Auguritanæ [7]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit*. Jocundus Episcopus plebis Sufetulensis [8]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Titianus Episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Victor Episcopus plebis Bartanensis [9]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Honorius Episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. In mala quæ fecit mihi modo illum didici. *Item recitavit*. Victor Episcopus Cullitanus [10]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Fidentius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Palatinus Episcopus Bosetensis [11]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Felix Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Quodvultdeus Episcopus Girbitanus [12]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Evasius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Silvanus Episcopus Carianensis [13]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit*. Æmilianus Episcopus Aggeritanus [14]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Candorius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Privatus Episcopus plebis Usilensis [15]. *Idem dixit*. Præsto sum, non contra me habeo Episcopum. (*Petilianus Episcopus dixit*.) Presbyterum illic habet. *Item recitavit*. Majus Episcopus plebis Amudarsensis [16]. *Idem dixit*. Præsto sum, in patria mea Catholica est. *Item recitavit*. Victor Episcopus plebis Uvazensis [17]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Secundinus Episcopus plebis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus plebis Tituli [18]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Victor Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Milicus Episcopus plebis Tagamutensis [19]. *Idem dixit*. Præsto sum; omnes Catholici sunt. *Item recitavit*.

put in Itinerario Antonini, *Pudput* in Tabulis Peutingerianis, *Pulpu* in anonymo Ravennate, & *Pulpud* apud Cyprianum & a Tito Livio appellatur. Hujus Pannonii nomen legere est in epistola Concilii Carthaginiensis ad Innocentium Papam, inter epistolas ultimæ editionis 175. ubi ex mss. nomen Pannonii restitutum est, cum antea perperam legeretur Pantonii. In Concilio Carthaginiensi ann. 525. sub Bonifacio interfuit Fortunatus Episcopus plebis *Puppitanæ*, & primus omnium epistolæ synodicæ Episcoporum provinciæ Proconsularis in Concilio Lateranensi recitatæ subscribit *Gulosus Episcopus Puppitanus*.

1. *Tubulbacensis*] In Byzacena, ut docet notitia.

2. *Metensis*] In provincia Numidiæ, ut videre est in eadem notitia.

3. *Bahannensis*] Est in notitia provinciæ Byzacenæ *Boanensis* sedes, & epistolæ Episcoporum hujus provinciæ ad Constantinum in Concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Januarius Episcopus Banensis*.

4. *Centuriensis*] In Numidia, ut docet notitia, & Procopius lib. 2. de Bello Vandalico mentionem facit Castelli cujusdam cui *Centuriæ* nomen erat in Numidia De hoc ipso *Quodvultdeo Episcopo Centuriensi* actum est in Concilio Milevitano anni 402. Cod. Afric. Can. 87. quo statuitur ut nullus cum eo communicet, donec caussa ejus fuerit terminata, quia noluerat cum adversario suo contendere in Episcoporum judicio.

5. *Capsensis*] *Capsa* urbs provinciæ Byzacenæ. Hujus pierique veteres meminere. *Donatulus a Capse* subscribit Concilio Carthaginiensi sub Cypriano qui mentionem etiam facit *Capsensis* civitatis epist. 56. In notitia provinciæ Byzacenæ num. 60. occurrit *sedes Capsensis*. Ptolemæus *Capsam* inter urbes sub Adrumeto constitutas recenset. In ea Jugurthæ Regis Thesauri asservabantur, teste Strabone lib. 17. De hac urbe Sallustius lib. de bello Jugurthino: *Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens nomine Capsa*. Ipsius excidium postea describit, sicut & Florus lib. 3. cap. 1. Plinius vero lib. 5. cap. 4. *Capsitanos* memorat inter eos qui *non civitates tantum, sed pleræque etiam nationes jure dici possunt*. *Capsam* coloniam habent Tabulæ Peutingerianæ.

6. *Temonianensis*] Sedes provinciæ Byzacenæ, ut docet notitia, in qua tamen legitur *Themoniarensis*. In Synodica Episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum inter Episcopos reperitur *Victorinus Themunianensis*. Cresconius de quo hic fit mentio, eligitur Legatus provinciæ Byzacenæ Can. 127. Cod. Afric.

7. *Auguritanæ*] In Numidia, ut patet ex notitia. Antea male legebatur *Cathauguritensis*.

8. *Jocundus Episcopus plebis Sufetulensis*] In provincia Byzacena, qui Concilio Carthaginiensi an. 419. interfuit. Privatianus *a Sufetula* sedit in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano. Præsidius *Sufetulensis* nominatur in notitia Episcoporum provinciæ Byzacenæ, & celebratur a Victore Vitensi Historiæ Vandalicæ lib. 2.

9. *Bartanensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

10. *Cullitanus*] Forte *Culultanus*, qui inter Episcopos provinciæ Byzacenæ refertur in notitia num. 56. *Cululim* recenset Procopius lib. 6. de ædificiis Justiniani inter urbes Mediterraneas Byzacenæ, quas hic Imperator adversus Mauros munierat.

11. *Bosetensis*] Erat hujus nominis Episcopatus in provincia Proconsulari non secus ac in Numidia. Nam in epistola Episcoporum provinciæ Proconsularis in Concilio Lateranensi sub Martino, legitur subscriptio Crescituri Episcopi Ecclesiæ *Busitanæ*, seu, ut habet cod. ms. Bellovacensis *Bositanæ*. Felix hujus adversarius appellatur infra cap. 202. *Vosetanus*.

12. *Girbitanus*] Ita emendavit Baluzius, nam in ms. codice legitur *Givit*. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixit Monnulus *a Girba*. In Concilio Cabarsussitano Proculus *Girbitanus* Episcopus. Evasius qui hic dicitur adversarius Quodvultdei cap. 199. appellatur *Episcopus Girbitanus*. In Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio an. 525. adfuit Vincentius Episcopus plebis *Gervitanæ* seu *Girbitanæ* provinciæ Tripolitanæ legatus. In notitia hujus provinciæ Episcopus est *Girbitanus*; necnon in notitia Imperii sect. 42. memoratur Procurator Baphii *Girbitani* provinciæ Tripolitanæ.

13. *Carianensis*] Seu *Casularum Carianensium*. Oppidi provinciæ Byzacenæ.

14. *Aggeritanus*] In notitia provinciæ Byzacenæ duplex sedes *Aggaritana*, scilicet num. 29. & num. 108. alterutrius erat Æmilianus Episcopus.

15. *Usilensis*] In notitia provinciæ Byzacenæ *Usulensis*. In Concilio Carthaginiensi sub Grato adest Cassianus *Usulensis*: & Theodorus *Usulensis* notus Donatista Concilio Cabarsussitano subscripsit: quamquam in codice ms. Bibliothecæ Colbertinæ legitur *Uculensis*, quæ urbs est provinciæ Proconsularis ab *Usulensi* diversa, & cujus Episcopus erat Cericius, de quo infra cap. 128. In Epistola synodica Episcoporum Byzacenorum subscribit *Laurentius Episcopus civitatis Usilabis*: & in Epistola Episcoporum provinciæ Proconsularis *Cresconius Episcopus Ecclesiæ Uculensis*. Οὔσιλα a Ptolemæo memoratur. Antoninus inter Tusdrum & Thenas *Usulam* civitatem locat. *Usila* dicitur ab Anonymo Ravennensi, & in Tabulis Peutingerianis *Usilla*.

16. *Amudarsensis*] *Amudarsa*, seu *Amurdasa*, urbs provinciæ Byzacenæ apud Ptolemæum & in Itinerario Antonini. In notitia ejusdem provinciæ exstat Liberatus *Amudarsensis*.

17. *Uvazensis*] In provincia Proconsulari. Nam Ptolemæus lib. 4. cap. 3. inter civitatem Thabraca & Bagradam fluvium memorat *Vaznam* civitatem, quæ videtur propterea sita fuisse in limite Proconsularis versus Numidiam. Ita BALUZIUS.

18. *Tituli*] In provincia Proconsulari est Episcopus *Titulitanus*.

19. *Tagamutensis*] In provincia Byzacena, ut constat ex notitia num. 19.

Speratus Episcopus plebis Ammederensis [1]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Crescentianus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Aurelius Episcopus plebis Numnulitanæ [2]. *Idem dixit*. Præsto sum, non habeo contra me Episcopum. *Habetdeus diaconus Episcopi Primiani Carthaginiensis dixit*. Exivit de corpore. *Item recitavit*. Venustus Episcopus plebis Turudensis [3]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Adeodatus Episcopus dixit*. Non ibi habemus. *Item recitavit*. Honoratus Episcopus Abiddensis [4]. *Idem dixit*. Præsto sum, Episcopum contra me non habeo ibi. *Item recitavit*. Gududus Episcopus Ancusensis [5]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Donatus Episcopus ejusdem loci dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Sabratius Episcopus plebis Turretamallumensis [6]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Jurata Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Undesitanæ [7]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Crescenius Episcopus* (*loci suprascripti*) *dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Severus Episcopus plebis Utimari [8]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit*. Paschasius Episcopus plebis Tijucensis [9]. *Idem dixit*. Præsto sum, sed unitas est illic. *Item recitavit*. Valerius Episcopus plebis Utinisensis [10]. *Idem dixit*. Præsto sum, Episcopum non habeo. *Habetdeus diaconus dixit*. Fuit illic, exivit de corpore. *Item recitavit*. Urbanus Episcopus plebis Theodalensis [11]. *Idem dixit*. Præsto sum, Catholica unitas est. *Item recitavit*. Victor Episcopus plebis Migirpensis [12]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Gloriosus Episcopus loci supradicti dixit*. Agnosco illum.

CXXVII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*: Cum Episcoporum sit petita collatio, miramur nescio qua impudentia præsentem diaconum [13] Episcopi personam velle suscipere, & collationem quam Deo favente cœpimus inchoare, studio contentionis perturbare. Unde cohibeat se a tali actione: quia non decet rebus seriis non necessaria commiscere. *Et alia manu*. Recognovi.

CXXVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Superflua prosequitur sanctitas tua, cum constet præsentem ad id fuisse delectum, ut cognosceret singulos, non ut studium disputationis arriperet. *Item recitavit*. Lucianus Episcopus plebis Tuneiensis [14] (*Idem dixit*.) Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit*. Donatus Episcopus plebis Saiensis [15]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit*. Rufinianus Episcopus plebis Muzuensis [16]. *Idem dixit*: Præsto sum; omnis Catholica est. *Item recitavit*. Victor Episcopus plebis Trisipensis [17]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Felicianus Episcopus* (*loci suprascripti*) *dixit*: Agnosco illum. *Item recitavit*. Adeodatus Episcopus plebis Bencennensis [18]. *Idem dixit*. Præsto sum, Catholica est ab origine. *Item recitavit*. Faustinus Episcopus plebis Sillitanæ [19]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Possidonius Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*.

1. *Ammederensis*] *Ammædaram* vocat Ptolemæus, eamque locat post Siccam Veneriam, Assuram, Naraggaram, & Madauram, hoc est in limite provinciæ Proconsularis & Numidiæ. Itinerarium Antonini *Ammederam* locat inter urbes Numidiæ.

2. *Numnulitanæ*] In Proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ in Concilio Lateranensi in qua subscribit *Donatianus Episcopus Ecclesiæ Numnulitanæ*.

3. *Turudensis*] Forte *Turusensis* in Proconsulari provincia.

4. *Abiddensis*] In Proconsulari ubi erat oppidum *Abitta*, testibus Ptolemæo, & Antonini Itinerario. In Concilio Cabarsussitano subscribit *Tertullus Episcopus Abittensis*. Erat & in Mauritania Cæsareensi *Bidensis*, seu *Biddensis* Episcopus; atque etiam *Itensis*. Forte ad alterutrum revocari posset.

5. *Ancusensis*] In provincia Byzacena. In veteri codice perperam hic *Anusiensis* legitur; nam Donatus Gududi adversarius cap. 207. *Ancusensis* Episcopus dicitur; ut recte observavit Baluzius.

6. *Turretamallumensis*] Duæ erant in Africa urbes dictæ *Tamalluma*, ut ex notitia constat; una in provincia Byzacena; altera in Mauritania Sitifensi. Illa *Turretamallumensis* dicitur. *Tamallumensis Ecclesiæ plebes invaserat Vincentius Girbitanns* ex Concilio Juncensi. Ex quo colligitur hanc urbem in extremis Byzacenæ partibus fuisse sitam versus Tripolitanam, ad quam *Girba* pertinebat. In Itinerario Antonini collocatur *Turristamalleni* in limite Tripolitanæ. In Concilio Lateranensi sub Martino act. 2. epistolæ Byzacenorum subscribit *Pentasius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Turriumtamulus*, seu *Turrium-Tamal* ex codice Bellovacensi.

7. *Undesitanæ*] Legendum *Vadesitanæ*, ut monet Baluzius. Nam postea Cresconius Fortunati adversarius vocatur *Baiesitanus* cap. 201. & sane in notitia Episcoporum Africæ nullus *Undesitanus*, sed *Vadesitanus* inter Numidas occurrit.

8. *Utimari*] Est in provinciæ Proconsularis notitia Episcopus *Utimmirensis*, sed hujus sedis Episcopum fuisse statuimus *Timianum Utmensem*, de quo supra.

9. *Tijucensis*] Hujus sedis nomen in notitia non comparet. Nam quod Baluzius *Tisiensem* Byzacenæ putat esse, non advertit supra se Aptum Episcopum plebis *Tigiensis* huic sedi adscripsisse. Ego existimarem *Tysicense* oppidum, quod Augustinus in Proconsulari situm esse docet, & cui Novellum Episcopum præfuisse tempore Cæciliani ait, diversum fuisse a *Tisiensi*, idemque cum *Tijucensi*, de quo agimus.

10. *Utinisensis*] Forte *Tinnisensis* in provincia Proconsulari.

11. *Theodalensis*] In provincia Proconsulari *Theudalen* urbem fuisse constat ex Ptolemæo lib 4. cap. 3. & Plinio lib. 5. cap. 4. Victor Vitensis lib. 1. num. 7. laudat Habetdeum Episcopum *Theudalensem* a Genserico relegatum. *Theudalensem* pro *Eudalensi* in notitia provinciæ Proconsularis legendum censent Baluzius & Harduinus.

12. *Migirpensis*] In provincia Proconsulari. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano subscribit *Felix primus a Migirpa*; & in notitia Episcoporum provinciæ Proconsularis *Migirpensis* occurrit. In Concilio Carthaginiensi anni 397. interfuit *Tutus Episcopus Migirpensis*.

13. *Præsentem Diaconum*] Habetdeum Primiani Carthaginiensis diaconum, cujus exstant plurimæ interlocutiones in his gestis.

14. *Tuneiensis*] *Tunes* celebris est apud Polybium; hujus situm sic describit: *Tunes Carthagine abest stadia ferme 120. ex omni ferme parte Carthaginis potest conspici*. Nunc *Tunis*. In Concilio V. generali Sextilianus *Tuneiensis*, seu *Tuniensis* Episcopus vices agit Primosi Episcopi Carthaginis.

15. *Saiensis*] Holstenius pro *Saiensi* legendum putat *Salditanum* qui ad Mauritaniam Sitifensem pertineret: Baluzius *Suensem*, cujus sedis Episcopum subscripsisse legimus in epistola Episcoporum provinciæ Proconsularis ad Paullum Patriarcham in Concilio Lateranensi sub Martino.


16. *Rufinianus &c. Muzuensis*] Is interfuit Concilio Carthaginiensi sub Aurelio ann. 419. ubi varie sedis ejus nomen refertur. Nam in Labbæana editione Tom. 2. Concil. col. 1603. & 1605. dicitur *Rufinianus Muzutensis*, seu *Mustensis*, & col. 1670. *Rufinus Episcopus Mazensis*. In Cod. Can. Eccles. Afric. Can. 127. dicitur *Muzucensis*, & inter Legatos provinciæ Proconsularis ponitur. At *Muzuca* ad Byzacenam pertinebat. Quare rectius in Græco tum hic, tum in subscriptionibus *Μυζουκηνὸς* appellatur; quod concinit cum collatione & notitia.

17. *Trisipensis*] Hujus sedis non alibi fit mentio quam in epistola Episcoporum provinciæ Proconsularis ad Paullum Patriarcham Constantinopolitanum in Concilio Lateranensi, ubi legitur subscripsisse *Felix Episcopus sanctæ Ecclesiæ Trisipellis*, aut ut in ms. codice Bellovacensi *Trisipelis*.

18. *Bencennensis*] Forte legendum *Beneventensis* seu *Benenensis*, quæ sedes est in provincia Proconsulari. In Concilii Arelatensis anni 314. subscriptionibus legi inter Episcopos Afros, *Anastasius Episcopus de civit Beneventina*.

19. *Sillitanæ*] In provincia Numidiæ, ut docet not num. 54.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Felix Episcopus plebis Aptugnitanæ [1]. *Idem dixit*. Præsto sum, Catholica est omnis. *Item recitavit*. Geta Episcopus plebis Jubaltianensis [2]. *Idem dixit*. Præsto sum. Non habeo contra (me) alium. *Item recitavit*. Januarius Episcopus plebis Cenculianensis [3]. *Idem dixit*. Præsto sum, non est illic Episcopus alius, Catholica est. *Item recitavit*. Julianus Episcopus plebis Tasfaltensis [4]. *Idem dixit*. Præsto sum; unitas est, Catholica est omnis illic. *Adeodatus Episcopus dixit*. Annus est ex quo mortuus est. *Item recitavit*. Crescentianus Episcopus plebis Arenensis [5]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est apud me. *Item recitavit*. Licentius Episcopus plebis Zattarensis [6]. *Idem dixit*. Præsto sum, Catholica est ibi. *Item recitavit*. Malcus Episcopus plebis Masculitanæ [7]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Vitalis Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Marianus Episcopus plebis Rufinianensis [8]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitatem Catholicæ habet. *Item recitavit*. Tertiolus Episcopus plebis Cillitanæ [9]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Donatus Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Sopater Episcopus plebis Tambaiensis [10]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Faustinus Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item* A *recitavit*. Paullus Episcopus plebis Uzittarensis [11]. *Idem dixit*. Præsto sum, non habeo ex illa parte. *Habetdeus Diaconus dixit*. Exivit de corpore. *Item recitavit*. Januarius Episcopus plebis Aptucensis [12]. *Dominicus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Heic est, commotus est corporis infirmitate. *Item recitavit*. Victor Episcopus Ecclesiæ Uticensis [13]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Gedulus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Qui supra pro Cericio [14] Episcopo plebis Uculensis [15]. *Quo accedente, idem dixit*. Præsto sum, omnis Catholica est. *Item recitavit*. Basilius Episcopus plebis Altiburitanæ [16]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Augustialis Episcopus (loci suprascripti) dixit*. Agnosco illum. B *Item recitavit*. Victor Episcopus plebis Vinensis [17]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Habetdeus Diaconus dixit*. Non habemus, exivit de corpore ante annos quinque. *Item recitavit*. Fructuosus Episcopus plebis Abziritensis [18]. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Hic est Carthagini, sensit sibi [19]. *Adeodatus Episcopus dixit*. Diœcesis est Feliciani Utinensis [20], Presbyterum ibi habet. *Item recitavit*. Publianus Episcopus plebis Bazarididacensis [21]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est. *Item recitavit*. Cassianus Episcopus plebis Bamaccorensis [22].

1. *Aptugnitanæ*] Ita legitur ubique apud Augustinum. Apud Optatum & in actis purgationis *Autumnitanæ*, vulgo *Aptungitanæ*.

2. *Jubaltianensis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia. Qui nominatur hic ejus Episcopus *Geta*, adfuit Concilio Carthaginiensi anno 403. ut refertur in Codice Can. Ecclesiæ Africanæ Can. 90. Ejusdem sedis fuisse videtur Episcopus Restitutus, qui in epistola Episcoporum provinciæ Byzacenæ dicitur *Jubedidiensis*, seu ut habet exemplar Bellovacense *Jubalidiensis Episcopus*.

3. *Cenculianensis*] Seu potius *Cunculianensis* in notitia provinciæ Byzacenæ.

4. *Tasfaltensis*] In notitia ejusdem provinciæ, *Tasbaltensis*. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixit *Adelphus a Thasbalte*, seu ut in nonnullis habetur Codicibus, *a Thasvalte*. Antoninus in Itinerario *Tabaltam* memorat inter urbes Byzacenæ. Concilio Cabarsussitano ann. 393. inter Episcopos Donatistas subscribit *Innocentius Thebaltensis*. Hic forte est de quo dicitur hoc loco: *Annus est ex quo mortuus est*.

5. *Arenensis*] Cujus provinciæ sit incertum.

6. *Zattarensis*] *Zattara* urbs Numidiæ notissima. Ex Episcopis quatuor qui fidei professionis libellum Hunerico Regi obtulere, unus fuit *Januarius Zattarensis*, ut testatur Victor Vitensis lib. 3. *Felix Zattarensis* Episcopus Legatus Numidiæ interfuit Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio ann. 525. & alteri sub Reparato ann. 534. Habemus etiam *Cresconium Episcopum Zattarensem* provinciæ Numidiæ, qui adfuit Concilio V. generali. In notitia Episcoporum qui Carthaginem venerunt anno sexto Regis Hunerici inter Numidas recensetur *Januarius Jactarensis*; sed utrum is a *Zattarensi Januario* de quo supra, diversus fuerit, incertum.

7. *Masculitanæ*] Numidiæ urbis de qua vide notam 48. ad l. 1. Optati p. 15.

8. *Rufinianensis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia.

9. *Cillitanæ*] In eadem provincia ex eadem notitia.

10. *Tambaiensis*] Civitatis provinciæ Byzacenæ, de qua mentionem facit Victor Vitensis lib. 5. de persecutione Vandalic. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano adfuit *Secundianus a Tambæis*; & inter Episcopos Donatistas cap. 44. subscribit *Gemelius Episcopus a Tambeis*. Inter Episcopos provinciæ Byzacenæ in notitia memoratur *Tambeitanus*. Antea legebatur *Tambalensis*, sed emendatum est a Baluzio *Tambaiensis*; quia cum infra nominatur Faustinus Sopatris hujus adversarius, *Tambaiensis* dicitur.

11. *Uzittarensis*] Est in notitia provinciæ Proconsularis Episcopus *Usitensis*; quam sedem eamdem putat esse Baluzius cum ista. *Usitæ* in Africa meminit Hirtius in libro de bello Africano, sed hæc sita erat in provincia Byzacena, ut post Norisium, observat Theodericus Ruinart: nam dicitur illa ab Hirtio a portu Leptis parvæ millia sex passuum abfuisse. Leptis autem erat in Byzacena supra Adrumetum versus Tripolim millia passuum decem & octo, ut testatur Antoninus in Itinerario, proindeque longius a provincia Proconsulari dissita, quam ut ei attribui posset. Huic etiam sententiæ favet C Ptolemæus, qui libro 4. cap. 3. inter urbes quæ sub Adrumeto erant *Usitam* commemorat.

12. *Aptucensis*] Cave ne *Aptucam* confundas cum *Aptunga* provinciæ Proconsularis urbe. Ubi sita fuerit *Aptuca*, incertum.

13. *Uticensis*] Urbs notissima provinciæ Proconsularis, & Catonis morte nobilitata, ut observant Pomponius Mela, & Plinius.

14. *Qui supra pro Cericio*] Antea legebatur: *Item recitavit qui supra. Procericio Episcopus plebis Uculensis*. Sed hunc locum emendavit Baluzius & recte. Sensus est, Episcopus Catholicus qui modo subscripserat, nempe Victor Uticensis, pro Cericio Episcopo plebis Uculensis tunc absente, etiam subscripserat: sed tunc præsens Cericius subscriptionem approbat & respondet.

15. *Uculensis*] Diversus ab *Uzulensi*, de quo supra cap. 126. provinciæ Proconsularis fuisse colligitur ex epistola Episcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranensi D sub Martino, cui *Cresconius Episcopus Ecclesiæ Uculensis* subscripsisse legitur.

16. *Altiburitanæ*] Seu *Altuburitanæ* in provincia Proconsulari, ut docet notitia. *Victor Episcopus Altiburitanus* Concilio Cabarsussitano interfuit, & *Constantinus Episcopus Ecclesiæ Altoburitanæ* synodicæ Patrum Proconsularium subscripsit in Concilio Lateranensi sub Martino.

17. *Vinensis*] In eadem provincia Proconsulari, ut patet ex eadem epistola synodica, cui subscripsit *Fructuosus Vinensis Episcopus*. Inter Episcopos Concilii Cabarsussitani reperitur *Faustinus Episcopus Binensis* Donatista, quem eum esse existimat Baluzius, de quo hic dicit Habetdeus diaconus: *Non habemus, exivit de corpore ante annos quinque*.

18. *Abziritensis*] Seu *Abziritanus*, vel *Abderitanus*. Nam Victor Episcopus qui interfuit Concilio Carthaginiensi ann. 397. in vulgatis *Abderitanus* Episcopus, in vetustissimo codice ms. bibliothecæ Colbertinæ, dicitur *Abziritanus*. Forte hujus sedis Episcopus est *Victorianus* E *Auziritanus*, qui subscripsit epistolæ synodicæ Patrum provinciæ Proconsularis in Concilio Lateranensi sub Martino. Cave tamen ne eam sedem cum *Abaritana*, quæ secunda est in notitia provinciæ Proconsularis confundas.

19. *Sensit sibi*] Mendosus locus ex quo tamen colligi potest, Fructuosum male se habuisse.

20. *Utinensis*] In provincia Proconsulari. Hujus *Feliciani* fit etiam mentio cap. 133. & 187.


21. *Bazarididacensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

22. *Bamaccorensis*] In notitia Numidiæ corrupte legitur *Damatcorensis*. Hic in veteri libro *Vamaccorensis*: at cap. 187. *Bamaccorensis*. Plinius lib. 5. cap. 4. memorat in Africa civitatem *Vamacures*. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano occurrit *Felix ab Amaccura* aut *Amachorra*, pro quo legendum conjiciunt eruditi a *Bamaccura*.

Idem dixit. Præsto sum. *Donatus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum; Presbyter meus fuit. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus plebis Zaraitensis [1]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Rogatus Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Felix Episcopus Villaregensis [2]. *Idem dixit*. Præsto sum, non habeo contra me Episcopum. Modo exivit de corpore. *Victor Episcopus (loci suprascripti) dixit*. Constat me modo fuisse ordinatum. *Item recitavit*. Primulus Episcopus plebis Tamagristensis [3]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Saturninus Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Adeodatus Episcopus plebis Satafensis [4]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Urbanus Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. B *Item recitavit*. Faustinianus Episcopus plebis Tamogadensis [5]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Gaudentius Episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Avitus Episcopus plebis Lamasuensis [6]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Januarius Episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Sextilius Episcopus plebis Assabensis [7]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Marcianus Episcopus (loci suprascripti) dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Marcianus Episcopus Idicrensis [8]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Martialis Episcopus dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Crispulus Episcopus Ecclesiæ Volitanæ [9]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Quodvultdeus Episcopus dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. C Germanus Episcopus Gypsariensis [10]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Fidentinus Episcopus dixit*. Agnosco illum. (*Item recitavit*.) Rogatus Episcopus Gaguaritanus [11]. *Idem dixit*. Præsto sum, unitatem habet. *Adeodatus Episcopus dixit*. Noster fuit, a nobis illo transiit. *Item recitavit*. Quadratus Episcopus plebis Gegitanæ [12]. *Idem dixit*. Præsto sum, numquam ibi fuit Episcopus. *Item recitavit*. Gregorius Episcopus Tamallensis [13]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Lucius Episcopus dixit*. Agnosco illum.

A *Item recitavit*. Lucius Episcopus civitatis Tagaratensis [14]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Quintus Episcopus dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Felicianus Episcopus plebis Cufrutensis [15]. *Idem dixit*. Præsto sum, Episcopum alium non habeo.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



CXXIX. *Primianus Episcopus dixit*. Ille qui fuit, damnatus est a nobis & ab illis; cum scirent illum reum, & ipsi confirmaverunt; adhuc alter non est ordinatus. *Et alia manu*. Primianus Episcopus recognovi. *Item recitavit*. Bonifacius Episcopus Cenensis [16]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Vindemius Episcopus dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Adeodatus Episcopus plebis Bazaritanæ [17]. *Idem dixit*. Præsto sum. Est quidem in corpore constitutus Calipotius; sed cum videret universum populum ad Ecclesiam Catholicam fuisse conversum, discessit. *Item recitavit*. Niventius Episcopus Tunugabensis [18]. *Idem dixit*. Præsto sum. Non ibi habeo contra me Episcopum.

CXXX. *Primianus Episcopus dixit*. Damnatus est in caussa adulterii; tamen illic fuit usque ad annum præsentem. *Item recitavit*. Sabinus Episcopus Tuccensis [19]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Adeodatus Episcopus dixit*. In diœcesi mea est ordinatus, ex Presbyterio meo est. *Sabinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Cum sæpe a civibus meis peterer ut eos in communionem Ecclesiæ Catholicæ suscepissem, rogaverunt eam ut eis Episcopus daretur. Petierunt me, & ordinatus sum. *Adeodatus Episcopus dixit*. Quem habuit decessorem? Edicat in cujus locum successit.

CXXXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Constat non ibi fuisse Catholicam? *Adeodatus Episcopus dixit*. Non. *Item recitavit*. Marianus Episcopus Utzipparitanorum [20]. *Idem dixit*. Præsto sum, numquam ibi habui alium. *Item recitavit*. Victorius Episcopus plebis Larensis [21]. *Idem dixit*. Præsto sum. *Honoratus Episcopus dixit*. Agnosco illum.

1. *Zaraitensis*] Seu *Zarattensis* in Numidia, ut docet notitia.

2. *Villaregensis*] Male in notitia Numidiæ *Villadegensis*. Cap. 48. & 77. Cod. Can. Eccle. Afr. *Cresconius Villaregensis* in Numidia Episcopus reprehenditur, quod propria sede relicta Tubiensem Ecclesiam invasisset. *Candidum Villaregiensem Episcopum*, cui ex Donatista facto Catholico honor Episcopalis servatus est, laudat Augustinus lib. 2. contra Cresconium c. 10.

3. *Tamagristensis*] In Mauritania Sitifensi, ut docet notitia.

4. *Satafensis*] Ibidem est *Satafensis* in Sitifensi num. 6. & in Cæsarensi num. 116. Alterutrius sedis fuerunt Episcopi quorum hic fit mentio.

5. *Tamogadensis*] Seu *Tamugadensis* in Numidia. De qua vide notam Baluzii ad acta purgationis Cæciliani supra p. 171.

6. *Lamasuensis*] Item in Numidia, ut docet eadem notitia. Dicitur postea Januarius adversarius Aviti cap. 187. *Lamasbensis*, & in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixit *Pusillus a Lamasba*. Ita etiam E appellatur hocce oppidum in Antonini Itinerario; in Tabulis Peutingerianis, *Lamasbua*.

7. *Assabensis*,] Seu potius *Assafensis* in Sitifensi ut docet notitia.

8. *Idicrensis*] In Numidia. Vide notam 49. in librum 2. Optati. p. 42.

9. *Volitanæ*] Ptolemæus inter alias urbes quas lib. 4. cap. 3. sub Carthagine fuisse commemorat, *Vol* secundam recenset. In notitia provinciæ Proconsularis, *Bolitanus* dicitur ejus Episcopus, & Paullinus in vita Ambrosii *Muranum Episcopum Bolitanum* laudat. Exstat sermo Augustini 13. de verbis Apostoli habitus in die natali *Bolitanorum Martyrum*; & *sanctorum Volitanorum* memoria celebratur in Carthaginiensi Calendario die XVI. Kalendas Novembris.

10. *Gypsariensis*] In Mauritania Cæsareensi, ut colligi potest ex Ptolemæo lib. 4. cap. 14. At in Tabulis Peutingerianis, & in anonymo Ravennate *Gypsaria* collocatur inter oppida provinciæ Byzacenæ.

D 11. *Gaguaritanus*] In notitia provinciæ Byzacenæ dicitur *Gauvaritanus*.

12. *Gegitanæ*] *Gegitanus* Episcopus legitur in notitia Mauritaniæ Sitifensis. Hic potius designatur, quam *Ziggensis* quæ in Proconsulari.

13. *Tamallensis*] Hæc est *Tamalluma* Mauritaniæ Sitifensis.

14. *Tagaratensis*] In provincia Proconsulari, ut docet notitia.

15. *Cufrutensis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia. Iste *Felicianus* adfuit Concilio Carthaginiensi ann. 403. & ibi quoque dicitur *Cufrutensis Episcopus*.

16. *Cenensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

17. *Bazaritanæ*] In Numidia, ut docet notitia. Calipotius hujus adversarius infra cap. 188. dicitur *Calipodius Episcopus Vazaritanus*.


18. *Tunugabensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

19. *Tuccensis*] Non *Tuccæ* in Sitifensi, neque *Tuccæ* in Byzacena, sed oppidi cujusdam hujus nominis antea diœceseos Milevitanæ, ut patet ex sequentibus.

20. *Utzipparitanorum*] In provincia Proconsulari, ut docet notitia: quæ *Uzipparitanum* habet Episcopum. Is *Marianus* Concilio Carthaginiensi ann. 419. postea interfuit.

21. *Larensis*] In provincia Proconsulari. Hujus meminit Victor Vitensis lib. 2. hist. Vandal. num. 6. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixit, *Hortensianus a Laribus*. Adfuit Concilio Carthaginiensi ann. 525. sub Bonifacio, *Vitulus Episcopus plebis Larensis*. Erat in Mauritania Cæsareensi *Lar* castellum, ut docent Itinerarium Antonini & anonymus Ravennas, sed diversum a *Larensi oppido*, de quo fit mentio apud Victorem Vitensem. Nam istud *Siccæ Veneriæ* vicinum erat, & huc Episcopi ducti fuerant, ut inde in eremum deportarentur. *Hilarensis oppidi* & *Siccensis* quasi vicinorum meminit Augustinus epist. 229. ad Darium Comitem; nec videtur *Hilarense* diversum a *Larensi*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



CXXXII. *Hilarus exceptor dixit*. Quoniam codices implevimus, & alii nobis ſubrogandi ſunt exceptores, jubeat nobilitas tua e corpore noſtro alios ſubrogari, nobis cuſtodibus datis. *Vitalius Notarius Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Hoc & ego ſuggero, quod & exceptor nobilitati tuæ. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Dentur nunc Notariis qui codices ſe impleſſe confirmant, & exceptoribus ab utraque parte cuſtodes. *Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Carthaginienſis dixit*. Jam nos delegiſſe cuſtodes, mandato ipſo narravimus. Ex ipſis etiam duos offerimus cuſtodes. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Eorum nomina qui nunc offeruntur, edicito. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Deuterium [1] & Reſtitutum [2]. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Congruum eſt, ut ſicuti & alii ſubrogati ſunt exceptores, ſic dentur & ab alia parte cuſtodes. *Primianus Epiſcopus Carthaginienſis dixit*. Damus cuſtodes, Victorem Hipponienſem [3] & Marinianum Oeenſem [4] collegas noſtros.

CXXXIII. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam ex utraque parte Epiſcopi cuſtodes videntur adpoſiti, ſingulorum (ſicut cœperat) officium nomina ſubſcriptioneſque recitare debebit, & ad ſuſceptas tabulas ad majorem diligentiam alterutrum ſignet ſollicitudo cuſtodum, ut hiſdem præſentibus reſeratæ, deſcribi poſſint, atque ea quæ geſta ſunt ſchedarum ſerie contineri. *Cumque ab utriſque partibus tabulæ ſuſciperentur atque ſignarentur, recitatum eſt*. Innocentius Epiſcopus Lamiggigenſis [5] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit*. Præſto ſum. *Junianus Epiſcopus dixit*. Nec ego illum novi, nec ipſe me. *Et recitavit*. Rufinianus Epiſcopus Bonuſtenſis [6] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit*. Numquam illic fuerunt Donatiſtæ. *Primianus Epiſcopus Carthaginienſis dixit*. Ipſe fuit noſter, ſed populos habemus quibus ordinare [7]. *Rufinianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Bonuſtenſis dixit*. Numquam habuit. *Et recitavit*. Laodicius Epiſcopus plebis Clypienſis [8] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit*. E parte adverſa eſt Geminius. *Et recitavit*. Donatus Epiſcopus plebis Buritanæ [9] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagini. *Quare cum recitaviſſet, idem dixit*. Non illic habent Donatiſtæ neminem. *Et recitavit*. Candorius Epiſcopus plebis Mullitanæ [10] coram V.C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Marcellinus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Iſaac Epiſcopus plebis Utinenſis [11] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Felicianus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Qui ſupra pro Victore Epiſcopo Tuburbitanorum Minorum [12] coram V.C. Tribuno & Notario Marcellino ſubſcripſi eum ſupraſcripta mandaſſe præſentem Carthagine. *Maximianus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Felix Epiſcopus Tubienſis [13] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Idem dixit*. Catholica eſt ſola. *Et recitavit*. Felix Epiſcopus Abbiritanorum Majorum [14] coram V.C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi

1. *Deuterium*] Epiſcopum *Cæſareenſem* in Mauritania, ut patet ex Auguſtino lib. 2. Retract. cap. 51. BALUZIUS.

2. *Reſtitutum*] Epiſcopum *Tagorenſem* in Numidia.

3. *Hipponienſem*] *Diarrhytorum* in provincia Proconſulari, non *Hippo-regiorum* in provincia Numidiæ. Nam *Macrobius* non *Victor* erat adverſarius ſancti Auguſtini *Hippo-regiorum* Epiſcopi: & cap. 139. is *Victor* dicitur adverſarius Florentini Epiſcopi Eccleſiæ Catholicæ *Hipponenſium-Zaritorum*, ac demum diſerte cap. 179. dicitur *Hipponenſis-Diarrhytorum*. Apud Ptolemæum lib 4. cap. 3. Ἵππον Διάῤῥυτος appellatur, quam urbem ſic a Græcis nominari aſſeverat Plinius lib. 5. cap. 4. propter aquarum irrigua. Eodem nomine deſignatur apud Pomponium Melam lib. 1. de ſitu orbis cap. 7. *Hippozarrhutus* dicitur in Itinerario Antonini. In Tabulis Peutingerianis *Ipponte Diarito*. Apud anonymum Ravennenſem lib. 3. num. 6. *Hippone-Zareſton*: & lib. 5. num. 5. *Yppone Zareſtum*. Utriuſque *Hipponis* meminit Strabo lib. 17. ſed errat cum utrique *Regii* nomen tribuit. Rectius Solinus in Polyhiſtore cap. 30. utramque urbem ſic diſtinguit: *Hipponem, Regium poſtea dictum; item Hipponem alterum, de interfluente freto Diarrhiton nuncupatum, nobiliſſima oppida Equites Græci condiderunt*. In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano ſententiam tulit *Martyr Petrus ab Hippone Diarrhito*. Auguſtinus lib. 16. de Civitate Dei cap. 8. *Hipponem Diarrhitum* appellat. Denique epiſtolæ Proconſularium Antiſtitum in Concilio Lateranenſi ſubſcribit, *Donatus Gratia Dei Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ipponizaritenſis*.

4. *Oeenſem*] In Tripolitana, ut docet Notitia. *Oeeam* habet Antoninus in Itinerario. *Heoam* Ptolemæus lib. 4. cap. 3. Dicitur a Plinio *Urbs Oeenſis*. Agrum *Oeenſem* in Tripolitana provincia memorat Ammianus Marcellinus lib. 29. cap. 6. Statum *apud Coenſes* habuiſſe dicitur Apuleius apud Auguſtinum epiſt. 138. ſed in undecim manuſcriptis habetur *Ocenſes*, & in quinque *Oeenſes*, atque ita legendum patet ex eo quod ſtatim additur, *ex qua civitate uxorem habebat*: Pudentilla autem Apuleii uxor, ipſo Apuleio teſte in Apologia, *Oeenſis* erat. In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano *Natalis ab Oea*, tam pro ſe quam pro ſuis Comprovincialibus *Pompeio Sabratenſi & Dioga Leptimagnenſi* ſententiam dicit.

5. *Lamiggigenſis*] Duæ ſunt hujus nominis urbes in Africa, & ambæ in Numidia: In Notitia, una num. 101. altera num. 122. Duplex quoque Epiſcopus Donatiſta *Lamiggigenſis* reperitur in hac Collatione, nempe *Junianus* hic & cap 198. & *Recargentius* cap. 187.

6. *Bonuſtenſis*] In provincia Proconſulari; ut docet notitia.

7. *Quibus ordinare*] Deeſt hic aliquid.

8. *Clypienſis*] In Proconſulari, ut docet notitia. *Creſcens Clypienſis Epiſcopus* interfuit Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio ann. 525. & *Stephanus Epiſcopus Eccleſiæ Clypienſis* ſubſcripſit Synodicæ Epiſcoporum provinciæ Proconſularis in Concilio Lateranenſi ſub Martino. *Clypea* urbs celebrata a Ptolemæo, Hirtio, Plinio, Pomponio Mela, Solino, Silio Italico, Floro aliiſque. Prima omnium Africanarum in Romanorum poteſtatem venit ſub Regulo, ut obſervant Polybius & Florus.

9. *Buritanæ*] Forte eadem ſedes cujus Victor Vitenſis lib. 1. de Perſecut. Vandal num. 11. ait Epiſcopum fuiſſe *Fauſtum* quem *Buronitanum Epiſcopum* appellat. Videtur oppidum fuiſſe provinciæ Proconſularis.

10. *Mullitanæ*] In provincia Proconſulari, ut docet notitia. In Concilio Carthaginienſi anni 525. ſubſcripſit *Segetius Epiſcopus plebis Mullitanæ*.


11. *Utinenſis*] In provincia Proconſulari, ut ſupra obſervatum eſt.

12. *Tuburbitanorum Minorum*] Duplex in Africa *Tuburbium; majus & minus*. *Minoris* mentio fit hic & cap. 203. *Majoris* cap. 135. & 201. Ambo hæc oppida erant provinciæ Proconſularis. Unum tantum eſt in notitia.

13. *Tubienſis*] In Mauritania Sitifenſi. Nam in Concilio Carthaginienſi an. 397. Cod. Afr. Can. 48. conqueruntur Legati provinciæ Mauritaniæ Sitifenſis de Creſconio Villaregenſi Epiſcopo provinciæ Numidiæ, quod *Tubienſem* invaſerit Eccleſiam. Erat ergo oppidum Sitifenſis provinciæ Numidiæ vicinum.

14. *Abbiritanorum Majorum*] Duplex fuit oppidum nomine *Abbir* in Africa: unum majus de quo hic, & alterum de quo cap. 215. Apud Victorem Vitenſem lib. 2. de Perſecut. Vandal. num. 8. mentio fit *Felicis Abbiritani Epiſcopi* in exſilium acti, qui forte idem eſt *Felix* qui *Abaritanus* appellatur in Notitia provinciæ Proconſularis. *Abaritanæ provinciæ* mentionem facit idem Victor lib. 1. num. 4. tamquam diverſæ a *Proconſulari*: ibi enim dicitur Genſericus reſervaſſe ſibi provincias *Byzacenam, Abaritanam, Getuliam & partem Numidiæ*; Exercitui vero *Zeugitanam* vel *Proconſularem* diviſiſſe.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



& ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica eſt ſola. *Et recitavit*. Augendus Epiſcopus plebis Villæ magnenſis [1] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica eſt tantum. *Primianus Epiſcopus Carthaginienſis dixit*. Ipſe eſt qui jamdudum ad illam partem tranſiit. *Et recitavit*. Lucidus Epiſcopus plebis Marcellianenſis [2] & Bazitenſis coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica eſt [3], & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverſo eſt Reſtitutus [4]. *Reſtitutus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Aufidius Epiſcopus plebis Tignicenſis [5] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverſo habeo Julianum. *Julianus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Fortunatus Epiſcopus plebis Abenſenſis [6] coram viro clariſſimo Marcellino Tribuno & Notario ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Unitatem habeo. *Optatus Epiſcopus dixit*. Non habemus Epiſcopum, Presbyterum habemus. *Et recitavit*. Trifolius Epiſcopus plebis Aborenſis [7] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Nomen ſi illic auditum fuerit Donatiſtarum, lapidatur. *Et recitavit*. Qui ſupra pro Paulino Zurenſi [8] præſente litteras neſciente coram V. C. Marcellino Tribuno & Notario ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *& accedente Epiſcopo Paullino Catholico*, *idem dixit*. Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus Primiani Epiſcopi dixit*. Presbyter eſt illic noſter. Diœceſis eſt noſtra. *Et recitavit*. Lucrus Epiſcopus plebis Nigrenſium majorum [9] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Unitas eſt. *Habetdeus Diaconus dixit*. Presbyterum habet. *Et recitavit*. Fidentius Epiſcopus plebis Ceſalenſis [10] coram V.C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Unitatem habeo. *Valentinianus Diaconus Primiani Epiſcopi dixit*. Modo exivit de corpore: Fidentius dicebatur. *Et recitavit*. Creſconius Epiſcopus plebis Ruſucenſis [11] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato* (*idem*) *dixit*. Unitatem habeo. *Habetdeus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Ambibius Epiſcopus plebis Piſitenſis [12] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Habeo Felicem e diverſo. *Valentinianus Diaconus dixit*. Felix dicitur, litteras miſit excuſationis, ſenectutis cauſſa. *Et recitavit*. Rogatianus Epiſcopus plebis Tigimmenſis [13] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverſo mihi eſt Victorianus. *Et accedente Victoriano Epiſcopo* (*idem*) *dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Stephanus Epiſcopus plebis Sinnuaritenſis [14] coram V.C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Unitas eſt illic, Eccleſia eſt illic. *Habetdeus Diaconus dixit*. Diœceſis ea eſt Cypriani a Siccenni [15]. Cyprianus dicitur Epiſcopus, qui illic intendit ad Sinuar. *Et recitavit*. Serotinus Epiſcopus plebis Turuzita-

In Concilio Carthaginienſi an. 419. adeſt *Epiſcopus Candidus Abbiritanus* unus e Legatis provinciæ Proconſularis: & in ſubſcriptionibus dicitur *Candidus Germaniæ*, quippe hæc urbs dicebatur *Abbir Germanitiana*: unde in Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano interfuit *Succeſſus ab Abbir-Germanitiana*. *Germanitiana* erat pars Numidiæ, ut colligitur ex Auguſtino, qui epiſtola 251. *Germanitienſes* ad curam ſuam pertinuiſſe teſtatur. In anonymo Ravennate, & Tabulis Peutingerianis urbs *Germani* ſtatuitur in Numidia prope Thebeſte; & in notitia provinciæ Numidiæ num. 28. eſt *Florentius Noba-Germanienſis*, & num. 97. *Creſcentianus Germanienſis*. Itaque *Abbir Germanitiæ* diverſum crederetur ab *Abbir* provinciæ Proconſularis, niſi *Candidus Epiſcopus Abbiritanus* Legatus provinciæ Proconſularis in Concilio Carthaginienſi an. 419. diceretur *Germaniæ* ſive *Germanitiorum Epiſcopus*. Antoninus in Itinerario *Germanitiam* ad Byzacenam revocare videtur. Ut hæc concilientur dicendum *Germanitiæ* regionem, partim ad Proconſularem, partim ad Byzacenam, partim ad Numidiam pertinuiſſe, ſeu in limitibus trium iſtarum provinciarum ſitam. Alterutrius ſedis *Abbir* fuit Epiſcopus iſte *Felix* qui adverſarium non habebat; alterutrius vero *Annibonius*, de quo cap. 215.

1. *Villæ-magnenſis*] *Cyprianus Epiſcopus Villæ-magnenſis* ſubſcripſit Epiſtolæ ſynodicæ Epiſcoporum Proconſularium in Concilio Lateranenſi ſub Martino.

2. *Marcellianenſis*] In Numidia, in cujus notitia legitur *Epiſcopus de Giru-Marcelli*. Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano adſuit *Julianus a Marcelliana* aut *Marcellina*. Diverſa eſt iſta ſedes a *Maſclinianenſi*, provinciæ Byzacenæ: nam hic Lucidus obſervat hanc Eccleſiam Catholicam eſſe, hoc eſt ibi nullum eſſe Epiſcopum Donatiſtam: at cap. 208. fit mentio *Pluriani Epiſcopi Maſclinianenſis* e parte Donatiſtarum.

3. *Catholica eſt*] Deſunt heic nonnulla.

4. *Reſtitutus*] Quinque iſtius nominis Epiſcopi Donatiſtæ fuere in collatione Carthaginienſi, *Druſilianenſis*, *Segermitenſis*, *Fluminpiſcenſis*, *Membreſſitanus*, *Laritenſis*. Druſilianenſis habuit adverſarium Rufinum Epiſcopum Catholicum, Membreſſitanus, Gennadium, Segermitenſis, Felicem. De utro reliquorum intelligi debeat locus iſte incertum eſt.

5. *Tignicenſis*] *Tignicam* prope *Teclatam* Numidiæ civitatem locant Tabulæ Peutingerianæ.

6. *Abenſenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

7. *Aborenſis*] In provincia Proconſulari, ut docet Epiſtola ſynodica Epiſcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranenſi, cui ſubſcribit *Felix Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Aborenſis*.

8. *Zurenſis*] In eadem provincia Proconſulari, nam ſubſcribit Aborenſis pro eo tamquam pro vicino Epiſcopo litteras neſciente. Apud Victorem Vitenſem lib. 2. de perſecut. Vandal. cap. 9. quædam mulier dicit ſe filiam *Zuritanæ quondam civitatis Epiſcopi*.

9. *Nigrenſium majorum*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

10. *Ceſalenſis*] In provincia Proconſulari, ut patet ex Epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paullum Conſtantinopolitanum in Concilio Lateranenſi ſub Martino.

11. *Ruſucenſis*] Eſt in Mauritania Cæſareenſi *Ruſubus*, cujus Epiſcopus *Ruſuburitanus* dicitur in notitia. Forte idem eſt ac *Ruſucenſis* de quo heic; aut *Ruſucibar*, quod oppidum memorat Ptolemæus lib. 4. cap. 3.


12. *Piſitenſis*] Hanc urbem in confinio provinciarum Byzacenæ & Tripolitanæ locat Baluzius. Quia in Tabulis Peutingerianis *Piſida* locatur inter *Puteam* Byzacenæ urbem & *Sabratam* Tripolitanæ. At Noriſius *Piſitanam* civitatem Proconſulari provinciæ attribuit, ejuſque mentionem fieri ait lib. 1. de Miraculis ſancti Stephani, qui Evodio Uzalenſi tribuitur cap. 13. Certe Felix adverſarius Ambibii qui hic nominatur, diverſus eſt a *Putienſi*, de quo cap. 204. Nam is de quo agitur in præſenti capite non aderat Carthagini; alter vero præſens erat.

13. *Tigimmenſis*] In provincia Proconſulari, ut docet Epiſtola Epiſcoporum hujus provinciæ ad Paullum Conſtantinopolitanum relata in Concilio Lateranenſi ſub Martino.

14. *Sinnuaritenſis*] In provincia Proconſulari, ubi *Sinnuarenſem* aut *Sinnarenſem* ſedem fuiſſe docet notitia. In Concilio V. generali ſubſcribit *Victor Epiſcopus Municipii Sinna* provinciæ Proconſularis.

15. *A Siccenni*] Oppido provinciæ Proconſularis, nam *Sinnaritenſes* vicini indigitantur. Forte idem locus cujus Epiſcopus memoratur *Maximinus Simitenſis* ſeu *Sinicenſis* apud Auguſtinum lib. 22. de civit. Dei cap. 8.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



næ [1] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino supraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Numquam habuit, nec habet. *Habetdeus Diaconus dixit.* Presbyter eſt illic Cattus. *Serotinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Illic eſt, ſed ſuperfluo. *Et recitavit.* Majorinus Epiſcopus plebis Zemtenſis [2] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt; nec habuit, nec habet. *Et recitavit.* Thomas Epiſcopus plebis Cubdenſis [3] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E contra neminem habemus. *Et recitavit.* Reſtitutus Epiſcopus plebis Muzucenſis [4] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E contra Idaxius nobis eſt. *Et accedente Idaxio Epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Antonius Epiſcopus plebis Mutugennenſis [5] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo Splendonius eſt. *Et accedente Splendonio Epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Privatianus Epiſcopus plebis Vegeſelitanæ [6] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt mihi Donatus Cillitanus. *Et accedente Donato Cillitano Epiſcopo, idem dixit.* Diaconos illic habeo, vicina plebs agit, diœceſis mea eſt. *Privatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Ubi conveniunt? *Donatus Epiſcopus dixit.* Et loca & memorias Martyrum tamen prohibuiſti. Candidum non habui Presbyterum inde? *Privatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Et ubi agebatur? *Et recitavit.* Æmilianus Epiſcopus Eccleſiæ Bennefenſis [7] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo neminem e diverſo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Maximianus dictus eſt, hodie de corpore exiit. *Æmilianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Triennium habeo ex illo quo ordinatus ſum, nullum illic ſcio. *Valentinianus Diaconus dixit.* Mittatur, & videant illum. *Et recitavit.* Litorius Epiſcopus plebis Suavenſis [8] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Unitas eſt illic, omnis Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus partis Donati dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Benenatus Epiſcopus plebis Hoſpitenſis [9] coram v. cl. Trib. & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* In loco meo alius non eſt Epiſcopus. *Lucullus Epiſcopus dixit.* Perſecutio ſemper me fugavit. *Et recitavit.* Leontius Epiſcopus plebis Muſertitanæ [10] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato,* (*idem dixit.* Habeo neminem e diverſo.) *Habetdeus Diaconus partis Donati dixit.* Creſconius nunc ordinatus eſt contra. *Et recitavit.* Silvanus Epiſcopus plebis Macrianenſis [11] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Non habet neminem; Catholica eſt. *Et recitavit.* Eunomius Epiſcopus plebis Marazanenſis [12] coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt mihi Habetdeus. *Habetdeus Epiſcopus dixit.* Præceſſor meus ad Marazanenſem locum ordinatus eſt. Is poſtquam cathedram ſedit, expulſus eſt. *Eunomius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Numquam ſedit. *Habetdeus Epiſcopus dixit.* Ego etiam non admiſſus, in tertio milliario in civitate conquievi. *Eunomius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Numquam fuerunt Donatiſtæ, nec ſunt, nec aliquando ſederunt cathedram. *Habetdeus Epiſcopus dixit.* Modo oppreſſi ſunt. *Et recitavit.* Barbarus Epiſcopus plebis Hierpinianenſis [13] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino (ſupraſcripta mandavi &) ſubſcripſi

1. *Turuzitanæ*] Diverſa eſt iſthæc *Turuzus* a *Tuzuru*, cujus Aptus Epiſcopus memoratur cap. 187. Videtur autem fuiſſe provinciæ Proconſularis.

2. *Zemtenſis*] In provincia Proconſulari, ut docet epiſtola Epiſcoporum hujus provinciæ toties citata.

3. *Cubdenſis*] Ibidem ex eodem monumento.

4. *Muzucenſis*] Epiſcopus provinciæ Byzacenæ, ut docet notitia.

5. *Mutugennenſis*] Erat in Diœceſi Hipporegienſi villa dicta *Mutugenne*, ubi Presbyter erat Auguſtini tempore Donatiſta nomine Donatus, ut conſtat ex Auguſtino epiſt. 23. & 173. ſed hæc villa Epiſcopum non habebat.

6. *Vegeſelitanæ*] Duæ fuerunt *Vegeſelæ* in Africa; nam alius *Epiſcopus Vegeſelitanus* cap. 135. Una erat in Numidia, cujus Epiſcopus *Januarius* ſubſcribit in Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio, tam pro ſe, quam pro *Januario Maſculitano*. Ea proculdubio eſt *Megeſela*, quæ prope *Maſculam* locatur in Itinerario Antonini. *Privatus Vegeſelitanus Epiſcopus* adfuit Concilio Carthaginienſi ſub Grato, & *Vigiſilitanam plebem* laudat Auguſtinus ep. 64. *Vegeſelæ* in Numidia paſſus dicitur Marculus Donatiſta, cujus acta ſuperius retulimus. Alteram vero *Vegeſelam* ad Byzacenam pertinere ſtatuit Baluzius, quia in Itinerario Antonini *Vegeſela* ſeu *Vergeſalla* locatur inter urbes Byzacenæ. Verum in notitia Numidiæ duæ ſunt ſedes hujus fere nominis, ſcilicet num. 59. *Veſelitanus*, & num. 80. *Veleſitanus*: ſed veriſimilius eſt hanc *Vegeſelam*, cujus hic *Fortunatianus* dicitur Epiſcopus, fuiſſe Byzacenæ vicum vel caſtellum: nam ſtatim *Donatus Cillitanus* Epiſcopus ex parte Donati contendit *Vegeſelam* ſuæ eſſe diœceſeos. *Cillitanum* autem *Epiſcopum* provinciæ Byzacenæ fuiſſe conſtat ex notitia, Itinerio Antonini, & epiſtola Epiſcoporum Byzacenorum in Conc. Lat. Qui *Donatus* ſtatuitur etiam adverſarius *Tertioli Cillitani* Epiſcopi Catholici ſupra cap. 128. Erat igitur ſimul Epiſcoporum *Cillitani* & *Vegeſilitani* adverſarius, quia *Vegeſela* hæc ad *Cillitanam civitatem* pertinebat; ac proinde in Byzacena ſita erat.

7. *Bennefenſis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia. Auctor vitæ ſancti Fulgentii cap. 14. dicit Monaſterium in quo Fulgentius ſeſe recepit *Benefenſi* littori maxima ex parte contiguum. In Concilio Cabarſuſſitano ſubſcribit *Guntaſius Benefenſis*.

8. *Suavenſis*] In Numidia, ut docet notitia num. 96.


9. *Hoſpitenſis*] Itidem in Numidia ex notitia num. 110.

10. *Muſertitanæ*] Legendum videtur *Mutecitanæ*, quæ ſedes exſtat in provinvia Mauritaniæ Cæſareenſis, ut docet notitia. Hinc Creſconius hujus adverſarius infra cap. 206. dicitur *Muſtitanus* Epiſcopus, alio errore. Nam ex capite 122. conſtat *Muſtitanæ* ſedis Epiſcopum Catholicum *Victorianum* adverſarium habuiſſe non *Creſconium* ſed *Felicianum*. Verum facile *Mutecitani* nomen mutatum eſt in *Muſtitani*.

11. *Macrianenſis*] Duæ ſunt tantum *Macrianenſes* ſedes in notitia Epiſcoporum Africæ: una in Byzacena num. 80. altera in Mauritania Sitifenſi num. 23. In hac vero collatione, tres; nempe cap. 126. *Ferox Epiſcopus Macrianenſis majoris*, heic *Silvanus Macrianenſis*, & cap. 215. *Felix Epiſcopus Macrianenſis*. Sed fieri potuit ut duo eſſent in una ſede Epiſcopi Catholici, quod fiebat cum Epiſcopus Donatiſta ad Eccleſiæ unitatem accedebat, huic enim & nomen & locus Epiſcopi relinquebatur, ut patet ex Ampelio & Primulo Epiſcopis Vagenſibus in cap. 176. Collationis Carthaginienſis. Porro *Silvanus* iſte *Macrianenſis* Concilio Carthaginienſi ann. 403. interfuit. Concilium *Macrianenſe* laudat Ferrandus diaconus in Breviar. Canonum.

12. *Marazanenſis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia. In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano recenſetur *Felix a Marrazana*. *Marazaniam* appellat Antoninus in Itinerario.

13. *Hierpinianenſis*] Sive *Irpinianenſis* in Byzacena, ut docet eadem notitia num. 53.



Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Non habeo neminem contrarium. *Valentinianus Diaconus dixit*. Mœcopius dicebatur Episcopus, exivit de corpore. *Et recitavit*. Secundianus Episcopus plebis Hermianensis [1] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Contra mihi eft Maximianus Epifcopus. *Et accedente Maximiano Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco illum. *Et recitavit*. Pofthumianus Epifcopus plebis Tagorenfis [2] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholicæ eft unitatis. *Et recitavit*. Barbarianus Epifcopus plebis Creperulenfis [3] coram viro clariffimo Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica eft tantum. *Valentinianus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Felix Epifcopus Caniopitanorum [4] coram viro clariffimo Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *Valentinianus Diaconus dixit*. Presbyterum habemus nomine Reftitutum. *Et recitavit*. Victor Epifcopus plebis Tibaritanæ [5] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo (mihi) eft Victorianus Epifcopus. *Et accedente Victoriano Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco eum. *Et recitavit*. Gennadius Epifcopus plebis Membreffitanæ [6] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo mihi eft (Reftitutus. *Et accedente Reftituto Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco illum. *Et recitavit*.) Reftitutus Epifcopus plebis Simingitenfis [7] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcri-

A pfi Carthagini. *Quo recitato*, (*idem dixit*. Catholica eft omnis. *Habetdeus Diaconus dixit*. Non habemus.) *Et recitavit*. Octavius Epifcopus plebis Utimmenfis [8] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E contrario mihi eft Bonifacius. *Et accedente Bonifacio Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco illum. *Et recitavit*. Victorinus Epifcopus plebis Tabudenfis [9] coram viro clariffimo Tribuno & Notario Marcellino, fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini, *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo eft Argutus. *Et accedente Arguto Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco illum. *Et recitavit*. Maximianus Epifcopus plebis Enerenfis B [10] coram V.C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica eft, unitatem habeo. *Quodvultdeus Epifcopus dixit*. Habet Epifcopum; fed male habet. *Et recitavit*. Reginus Epifcopus plebis Tigillavenfis [11] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, (*idem dixit*. E diverfo mihi eft Donatus.) *Flavianus Epifcopus* [12] *dixit*. De itinere revertit Donatus, cauffa ægritudinis. *Et recitavit*. Qui fupra pro Crefconio Epifcopo Centenarienfi [13] præfente viro clariffimo Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini, eo quod infirmitatis cauffa præpe- C diatur, mandante ipfo fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, (*idem dixit*. E diverfo eft....) *Quodvultdeus Epifcopus dixit*. Etiam ipfe male habet. *Et recitavit*. Felix Epifcopus plebis Izirianenfis [14] coram viro clariffimo Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo eft mihi Saturus [15]. *Et accedente Saturo Epifcopo*, *idem*

1. *Hermianenfis*] Ibidem ex eodem monumento. Celebris eft *Facundus Hermianenfis* hujus fedis Epifcopus. *Benadus Epifcopus Hermianenfis* fubfcribit epiftolæ Epifcorum Byzacenorum in Concilio Lateranenfi fub Martino. Procopius lib. 1. de Bello Vandalico *Hermionem* Byzacii locum commemorat.

2. *Tagorenfis*] Duplex *Tagorenfis* fedes memoratur in Collatione. Is *Pofthumianus* hoc capite, & cap.143. *Reftitutus* item *Tagorenfis*, qui erat cuftos tabularum. Unam ex his in Numidia fuiffe ex notitia colligitur, ubi *Tagurenfis* occurrit, & ex Antonini Itinerario. Apud Auguftinum epift 59. mentio fit *Xantippi Tagofenfis*, qui de primatu Numidiæ cum Victorino contendebat. Hunc *Tagorenfem* Epifcopum fuiffe plerique fufpicantur, fed in omnibus manufcriptis habetur conftanter *Tagofenfis*, & in uno *Tagonenfis*. Altera *Tagora* feu *Tacora* videtur fita fuiffe in Proconfulari ex Tabulis Peutingerianis.

3. *Creperulenfis*] Sive *Crepedulenfis* in provincia Byzacena, ut docet notitia, & epiftola fynodica Patrum Byzacenorum, ubi occurrit Epifcopus *Secrepedulenfis*. Scriptum erat S. E. hoc eft *Sanctæ Ecclefiæ Crepedulenfis*.

4. *Caniopitanorum*] Forte *Canapii* in provincia Proconfulari, cujus fedis nomen legitur in epiftola Epifcoporum hujus provinciæ toties laudata, cui fubfcribit *Redemtus Epifcopus fanctæ Ecclefiæ Municipii Canapii* feu *Canapu*, ut habet Codex Bellovacenfis.

5. *Tibaritanæ*] In Concilio Carthaginienfi fub Cypriano fubfcribit *Vicentius a Tibari*.

6. *Membreffitanæ*] Duplex hic occurrit Epifcopus *Membreffitanus* Catholicus; & hoc ipfo in capite; nempe heic *Gennadius*, cui *Reftitutus* adverfarius opponitur, qui cap. 198. dicitur *Membreffitanus* Epifcopus. Et poftea *Theafius plebis Memblofitanæ Epifcopus*, qui adverfarium non habet. In notitia unus eft *Membrofitanus*, feu ut habet Codex Halleri *Membrefitanus* in Africa Proconfulari Epifcopus. Utramque vero urbem videtur memorare anonymus Ravennas cum libro 3. num. 5. *Membrifcæ* meminit inter provinciæ Proconfularis urbes, & num. fequenti *Membronem*. In Tabulis Peutingerianis pariter legere eft *Membriffam* & *Membrionem*. *Membreffa* oppidum certe eft provinciæ Proconfularis, quod Procopius lib. 2. de Bello Vandal. ait 350. ftadiis a Carthagine diftare. Inter eas urbes etiam locatur quæ pertinent ad Proconfularem. Et in epiftola Epifcoporum provinciæ Proconfularis legitur *Victor Epifcopus Ecclefiæ Membreffitanæ*. In Concilio Carthaginienfi fub Cypriano fententiam dixit *Lucius a Membrefa*, & *Pafchafius Membreffitanus* interfuit Synodo Carthaginienfi D fub Bonifacio. Ad eamdem etiam provinciam pertinet *Membrofa*, ut habet notitia vel *Memblofa* ut infra, vel *Memlo* aut *Membro*, ut habet Itinerarium Antonini: quamquam *Membronem* inter oppida Numidiæ numeret anonymus Ravennas. Porro Reftitutus Gennadii adverfarius is eft qui fervente inter Donatiftas fchifmate, in locum Salvii *Membreffitani* fuerat ordinatus, ut narrat Auguftinus epift. 108. & lib. 4. contra Crefconium cap.48.

7. *Simingitenfis*] In Concilio Cartaginienfi anni 525. fubfcribit *Crefconius Epifcopus plebis Simingitanæ*. Sed in qua parte fita fuerit ifthæc fedes, non dicitur.

8. *Utimmenfis*] Jam duos aut tres hujus fere nominis Epifcopos habemus, nempe cap. 126. *Timiani Utmenfis*, & eodem in capite, *Severi Epifcopi plebis Utimari*, & in cap. 128. ac 133. *Ifaac* Epifcopi Catholici *Utinenfis* & *Felictani* ejus adverfarii ejufdem fedis Epifcopi. Nunc quartus adeft *Utimmenfis* Epifcopus *Octavius*; & tamen in notitia Africæ unus eft *Utimmirenfis* Epifcopus in provin- E cia Proconfulari num.10. Sed heic veteres editiones Collationis habent *plebis Utinunenfis*: & cap. 198. Bonifacius Octavii adverfarius *Utunnenfis* Epifcopus dicitur.

9. *Tabudenfis*] In Numidia, ut docet notitia num.42.

10. *Enerenfis*] Cujus provinciæ fit, incertum.

11. *Tigillavenfis*] feu *Tigillabenfis* in Numidia, ut docet notitia num. 33.

12. *Flavianus Epifcopus*] *Pauzerenfis* infra cap. 187.

13. *Centenarienfi*] In Numidia, ut docet notitia num. 39. *Centenarias* recenfet anonymus Ravennas. *Ad Centenarium* habent Tabulæ Peutingerianæ.

14. *Izirianenfis*] *Hizirzadenfis*, legendum putat Baluzius ex notitia Numidiæ num. 55. Certe eamdem utrobique effe fedem haud ambiguum.

15. *Saturus*] Is dicitur infra cap. 198. *Epifcopus Byzacienfis*: quapropter omiffum putat hic Baluzius nomen Donatiftæ, qui erat adverfarius *Felicis Izirianenfis* & nomen Epifcopi Catholici *Bizacienfis*. Sed forte m... um eft in cap. 198. & pro *Bizacienfi* legendum *Izirianen*...

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



dixit. Presbyter meus erat. *Et recitavit*. Felicianus Episcopus plebis Feraditanæ minoris [1] præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino supraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit*. Catholica eſt. *Valentinianus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Romanus Episcopus plebis Meglapolitanæ [2] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit*. E diverſo non habeo. *Felix Episcopus dixit*. Presbyterum habemus Maximianum, præſto eſt. *Et recitavit*. Reſtitutus Episcopus plebis Cincaritenſis [3] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E diverſo mihi eſt Campanus Episcopus. *Et accedente Campano Episcopo, idem dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Nados Episcopus plebis Sabratenſis [4] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato idem dixit*. E diverſo habui, modo non habeo. *Et recitavit*. Cultaſius Episcopus plebis Mataritanæ [5], coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Unitas eſt. *Habetdeus Diaconus dixit*. Habuimus Ruſticianum; modo exivit de corpore. *Et recitavit*. Octavianus Episcopus plebis Ucimajoris [6] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Unitatem habeo. *Salvianus Episcopus* [7] *dixit*. Senis Victoriani diœceſis eſt, Presbyterum habet Januarium. *Et recitavit*. Safargius Episcopus plebis Lampuenſis [8] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Valentinianus Diaconus Primiani Episcopi dixit*. Senis Cartheri eſt plebs; ſed abſens eſt, pedibus laborat: propterea venire non potuit. *Et recitavit*. Victorinus Episcopus plebis Tabudenſis pro Gorgonio conſacerdote meo, qui infirmitate detinetur, plebis Liberalienſis [9] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino mandante ipſo ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem Gorgonius dixit*. Baſilicam mihi depoſuerunt hæretici, ſolus ſum. *Protaſius Episcopus dixit*. Habemus illic Victorem Episcopum. *Et recitavit*. Fortunatus Episcopus loci Caſenſis-Calanenſis [10] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Solus ſum. *Veriſſimus (Episcopus) dixit*. Presbyter eſt ibi Victorinus. *Et recitavit*. Theaſius Episcopus plebis Membloſitanæ [11] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Sola unitas eſt illic Eccleſiæ Catholicæ. *Salvianus Episcopus dixit*. Tempore perſecutionis ſuccubuit illic Episcopus, qui illic fuit. *Et recitavit*. Probantius Episcopus plebis Trofimianenſis [12] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Solus ſum. *Valentinianus Diaconus dixit*. Presbyterum habet. *Et recitavit*. Dulcitius Episcopus plebis Tacapitanæ [13] præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. (Habeo alium contra me.) *Valentinianus Diaconus dixit*. Felix dicitur. Heic eſt, ſed male habet. *Item recitavit*. Catulinus Episcopus plebis Gittenſis [14] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit*. Unitas eſt. *Valentinianus Diaconus Episcopi Primiani dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Villaticus Episcopus plebis Sinnipſenſis [15] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Unitas eſt. *Et recitavit*. Hilarianus Episcopus plebis Hiltenſis [16] coram V. C. Tribuno & Nota-

1. *Feraditanæ minoris*] *Feraditana major* eſt in notitia provinciæ Byzacenæ. In eadem quoque *Feraditanam minorem* fuiſſe veriſimile. Nam ſolebant oppida ejuſdem nominis, quorum unum majus, alterum minus dicebatur, ſibi eſſe vicina. Videtur hæc eſſe eadem cum *Peradamienſi* quæ reperitur etiam in notitia provinciæ Byzacenæ num. 31.

2. *Meglapolitanæ*] In provincia Proconſulari, ut docet ejus notitia num. 39. & epiſtola ſynodica Episcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranenſi, in qua reperitur nomen *Reparati Episcopi ſanctæ Eccleſiæ Meglapolitanæ*.

3. *Cincaritenſis* ,] Seu *Cincaritanus*, ut habetur infra cap. 188. Forte *Circinitanus* in provincia Byzacena, ut docet notitia. *Cercinæ Inſulæ* meminere Polybius & Ptolemæus. In Itinerario Antonini ſita dicitur *inter Africam & Siciliam a Tacapis* diſtans *ſtadia* 622. In hanc Fulgentius paullo ante mortem ſeceſſit, ut narratur in ejus vita cap. 29. In epiſtola Episcoporum provinciæ Proconſularis, relata in Concilio Lateranenſi eſt urbs *Cicitita* quam a *Cincaritana* diverſam non eſſe ſuſpicatur Noriſius.

4. *Sabratenſis*] In Tripolitana provincia, ut docet notitia num. 2. In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano fit mentio *Pompeii Sabratenſis* Episcopi. Victor Vitenſis laudat *Vincentium Sabratenum* lib. 1. num. 7. In Cabarſuſſitano Conſilio interfuerat *Donatus Sabratenſis*. ann. 393. & anno ſequenti in Bagaienſi fuerat exauctoratus. Hic autem erat defunctus eo tempore. *Sabratam* laudant Ptolemæus lib. 4. cap. 3. Antoninus in Itinerario, Tabulæ Peutingerianæ, Plinius lib. 5. cap. 4. & alii. *Sabatram* appellat Proconius lib. 6. de ædificiis.

5. *Mataritanæ*] Duplex in notitia provinciæ Byzacenæ eſt ſedes hujus fere nominis. *Mactaritana* num. 25. & *Mattaritana* num. 50. Duplex etiam in hac Collatione Episcopus harum ſedium; heic *Cultaſius Episcopus plebis Mataritanæ*, Catholicus qui adverſarium non habet; & cap. 202. *Comparator Episcopus Mactaritanus* Donatiſta. Inter Episcopos qui ſederunt in Concilio Cypriani de rebaptizandis hæreticis recenſetur *Marcus a Mactari* poſterioris ejus ſedis Episcopus, ſi ita legatur ut legitur apud Cyprianum; at prioris, ſi legatur *Mattari*, ut legitur apud Auguſtinum. Oppidi *Matterenſis* meminit Plinius lib. 5. cap. 4. Apud Caſſiodorum lib. de divinis inſtitutionibus cap. 29. Caſſiani Collationes expurgaſſe dicitur *Victor Martaritanus* Episcopus Afer, qui forte idem eſt cum *Mattaritano*.

6. *Ucimajoris*] Plinius lib. 5. cap. 4. inter oppida Africæ nominat *Ucitana* duo, majus & minus, Sunt etiam in notitia provinciæ Proconſularis duæ ſedes quæ his adaptari poſſunt; ſcilicet num. 20. *Urcitanus* & num. 25. *Uzitenſis*. Apud Victorem Vitenſem lib. 1. de perſecutione Vandal. num. 3. mentio fit *Manſueti Uricitani martyris*. In hac Collatione jam recenſitus eſt cap. 128. *Paullus Uzittarenſis*, & nunc iſte *Octavianus Ucimajoris*.

7. *Salvianus Episcopus*] *Leptitanus*, in provincia Tripolitana.

8. *Lampuenſis*] In notitia Numidiæ num. 87. *Lamfuenſis*. In Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio ann. 525. ſubſcripſit *Pontius Episcopus plebis Lamfuenſis*.

9. *Liberalienſis*] *Tabudenſi* in Numidia vicinus.

10. *Caſenſis - Calanenſis*] In Numidia, ut docet notitia num. 43. *Caſæ Calaneæ* civitas memoratur in notitia Leonis a Goare edita.

11. *Membloſitanæ*] De hac vide quæ diximus ſupra, not. 6. pag. 613. in voce *Membreſſitanæ*.

12. *Trofimianenſis*] Seu *Trofinianenſis*, ut habetur in notitia provinciæ Byzacenæ num. 35.

13. *Tacapitanæ*] In provincia Tripolitana, ut docet notitia num. 5. Hujus oppidi *Tacapes* mentio fit apud Ptolemæum lib. 4. cap. 3. Plinium lib. 5. cap. 4. Procopium lib. 6. de ædificiis, & in Tabulis Peutingerianis. Porro *Dulcitius* iſte Episcopus provinciæ Tripolitanæ nominatur in actis Concilii Carthaginienſis anni 403. *Gaius* ejuſdem urbis Episcopus & provinciæ ſuæ legatus ſubſcribit Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio ann. 525. qui tamen in Concilii actis *Gallus* appellatur.

14. *Gittenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

15. *Sinnipſenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

16. *Hiltenſis*] In provincia Proconſulari, ut docet epiſtola ſynodica Episcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranenſi ſub Martino.

rio Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, (*idem dixit*. E diverfo habeo neminem.) *Et accedente Victore Epifcopo*, *idem dixit*. Modo fum illic ordinatus, non me novit. *Hilarianus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Non habet. *Et recitavit*. Januarius Epifcopus Ecclefiæ Gifipenfis [1] majoris coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Severianus Epifcopus Ceramunenfis [2] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica eft omnis. *Habetdeus Diaconus Epifcopi Primiani dixit*. Habemus fenem Adeodatum. *Severianus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Oftendat illum. *Adeodatus Epifcopus dixit*. In plebe mea eft Milevitana Ceramuffa.

CXXXIV. *Severianus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Omnis ab origine Catholica eft ibi, numquam ibi fuerunt Donatiftæ. *Adeodatus Epifcopus dixit*. In plebe mea eft. Per violentiam inde exclufit omnes (clericos) & Presbyteros. *Severianus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Mentitur tefte Deo. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Illud fanctitas tua fimpliciter dignetur edicere, utrum in ea plebe Epifcopus nunc fit. *Adeodatus Epifcopus dixit*. In plebe mea eft, circum circa meum eft totum. Etiam mei terrore fuccubuerunt omnes, qui in eodem loco conftituti erant. *Severianus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Mentitur. *Et recitavit*.

CXXXV. Dominicus Epifcopus plebis Bullenfium Regiorum [3], præfente v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo mihi eft Felix, fed unus eft, qui illi communicat. *Et accedente Felice Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco illum. *Et recitavit*. Valentinus Epifcopus Vajanenfis pro confacerdote meo Regino Ecclefiæ Vegefelitanæ [4], qui hic apud Carthaginem infirmitatis cauffa detinetur, præfente v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fubfcripfi. *Quo recitato Alypius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Male habet. *Habetdeus Diaconus dixit*. Gavinus [5] præfto eft. *Et recitavit*. Reparatus Epifcopus plebis Sufafaritanæ [6] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. Non habet, fuit ibi. *Habetdeus Diaconus dixit*. Modo receffit. *Et recitavit*. Proculus Epifcopus plebis loci Serrenfis [7] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. Unitatem habeo. *Valentinianus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Publicius Epifcopus Gratianopolitanæ plebis [8] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo Deuterius eft, folus fine plebe. *Deuterius Epifcopus dixit*. Quia & domos dejecifti, & perfecutionem mihi fecifti. *Et recitavit*. Maximianus Epifcopus plebis Sugabbaritanæ [9] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo habeo Germanum. *Et accedente Germano Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco illum. *Et recitavit*. Pompejanus Epifcopus Sucardenfis [10] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *Alypius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Hic eft, fed ægrotat. *Et recitavit*. Fortunatus Epifcopus plebis Rufucurritanæ. [11] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverfo mihi eft Optatus. *Et accedente Optato Epifcopo*, *idem dixit*. Agnofco illum. *Et recitavit*. Victor Epifcopus plebis Bartimifienfis [12] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica eft. *Habetdeus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Reftitutianus Epifcopus plebis Sululittanæ [13] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fubfcripfi Carthagine. *Quo recitato*, *idem dixit*. Omnis Catholica eft, omnes Catholicos habemus. *Valentinianus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Helpidius Epifcopus plebis Aquenfis [14] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino fuprafcripta mandavi & fub-

1. *Gifipenfis majoris*] In provincia Proconfulari, ut docet notitia num. 24. Concilio Carthaginienfi ann. 525. fub Bonifacio interfuit *Redemtus Gifipenfis*, & ejufdem fedis Epifcopus *Mellofus* fubfcribit epiftolæ Epifcoporum provinciæ Proconfularis in Concilio Lateranenfi fub Martino.

2. *Ceramunenfis*] Supra in indice Capitulorum, & paullo poft *Ceramuffenfis*. Conftat ex contentione quæ hic refertur inter Adeodatum & Severianum, locum hunc vicinum fuiffe Milevitanæ urbi ac proinde in Numidia.

3. *Bullenfium Regiorum*] Duplex in provincia Proconfulari *Bullenfis* fedes: una quæ fimpliciter *Bullenfis* dicitur in notitia num. 34. altera *Bullenfium Regiorum* ibidem num. 50. hujus celebrioris mentio fit in Itinerario Antonini, apud Ptolemæum & in Tabulis Peutingerianis. In Concilio Carthaginienfi fub Genethlio memoratur *Epigonius Bullenfium Regiorum Epifcopus*. In fynodica Epifcoporum Proconfularis provinciæ in Concilio Lateranenfi fub Martino *Mellofus Epifcopus Bullerienfis* fubfcribit, nec non *Victor Bulnenfis*, forte *Bullenfis*.

4. *Vegefelitanæ*] In Numidia, nam Vajanenfis Epifcopus erat etiam Numida. Vide notas ad cap. 99. & 133.

5. *Gavinus*] *Gabini* Epifcopi Donatiftæ qui ad Catholicam unitatem tranfierat meminit Auguftinus lib. 1. contra Gaudentium cap. 12. & 13. qui forte non eft diverfus ab ifto.

6. *Sufafaritanæ*] In notitia Mauritaniæ Cæfareenfis occurrunt duo Epifcopi *Sufaritani*, unus num. 3. & alter num. 87. quorum tamen primus in codice Halleri dicitur *Sufaritanus*. In Itinerario Antonini inter Mauritaniæ urbes memoratur *Sufafar* quæ civitas ab anonymo Ravennenfi *Sufafa* dicitur. In notitia Leonis *Sufara*.

7. *Serrenfis*] In Mauritania Cæfareenfi, ut ex notitia conftat num. 117. ubi dicitur *Sertenfis*. Quamquam præter hunc duo occurrunt in hac collatione Zertenfes Epifcopi Donatiftæ; unus *Gaudentius* cap. 187. & alter cap. 201. nomine *Saluftius*. Cum tamen is de quo heic mentio adverfarium non habeat. Erat *Zerta* in Numidia, ubi *Zertenfe* Concilium poft collationem habitum eft, cujus epiftola ad Donatiftas eft inter Auguftini epift. 141. alter *Zertenfis*, forte is eft *Sertenfis* Mauritaniæ Cæfareenfis vel *Zemtenfis*, quod fi dicatur, hujus *Serrenfis*, fedes incerta erit, fin minus alter *Zertenfis* idem poterit effe cum *Zemtenfi* provinciæ Proconfularis, cujus fedis nomen legitur in epiftola Epifcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranenfi fub Martino.

8. *Gratianopolitanæ plebis*] In Mauritania Cæfareenfi, ut docet notitia num. 81.

9. *Sugabbaritanæ*] In eadem provincia ex notitia num. 20. Ammianus Marcellinus lib. 29. *Municipium*, inquit, *Sugabaritanum monti Tranfcellenfi adcline*. Ptolemæus lib. 4. cap. 2. habet ex codice Palatino *Zuchabari*.

10. *Sucardenfis*] In eadem provincia ex notitia num. 13.

11. *Rufuccurritanæ*] In eadem provincia, ex notitia num. 54. In Concilio Carthaginienfi ann. 419. occurrit *Nicellus Rufurrenfis* aut *Rufurrianenfis* Mauritaniæ Cæfareenfis legatus, qui in Labbæana editione dicitur *Rufcurienfis*, & in margine *Rufuccurrenfis*, vel *Rufocorenfis*. Ceterum Plinius lib. 5. cap. 2. ait *Rufucurium* civitate honoratum effe a Claudio. Coloniam appellant Antoninus in Itinerario & Tabulæ Peutingerianæ. Apud Ptolemæum lib. 4. c. 2. *Rufuccore* dicitur.

12. *Bartimifienfis*] In eadem provincia Mauritaniæ Cæfareenfis, in cujus notitia num. 45. occurrit *Vardimiffenfis*.

13. *Sululittanæ*] Iterum cap. 201. fit mentio Epifcopi *Hilari Sullitani*. Neuter locus in notitia Africæ reperitur, nifi forte *Sululittanus* idem fit cum *Culultano*, qui tamen probabilius eft *Cullitanus* de quo fupra.

14. *Aquenfis*] In Mauritania Cæfareenfi ex notitia num.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo mihi eſt Reparatus Epiſcopus. *Et accedente Reparato Epiſcopo, idem dixit.* Ipſe eſt, agnoſco illum. *Et recitavit.* Victor Epiſcopus plebis Malianenſis [1] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo mihi eſt Neſtorius. *Et accedente Neſtorio Epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Ego Reſtitutus Epiſcopus petitum me a Victore Epiſcopo Mammillenſi [2] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino ſubſcripſi eum ſupraſcripta mihi mandaſſe. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Serenianus. *Et accedente Sereniano Epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Victor Epiſcopus plebis Tabaicarienſis [3] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Marcianus. *Et accedente Marciano Epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Victor Epiſcopus plebis Timicitanæ [4] coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo Optatum e diverſo. *Et accedente Optato, idem dixit.* Ipſe eſt. *Et recitavit.* Bonifacius Epiſcopus plebis Vallitanæ [5] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Non habeo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Defunctus eſt ante annos ſeptem. Reſtitutus dictus eſt. *Et recitavit.* Qui ſupra pro Limeniano Epiſcopo plebis Taprurenſis [6] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſubſcripſi eum præſentem Carthagine mandaſſe. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus diaconus dixit.* Contra non habemus. *Et recitavit.* Proculus Epiſcopus plebis Giutſitenſis Salariæ [7] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Habet Presbyterum Lillybium. *Et recitavit.* Auxilius Epiſcopus plebis Nurconenſis [8] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitatem poſſidemus, quod omnes ſciunt Cæſarienſes. Hic eſt Severinus, [9] dicat. *Severinus Epiſcopus dixit.* Numquam habuit. *Et recitavit.* Menſurius Epiſcopus plebis Medefeſſitanæ [10] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato,* (*idem dixit.* Neminem habeo contra me.) *Valentinianus Diaconus dixit.* Modo exivit de corpore. *Et recitavit.* Honorius Epiſcopus pro Januario fratre & coepiſcopo meo plebis Caſarum Medianenſium [11] Carthagini conſtitutus præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & pro eo ſubſcripſi. *Quo recitato, & accedente Januario Epiſcopo Catholico, idem dixit.* E diverſo eſt mihi Æmilianus. *Et recitavit.* Adeodatus Epiſcopus plebis Simidiccenſis [12] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Ego Reſtitutus Epiſcopus pro Solemnio collega meo plebis Tigiſitanæ [13] præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Paſchaſius. *Et accedente Paſchaſio, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Lampadius Epiſcopus plebis Tiſeditenſis [14] coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo (eſt mihi Donatus. *Et accedente Donato, idem dixit.*) Agnoſco illum. *Et recitavit.* Cyprianus Epiſcopus plebis Tuburbitanorum majorum [15] præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Rufinus. *Et accedente Rufino, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Donatianus Epiſcopus plebis Zellenſis [16] præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagi-

14. Ejuſdem ſedis videtur fuiſſe *Creſcens* Metropolitanus *Aquitaniæ* civitatis, cujus meminit Victor Vitenſis lib. 1. num. 7. Alii memorantur in hac collatione *Aquenſes* Epiſcopi, de quibus ſuo loco.

1. *Malianenſis*] In notia Mauritaniæ Cæſareenſis num. 8. occurrit *Melianenſis*, legendum *Maltanenſis*. Nam *Malltanam* habet Antoninus in Itinerario inter *Sufaſar* & *Tigavaſcaſtra*, Mauritaniæ Cæſareenſis urbes. In Auguſtini epiſtola 236. ad Deuterium fit mentio *Victorini* cujuſdam *Mallianenſis* ſubdiaconi ex Manichæorum ſecta, necnon *Malltanæ* urbis.

2. *Mammillenſi*] In Mauritania Cæſareenſi, ut docet ejus notitia num. 78.

3. *Tabaicarienſis*] In eadem provincia ex eodem monumento num. 103. ubi *Tabadcarenſis* legitur.

4. *Timicitanæ*] In eadem provincia ibidem num. 6. Plinius lib. 5. cap. 2. *Timici* inter civitates memorat. Ptolemæus lib. 4. cap. 2. *Timice* cum aliis Mauritaniæ urbibus recenſet.

5. *Vallitanæ*] Apud Optatum lib 2. fit mentio *Bonifacii Ballitani* Epiſcopi Donatiſtarum Romæ. *Vallim* in Proconſulari locant Itinerarium Antonini & Tabulæ Peutingerianæ. In Concilio Carthaginienſi ann. 525. ſub Bonifacio ſubſcribit *Reſtitutus Epiſcopus plebis Vallitanæ*.

6. *Taprurenſis*] Hic locus *Taparura* vocatur in Tabulis Peutingerianis, *Taphrura* apud Ptolemæum, & *Taphra* a Plinio. Hic in mſ. codice *Taprurenſis*: at cap. 187. dicitur *Taprura*. Situs eſt in provincia Byzacena & in limite Numidico, ut colligitur ex Ptolemæo & Tabulis Peutingerianis.

7. *Giutſitenſis Salariæ*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

8. *Nurconenſis*] In Mauritania Cæſareenſi, ut docet notitia num. 102. ubi dicitur *Murconenſis*. Patet ex verbis ſequentibus hunc locum eſſe Mauritaniæ Cæſareenſis.

9. *Severinus*] Epiſcopus *Caſtellanus* in Mauritania Cæſareenſi.

10. *Medefeſſitanæ*] In provincia Byzacena, ut patet ex notitia num. 57. ubi *Menefeſſitanus* Epiſcopus commemoratur. *Meneſeſeos* in Byzacio meminit Procopius de bello Vandal. lib. 2. cap. 23.

11. *Caſarum Medianenſium*] *Caſæ Medianenſes* in Numidia, ut docet notitia num. 29.

12. *Simidiccenſis*] In provincia Proconſulari. In Concilio Carthaginienſi ann. 419. iſte Adeodatus dicitur tum in codice Canon. Eccleſ. Afric. tum in codice Canon. Eccleſiaſt. ex Dionyſio Exiguo *Simidicus Epiſcopus*, in Græco Σιμιδίκιος; male autem in editione Labbæana *Simituenſis* ſeu *Sumitenſis*. Unus eſt e Legatis provinciæ Proconſularis.

13. *Tigiſitanæ*] Illius ſcilicet quæ in Numidia, non illius quæ in Mauritania Cæſareenſi; nam ſubſcribit pro Solemnio *Reſtitutus Novaſiunenſis Epiſcopus in Numidia*. De *Tigiſitanis* ſedibus conſule notam 65. in lib. 1. Optati. p. 15.

1. *Tiſeditenſis*] Baluzio idem eſt ac *Tididitanus*, qui in notitia Numidiæ num. 24. Holſtenio idem ac *Tiſiltenſis*, qui in notitia Mauritaniæ Cæſareenſis num. 15.

15. *Tuburbitanorum majorum*] In provincia Proconſulari, nam ut obſervavimus, oppida ejuſdem nominis, quorum unum dicitur majus, alterum minus, ſolent eſſe vicina

16. *Zellenſis*] Seu potius *Telenſis* in provincia Proconſulari, ut docet notitia num. 14. nam *Natalicus* hujus adverſarius *Telenſis Epiſcopus* dicitur in Concilio Cabarſuſſitano. Litteræ *Z* & *T* ſæpe commutantur. Attamen alius eſt Epiſcopus *Telenſis* ex parte Donati nomine *Felix* cap. 207. unde colligit Baluzius *Zellam* a *Tela* differre. Sed fieri potuit, ut duo eſſent Epiſcopi Donatiſtæ ejuſdem urbis, aut mendum ſit in nomine poſterioris. Nam Natalicum qui hic *Zellenſis* dicitur & Donatiani adverſarius, conſtat *Telenſem* fuiſſe Epiſcopum ex Concilio Cabarſuſſitano. In ſynodica Epiſcoporum provinciæ Proconſularis in Concilio Lateranenſi legitur nomen *Bonifacii Epiſcopi Telenſis*. *Zellæ* alias nulla fit mentio.

ne. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverso habeo Natalicum. *Et accedente Natalico Episcopo*, *idem dixit*. Agnosco illum. (*Et recitavit*.)

CXXXVI. Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Tagastensis [1] Carthagini constitutus præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Utinam quemadmodum Tagastis antiqua unitate gaudet, ita etiam de ceteris locis gaudeamus.


CXXXVII. *Petilianus Episcopus dixit*. Mala est unitas innocentiæ & criminis. Non possunt utraque juxta misceri. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Et recitavit*.

CXXXVIII. Augustinus Episcopus Ecclesiæ Hipponiensium regiorum [2] Carthagini constitutus præsente B viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato*, *& accedente Episcopo*, *idem dixit*. Agnosco illum. *Et recitavit*. Vincentius Episcopus Ecclesiæ Culusitanæ [3] Carthagini constitutus, præsente V. C. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica est. *Habetdeus Diaconus dixit*. Habuit, sed modo communicavit ipsis. *Et recitavit*. Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Constantiniensis [4] Carthagini constitutus, præsente V. C. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverso habeo Petilianum.

CXXXIX. *Petilianus Episcopus dixit*. Ipse est Ec- C clesiæ persecutor in eadem civitate, ubi ego Episcopus sum. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis dixit*. Et paullo ante jaculatus es injuriam, & non recepisti. *Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. In eadem civitate ab hæreticis omnia altaria confracta sunt. *Petilianus Episcopus dixit*. Persecutorem te esse acta contineant. Loco suo audies quæ mereris. *Et recitavit*. Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Siccensis [5] Carthagini constitutus, præsente V. C. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Unitatem Ecclesiæ Siccensis novi, Episcopum quidem tantum nomine audivi. *Et recitavit*. Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Cala- D mensis [6] Carthagini constitutus, præsente V. C. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Petilianus Episcopus dixit*. Crispinus proximo tempore exivit de corpore. *Et recitavit*.

A Florentinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Hipponensium Zaritorum Carthagine constitutus coram v. cl. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverso est Victor. *Habetdeus Diaconus dixit*. Custos datus est codicum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



CXL. *Petilianus Episcopus dixit*. Jamdudum inter defensores quibus mandatum est adverti nomen Fortunatiani & Fortunati retineri. Nunc quoque ipsos mandatores esse recitari percipio. Quæ est ista diversitas? Nemo umquam sibi mandavit.

CXLI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Utrum eorum qui caussam peragendam susceperunt, par atque similis sit subscriptio recitetur. *Et recitavit*. Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Constantinensis Carthagini constitutus præsente V. C. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Item recitavit* Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Siccensis Carthagini constitutus præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. *Quo recitato*.

CXLII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Pervidet sanctitas vestra subscriptionibus suis eos de suscepto mandato fuisse professos. Unde cetera per ordinem relegantur. *Et recitavit*. Serenianus Episcopus Miditensis [7] Carthagini constitutus præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Catholica est. *Peregrinus Sufetanus* [8] *Episcopus dixit*. Presbyterum illic habeo Victorem. Diœcesis mea est. *Victor Episcopus dixit*. Adsum. Scriptum sit, si ipse Florentius bene agnoscit, qui me persecutus est innocentem, quem apprehendit, & in custodiam officii dedit necandum, ubi triennium temporis feci.

CXLIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ista suo ordine, cum putaveris, peragentur. *Et recitavit*. Novatus Episcopus Ecclesiæ Sitifensis [9] Carthagini constitutus præsente V. C. Tribuno & Notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverso habeo Marcianum. *Et accedente Marciano Episcopo*, *idem dixit*. Agnosco persecutorem meum. *Et recitavit*. Maurentius Episcopus Ecclesiæ Tubursicensis [10] Carthagini constitutus præsente viro clarissimo Tribuno & Notario Marcellino suprascripta man-

1. *Tagastensis*] In Numidia, ut docet notitia num. 118. Nota civitas ex Augustini & Alypii nominibus. In Antonini Itinerario media locatur inter *Hipponem regium* & *Naragarram*.

2. *Hipponiensium regiorum*] Notissimum veteribus Emporium in ora Numidiæ, cujus meminere Strabo, Ptolemæus, Antoninus in Itinerario, Silius Italicus, aliique veteres, inter *Tabracam* & *Cirtam*. Hæc urbs Augustini Episcopatu quantum nobilitata fuerit vix dici potest.

3. *Culusitanæ*] In provincia Proconsulari, ut docet E notitia num. 33. *Vincentius* hujus Episcopus fuit unus ex actoribus, de quibus jam diximus in præfatione Gestorum. *Marcianus Episcopus plebis Culusitanæ* interfuit Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio ann. 525. Et synodicæ Episcoporum provinciæ Proconsularis in Concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Petrus Episcopus Ecclesiæ Culcitanensis*.

4. *Constantiniensis*] Seu *Cirtensis* in Numidia. Urbs Numidiæ celebris; olim regia Massinissæ Metropolis civilis totius Numidiæ: Melæ, Straboni, Cæsari, Livio, Plinio, ceterisque omnibus Geographis nota. In Antonini Itinerario pro *Cirta* legitur *Circa*. Et in notitia Episcoporum Numidiæ *Circensis* quoque legitur. *Constantinæ* nomen habet a *Constantino Magno*, & nunc etiamnum hoc nomine donatur.

5. *Siccensis*] In provincia Proconsulari, ubi urbs *Sicca Veneria* cujus meminit Antoninus in Itinerario. Cujus etiam meminit Procopius libro 2. de bello Vandalic. Victor Vitensis, & Augustinus, & Tabulæ Peutingerianæ. Hujus Episcopus subscripsit epistolæ Episcoporum provinciæ Proconsularis in Concilio Lateranensi sub Martino, & *Castus a Sicca* unus est Episcoporum qui in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixerunt.

6. *Calamensis*] In Numidia, ut docet notitia num. 3. de qua vide quæ diximus in nota 51. ad lib. 1. Optati. p. 15. De Possidio quoque ejus Episcopo dictum in Præfatione ad hæc Gesta.

7. *Miditensis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia num. 6.

8. *Sufetanus Episcopus*] In eadem provincia ex eadem notitia num. 21. In Concilio Carthaginiensi, sub Cypriano sententiam dixit *Privatus a Sufibus*. *Sufis* memoratur in Itinerario Antonini: ejusdem fit mentio apud Victorem Vitensem, & in vita Fulgentii. *Suffectanos martyres sexaginta* laudat Augustinus epist. 50. quorum memoriam celebrat Martyrologium Romanum die 13. Augusti.

9. *Sitifensis*] Nota civitas, vel ex eo quod toti provinciæ nomen dederit, cujus & caput erat: ejus meminere Antoninus in Itinerario, Ptolemæus aliique veteres. Hic *Novatus* suæ provinciæ legatus adfuit Concilio Carthaginiensi ann. 419. & laudatur ab Augustino in epistola 229. circa finem vitæ ejus scripta.

10. *Tubursicensis*] In Numidia ut docet notitia num. 22. Hujus oppidi meminit Antoninus in Itinerario. Vicinum erat Tagastæ, ut patet ex epistola Aug. 163

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



davi & ſubſcripſi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Bonifacius Epiſcopus Eccleſiæ Cataquenſis [1] Carthagini conſtitutus præſente viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverſo Speratus eſt mihi. *Et accedente Sperato*, *idem dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Squillacius Epiſcopus Eccleſiæ Scillitanæ [2] Carthagini conſtitutus præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato*, *idem dixit*. E diverſo Donatum habeo. *Et accedente Donato Epiſcopo*, *idem dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Priſcus Epiſcopus Eccleſiæ Quidienſis [3] Carthagine conſtitutus præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Non habeo Donatiſtas. Qui illic fuit cum paucis parentibus ſuis, cum ipſis converſus eſt. *Honoratus Epiſcopus dixit*. Epiſcopus noſter Quizicenſis ſuccubuit in perſecutione. Presbyteri noſtri ſunt illic. *Et recitavit*. Deuterius Epiſcopus Cæſarienſis [4] Carthagine conſtitutus præſente viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi (& ſubſcripſi.) *Quo recitato*, *Fortunatus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Cuſtos eſt tabularum. *Valentinianus Diaconus Epiſcopi Primiani dixit*. Emeritus eſt illic. *Et accedente Emerito*, *idem dixit*. Agnoſco eum. *Et recitavit*. Reſtitutus Epiſcopus Tagorenſis [5] Carthagini conſtitutus præſente viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino, ſupraſcripta mandavi (& ſubſcripſi.) *Quo recitato*, *Fortunatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Etiam ipſe cuſtos eſt tabularum. *Valentinianus Diaconus Epiſcopi Primiani dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Leo Epiſcopus municipii Moptenſis [6] Carthagine conſtitutus præſente V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato*, *idem dixit*. Habeo Felicem. *Et accedente Felice*, *idem dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Aſterius Epiſcopus plebis Vicenſis [7] Carthagine conſtitutus coram V. Cl. Tribuno & Notario Marcellino (ſupraſcripta) mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato*, *idem dixit*. In ipſo ſolo mecum alius Epiſcopus non eſt. *Et accedente Urbano Epiſcopo*, *idem dixit*. Deus videt, quia non illum novi.

CXLIV. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit* : Jamdudum me obtuliſſe ſanctitati veſtræ ſat certum eſt, ut competenti reverentia, ſedentes omnia tractaretis: ſiquidem mihi oneroſum eſſe non neſcio, tot venerabilibus viris ſtantibus reſidere. Unde vel nunc multitudine ſequeſtrata, ſedere dignemini.

CXLV. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Agimus gratias honorificentiæ tuæ, vir nobilis, quod talis ac tanta eſt tua pietas, ut benemeritis viris antiquiſſimiſque ſacerdotibus & tot perſecutionum palmis florentibus, hanc benignitatem præſtare digneris ut graviſſima ſenectus, quæ ornata eſt annis & meritis ſuis, ſedendo ſeſe reficiat, ne ſtando diutius laborare videatur, ne hic quoque labor oneret modicas vires ſenectutis. Sed quoniam vires Dominus ſubminiſtrat, ipſamque reverendam ſenectutem facit eſſe fortiorem, non erubeſcimus, non veremur, non evitamus te reſidente, vir nobilis, libenter adſiſtere. Siquidem hoc nec Chriſtus Dominus noſter vitaverit cum ante Præſidem ſtetiſſe dignatus eſt, quanto magis nos non recuſamus, cum tu honorificus, tu juſtus, tu reverens, tu benignus, hanc offeras gratiam quæ tibi a Domino remuneratore digniſſimis præmiis frequentiſſime referatur. Id autem nobis expedit, id neceſſe eſt, ut cum cauſſa peroratur, cum prius incipitur, ut etiam perſonæ conſtent, ſtare ſingulos deceat, quibus ſubire contingit diſceptationis examen. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

CXLVI. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam oblata recuſat ſanctitas veſtra, pars illa tractanda eſt, ut quia ſicut voluit veſtra religio, univerſorum qui ſubſcripſerunt demonſtrata præſentia eſt, ſecundum formam cæleſtis oraculi, ſponſionis quoque veſtræ memores, deligatis idoneos veſtræ ſcilicet aſſertionis actores, quibus diſputantibus, atque multitudinis ſicut ante placuit confuſione ſecluſa, plene poſſint univerſa cognoſci.

CXLVII. *Emeritus Epiſcopus dixit*. Res in vado eſt, mandantium perſona præſens eſt, mandatum quoque ferimus; ſed ut actorum fides etiam cum noſtra ſubſcriptione adſtipuletur, & profeſſio recitabitur, & quæ in placito ſubſcripta ſunt, actis hærebunt. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

CXLVIII. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*: Suſceptum mandatum ab officio recitetur. *Et cum tradidiſſent*, *Rufinianus ſubſcriba recitavit*. Poſt Conſulatum Varanis viri clariſſimi octavo Kalendarum Juniarum Carthagini Januarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis & ceteri, Primiano, Petiliano, Emerito, Protaſio, Montano, Gaudentio, Adeodato Coepiſcopis noſtris præſentes præſentibus ſalutem. Mandamus vobis Eccleſiæ Dei cauſſam, defenſoreſque vos facimus adverſus traditores perſecutoreſque noſtros,

1. *Cataquenſis*] Pro quo legitur in notitia Numidiæ, num. 68. *Cethaquenſuſca*, haud dubie mendoſe, quia cum ſcriptum eſſet *Cethaquenſis*, ſtudioſus quidam appoſuit in margine *ca* pro *ce*, legendum docens *Cataquenſis*, quod imperitus exſcriptor non intelligens, *ca* in fine appoſuit. *Bonifacius* de quo hic, Paulli in Epiſcopatu ſucceſſor fuerat, ut videre eſt apud Auguſtinum epiſt. 96.

2. *Scillitanæ*] Eſt ſedes *Sillitana* in Numidia, de qua ſupra ad cap. 128. ſed iſta videtur ad provinciam Proconſularem pertinere. Sane in epiſtola Epiſcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranenſi ſubſcribit *Parjator Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Scillitanæ*. *Scillitanos martyres* ab hoc potius quam ab illo oppido dictos fuiſſe ſuſpicor.

3. *Quidienſis*] In Mauritania Cæſareenſi, ut docet notitia num. 2. *Quiſa Xenitana* peregrinorum oppidum dicitur apud Plinium lib. 5. cap. 2. A Pomponio Mela lib. 1. cap. 6. Caſtellum dicitur, municipium ab Antonino in Itinerario, & Colonia a Ptolemæo lib. 4. cap. 2.


4. *Cæſarienſis*] *Cæſarea* Mauritaniæ Metropolis, *Jol* olim dicta *Regis Jubæ Regia*, *a divo Claudio Coloniæ jure donata*, *ejuſdem juſſu deductis Veteranis*, ut habet Plinius lib. 5. cap. 2. a Ptolemæo lib. 2. cap. 4. *Jol Cæſarea*, ab Antonino in Itinerario *Cæſarea Colonia*, a Pomponio Mela lib. 1. cap. 6. *Jol ad mare aliquando ignobilis*, *nunc quia Jubæ Regia fuit*, *& quod Cæſarea vocitatur*, *illuſtris*. Solinus Regis Bocchi regiam poſtmodum Jubæ, indulgentia populi Romani dono datam obſervat. Nunc putatur eſſe Algerii civitas. Emeritus ejus Epiſcopus Donatiſta unus fuit e ſeptem actoribus partis Donati, & Deuterius Catholicus unus e cuſtodibus Tabularum ex parte Catholicorum.

5. *Tagorenſis*] Hujus *Tagoræ* quæ in Proconſulari, non illius quæ in Numidia. Vide ſupra not. 2. pag. 613. *Reſtitutus* is fuit unus e cuſtodibus chartarum ex parte Catholicorum.

6. *Moptenſis*] In Mauritania Sitifenſi. Cujus Provinciæ legatus hic *Leo* adfuit Concilio Carthaginienſi ann. 419. Quidam codices habent *Moctenſis*. *Mopti* municipium habetur in Tabulis Peuting. Idem videtur eſſe cum *Mozotenſi*, de quo in notitia Sitifenſis provinciæ n. 33.

7. *Vicenſis*] Forte *Vico-pacenſis* in Numidia, quæ ultima eſt ſedes in ejus notitia. Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano interfuit *Januarius a Vico Cæſaris*, & in Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio anno 525. *Florentianus Vicopacatenſis*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



qui nos in judicio viri clarissimi spectabilis Tribuni & Notarii Marcellini, per supplicationem suam proposito edicto inquietare voluerunt, ut eorum intentionibus respondeatis. Quidquid egeritis pro statu sanctæ Ecclesiæ, ratum nos habituros, nostra subscriptione profitemur. *Et alia manu.* Optamus vos in Domino bene valere & nostri memores esse. *Quo recitato.*

CXLIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Subscriptiones hujus quoque mandati relegantur. *Rufinianus scriba recitavit.* Januarianus Episcopus Casensium Nigrensium [1] huic mandato nostro subscripsi. *Item alia manu.* Primianus Episcopus Carthaginiensis huic mandato subscripsi. *Item alia manu.* Felix urbis Romæ Episcopus [2] huic mandato subscripsi. *Item alia manu.* Donatus Episcopus Botrianensis [3] huic mandato subscripsi. *Item alia manu.* Florianus Episcopus Putiziensis [4] subscripsi. *Item alia manu.* Candorius Episcopus Aggeritanus subscripsi. *Item alia manu.* Antonianus Episcopus Lamsortensis [5] subscripsi. *Quo recitato.*

CL. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Noverimus etiam ipsorum præsentiam. (*Et alia manu.*) Recognovi.

CLI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Tam mandatum quam subscriptiones eidem cohærentes gestis præsentibus inferentur. Ad pleniorem autem fidem pars utraque designet, utrum nihil de mutuis mandatis vocetur in dubium.

CLII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit.* Secundum subscriptiones mandati singuli accesserunt nostrorum, & professi sunt mandasse se nobis. Etiam ipsi hoc faciant, ut subscriptionibus recitatis, singuli profiteantur mandavisse se huicque mandato subscripsisse. *Et alia manu.* Recognovi.

CLIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ideo transire jussi sunt singuli, ut de præsentia, non de professione constaret. Subscriptiones enim tantum posse sufficere nulli vocatur in dubium. Unde nunc illud quæritur, utrum utrarumque partium mandata utrisque partibus placere videantur.

CLIV. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit.* Sed volumus ut suis subscriptionibus respondeant per incolumitatem tuam, cognoscant mandavisse se, quia non interfuit sublimitas tua cum isti subscriberent. Quod clanculo fecerunt, publice profiteantur. *Et alia manu.* Recognovi.

CLV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Justa poscuntur, licet subscriptiones certum sit posse sufficere.

CLVI. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit.* Ipsi nos sollicitiores reddiderunt.

CLVII. *Rufinianus scriba recitavit.* Januarianus Episcopus Casensium (Nigrensium.) *Et cum recitasset, Januarianus (Episcopus dixit.*) Ego & mandavi & subscripsi. Scriptum sit itaque me non habere adversarium aliquem de parte ipsorum in

A plebe mea. *Rufinianus scriba recitavit.* Primianus Episcopus Carthaginiensis. *Et cum recitasset, Primianus Episcopus Carthaginis dixit.* Mandaveram; sed ego hoc mandatum suscepi. *Rufinianus scriba recitavit.* Felix Episcopus urbis Romæ. *Et cum recitasset, Felix Episcopus urbis Romæ dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Ubi est Felix? *Et alia manu.* Recognovi.

CLVIII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Esto, quia urbis Romæ Episcopum se dicit. Quare præjudicatur absenti [6]? *Et alia manu.* Recognovi.

CLIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Quæ ratio [7] huc
B eum detulerit nullus ignorat. Nobilitatem omnem hic esse Romanam nec ipsi nescitis. Idem igitur turbo, eademque necessitas eum huc detulit. Ut non dissentire videretur a nobis, & ipse mandavit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CLX. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit.* Potuimus & nos transmarinos conducere, quorum nomina adderemus mandato. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Licet & sanctitas vestra plenius recognoscat, & Imperiali sit auctoritate definitum inter Africanarum provinciarum Episcopos me tantum debere cognoscere, tamen hoc quoque sine præjudi-
C cio Episcopi urbis Romæ, licet ex superfluo, libenter indulgeo.

CLXII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit.* Abundat nos absenti (non) præjudicasse. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXIII. *Petilianus Episcopus dixit.* In omnibus hoc sequantur & teneant, se pro absentibus & transmarinis nihil esse loquuturos. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit.* Abundat nos Innocentium dixisse urbis Romæ esse Episcopum. *Et alia manu.* Recognovi. *Rufinianus scriba recitavit.* Donatus Episcopus Botrianensis. *Idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. Scriptum sit me non habere
D contrarium. *Rufinianus scriba recitavit.* Florianus Episcopus Putiziensis. *Et cum recitasset, Primianus Episcopus Carthaginis dixit.* Hic apud Carthaginem infirmatus est: timens exitum suum perrexit, jam subscripserat. *Et recitavit.* Candorius Episcopus Aggeritanus. *Et cum recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. Habeo contrarium. *Et recitavit.* Antonius Episcopus Lamsortensis. *Idem dixit.* Mandavi & subscripsi. Non illic habeo adversarium. *Et recitavit.* Datianus Episcopus Tamicensis [8]. *Idem dixit:* Mandavi & subscripsi: adversarium ibi non habeo. *Et recitavit.* Victorianus Episcopus Abissensis [9]. *Et cum recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi: adversarium habeo in diœcesi mea. *Et*
E *recitavit.* Natalicus Episcopus Zellensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Mandavi & subscripsi. *Maximinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Diœcesis

1. *Casensium-nigrensium*] In Numidia famosus est *Donatus a Casis-nigris* auctor schismatis. Januarianus Primas erat Episcoporum Numidarum partis Donati, ut docet indiculus Possidii in codice Colbertino, & lemma ep. 68. S. Aug.

2. *Felix Urbis Romæ*] Pseudo-Episcopus scilicet Montentium qui Romæ degebant.

3. *Botrianensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

4. *Putiziensis*] Duplex sedes *Putiensis* occurrit in notitia; una in provincia Numidiæ num. 17. altera in Byzacena num. 18. Hic forte Byzacenæ Episcopus est. Alter Episcopus *Putiensis* Donatista nomine Felix reperitur.

5. *Lamsortensis*] In Numidia, ut docet notitia num. 23. Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio ann. 525. subscribit *Florentius Episcopus Lamsortensis*.

6. *Absenti*] Id est, vero Episcopo Romano, qui tunc erat Innocentius. BALUZIUS.

7. *Quæ ratio*] Nimirum clades Romanæ urbis quam Alaricus Gothorum Rex ceperat IX. Kal. Septembris anni superioris. BALUZIUS.

8. *Tamicensis*] Non *Timicensis*. Nam hujus Episcopus Donatista vocabatur *Optatus*, ut constat ex superioribus, sed forte *Tamazucensis* vel *Tamazensis* in notitia Mauritaniæ Cæsareensis num. 120. Est & *Tamazenus* Episcopus inter Byzacenos, in epistola relata in Concilio Lateranensi sub Martino, cujus nulla est in notitia mentio.

9. *Abissensis*] Cujus provinciæ sit, ignotum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



est Mizonii [1] Episcopi. Presbyteros habet & abundantem populum quam ipse. *Et recitavit*. Fortis Episcopus Cediensis. *Et cum recitasset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi, adversarium non habeo.

CLXIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam longum est ire per singulos, hi decem qui se mandasse professi sunt, actis edicant utrum coram ipsis omnium sit facta subscriptio, & præbeant in ea quæ sunt gesta consensum.

CLXV. *Petilianus Episcopus dixit*. Magno quidem compendio utitur magnificentia tua, vir nobilis, ut decem patres collegæque nostri, qui jam se mandasse subscripsisseque professi sunt, etiam ceteros patres subscripsisse testentur. Equidem hoc ad eam B rem, vel maxime proficit, ne tempus hujusce diei ulterius producatur. Sed tamen hoc expedit caussæ, ut singuli quique se & mandasse & subscripsisse profiteantur, propterea ut etiam illud non taceant, se æmulos non habere. Lucrum enim videtur his cedere, qui multos se adversum nostros habere per hanc provinciam ostenderunt, si in provincia Numidia non ostendimus eos penitus non habere, aut habere certe, sed raris locis. Omnis enim intentio nostra, vir nobilis, sicut meminisse dignaris, de numero sæpissime caussata est, atque in eodem vehementissime hæret. Et quamquam nobis multitudinem pax nutriat & conservet, illis multitudinem bella conquirant, dum absentibus nobis, aut in lo- C cis, aut in civitatibus, aut in diœcesibus passim multas imagines [2] erigunt, ut numerosi esse videantur; tamen etsi par sit utriusque adversitatis numerus, major meus debet videri, qui & me absente perstitit, & cum ipse sit cardinalis atque authenticus, nec æmulatione multiplici superatur. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

CLXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Desiderio vestro satisfacere volui in omnibus inquirendis. Ceterum constat nullam mihi de numero cognitionem fuisse mandatam.

CLXVII. *Petilianus Episcopus dixit*. Nobis hoc salvum sit, quod non debuimus reticere.

CLXVIII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Potuimus quidem numerosiores Catholicæ Ecclesiæ toto orbe diffusæ, quantum ad caussam pertinet, in Africa demonstrare, si in hoc totum actionis pondus consisteret. Verum quia nescio quibus moratoriis actionibus vir gravissimus utitur Petilianus, amputatis superfluis, ad caussæ jam initium veniatur, significantes insinuantesque nobilitati tuæ, vanum in nos præjudicium sua prosecutione voluisse depromere. *Et cum diceret*. (*Et alia manu*. Recognovi.)

CLXIX. *Petilianus Episcopus dixit*. Injuriam facis vane, reponetur tibi, & quamquam reponere non liceat, tecum habeto. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXX. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ* E *dixit*. Quo diceret, excusationis tendiculas prætendens, ante diem cognitionis se quasi cælorum senatum partis Donati Episcopos observasse diuturno labore fuisse confectos, cum a nostra parte omnino semper audientia flagitata sit; sed idcirco diem tempusque observavimus, ut & in hoc obedientia Ca- A tholicæ Ecclesiæ monstretur. *Et cum diceret* (*& alia manu*. Recognovi.)

CLXXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Secundum edicti tenorem utræque partes his tantum in judicio remanentibus quibus constitit cognitionem ab omnibus fuisse mandatam, juxta professiones suas caussam tractare debebunt.

CLXXII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Ut caussa cognosci possit, decernat sublimitas tua superfluam & circumstantem nobis exire multitudinem. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Hoc fieri necesse est. Illud autem prius est, ut decem ab utraque parte fateantur se in subscribentium consensisse personas; & licet ad vestram petitionem eorum fuerit præsentia procurata, tamen, ne quid vobis denegatum esse videatur, universorum subscriptiones ex ordine relegantur.

CLXXIV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Respondeant; utrum omnium subscriptiones quæ mandato continentur, hic apud Carthaginem sint conscriptæ. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXXV. *Emeritus Episcopus dixit*. Quantum ex prosecutione cognovi, opus erat ut e nostris partibus professio promeretur. Patientia judiciorum tuorum, quæ manum dat omnibus, libenter annuit, ut & ii qui subscripserunt, professionem suam præsenti adstipulatione inserant gestis. Petimus præstantiam tuam ut cum subscriptio cœperit recitari, eosdem digneris audire. *Et alia manu*. Emeritus recognovi.

CLXXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Subscriptiones omnium, sicut jusseram, recitentur. *Rufinianus scriba recitavit*. Optatus Episcopus Rusuccuritanus. *Et cum recitasset*, *Optatus Episcopus dixit*. Mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Pomponius Episcopus Macrianensis. *Et cum recitasset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Donatianus Episcopus Bagaiensis. *Et cum recitasset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Privatus Episcopus Auzagensis [3]. *Et cum recitasset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi: D adversarium in plebe mea non habeo. *Ampelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Perfectam unitatem ex conversione sua cognoscens, rectissimam fidem mecum frater meus Primulus loquitur Episcopus. Episcopus enim tunc fuit partis Donati. Nunc conversus demonstrat cum plebe integram fidem ex sua conversione. Unitas illic perfecta est, non solum in ipsa civitate, verum etiam in omnibus diœcesibus.


CLXXVII. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit*. Rogamus recitari nomina quæ jamdudum de subscriptione recitavit, Donatianum dico Bagaiensem & Privatum Vagensem. *Et alia manu*. Recognovi.

Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit. Denuo hæc nomina, de quibus dubitatio nascitur, recitentur. *Et recitavit*. Donatianus Episcopus Bagaiensis, Privatus Episcopus Vagensis. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Absit fallacia. *Rogatus Episcopus dixit*. Januarianus dicitur, non Privatus.

1. *Mizonii Episcopi*] Antea sub finem cap. 135. non *Mizonius*, sed *Donatianus* dicitur Catholicus Episcopus, cui *Natalicus Zel'ensis* oppositus erat. Quare suspicatur Baluzius hinc excidisse nomen cujusdam *Donatiani* Episcopi, cujus adversarius erat iste *Mizonius*; nisi dicas duos fuisse Episcopos in Diœcesi Zellensi *Donatianum & Mizonium*.

2. *Imagines*] Id est, personatos Episcopos.

3. *Auzagensis*] *Auzagga* duplex, ut constat ex cap. 179. infra. Huic sese opponit *Primulus Vagensis* Episcopus partis Donati, & adversarius quondam *Ampelii*, sed qui ad Ecclesiam redierat, ut mox dicitur. Cur autem id acciderit, ortum est ex eo quod nomen hujus urbis pronuntiabatur ab Afris, *Ausvagensis*, et in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano, ubi occurrit *Aimnius ab Ausvaga*. Quare hinc factum ut non audita prima syllaba, *Vagensem* esse crediderint, & idcirco *Vagenses* Episcopi huic sese opposuerint. Sicut autem *Vaga* erat in Numidia, ita & *Ausvaga*.



CLXXVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Vultum tamen ipsum esse cognoscis.

CLXXIX. *Rogatus Episcopus dixit*. Januarianum scio, Privatum nescio. *Primianus Episcopus Carthaginiensis dixit*. Jamdudum de duobus fuit caussa. Idcirco & illi non sunt mentiti, nec nostri. Nam est Auzagga ubi fuit Januarianus, qui nunc defunctus est: alia Auzagga, ubi est Privatus, qui nunc vivit. *Et alia manu*. Primianus Episcopus recognovi.

CLXXX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Satis Episcopali veritate rem de qua error fuerat natus, judiciis intimare dignatus es. Unde nunc cetera perlegantur. *Et recitavit*. Donatus Episcopus plebis Celerinensis [1]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Ego mandavi & subscripsi: adversarium omnino nec habui nec habeo in plebe mea. *Et recitavit*. Victor Episcopus Hipponiensium Diarrhytorum. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Sarmentius Episcopus Ternamusensis [2]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi. Teneant gesta quia in plebibus meis adversarium non habeo. *Et recitavit*. Perseverantius Episcopus Tevestinus [3]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Pancratius Episcopus Badiensis. *Et cum recitasset, idem dixit*, Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Maximianus Serteitanus [4] Episcopus. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Severinus Episcopus Castellanus [5]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Colonicus Episcopus Tinistensis [6]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi, & traditores apud me non habeo. *Et recitavit*. Felix Episcopus Moptensis. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Secundinus Episcopus Jucundianensis [7]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi: adversarios in Ecclesia non habeo. *Et recitavit*. Donatus Episcopus Vageatensis [8]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi.

CLXXXI. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Scriptum sit istos omnes in villis vel in fundis esse Episcopos ordinatos, non in aliquibus civitatibus. (*Et alia manu*. Recognovi.)

CLXXXII. *Petilianus Episcopus dixit*. Sic etiam tu multos habes per omnes agros dispersos. Immo crebros ubi habes, sane & sine populis habes. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Scripta sint quæ ab utrisque partibus insinuata videntur esse judiciis. *Et recitavit*. Rogatianus Episcopus Idassensis [9]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi non habeo adversarium. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Habeo Presbyterum in Ecclesia Florentinum. Episcopi fuerunt tres Catholici, jam decesserunt: non potuimus adhuc ordinare. Presbyterum illic habemus Florentinum. *Et recitavit*. Germanus Episcopus Zugabbaritanus. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit*. Rogatianus Episcopus Villamagnensis. *Et cum recitasset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo [10]. *Et recitavit*. Presbyter Manilius Bazienus [11] pro Episcopo meo. *Et cum recitasset*.

CLXXXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Pro quo Episcopo? *Petilianus Episcopus dixit*. Lumine captus est. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Respondeatur utrum præsens sit, pro quo subscriptum est. *Et alia manu*. Recognovi. *Primianus Episcopus dixit*. Loquamur veritatem. Oculis captus est, venire non potuit, Presbyterum suum direxit. *Et alia manu*. Primianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Sed nomen ipsius debuit subscriptione teneri.

CLXXXIV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Testatum sit (eos) etiam absentium nomina velle inserere, ut etiam nobis liceat omnes Catholicos Episcopos, qui per infirmitatem vel per aliquam occasionem adesse non potuerunt, gestis inserere. *Et alia manu*. Recognovi. *Et recitavit*. Donatus Episcopus Apissanensis [12]. *Et cum recitasset, idem dixit*. Et mandavi & subscripsi: adversarium non habeo.

CLXXXV. *Petilianus Episcopus dixit*. Quoniam prosecutio partis adversæ contestata monstravit aliquos se absentes habere, nos quoque non tacemus aliquantos nostros multis necessitatibus aut adversis valetudinibus præpeditos non venisse, aliquantas etiam cathedras nunc esse viduatas, quibus adhuc Episcopi ordinati non esse monstrantur. Etiam hoc acta contineant. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

CLXXXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quantum ad confirmationem mandati pertinet, sufficit in utraque parte eorum numerus sacerdotum, qui eidem mandato subscripsisse monstrantur. Unde reliqua perlegantur, superfluis absentum caussationibus sequestratis. *Et recitavit*. Quintasius Episcopus Vajanensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi.

CLXXXVII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Oblitteretur ergo subscriptio absentum. *Et alia manu*. Recognovi. *Et recitavit*. Januarius Episcopus Lamasbensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix Episcopus Novasinnensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Man-

1. *Celerinensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

2. *Ternamusensis*] In veteri codice *Cernamusensis*, sed emendavit Baluzius *Ternamusensis* ex Itinerario Antonini, ubi inter oppida Mauritaniæ Cæsareensis refertur *Taranamusa-castra*. Certe sedes ista diversa est a *Ceramunensi* Numidiæ, quæ nullum habebat Episcopum Donatistam, ut supra dicitur cap. 133. In notitia Mauritaniæ Cæsareensis est sedes *Ternamunensis*, legendum *Ternamusensis*.

3. *Tevestinus*] Vide quæ diximus ad notam 44. in lib. 2. Optati.

4. *Serteitanus*] In Mauritania Sitifensi, ut docet notitia, num. 28.

5. *Castellanus*] In Mauritania Cæsareensi, ut docet notitia num. 75. Inter Mauritaniæ Cæsareensis urbes *Castellum* memorat anonymus Ravennensis lib. 3. n. 8.

6. *Tinistensis*] Seu *Tinisensis*. Forte in Numidia. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixit *Venantius a Tinisa*. *Tinissam* laudat Ptolemæus lib. 4. cap. 3.

7. *Secundinus Episcopus Jucundianensis*] Is in Concilio Cabarsussitano appellatur *Secundus Jocundianensis*, cujusdam villæ Numidiæ.

8. *Vageatensis*] Item cujusdam villæ aut fundi in Numidia Episcopus, ut statim arguit Alypius.

9. *Idassensis*] In Numidia, ut docet notitia num. 27. a *Macomadia*, non longe abfuisse ex hoc loco colligitur, cum Macomadiensis Episcopus dicat se ibi Presbyterum habere.

10. *Adversarium non habeo*] Idem antea cap. 133. dixit, *Augendus Villæ magnensis*: quare vel se mutuo non noverant, vel diversarum ejusdem nominis sedium erant Episcopi.

11. *Bazienus*] Seu *Bazitensis* in Numidia. Nam ut constat ex cap. 133. *Lucidus* erat *Episcopus plebis Marcellianensis & Bazitensis*,

12. *Apissanensis*] Legendum videtur a *Pissanis* seu *Pesanis*. *Pesana* inter civitates Byzacenas numeratur in veteri notitia quam Beveregius edidit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

davi & subscripsi. *Item recitavit*. Martialis Episcopus Idicrensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Gedudus Episcopus Uticensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Urbanus Episcopus Satafensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Cilitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Liberalis Episcopus loci Nasaitensis [1]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: nec habui adversarium, nec habeo, nec habebo permittente Deo. *Item recitavit*. Maximianus Episcopus Hermianensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Fortunatus Episcopus Vesceritanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Peregrinus Episcopus Sufetanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Merferebitanus [2]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Gavinus Episcopus Vegeselitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Veratianus Episcopus Carpitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi, qui sum successor Faustiniani, qui in unitate veritatis fuerat ordinatus a Donato, postmodum vero temporibus Macarii, illic emerserunt traditores. *Item recitavit*. Gajanus Episcopus Tigualensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Rogatus Episcopus Perdicensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victorinus Episcopus plebis Leptiminensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Martinianus Episcopus loci Tibuzabetensis [3]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Quintianus Episcopus a Lacu-dulce [4]. *Valentinianus Diaconus Episcopi Primiani dixit*. Male habet. *Item recitavit*. Pelagius Episcopus Vanarionensis [5]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Item recitavit*. Victorianus Episcopus Tibaritanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Primulianus Episcopus Mandasumitanus [6]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Consensi & subscripsi. *Item recitavit*. Fortunatianus Episcopus Metensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felicianus Episcopus Utinensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Florentinus Episcopus a Tubusubtu [7]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Marcus Episcopus Midicensis [8]. *Cum-*

A *que accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Unde es? quæ est autem civitas tua? *Marcus Episcopus dixit*. Secus Tapruram Midica. Novit me Dimenianus a Taprura. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Cresimensis [9]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Item recitavit*. Victorianus Episcopus Puppitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Dativus Episcopus Novapetrensis [10]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi; & adversarium non habeo, quia illic est domnus Marculus, cujus sanguinem Deus exiget in die judicii. *Item recitavit*.

B Maximinus Episcopus dixit [11]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Legensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium ibi nec habui, nec habeo. *Item recitavit*. Valentinianus Episcopus Juncensis [12]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Gaudentius Episcopus Zertensis [13]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomaziensis dixit*. Est ibi Presbyter Catholicorum. *Gaudentius Episcopus dixit*. Non habeo adversarium in plebe mea. *Item recitavit*. Bonifacius Episcopus Urugitanus [14]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi

C & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Bamaccorensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi, & nullum habeo adversarium in plebe, nisi solum Absalonem [15]. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Hic est Episcopus præsens Cassianus. *Item recitavit*. Restitutus Episcopus Drusilianensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Flavianus Episcopus Pauzerensis [16]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Clarentius Episcopus Tabracensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Recargentius Episcopus Lamiggigensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non

D habeo. *Aurelius Episcopus Macomadiensis dixit*. Illic est Crescentianus Presbyter. *Item recitavit*. Paschasius Episcopus Tuggensis [17]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Castus Episcopus Cellensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Aptus Episcopus Tuzuritanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victor Episcopus Rotariensis [18]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non ha-

1. *Nasaitensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
2. *Merferebitanus*] Cujus provinciæ sit, incertum.
3. *Tibuzabetensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
4. *A Lacu-dulce*] Cujus provinciæ sit, incertum.
5. *Vanarionensis*] Forte *Vanatoriensis*. In Mauritania Cæsareensi, ut docet notitia num. 11.
6. *Mandasumitanus*] In provincia Byzacena, ut docet notitia num. 110. ubi appellatur *Madassumitanus*.
7. *A Tubusubtu*] In notitia Mauritaniæ Sitifensis num. 8. occurrit Episcopus *Tugusubditanus*, pro quo legendum *Tubusubditanus*. In notitia Imperii habetur sect. 20 Præpositus limitis *Tubusubditani*. *Tubusuptum* scribebant veteres, & ita legitur apud Ptolemæum lib. 4. cap. 2. Plinium lib. 5. cap. 2. Antoninum in Itinerario, & Ammianum Marcellinum lib. 29. cap. 5. In Antonini Itinerario prope *Saldas* locatum numeratur, & apud Ammianum loco laudato *Tubusuptum* dicitur fuisse contiguum *Monriferrato*, qui ut ex Tabulis Peutingerianis patet, a *Rusuccurro* colonia *Saldas* usque pertingebat.
8. *Midicensis*] Vicina sedes Tapruræ in provincia Byzacena.
9. *Cresimensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
10. *Novapetrensis*] Castellum in Numidia.
11. *Dixit*] Loco hujus verbi, *dixit*, reponendum esset nomen civitatis cujus *Maximinus* erat Episcopus.
12. *Juncensis*] In Byzacena, ut docet notitia num. 105. Celebris fuit synodus *Juncensis* anno 524. habita, cujus

E Canonem refert Ferrandus in Breviatione Canonum Can. 26. *Juncensis* littoris fit mentio in vita Fulgentii. Erat & in Mauritania Cæsareensi *Jancensis Episcopus*, qui primus apparet in notitia hujus provinciæ. In epistola Episcoporum provinciæ Byzacenæ subscribit *Numidius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Sosianæ-Juncis*.
13. *Zertensis*] Vide quæ diximus ad caput 135.
14. *Urugitanus*] Forte *Uracitanus* seu *Urcitanus*, in provincia Proconsulari.
15. *Absalonem*] *Cassianum* scilicet qui ejus Presbyter fuerat, ut habetur supra cap. 128. Atque ideo *Absalonem* hic eum vocat.
16. *Pauzerensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
17. *Tuggensis*] Forte in provincia Proconsulari. Nam *Victor Episcopus municipii Togiæ* subscribit epistolæ Episcoporum provinciæ Proconsularis in Concilio Lateranensi.
18. *Rotariensis*] Apud Optatum lib. 1. num. 14. p. 15. *Felix a Rotario* recensetur inter Episcopos Numidiæ qui Concilio Cirtensi adfuerunt.

beo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Episcopum illic habuimus, Occidistis illum & invasistis.

CLXXXVIII. *Adeodatus Episcopus dixit*. Dicit Episcopum occisum. Accuset, doceat, intendat. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Et rebaptizaverunt illum hominem nonagenarium Episcopum [1]. *Victor Episcopus Azurensis* [2] *Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Dicit se non habere. Ego Ecclesiam illic habeo, quod te non fugit. *Item recitavit*. Callipodius Episcopus Vazaritanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Benenatus Episcopus Casentium Bastalensium [3]. (*Cumque accessisset, idem dixit*.) Mandavi & subscripsi, & non habeo adversarium. *Item recitavit*. Honoratus Episcopus Adquesirensis [4]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix Episcopus Maxulitanus [5]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Marcianus Episcopus Sitifensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Januarius Episcopus Numidiensis [6]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi, & traditores non habeo. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Siccensis dixit*. Unde es? *Januarius Episcopus dixit*. Numidia est. Mauritania est Cæsariensis. *Reparatus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Susasaritanæ dixit*. Diœcesis mea est. Illic Presbyterum habeo, illic tecum vigilavit. *Item recitavit*. Campanus Episcopus Cincaritanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Cæsarianensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: æmulum non habeo.

CLXXXIX. *Novatus Episcopus Sitifensis Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Habet contra se Catholicum Presbyterum, clericos abundantes, & populos ex cœtu Donatistarum. Hic est Presbyter & Diaconus, hic in hac civitate Carthaginiensi, quem prædavit, quem torsit, quem suspendit. Ecclesiam autem Catholicam prædavit, pecuniam sustulit, frumenta deportavit, carpenta duxit: ut norit iste, quia est illic Ecclesia Catholica, hoc sum profecutus. *Adeodatus Episcopus dixit*. Hæc omnia documentis agenda sunt. Faciat periculum qui mendacium in judicio promit. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus recognovi. *Novatus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Jube Presbyterum loci intromitti.

CXC. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ad præsentem cognitionem ista non pertinent. Quæ mihi mandata est reliquorum subscriptio relegatur. *Salvianus Episcopus* [7] *dixit*. No-

A bis præscriptum est dudum quo dicerent. De Episcopis agitur, non de Presbyteris.

CXCI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. A nostris partibus propterea respondetur, quia ibi Catholica denegatur. Unde impudentiæ vestræ satisfactum fuisse præsentia gesta loquentur. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCII. *Adeodatus Episcopus dixit*. Agimus tibi gratias, quod semper facis injuriam. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus recognovi.

CXCIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ista in tempus aliud reserventur, nunc quod delegatum est sacro judicio peragatur. *Item recitavit*. Felicissimus Episcopus Obbensis [8]. B *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Rufinus Presbyter pro Episcopo meo Juliano Midlensi [9] subscripsi.

CXCIV. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Respondeatur utrum pro præsente subscripserit. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCV. *Adeodatus Episcopus dixit*. Julianus ægritudine præpeditur: sed ne videretur aliquo pacto defuisse, Presbyterum misit, per quem suam absentiam excusaret; & ipse pro illo subscripsit. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Probabilis & rationabilis excusatio est.

C CXCVII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Etiam hoc testatum esse volumus, quia pro absente subscripsit. *Et alia manu*. Recognovi. *Item recitavit*. Optatus Episcopus Timicitensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victorianus Tigimmensis Episcopus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Honorius Episcopus Vartanensis [10]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Martinus Episcopus Siccesitanus [11]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Vindemius Episcopus a Cenis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episco- D pus Tanudaiensis [12]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Possidius Episcopus Sillitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Reparatus Episcopus Aquensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Honoratus Episcopus Larensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Proficentius Episcopus Macomaziensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Licet non habeam adversarium, mandavi &

1. *Nonagenarium Episcopum*] *Simplicium* scilicet *Tibilitanum*, ut dicitur in fine capitis 197.

2. *Azurensis*] Hic Victor Cognit. 2. cap. 15. dicitur *Ajurensis*. E Numidia fuisse verisimile est, cum in urbe Rotariensi quæ Numidiæ est, dicat Ecclesiam se habere.

3. *Casensium Bastalensium*] Cujus provinciæ sit, incertum.

4. *Adquesirensis*] In Mauritania Cæsareensi, ut docet notitia num. 66.

5. *Maxulitanus*] In provincia Proconsulari, ut docet notitia num. 30. *Maxulæ* meminere Ptolemæus, Plinius, Itinerarium Antonini, & Tabulæ Peutingerianæ. Concilio Carthaginiensi sub Aurelio anno 419. interfuit *Numidius Maxulitanus* hujus *Felicis* adversarius, ut patet ex cap. 112. Item in Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio ann. 525. alius ejusdem nominis *Episcopus Maxulitanus*. *Sanctorum Maxulitanorum* festivitas in veteri Calendario Carthaginiensi celebratur die 11. Kalend. Augusti; & de iisdem duos habemus Divi Augustini sermones, qui *de sanctis Martyribus Massylitanis* inscribuntur.

6. *Numidiensis*,] Seu *Numidensis* in Mauritania Cæsareensi, ut statim habetur, utque docet notitia hujus provinciæ num. 118. Avulsus erat iste Episcopatus a Susasaritano, ut conqueritur deinceps Reparatus.

E 7. *Salvianus Episcopus*] *Leptitanus* qui nominatur infra cap. 207.

8. *Obbensis*] Seu *Obbitanus*. In Mauritania Cæsareensi, ut patet ex notitia hujus provinciæ num. 56. Inter Episcopos qui adfuere Concilio Carthaginiensi sub Cypriano, legitur *Paullus Confessor ab Obba*, in quibusdam codicibus & apud Augustinum, *a Bobba*. *Bobbam* Coloniam in Mauritania collocat Plinius. Concilio V. generali adfuit *Valerianus Episcopus Obbæ* Ecclesiæ Africanæ.

9. *Midlensi*] Seu *Midilensi*. In Numidia, ut docet notitia num. 41. Concilio Carthaginiensi sub Cypriano adfuit Confessor & Martyr *Jader a Midila*.

10. *Vartanensis*] In Tabulis Peutingerianis habetur *Vatari* inter *Flaviam Marc* & *Velesim*. Utrum hæc eadem sit cum ista, incertum.

11. *Siccesitanus*] In Mauritania Cæsareensi, ut docet notitia num. 80.

12. *Tanudaiensis*] Forte *Tamadensis* in Mauritania Cæsareensi ex eadem notitia num. 100.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



ſubſcripſi. *Fortunatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Ex qua Macomadia [1]? *Proficentius Epiſcopus dixit*. Ruſticiana. *Item recitavit*. Paſchaſius Epiſcopus Duſitanus [2]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Antonianus Epiſcopus Druenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Januarius Epiſcopus Aquæ Albenſis [3]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſcens Epiſcopus Icoſitanus [4]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*: Paſchaſius Epiſcopus Turenſis [5]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus Orienſis [6]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcianus Epiſcopus Tabazagenſis [7]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius Epiſcopus Siguitenſis [8]. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. Sicut adverſarium non habeo, ſic numquam habeam. *Item recitavit*. Dativus Epiſcopus Viſenſis [9]. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Quodvultdeus Epiſcopus Nebbitanus [10]? *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Conſtantius Epiſcopus Ruſubiccarienſis [11]. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Auguſtalis Epiſcopus Altiburitanus. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saturninus Epiſcopus Tamagriſtenſis, *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Simplicius Epiſcopus Tibilitanus [12]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Macomadienſis dixit*. Ipſe eſt Epiſcopus qui rebaptizatus eſt, & factus eſt audiens.

CXCVIII. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Hoc cognitioni ſervandum eſt. Agnovit veritatem. *Item recitavit*. Verianus Epiſcopus a Turre alba [13]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*: Veriſſimus Epiſcopus Tacaratenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Servatus Epiſcopus Amporenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: *Item recitavit*. Martialis Epiſcopus Vatarbenſis [14]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus Tamaſcaninenſis [15]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Quadratianus Epiſcopus plebis Sicilibbenſis [16]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saturnus Epiſcopus Sitenſis [17]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Junior Epiſcopus Ruſiccadienſis [18]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Miggin Epiſcopus Ediſtianenſis [19]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Fidentius Epiſcopus Dianenſis [20]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Geminius Epiſcopus Clypienſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcianus Epiſcopus Aſſabenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Rogatianus Epiſcopus a Vico-Ateri [21]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus Bucconienſis [22]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus Tegulatenſis [23]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus Zicenſis [24]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*.

1. *Ex qua Macomadia*] Duplex, uti obſervavimus c. 116. erat *Macomadia*, una in Numidia, altera in Byzacena. *Proficentius* is de quo agitur, erat Epiſcopus *Macomadiæ* in Byzacena, quæ *Ruſticiana* cognominabatur.

2. *Duſitanus*] Sequitur alter fere ejuſdem nominis *Druenſis*. & capite ſequenti *Bebianus Epiſcopus Duſenſis*. In notitia nullum alium ſimilis nominis habemus, præter *Duenſem* in Byzacena.

3. *Aquæ Albenſis*] *Aquæ Albenſis* ſedes duplex in notitia, una in Byzacena num. 52. altera in Mauritania Sitifenſi num. 5. Utrius Epiſcopus fuerit Januarius, incertum.

4. *Icoſitanus*] In Mauritania Cæſareenſi, ut docet notitia num. 59. *Icoſium* celebris urbs a Veſpaſiano Latio donata, ut ſcribit Plinius. Hujus meminere Ptolemæus, Pomponius Mela, Antoninus, Ammianus Marcellinus, & anonymus Ravennas. Ejuſdem urbis Epiſcopus fuit *Laurentius Icoſitanus* Legatus Mauritaniæ Cæſareenſis ad Concilium Carthaginienſe ann. 419.

5. *Turenſis*] Duorum jam *Turenſium* Epiſcopatuum diverſorum mentio facta eſt: nunc tertius accedit, cujus provinciæ incertum. Eſt in Concilio Carthaginienſi ann. 525. ſub Bonifacio *Felix Epiſcopus Vico Turrenſis*, qui cujuſnam ex his ſedibus Epiſcopus fuerit, incertum.

6. *Orienſis*] Seu *Horrenſis*. Præter *Horream Aninicenſem* eſt in Mauritania Sitifenſi alia *Horrea* inter *Sitifim* & *Tubuzubtum* in Tabula Peutingeriana, cujus forte loci eſt is Epiſcopus.

7. *Tabazagenſis*] Hic Epiſcopus ſupra dicitur *Tabaicenſis*, in notitia Mauritaniæ Cæſareenſis *Tabadcarenſis* n. 103.

8. *Siguitenſis*] Seu *Siguitanus*. In Numidia ubi *Sigus* in Tabulis Peutingerianis locatur prope Tigiſim & Cirtham. In Itinerario Antonini dicitur *Sugus* Cirtha diſtans XXV. millia paſſuum. Erat etiam in Mauritania Cæſareenſi *Siga colonia* apud Ptolemæum l. 5. c. 2. Sed Creſconius erat Epiſcopus Numidiæ; ſubſcribit enim pro Gaudentio Epiſcopo Tigiſitano.

9. *Viſenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

10. *Nebbitanus*] Forte *Neptitanus* in Byzacena, ut docet notitia num. 14.

11. *Ruſubiccarienſis*] In notitia Mauritaniæ Cæſareenſis num. 22. occurrit *Ruſuburitanus*, & num. 77. *Rubicarienſis*, pro quo legendum eſſe ſuſpicantur viri docti *Ruſubicarienſis*. *Ruſubricari* legitur in Antonini Itinerario & in Tabulis Peutingerianis. *Ruſubeſer* habet Ptolemæus l. 4. c. 2. & *Ruſicibar* cap. ſequenti.

12. *Tibilitanus*] In Numidia, ut docet notitia num. 66. Vide quæ diximus not. 50. ad lib. 1. Optati. Nam etiamſi *Aquæ Tibilitanæ* diverſæ forent a *Tibili*, ut videtur veriſimile ex Tabulis Peutingerianis, attamen uterque locus ejuſdem diœceſeos.

13. *A Turre alba*] Forte *Aquæ Albenſis* in Mauritania Sitifenſi.

14. *Vatarbenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

15. *Tamaſcaninenſis*] Seu *Tamaſcanienſis* in Mauritania Sitifenſi, ut docet notitia num. 34. *Tamaſcani municipium* habetur in Tabulis Peutingerianis.

16. *Sicilibbenſis*] In Provincia Proconſulari. Nam in Concilio Carthaginienſi anni 419. adfuit *Prætextatus Sicilibbenſis Epiſcopus* unus ex Epiſcopis provinciæ Proconſularis. In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano ſententiam dixit *Satius a Sicilibba*. Antonino *Sicilibra*, apud anonymum Ravennatem *Siciliba*.

17. *Sitenſis*] In Mauritania Cæſareenſi, ut docet notitia num. 112.

18. *Ruſiccadienſis*] In Numidia. Vide not. 49. in lib. 1. Optati.

19. *Ediſtianenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.


20. *Dianenſis*] In Numidia ex Itinerario Antonini, ubi duplex *Diana*.

21. *A Vico-Ateri*] In Byzacena, ut docet notitia n. 92. In Concilio Carthaginienſi ann. 525. Petrus Abbas pro tuenda Monaſterii ſui immunitate affert exemplum Monaſterii Præciſu, quod licet in medio Leptiminenſis Eccleſiæ poſitum eſſet, prætermiſſo Epiſcopo vicino, *Vico-Aterienſis* Eccleſiæ Epiſcopi in longinquo poſiti conſolationem habebat. In ſynodica Byzacenorum Patrum in Concilio Lateranenſi ſub Martino, ſubſcripſit *Ebaſius Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Vico-Aterienſis*.

22. *Bucconienſis*] Seu *Bocconienſis*. In Numidia, ut docet notitia num. 13.

23. *Tegulatenſis*] Seu *Teglatenſis*. In Numidia, ut docet notitia num. 69.

24. *Zicenſis*] Forte *Ziggenſis*, qui in notitia provinciæ Proconſularis num. 41. habetur.



Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix Episcopus Magarmelitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Marcellinus Episcopus Mullitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Benenatus Episcopus a Casis Silvanæ [1]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Rufinus Episcopus Labdensis [2]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victor Episcopus Dionysianensis [3]. *Primianus Episcopus Carthaginis dixit*. Ægrotat. *Item recitavit*. Benenatus Episcopus Mesarfeltensis [4]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: & adversarium non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Habes. Persecutio tua plurimos cives evertit. Lucianus ibi fuit Episcopus. Adhuc ordinari habet. *Item recitavit*. Gloriosus Episcopus Migirpensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Junianus Episcopus Lamigigensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Paullus Episcopus Siccensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felicianus Episcopus Aquænovensis [5]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Æmilianus Episcopus Verronensis [6]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Secundinus Episcopus Uvaziensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Bellicius Episcopus Teleptensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Lucius Episcopus Zabensis [7]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Bebianus Episcopus Dusensis [8]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Bonifacius Episcopus Utimmensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Restitutus Episcopus Membressitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Aquensis [9]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: & traditorem in plebe mea non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Habemus ibi Presbyterum, Nam & Episcopus ibi fuit, modo defunctus est, & in loco ejus necdum est ordinatus. *Item recitavit*. Victor Episcopus Curubitanus [10]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Saturus Episcopus Bizaciensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Florentinus Episcopus Furnitanus [11]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Æmilianus Episcopus Casensium Medianensium. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victor Episcopus Gatianensis [12]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Luculus Episcopus ab Hospitiis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. Duos adversum me habeo, & ordinaverunt modo unum. *Item recitavit*. Romanus Episcopus Lesvitanus [13]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Restitutus Episcopus Segermitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus ab Horrea Aninicensi [14]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*, Faustinus Episcopus Tambaiensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*, Primilianus Episcopus Lucimagnensis [15]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Item recitavit*. Maximianus Episcopus Bennefensis. *Primianus Episcopus Carthaginis dixit*. Hodie exivit de corpore. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Tiseditanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Urbanus Episcopus Talensis [16]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Innocentius Episcopus Guzabetensis [17]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Item recitavit*. Felix Episcopus Zummensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Leontius Episcopus Rusticianensis [18]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Terentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Iste rebaptizabat post partem Donati. Rebaptizatus est postea, & sic est ordinatus.

CXCIX. *Adeodatus Episcopus dixit*. Serva partibus

1. *A Casis Silvanæ*] Cujus provinciæ sit, incertum.
2. *Labdensis*] In provincia Proconsulari, ut docet notitia num. 18. *Victor Labdensis* interfuit synodo Carthaginiensi anni 525. sub Bonifacio.
3. *Dionysianensis*] In provincia Byzacena, ut docet eadem notitia num. 111. In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano sententiam dixit *Pomponius a Dionysiana*. In Concilio Cabarsussitano subscripsit *Fortunatus Dionysianensis*.
4. *Mesarfeltensis*] In Byzacena. Nam *Mesarfilia*, seu *Mesarfilta* in Tabula Peutingeriana locatur inter *Zyrnas Mascli* & *Gemellas* oppida provinciæ Byzacenæ.
5. *Aquænovensis*] In Numidia, ut docet notitia n. 73.
6. *Verronensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
7. *Zabensis*] Duplex *Zabe* in notitia, una in Numidia num. 70. altera in Mauritania Sitifensi num. 40. Vide quæ diximus nota 39. in lib. 2. Optati.
8. *Dusensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
9. *Cresconius Episcopus Aquensis*] Plures erant *Aquenses* Episcopi in Africa, & plures memorantur in hac collatione. Jam mentio facta est cap. 135. *Helpidii* Catholici Episcopi *Aquensis* in Mauritania Cæsareensi, & *Reparati* ejus adversarii. Heic mentio fit *Cresconii* Episcopi Donatistæ *Aquensis* sed Numidæ. Nam statim *Aurelius Episcopus Macomadiensis* interloquitur, tamquam de Ecclesia sibi nota & vicina. Tertius habetur infra c. 208. *Victorinianus Episcopus Aquensis*, quem ex Arzugibus profectum esse ait statim Asellicus. Arzugitana autem provincia vicina erat Tripolitanæ.
10. *Curubitanus*] In notitia provinciæ Proconsularis num. 36. minus bene *Carbitanus* dicitur. Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio anni 525. adfuit *Peregrinus Episcopus Ecclesiæ Curubitanæ*. Sanctus Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. *Curubis* meminit. Plinius, Antoninus in Itinerario & anonymus Ravennas *Curubim* inter civitates Africæ memorant, *Curobim*, seu *Curabim* appellat Ptolemæus lib. 4. cap. 3.
11. *Furnitanus*] In provincia proconsulari. Apud Victorem Vitensem lib. 1. num. 3. *Mansuetus Uricitanus Episcopus* incensus dicitur in porta *Furnitana*, hoc est ad portam Carthaginis, qua via erat ad urbem *Furnitanam*. *Simeon Episcopus plebis Furnitanæ* subscripsit Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio, qui Bonifacius apud *Furnos* Ecclesiam consecrasse dicitur in vita S. Fulgentii cap. 29. *Geminius a Furnis* interfuit Concilio Carthaginiensi sub Cypriano.
12. *Gatianensis*] Apud Victorem Vitensem sub finem l. 3. mentio fit *Bonifacii Gatianensis*, diversi a *Secundino Garrianensi* qui nominatur in notitia Episcoporum provinciæ Byzacenæ num. 22. Eidem sedi præfuit *Januarius Ecclesiæ Gatianensis Episcopus*, qui synodicæ Byzacenorum Patrum subscripsit, relatæ in Concilio Lateranensi sub Martino.
13. *Lesvitanus*] In Mauritania Sitifensi notitiæ num. 10. Medio fere itinere inter *Saldas* & *Sitifim Lesbi* habetur in Antonini Itinerario millia passuum 25. a *Tubusupto* distans.
14. *Ab Horrea Aninicensi*] In Mauritania Sitifensi eadem quæ in ejus notitia num. 7. *Horrensis*. *Horream Sitifensem* memorat Antoninus in Itinerario inter *Tisifim* & *Tubusuptum*, quæ millia passuum 18. a priore distat.
15. *Lucimagnensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
16. *Talensis*] Nescio quis ille sit, nisi forte *Tablensis* in Mauritania Cæsareensi notit. num. 60. *Tablatensis limitis* mentio fit in notitia Imperii.
17. *Guzabetensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.
18. *Rusticianensis*] In Numidia, notitiæ num. 61. *Rustici* habent Tabulæ Peutingerianæ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

quæ competunt. *Item recitavit*. Evasius Episcopus Girbitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*, Mandavi & subscripsi.

cc. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Siccensis dixit*. Felix Zummensis quomodo absens subscribere potuit doceatur. *Et alia manu*. Recognovi.

cci. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Videtis quid a partibus vestris flagitetur. Quæritur enim quis nomine istius qui in præsentiarum videtur minime constitutus, subscripserit mandato. *Adeodatus Episcopus dixit*. Exspecta, hoc quæritur. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus recognovi. *Optatus Episcopus dixit*. Felix Lambiensis [1] infirmatur. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Cujus loci Felix Episcopus subscripserit, officium aperte demonstret. *Et recitavit*. Felix Zummensis. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Subscriptionis falsitatem deprehensam fuisse testatum sit. *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit*. Hic error est, non falsitas. *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Magnus error. Nescivit unde esset. *Et alia manu*. Recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quis sub ejus nomine subscripserit, saltem hoc Notarius eorum edicat. Ut supra. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Sufficit non nos prætermisisse ista. Ut supra. *Petilianus Episcopus dixit*. Felix quidam Lambiensis, collega noster, hic ægrotat; sed & alii duo, id est Flavianus [2] & Donatus [3], ibidem non mediocri ægritudine retinentur. Credo quod alicui mandaverit pro se subscribi ille Felix, & in nomine sedis vel loci factus est error; quem aut simpliciter accipiant, aut facimus hujus nominis jacturam. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Accepistis prosecutionem, quam vobis æstimo posse sufficere. Unde patimini ut reliqua perlegantur. *Et recitavit*. Januarius Episcopus de Tubursico Numidiarum. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Securus Episcopus Tenitanæ urbis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Hic sum; & mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Arensis [4]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi, & traditores in plebe mea non habeo. *Item recitavit*. Marinianus Episcopus ab Oea. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Montanus Episcopus a Cemeriniano [5]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium non habeo. *Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Constantiniensis dixit*. Habemus illic Ecclesiam, & Presbyterum Terentium. *Item recitavit*. Donatianus Episcopus Carcabianensis [6]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Justus Episcopus Nicibensis [7]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix Episcopus Tagaraiensis [8]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victor Episcopus Equizetensis [9]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Januarius Episcopus Horreæ Cæliensis [10]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Pudentianensis [11]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. Traditores vero in plebe mea & omni diœcese mea non habeo. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Episcopum ibi habebamus Memmianum reverentissimum virum. Postea alterum Memmianum illic ordinavimus. Defuncti sunt. Ordinamus alium. *Adeodatus Episcopus dixit*. Cui? *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Remotis vobis ordinamus. Ipsi deposuerunt basilicas, ipsi tulerunt ornamenta Ecclesiæ. Ille qui loquitur, quatuor basilicas deposuit uno loco. *Item recitavit*. Januarius Episcopus Aptucensis [12]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Victor Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Libertinensis dixit*. Unitas est illic, publicam non latet conscientiam. *Item recitavit*. Fidentius Episcopus Cullitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Saturninus Episcopus Gazabianensis [13]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Vitalis Episcopus Masculitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Iste Vitalis Diaconus fuit Catholicus in civitate Sitifensi. Rebaptizatus, factus est Presbyter. Projectus est caussa adulterii, & factus est postea Episcopus. *Petilianus Episcopus dixit*. Accusatoris loco stare voluisti. *Et alia manu*. Recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Non accusatoris loco, sed purgationis. *Item recitavit*. Rufinianus Episcopus Tuburbitanus. *Cumque accessisset, (idem dixit.)* Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Baiesitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Saturninus Episcopus Victorianensis [14]. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Lucianus Episcopus Burugiatensis [15], *Cumque accessis-*

1. *Lambiensis*] In Numidia erat *Lambese* civitas ab antiquis memorata, cujus loci Episcopum hunc potius fuisse crediderim, quam *Lanuritani* qui in notitia Numidiæ num. 19.

2. *Flavianus*] *Pauzerensis* Episcopus supra cap. 187.

3. *Donatus*] *Sucurdensis* Episcopus, infra cap. 210.

4. *Arensis*] Duos hujus loci Episcopos recensent Donatistæ in hac Collatione, is scilicet *Donatus* hoc loco, & inferius cap. 208. *Secundus*, videntur esse Numidiæ.

5. *A Cemeriniano*] Cujus provinciæ sit, incertum.

6. *Carcabianensis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia num. 84. Famosus est *Victorianus Carcabianensis Episcopus* qui Concilio Cabarsussitano interfuit, & in Bagaiensi e sede sua dejectus fuit.

7. *Nicibensis*] Forte *Nibensis* in Numidia, notitiæ n. 8.

8. *Tagaraiensis*] Præter *Tagaratam* Proconsularis provinciæ civitatem erat in Byzacena *Taguriatana* sedes, ut docet notitia num. 37. Forte is est qui in epistola Episcoporum provinciæ Byzacenæ in Concilio Lateranensi sub Martino dicitur *Tagazensis*.

9. *Equizetensis*] Seu *Eguizotensis*. In Mauritania Sitifensi notitiæ num. 11. Tabulæ Peutingerianæ *Equeheto*.

10. *Horreæ Cæliensis*] In Byzacena, ut docet notitia num. 113. Concilio Carthaginiensi sub S. Cypriano interfuit *Tenax ab Horreis-Cæliæ*. In Itinerario Antonini *Horrea-Cælia* vicus Byzacenæ. *Hilarinus Episcopus Horreo-Cælensis* interfuit synodo Carthaginiensi sub Aurelio ann. 419. Legatus provinciæ Byzacenæ.

11. *Pudentianensis*] In notitia Numidiæ num. 44. *Punentianensis*. Gregorius Magnus epist. 33. lib. 2. indict. 10. meminit *Maximiani Ecclesiæ Pudentianæ in Numidia constitutæ Episcopi*.


12. *Januarius Episcopus Aptucensis*] Supra cap. 128. *Januarius Aptucensis Episcopus* inter Catholicos recensetur, qui tunc detinebatur corporis infirmitate. Prodit nunc alter *Januarius* ejusdem sedis Episcopus e Donatistarum factione: sed Victor Libertinensis Episcopus Catholicus negat hunc Episcopum esse, & unitatem illic esse affirmat.

13. *Gazabianensis*] Forte idem qui in notitia Numidiæ num. 93. dicitur *Gaudiabensis*.

14. *Victorianensis*] In Byzacena, ut docet notitia n. 88. *Saturninus a Victoriana* Concilio Carthaginiensi sub Cypr. interfuit. *Restitutum Victorianensem Episcopum* laudat Augustinus epistola 105. *Getulicus Victorianensis Episcopus* subscripsit Concilio Cabarsussitano inter Donatistas.

15. *Burugiatensis*] In Concilio Carthaginiensi sub Cypria-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ſet, idem dixit. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Maximus Epiſcopus Abitinenſis [1]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus Gibbenſis [2]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victorianus Epiſcopus Tunuſudenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius (Epiſcopus) Auſugrabenſis [3]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Fortunatianus Epiſcopus a Senemſalis [4]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saluſtius Epiſcopus Zertenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Hilarus Epiſcopus Sullitanus. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. (*Item recitavit*. Victor Epiſcopus Taborenſis.) *Et cum recitaſset, Victor Epiſcopus Taborenſis dixit*. Suſceperam quidem mandatum; ſed quia beatiſſimus Pater & Princeps noſter Primianus nunc ſuſcepit, me neceſſe eſt mandare his actis. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit*. Voluntatem tuam geſta retinebunt. *Item recitavit*. Argutus Epiſcopus Tabudenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix Epiſcopus Manazenenſium Regiorum [5]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Macrobius Epiſcopus Hipponienſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Maximinus Epiſcopus Uzabirenſis [6]. *Cumque acceſsiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius Epiſcopus Silemſilenſis [7]. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. Traditores non habeo in plebe mea. *Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Macomadienſis dixit*. Presbyterum habemus qui intervenit.

CCII. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Intervenit dixiſti. Si ubique veſtros ſpargere velitis, jam videmini habere nobiſcum partem in his locis ubi Chriſtiani ſunt. *Et alia manu*. Recognovi. *Item recitavit*. Gaudentius Epiſcopus Nigizubitanus [8]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius Epiſcopus Sinitenſis [9]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Turraſius Epiſcopus Fiſſanenſis [10]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi.

A *Item recitavit*. Speratus Epiſcopus Cataquenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Fortunatianus Epiſcopus Venſanenſis [11]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Januarius Epiſcopus Centurionenſis [12]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Comparator Epiſcopus Mactaritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius Epiſcopus Banzarenſis. [13] *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: traditorem non habeo in plebe mea. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus Hiltenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus Tituli-
B tanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix Epiſcopus Voſetanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi.

CCIII. *Palatinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Diaconus fuit & rebaptizatus eſt. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Serva partibus quæ competunt. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus recognovi. *Item recitavit*. Rogatus Epiſcopus Zaraitenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Creſconius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Diaconus Catholicus erat, & rebaptizatus eſt. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Serva partibus quæ competunt. *Item recitavit*. Maximinus Epiſcopus Tuburbitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi.
C *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus a Medianis Zabuniorum [14]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi.

CCIV. *Victor Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Probet ſe acceſſiſſe ad unam domum quam dicit. *Novatus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Sitifi dixit*. Scriptum ſit Medianas Zabuniorum habere Presbyterum. Ipſe hodie tenet plebem & baſilicam. Unitatem habet. Nullus illic eſt Donatiſtarum. Supra corpus Epiſcopi Catholici Presbyterum ordinavi, & Deo volente ordinabitur illic Epiſcopus. Epiſcopus autem Donatiſtarum in eodem loco non eſt. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Contra hæc ſerva quæ competunt. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus recogno-
D vi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Quæ partibus competunt, ſalva erunt. *Item recitavit*. Felix Epiſcopus Uzalenſis [15]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item re-*

no ſententiam dixit: *Quietus a Buruch*, quæ ſedes forte eadem eſt cum iſta. *Burcenſem* eſſe in Numidia, de qua notitiæ num. 5. cenſent viri docti.

1. *Abitinenſis*] *Abitina* urbs erat Proconſularis provinciæ, cujus *Epiſcopus Auguſtalis* ſubſcripſit epiſtolæ ſynodicæ Epiſcoporum hujus provinciæ ſub Martino. Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano ſubſcripſit *Saturninus ab Avitinis*. Eamdem urbem memorat Auguſtinus lib. 3. contra epiſtolam Parmeniani, & lib. 4. contra Creſconium c. 49. *Bithinam* habet inter urbes Africæ anonymus Ravennas. Celebres ſunt *Abitinenſes Martyres*, quorum habemus acta.

2. *Gibbenſis*] Seu *Gilbenſis*. In Numidia duplex eſt *Gilbenſis* ſedes, una notit. num. 40. altera num. 90. Alterutrius erat iſte Epiſcopus. In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano ſententiam dixit *Lucius a Caſtro Galba*; quod Caſtrum *Gilba*, dicitur etiam ab Auguſtino, a Victore Vitenſi, in Concilio Milevitano, & in Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio.

3. *Auſugrabenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

4. *A Senemſalis*] In provincia Proconſulari. In Concilio Carthaginienſi ann. 525. ſub Bonifacio inter Proconſulares recenſetur *Patronianus* [illegible], & in epiſtola ſynodica Epiſcoporum ejuſdem provinciæ ſub Martino ſubſcribit *Julianus Epiſ*[illegible] *Eccleſiæ duarum Senepſalitinarum*, ſeu *Senemſalitinarum*. Inde, ut obſervavit Baluzius in emendandis veteribus codicibus ſagaciſſimus, in notitia Proconſularis provinciæ num. 16. pro *Duaſſedemſus*, legendum *Duarum-Senemſalium*.

5. *Manazenenſium regiorum*] In Mauritania Cæſareenſi. Nam in ejus notitia num. 82. habetur *Manaccenſeritanus*.

6. *Uzabirenſis*] In provincia Byzacena. Quippe in ejus notitia num. 41. *Unuzibirenſis* occurrit, & in ſynodica Patrum Byzacenorum in Concilio Lateranenſi ſubſcribit *Donatus miſericordia Dei Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Uniz*[illegible]*renſis*.

7. *Silemſilenſis*] In Concilio Carthaginienſi anni 397. ſub Genethlio adfuit *Epiſcopus Selemſelitanus*, qui locus videtur eſſe provinciæ Proconſularis.

8. *Nigizubitanus*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

9. *Sinitenſis*] In Numidia, ut docet notitia num. 67. Erat prope *Hipponem regium Caſtellum Sinitenſe*, ex Augu-
E ſtino lib. 22. de Civit Dei cap. 8. Idem epiſt. 105. num. 4. mentionem facit *Marcellini* Epiſcopi Catholici hujus loci.

10. *Fiſſanenſis*] Ubi fuerit hic locus, incertum. *Donatus Epiſcopus Fiſcianenſis* interfuit Concilio Cabarſuſſitano.

11. *Venſanenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

12. *Centurionenſis*] In Numidia. Concilio Cirtenſi adfuit *Nabor a Centurionis*. Diverſus eſt iſte locus a *Centurienſi*, cujus Epiſcopus Donatiſta erat Creſconius, ut patet ex cap. 126. ſupra.

13. *Banzarenſis*] Cujus provinciæ ſit, incertum.

14. *A Medianis Zabuniorum*] In notitia Epiſcoporum provinciæ Byzacenæ num. 27. *Medianenſis* occurrit, & in notitia Mauritaniæ Cæſareenſis num. 86. *Caſtellum Mediani*. Sed *Mediana*, de qua heic agitur ad Mauritaniam Sitifenſem pertinet, ut colligitur ex interlocutione Novati Sitifenſis, quæ ſequitur, qui dicit ordinaſſe ſe ibi Presbyterum.

1[illegible] [illegible]*ſis*] In provincia Proconſulari notit. num. 7. [illegible] Epiſcopus Catholicus erat *Evodius*. *M*[illegible]

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

citavit. Servandus Episcopus a Casis Favensibus [1]. A *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. Traditorem non habeo. *Item recitavit*. Felix Episcopus Putiensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi.

CCV. *Petilianus Episcopus dixit*. De mandato constet, non de caussa, quæ postea est ventilanda. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

CCVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ista frequentius interloquutus sum, superflue in his creditis immorandum. *Item recitavit*. Messianus Episcopus Seleucianensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Liberantius Episcopus Tisanianensi [2], *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item* B *recitavit*. Cresconius Episcopus Advocatensis [3]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Scillitanus. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Urbanus Episcopus Vicensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victorinus Episcopus Adrumetinus. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Maximus Episcopus Canianensis [4]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Ampelius Episcopus Neapolitanus. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Maximus Episcopus Macrensis [5]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. C *Item recitavit*. Idaxius Episcopus Muzucensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Restitutus Episcopus Flumenpiscensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Tertullus Episcopus Cilibiensis [6]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. (*Item recitavit*.) Januarius Episcopus Narensis [7]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Honoratus Episcopus Thusdritanus. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Crescentilianus Episcopus Lambiritensis [8]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi: & profiteor me traditores non habere. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macoma-* D *diensis dixit*. Superflue profiteris. Episcopus ibi fuit, proxime defunctus est. Ordinandus illic erit alius. *Item recitavit*. Habetdeus Episcopus Aurusulianensis [9]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Burcaton Episcopus Gemellensis [10]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. Traditorem non habeo nec habui umquam. *Item recitavit*. Januarius Episcopus Betagbaritanus [11]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatianus Episcopus Lamzellensis [12]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. Traditorem autem nec habeo, nec habui, nec habiturus sum. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Macomadiensis dixit*. Rufus Episcopus ibi fuit noster. Lamzelli in basilica nostra positus est Gildo [13]. Scriptum sit, dum exspectatur electio. Ceterum in nomine Christi ordinabitur illic Episcopus. *Item recitavit*. Celer Episcopus Capsensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus Musertitanus. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi (& subscripsi.) *Item recitavit*. Donatus Episcopus Tuburficensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Quodvultdeus Episcopus Cessitanus [14].

CCVII. *Petilianus Episcopus dixit*. In itinere defecit. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Qui in itinere dicitur defecisse, quemadmodum invenitur subscripsisse doceatur. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Non de ipso dictum est, calumniose agis, de altero suggestum est. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. De quo? *Petilianus Episcopus dixit*. Qui decessit in via. *Et alia manu*. Ut supra. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Recitentur nomina, ut eadem agnoscat. *Et alia manu*. Recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si in via defecit, quomodo subscripsit? *Et alia manu*. Recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis dixit*. Clericus pro mortuo subscripsit? *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Eligat sibi ut ostendam quomodo mentiatur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Doceatur quomodo is qui in itinere dicitur defecisse, subscripserit. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Recitetur utrum Clericus ex nomine suo subscripserit, an ex nomine defuncti. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Recitetur, cujus nomine subscripserit qui in itinere dicitur defecisse. *Et recitavit*. Quodvultdeus Episcopus Cessitanus æger subscripsi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Advertit nobilitas tua, nullius clerici nomen pro defuncti nomine subscripsisse, sed tamquam vivi, mortui nobis, qui in via juxta eorum professionem dicitur defecisse, subscriptionem obtulisse. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Quid si & iste moriatur, qui æger subscripsit?

pus Uzalensis subscripsit Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. hanc urbem *Uticæ* coloniæ proximam fuisse testatur. *Uzalitanum* oppidum Latinum appellat Plinius lib. 5. cap. 4.

1. *A Casis Favensibus*] Cujus provinciæ sit, incertum.

2. *Tisanianensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

3. *Advocatensis*] Hujus oppidi mentio fit in actis Honorati a nobis nunc primum editis supra pag. 192. ubi ex *Abvocatensi* oppido Carthaginem venisse dicitur. Provinciæ Proconsularis fuisse crediderim.

4. *Canianensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

5. *Macrensis*] In Mauritania Sitifensi, ut docet notitia num. 17. *Macri* prope *Cellas* collocatur in Itinerario Antonini. *Magri* habent Tabulæ Peutingerianæ.

6. *Cilibiensis*] In provincia Proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranensi sub Martino, cui subscribit *Joannes Elibiensis*. In Concilio Carthaginiensi ann. 525. sub Bonifacio subscribit *Restitutus Episcopus plebis Cilibiensis*.

7. *Narensis*] In provincia Byzacena notit. num. 11. *Naram* memorat Antoninus in Itinerario.

8. *Lambiritensis*] Seu *Lambiritanus*. In Numidia notit. num. 19. Anonymus Ravennas inter Numidiæ civitates recenset *Lambridim*, quæ etiam habetur in Tabulis Peutingerianis.

9. *Aurusulianensis*] In Concilio Cabarsussitano legitur adfuisse *Secundianus Episcopus Aurisilianensis*. Qui haud du- E bie *Habetdei* decessor fuit. *Aurusulianam* in Numidia fuisse crediderim.

10. *Gemellensis*] *Littæus a Gemellis* fuit unus ex Episcopis qui adfuerunt in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano. *Gemellas* in Sitifensis Mauritaniæ & Numidiæ finibus sitas fuisse colligitur ex Itinerario Antonini, ubi mediæ ponuntur inter novam Sparsam Numidiæ & ipsam Sitifim, ab ista millia passuum 25. distantes.

11. *Betagbaritanus*] Cujus provinciæ sit, incertum.

12. *Lamzellensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

13. *Gildo*] De Gildone tyranno dictum putat Baluzius, sed verisimilius est de quodam Episcopo hujus nominis *Lamzellensi* defuncto *Aurelium* loqui.

14. *Cessitanus*] Est in notitia Episcoporum Africæ duplex *Cissitanus* Episcopus, unus in provincia Proconsulari num. 27. alter in Mauritania Cæsareensi num. 107. & heic quoque duo sunt Episcopi hujus nominis Donatistæ, nempe heic *Felix*, & postea cap. 208. *Flavosus* Episcopus *Cissitanus*.

quasi hodie non unus defecit [1]. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginiensis dixit*. Sed in itinere defecisse dixisti. *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Sufficiunt ista deprehensa. Cetera subsequantur. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Nihil deprehendisti, argumentaris contra veritatem. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Tu dixisti. *Et alia manu*. Recognovi.

CCVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Si verum est ut asseritis, quod in itinere defecit, constat ejus subscriptionem falsissime recitatam: sin vero ipse subscripsit, non potuit in itinere deperire. *Petilianus Episcopus dixit*. Non est humanum mori? Non etiam morientes testamentis suis subscribunt. *Et alia mann*. Petilianus Episcopus recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Humanitatis est mori, sed inhumanitatis est fallere. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Non est hoc fallere, quia potuit revertens in itinere mori. Mandatum adhuc modo accipio. Dico quid moveat. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Mandatorum dies prolatus a partibus recitetur, ut appareat de nomine defuncti, quæ pars in mendacium prosilierit. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Mandati diem pandat officium. *Rufinianus scriba dixit*. Recitabo sicut præcepit sublimitas tua diem mandati. *Et recitavit*. Post consulatum Varanis viri clarissimi octavo Kalendas Junias Carthagine. *Et cum recitaret*, *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Cetera perlegantur. *Rufinianus scriba recitavit*. Januarius, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis, & ceteri; Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato, Coepiscopis nostris præsentes præsentibus salutem. *Et cum recitaret*, *Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Jamdudum ipse subscripsit. Modo dixit Clericus subscripsit, modo Episcopus. *Et cum diceret*, (*& alia manu*. Recognovi.) *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Advertitis, præsentes præsentibus peragendi negotii dedisse mandatum. Quomodo igitur hic qui præsens in hac urbe se inter ceteros sine dubio mandasse professus est & in itinere dicitur defecisse, & in hac urbe subscripsisse mandato? *Adeodatus Episcopus dixit*. Octo dies emensi sunt, ut mandatum confectum est. Is qui mandavit, de cujus nomine nunc agitur, cum ægrotare cœpisset, ad propria remeans in itinere defecit. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Dicat quo in loco defecit? *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit*. Non novi locum. *Et alia manu*. Ut supra. *Marcellinus vir clarissimus*

A *Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam probabilis est vestræ sanctitatis prosecutio, qua eum hic fuisse & ægrum ad propria remeantem defecisse testaris, saltem hoc docere te convenit, ut utrum in hac urbe fuerit sub Dei testificatione designes. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si præcipit sublimitas tua, Petiliani viri clarissimi prosecutio recitetur, ut ex lectione cognoscant universi, quam non vere nunc dicatur eum repedantem de Carthagine, in itinere defecisse, quia aliter eum ejus prosecutio demonstravit. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Legatur prosecutio postulata. *Cumque ex codice legeretur*, *Marcellinus vir clarissimns Tri-*
B *bunus & Notarius dixit*. Nihil mihi videtur amplius de hac parte quærendum, nisi ut sub testificatione divina utrum hic præsens fuerit de quo agitur, simplici professione pandatur. *Emeritus Episcopus dixit*. Quid si se alius pro eodem apposuit? *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

Marcellinus vir clarissimus Tribus & Notarius dixit. De hoc Dei erit etiam sine sacramenti interpositione circa fallentes, omni ex parte judicium. Unde reliqua subscribentium nomina relegantur. *Et recitavit*. Quodvultdeus Episcopus Volitanus. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus a Turre Rotunda [2]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi &
C subscripsi. *Item recitavit*. Victorius Episcopus Selendetensis [3]. *Crescentianus Episcopus dixit*. Heic est, ægrotat. *Item recitavit*. Crescentianus Episcopus Ammederensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix Episcopus Bullensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Cresconius Episcopus a Cibaliana [4]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Jurata Episcopus a Turre-Tamallumensi. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Liberalis Episcopus Milidiensis [5]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Auzagerensis [6]. *Cum-*
D *que accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victor Episcopus Villaregensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus Episcopus Buzensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Lucius Episcopus Tamallensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Quintus Episcopus Tagaratensis. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Datianus Episcopus Teleptensis [7]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*, Megasius Episcopus Tucaborensis [8]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Honoratus Episcopus
E Jommitensis [9]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Vitalis Episcopus Ucrensis [10]. *Cumque accessisset*, *idem dixit*. Man-

1. *Quasi hodie non unus defecit*] Nimirum *Maximinianus Bennefensis* supra cap. 133. & 198.

2. *Turre rotunda*] Ptolem. lib. 4. cap. 2. *Robundam* locat inter oppida Numidiæ, quam cum *Turre rotunda* convenire posse suspicatur Baluzius.

3. *Selendetensis* } Inter Episcopos qui Concilio Carthaginiensi anni 525. interfuerunt nominatur *Felicissimus Episcopus Sedelensis*.

4. *A Cibaliana*] Concilio Carthaginiensi sub Cypriano interfuit *Donatus a Cibaliana*. Cujus provinciæ fuerit, incertum. Forte idem cum *Seberianensi* Byzacenæ, de qua notitia. Adfuit Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio, *Constantius Episcopus Ecclesiæ Cerbalitanæ*, annon ejusdem sedis cum istis?

5. *Milidiensis*] Cujus provinciæ sit, incertum.

6. *Auzagerensis*] In provincia Byzacena notit. num. 96.

7. *Teleptensis*] Alter Episcopus Donatista *Teleptensis*, nomine *Bellicius* habetur cap. 121. & 198. Duplex tamen non est *Telepte*, sed duos obtrudunt ejusdem sedis Episcopos.

8. *Tucaborensis*] In provincia Proconsulari. Nam synodicæ Episcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranensi subscribit *Stephanus Episcopus Tuccaboriensis*. *Fortunatus a Tucabori* interfuit Concilio Carthaginiensi sub Cypriano.

9 *Jommitensis*] Seu potius *Jomnitensis*. In Mauritania Cæsareensi. *Jomnium* municipium habent Itinerarium Antonini & Ptolemæus.

10. *Ucrensis*] Legendum videtur *Verensis*, qui locus est provinciæ Proconsularis in notit. num. 26. *Veris* nominatur in Tabulis Peutingerianis & in anonymo Ravenna-

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

davi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Plurianus Epiſcopus Maſclianenſis [1]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Fauſtinus Epiſcopus Naraggaritanus [2]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felicianus Epiſcopus Viltenſis [3]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix Epiſcopus Boncarenſis [4]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix Epiſcopus Telenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Secundus Epiſcopus Arenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium in plebe mea non habeo. *Item recitavit*. Julianus Epiſcopus Tignicenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Splendonius Epiſcopus Mutugennenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Serenianus Epiſcopus Mammillenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Salvianus Epiſcopus Leptitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Reparatus Epiſcopus Vindenſis [5]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Leontius Epiſcopus Præſidienſis [6]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Titianus Epiſcopus Sufetulenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Neſtorius Epiſcopus Malianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus Ancuſenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Flavoſus Epiſcopus Ciſſitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Maximinus Epiſcopus Turreblandenſis [7]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Miggin Epiſcopus Vagalitanus [8]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Donatianus Epiſcopus Capſenſis [9]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcianus Epiſcopus Cebaruſſenſis [10]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Licet adverſarium non habeam, tamen mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Reſtitutus Epiſcopus Laritenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victorinianus Epiſcopus Aquenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Aſellicus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ municipii Tuſuritani dixit*. Sub teſtificatione omnipotentis Dei & Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri, dico nos ſic eſſe de Arzugibus profectos, die tertio Kalendarum Maiarum. Presbyter fuit, non Epiſcopus in via ordinatus eſt. Sed hac factione qua valet eſt illic Epiſcopus, in adulterio detectus. Adhuc pendet cognitio. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Epiſcopum ſufficit ordinatum; hac parte tranſita, reliqua percurrat officium. *Et recitavit*. Fauſtinus Epiſcopus Nationenſis [11]. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Adverſarium non habeo, mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit* Marcianus Epiſcopus Eminentius..... [12]. *Epiſcopus*..... in itinere remanſit. Felix Novaſinnenſis ſubſcripſi pro eo. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Quomodo præſentes præſentibus mandaverunt? *Felix Novaſinnenſis Epiſcopus dixit*. Ipſe me rogavit in itinere, & ego pro ipſo ſubſcripſi.

CCIX. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Licet hoc lectum atque dictum ſit, quod præſentes præſentibus mandaverunt; tamen ne mora ſuperflua conteratur, reliqua percurrat officium. *Et recitavit*. Martialis Epiſcopus Idicrenſis pro Felice Garbenſi [13] & Juſto Formenſi [14], qui in itinere cauſſa infirmitatis detenti ſunt, pro eis ſubſcripſi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam hoc ſuperiori conſtat eſſe conſimile. *Et adjecit*. Aliud recitetur. *Marcianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Felix Epiſcopus Garbenſis de domo ſua non exivit. *Et recitavit*. (Gaudentius Epiſcopus Tigiſitanus [15].) *Creſconius Epiſcopus Siguitanus* [16] *dixit*. Gaudentius collega noſter, Epiſcopus loci Tigiſitani, infirmitatis cauſſa in itinere remanſit; pro eo ſubſcripſi.

CCX. *Fortunatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Teſtatum ſit actis ſublimitatis tuæ, ideo hæc fieri ut major videatur eorum numerus Epiſcoporum; quamvis nec ſic Catholicis poſſit æquari. *Et alia manu*. Recognovi. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus Sucardenſis. *Marinianus Epiſcopus dixit*. Hic eſt in civitate; ſed ægrotat.

CCXI. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Ut ſtatui, lecta in ſeriem referentur actorum. Quoteni autem ſint utriuſque partis Epiſcopi quorum ſubſcriptio recitata eſt, cauculatim pandat officium.

te. *Vitelis Epiſcopus* de civitate *Verenſium* interfuit Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano, & *Quodvultdeus Epiſcopus Verenſis* ſubſcripſit Concilio Carthaginienſi anni 419. ſub Aurelio.

1. *Maſclianenſis*] In Byzacena, ut docet notitia num. 9. In Concilio Carthaginienſi ſub Genethlio memoratur *Numidicus Epiſcopus Miſclianitanus*.

2. *Naraggaritanus*] In provincia Proconſulari ex notit. num. 48. ubi perperam legitur *Maraggaritanus*. *Naraggara* civitas eſt Ptolemæo nota. In Itinerario Antonini & in Tabulis Peutingerianis poſt *Tageſtem* commemoratur. In Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio anno 525. ſubſcripſiſſe legitur *Victorinus Epiſcopus plebis Nagargaritanæ*. Et in ſynodica Epiſcoporum provinciæ Proconſularis in Concilio Lateranenſi ſub Martino ſubſcribit *Benenatus Epiſcopus Eccleſiæ Naraggaritanæ*.

3. *Viltenſis*] In provincia Proconſulari, ut colligitur ex epiſtola ſynodica modo citata, cui ſubſcribit *Theodorus Biltenſis*. Concilio Carthaginienſi an. 525. ſub Bonifacio ſubſcribit *Reſtitutus Epiſcopus plebis Viltenſis*.

4. *Boncarenſis*] In Mauritania Cæſareenſi in cujus notitia num. 62. habetur *Voncarienſis*.

5. *Vindenſis*] Ubi fuerit hic locus, incertum.

6. *Præſidienſis*] In Byzacena notit. num. 76. *Præſidium* non ſemel occurrit in Tabulis Peutingerianis, ſed per modum adjuncti.

7. *Turreblandenſis*] Seu *Turreblandinus*. In Byzacena, ut docet notitia num. 98. & epiſtola ſynodica Epiſcoporum hujus provinciæ in Concilio Lateranenſi ſub Martino, cui ſubſcribit *Datianus Epiſcopus Eccleſiæ Turreblandis*.

8. *Vagalitanus*] In Mauritania Cæſareenſi, ut docet notit. num. 26. *Vagal* inter Mauritaniæ oppida memorat Antoninus in Itinerario.

9. *Donatianus Epiſcopus Capſenſis*] Præter hunc *Donatianum* alius Epiſcopus *Capſenſis* Donatiſta nomine *Celer* recenſetur. Duæ erant ſedes hujus nominis in Africa; una in Byzacena ſub Adrumeto; altera prope Libyam interiorem inter ingentes ſolitudines. Utramque vide in Tabula.

10. *Cebaruſſenſis*] Legendum *Cabarſuſſenſis*, ut docent acta Concilii Donatiſtarum hoc in loco habiti. Eſt in Byzacena *Suſa* oppidum. *Cabar* Phœnicia lingua, *magnam* ſignificat. Hinc forte *Cabarſuſa*.

11. *Nationenſis*] In provincia Byzacena, ut docet notitia num. 75.

12. *Eminentius*] Forte *Eminentianenſis*. In Mauritania Sitifenſi notit. num. 14. & ſupplendum poſtea *Felix Novaſinnenſis Epiſcopus dixit*. In itinere remanſit, ſubſcripſi pro eo. Hunc locum ita reſtituendum eſſe putat Baluzius.

13. *Garbenſi*] In Numidia, ut docet notitia num. 102. *Victoris Garbenſis* mentio fit in actis Concilii Cirtenſis, & apud Optatum lib. 1. num. 14.

14. *Formenſi*] Itidem in Numidia notit. num. 104. *Urbani Formenſis* meminit Optatus lib. 2. §. 18.

15. *Tigiſitanus*] Mauritaniæ Cæſareenſis. Nam ſupra ſubſcripſerat alter *Tigiſitanus Epiſcopus* in Numidia, ut a nobis obſervatum eſt cap. 135.

16. *Siguitanus*] Erat in Mauritania Cæſareenſi *Siga* colonia apud Ptolemæum lib. 5. cap. 2. & in Itinerario Antonini.

CCXII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Adhuc sunt præsentes collegæ nostri, qui subscriptiones suas mandato non indiderunt. Occupati enim fuerant vel infirmitate, vel necessitate, vel etiam postea supervenerunt. Ii etiam jube ut cogniti accedant. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Interim eorum numerus qui subscripserunt, ab officio demonstretur. *Rufinianus scriba dixit.* Excepta ea pagina quæ errorem habet in subscriptione Donatistarum, invenimus nomina contineri. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit.* Ipsa autem pagina quot nominibus continetur? *Alypius Episc. Eccl. Catholicæ dixit.* Sex annumeratis etiam absentibus. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Recog.) *Rufinianus scriba dixit.* Sex, ac sic efficiuntur omnes ducenti septuaginta novem.

CCXIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Alterius quoque partis quot Episcopi recitati sunt, intimetur. *Rufinianus scriba dixit.* Catholicæ partis Episcopi secundum subscriptionem huic brevi insertam efficiuntur ducenti sexaginta sex, exceptis his quos dicunt necdum subscripsisse.

CCXV. *Marcellinus V.C. Tribunus & Notarius dixit.* Nunc quot sunt ii [a] quos necdum subscripsisse testantur, edicere non morentur. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Transeant, & cognoscantur. Viginti sunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinum vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ergo, si adsunt, suam debent singuli demonstrare præsentiam. *Cumque Apronianus Episcopus accessisset*, *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Cujus es civitatis Episcopus? *Apronianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Mazacensis [1]. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Mandato, cui per absentiam non subscripsisti, consentis? *Apronianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Mazacensis dixit.* Consentio. *Item & accedente Maximino Suffetano Episcopo*, *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Consentis tu quoque mandato? *Idem dixit.* Consentio & mando. *Item accedente Victore Episcopo Ajurensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Felice Episcopo Ficense* [2], *idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Felice Episcopo Macrianensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Lucio Episcopo Olivensi* [3], *idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Tertulliano Episcopo Hirenensi* [4], *idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Joanne Gummitano* [5] *Episcopo, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Ampelio Vagensi* [6] *idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Primulo Episcopo Vagense, idem dixit.* Mando & consentio. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Diu observavit Severus [7], sed nunc infirmitate discessit. *Item accedente Regino Episcopo Tigillabensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Delphinus [8] Episcopus hic est, sed infirmitate detinetur. Nam & Faustinianus Episcopus Rusiccadensis hic est, in hac civitate, sed male habet, & Felix Serteitanus pedem dolet. *Item accedente Victore Episcopo Abitinensi, idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Ænea Episcopo a Turbunice* [9], *idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Annibonio Episcopo Abbiritano* [10], *idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Felice Episcopo Novensi* [11], *idem dixit.* Mando & consentio. *Item accedente Argyrio Sitipensi* [12], *idem dixit.* Mando & consentio.

CCXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Quot sunt isti quorum professio nunc processit, edicat officium. *Nampius scriba dixit.* Viginti sunt. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Omnium Episcoporum partis utriusque claruit & certa esse mandata, & firmas adstare personas. Et ideo debent egredientes reliqui eis jam præstare secretum, quibus omne negotium crediderunt.

CCXVII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Scriptum sit centum viginti esse absentes, quos aut infirmitas, aut ætas, aut certe necessitas detinuit. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Scriptum erit. *Petilianus Episcopus dixit.* Scriptum sit multo plures (nostros) absentes esse, etiam Cathedras viduatas, quibus Episcopi ordinandi sunt. *Et alia manu.* Ut supra. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Hoc quoque gesta retinebunt. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Siccensis dixit.* Quia de viduatis Cathedris dixit sanctissimus Petilianus, nos quoque sexaginta quatuor vacuas habere his gestis intimamus. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Etiam hoc hæret publicis monumentis. (*Et adjecit.* Remaneant utriusque partis Episcopi qui electi sunt) & alii exeant. Quibus egressis,

CCXVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Utrum ii tantum adsint qui a partibus secundum Imperiale præceptum electi esse noscuntur, edicat officium. *Rufinianus scriba dixit.* Partis Ecclesiæ Catholicæ secundum formam edicti tot stant, id est, decem & octo, id est, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas. Etiam ex parte Donati adstant decem & octo, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas.

CCXIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Edicat officium, quantum diei jam videatur emensum. *Rufinianus scriba dixit.* Exemtæ sunt horæ undecim diei.

1. *Mazacensis*] In Numidia, ut docet notitia num. 81.
2. *Ficense*] In Mauritania Sitifensi, ut docet notitia num. 22. In Tabulis Peutingerianis memoratur *ad Ficum*, qui locus in Antonini Itinerario locatur inter *Satafam & Igilgilim*.
3. *Olivensi*] In Mauritania Sitifensi. Nam *Oliva* locatur inter *Assavam* & *Moptum* in Tabula Peutingeriana.
4. *Hirenensi*] Habetur in notitia provinciæ Byzacenæ num. 94. *Irensis Episcopus*, & Synodicæ Byzacenorum in Concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Theodorus Episcopus Hirinensis*.
5. *Gummitano*] Ejusdem provinciæ, ut docet notitia num. 89. Concilio Carthaginiensi anno 525. subscribit *Sabinianus Episcopus plebis Gummenaratarum*. Synodicæ Patrum Byzacenorum in Concilio Lateranensi sub Martino subscripsit *Stephanus Episc. civitatis Gummasis*. Sæculo undecimo tempore Leonis IX. cum Ecclesiæ Africanæ Episcopi ob barbarorum illuviem quinque tantum superessent, unus ex iis erat *Gummitanus*, qui Primatis nomen & honorem ambiebat, ut patet ex Leonis IX epistolis 3. & 4.
6. *Vagensi*] In Concilio Carthaginiensi sub Cypriano adfuit *Libosus a Vaga*, Concilio Carthaginiensi sub Grato interfuit *Crescens Vagensis*. Ptolemæus & Plinius duplicem *Vagam* agnoscunt, unam in Mauritania Cæsareensi, alteram in Numidia. Ampelium hujus Episcopum fuisse credidetim. Et duo erant Episcopi hujus urbis, cum Ampelius primum Donatista ad Ecclesiam accessisset.
7. *Severus*] Episcopus Milevitanus Catholicus, ad quem Augustini epistola 73. & cujus epistola ad Augustinum est 69.
8. *Delphinus*] Episcopus Numidiæ, ut patet ex cap. 65. & ex epist. 158. S. Augustini.
9. *A Turbunice*] Provinciæ Proconsularis. Nam Synodicæ Patrum hujus provinciæ in Concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Crescens gratia Dei Episcopus sanctæ Ecclesiæ Tiburnicensis*.
10. *Abbiritano*] *Abbiritanorum* scilicet *minorum* in finibus provinciæ Proconsularis.
11. *Novensi*] Seu *Nobensi*. Duplex *Nobensis* in Mauritania Cæsareensi, ut docet notit. unus num. 19. alter num. 93.
12. *Sitipensi*] Cujus provinciæ sit, incertum.

a *Quos necdum subscr.*] Edit. Du[illegible] *scr.* At ex præcedente num. CCXIV. videtur legendum, prout edidimus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

CCXX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam diei pæne omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu negotium differri placeat, intimetur. *Ab utrisque partibus dictum est*. Placet: quoniam jam iste dies videtur emensus.

CCXXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso, propter descriptionem schedarum, perendie si præcipis observabimus. *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit*. Etiam nos consentimus, ut perendino die negotium peragatur. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus recognovi.

CCXXII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Sicut partibus placuit, interjecta die negotium repetatur. Illud autem utræque partes observare debebunt, ut designatos custodes exceptoribus atque codicibus in describendis schedis invigilare faciant, quatenus fideliter omnia conscribantur: alios quoque binos, ut quaterni sint, sicut dispositum est, his qui nuper exceperunt, adhibere custodes.

CCXXIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Alii duo præsentes sunt, sicut jam & officium suggessit, id est, fratres nostri Leo & Asterius. *Et alia manu*. Recognovi. *Primianus Episcopus dixit*. Damus etiam nos custodes tabularum quatuor. Duos jam dedimus, duos nunc subrogamus, id est, Veratianum & Victorem, præsentes collegas nostros. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam istis adversantibus, id quod postea exceptum est, signatis nunc tabulis crastino describetur. *Et alia manu*. Edantur. *Item alia manu*. Hilarus & Martialis Exceptores edidimus.

Expliciunt Gesta primæ cognitionis.

INCIPIUNT GESTA SECUNDÆ COGNITIONIS.

FLavius Marcellinus vir clarissimus & spectabilis Tribunus & Notarius dixit. Omnium conscientia retinetur, id me dudum edicto proposito fuisse pollicitum, ut quidquid inter utriusque partis Episcopos ageretur, subinde in publicam notitiam perveniret. Unde ea quæ interim gesta sunt, sanctitati vestræ demonstrare curavi, quatenus habiti partem conflictus etiam oculis judicetis. *Et alia manu*. Proponatur.

I. *Post consulatum Varanis viri clarissimi tertio nonas Junias in Secretario Thermarum Gargilianarum Carthagini, adstantibus Sebastiano, Maximiano & Petro, viris devotissimis Protectoribus domesticis, Urso, Petronio & Liboso Ducenariis, sed & Bonifacio & Evasio apparitoribus illustrium atque eminentium Potestatum, Fileto apparitore illustris Comitivæ sedis, Exitioso adjutore Cornicularii, Possidio, Quodvultdeo & Colonico, adjutoribus commentariorum officii domini nostri viri clarissimi & spectabilis Proconsulis, Navigio adjutore numerorum domini nostri viri clarissimi & spectabilis Vicarii. Nampio Scriba officii viri clarissimi Legati almæ Carthaginis, Rufiniano Scriba viri clarissimi Curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus domini nostri viri clarissimi & spectabilis Proconsulis, Fabio exceptore domini nostri viri clarissimi & spectabilis Vicarii, & Romulo exceptore viri clarissimi Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Januario & Vitale Notariis Ecclesiæ Catholicæ, Victore & Cresconio Notariis Ecclesiæ Donatistarum, Libosus Ducenarius Illustrium Potestatum dixit*: Quoniam in hodiernum diem comperendinata Cognitio est, & præsentes sunt utriusque partis Episcopi, si jubet sublimitas tua, intromittentur.

II. *Flavius Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Veniant. *Et ingressis Aurelio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, Possidio, Novato, Florentio, Maurentio, Prisco, Sereniano, Bonifacio, Scillacio, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto, Episcopis Ecclesiæ Catholicæ; ingressis etiam ex alio latere, Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato, Episcopis partis Donati, Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*.
III. Et superiore judicio sæpe me obtulisse certissimum est, & nunc deprecor ut sedere dignemini. *Cumque Catholici Episcopi consedissent, Petilianus Episcopus dixit*. Quod priore judicio factum non est, facere non audemus. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Licet & superiore judicio me obtulisse meminerim, tamen illa arbitror tunc minime factum esse ratione, quia multis Sacerdotibus convenientibus, locus considendi esse non poterat. Unde quia nunc definitas video convenisse personas, deprecor ut vel nunc sedere dignemini.

IV. *Petilianus Episcopus dixit*. Patribus nostris absentibus non sedemus, maxime cum lege divina consessus prohibeatur; ne cum hujusmodi adversariis nostris considere velimus. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

V. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Si petitionem meam sanctitas vestra audire neglexit, ut considere dignaretur, hoc mihi extorqueri non poterit, quominus stando cognoscam. *Cumque Episcopi Catholici surrexissent, atque sessus judicis auferretur, ejusdem judicis jussione, & D. N. vir clarissimus & spectabilis Marcellinus Tribunus & Notarius stetisset*,

VI. *Petilianus Episcopus dixit*. Scriptum sit, hoc tuæ voluntatis esse, non nostræ. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

VII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Decet me vobis stantibus habere hujusmodi voluntatem, quæ ad reverentiam tantorum pertinet sacerdotum. *Petilianus Episcopus dixit*. Honorifice feceris. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

VIII. *Martialis exceptor dixit*. Cujusmodi notariam Episcopi hesterno nobilitati tuæ obtulerint, hanc in manibus habemus: si præcipit nobilitas tua, recitamus.

IX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ne quid celatum parti alteri videatur, recitetur.

X. *Petilianus Episcopus dixit*. Episcopos nos veritatis Christi Domini nostri, & dicimus, & sæpe actis publicis dictum est. Donatum autem sanctæ memoriæ, martyrialis gloriæ virum præcessorem scilicet nostrum, ornamentum Ecclesiæ istius civitatis,

loco suo meritoque veneramur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

xi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Episcopos veritatis probare opus est, non jactare. *Et alia manu.* Recognovi.

xii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Utrarumque partium prosecutiones gesta retinebunt. *Et adjecit.* Quod præceptum est, recitetur. *Martialis exceptor recitavit.* Post Consulatum Varanis viri clarissimi quarto nonas Junii, Flavio Marcellino viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario, Primianus, Petilianus, Emeritus, Protasius, Montanus, Gaudentius, Adeodatus, Episcopi & defensores Ecclesiæ veritatis, per notariam hæc dicunt: Hesterna die Kal. Junii inter nos & adversarios nostros spectabilitas tua audire dignata est. Et quoniam evoluto pæne die partibus patientiam præbens, aliquanta, quæ principia negotii fuerant, audire dignatus es, opusque est ad caussam, ut mandatum quod adversarii nostri obtulerunt, nobis in notitiam perferatur, quoniam series actorum propter sui prolixitatem non potest explicari, ne imparati ad judicium venire videamur, id mandatum quod adversarii nostri legendum dederunt, in exemplaribus nobis hodie, quod est quarto die Nonarum Juniarum, dari præcipias, ut instructi negotio nobis injuncto adesse valeamus. *Et alia manu.* Primianus Episcopus huic notariæ subscripsi quarto Nonas Junias Carthagini. *Flavius Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam ea quæ instructionis gratia postulantur concedi debere perspicuum est, ut nulla cognitionem futuram morarum impedimenta suspendant, mandatum a Catholicis Episcopis datum, sub ea quæ comminus constituta est custodum adservatione descriptum, vobis tradere maturabit officium. *Cumque recitasset.*

xiii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Lecta gestis indentur. *Et adjecit.* Quoniam inter multas conditiones, de quibus superiore judicio definitum est, una ista constat fuisse dilatam, ut sicut ego interloquutionibus meis, ita prosecutionibus suis unusquisque subscriberet, quid de hoc videatur sanctitati vestræ debetis edicere.

xiv. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Nos in hoc consensisse litteris nostris expressimus. *Et alia manu.* Recognovi.

xv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Quid etiam voluntas partis alterius habeat, intimetur.

xvi. *Petilianus Episcopus dixit.* Multum nos sollicitos facit, quod de nobis id quæritur, idque præcipimur facere, quod usus numquam habere consuevit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

xvii. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Testatum sit partem adversam noluisse, quod edicto nobilitatis tuæ publicatum est. *Et alia manu.* Recognovi.

xviii. *Petilianus Episcopus dixit.* Testatum sit vos adhuc Ecclesias plerasque non reddidisse, nec fecisse satis priori ejus edicto. *Et alia manu.* Ut supra.

xix. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ergo ad integram gestorum fidem contenta est sanctitas vestra custodibus ab utraque parte delectis, qui Notariis & Exceptoribus videntur appositi?

xx. *Petilianus Episcopus dixit.* Edantur nobis primitus gesta, tunc respondebimus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

xxi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* A Dubitatur ergo vel de fide officii, vel de fide custodum. *Et alia manu.* Recognovi.

xxii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ad hoc etiam consensisse sanctitatem vestram, superiorum gestorum fides evidenter ostendit.

xxiii. *Petilianus Episcopus dixit.* Legamus & recenseamus. *Et alia manu.* Ut supra.

xxiv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Et de custodibus ab utraque parte delectis, & ad quam partem fuerit dilata cognitio, ab officio recitetur.

xxv. *Emeritus Episcopus dixit.* Si jubes, edantur nobis primitus gesta, relegantur a nobis, recenseantur verba nostra, & adversariorum instructio. Sic B legibus semper concessum est. Hæc est humanitas rerum. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

xxvi. *Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Quamvis recens actio nullum potuerit præterire, tamen ex hoc sensus nobilitatis tuæ volumus esse edoctos, ut intelligantur jam dilatione quadam ad caussæ negotium nolle venire. *Et alia manu.* Recognovi.


xxvii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Legatur quod præcepi, ut noverim ad quem articulum sit delata cognitio.

xxviii. *Emeritus Episcopus dixit.* Si jubes, ad hoc competit mihi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Age. *Emeritus Episcopus* C *dixit.* Sunt quidem humana ingenia ita velocitate sui prompta, ut vel visu vel auditu facile cuncta capiant, quæ in eorum notitiam perferuntur. Sed hoc doctis forte aut eruditis viris pro rei ipsius qualitate permissum sit; me autem ad hanc rem minus idoneum esse profiteor. Quis enim levem vocem & facilem sermonem ipso pæne apice transeunte, aut sensu retinere aut concipere potest, vir nobilis? cum ad tractatum omnem disceptationemque & verba & sensus & interiora sint negotii pertractanda. Ergo cum de scheda legitur, & leves voces aura quodammodo ventilantur, sensus nostri capere & retinere non possunt. Ubi hoc aut cui concessum est? Si hac D felicitate ingenii gaudent, non se jactent de arrogantia memoriæ suæ. Mihi autem non competit nisi sæpius repetere & diuturna lectione edoceri, ut fidem veri (inveniam) & quæ dixerim relegam, & quæ adversarius objecit advertam. Intelligis ita rem esse gestorum, ideo memoriæ scripturarum per litteras digeruntur, ne sola memoria quæ capax esse non potest, oblivione decepta quid gesserit nesciat. Neque enim aliter sapientia providente scripturarum notitia monumentisque publicis provisa est, nisi ut ex lectione, quæ per silentium forte, aut per longum tempus, aut per ipsorum actuum continuationem minus capi atque minus intelligi potest, & ex lectione & ex ipso assiduo tractatu possit agnosci, E quid sit judicio ventilatum. Vides ergo, Vir nobilis, justa nos deposcere, nec per transitum caussam debere ventilari, sed editis gestis in notitiam nostram datis, universis pertractatis, caussam debere cognoscere. *Et alia manu.* Ut supra.

xxix. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Scriptum est: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Hoc quoniam nos ante oculos habemus, Deo inspirante verbosi videri nolumus. Itaque, si placet, ad caussam veniatur, quæ proxime agi poterit, & definiri; moratorias autem prosecutiones. *Et cum diceret.* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Legatur, quod præcepi.

xxx. *Emeritus Episcopus dixit.* S[illegible]ut de f[illegible]

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ra proposuit, scriptum est nobis: *Sapientia abscondita thesaurus invisus. Quæ utilitas in utroque? Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXXI. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* In multiloquio numquam fuit sapientia. *Et alia manu.* Recognovi.

XXXII. *Martialis exceptor ex codice recitavit.* Nobilitas tua dixit. Quoniam diei pæne omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu differri negotium placeat, intimetur. *Ab utrisque partibus dictum est.* Placet, quoniam jam iste dies videtur emensus. *Nobilitas tua dixit.* In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, observemus. *Adeodatus Episcopus dixit.* Etiam nos consentimus ut perendino die negotium peragatur. *Nobilitas tua dixit.* Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitasset, Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Videt sanctitas vestra contra proprios vos venire non posse consensus. Unde caussa dicatur.

XXXIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Non adeo immemores sumus ut contra nostra veniamus; nec ego heic incuriam officii aut exceptorum negligentiam damno, ubi intelligo prolixitate gestorum (ad) diem minime occurrere potuisse. Quod si factum est, & C explicitis omnibus gesta res est, cur non in notitiam nostram quæ acta sunt perferuntur? Cum enim ea quæ nobilitas tua recenseri jussit ab officio fuerint ventilata, necesse ut acceptis universis tractem discutiamque quibus caussis quibusve modis debeam respondere. Tantam etenim ex mandato illorum confusionem caussæ esse cognovi, ut & de præteritis instrui debeam, & agnoscam de præsentibus cui debeam respondere. *Et alia manu.* Emeritus recognovi.

XXXIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Licet professio sanctitatis vestræ sola sufficiat, tamen quidquid vobis ad instructionem plenissimam credidistis posse sufficere, hesterna die D & postulasse vos & accepisse non dubium est. Unde nunc ad caussæ meritum veniatur.

XXXV. *Petilianus Episcopus dixit.* Advertit sublimitas tua exceptorem ex codicibus legisse quid nudiustertiana die vel promissum fuerit vel pronuntiatum. Ex qua re magis agnosco acta adhuc exposita non fuisse. Quod si exposita sunt & parata, idem exceptor respondeat. Proferat gesta. Subscribe, tractamus, postea respondemus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XXXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Studium dilationis agnosco, & mutatæ voluntatis indicium. Potuerat enim sanctitas vestra ex magnitudine gestorum, ut hodie negotium E differretur superiori judicio postulare. Huc additur, quod ea quæ vobis ad plenissimam instructionem sufficere credidistis, hesterno die edi vobis, data notaria postulatis.

XXXVII. *Petilianus Episcopus dixit.* Dicant exceptores, utrum exponere una die potuerint, quod una die videtur esse confectum. *Et alia manu.* Ut supra.

XXXVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Exceptores, utrum hesterno die omnia potuerint in schedis gesta describi, apud acta designent. *Martialis exceptor dixit.* Adhuc partem in codicibus habemus. Siquidem etiam ii Episcopi qui nobis custodes dati sunt, non nesciunt.

XXXIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Accepit sublimitas tua ex responsione officii, acta adhuc digesta A non esse in paginas, nec esse quod pars utraque legat atque recenseat, nec dari aut revocari memoriæ paullulum possit. Proinde sublimitas tua, quoniam res honesta postulatur, largiri dignetur quod petimus, ut gesta ex more edantur. Legamus ut respondere possimus. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

XL. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Longitudo gestorum magis in numero & responsione utriusque partis Episcoporum est, quam in aliqua commendatione negotii. Nihil ergo est unde caussetur pars diversa, aut hodie cognitio differatur; præcipue quia etiam ipsi professi sunt ad hodiernum B diem differendum esse negotium. *Et alia manu.* Recognovi.

XLI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ut iterum partibus evidenter appareat, venerabilium virorum denuo professio recitetur. *Petilianus Episcopus dixit.* Unde recitabitur? *Et alia manu.* Ut supra. *Montanus Episcopus dixit.* De scheda nobis recitetur. *Et alia manu.* Ut supra.


XLII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ergo quæ codicibus tenentur inserta, cum tanti sacerdotes custodes appositi fuerint, in dubitationem aliquam existimant devocanda?

XLIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Notas non novimus; neque ea natura rerum est, atque ipsarum, ut ita dixerim litterarum, ut quisquam notas legat alienas. In codicibus legere non possumus. Nisi edita fuerint gesta in paginis, non habeo quod tractem, non habeo quod legam. *Et alia manu.* Ut supra. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ut dictum est, iterum venerabilium virorum professio recitetur.

XLIV. *Martialis exceptor ex codice iterum notarum (recitavit. Nobilitas tua) dixit.* Quoniam diei pæne omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur. *Ab utrisque partibus dictum est.* Placet, quoniam jam iste dies videtur emensus. *Nobilitas tua dixit.* In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, observemus. *Adeodatus Episcopus dixit.* Etiam nos consentimus, ut perendie negotium peragatur. *Sublimitas tua dixit.* Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitasset, Petilianus Episcopus dixit.* Unde legit?

XLV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Quid super hac parte legum sit auctoritate definitum, sanctitatem vestram arbitror non latere, cum contra proprios non liceat venire consensus. Unde, ne qua forte de exceptoribus officii fraude suspecti sint, ex tabulis Notariorum Ecclesiasticorum hæc eadem conditio relegatur.

XLVI. *Emeritus Episcopus dixit.* Ingredientibus nobis nobilitas tua interfari dignata est, si edictis propositis adhiberemus assensum, & utrum subscriptiones nostras accommodaremus propriis prosecutionibus. Cui rei satisfaciam, non adverto. Tenet me enim propositum nobilitatis tuæ, quo me subscriptionem indere gestis, & universa quæ publice acta sunt, publice proponi promisisti. Nunc autem cogor agere, & ante agnitionem gestorum in negotium præcipitari. Quæ ista sunt? Quid primum eligam nescio, quod votum tuorum judiciorum teneam non agnosco. Si subscribendum est paginæ; edatur pagina ut subscribi possit. Si hujus rei est facienda jactura, edictum tuum omne vacillabit; quidquid



propofuifti in publicam confcientiam deftruetur. Dixifti enim ex fubfcriptione noftra & ex fublimitatis tuæ adnotatione, cuncta quæ gefta funt in notitiam publicam debere deferri. Prius eft ergo ut ea quæ gefta funt recitentur, & publicentur, & agnofcantur, ut ex judicio tuæ fublimitatis ad cetera quæ funt negotii veniatur. *Et alia manu*. Emeritus Epifcopus recognovi.

XLVII. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Sicut interlocutus fum, ab Ecclefiafticis Notariis ea quæ ab exceptoribus officii recitata funt, percurrantur.

XLVIII. *Petilianus Epifcopus dixit*. Tene modum tuum, Vir nobilis; tene promifsam fæpe juftitiam. Nam cum a parte noftra nudiuftertiana die fuifset B objectum, quod dies legitimus caufsæ jam videretur fuifse transfactus, & a caufsa cecidifse eos qui nos in judicium vocaverunt, coacti fumus id velle, ut recedentes ab eadem conditione in tempus præfens confentire videremur. Nemo mihi fit hac in parte ingratus, Vir nobilis. Nam fi ego concefsi tantumdem temporis, falvis his tamen, fi illi adftipulationibus fuis non fuerint refragati, cur mihi breve non conceditur tempus ut fcribantur gefta, ut fubfcribatur a fublimitate tua, videamque ac perlegam cui rei fubfcribere debeam, percipiamque ac recipiam meos fcilicet fenfus, adverfariorum quoque calliditatem fubtilemque argutiam; ut fcilicet plenifsime inftructus, intentionibus eorum valeam refpondere? C Humanum efse arbitror atque juftum. Ne dederis, vir nobilis, huic rei atque huic juftifsimæ petitioni aliquid quod in follicitudinem abeam. Siquidem te juftifsimum promiferis, & nos id credere fit necesfe, fi tamen jufta nobis nullatenus denegentur. *Et alia manu*. Petilianus Epifcopus recognovi.

XLIX. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Hæc rectius & juftius præterito judicio debuerant poftulari, in quo ex confenfu utriufque partis in hunc diem dilata cognitio eft. Unde ab Ecclefiafticis Notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur. *Petilianus Epifcopus dixit*. Ergo circumventi fumus. *Et alia manu*. Ut fupra. *Auguftinus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Non D eft noftra cauffa factum, quod nobis volunt imputare fratres noftri e diverfo fiftentes. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Petilianus Epifcopus dixit*. Injuriam nobis facis. *Et alia manu*. Ut fupra.

L. *Auguftinus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Edictum nobilitatis tuæ fic fe habet, quartum menfem concludi ad diem Kalendarum Junii. Ante autem nos venimus; & ipfi qui videntur nobis hinc facere invidiam, octavo Kalendas Junias mandaverunt: cum utique, fi ante diem venerant, ante ipfum diem mandare debuerint. Legatur etiam ipfius Primiani profeffio, ad quem diem fe pollicitus eft occurfurum, & folvatur ifta quæftio, de qua nobis E jam apud populum magna invidia concitata eft. *Et alia manu*. Recognovi.

LI. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Hæc fuperiore judicio determinata jam conftat, præfertim cum perfonæ ab utraque parte videantur effe firmatæ. Et tamen fi cum cauffa cœperit retractari, putaverit hæc fanctitas tua relegenda, tunc rectius relegentur; quamvis fuperfluum fit, ut poft confirmationem perfonarum hæc denuo retractentur. Unde, ut interfatus fum, ab Ecclefiafticis Notariis quod præceptum eft recitetur.

LII. *Emeritus Epifcopus dixit*. Scriptum fit tunc A nos in diem confenfiffe cum ifti fuam retinuerint voluntatem. *Et alia manu*. Ut fupra.

LIII. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Sufceptæ tabulæ ab Ecclefiafticis Notariis recitentur. *Cumque intra Sabanum* [1] *volumen fchedæ membranacium pro parte defcriptum & codices tabularum pariter obfignati, Judiciariis offerentur afpectibus*, *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Cuftodes edicant utrum figna cognoverint. *Leo Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Agnofco figillum meum. *Marinianus Epifcopus dixit*. Agnofco figillum meum. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam ab utraque parte impreffionem fignorum agnitam conftat, ea quæ præcepi a Notariis relegantur.

LIV. *Petilianus Epifcopus dixit*. Sic folent teftamenta, non gefta referari. *Et alia manu*. Ut fupra.

LV. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Quod propter follicitudinem partis utriufque factum eft, & ex communi confenfu, non decet reprehendi. *Petilianus Epifcopus dixit*. Non reprehendo cautelam, fed peto (fecundum) confuetudinem rerum ut gefta legitime exponantur, ut legi ac pertractari poffint. Quæ res urget? Quid feftinatur? *Et alia manu*. Petilianus Epifcopus recognovi.

LVI. *Auguftinus Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Hoc folum conftet ipfos rem velle differre. Ut concedat fublimitas tua, petimus te. Humanum eft, confiderare volunt, difcutere volunt, paratiores volunt venire, ne nolentes differre prolixiora gefta faciamus, & ipfa geftorum prolixitas majores nobis moras incutiat. *Et alia manu*. Recognovi.

LVII. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Et ut in hunc diem cognitio differretur utriufque partis conftat fuiffe confenfum, quod video hodie prodeffe non poffe. Interim ut præcepi, ab Ecclefiafticis Notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur.

LVIII. *Petilianus Epifcopus dixit*. Scriptum fit hoc non noftro vitio fieri, fed tantum quod Notarii occurrere non potuerunt, vel exceptores. *Et alia manu*. Petilianus Epifcopus recognovi.

LIX. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Recita. *Januarius Notarius Ecclefiæ Sitifenfis partis Donati ex codice recitavit*. [2] *Nobilitas tua dixit*. Edicat officium quantum jam diei videatur emenfum. *Rufinianus fcriba viri clarifsimi Curatoris dixit*. Exemtæ funt horæ undecim diei. *Nobilitas tua dixit*. Quoniam diei pæne omnem partem conftat emenfam, idcirco utrum ex communi confenfu differri negotium placeat intimetur. *Ab utraque parte dictum eft*. Placet, quoniam ifte dies videtur emenfus. *Nobilitas tua dixit*. In quem diem hæc ipfa comperendinatio differatur, pars utraque defignet. *Alypius Epifcopus Ecclefiæ Catholicæ dixit*. Sicut edicto nobilitas tua præfcripfit, craftino intermiffo propter fchedarum defcriptionem perendie, fi præcipis, obfervamus. *Adeodatus Epifcopus dixit*. Etiam nos confentimus ut perendino die negotium peragatur. *Sublimitas tua dixit*. Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitaffet*,


LX. *Marcellinus vir clariffimus Tribunus & Notarius dixit*. Utrarumque partium profeffione monftratum eft in hunc diem cognitionem fuiffe dilatam, ita ut hodie negotium tractaretur.

LXI. *Petilianus Epifcopus dixit*. Si perfecerunt gefta exceptores, agatur. *Et alia manu*. Ut fupra.

1. *Id eft*, lineum.

2. *Nobil. cet.*] Vid. cap. XXXII. hujus Cognit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit. Licet apertissimis fuerit professionibus designatum in quem diem dilatum esset judicium, tamen ne quid ei parti quæ dilationem postulat negatum esse videatur, cognitio differetur, ita ut edicat in quem diem debeat judicium protelari.

Petilianus Episcopus dixit. Dicant exceptores quando edituri sunt gesta. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Exceptores quando possunt in schedis gesta conscribi & edenda compleri, edicere non morentur. *Hilarus exceptor dixit*. Sicut consensus accessit utrarumque partium, dum in scheda prosecutiones suas subscripserint, tunc demum diem edendorum gestorum possumus edicere.

Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit. Possunt hodie schedæ vel ab officio compleri, vel ab utraque parte subscribi? *Hilarus exceptor dixit*. Hodie schedas complemus.

Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit. Quoniam suggessit officium hodie se schedas posse complere, edicat sanctitas vestra utrum hodie vel crastino die sit parata subscribere.

LXII. *Adeodatus Episcopus dixit*. Cum nobis scheda oblata fuerit, subscribemus. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus recognovi.

LXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Edicat nunc officium post subscriptionem schedarum, etiam in editione gestorum quot dierum sufficere possit sine ulla excusatione dilatio.

LXIV. *Hilarus exceptor dixit*. Si crastino die subscripserint vel hodie, possumus die noctuque invigilantes post tertium diem gesta edere, ita ut Notarii eorum nobis de scheda subscripta dictent. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quis iste dies sit ab officio designetur. *Rufinianus scriba viri clarissimi Curatoris dixit*. Hodiernus dies est III. Nonas Junias. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Diem quæro quo edi gesta promissum est. *Hilarus exceptor dixit*. Possumus gesta edere septimo Iduum Juniarum die.

LXV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Licet jam de professionibus dubietas mihi magna nascatur, tamen denuo utrum sexto Iduum Juniarum die, omnibus ambagibus amputatis, negotium sit principale tractandum, pars utraque designet.

LXVI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Nos & hodie volumus, & si fieri posset, vellemus. Tamen quia humanum fuit hoc concedere fratribus nostris quod nobis non injuste videntur postulasse, ad diem sextum Iduum Juniarum adjuvante Domino Deo nostro adfuturos nos ad peragendum principale negotium Ecclesiæ pollicemur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam pars alia quid voluntatis habeat dignetur edicere.

LXVII. *Emeritus Episcopus dixit*. De professionibus nostris nulla est ambiguitas. Quantum autem ad instructionem, quam fieri debere in judicio flagitavimus, advertit nobilitas tua nos justa & legitima postulasse. Diem autem statutum, hoc est, sextum Iduum Juniarum, si Deus jusserit, observabimus; ita tamen ut acceptis gestis nobis largiatur aliquid æquissimus judex, quo possit esse tractatus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Septimo Iduum Juniarum die matutinis horis vobis gesta tradentur. Edicite utrum alia die, id est, sexto Iduum Juniarum, adesse dignemini ut principale negotium peragatur. *Emeritus Episcopus dixit*. Aderimus ad judicium, si quæ statuit nobilitas tua, habuerint effectum. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

LXVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Memores periculi & professionis propriæ exceptores constituto die, matutinis horis, id est, septimo Iduum Juniarum, gesta edere festinabunt, ita ut Notarii partis utriusque in dictando non desint. Sciat autem utraque pars officio se cavere debere de perceptione gestorum hora pariter designata. Sacerdotale vero est, ut amputatis ambagibus nulla morarum impedimenta nectantur.

LXIX. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Secundum præceptum nobilitatis tuæ, cum gesta susceperimus, de subscriptione & de tempore consequenter cavebimus. *Et alia manu*. Recognovi.

LXX. *Emeritus Episcopus dixit*. Cum oblata nobis fuerint gesta, satisfaciemus judicatis. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

LXXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam istius diei gesta, ne qua possit esse denuo caussatio, eadem die edere vobis festinabit officium.

LXXII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Multa nudiustertiana die falsa jactata sunt. Ne hujusmodi illusionibus populus perturbetur, petimus ut ipsos petisse dilationem nobilitatis tuæ edicto noscatur. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ea quæ populus loquitur sanctitatem vestram permovere non condecet. Tamen, sicut edicto meo definitum est, gesta proponentur. *Et infra*.

Hilarus & Martialis exceptores edidimus, & hæc similiter ut supra emendavimus.

Expliciunt Gesta secundæ Cognitionis, ubi Donatistæ dilationem poposcerunt.

INCIPIUNT GESTA TERTIÆ COGNITIONIS.

I. POST *Conſulatum Varanis viri clariſſimi ſexto Idus Junias Carthagini in Secretario Thermarum Gargilianarum, adſtantibus Sebaſtiano, Maximiano & Petro, viris devotiſſimis, Protectoribus domeſticis, adſtantibus etiam Vincentio & Taurillo viris devotiſſimis agentibus in rebus, Urſo, Petronio & Liboſo Ducenariis illuſtrium poteſtatum, Bonifacio & Evaſio apparitoribus illuſtrium atque eminentium poteſtatum, Fileto & Octaviano apparitoribus illuſtris Comitivæ ſedis, Reſtituto & Exitioſo adjutoribus cornicularii, Poſſidio, Quodvultdeo & Colonico adjutoribus commentariorum officii D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Proconſulis, Navigio adjutore numerorum, & Peregrino adjutore ſubadjuvarum officii D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Vicarii, Nampio ſcriba officii viri clariſſimi Legati almæ Carthaginis, Rufiniano ſcriba viri clariſſimi Curatoris celſæ Carthaginis; excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Proconſulis, Fabio exceptore D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Vicarii, Romulo exceptore V. C. Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Januario & Vitale Notariis Eccleſiæ Catholicæ, Victore & Creſconio Notariis Eccleſiæ Donatiſtarum, Urſus ducenarius illuſtrium poteſtatum dixit*: Præterito judicio Donatianæ partis Epiſcopi in hodiernam diem, ut exinde inſtructi in judicio ſublimitatis tuæ reſponderent, cauſſa ſibi edendorum geſtorum inducias poſtularunt. Nunc utræque partes pro foribus ſunt, ſi præcipis, intromittentur.

II. *Flavius Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit.* Veniant. *Et ingreſſis Epiſcopis Catholicis Aurelio, Alypio, Auguſtino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Poſsidio, cum Novato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Priſco, Sereniano & Scillacio Coepiſcopis ſuis, Deuterio, Leone, Aſterio, & Reſtituto æque Coepiſcopis & cuſtodibus geſtorum: Item e diverſo ingreſsis Epiſcopis Donatiſtarum, Primiano, Petiliano, Emerito, Montano, Gaudentio, Adeodato, cum Peregrino, Apto, Clarentio, & Habetdeo Coepiſcopis eorum.*

III. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Certum eſt ob hoc dilatum fuiſſe negotium, ut hodierno die geſtis editis principalis actio tractaretur. Quod utrum factum ſit, edicat officium. *Martialis exceptor D. N. viri clariſsimi & ſpectabilis Proconſulis dixit.* Conſtat juxta præceptum nobilitatis tuæ geſta ante eum diem edita qua parvitas noſtra fuerat profeſſa. Quod ſi jubet nobilitas tua, ad plenam fidem ex cautionibus partis utriuſque monſtrabimus.

IV. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur. *Martialis exceptor recitavit.* Poſt conſulatum Varanis viri clariſſimi octavo Idus Junias, Fortunatianus Epiſcopus Catholicus civitatis Siccenſium ſcripſi me geſta geminæ cognitionis pariter ſuſcepiſſe, habita primum die Kalendarum Juniarum; item habita die Tertia Nonarum; & ſuſcepi tradente Martiale exceptore ſedis Proconſularis, qui ſit deputatus Flavio Marcellino viro clariſſimo Tribuno & Notario die octava Iduum Juniarum hora diei quinta in Eccleſia Catholica reſtituta. Et quamvis exceptores ſeptimo Iduum Juniarum geſta promiſerint edituros, melius tamen eorum feſtinavit induſtria, ut nobis ante diem promiſſum acta cognitionum duarum pariter traderentur. Quibus perceptis, loco & tempore ſupraſcripto inſtructos nos ad peragendum negotium die qui actis expreſſus eſt, pol-

A licemur eſſe venturos. *Cumque recitaſſet, idem dixit.* Lego aliam, ſi præcipit nobilitas tua.

V. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit.* Lege. *Martialis exceptor recitavit.* Poſt Conſulatum Varanis viri clariſſimi octavo Idus Junias, Montanus Epiſcopus civitatis Zamenſium regiorum. Scripſi vobis, Hilare & Prætextate exceptores, me accepiſſe a vobis geſta geminæ cognitionis; in quibus una cum traditoribus & perſecutoribus noſtris conflximus, habita primum die Kalendarum Juniarum, & alia habita die tertia Nonarum earumdem, quæ vos exceptores ſupraſcriptæ ſedis Proconſularis, tradidiſtis nobis coram patribus & Coepiſcopis noſtris die octava Iduum Juniarum,
B hora diei tertia, in Eccleſia Theoprepia; quibus perceptis loco & tempore ſupraſcripto, profitemur nos ad agendum negotium die actis expreſſa ordine integro eſſe venturos.

VI. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Lectæ cautiones geſtis præſentibus adhærebunt. *Et adjecit.* Quoniam conſtat ante diem editionem factam eſſe geſtorum, ſupereſt ut principale negotium proponatur.

VII. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Principale negotium jamdiu eſt ut cupimus terminari. Proinde, ſi vel ſero conceditur, probent, quoniam ex parte adverſa eſſe deſiderant, totiens objecta Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ toto orbe diffuſæ
C crimina & numquam probata. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.)

VIII. *Adeodatus Epiſcopus dixit.* Proponant. Sciamus quid agunt. *Et alia manu.* Adeodatus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

IX. *Vincentius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Propoſitionem ex mandato non didiciſti. *Et alia manu.* Recognovi.

X. *Poſsidius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Morarum tendiculas nullus interponat, ſi de cauſſæ noſtræ defenſione aliquam habemus fiduciam. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.)

XI. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Si quid intenditur, proponatur.

D XII. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Mandatum ipſorum legatur, & intentionem ipſorum inde agnoſcet nobilitas tua. *Et alia manu.* Recognovi.

XIII. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Amotis omnibus moris, quoniam conſtat omnia quæ ad principia negotii pertinebant ſuperiore judicio terminata, cauſſa dicatur.

XIV. *Fortunatus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Duo in mandato ſuo objeciſſe monſtratur pars adverſa, traditionem & perſecutionem. Si igitur cauſſam Eccleſiæ volunt ut peragamus, jamjamque te judicante finiatur. Nefas eſt enim ut exſpectatione populus in errorem mittatur. Si agnoſcenda
E eſt Eccleſia toto terrarum, ſicut promiſſa eſt, orbe diffuſa, teſtimoniis ſcripturarum doceatur. Sin vero ſolitis præſtigiis ſolitiſque ambagibus id intendit pars adverſa ne ad veritatem veniamus, dicatur, ut hoc omnibus innoteſcat. *Et alia manu.* Recognovi.

XV. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Quid his refertur?

Emeritus Epiſcopus dixit. Numquam memini in judicio condemnatam eſſe patientiam. Quin immo ſemper id laudi eſt, ut ſecretum retinens lingua, objectis, ſi poteſt, dilucide reſpondeat. Ergo quo-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

niam omnium actionum debent esse principia, totiusque negotii initia ex se sumere consueverunt, quid præteritorum dierum actus involvimus, & quasi non fuerint peracta, iterum refricamus, cum præsentis diei propositio suam debeat sumere accipereque personam? Unde si propositio eorum & responsio nostra in judicium mittitur, personarum primum est discutienda qualitas, quis in judicium adduxit, quis convenire fecit, quis principes sæculi convenit, quis legatos misit, quis supplicavit, quis legem meruit, quis judicium postulavit; ut cum eorum intentionibus docti fuerimus, respondere valeamus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

XVI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Diffidentia est caussæ personas velle discutere, quas priore conflictu visus est confirmasse. Et ideo caussam Ecclesiæ peragamus, quæ, sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur. *Et alia manu*. Recognovi.

XVII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Sanctitas tua propositionem, quantum arbitror, non diligenter advertit. Alia enim constat esse quæsita.

XVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Ad id ergo quod quæsierunt, jube recitari partis utriusque mandata, & instruentur ad id quod desiderarunt. *Et alia manu*. Recognovi.

XIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quæsitum est per quos hæc sit postulata collatio, quive Episcopos qui e diverso consistunt ad judicium postularit. Unde ad hæc sanctitas vestra respondere debebit.

XX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si ad rem judicas pertinere, præstantiæ tuæ est considerare. Catholicis Episcopis vel Legatis Catholicorum Episcoporum concessum esse habendam collationem, tenor rescripti Imperialis ostendit. Venimus utrique, heic sumus; & Deus nos disputatores & collatores magis quam litigatores esse præcepit, & nihil aliud voluit Deum timens & Deo serviens clementissimus Imperator. Adstitisse legitimas personas, & confirmata esse mandata primo die conflictus nostri judicavit sublimitas tua. Non interponantur quæ ad rem necessaria non sunt. Ecclesia est quam asserimus testimoniis scripturarum divinarum, omnibus nota, in monte, sicut scriptum est, altissimo constituta, ad quam veniunt omnes gentes. Si est aliquid contra istam Ecclesiam quod dicatur, jam dicatur, & nullæ moræ interponantur. Si nihil est quod dicatur, cedat veritati, qui suam criminationem affirmare & ostendere & probare hominibus non potest. Quamdiu ista tanta populi exspectatio suspensa est? De anima sua omnes cogitant, & nos moratorias præscriptiones ad hoc interponimus, ut ad finem cognoscendæ veritatis numquam veniatur. *Et alia manu*. Recognovi.

XXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ut adverti possit in quem modum sit delegata cognitio, Imperialis præcepti forma relegatur.

XXII. *Petilianus Episcopus dixit*. Catholicos se sine præjudicio nostro dixisse, his actis signatum est. Hujusce rei serva conflictum. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quod præceperas recitetur. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Apud nos est enim vera Catholica, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi, salvo appellationis effectu. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Hoc probare opus est, non jactare. *Et alia manu*. Recognovi.

XXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Hoc utrarumque partium conflictus inveniet. *Et adjecit*. Imperialis sanctio interim relegatur.

XXIV. *Martialis exceptor recitavit*. Imperatores Cæsares Flavii Honorius & Theodosius pii, felices, victores ac triumphatores, semper Augusti, Flavio Marcellino suo salutem. *Et cum recitaret*,

XXV. *Petilianus Episcopus dixit*. Terreri me Imperator voluit, non occidi, non persecutionem pati, non pertrahi, non spoliari. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

XXVI. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quod amplius est, nec territus es. *Et alia manu*. Recognovi.

XXVII. *Petilianus Episcopus dixit*. Laudasti constantiam bonæ fidei, & veræ Catholicæ disciplinæ. *Et alia manu*. (Petilianus Episcopus) salva appellatione recognovi.

XXVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Nec territus es, ut dictum est, nec timuisti. *Et alia manu*. Recognovi.

XXIX. *Martialis exceptor dixit*. Inter Imperii nostri maximas curas, Catholicæ legis reverentia aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi ut verum Dei cultum orbis nostri plebs devota custodiat: ut etiam Donatistas vel terrore vel monitu olim jam implere convenerat; qui Africam, hoc est regni nostri maximam partem, & secularibus officiis fideliter servientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget explicare quæ omnium retro Principum devota in Deum definivit auctoritas, ne temporibus nostris, si quid forte in injuriam legis Catholicæ fuerit generatum, justo judicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sane latet conscientiam nostram sermo cælestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæva Donatistarum interpretatio profitetur: qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitius invitaret, aboleri eum tamen ante jussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus; illudque merito profitemur libenter nos ea quæ statuta fuerant submovere, ne in divinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamvis una sit omnium & manifesta sententia, Catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cælesti sententia comprobatam, studio tamen pacis & gratiæ, venerabilium virorum Episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas Episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat civitatis, ut lectis etiam sacerdotibus quos pars utraque delegerit, habitis disputationibus, superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, ut conversos animos populorum, etiam nostra clementia, sicut desiderat, celerius possit agnoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiose Donatistarum Episcopi declinaverint convenire, trini edicti evocationem volumus custodiri; ita ut vicenis diebus in evocatione contumacium tempora concludantur: quibus emensis atque transactis, si provocati adesse contemserint, cedat cum Ecclesiis populus, qui doctores suos silentio cognoverit superatos, & victum se aliquando gratuletur, sciatque si non præceptis nostris, vel Catholicæ legis veris imperiis servien-

dum. Cui quidem disputationi principe loco te judicem volumus residere: (quidquid etiam ante in mandatis acceperis, plenissime meministi) omnemque vel in congregandis Episcopis, vel evocandis si adesse contemserint, curam te volumus sustinere, ut & ea quæ ante mandata sunt, & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia servaturus, ut ea quæ circa Catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella subreptione submota, integra & inviolata custodias. Ut sane adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles Proconsulem atque Vicarium serenitas nostra commonuit, ut si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis quam ex omnium judicum apparitione abunde necessarios faciant deputari. Erit jam sollicitudinis tuæ, si quid ulla cognoveris arte differri, missis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correptio. Omnia sane quæ vel in unum Episcopis congregatis disputatio completa firmaverit, vel desistentibus forte statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conveniet, ut quod ad confirmandam Catholicam fidem præceptio nostra profecerit, celerius possimus agnoscere. *Et divina manu.* Vale Marcelline carissime nobis. Datum pridie Idus Octobris Ravennæ.

XXX. *Petilianus Episcopus dixit.* Donatistas nos appellandos esse credunt, cum si nominum paternorum ratio vertitur, & ego eos dicere possum, immo palam aperteque designo Mensuristas & Cæcilianistas esse, eosdem traditores & persecutores nostros. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis nostræ.

XXXI. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Et hoc recusas quod in Præfectorum judicio pro voto complexus es? *Et alia manu.* Recognovi.

XXXII. *Petilianus Episcopus dixit.* Nec nunc abnuo esse mihi principem ac fuisse beatissimæ sanctæque memoriæ Donatum hujus civitatis Episcopum, ejusque tanta merita floruisse, ut & illius temporis gloriam vetustas ipsa. *Et cum diceret;* (*Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi, salvo appellationis effectu.)

XXXIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ, dixit.* Damnent nomen Donati, & deinceps non appellabimus illos Donatistas. *Et alia manu.* Recognovi.

XXXIV. *Petilianus Episcopus dixit.* Damna nomen Mensurii & Cæciliani, & non diceris (Mensurista neque) Cæcilianista. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis nostræ.

XXXV. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Feci enim mentionem Mensurii? *Et alia manu.* Recognovi.

XXXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Hæc omnia utrisque partibus salva erunt. *Et adjecit.* Evidenter apparuit Episcopis postulantibus disputationem a venerando Principe me disceptante fuisse mandatam, ut caussa primi discutiatur erroris, quæ jam in medium proferatur.

XXXVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Lectum est rescriptum. Legantur & preces, ut caussa possit audiri. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

XXXVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Peritiam sanctitatis vestræ arbitror non latere, pragmaticis rescriptis preces inseri non solere; quas quidem ab Episcopis qui collationem postulaverant, sicut ejusdem sanctionis textus ostendit, processisse non constat. Unde tandem aliquando negotium proponatur.

XXXIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Si pragmatico rescripto preces inseri non solere præstantiæ tuæ interloquutione signatum est, eos quos legatos esse dixerunt, utrum ex omnium voluntate, utrum ex communi mandato perrexerint, doceant, ut si non in precibus, certe vel in legatis possit stare persona. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi, sine præjudicio appellationis meæ.

XL. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Advertat nobilitas tua quanta aguntur ut nihil agatur. *Et alia manu.* Recognovi. *Montanus Episcopus dixit.* Ordine integro caussa peragenda est. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi, salva provocatione.

XLI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Præsentes sunt, utrique convenimus; locus iste Episcopis pæne refertus est, mandata recitata atque firmata sunt; non negatur a partibus nostris postulatam esse collationem, ut in ea collatione tandem aliquando vel probent vel probare non potuisse monstrentur, quæ solent non nobis, non unicuique nostrum, sed universo orbi Christiano objicere crimina: qui Christianus orbis non opinione humana, sed divinis testimoniis & promissus est, & impletur. Quid? Adhuc nescio qua tergiversatione moratoria ab eis interponuntur qui se Episcopos Christi dici volunt? Exspectatio, non dico hujus civitatis, sed universi pene generis humani suspensa est, aliquid de Ecclesia cupit audire; & nos adhuc forenses formulas discutimus, & miserrime litigamus. Jam advertat nobilitas tua quid agatur. Jam aliquando nos de hoc negotio amputatis omnibus morulis, adjuvante Deo liberare dignare. *Et alia manu.* Recognovi.

XLII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ad omnem confirmationem sufficere posse non ambigo universorum subscriptiones, superiore judicio mandato insertas atque digestas. Unde quoniam omnium consensus expressus est, amotis superfluis aliquando negotium proponatur.

XLIII. *Emeritus Episcopus dixit.* Duo sunt in judicium missa, a quibus deviari nullo modo potest, unum, quod secundum Imperiale præceptum; aliud, quod secundum mandati tenorem agere se judicio demonstrarunt. Igitur si utraque connexa sunt, debet edoceri: si autem separata atque sejuncta sunt, unius necesse est faciant jacturam, qui utrumque nolunt ad probationem in judicium mittere. Convenire enim debet cum rescripto mandatum, & ad formulam statuti Imperialis mandatorum debet sensus astringi. Quod si neutrum esse intelligitur præstantia tua, neque moratoriis nos velle agere, neque nos a caussæ actione suspendere, sed constitutis primitus fundamentis Ecclesiasticum negotium velle definire, quid est quod nobis de mora præscribitur, & tamquam cavillatoribus, & a cognitione refugientibus, quasi moras quasdam per nos innecti caussantur; cum utique, si advertant, magis his qui proponunt incumbere aut necessarium esse dicimus, ut omnibus moris amputatis ad negotii instrumenta arcemque veniatur, ut ostendatur ex adversa parte quis petierit, quemadmodum petierit, vel quid petierit; ut cum de mandato vel de rescripto utraque concordantia complexus fuero, & ea quæ in rescripto sunt confirmata, & ea quæ ex ipsorum petitione suggesta sunt, possint judiciis approbari. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



xliv. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Tuæ sunt partes, vir nobilis. Si respondit ad ea quæ diximus, opus est ut respondeamus. Si autem pervidet præstantia tua nihil eum respondisse ad id quod jure flagitamus, sed moris superfluis alias moras superfluas addidisse, judica ut videtur. *Et alia manu*. Recognovi.

xlv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Certum cognitionis tenorem principali constat auctoritate definitum. Hoc enim relectæ sanctionis series demonstravit, ut convocatis Episcopis atque partibus delectis, superstitionem, ut ipsius legis verbis loquar, ratio manifesta confutet. Unde dignabitur sanctitas vestra clarius demonstrare in qua sit parte superstitio constituta.

xlvi. *Petilianus Episcopus dixit*. Advertit sublimitas tua magnam diffidentiam eos habere, magnumque mendacium, si ea quæ petimus prodere noluerint. Etenim ante de sua conscientia judicat, qui petitionem suam timuerit publicare. Non igitur moram aliquam facimus; sed per ipsos moras fieri sublimitati tuæ. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Petilianus Episcopus salvo appellationis nostræ merito recognovi.)

xlvii. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Non sufficit quod tibi respondit judex? *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Aut legant quod petimus, aut negent. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi, salva appellatione nostra. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quid ad rem pertinet quod pars adversa est prosecuta, & non propter moras quasdam? *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Petilianus Episcopus partis Donati* (*dixit*.) Judica. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi, salvo nostræ appellationis effectu.

xlviii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Evidentius sanctitas vestra quid postulet designare debebit.

xlix. *Emeritus Episcopus dixit*. Longo volumine præterito judicio quasi mandati tenorem pars adversa prodidit. Cui rei si vera adstipulatur assertio, id in judicio publicare ac prodere debent, tantummodo se sequi hoc ipsum: jacturam autem facere Imperialis rescripti, ad cujus promulgationem neque tenorem precum, neque mandatum legatorum monstrare voluerunt. Igitur quia nihil ab re est quod in judicio postulamus, petimus ut primitus aut rescripti jacturam, aut mandati sui faciant cessionem, ut ad caussam venire valeamus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis (nostræ.)

l. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Legatur mandatum nostrum, & intelligent quam cuncta contineat. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus partis Donati dixit*. Patere, præsta judici patientiam quam nobis præstat. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi sine præjudicio appellationis nostræ.

li. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Nihil aliud præcipue principali sanctione adverti esse constitutum, nisi ut convenientibus Episcopis disputatione habita, caussa primi inveniatur erroris. Cui disputationi me judicem voluit residere. Accepit autem sanctitas vestra prosecutionem partis e diverso sistentis; in qua evidenter ostensum est atque promissum, ut Ecclesia toto orbe diffusa divinis testimoniis demonstretur, cum videatis ex mandati serie & ex præsenti professione id fuisse declaratum, ut legis exemplis atque documentis omnia comprobentur. Nec enim clementissimus Princeps formam collationi dedisse monstratus est, sed tantum collationem debere fieri judicavit. Unde quoniam secundnm desiderium vestrum divinis testimoniis se agere eorum professio declaravit, quid amplius desideretis ignoro.

lii. *Petilianus Episcopus dixit*. Apertissime intelligitur eos diffidentia vel sero pudore id agere, ne petitionem suam omnibus publicent, quoniam eos constat clementissimo Imperatori mentitos. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

liii. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Collatio petita est a legatis nostris. Lex ipsa hoc continet, quæ ad tuam nobilitatem data est. *Et alia manu*. Recognovi.

liv. *Petilianus Episcopus dixit*. Non differimus agere. *Et alia manu*. (Petilianus Episcopus) salva appellatione nostra recognovi.

lv. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Data est. Omnes fatemur nos petisse collationem, quoniam eam recusabatis; ut tandem sic saltem ad hunc locum vel ad hoc tempus, collationis & disputationis & demonstrandæ veritatis gratia veniremus. Factum est. Venimus, & nihil vultis prodesse quod venimus. Confitemur nos collationem petisse. Nihil aliud Imperator quam nos collationem petisse suis verbis expressit. Jam fiat ipsa collatio. Videamus quid dicatur contra Ecclesiam toto orbe diffusam, quam demonstramus divinis testimoniis & promissam esse, & nunc ita exhiberi, ut cæcorum oculos feriat, surdorum aures irrumpat. Ad hanc demonstrandam nolunt pervenire fratres nostri, ut demonstretur, quod latere non potest. Edicant crimina. Videamus quibus criminibus periit quod promissum est Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Quæ crimina istam promissionem jurantis Dei delere potuerunt audiamus, discamus, noverimus, sequamur. Si autem nihil est quod contra dici possit, aut pronuntia, aut tolle omnes moras, & aliquando negotium finiatur. *Et alia manu*. Recognovi.

lvi. *Emeritus Episcopus dixit*. Magno argumento veritas occultatur; ut cum ad inquisitionem nostram modicum quid ex parte adversa prolatum sit, cetera sileantur. Dixit enim suos isse legatos quorum neque nomina, neque ordinem, neque mandatum vult judicio publicare. Igitur aut hujus rei jacturam faciat; quia non potest approbare; aut si valet hoc legibus edocere, vel qui legati fuerint, vel quando missi sint, vel quid pertulerint, legati mandatum in judiciorum notitiam adserere debebunt. Videt præstantia tua, nihil nos abs re petere: quippe cum ipsorum sit caussa, cur non ad interna negotii veniamus. Proposuerunt enim ex mandati sui tenore nescio quibus se allegationibus adversum nos stare debere. Has ipsas allegationes & nos possumus legalibus testimoniis superare. Prius est ergo ut initio actionis exposito, personam suam, sive suscipientis, sive mandantis in judicio approbare valeat: tunc demum ad negotii merita descendatur. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

lvii. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quid est aliud causam dimittere, & personas quærere, nisi effugere velle? Quare venisti? *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. A personis incipit omnis causa. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi, salvo nostræ appellationis effectu. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Non tibi forum tuum designavit, quæ omissa sunt, repeti non posse. *Et alia manu*. Recognovi.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

LVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Collationem fuisse postulatam, & collationem fuisse concessam, cælestis sanctionis forma declaravit. Cur nunc legatorum personæ in medium veniant, necdum diligenter adverti.

LIX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si negaremus nos petisse collationem, Imperatoris testimonio convinceremur. Habemus Imperatorem testem, petisse nos confitemur. Venimus ut fiat quod & nos petivimus, & ille concessit, & adhuc nescio quæ dubitationes vel moræ interponuntur. *Et alia manu*. Recognovi.

LX. *Emeritus Episcopus dixit*. Ecce jam professus es partem. Dic quando petisti, dic per quos petisti. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Ad demonstrandam veritatem, personarum non est necessaria inquisitio. *Et alia manu*. Recognovi.

LXII. *Montanus Episcopus dixit*. Quoniam pars adversa ad clementissimum Imperatorem confugit, oportet eamdem & mandatum edere & legationem; ut cum hæc potuerimus advertere, in judicio nobilitatis tuæ noverimus quid possimus respondere. *Et alia manu*. Montanus Episcopus salva appellatione recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Satis longum est a caussa, & præter hanc caussam illa velle repetere, quæ hujus judicati tenor in statum inquisitionis suæ omnino non quæsivit. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus Episcopus dixit*. Tuæ actionis est quod flagito. *Et alia manu*. Montanus Episcopus recognovi, salvo provocationis effectu. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Definitiva est judicis qui præsidet sententia, ad quid nos ad hodiernum diem distulit, satis pudoris esse debere, hoc si transimus quod de caussa judicamus nos ipsi. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Montanus Episcopus dixit*. Tuæ actionis est quod flagito, tu fundamentum caussæ constituisti, tu ad Imperatorem confugisti. Oportet ergo me & mandatum repetere & legationem, quibus usus sis verbis; ut cum hæc omnia in judicio nobilitatis tuæ a nobis fuerint pertractata, tum demum quid utilitati nostræ conveniat, valeam respondere. *Et alia manu*. Montanus Episcopus salvo provocationis effectu recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Professionem tuam tu superare non potes. Unde recessisti cognosce. Omissa repetere non potes. *Et alia manu*. Recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quid flagitas quando petierim, cum videas quando venerim? Quid quæris utrum petierim, cum universum Catholicum præsens in hac urbe consilium mandatum dederit, mandato subscripserit, subscriptiones præsens te instante cognoverit? Nihil hic aliud quam moræ inquiruntur, quia contra Ecclesiam universam Dei testimoniis commendatam, nihil est quod dicatur. *Et alia manu*. Recognovi.

LXIII. *Montanus Episcopus dixit*. Scriptum sit, partem adversam moratoria innectere, cum quod a nostris partibus flagitatur non produnt. Ac per hoc si volunt eamdem moram de medio tolli, prodant quod flagitamus, prodant mandatum, prodant & legationem; tum deinde ad merita negotii veniemus. *Et alia manu*. Montanus Episcopus salvo provocationis effectu recognovi.

LXIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Non hoc quæri voluit clementissimus Imperator. Caussam diffidii & erroris jussit inquiri.

LXV. *Montanus Episcopus dixit*. Sed clementissimus Imperator rescripto suo eosdem publicavit, legationem inseruisse. Unde quia etiam ipse hanc facultatem nobis tribuere voluit pro clementia sua ut hoc in judicio requiramus, oportet eosdem & mandatum proferre & legationem, ut sciamus quid idem in eodem textu fortasse fuerint ementiti; ut tum demum his omnibus pertractatis, noverimus personarum meritum; an valeant honoribus suis integro ordine respondisse. *Et alia manu*. Montanus Episcopus salvo provocationis effectu recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Legationi eos consensisse universi Concilii & subscriptionis tenor evidenter ostendit. Denique ad integram confirmationem, cum omnium subscribentium nomina legerentur, sanctitas vestra dixit sibi hoc plene non posse sufficere, nisi etiam omnes advenissent, ut in præsentiarum positi, utrum ipsi subscripsissent atque mandassent, propriis professionibus indicarent. *Montanus Episcopus dixit*. Personas eorum flagito qui mandatum dederunt ad clementissimum Imperatorem, non eorum qui hodie ad hoc judicium pervenerunt. Unde, vir sublimis, oportet istos quam refugiunt actionem in judicio nobilitatis tuæ prodere. Jam ergo prodant mandatum, prodant & legationem, ut cum his recensitis adverterimus qui hisdem commendarint, valeamus eorum objectionibus respondere. *Et alia manu*. Montanus Episcopus recognovi, salvo provocationis effectu.

LXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Eos quos legationem peregisse dicis, si præsentes esse vel in præsentiarum mandato subscripsisse cognoscis, evidenter ostende. Sin vero absentes, necesse est ut veniant, quatenus omne possit negotium pertractari.

LXVII. *Montanus Episcopus dixit*. Ergo vir sublimis, eorum præsentia facienda est, qui ad clementissimum Imperatorem per maria volaverunt. Ipsorum ergo & persona adstans doceat sibi aliquid ab istis esse mandatum; ut de ipso mandato intelligam quid in sua caussa voluerint innectere, quid deinde forsitan in eadem legatione contra nos ementiri. Est enim studium semper adversariorum, incerta de adversariis auribus sacratissimis innectere. Ergo unde probabo Episcopalem quam sibi jactant esse, personam sub verecundia & textu aliquid Imperatori suggerere potuisse, nisi eamdem legationem vel mandatum sibi creditum potuero perlegere & de eodem judicare. *Et alia manu*. Montanus Episcopus salvo appellationis effectu recognovi.

LXVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Eadem superfluo repeti etiam nobilitas tua nobiscum considerat. Sufficit persona adsertorum præsentis mandati auctoritate firmata. Jam nunc remotis superfluis ad negotium veniamus; cujus firmamentum nullam poterit habere dubitationem, quando persona nostra, quibus universale Concilium mandavit, disputationem ab Imperatore præceptam ita firmavit, ut ne ipsi quidem dubitare possint, in quorum aspectibus processerunt omnes qui mandaverunt. *Et alia manu*. Recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Petisse nos collationem quis negare potuit aut potest? *Et alia manu*. Recognovi.

LXIX. *Emeritus Episcopus dixit*. Quid petisti? Quem misisti? Dic nomen, quæ mandasti? *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salvo appellationis effectu recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. De caussa loquere, mandatum audisti. Recitetur identidem, & responde, si habes quod dicas. Superfluis immoraris. *Et alia manu*. Reco-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



gnovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Quem misisti, quid mandasti, quid egisti advertere debeo. Non enim clanculo tibi licet suggerere, quod postea non debeat publicari. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

LXX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Qua ratione legatorum nomina postulentur ignoro, cum collationem tantum postulatam esse & collationem fuisse concessam, sicut superius interfatus sum, principalis sanctio diligenter ostenderit. Unde sanctitas vestra jam ad negotii interna venire dignetur, quatenus veritas elucescat.

LXXI. *Montanus Episcopus dixit*. Sed clementissimus Imperator me magis instruere voluit quid de adversariis nostris requiramus, dum utique eorum legationem publicat. *Et alia manu*. Montanus Episcopus recognovi salvo provocationis effectu.

LXXII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Separationis & dissensionis tuæ ab Ecclesia universali, quæ toto orbe diffunditur, caussas expone. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXIII. *Montanus Episcopus dixit*. Legatur ad locum, si legationem eorum non publicavit clementissimus Imperator. De hac re, de hac caussa me voluit disputare, eorum legationem in judicio voluit publicari. Ab statutis clementissimi Imperatoris non est deviandum, faciendum est satis in hoc loco clementissimo Imperatori: siquidem de eorum legatione in judicio publicata nos voluit pertractare. *Et alia manu*. Montanus Episcopus, manente appellationis nostræ effectu, recognovi.

LXXIV. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Hoc clementissimus non censuit Imperator; sed id partibus dignatus est statuere, ut ab utrisque partibus electis Episcopis, veternosum errorem tandem aliquando propter salutem populorum & animarum in medium prolata veritas monstret. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Lege utrum hoc petiveris. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione nostra, recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Ceterum superfluis immoramini, Catholicam monstramus Ecclesiam de Lege, de Prophetis, de Evangeliis, de Psalmis, de omnibus divinis testimoniis. Contra hoc a vobis profertur mandatum. Publica. Tecum ad Ecclesiam demonstrandam Evangelium proferamus. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXV. *Petilianus Episcopus dixit*. Ecclesiam Catholicam penes me esse, & pura observatio nostra facit, & vitia vestra atque flagitia vestra. Omnis Ecclesia Dei pura, sancta, sine macula & ruga esse debebit. Quare igitur, ut ad hujus disputationem rei possimus descendere, & congruo tempore testimoniis Dominicis, ut prius est, quod de te flagito, si non diffidis, maxime cum id agat caussæ justissimus cognitor, ut quidquid agendum sit populo publicetur. Mentitum te igitur clementissimo Imperatori sat constat, cum dubitas proferre quid dixeris, quid egeris, quid mandaveris, quid susceperit ille legatus, quod mandatum acceperit, quid peregerit. Noverit hæc conscientia populi, sciat universa provincia, hoc acta ista quæ controversa plene contineant, sciant vos apertissime de mendacio vestro diffidere, morasque innectere actioni, ne ad veritatem aliquando vestris præstigiis nebulisque obstantibus veniatur. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione nostra recognovi. *Vincentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quod nescis an petiverim, quomodo reprehendis? *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Petisse se confessus est. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus, salva appellatione nostra, recognovi.

LXXVI. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Ecclesiam Catholicam apud se esse testatus est. Hanc voluimus residente nobilitate tua testimoniis edoceri. Publicet quod promittit, ut aut in ejus apertam veritatem noster consensus accedat, aut patiatur monstrari luce clarius veritatem, & tandem aliquando ab errore desciscens cedat veritati congrue pro salute, qui cogitat in errore vincere contra salutem. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Ut possimus facere hæc, prius fac quod de te flagitamus. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si ordo gestorum flagitat, publicamus. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXVII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Cum legationis formam demonstrarit augusta præceptio, cur legatorum nomina postulentur ignoro. An invictissimum Principem aliquid contra rationem dixisse vestra sanctitas putat? Cum ad caussam peragendam personæ videantur expressæ atque firmatæ, cur nunc legationis mentio fiat, necdum potui diligenter advertere, vel cur legatorum nomina postulentur ignoro. Unde tandem aliquando amotis superfluis, negotium proponatur.

LXXVIII. *Emeritus Episcopus dixit*. Mandatum quod recenti negotio recitatum est, actis videtur insertum. Quid autem per legatos suos mandaverint insinuare noluerunt. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

LXXIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Collationem postulatam evidenter recitata principalis sanctio declaravit, hancque fuisse concessam constat. Et quoniam in unum sanctitas vestra de delectis ab utraque parte qui negotium possent actitare convenit, quæso vos ut tandem proponere negotium, & peragere atque explanare dignemini. *Emeritus Episcopus dixit*. Hoc ipsum dicat quod præstantia tua sua interlocutione signavit. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Hoc olim clamamus ut fiat. Collatio postulata est, collatio concessa est, caussa collationis utrique venimus. Jam tandem fiat, quod & petitum fatemur & concessum esse ipsa concessio declaravit. *Et alia manu*. Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit*. Postulatam esse dixit. Per quem petiit? *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Finem superfluis imponere nolunt. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus Episcopus dixit*. Tu ad actionem moras innectis. *Et alia manu*. Montanus Episcopus recognovi, salvo provocationis effectu.

LXXXI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Legatorum personæ ibi fuerant exigendæ, ubi peracta legatio est. Cum autem de nominibus legatorum clementissimus tacere voluerit Imperator, cur hic desiderentur ignoro. *Emeritus Episcopus dixit*. Ipsi non taceant, si tacuit Imperator. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salva appellatione nostra, recognovi.

LXXXII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Caussam dicant, ut jam diximus, separationis & divisionis ab Ecclesia toto terrarum orbe promissa, lege firmata, testimoniis Prophetarum luce clarius demonstrata, Evangelio usque hodie magna firmitate perducta; & discedant moratoriæ tergiversationes, & separationis crimen vel sero cognoscant. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXXIII. *Montanus Episcopus dixit*. Cum edideris ea quæ postulamus, adsertionibus nostris non deerimus. *Et alia manu*. Montanus Episcopus prosecutiones meas salvo appellationis effectu recognovi.

LXXXIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Legationem a Catholicis susceptam Imperialis sanctionis tenor ostendit, in qua collationem constat fuisse postulatam, cui me judicem idem clementissimus Princeps voluit residere. Unde quoniam de personis legatorum nihil inquirere præceptus sum, nec excedere me posse præcepti formam vestra sanctitas mecum melius recognoscit, dignamini tandem aliquando negotium proponere, ut & ipsi veritati & principali jussione satisfactum esse in omnibus videatur.

LXXXV. *Emeritus Episcopus dixit*. Quid secreto agatur intelligis, vir spectabilis, dum rem in medio positam & pene ipsa luce clariorem volunt nebulis obligare. Collationem Imperiale præceptum inter partes fieri, pro sua censuit voluntate. Nos quoque secundum eorum petitionem, ut dicunt, quam nunc in judicio negant, quam approbare nolunt. *Et* (*cum diceret*, (*Et*) *alia manu*. Emeritus Episcopus, salva appellatione nostra, recognovi.) *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Non negamus. *Et alia manu*. Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit*. Quam publicare detrectant, provinciis nostris acciti, conflictum quem se proponere pollicentur, refugere nos non debere omnino profitemur. Igitur quoniam nihil de re, nihil de caussa, nihil de persona actum est, cum primitus illud debeat ventilari utrum petierint, per quos petierint, vel quid petierint, quare id sileant, quare non publicent, advertit sublimitas tua. Si concordant petitiones, debent in judicio ventilari. Si neutrum volunt, unius debent facere cessionem. Si ad prioris mandati volunt nos tenere consensum, non negamus secundum Imperiale præceptum adesse nos conflictationi debere. Si autem secundum præsens mandatum volunt agere, debent cognitionem ejusdem quoque rei, profiteantur adstipulationem. Si dubitant proponere, ut nos eorumdem propositionibus respondere valeamus, videat præstantia tua non e nostris partibus nasci quominus negotium ventiletur. Quippe cum hac agoga [1] & hac quodammodo janua ad negotii merita descendendum sit, intelligit præstantia tua vel negare saltem eos, vel reticere, vel contemnere respondere propositionibus nostris; ut cum hæc adverteris, judicare digneris. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salvo effectu appellationis nostræ, recognovi.

LXXXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quid petierint, vel quid pertulerint, inquirere me debere non jussit clementissimus Imperator. Quare autem petita collatio sit, apertissime demonstratum est, id est, ut superstitionem ratio manifesta confutet. Hoc hodie fieri posse non dubium est; siquidem delectas ab utraque parte personas convenisse cognosco. Unde jam, sicut sæpius interfatus sum, negotium proponatur.

LXXXVII. *Emeritus Episcopus dixit*. Petierunt, aut non petierunt. Dicant per quos vel quid petierunt. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salva appellatione nostra, recognovi.

LXXXVIII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Sufficit jam rescripti recitatio. Agnoverunt quid voluerit inter nos discuti clementissimus Imperator. Removeantur superflua, ad caussam veniamus. Considerandum est enim quid agat pars diversa; videlicet, quemadmodum priore judicio longitudine præteritorum gestorum prætendit dilationem, ita etiam hodie desiderat superfluis codices onerare, ut item caussentur de mora describendorum vel edendorum gestorum. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus Episcopus dixit*. Tu moras innectis, cum non profers quod nos a te flagitamus. *Et alia manu*. Montanus Episcopus prosecutionem meam recognovi, salvo provocationis effectu.

LXXXIX. *Petilianus Episcopus dixit*. Proxime præterita cognitione atque controversia, quamvis ante caussæ principium ventilatum, non nostro vitio neque nostra petitione dilationem provenisse manifestum est, sed humanitate judiciorum tuorum, quam non poteras denegare: quippe cum exceptores onerati longitudine controversiæ ac prolixitate, id etiam professione sua responderint. Unde quoniam ista peracta sunt, sed fecit inde hodie mentionem, ideo hæc volui replicare. At nunc eosdem nunc moras innectere, eosdem in præsenti actione obtendere nebulas, ne ad eorum mendacia veniamus, ipsa eorum taciturnitas monstrat. Loquuntur enim cum tacent, se vereri id proferre quod clementissimo Imperatori mentiti sunt. Si igitur freti sunt bonæ petitionis voluntate atque ordine, quid eam dubitant ventilare? Et quoniam potestas tua meminisse dignatur id priore controversia agitatum, ut aut jure publico agerent, aut legis dominicæ auctoritate descenderent disputare, idque suo mihi promisere consensu, nobilitas autem tua id sibi exceperit, a legibus tolli se minime oportere, tuarum partium est, vir nobilis, id tenere quod legum est; illorum autem est promissa necessitas, ut lege divina debeant experiri. Si igitur apud te legibus publicis agitur, quoniam tu hisdem præsidere te professus es, exige quod leges habent. Si autem disputatio legalis in medium mittitur, interrogo te hic qui desideras disputare, quid petieris, quid egeris, quid contra me dixeris: quem si invenero vera dixisse, necesse habeo ejus legis disputationem committere. Si autem cognovero a perfidia atque mendacio te cœpisse, necesse est ut tuam personam longe prorsus evitem. Quid enim mihi prodest docere mendacem? Quid mihi prodest refragatori ac refragaturo reddere rationem? *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

XC. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Collationem a Catholicis tantum postulatam fuisse relecta Imperialis sanctio declaravit.

XCI. *Petilianus Episcopus dixit*. Catholicos nos esse acta contineant. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

XCII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Necesse est me eos (eo) nomine appellare, quo eos appellari voluit clementissimus Imperator.

XCIII. *Petilianus Episcopus dixit*. Ante caussam inane nomen est illis. Etiam de ipso nomine erit disputatio nobis atque contentio. Tum demum obtinebit hoc nomen qui fuerit inventus esse Christianus. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

XCIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Certum est post habitum conflictum eos Catholicos nuncupandos, apud quos veritas fuerit deprehensa. Ego autem etiam in hac parte formam

1. *Agoga*] Plinius lib. 33. cap. 4. de modis auri quærendi agens, *Agogas* vocari ait fossas quæ in plano cavantur, in quas aurum profluat. BALUZIUS.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

necesse habeo sequi præceptionis augustæ, in qua Catholicos eos appellare dignata est.

xcv. *Petilianus Episcopus dixit*. Sine præjudicio nostro hec interfari dignata fuerit præstantia tua. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi, salvo nostræ appellationis effectu.

xcvi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Sanctitas vestra, si eos falso hoc nomine asserit nuncupatos, negotium proponere tandem aliquando dignetur; quatenus de præsumto nomine, si potuerit comprobari, pars e diverso consistens in omnibus confutetur.

xcvii. *Emeritus Episcopus dixit*. Magnis actum est voluminibus, & respondere noluerunt, tenentes apud se quodam præjudicio voluntatem, ne satisfacerent judicatis. *Et cum diceret*. (*Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salva appellatione recognovi.) *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quibus judicatis? *Et alia manu*. Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit*. Vel illud reverentiæ ac patientiæ judiciorum præstare dignentur (ut respondeant) utrum petitoris loco adsistant, utrum ipsi proponant, utrum ipsi nos in judicium vocent; ut cum ex eorumdem responsione vel hoc cognitum fuerit, ad eorum propositiones respondere valeamus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salva appellatione, recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Respondeatur objectis.

xcviii. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Ecclesia, quod audire non vultis, & necesse est audiatis, quoniam tot testimoniis & divinis eloquiis proclamatur toto terrarum orbe diffusa, cujus communionem videmur tenere, falsis criminationibus a vobis appetita est. Unde exstitit vestra separatio, quam dolemus. Istæ criminationes quibus insectari soletis Ecclesiam toto, sicut promissa est, orbe diffusam, hodie audire volumus utrum veræ sint. Si enim veræ sunt istæ criminationes quas Ecclesiæ memoratæ objicere consuestis, si eam pollutam, maculatam, eversam, destructam, & exstinctam nescio quibus nostris criminibus demonstrare potueritis, supererit ut quæramus utrum apud vos remanserit, quam ubique periisse clamatis. Si autem illa perire non potuit, superest ut eam vos agnoscatis, & litem tandem aliquando finiatis. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Accepistis prosecutionem partis adversæ, cui respondere dignamini.

xcix. *Emeritus Episcopus dixit*. Puto importunum esse alienam caussam velle defendere, & id in medium negotium mittere, quod præter ruborem non potest unusquisque sine mandato in judicio ventilare. Possem enim nunc asserere & clamare adversus istos universum orbem reluctari, reniti. Non vobis mandavi, ab hujus cognitionis eventu longe mea posita est conscientia. Ego agnosco victorem. Quicumque justis legitimisque ex caussis Christianus fuerit approbatus, ille meus est Catholicus, illi hoc nomen imponitur, ille debet sibi hanc regulam vindicare; quamvis ipsa Catholica, quæ nunc pro præscriptione partis adversæ quasi in fronte quadam rite adversum nos temperari cognoscitur, medium esse debet; & in judicio ita constitui, ut hoc nomen victor accipiat. Intelligit præstantia tua nihil nobis de peregrinis, nihil nobis de longe positis præjudicare posse, cum inter Afros hoc negotium ventiletur; sed magis hoc exspectari, ut quicumque ex veridica cognitione fuerit superatus, is ab orbe videatur esse rejectus. Intelligant e diverso venientes propositionibus nostris se respondere debere, ut adstantes aut non adstantes, quid personæ gerant dicere non morentur, ut eorum intentionibus respondere valeamus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salvo effectu appellationis nostræ, recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quid refertur? *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Personas primo die judicii esse firmatas, & sequenti etiam die interlocutionis tuæ. *Et cum diceret* (*Et alia manu*. Recognovi.) *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Aliud quæsitum est.

c. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Interlocutionis tuæ forma declaravit. Sed quia dicit cum peregrinis Christianis non se habere aliquam rationem, sed hoc totum quod agitur, inter Afros agi, Afrorum Christianorum Catholicorum hæc vox est: Nos universo orbi Christiano communione cohæremus. Hanc Ecclesiam elegimus retinendam, quam in eis scripturis invenimus. (*Et cum diceret*) *Et* (*alia manu*. Recognovi. *Emeritus*) *Episcopus dixit*. Sic semper eligere & mutare consuesti. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salva appellatione, recognovi.


ci. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Nos eam Ecclesiam retinemus, quam in illis scripturis invenimus, in quibus etiam cognovimus Christum. Scripturæ quippe nostræ, quarum auctoritati utrique subdimur, Christum & Ecclesiam tamquam sanctum commendant conjugium, Christum sponsum, illam sponsam. Ubi illum cognoscimus, ibi & illam invenire debemus. Si itaque nunc exorti essemus, & cogitaremus in Africa cui communioni Christianorum sociari deberemus, procul dubio eam tenere deberemus, quam in scripturis inveniremus, & criminatrices opiniones hominum repudiare, ad sola eloquia divina, quæ mentiri nesciunt, nos tenere. Hoc fecerunt Christiani Afri, & appellantur & merito sunt Catholici, ipsa sua communione nomen testantes. Catholon enim *secundum totum* dicitur. Qui autem a toto separatus est, partemque defendit ab universo præcisam, non sibi usurpet hoc nomen, sed nobiscum teneat veritatem. *Et alia manu*. Recognovi.

cii. *Gaudentius Episcopus dixit*. Catholicum nomen putant ad provincias vel ad gentes referendum, cum hoc sit Catholicum nomen quod sacramentis plenum est, quod perfectum, quod immaculatum, non ad gentes. Nam doceat sibi omnes gentes communicare, & plenus est Catholicus. Sed prius est tamen ut doceant quid petierint, quid meruerint. *Et alia manu*. Gaudentius Episcopus, salva appellatione nostra, recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Utrum debeant edere quæ poposcimus necne statuere dignare, ut scilicet. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine appellationis nostræ præjudicio recognovi.) *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Aut interloquere, aut jube nos satisfacere postulatis. *Et alia manu*. Recognovi.

ciii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ad transacta recurritur. *Et adjecit*. Catholici nominis doceatur assertio, & illud quod pars e diverso sistens credidit prosequendum, utrum in omnibus gentibus eadem Catholica esse ostendi possit Ecclesia.

civ. *Emeritus Episcopus dixit*. Si proponit, doceat. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Dignare pronuntiare de supra comprehensis. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus, salva appellatione nostra, recognovi. *Emeritus Episcopus dixit*. Si proponit, doceat. Nam si proponere noluerit, quemadmodum docebit? *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salvo effectu appellationis interpositæ, recognovi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



cv. *Petilianus Episcopus dixit*. Pronuntia de singulis. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quod postulaverunt doce me. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Hoc nobis debet tua persona. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

cvi. *Emeritus Episcopus dixit*. Petimus ut nulla sit mora, ut aut proponentis aut respondentis possit esse persona. Igitur quoniam approbandum est, & de caussa jam in judicio ventilandum, edicant utrum petunt aut respondent; ut cum eorum intentionem in judicio videro, valeam respondere. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione nostra recognovi.

cvii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Justa poscuntur, sanctitas vestra dignetur edicere utrum petitoris loco in judicio adstare videatur.

cviii. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Tuæ sublimitatis est judicare, nos ad eorum criminationes refellendas ingressi sumus. Solent Ecclesiam quam tenemus crimine traditionis arguere. *Et alia manu*. Recognovi.

cix. *Emeritus Episcopus dixit*. Quis me in judicium vocavit? Ad cujus suggestionem conflictum voluit fieri Imperator? *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salvo effectu appellationis, recognovi.

cx. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Solent Ecclesiæ quam tenemus crimina traditionis objicere, & nescio quorum peccatis eam contendere esse destructam & exstinctam. *Et alia manu*. Recognovi. *Emeritus Episcopus dixit*. Non hoc a te petii. Fac satis judicatis. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Atque his criminationibus fallere corda simplicium, de quorum salute satagimus. His nos permoti, convenimus eos ut nobiscum conferrent, & quod intendunt utrum probare possent in Ecclesiam cui intendunt ostenderent. Quam conventionem nostram quoniam recusaverant, cum nuper in comitatum venissent quidam illorum, apud acta etiam præfectoria dixerunt audiri se velle & discuti velle, amplectentes nos, aliquando eorum de collatione consensum petendum ab Imperatore credidimus, ut collatio ad hoc fieret, ut ea crimina quæ solent dicere in universam Ecclesiam aut probarent, ut veritas appareret, aut non probarent, ut nihilominus veritas appareret. Hæc crimina si volunt aut possunt ostendere, proferantur & demonstrentur. Si autem non possunt aut nolunt, jam tuæ sublimitatis est de re tota sicut ratio ipsa indicat, judicare. *Et alia manu*. Recognovi.

cxi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Accepistis prosecutionem partis adversæ. Si quid objicitis, jam jamque proponite.

cxii. *Petilianus Episcopus dixit*. Pronuntiet prius nobilitas tua utrum recte petamus quæ petimus, necne; tum demum eis ad singula respondebimus. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

cxiii. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit*. Recte vos petere prosecutionis vestræ textus ostendit, & recte respondisse partem e diverso sistentem eorum similiter prosecutionibus declaratum est. Adsertum est enim quod criminibus nescio quibus Ecclesiam quam tenent, a vobis hodieque adserant infestari; quæ, si qua sunt, debetis edicere. Si vero non sunt, est necesse ut ad hæc respondere dignemini.

cxiv. *Emeritus Episcopus dixit*. Sic agitur caussa, A hæc judicii forma est, sic veritas inquiritur ut de persona taceatur. Dicit me nescio quo auctore crimina in Ecclesiam ventilare, & quasi per famam quamdam honorem suum 'meritumque' destruere. Quidquid velit, quo nomine velit, quo potest argumento huic ipsi caussæ nomen imponat necesse est, ut quia iterum provocat, petitor adsistat. Utrum ego dixerim necne, utrum vere dixerim, anne confixerim, cum ipsius propositione cognovero; cum ea quæ mihi objicit vera esse, & ex me prolata constiterit, tunc demum necesse est eorumdem me intentionibus respondere. Videt ergo præstantia tua sine provocante respondentis superfluam esse personam, nec posse quemquam dici respondentem nisi B primo fuerit provocator. Ergo si provocatoris loco, hoc est, quod dicitur petitoris, adsistit, instituat actionem, cui respondere debeam. Sæpissime enim dicunt nos superfluis moratoriis uti, ne ad negotium veniatur. Ergo cum iste cardo sit caussæ, ut is qui alterum in judicium vocat, instituere actionem debeat, & provocare ad responsionem, advertat præstantia tua eos prosequi debere, utrum nobis vel quam instituant actionem, ut respondere possimus. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

cxv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Edicat pars Catholica utrum e diverso sistentibus aliquid objiciendum credit.

C cxvi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Nos collationem poposcimus ubi objecta diluamus, non ubi objiciamus diluenda; quandoquidem cum illi objecta probare non potuerint, quid sint, quid remaneant, nobis non dicentibus manifestum erit omnibus, & a tua sublimitate judicabitur. Nunc ingressi sumus diluere criminationes eorum, quas solent Ecclesiæ quam tenemus objicere: mandatum quoque ipsorum hoc continet: *Adversus traditores & persecutores nostros*. Quondam autem Primianus, si dignatur, frater noster conventus pro ipsa collatione respondit: *Indignum est ut in unum conveniant filii martyrum & progenies traditorum*. Hæc crimina diluenda suscepimus, ut hæc crimina diD luantur istam collationem poposcimus. Concessa est. Aut probentur, aut purgentur. *Et alia manu*. Recognovi.

cxvii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Mandati series traditorum partem e diverso sistentem esse profitetur. Collationem vero, si tamen prosecutio Catholicæ partis veritate subnixa est, ab utrisque partibus constat esse postulatam. Unde nunc id quod mandato videtur expressum, sanctitas vestra probationibus fulcire dignetur. Accepistis enim ex eorum prosecutionibus magis a vobis aliqua objici, & ea objecta se velle diluere.

cxviii. *Petilianus Episcopus dixit*. Pronuntiare E dignare de persona. Tunc itur in caussam. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

cxix. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Jam non est nostrarum partium de hoc aliquid superfluo respondere. *Et alia manu*. Recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Interlocutiones superiores sublimitatis tuæ recitentur, & agnoscant quid postulant. *Et alia manu*. Recognovi.

cxx. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Si collationem ab utrisque partibus constat esse postulatam, constat eum esse petitorem qui crimen intendit.

cxxi. *Emeritus Episcopus dixit*. Doceat ab utrisque partibus collationem esse in judicio flagitatam. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

CXXII. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Docemus. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Hoc pars Catholica docere debebit.

CXXIII. *Adeodatus Episcopus dixit*. Catholicos nos esse scriptum sit. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salvo appellationis effectu recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Donatistas vos esse ex Primiani mandato docemus. *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus Episcopus dixit*. Cæcilianistas vos esse scriptum sit. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus prosecutionem meam, salva appellatione, recognovi.

CXXIV. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si præcipis, gesta recitamus in judicio habita Præfecturæ; ubi se pars adversa audiri tantopere flagitavit. Et ideo, si præcipis. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Gesta habita in judicio illustrium potestatum suscepta ab officio recitentur.

CXXV. *Petilianus Episcopus dixit*. Contra hæc serva quæ competunt. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Salva erunt. *Petilianus Episcopus dixit*. De persona pronuntia. Quid petierint, quid suggesserint clementissimo Imperatori, quidve mentiti sint, hoc prodatur. Heic pronuntia utrum id superflue flagitem, nec ne. Tum demum itur in caussam. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus, salvo merito appellationis nostræ, recognovi.

CXXVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Collationem fuisse postulatam missis legatis sermo cælestis ostendit, hanc fieri evidenter sanctione præcepit; cui me judicem residere pariter constitutum est. Excedere me hujus præceptionis formam etiam sanctitas vestra omnino non posse mecum melius recognoscit.

CXXVII. *Petilianus Episcopus dixit*. Pronuntiare te constanter convenit, Vir nobilis, utrum proferri debeant illa quæ clanculo habentur, quæ rubore compressa sunt mentientium: aut certe si superflue petimus, hoc pronuntia. *Et alia manu*. (Petilianus Episcopus) sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXVIII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si quid est quod contra nos, ubi mentitos esse pars adversa designat, proferre poterit, jam proferat; ne superfluis nos accusationibus agens, populus adhuc usque, cui consulere volumus, decipiatur. Et ideo, si nobilitas tua præcipit, apud Præfecturam gesta habita recitentur. *Et alia manu*. Recognovi.

CXXIX. *Petilianus Episcopus dixit*. Ordine suo cuncta legantur. Legantur primo quæ petimus. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. *Emeritus Episcopus dixit*. Hoc est quod volebamus in judicio prodi, utrum Imperialibus auribus intimarint nos in judicio Præfecturæ vel voluntarios adstitisse, vel quæsisse conflictum. Si enim ista dixisses, possem te digestorum fide in judicio confutare. Si autem non dixisses, intelligatis qui cognitor datus est de omnibus se Imperatoriæ notioni referre oportere. Igitur quoniam evidentissime comprobamus istos docere minime valuisse, vel ea quæ Imperatoris auribus intimasse se dicunt, vel utrum ierint, vel quando ierint, vel cum quo mandato ierint, hoc ipsum potestas tua judicare dignetur; ut si putant personam nostram tamquam petitorum de actorum confectione quæ apud illustrissimas potestates sunt habita, in judicio comprobare, cum ex recitatione gestorum fuerit approbatum, judicare digneris. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus, salva appellatione nostra recognovi.

CXXX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ad ea ex quibus constat esse transitum, regressum fieri minime oportere sat clarum est. Unde ut evidenter petitoris persona monstretur, illustrium potestatum gesta relegantur.

CXXXI. *Petilianus Episcopus dixit*. Nebula est ista quæ obtenditur. Nam ab initio ipsos esse petitores certo loco monstrabimus, cum dignaberis de his quæ jamdudum petivimus atque petimus pronuntiare. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXXII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam sanctitas vestra quæ offert per ordinem relegentur. *Et adjecit*. Patimini nunc interim quæ postulata sunt ab officio recitari.

CXXXIII. *Petilianus Episcopus dixit*. Pronuntia, & patior recitari. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salvo merito appellationis nostræ recognovi.

CXXXIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Petitoris persona tunc aperte poterit demonstrari, cum hoc gestis evidentissimis fuerit approbatum.

CXXXV. *Petilianus Episcopus dixit*. Pronuntia me recte an non recte petisse quod diutius flagitavi. Res enim nobis cum populo est. Tu quoque cum populo voluisti habere rationem, qui de judicio tuo voluisti judicari. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXXVI. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Legantur gesta. *Et alia manu*. Recognovi.

CXXXVII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Pronuntiare me postulat sanctitas tua, cum ab alia parte gesta necessaria probationibus publicentur. Unde hoc fieri patiatur sanctitas tua. Tum demum, utrum de parte negotii pronuntiari debeat, existimabo.

CXXXVIII. *Petilianus Episcopus dixit*. Aliud ostendit, cum aliud postulem. Conscientia ipsa publica tenet, nec tacebo ulterius, nec differam, vir nobilis, te ipsum populo fuisse edictis frequentibus pollicitum, quidquid auditurus esses, inter disceptantes scilicet partes, te rursum edictis subsequentibus prolaturum. Tu hoc videris, tuæ existimationis est caussa, utrum tam facile me cogere debeas de caussæ meritis disputare, cum id mihi adversarius meus negaverit quod ego magnopere postulo esse prodendum. Ipse videris, ipse hoc quomodo volueris æstimes. Ego tamen tuam desidero providere præstantiam quid hoc loco sentias. Mihi hoc expedit, nolo a populo denotari, quod prætermiserim id, & eumdem locum prætermiserim, ubi occulte video tegi mendacium quod debeat publicari. Proinde tu, vir nobilis, qui mediam tenes hoc loco personam, assume illam puram innocentemque constantiam, nec dubites pronuntiare quod licet. Neque enim fas est ut, cum mihi satisfactum non fuerit, ego cogar ad intima caussæ descendere. Unde quidem magnopere præsumo; sed ea quæ expeto non debeo præterire. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salvo merito appellationis nostræ recognovi.

CXXXIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ut diligentius adverti possit quid debeat judicari, patiamini gesta recitari.

CXL. *Petilianus Episcopus dixit*. Non is est ordo gestorum, ut hæc primitus recitentur. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva nostra appellatione recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Nihil debet partibus denegari. *Adeodatus Episcopus dixit*. Si nihil partibus denegandum est, tandem nobis concedendum est quod flagitavi-

mus. Ostendant legationem. Neque enim nudis verbis hæc potuit concipi legatio. Scripta sunt; demonstrentur, prodantur in publicum. Videamus utrum hæc contra nos vera an falsa sint ficta. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus meam prosecutionem salva appellatione recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Jam pronuntiavi atque judicavi formam me excedere non posse Imperialis oraculi. Nec enim in judicio meo legatorum certum est discuti debere personas. Unde gesta relegantur, ut quis petitoris loco adsistat, clarius demonstretur. *Adeodatus Episcopus dixit*. Hoc Imperator non præcepit, ut gesta illustrium Potestatum in judicio prodantur; & tamen datur adversæ parti licentia prodendi. Produnt ipsi quæ volunt, nobis non sinitur accipere quod poscimus. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Et sanctitas tua quæcumque gesta obtulerit, vel prolaturam se esse promittit, necesse est ut eadem relegantur. *Adeodatus Episcopus dixit*. Quæcumque caussæ necessaria sunt, negari non debent. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Patere igitur ut hoc quod caussæ propriæ necessarium dicit pars e diverso sistens, ab officio recitetur. *Adeodatus Episcopus dixit*. Concedere non possum ut ea quæ volunt in judicio ventilent, nisi ea quæ de ipsis flagitavi in judicio depromserint. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Nos ista de archivis accepimus. Si quid est quod & tu accipere potuisti, si recitandum popósceris, & a nobis fuerit contradictum, iniquos deputa, & vicem redde. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Suspicionem judiciis facis, quod ea non pateris, cum & tibi fas sit universa quæ ingesseris publicare. Unde tandem aliquando ea quæ oblata sunt recitentur. *Petilianus Episcopus dixit*. Noluisse pronuntiare potestatem tuam quod petimus, acta contineant. Ulterius non possumus aliquid dicere, maxime cum videam potestatem tuam aliud velle, cum ego aliud flagitem. Pronuntia superflue me postulare quod peto, sit quod teneam, sit quod populus noverit. Tum demum ad necessaria caussæ descendam. *Et alia manu*. Petilianus (Episcopus) prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Non possum de eo judicare quod necdum est approbatum. *Petilianus Episcopus dixit*. Utrum recte petam prodi oportere id quod clanculo Imperatori suggesserint, hoc pronuntia. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus hanc prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Clanculo Imperatori nihil suggestum esse, ad universos judices datæ sanctionis (forma,) & ad meam quoque mediocritatem ipsius recitatione monstratum est. Unde cum ex lectione gestorum cognovero quid debeam judicare, sine dubio judicabo.

CXLI. *Martialis exceptor recitavit*. Exemplum actorum habitorum sub die tertio Kalendas Februarias Ravennæ, D. N. Arcadio PP. Augusto & Probo IV. Consulibus. *Et cum recitaret*, *Petilianus Episcopus dixit*. Si jubes, contra hoc advertit sublimitas tua non adhuc satisfactum petitionibus nostris, ut exceptione eorum constaret ipsos esse petitores, ipsosque intendere oportere quæ objicienda esse putaverunt. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Jam nunc ex lectione gestorum qui petitor adsistat evidenter aperteque monstrabitur. *Petilianus Episcopus dixit*. Sunt longe primitus gesta confecta, quibus spectabilis viri Proconsulis. *Et cum diceret*, *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Prosecutiones suas formidat, ideo gesta recitari non permittit. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Petilianus Episcopus dixit*. Sunt gesta habita in judicio Proconsulari, habita etiam in judicio Vicariæ præfecturæ, quibus nobis plurima intendisse monstrantur. Sunt etiam alia quæ de clementissimo Imperatore, eidem scilicet mentientes, longe ante [1] petiverunt (per) adsistentes ac supplicantes, scilicet Theasium & Euvodium [2], illos scilicet quos præcursores & navigatores semper habent, furiæque suæ legatos, qui expetant sanguinem, expetant proscriptiones, incutiant metus, pericula ingerant, homines per provincias diversas occidant. Hæc omnia igitur principio præcipe recitari. Tum demum eos invenies petitores. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CXLII. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Qua impatientia & tumultu agant sit testatum his gestis, interlocutione nobilitatis tuæ. Caussam enim satis timent, ad cujus meritum omnino descendere nolunt. Non sint vacua omnia quæ a partibus nostris in prosecutionibus tanta dicta sunt de Ecclesiæ Dei promissionibus & exhibitionibus. Quid tergiversantur, quid nescio quæ forensia rimantur? Jam dignetur nobilitas tua pronuntiare faciem defensionis eorum. *Et alia manu*. Recognovi.

CXLIII. *Petilianus Episcopus dixit*. Ordine suo a principio cuncta recitentur. Tum demum invenies petitorem. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CXLIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si a principio (cuncta recitanda sunt) ex quo caussam ad Imperatorem Constantinum miserunt criminum Cæciliani jube recitari. *Et alia manu*. Recognovi. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quia voluistis de prioribus gestis mentionem facere. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.)


CXLV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Hæc gesta quæ recitari postulat sanctitas vestra, posteriora sunt his gestis quæ obtulit pars Catholica, an priora?

CXLVI. *Petilianus Episcopus dixit*. Non est equidem pars Catholica, nisi quæ hujus conflictationis sumserit palmam. Igitur cupimus recitari quæ in judicio Proconsulari & Vicariæ Præfecturæ ab ipsis sunt ante longius promta atque petita. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si de caussa præsumeres, ad caussæ meritum venires. *Et alia manu*. Recognovi.

CXLVII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Sine præjudicio Catholicos dico, sequens nuncupationem clementissimi Principis. Unde ea gesta quæ antiquiora sunt, si placet, ab officio recitentur.

1. *Longe ante*] Anno 403. cum in Concilio Carthaginiensi decreta est legatio adversus Donatistas.
2. *Theasium & Euvodium*] Quibus in dicto Concilio commonitorium datum est, quod exstat in Cod. Can. Eccl. Africanæ c. 92.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



CXLVIII. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Offerimus antiquissima quæ petimus suscipi ab officio. Præcipiat nobilitas tua eà recitari.

CXLIX. *Petilianus Episcopus dixit.* Si hoc potestati tuæ mandatum est, si non recesserunt ab his quæ jamdudum promiserant se legaliter agere oportere, redde nobis illam primam objectionem, cujus visi quodammodo sumus sub hujus exceptionis ratione fecisse jacturam. Si igitur ad legem se retinet, pervidet præstantia tua nullatenus eos harum chartularum quas proferunt, facere posse mentionem. Et nunc etiam atque etiam flagito ut promant quid eligant, utrum forensi actione mecum agant, an legali concertatione disceptent. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione recognovi.

CL. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Suscipiat officium quæ ab utrisque partibus offeruntur, & conferat tempus, ut quæ priora esse constiterit, eadem recitentur.

CLI. *Petilianus Episcopus dixit.* Sensim in caussam inducimur. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLII. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Quod petistis, offerimus. Non vos pœniteat petisse. Antiqua gesta voluistis recitari. Hæc in manibus habemus, jubeat nobilitas tua quod offerimus recitari. *Et alia manu.* Recognovi.

CLIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Me id petisse adhuc recalent gesta, ut ea quæ Imperatori mentiti sunt proferant, legant quæ objecerunt, contra hæc hujusmodi nebulas, ut vellent acta relegere quæ sunt habita in judicio præfecturæ, his quæ ego longe prætuli, antiquiora. Igitur, vir nobilis, si tenor se ita habet caussæ sicut ab initio videtur esse formatus, aut jacturam chartularum istarum publicarum faciant, & ad legalem disceptationem veniant; aut si his rebus uti desiderant, faciant legis divinæ jacturam. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Proconsularia gesta & habita in judicio illustrium potestatum, officium diligenter inspiciat, ut ea quæ priora sunt, primitus recitentur.

CLV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Ad ea quæ prosecuta est modo pars diversa, paucis advertat sublimitas tua. Nos Ecclesiam Catholicam retinere, ipsa nostræ communionis testificatione monstramus, quam Ecclesiam probare descendimus, si permittant, non rumoribus humanis, neque errantibus opinionibus, sed divinis eloquiis declaratam. Ut autem leges, vel gesta vel quæcumque de archivis prolata offeramus in hac collatione recitanda, ipsi cogunt qui talibus agunt. Nam si remotis hujuscemodi omnibus chartis nollent Ecclesiam nisi in scripturis adverti, nihil vellemus, nihil aliud optaremus. Crimina dicunt traditionis. Ea crimina traditionis aut non probant archivis, & nihil dicunt; aut probant, & archivis nos vicissim agere compellunt. Itaque pervidet præstantia tua distinguendas esse caussas, quando cogamur publicis legibus agere; quando autem velimus & optemus negotium Ecclesiæ non nisi divinis eloquiis terminari. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Quid elegerit dicat. Ambo enim tenere non poterunt. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione recognovi.

CLVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Apertissimam prosecutionem partis adversæ fuisse satis clarum est: in qua id videtur A ostensum, ut si traditionis crimen objicitur, quod sine dubio legibus divinis non potest approbari, sed gestorum fide diligentius inveniri, tum demum gestis publicis omnia peragantur. Sin vero caussa fidei cœperit agi, tunc ad ea quæ veteris & novi Testamenti exemplis docenda sunt venietur. Unde sanctitas vestra, si petitionem suam prosecutionemque adversæ partis vult professionibus roborari, evidenter ostendat, utrum traditionis crimen, quod probari nullatenus potest, nisi quibusdam evidentissimis documentis, agi in judicio desideret, an tantum fidei caussam cupit in judicio mediocritatis meæ disquiri atque terminari.

CLVII. *Emeritus Episcopus dixit.* Quæ ad caus- B sam pertinent, sæpius me replicare non pudet. Adeo enim & in prima fronte negotii postulavimus, ut mandatum legatorum suorum luce clarius demonstrarent; ne cum hæc in judicium mitterentur, forte renuerent. Possunt enim dicere: alia mandavimus, non eadem censuimus, nec petenda ab Imperiali præcepto consensimus. Sicut enim nunc. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.)


CLVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Hæc universorum subscriptionibus constat esse mandata.

CLIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Quoniam duo sunt negotia, duo debent esse mandata. Mandatum C quod in negotio præsenti recitatum, actis insertum est; mandatum vero quod legatis videtur traditum, nullo modo recitatum est. Debemus ergo advertere utrum & hoc ante, ut Imperialibus auribus deferretur, ab iisdem videtur esse conscriptum; ut cum utraque mandata in judicio fuerint recitata, utrum unam habuerint voluntatem, judicare digneris. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salvo effectu appellationis recognovi.

CLX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Jam toties conclamavimus. Mandatum quod injunctum est legatis Episcoporum, ab Episcopis flagitant sibi recitari. Hoc est aliena requirere ad caussam non pertinentia. Mandatum quod nobis propter D collationem cum his faciendam injunctum est, hoc recitatum est, hoc eis sufficiat. Quid si enim aliqua legatis mandata sunt, ad caussam quidem istam non pertinentia, sed quæ ipsos scire nolumus? Sufficit quod Imperator collationem nos petisse suo testimonio declaravit. Hæc concessa est, ad hanc venimus, hæc aliquando agatur, veritati aures hominum patent. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXI. *Adeodatus Episcopus dixit.* Confessus es quæ olim tacuisti. Ostendisti te multa adversus nos mandasse, quæ scire non facile debeamus. Unde advertit sublimitas tua, quid ex ejus prosecutione debeamus advertere, quid illud mandatum continet, quod contra nos mandatum scire non facile debeamus. *Et* E *alia manu.* Adeodatus Episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CLXII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Non hoc dixi, non advertisti, aut dissimulas te audisse quod dixi. Audi, planius hoc dicimus, ne forte culpa mea non intellexeris, dum id obscurius aliquantum dixi studio brevitatis, quod percipere nequiveris. Notum est omnibus multas caussas habere Ecclesiam, & suam, & privatarum personarum sibimet commissarum; & potest fieri ut ad Episcoporum intercessionem multa pertineant. Secreta nobis committuntur negotiorum & caussarum alienarum, in quibus nostra interventio sæpe postulatur, propter quæ auxilium ab Ecclesia poscitur. Hæc prodenda non sunt, ne proditores inveniamur. Sufficit tibi quod collationem me petisse in caussa tua



ipſe teſtis eſt clementiſſimus Imperator. Nihil ultra quæras, ſi negotia aliena non quæris. Negotio tuo ſufficit quod de ipſa Imperatoris lege recitatum eſt, quod noſtro mandato ſubſcriptionibuſque firmatum eſt. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXIII. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Non poſſunt in uno mandato diverſa mandari negotia. Sed ſi forſitan eadem quæ adverſus nos mandaſtis, etiam adverſus alias provincias mandaſſe te conſtat, bene facis non prodere. Non te ergo in medium proferas. Quoniam me primum inſequi deſideras, ſervas hoc aliis provinciis. Oſtendiſti quid feciſti, oſtendiſti quid celes. Teneo tuum mendacium, teneo falſitatem. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CLXIV. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit*. Profecutione ſua, vir venerabilis, ſi dignatur ſanctitas tua diligenter advertere, non adverſum te aliquid ſe mandaſſe, ſed ea quæ ad te non pertineant propria proſecutione ſignavit. Illud tantum evidenter confeſsus eſt, collationem ſe omnibus modis poſtulaſse, & hanc fuiſse conceſsam. Unde illius mandati, ne excedere videamur Imperialis præcepti formam, mentionem fieri video non debere. Quapropter ad ea quæ quæſivit, ſanctitas veſtra reſpondere dignetur, utrum traditionis crimen, quod archivis publicis poterit monſtrari, agi in judicio velitis, an Eccleſiæ & fidei tantum cauſsam cupiatis inquiri.

CLXV. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Urbane nobis illuditur, ut cum ipſi ſint petitores, ſemperque noſtram pacem inquietaverint atque turbaverint, nos loco petitorum conſtituamur, cum pacis & Eccleſiæ Dei poſseſsores ſemper fuerimus ac ſimus. Peto igitur nobilitatem tuam ut hunc ordinem ſerves. Oſtendant quid egerint, ibi invenies petitores. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CLXVI. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit*. Si ſanctitas tua permitteret, vel permiſiſset geſta recitari, jam olim qui petitoris loco adſiſteret, potuiſset oſtendi. Unde vel nunc antiquiora, ut interfatus ſum, geſta recitentur. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Ordinem ſerva geſtorum. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXVII. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit*. Eorum geſtorum quæ a partibus offeruntur, id eſt Proconſularium & illuſtriſſimæ ſedis, tempora recitentur.

CLXVIII. *Poſsidius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Offerimus chartas antiquiores noſtris definitionibus profuturas. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus Epiſcopus dixit*. Si jubes, de codice lego. *Et alia manu*. Montanus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXIX. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit*. Sicut ſtatui, ab officio recitetur. *Navigius adjutor numerorum recitavit*. Poſt Conſulatum D. N. Theodoſii Auguſti, [1] Idibus Septembris Carthagini. *Et cum recitaret*.

CLXX. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Antiquiora proferimus. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Nutaris dixit*. Interim iſta quæ antiquiora ſunt geſta in ſede illuſtrium habita poteſtatum, patimini relegantur. *Navigius adjutor numerorum recitavit*. D. N. Arcadio Auguſto VI. & Probo viro clariſſimo Conſulibus [2]. *Et cum recitaret*.

A CLXXI. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Quæ priora ſunt, ab officio ſuggerantur.

CLXXII. *Rufinianus ſcriba viri clariſſimi curatoris dixit*. Ea ſunt priora quæ in codice oblato [3] continentur.

CLXXIII. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Ecce antiquiora proferimus. *Et alia manu*. Recognovi. *Rufinianus ſcriba viri clariſſimi Curatoris dixit*. Siquidem, ſicut ſuggeſſimus, conſulatum contineant Theodoſii Auguſti & Rumoridi viri clariſſimi, alia vero conſulatum contineant D. N. Arcadii VI. & Probi viri clariſſimi.

CLXXIV. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & B Notarius dixit*. Ea quæ antiquiora ſunt recitentur. *Navigius adjutor numerorum officii viri clariſſimi & ſpectabilis Vicarii recitavit*. Æquitatem tuam petimus, Septimine vir clariſſime, Proconſulum ſumme ſublimis. Multa contra divinas, humanaſque leges ab hæreticis de parte Donati Eccleſia Catholica ſuſtinet, quæ ſi vel anterioribus vel recentioribus imperialibus juſſis prohibenda & tollenda poſtulanda vellemus, nequaquam audere deberent de noſtris actionibus conqueri, ſcientes ſe, cum nulla tali lege adjuvarentur, ſchiſmaticos tamen ſuos Maximianiſtas per judicum juſſa locis ac ſedibus eorum pellendos exturbandoſque curaſſe. Verumtamen nos ſaluti eorum & noſtræ exiſtimationi pacifice conſu- C lentes, propter caritatem qua Chriſtiani ſumus, leniter eos volumus admonere, ut errorem ſuum cogitando & agnoſcendo non negligant; aut ſi putant ſe habere aliquid veritatis, non eam furioſis Circumcellionum violentiis contra publicam quietem, ſed tranquilla rationis redditione defendant. Unde petimus ſublimitatem tuam ut cum eos de hac re per magiſtratus ſive in civitatibus, ſive in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiam nobis præberi geſtorum, & eos ex allegatione noſtra honeſte convenire præcipias: quod conſecuti, agamus excellentiæ tuæ apud Deum uberes gratias. Data ab univerſis Epiſcopis Catholicis [4] ex Concilio Carthaginienſi D. N. Theodoſio Auguſto & Ru- D morido viro clariſſimo Conſulibus, idibus Septembris Carthagine. *Septiminus vir clariſſimus Proconſul dixit*. In quolibet loco Antiſtitibus legis venerabilis ob quietis imperium geſtorum conficiendorum tribuitur facultas; hoc etiam tenore hujus præceptionis limitato, ut intelligant ſe deviæ plebis magiſtris ſalubriter petentibus propriæ perſuaſionis ratiocinia perſolvere, ut rebus in medio prolatis, amica legis moderatio ſervetur, ſuperſtitione ſupploſa. *Quo recitato*,

CLXXV. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Petitor eſt qui petit, an quid vocabitur? *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

E CLXXVI. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Hæc poſtulavimus, ſed præcedentibus veſtris criminationibus & accuſationibus. Nam proferimus antiquiſſima geſta, quibus veſtri majores tunc in tempore ad Anulinum venerunt Proconſulem, & illi chartas in quibus dicerent majorum noſtrorum crimina eſſe conſcripta, obtulerunt, & rogaverunt ut eaſdem ad Conſtantinum Imperatorem miſiſſet. Has offerimus, & petimus nobilitatem tuam ut eas ſuſcipi ab officio & ex ordine recitari præcipias. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXXVII. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Libellus datus a vobis evidenter o-

1. *Legendum* D. N. Theodoſio PP. Auguſto & Rumorido V.C. Coſſ. ut infra. Annus eſt 403. 2. Anno 406.

3. *Oblato*] Scilicet, a Donatiſtis.
4. *Ex con.. Carth.*] Ann. 403.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

stendit schismatis & hæreseos crimen objectum; quod A probare vos convenit.

clxxviii. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Omnia probabuntur, si ea quæ obtulimus, & suscipi & ab officio recitari præcipere fueris dignatus. *Et alia manu*. Recognovi.

clxxix. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit*. Universa per ordinem recitentur.

clxxx. *Emeritus Episcopus dixit*. Ergo loco est petitoris. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Cum chartæ fuerint recitatæ, petitor facilius invenietur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Licet ex his gestis petitorum loco adstare videantur, tamen me- B lius & evidentius approbabitur cum omnia fuerint recitata.

clxxxi. *Petilianus Episcopus dixit*. Si in forensem conflictum revertimur, constat eos legis divinæ fecisse jacturam. Respondeant igitur etiam atque etiam quod exegi, utrum legibus publicis agant, an legis divinæ conflictu. Eligant alterum de duobus. Utrumque enim tenere non possunt. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi.

clxxxii. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Hæc quæ sanctitas vestra obtulit relegenda non ambigitur, quia in judicio viri spectabilis Proconsulis acta sunt, ad forensem disceptationem absque dubio pertinere. Unde, sicut interfatus C sum, ut diligentius ostendatur qui loco petitoris adsistat, etiam illa patimini recitari.

clxxxiii. *Petilianus Episcopus dixit*. Contra ista præscribo. Si forensis est actio, hujus temporis caussam audire præceptus es, vir nobilis. Si simpliciter & Ecclesiastico more res geritur, acquiescam in ea quæ lege divina proferuntur, vel a me, vel a parte diversa. Si autem annosas, antiquasque chartulas cupiunt recitare, habeo pro me validas præscriptiones, recito illud tempus cujus contestatione prætermissionem interim feci. Lapsum caussa incurrit, non potest rursus audiri. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Crimina traditionis objiciunt. D *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Hoc caussæ est. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Redde vicem, auditus es, cum prosequereris, nobis patientibus. Crimina traditionis Ecclesiæ quam tenemus objicere consueverunt. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Legaliter agit, an more forensi? *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Prior chartas obtulisti. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit*. Redde mihi tempus. Calculetur officium de temporibus, utrum hodierna die caussa dicenda sit, si ad forenses descendimus actiones. *Et alia manu*. Petilianus Epi- E scopus appellatione incolumi recognovi.

clxxxiv. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam vestra sanctitas in hac parte judicare deberet. Constat enim ex consensu utriusque partis judicium fuisse dilatum. Cur nunc superfluo temporis præscriptionem objiciendam esse creditis, cum eam constet ex consensu partium fuisse seclusam? Unde nunc ea quæ ad caussam pertinent, peragi debere manifestum est.

clxxxv. *Petilianus Episcopus dixit*. Quia ipsi se ad forensia contulerunt, ideo forensia postulavi. Respondeatur mihi ad ea quæ postulo. Forensi more agit, an Ecclesiastico? *Et alia manu*. Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

clxxxvi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Respondeatur objectis. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si patiantur. Ecclesiæ quam tenemus (sicut omnes noverunt, quorum solent animos suis sollicitare criminationibus, & etiam sui mandati tenore declararunt) Ecclesiæ, inquam, quam tenemus, crimina solent traditionis objicere. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus Episcopus partis Donati dixit*. Profiteantur ad quæsita, professionem petivimus, non conflictum. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

clxxxvii. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si horum criminum jacturam faciunt, de chartis publicis nihil proferimus. Si autem in eadem criminatione persistunt, chartis publicis docemus hanc caussam olim esse finitam, nec tamen eos ab hujusmodi objiciendis criminibus cessavisse. Unde nunc collationem istam poposcimus, non ut illam caussam traditionis quam Cæciliano & ejus collegis objiciebant, suscipiamus denuo finiendam, sed demonstremus olim esse finitam, ut hoc cognoscentes populi qui nesciunt, & istorum adhuc criminationibus commoventur, tandem aliquando cognoscant in qua Ecclesia Christianæ salutis viam requirant. Si ergo de Ecclesia quæritur quæ sit, quanta sit, qualis sit, sola divina testimonia ad eam demonstrandam sufficient. Si homines appellant, si hominibus crimina intendunt, quamquam Ecclesiæ caussa ab hominum caussa distinguenda est, nec in hominibus spes ponenda est Ecclesiæ, si boni sunt, neque si mali sunt, judicanda est Ecclesia Dei periisse: sed tamen etiam ipsorum caussam tamquam fratrum nostrorum suscipimus, & si nobis ostendi potuerint criminosi, hodie illos anathemamus; non tamen propter illos Ecclesiam a Deo promissam & exhibitam deserimus aut relinquimus. Ipsi ergo eligant quod volunt. Non objiciant crimina hominibus, & chartæ cessabunt. Sola divina loquetur auctoritas; sola Dei scriptura, cui utrique subdimur, in medium proferetur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Quid refertur his?

clxxxviii. *Emeritus Episcopus Partis Donati dixit*. Prolixæ orationi respondere non possum. Tamen summatim, ut valeo, quæ superflue in judicium missa sunt ventilabo, cum optationes a nostris partibus propositas ne vel relectione confundant, ut neque velint esse petitores, neque se dicant responsores adstare, intulerintque nostris partibus prosecutionem, ut si forensis regulæ ordinem tenent, conditionalis diei non omittam internis sensibus notionem; si autem legalibus magis cupiunt in judicio conluctari, divinis scripturis nos eis necesse est respondere. Primum est autem quod in judicio flagitamus, ut quoniam de mandatorum suorum allegatione in judicio vacillant, quippe cum unum legentes, aliud negent, dicantque tamen se legatos ad Imperiales aures destinasse antea, secutumque est identidem, ut ex responsione gestorum dilucide claruisset, utrum nos inquietatores essemus, an inquietati ad judicium veniremus, his tot propositionibus respondere nolentes, ad alia se nescio qua argumentatione dejiciunt; quæso, vir nobilis, constituant gradum, dicant se quo ordine quave actione in judicio consistant. Nos enim, qui adducti sumus ad disceptationem, petitoris loco adstare non possumus. Ipsos necesse est proponere, ut eorum propositionibus pars nostra valeat respondere. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

clxxxix. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ*

dixit. Si petitoris loco adsistunt qui crimina objecta defendunt, tuæ nobilitatis est pronuntiare. *Et alia manu*. Recognovi.

CXC. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Etiam prosecutione viri venerabilis Petiliani id constat fuisse signatum, ut utrum pars Catholica, quod nomen sine præjudicio dicere me multis interlocutionibus patefeci, jure publico agi vellet, an certe divinis testimoniis, evidenter ostenderet. Sed denuo ad quæsita responsum est, ita ut evidentissime monstraretur, si crimina non objicerentur, a documentis publicis discedendum, quæ probari non posse aliter nisi publicorum certum est attestatione gestorum: sin vero caussa Ecclesiæ tractaretur, legalia tantum testimonia proferrentur. De quibus quid placeat, evidentius designetur.

CXCI. *Petilianus Episcopus dixit*. Duo sunt quæ præter cetera a diei hujus principio cœpimus ventilare. Unum, ut ipsi legissent quid Imperatori clementissimo suggesserint; aliud, utrum disceptationem legis divinæ tenere cupiant, an publicas leges. De utroque nihil mihi aperte responsum est. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CXCII. *Possidius Episcopus Eccles. Catholicæ dixit*. Ad omnia esse responsum superiora testantur gesta. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCIII. *Petilianus Episcopus dixit*. Pervidet igitur sublimitas tua sensim nos ad caussæ interna deduci: pervidet illa tua præstantia atque vivacitas sensus, magis mihi interlocutionibus nobilitatis tuæ quam responsionibus adversariorum fuisse responsum. Igitur evidentius aliquid decernatur, evidentius constet, noverim quid debeam respondere. Mihi enim, sicut tua meminit nobilitas, idem a patribus meis mandatum est, ut objectis respondeam, non ut objiciam aliquid. Non enim loco petitoris adsisto, sed responsuri. Qui sæpius apud Imperatoris aures & coram omni populo sane apud se constituto, in crimen nos invidiamque deducunt, ut hæreticos nominent, ut schismaticos quoque appellent, hoc doceant, hoc diluo, huic rei responsurus sum, si modo se ad legalia convertant, ipsiusque legis quærant responsa atque judicia. Sin vero utraque miscent, evidentius designetur. Noverim genus actionis, nemo me reprehendat in publico, nemo bonæ caussæ infirmum esse judicet defensorem, nemo judicet obliquum, nemo adversarium dolosum ac licentiosum, cui omnia permittuntur; ut cum de his justa atque evidentia requirantur, libeat illis delicate quomodo voluerint nebulas ac tenebras obtendere, ut veniri non possit ad cardinem veritatis. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CXCIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Duo sunt quæ sanctitas tua credidit postulanda; unum, ut mandatum in quo legati delecti sunt a parte e diverso sistente relegeretur; aliud, utrum a divinis legibus recederent, evidentissime demonstrarent. *Petilianus Episcopus dixit*. Respondeant breviter ad utrumque. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Uni rei, quoniam mea intereat, ipse respondi. Nec enim de his legatis poteram dubitare, de quorum legatione pronuntiaverat clementissimus Imperator, ut in ejus injuriam refricari aliquid videretur. Aliud vero eorum constat prosecutionibus definitum, quibus id evidenter ostensum est, velle se a publico jure sub ea conditione discedere, si de personarum criminibus taceretis. Unde quoniam hinc conflictus tantum remansisse cognoscitur, ut qui petitoris loco adsistat evidentissime demonstretur, quoniam gesta a vestra parte oblata recitata sunt, patimini denuo etiam ea quæ a diversa parte offeruntur, ab officio recitari.

CXCV. *Petilianus Episcopus dixit*. Cujus gesta sunt quæ a partibus meis recitata sunt? Si absentes essent e diverso sistentes, licuit tibi, vir nobilis, absentum partes judiciario animo defensare. Nunc præsentes sunt. Ipsi mihi respondeant, ipsi edicant, ipsi ad utraque quæ proposui, respondere non differant. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Nec respondere nos permittis. *Petilianus Episcopus dixit*. Tuum est pronuntiare quid audias; illorum est agere caussam qui adversus me loco petitoris. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.)

CXCVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Hoc pronuntiavit, ut ex gestorum lectione hæc omnia possint diligenter agnosci. *Petilianus Episcopus dixit*. Ipsi dicant, ipsi profiteantur. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus incolumi appellatione recognovi.

CXCVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Jam diximus unde agamus potius, id est, utrum publicis documentis an divinis testimoniis. In vestra est positum potestate. Si enim a criminibus hominum cessatis, & nos cessabimus a publicis documentis, & solam Ecclesiæ caussam divinis testimoniis afferemus. Si autem ab hominum criminibus non desistitis, necesse est nos & a vobis publica documenta flagitare, & contra vos publica documenta proferre. Hoc autem cum cognitori insinuaremus, quia illi de corde non est excussum multiplicibus & superfluis prosecutionibus vestris, ideo vobis jam a nobis hæc acta esse ipse respondebat, non partes nostras agens, sed suas, cui jam insinuavimus, ejusque cordi penitus infiximus quid dicamus. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCVIII. *Adeodatus Episcopus dixit*. Quo ordine agere debeamus, in nostra non est positum potestate, cum ipsum venire in nostra potestate non fuerit. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi.

CXCIX. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Ergo ad interrogata respondete. Receditis a criminibus traditionis? Respondeant ad breve interrogatum nostrum. Facitis jacturam criminum quæ soletis objicere Cæciliano & collegis ejus, an in eadem criminatione persistitis? *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ad quæsita respondete.

CC. *Emeritus Episcopus dixit*. Breve suum dicit esse postulatum, breve nostrum debet esse responsum. Omnis actio duas solet suscipere personas, petitoris & e diverso respondentis. Cum hæc caussa suum ordinem teneat, conflictumque desideret, quid est quod ante principia negotii, quasi quædam mihi electio ex adversa parte proponitur, ut dicam, utrum criminibus intentatis Cæciliani refrager, atque ab iisdem quæ objeceram sileam, an objecta in judicio valeam confirmare? Memento Judicum summe, sicut adsoles, qui sit ordo dicendi. Nemo enim adversum se adstanti dicit: Elige tibi utrum me accusas nec ne. Nemo dicit: Intentaturus es crimen, an nihil mihi in judicio oblaturus est, & intentionibus tuis mutum quoddam silentium imponens, inanis ac sine ratione de tam longinquis regionibus venisse dicaris, cum ad hoc ego adsistam, ut si me ipse dixerit illa dixisse quæ graviter ferre

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



aut Imperialibus auribus, aut in suo mandato subscripsit, tum demum eligam atque respondeam, utrum velim intentionibus ejusdem secundum prosecutionis suæ tenorem legum confirmatione robustus accedere, an me ab hac actione removere. Videt præstantia tua me respondere non posse, cum incertum dixerit, cum nihil tale proposuerit cui debeam revocare responsum. Dico enim eum utrum petitor an responsor stet. Ille mihi dicit: Si Cæciliani causam intermiseris, tunc petitor sum; si autem non prætermiseris, necesse est me respondere ad ea quæ videntur objecta. Si times Cæciliani causam, metuisque tibi aliquid objectum, tu proponere, tu instituere actionem in judicio debebis. Adtrahe me & in publicum colloca. Dic me aliquod tibi crimen quod ad aures Imperatorias detulisti, per publicam conscientiam commendasse. Cum ego autem de te magis expetam quid audieris, quid me dixisse, quid me insinuasse judiciis intimes, cur metuis, cur vereris actionem istam in judicio firmare? Nimirum illud attendis, ne petitoris suscipiens personam, eaque in judicium mittis, aut accepta, aut dicta, aut ab aliquo promulgata docere in judicio compellaris. Attende, vir nobilis, in quo statu sit ista causa, cum ego, qui pulsor, petitionem illorum promi in judicium petam, eosque qua possum postulatione deprecor semper ne moratoriis ad negotii cardinem venire minime permittamur. Non ergo ex nostra parte est quod adhuc usque nihil de negotio gestum est, cum si personam suam judiciis adstruere voluissent, necesse nos erat objectis illico respondere *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*: O breve responsum! Quam multum dicitur, ubi inveniri non potest quid dicatur! Breviter respondi ego postulationibus tuis. Voluisti ex me scire, utrum legalibus testimoniis divinis agam, an publicis gestis. Respondi: Si recedis a criminibus quæ non possunt nisi gestis publicis declarari, recedo a publicis gestis, & solis divinis testimoniis asferam causam Ecclesiæ quam defendo. Si autem tu ab illis criminationibus non vis recedere, nec ego recedam ab eis documentis, quibus te ostendam falsa crimina vel nobis vel ipsi Ecclesiæ quam retinemus objicere. *Et alia manu*. Recognovi.

CCII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ad hæc plene constat esse responsum. Quæ autem pars loco petitoris adsistat sciri omnino non poterit, nisi ex recitatione gestorum; quæ, ut statui, quoniam a parte vestra quæ oblata sunt, constat esse recitata, tandem aliquando perlegantur.

CCIII. *Petilianus Episcopus dixit*. Nemo duo eligit de duobus. Cum ergo proposuerim ut alterum elegisset, ille sibi ambo evidentius vindicavit. Non timeo, non recuso, si hoc potest esse retinendum. Serva mihi primitus tempora legum, statuatur dies. Respondeat officium de die causæ cognoscatur lapsus fuisse. Hinc judica, hinc debes ferre sententiam. Siquidem contra me sententiam ferres, si forte defuissem. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Si die decimo quinto venerunt, ut ad quartumdecimum occurrerent, quare octavo Kalendas constiterunt? *Et alia manu*. Recognovi.

CCV. *Petilianus Episcopus dixit*. Non inquietasti, scivi te lapsum, superflue ingressus sum judicium, qui intrare non debui post diem lapsi negotii. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus, appellatione incolumi recognovi.

CCVI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Quare ad Kalendas se promisit adfuturum esse Primianus? *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Hoc jube recitari. Quamvis ista transacta sint, quamvis ad illusionem populorum has nebulas injiciat pars diversa, tamen etiam hoc petimus, præcipias recitari, ut sic saltem cognoscant, quam impudenter hæc iterum repetant quæ jam ante transmissa sunt. *Et alia manu*. Recognovi.

CCVII. *Petilianus Episcopus dixit*. Dum non vis designare alterum de duobus, ambo tenens, facis me eadem repetere. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCVIII. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Sciunt se in causa Ecclesiæ nihil habere. Ideo moratoriis agunt. Quapropter quoniam illa jam transacta sunt, ut cognoscatur qui sit petitor, jube antiqua gesta recitari. *Et alia manu*. Recognovi.

CCIX. *Petilianus Episcopus dixit*. Si legibus publicis uti vis, præscribo ne legas. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Contra consensus proprios quod legibus inhibetur, venire desideras. Ex consensu enim partium constat primum dilatum fuisse judicium, ut alio die, vel tertio, vel certe post editionem gestorum, negotium tractaretur. Unde, ut quis loco petitoris adsistat diligentius declaretur, gesta recitentur.

CCXI. *Petilianus Episcopus dixit*. Servarem consensum, si & ipsi servarent. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognuvi.

CCXII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Recitentur gesta. *Adeodatus Episcopus dixit*. Contra hæc serva quæ competunt. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ea quæ rationi & æquitati competere potuerint, salva erunt.

CCXIII. *Adeodatus Episcopus dixit*. Si enim consensus servandus est, & retinendi sumus ad consensum nostrum, debent etiam nobis ipsi fidem sui consensus, qui se legibus divinis acturos esse promiserunt. *Et alia manu*. Adeodatus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Sed causam Ecclesiæ, non causam Cæciliani & collegarum ejus, quibus crimina intenditis. Ecce pollicemur, & totiens pollicemur quotiens exactum fuerit a nobis, & cum non exigitur, offerimus, Ecclesiæ caussam non nisi divinis testimoniis firmamus, docemus, ostendimus; Cæciliani autem & quorumlibet hominum non nisi his documentis quibus solent ista vel demonstrari, vel purgari. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Ista frequentius dicta sunt. Unde quoniam constat primitus petitoris personam debere disquiri, gesta recitentur. *Martialis exceptor recitavit*. Incipit relatio Anolini Proconsulis, ubi ostendit Donatistas Cæciliani causam ad Imperatorem Constantinum detulisse. *Et cum recitaret*.

CCXVI. *Montanus Episcopus dixit*. Ut quid iste titulus legitur? *Et alia manu*. Montanus Episcopus salva appellatione recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Neuter titulus actis inseretur. *Martialis exceptor recitavit*. Augustis nostris Anolinus vir clarissimus Proconsul Africæ. Scripta cælestia Majestatis vestræ accepta atque

adotata Cæciliano & his qui ſub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio mea apud acta parvitatis meæ inſinuare curavit. *Et cum recitaret*,

CCXVII. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Unde hoc profert, ex publico ſcrinio, an de ſuo? *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

CCXVIII. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Legat, & tunc de nobis exigat hujus lectionis firmitatem. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXIX. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Ante lectionem unde proferas evidenter oſtende.

CCXX. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Si inde dubitant, archiva Proconſulis requirantur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam in archivis publicis ea quæ recitantur ineſſe dixiſti, ſicut cœperat officium, omnia relegere debebit. *Martialis exceptor ex ſuperioribus geſtis recitavit*. Eoſdemque hortata eſt, ut unitate conſenſu omnium facta (cum omni omnino) munere (indulgentia) Majeſtatis veſtræ liberati eſſe videantur, Catholica cuſtodita, ſanctitati legis debita reverentia, ac divinis rebus inſerviant. Verum poſt paucos dies extiterunt quidam, adunata ſecum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique faſciculum in aluta ſignatum, & libellum ſine ſigno obtulerunt dicationi meæ, atque impendio poſtularunt ut ad ſacrum ac venerabilem comitatum numinis veſtri dirigerem, quæ manente Cæciliano in ſtatu ſuo, ſubjectis eorumdem actis, quo cuncta Majeſtas veſtra poſſit dignoſcere, parvitas mea dirigere curavit. Tranſmiſi libellos duos, unum in aluta ſignatum ita: *Libellus Eccleſiæ Catholicæ criminum Cæciliani traditus a parte Majorini*. Item alium ſine ſigillo cohærentem eidem alutæ. Datum die decimo ſeptimo Kalendarum Majarum Carthagini D. N. Conſtantino Auguſto III. Conſule. *Quo recitato*,

CCXXI. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Quis eſt iſte qui agit? Cæciliani filius eſt, an non? *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus, ſalva appellatione recognovi.

CCXXII. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Ne vobis dicatis patrem in terra, ſimul audivimus, ſimul legimus, ſimul populis prædicamus. Quid de me quæris utrum ſim filius Cæciliani? Cæcilianus, ſi innocens fuit, gaudeat de ſua innocentia, me congaudente, non in ejus innocentia me ſpem meam ponente. Si autem nocens fuit, quod fortaſſe diſcuſſa cauſa vel ſic, vel aliter declarabit, ſuſtinuit eum Eccleſia quam teneo, ut a ſimilitudinibus dominicis non recedam, ſicut paleam in area, ſicut in eiſdem paſcuis hædos, ſicut in eiſdem retibus piſces malos; non tamen propter malos nos aut aream dominicam deſerere debemus, aut retia dominica nefaria animoſitate diſſenſionis abrumpere, & in mare ante tempus littoris proſilire. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXIII. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Sic ut ſtatutum eſt omnia relegantur. *Emeritus Epiſcopus dixit*. Jube nos proſequi. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit*. Agite. *Emeritus Epiſcopus dixit*. Recitata ſcriptura quam pars adverſa protulit. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.)

CCXXIV. *Fortunatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Quis poſſit eſſe petitor, his geſtis poterit inveniri. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXV. *Emeritus Epiſcopus dixit*. Recitata ſcri- A ptura quam pars adverſa protulit, conſors meus juſta proſecutione ſignavit nomen ſibi imponere debere eum, qui cauſſam defendit in judicio Cæciliani. Sed arctatus his nodis veniens e diverſo, quaſi quodam lubrico fugere atque elabi conatur, duas in judiciis inferens perſonas & geminas actiones. Dicit enim: Si Cæciliani perſona pro objectis criminibus poterit deſtrui, Eccleſiæ, inquit, nihil oberit, cum unius hominis perſona deſtructa adſtare videatur in fide. Quid ergo opus eſt, vir ſublimis, Cæciliani cauſſam in medium mittere, ſi nihil obeſt his, ſi nihil adverſus eos facit; aut cur in judicio defenditur vel accuſatur? Cum enim dicat neque ſibi obeſſe ejuſdem reatum, neque poſſe aliquam nebulam vel ma- B culam Eccleſiæ innectere, vides ergo ſuperflue Cæciliani nomen in judicium miſſum, cum hac quaſi peremtoria præſcriptione excuſatus eſſe videatur, ut ſi reus ſit, ab Eccleſia videatur extraneus; ſi innocens, quaſi objectis criminibus purgatus atque liberatus, bene in Eccleſia ſua ſtetiſſe videatur. Judica, vir ſublimis, unum eos tenere debere; ſi Cæciliani cauſſam defendunt, ſuperbire ſe & proſequi ea quæ in judicio adverſus Cæcilianum de veritate promuntur. Si autem dicunt obeſſe ſibi omnino non poſſe quid fecerit Cæcilianus, quid opus eſt Cæciliani cauſſam in medium mittere, cum eis obeſſe non poſſit ſi fuerit in judicio reus manifeſtiſſimus deprehenſus. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus ſal- C va appellatione recognovi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Doceatur a parte diverſa quod quæritur.

CCXXVI. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Cæciliani cauſſam vel collegarum ejus ſolent ipſi Eccleſiæ Catholicæ objicere, vel ut ſine controverſia loquar, ipſi Eccleſiæ quam tenemus. Proinde, ut video, magnum volunt adferre compendium. Si hanc cauſſam non objiciunt Eccleſiæ quam tenemus, dicant quid ei objiciant. Si enim nihil, quare ſeparamur? Si aliquid præter cauſſam Cæciliani, id ipſum offerant, id oſtendant. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXVII. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Tu quis es? D Filius es Cæciliani, an non? Tenet te crimen Cæciliani, an non, ſi fuerit? *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus appellatione incolumi recognovi.)

CCXXVIII. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. Ego in Eccleſia ſum in qua Cæcilianus fuit. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXIX. *Petilianus Epiſcopus dixit*. Unde cœpiſti? Quem habes patrem? Alioquin ſi patrem tuum damnaveris, hæreticum te eſſe profiteris, qui nec originem vis habere, nec patrem. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXX. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit*. In Eccleſia ſumus, in qua Cæcilianus Epiſco- E patum geſſit & diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus, ejus memoriæ communicamus, tamquam memoriæ fratris, non tamquam patris aut matris. Quæris autem a me unde communio mea ſumat exordium. Dominus ipſe Chriſtus aſſerit exordium communionis meæ dicens: [a] *Oportebat Chriſtum pati & reſurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem*. Cœpit iſta prædicatio ab Hieruſalem, inde ſe ab illuſtriſſimo exordio diffudit, diffundens Eccleſiam quam tenemus; primo per vicina, deinde per longinqua, etiam in Africam venit. In hanc oculos aperimus, hanc in divinis eloquiis & teſtimoniis ſicut ipſum Dominum Chriſtum & redemtorem noſtrum com-

a Luc. XXIV. 26.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

perimus. Ab illo Deo patre, ab hac Ecclesia matre, nullius me hominis crimina, nullius calumniæ separabunt. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXXI. *Petilianus Episcopus dixit.* Cæcilianus tibi pater aut mater est, ut dixisti? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Jam audisti quia frater erat. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Frater non est qui generat filios. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Nec patrem nec matrem sibi esse Cæcilianum apertissima prosecutione signavit. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Cæcilianus non est pater meus. Si bonus est frater, meus est bonus; si malus est, frater est malus. Tamen propter sacramenta frater est, sive bonus, sive malus. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ut nec patrem suum nec matrem Cæcilianum fuisse diligentius demonstretur, ejusdem prosecutio superior relegatur.

CCXXXIV. *Petilianus Episcopus dixit.* Satis illos defendis per Deum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Ecce dico, quoties voluerint dico, Cæcilianus non est pater meus, quia audio Dominum meum dicentem: [a] *Ne vobis patrem dicatis in terra: unus est pater vester Deus.* Dico Cæcilianum fratrem, bonum fratrem, si bonus; malum fratrem, si malus est, quoniam propter communia sacramenta frater meus est. Si autem judicium de illo meum vis etiam innocentem credo, appetitum falsis criminationibus existimo, sed tamquam homo de homine existimans, non tamquam certum aliquid credens. Tu si objicis Ecclesiæ crimina Cæciliani, adsisto, defendo tamquam fratris, ostendens non pertinere ad Ecclesiam, nec ad ejus caussam, nec ei præjudicare; & sic demonstro nihil te objicere Ecclesiæ Catholicæ, etiamsi vera fortasse, quod nullo modo poteris demonstrare, sint crimina Cæciliani. Si autem nec ipsa vera potueris demonstrare, etiam te judice vides ubi remanseris, & quid rejecta tandem animositate erroris eligere debeat, ut nobiscum teneas veritatem, nobiscum amplectaris damnato errore caritatem. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXXVI. *Petilianus Episcopus dixit.* Ipsa sunt illa ambigua quibus ab hodierni diei percurrit principio, nec tamen se alterum tenere aliquando professus est, cum utraque magno amplexu retineat, utrumque metuens dimittere vel tenere. Tandem aliquando expressius dicat, utrum patris loco habeant Cæcilianum, ex quo deducta est ista progenies. Non enim potest aliqua res sine generatore suo nasci, aut sine capite incipere, aut sine radice sua crescere. Videt igitur nobilitas tua se originem non habere sæpius protestatum. Si igitur originem non habet, ipse est magis hæreticus, qui non habet patrem, qui habitum patrem judicio suo damnavit. Adstipuletur igitur, ut si criminosum patrem ejus constiterit, eum crimina teneant; si autem innocentem, necesse habeat esse filius innocentis; ita quoque e diverso necesse habeat ut sit filius criminosi, si constiterit criminosum. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Habeo caput, sed Christus est. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Diligentius demonstretur utrum patrem vestrum Cæcilianum, aut matrem, sicut quæsitum est, esse dicatis. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Habeo caput, sed Christus est, cujus Apostolum audio. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.)

CCXXXVIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Quis te ordinavit ut Episcopus esses? *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi salvo appellationis effectu.

CCXXXIX. *Montanus Episcopus dixit.* Et quid est quod dicit Apostolus Paullus: [b] *Et si decem millia pædagogorum habueritis in Christo, sed non multos patres. Per Christum enim ego vos generavi per Evangelium.*

CCXL. *Cumque streperent, Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* De tumultu testatum sit. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXLI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ad quæsita responde.

CCXLII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Habeo caput, sed Christus est, cujus Apostolum audio dicentem: [c] *Omnia vestra, vos autem Christi, Christus vero Dei.* Nam & ubi se patrem dixit Apostolus, ne ipsius paternitatis velut basem humanam infirmitatem crederemus, addidit. *Per Evangelium ego vos genui.* Semen ergo & vena seminis mei de Evangelio ducitur. Honorificentiæ caussa patres appellamus eos qui nos vel tempore, vel meritis præcesserunt. Aliud est cum quærimus ad fidem quem habeamus patrem, ad salutem æternam quem habeamus patrem, ad retinendam Ecclesiam, & percipienda Dei promissa quem habeamus patrem. Nam illud honoris est, ut quotidie senibus dicamus, *Pater.* Quotidie etiam quibusdam non nobiscum in una Ecclesia, nec in iisdem sacramentis constitutis, dicimus, *Frater.* Sodomitis etiam dixit Loth, *Fratres*, utique ad leniendum eorum animositatem, non ad cognitam fraternitatem, & quasi unius hereditate consortium. Tollantur ergo ista, distinguamus vocabula quæ hominibus propter honorem debentur, & vocabulum quod propter salutem requirimus. Pro salute æterna, pace Apostoli dixerim, imo jubente Apostolo dixerim, non pater meus Apostolus est ad salutem æternam, qui mihi dicit. [d] *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* De hoc Dominus dixit. *Nolite vobis dicere patrem in terra.* Utique scivit dicturum Apostolum. *Per Evangelium ego vos genui.* Non enim Domino dicente. *Ne vobis dicatis patrem in terra*, contrarius futurus erat Apostolus dicens: *Etsi multos habeatis patres, per Evangelium ego vos genui.* Sed quia distinxit ad quam rem patrem nobis constituerit Dominus, & pro qua honorificentia eum Apostolum possemus patrem accipere, ideo sic locutus est, ut ejus oratio non esset contraria Dominicæ veritati. Patres igitur quoscumque agnosco in terra, honorificentiæ caussa agnosco. Patrem salutis meæ non teneo nisi Deum, de quo mihi Dominus dixit, *Ne vobis patrem dicatis in terra*, & qui quotidie dicimus, *Pater noster qui es in cælis. Et alia manu.* Recognovi.

CCXLIII. *Petilianus Episcopus dixit.* Quis dicitur qui eum ordinavit? Dicat quis eum ordinavit. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ordinator ejus inquiritur. Unde quis eum ordinaverit evidentius designetur. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Quem?

CCXLIV. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Quid ad caussam pertineat veritatis unius-

a Matth. XXIII. 9. *b* I. Cor. IV, 15. *c* Ibid. III. 23. *d* Ibid. ℣. 6.

cujusque Episcopi ordinator, non satis agnoscimus. Testimoniis divinis pater Deus est edoctus. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus Episcopus dixit.* Quei vocatur qui eum ordinavit edicat. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus appellatione incolumi recognovi. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Ordinavit quem? Multi adstamus, multi assertionem caussæ secundum tenorem mandati suscepimus. Cujus ordinatorem quærit, aut quem quærit, exponat pars diversa, ut videamus utrum dignum sit ad hæc respondere. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXLV. *Adeodatus Episcopus dixit.* Augustinus hæc dixit. Dicat quis eum ordinavit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Non modo Augustini caussam suscepimus defendendam, qualemcumque ipse habet. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Adeodatus Episcopus dixit.* Hoc est indicium causæ desperatæ, ut cum nos flagitemus alia, alia respondeantur; ut quoniam objectis respondere non possunt, quærant alia quibus nebulas innectant. Dicat igitur Augustinus quis eum ordinaverit. *Et alia manu.* Adeodatus Episcopus salva appellatione recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Superflua quæri video. *Et cum diceret, Et alia manu.* Recognovi.

CCXLVI. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ad interrogata respondere dignare.

CCXLVII. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Superflua quæri video a fratribus nostris e diverso sistentibus; & ad ipsa superflua non denego responsionem, dum tamen Ecclesiæ causa, cui responderi nihil potest, in fundamento tutissimo conlocetur. Ego, cujus ordinatorem requiris homo sum Christianus, fidelis, quod Deo teste loquor, Catholicus. Unde adhuc ambigimus quis dignus hoc nomine vocitetur. Ego illam Ecclesiam defendo, hanc assero qualicumque voce, in qua quidquid fuero, illa Ecclesia est. Video quo tendas, humanas calumnias consectaris; & quæ soleatis jactare & dicere, non alienum est ab auribus vel a cordibus nostris. Megalius me ordinavit Primas Ecclesiæ Numidiæ Catholicæ, eo tempore quo ille me potuit ordinare. Ecce respondi. Prosequere, profer quæ præparas. Ibi etiam calumniosus appareas. Ecce dixi ordinatorem meum. Profer jam calumnias tuas. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXLVIII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Accepisti prosecutionem. Unde quid competat respondere dignare, licet hæc quæ de personis aguntur, cognitionem differre non debeant.

CCXLIX. *Emeritus Episcopus dixit.* Si nulla est actio personarum, cur Cæciliani in judicio faciunt mentionem? Aut enim juste timent, quod eum desiderant excusare; aut si superflua actio adversus Cæcilianum intenta liberat mores, vitam purgat, hoc ipsum debent legalibus testimoniis approbare. Dicimus etenim multis legalibus documentis, sacerdotum vitia, ac probrosos mores, & nefariam conversationem, maculam aut rugam Ecclesiæ semper inferre. Unde enim est quod Apostolus ait: [a] *Non habentem maculam neque rugam.* Et iterum: [b] *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse?* Multis etiam documentis lex divina diffunditur, quibus immaculata vita pastoris debeat cælestibus testimoniis approbari. Sed ne per longitudinem prosecutionis audientiæ fastidium faciam, aut forte prætercam quæ competunt caussæ, quoniam habemus in manibus divinorum sacramentorum collectam undique uniformitatem, idipsum potestas tua adversum eorum mandatum, quod legaliter se scripsisse dixerunt, jubeat recitari, ut post adsertionem nostræ prosecutionis lectionemque libelli, sive litterarum quas in judicio petimus recensendas, universa quæ nostris partibus competunt, specialiter peragamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCL. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Constare quidem primitus volueram, ut quis loco petitoris adstaret, ex recitatione gestorum evidentissime monstraretur. Sed si vultis ab hac me parte discedere, evidenter ostendite ut ea quæ offertis, debeant recitari.

CCLI. *Montanus Episcopus dixit.* Interim jube recitari, & respondebimus. *Et alia manu.* Montanus Episcopus salva appellatione prosecutionem meam recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur. *Romulus exceptor recitavit.* Flavio Marcellino viro clarissimo spectabili Tribuno & Notario Januarianus & ceteri Episcopi veritatis Catholicæ, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandavimus. *Et cum recitaret,*

CCLII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Quantum ex istius epistolæ quæ profertur principiis demonstratur, denuo aliud video processisse mandatum, cum post confirmationem personarum, ea omnia quæ partibus competunt vestro nomine debuerint judiciis intimari, quoniam ab illis post mandatum semel factum, constat transisse negotium.

CCLIII. *Emeritus Episcopus dixit.* In mandato suo legalia quæque se posuisse dixerunt. Hæc eadem legalia nos scripturis legalibus convincimus. Nihil absque mandato est. Imo ut audientiam præstantia tua præbeat, hoc rogamus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Non hæc proferri prohibui; sed rectius erat ut vestro nomine qui adsistitis, proferrentur. *Emeritus Episcopus dixit.* Cum actio nobis competat, scriptura mandati nihil interest, utrum ex nostra persona an ex eorum qui mandaverunt (proferatur) dummodo hoc ipsum jubeas recitari. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCLIV. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur. Ego enim, ne quod juris esset omitterem, id videor interfatus. *Romulus exceptor recitavit.* Magnum justi cognitoris indicium est, quod uni parti concesserit. *Et cum recitaret,*


CCLV. *Emeritus Episcopus dixit.* Non legit, non distinguit sensus. *Et alia manu.* Emeritus Episcopus recognovi.

CCLVI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Ipsi legant. Concedamus eis quod ipsi nobis concedere noluerunt. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Ecclesiastici Notarii ea relegant, ut apertius designetur, quæ a venerabilibus viris constat oblata. *Possidius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Scriptum sit ipsos petisse, ut a suis Notariis gesta quæ proferunt recitentur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Nihil interest a quo relegantur. *Petilianus Episcopus dixit.* Non de fide dubitatur officii, sed de pronuntiatione. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

CCLVII. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit.* Superflua est ista caussatio. Unde, ut diligentius omnia cognoscantur, ab Ecclesiasticis Notariis quod oblatum est recitetur. *Alypius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit.* Legatur concedentibus nobis, quod ipsi nobis concedere noluerunt.

a Ephes. V. 27. b I. Tim. III. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Habetdeus Episcopus dixit. Ego lego. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Lege.

CCLVIII. *Habetdeus Episcopus dixit*. Flavio Marcellino viro clarissimo & spectabili Tribuno & Notario, Januarianus & ceteri Episcopi veritatis Catholicæ, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandavimus, magnum justi cognitoris indicium est, quod uni parti concesserit, alteri non negare, ne uni parti favere, alteram premere videatur. Quod te pro tua prudentia & longe prospicere, & longius condecet præcavere, maxime cum populos edictis invites de audientiæ tuæ libramine judicare. Adversarii igitur traditores persecutoresque nostri cum elucubratum volumen sui B mandati, diuque conceptum & expositum actis ingererent, sine præjudicio equidem nostro libenter audisti. Quod ut huic epistolæ nostræ concedas, impendio postulamus. Non quo illorum prava perversaque doctrina nos terreat, sed ne labor sit defensoribus nostris, contra librum illorum prolixum, & contra prosecutiones eorum confligere, cum nec dies totus caussæ sufficiat, nec vox aut latera defensioni, ut liber cum libro, & defensio cum defensione concertet. Quare igitur hanc epistolam nostram petimus accipi atque inseri jubeas, tunc deinde caussam audire digneris. Adversarii enim nostri decursis testimoniis quibus Ecclesia cum laude sui ubique diffunditur, id prius mandant suis defensoribus per- C agendum, ut contra nos, qui Ecclesiæ defendimus puritatem, isto modo agant, ut eamdem Ecclesiam habituram in se permixtos simul bonos & malos usque in finem sæculi, dicant esse prædictam. Cujus rei caussam nos magis ostendimus Ecclesiam Domini in scripturis divinis sanctam & immaculatam fore ubique nuntiatam. Per Esaiam. [a] *Exsurge Sion, indue fortitudinem tuam Hierusalem civitas sancta, non adjiciet transire per te incircumcisus & immundus*. Et iterum: [b] *Dic filia Sion. Ecce tibi Salvator adveniet, habens mercedem & opus ante faciem suam, & vocabit illum populum sanctum redemtum a Domino. Tu autem vocaberis desiderata civitas, & non derelicta*. Et iterum: [c] *Confortamini manus* D *dissolutæ, & genua debilia confortamini. Qui estis pusillanimes, nolite timere. Dominus noster judicium retribuet, & ipse veniet, & salvos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, plana erit lingua mutorum, & claudus saliet sicut cervus: quoniam rupta est in deserto aqua, & fons in terra sitienti*. Et adjecit: [d] *Illic via munda & sancta vocabitur: & non transibit illic immundus, neque erit illic via immunda. Etiam illic non erit leo, neque ex bestiis malis ascendet in illa, neque invenientur in illa, sed ambulabunt illic redemti & electi*. De qua in Canticis Canticorum ex persona Domini scriptum est: [e] *Tota speciosa es, soror mea, & reprehensio non est in te*. Quod Paullus Aposto- E lus apertissime demonstravit dicens: [f] *Christus dilexit Ecclesiam, & semet ipsum tradidit propter eam, ut eam sanctificaret, purgans eam lavacro aquæ in verbo, & adjungens sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid ejusmodi, sed sanctam & immaculatam*. Et iterum: [g] *Despondavi enim vos uni viro virginem sanctam assignare Christo*. His ergo tot & tantis documentis de Ecclesiæ puritate, quæ per spiritum promittebatur, spretis atque contemtis, malos in illa inter bonos esse mansuros, per zizaniorum similitudinem incom-

A petenter affirmant, cum ipsam similitudinem Dominus interpretatus sit Apostolis suis dicens: [h] *Qui seminat bonum semen, filius est hominis. Ager autem est hic mundus; bonum autem semen ii sunt filii regni; zizania autem filii sunt maligni; inimicus autem qui seminat ea, diabolus est; messis autem consummatio sæculi, messores autem Angeli sunt*. Et cetera. *Ager*, inquit, *est mundus*. Non ergo Ecclesia, sed mundus, in quo boni simul & mali usque (ad) messem, id est, usque ad divinum judicium reservantur. Quia nec potest a Domino interpretata * immo corrumpere. Quoniam si Apostoli, ipsius Domini comites, in Ecclesia zizania, id est filios diaboli pullulantes, in sanctorum communione dimittendos esse didicissent, numquam Simonem, Erastum, Filetum, Alexandrum, Deman, Hermogenem, ceterosque consimiles, Ecclesiæ liminibus ejecissent. Immo, si ita esset, vacaret totum præconium scripturarum divinarum, quo jubentur polluti e medio sanctorum sacerdotum diligentia separari, dicente Domino per Moysem: [i] *Legitimum*, inquit, *æternum in progenies vestras, dividere inter sanctos & profanos, inter mundos & immundos*. Quod alibi neglectum in persona sacerdotum Spiritus increpat, dicens: [k] *Sacerdotes ejus repulerunt legem meam, profanabant sancta mea, inter mundum & immundum non dividebant, & inter sanctum & pollutum non separabant*. Ad hanc parabolam illud quoque adversarii subjungunt, paleas cum frumentis debere simul in Ecclesia permanere. Quod Hieremias repercutit, dicens: [l] *Quid paleis ad frumentum?* Et Paullus Apostolus: [m] *Quæ particula est fidei cum infideli, aut quæ communio luci ad tenebras?* Et Salomon: [n] *Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo*. Pisces etiam bonos & malos uno reticulo usque ad littus, id est, justos & injustos usque in finem sæculi simul contineri & protrahi confirmant, non intuentes hoc de reis latentibus dictum, quoniam reticulum in mari positum quid habeat a piscatoribus, id est, a sacerdotibus, ignoratur, donec extractum ad littus ad purgationem boni seu mali prodantur. Ita & latentes & in Ecclesia constituti, & a sacerdotibus ignorati, in divino judicio proditi, tamquam pisces mali, a sanctorum consortio separantur, sicut Dominus in Evangelio de latenti reo qui per obreptionem sacerdotes fefellerat, per figuram loquitur, dicens: [o] *Intrans*, inquit, *Rex videre recumbentes, vidit illic hominem non habentem vestimentum nuptiale, & ait illi: Amice, quomodo huc venisti? Ille autem obmutuit, & dixit Rex ministris suis: Auferte illum pedibus & manibus, & mittite illum in tenebras exteriores: illic erit ploratio & stridor dentium*. Secundum hanc igitur rationem, frustra dixerunt bonos propter malos sacrilega separatione non deseri, sed malos propter bonos pia unitate tolerari, cum propter hanc profanam permixtionem commoveri & sejunctionem maximam provocare alio loco Dominus indignatus ostendat. [p] *Pro eo*, inquit, *quod facta est mihi omnis domus Israel permixtio, omnes æramentum, argentum, ferrum, stannum & plumbum, in medio camini ardentis permixtum, propterea dicit: Hæc dicit Dominus: Propter quod facti estis omnes in permixtione una, ideo recipio vos in medio Hierusalem. Sicut recipitur æramentum, argentum & ferrum, & stannum & plumbum in medio camini, ad insufflandum in igni, ut confletur, ita recipiam vos in ira mea, & concremabo, & insufflabo in vos insuffla-*

a Isa. LII. 1. *b* Isa. LXII. 11. 12. *c* Isa. XXXV. 3-6. *d* Ibid. ✠✠. 8-10. *e* Cant. IV. 7. *f* Ephes. V. 25-27. *g* II. Cor. XI. 2. *h* Matth. XIII. 37-39. *i* Levit. X. 9. 10. *k* Ezech. XXII. 26. *l* Jer. XXIII. 28. *m* I. Cor. VI. 14. 15. *n* Eccli. XIII. 21. *o* Matth. XXII. 11-13. *p* Ezech. XXII. 18-22.


tionem ignis iræ meæ, & conflabimini in medio ejus, & scietis quia ego sum Dominus, qui effudi iram meam super vos. Contra hæc & talia quibus Ecclesia Dei a contaminatione permixtorum immundorum defenditur, clarum est adversarios qua conscientia patrocinantes erroribus malos nolint a bonorum communione discerni. Sequuntur enim apertissime blasphemantes, ut dicant Ecclesiam malorum delictis, etiam manifestorum non posse maculari, adhibentes exempla Prophetarum, qui licet increparent eos pro delictis, tamen se ab eis corporaliter non separarunt, cum ostendamus longe aliud fuisse illud tempus in quo frequentare baptismum toties quoties peccabant, permittebantur. Tamen etiam sic inveniuntur eidem prophetæ a malorum communione se abstinuisse, quando Sophonias propheta, qui ab Hieroboam in schismate positum missus, nec panem nec aquam jubetur accipere, qui circumventus, violato præcepto, a leone confectus est. Helias enim & Helisæus altaribus schismatis Samariæ numquam communicaverint, neque consenserint, qui magis in solitudine morabantur. Oseæ quoque propheta ostenditur, non interfuisse mysteriis eorum quorum sacrificia detestatur & damnat, dicens: [a] *Sacrificia eorum tamquam panis luctus. Omnis qui tetigerit ex eis, inquinabitur.* Amos denique quando potuit Samariæ mysteriis misceri, de quo pseudo-propheta ita regi invidiam facit, dicens: [b] *Conglobationes facit adversum te Amos in medio domus Israel. Non potest terra supportare sermones ejus, & ob hoc insuper expellitur.* Jam vero in ipsa Hierusalem quomodo poterant prophetæ sacrificiis peccantium hominum communicare, quæ ipsi divino spiritu pleni damnabant Esaia dicente: [c] *Quo mibi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum. Holocautomata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo, nec sic veniatis in conspectu meo. Quis enim exquisivit ista de manibus vestris? Calcare aulam meam non adjicietis: si attuleritis similaginem, vanum. Incensum abominatio est mibi. Neomenias vestras, & sabbata & diem magnum non sustineo. Jejunium & ferias, & dies festos vestros odit anima mea. Facti enim estis mibi in abundantia multa. Jam non parcam peccatis vestris. Cum extenderitis manus, avertam oculos meos a vobis: & si multiplicaveritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et iterum: [d] *Facinorosus autem qui sacrificat mibi vitulum, quasi qui canem occidat; & qui similam offert, quasi sanguinem porcinum; & qui tus in memoriam, quasi blasphemus.* Aggæus etiam non modo sacrificia, sed ipsam gentem peccatricem penitus exsecratur, dicens: [e] *Sic & populus iste, & sic gens ista: & si quis illuc accesserit, inquinabitur.* Et Malachiel: [f] *Vos o sacerdotes qui profanatis nomen meum, & dixistis, In quo profanavimus nomen tuum? & ponentes in altari meo panes pollutos, & dixistis, In quo polluimus illos? in eo ut diceretis, Mensa Domini benedicta est, & quæ superponebantur annullastis.* Et ita in omnibus prophetis invenies, quoniam si communicassent eis quos tantis vocibus condemnabant, prævaricationis crimen incurrerent. Quod ergo inter eos erant commorationis fuit, non communionis. In defensionem deinde sceleris sui auctoritatem sibi exemplo Judæ tra-

A ditoris assumunt, quo eum dicunt a Domino & præcognitum assumtum & cognitum toleratum, cum utique sine præjudicio præscientiæ suæ Dominus Christus Judam in Apostolorum numerum assumserit, cognitum autem sibi, non hominibus, hac ratione pertulerit, qua & hodie perferre videtur occultos. Scriptum est enim: [g] *Quæ occulta sunt mibi, quæ manifesta vobis & filiis vestris.* In Psalmis: [h] *Nonne Deus inquiret ista? Ipse enim scit latentia cordis.* In Regnorum: [i] *Homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Et in Apocalypsi: [k] *Et scient omnes Ecclesiæ quoniam ego sum scrutator renum & cordis.* Denique Domino cum discipulis recumbente & dicente: [l] *Unus ex vobis me tradet*, atque respon-
B dente eodem Juda, *Numquid ego sum Domine*, & ab eodem Domino audiret, *Tu dixisti*, detectum se protinus videns, confusus abscessit, sed cum ipsa postmodum turba ad tradendum Dominum venit. Vadant ergo cum suo Juda patrono inimici dominicæ veritatis, qui suo more defendere reos manifestissimos elaborant. Item ad defensionem pollutæ permixtionis suæ verba Apostoli objiciunt, quibus ait: [m] *Sive per occasionem, sive per veritatem* [n] *miserebor* [1], *quoniam filii fornicationis sunt, quia fornicata est mater ipsorum, dedecoravit eos quæ peperit eos.* Et in Isaia: [o] *Quomodo vestimentum conspersum in sanguine non erit mundum, ita nec tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & plebem meam*
C *occidisti: non manebis in æternum tempus, semen nequam. Para filios tuos interfici peccatis patris sui, ut non exsurgant.* Et in regnorum libro tertio: [p] *Et deposuit Salomon Abiathar de sacerdotio Domini, ut impleatur verbum Domini, quod loquutus est de domo Heli in Selom.* Jam vero quod dicunt baptismum Christi ita defendi sicut ipsa Catholica defenditur ubique, & apud omnes esse, decretis Patrum nostrorum martyrum beatissimorum compendio brevitatis excluditur. Illud autem quam incaute, immemores sui, inimici veritatis oppugnant, apud fures & raptores quoslibet extraneos datum baptisma suscipi debere, adhibito incompetenti ad hanc rem testimonio Paulli Apostoli quod scriptum est: [q] *Qui*
D *veritatem Dei in injustitia detinent*, hoc in loco furtum furtivo voluerunt defendere testimonio. Apostolus enim de gentilibus agens, & incredulos increpans, ita loquutus est dicens: [r] *Revelabitur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia detinent; quoniam quod cognoscibile est Dei, manifestum est illis. Deus enim illis manifestavit. Etenim quæ invisibilia sunt ejus a constitutione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque virtus ejus & divinitas, ita ut sint inexcusabiles: quia cum cognovissent Deum, non ut Deum honorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & intenebratum est insipiens*
E *cor illorum. Dicentes enim se esse sapientes, infatuati sunt, & immutaverunt claritatem incorrupti Dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentum. Propter quod tradidit illos Deus in concupiscentia cordis illorum in immunditiam.* Unde secundum hunc sensum etiam gentilium inquinata mysteria se suscipere profitentur. Secuti autem sunt errorem suum evidentissimis accumulare blasphemiis, quo dicant eos qui hære-

a Osee IX. 4. *b* Amos VII. 10. *c* Isa. I. 11-15. *d* Isa. LXVI. 3. *e* Aggæi II. 15. *f* Malach. I. 6. 7. *g* Deut. XXIX. 29. *h* Psalm. XLIII. 22. *i* I. Reg. XVI. 7. *k* Apoc. II. 23. *l* Matth. XXVI. 21. 25. *m* Philipp. I. 18. *n* Osee II. 4. 5. *o* Isa. XIV. 20. 21. *p* III. Reg. II. 27. *q* Rom. I. 18. *r* Ibid. ℣℣. 18-24.

1. *Miserebor*] Hic aliqua desunt: quod vidit etiam Harduinus. Neque enim locus Apostoli præcedens cohæret cum sequentibus, quæ sunt *Osee* II. 4. 5

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ticorum baptisma reprobant, posse Christum reprobare, quod eum dæmonia confessa sunt. Hoc loco non solum sanctorum martyrum decretis insultant, sed magis parati sunt dæmoniorum, quia Christum confessi sunt, communioni misceri. Quod autem subtili brevitate ista dixerunt, eum, qui foris baptizatus fuerit suscipi debere, non ut quod deest adsit, sed ut quod inest prosit, in utroque se ipsos circumvenisse monstrantur. Omnia enim hæc, ut supra dictum est, sanctorum martyrum sententiis evacuantur. Unde enim fieri potest, si una est Ecclesia & indivisus est Christus, ut foris positus baptismum consequatur? Quod vero sibi a nobis objici dicunt: [a] *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis*, & quasi respondentes occurrunt moribus potius debere homines quam corpore separari, ad hoc non modo moribus, sed etiam corpore a malis debere disjungi multis admodum testimoniis legalibus approbamus. In Numeris: [b] *Discedite a tabernaculis hominum istorum durissimorum, & ne tetigeritis ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis & vos in omnibus peccatis eorum.* Item Esaias: [c] *Discedite, exite inde, & immundum nolite tangere: discedite de medio eorum qui fertis vasa Domini.* Item Apostolus: [d] *Vos enim estis templum Dei vivi. Dicit enim ipse: Quoniam habitabo in eis, & in eis ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum & separamini, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.* Illud vero quale est, ut cum nos eis objiciamus persecutiones & immanes crudelitates quibus ipsi & majores eorum nos patresque nostros per annos centum vel amplius sine cessatione afflixerint atque vexaverint, illi isto non erubescant uti suffragio, quod dicant ab aliquibus nostrorum Maximianistis fuisse persecutiones inlatas, cum utique longe aliud sit usurpata Ecclesiastica & compauperum civiliter repetere voluisse, nec ullum ad communionem nostram nolentem invitumque coegisse, & aliud sit aperto furore per universum populum Christianum omnia mala crudeliter exercere. Quis enim nesciat istos Traditores persecutoresque nostros ab ipso exordio condemnatæ Traditionis commentitiis precibus cunctis in nostram necem hujus sæculi principibus supplicasse, atque ad suam communionem contra Dei præcepta minis & proscriptionibus coarctasse? Nam ut omittamus quantus sanguis Christianus effusus sit per Leontium, Ursatium, Macarium, Paullum, Taurinum, Romanum, ceterosque exsecutores quos in sanctorum necem a principibus sæculi meruerunt, quando plurimi venerabiles sacerdotes occisi, alii in exsilium relegati, Christianitas late vexata, sacrata stuprata virginitas, proscripti divites, spoliati pauperes, ablatæ basilicæ, atque acti in fugam profugi sacerdotes, nostro nunc tempore quanta commiserint nullus ignorat. Episcopis ingesserunt exsilia, Christianis fugientibus præcipitia, oppresserunt populos, prædati sunt clericos, invaserunt basilicas, intulerunt consentire nolentibus plagas; postremo in uno tantum oppido Bagaiensi eorum caussa multorum Christianorum sanguis effusus est; & nec sic satiati in hodiernum cessare contenti sunt. Unde quia ad hoc tantæ immanitatis eorum acerbissimos titulos de scripturis divinis, quibus ista flagitia prohibentur, superfluum sit documenta subnectere, cum talia nec mundanis legibus permittantur, satis sit eorum nos errori respondisse, & quæ superfluo responderunt, divinis testimoniis eluisse. *Et alia manu*. Dominus te incolumem conservet, quod optamus. Recitavi.

CCLIX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Id quod lectum est gestis præsentibus adhærebit. *Et adjecit*. Et quoniam in hoc præbitam patientiam constat, ea quæ dudum sunt oblata recitentur; & ad hæc omnia pars e diverso sistens respondere cogatur.

CCLX. *Emeritus Episcopus dixit*. Prius testimoniis testimonia revincant. Tunc ad ea quæ sublimitas tua judicaverit veniendum est. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus salva appellatione recognovi.

CCLXI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Permitte nos, Vir sublimis, pro caussa Ecclesiæ non diutius superfluis immorari. Atque utinam fratres nostri e diverso sistentes hanc Epistolam ante illos omnes moratorios sermones suos protulissent, ut jam de Ecclesia, unde caussa vertitur, aliquid ageremus. Animadvertit ergo nobilitas tua in hac Epistola duo quædam genera vel objectionum vel rerum inserta quibus respondere debeamus: unum de divinis scripturis & sanctæ legis eloquiis, alterum de criminationibus humanis, quæ objicienda nescio qui invidiosius potius quam verius putaverunt. Ad hæc duo paucis, si Dominus adjuverit, respondebimus, ne prolixum sermonem tantæ prolixitati reddamus. Quæstio est de Ecclesia utrum permixtos malos usque in finem habitura prædicta est, an omnino omnes bonos, omnes sanctos atque immaculatos in hoc sæculo, isto etiam tempore usque in finem ultimum sæculi. Utraque testimonia divina sunt; & utique repugnantia esse non debent, nec omnino possunt, si intellectorem inveniant. Aream esse Ecclesiam non ego dixi. Non quisquam nostrum, sed Evangelium loquitur, ubi scriptum est venturum qui ventilabrum ferat in manu sua & mundaturum aream suam, frumenta recondet in horreo. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi).

CCLXXII. *Emeritus Episcopus dixit*. Non legit aream. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Joannes dixit: [e] *Mundabit aream suam, frumenta recondet in horreo. Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Hoc quod postulat relegatur.

CCLXIII. *Petilianus* [1] *Episcopus dixit*. De occultis reis hoc dixit Evangelista non de evidentibus, quod tu vis tecum esse permixtos. *Et alia manu*. Petilianus Episcopus recognovi.

CCLXIV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. Prosecutio nostra pro ipsorum epistola habeatur. Legi cœpit, nullus a nobis relatus est strepitus, nulla interturbatio, nulla interruptio. Permittat ut finiam quod cœpi eloqui, & sic respondeat. Quare non nobis rependitur quod prærogavimus? Animadvertit nobilitas tua patientiam nostram cum tam longa recitaretur epistola. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Emeritus Episcopus dixit*. Nos gravat cum se dicit esse patientem; & non debet de se ferre sententiam de quo alius judicat. *Et alia manu*. Emeritus Episcopus recognovi.

CCLXV. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit*. O si esses & tu patiens donec finiam quod prosequor! Ergo, ut dicere cœperam, divina sunt

a I. Tim. V. 22. *b* Num. XVI. 26. *c* Isa. LII. 11. *d* II. Cor. VI. 16-18. *e* Matth. III. 12. Luc. III. 17.

1. *Petilianus*] Aut potius, *Emeritus*, ut patet ex Augustino, lib. II. contra Gaudentium cap. IV.

teſtimonia de zizaniis & tritico ea quæ intelligere A conati. Verumtamen de retibus aliquando confeſſi ſunt quod malos & bonos habitura eſt Eccleſia; ſed eos dixerunt eſſe ſacerdotibus incognitos, & ideo non præjudicare bonis quoniam ignorarentur. Ego autem poſſem qualibuſcumque facultatulæ meæ aſſertionibus oſtendere illum eſſe veriorem intellectum, quod Eccleſia habeat & bonos & malos, zizania ſcilicet & triticum, mundumque ipſum appellatum eſſe pro Eccleſiæ nomine, quandoquidem Dominus ipſe dicit: [a] *Non ut judicem mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum*, cum ſciamus Dominum non ſalvare niſi Eccleſiam. *Et alia manu.* Recognovi.

CCLXVI. *Emeritus Epiſcopus dixit.* [b] *Mundus te* B *non cognovit.* Ergo Deum Eccleſia non agnovit, ſi mundus Eccleſia eſt. Et iterum dixit: [c] *Ut reus fiat totus mundus Deo.* Et iterum dixit: [d] *Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum eſſet amaſſet; ſed nunc quoniam de mundo non eſtis, propterea odit & perſequitur vos mundus.* Et iterum: [e] *Ipſi de mundo ſunt, & mundus obaudit eis.* Et iterum: [f] *Si quis dilexerit mundum, non eſt caritas Patris in illo. Et alia manu.* Emeritus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CCLXVII. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Omnia iſta poſſemus & nos dicere & velut contiaria primo propoſita ſolvere. Itaque ſine cauſa interrumpunt iſto ſtrepitu, quia epiſtolæ ipſorum C potuiſſemus talia facere, ne recitaretur. Patienter audiant. Admoneantur a ſublimitate tua facere quod ſponte facere debuerunt. Patienter audiant. Non eſt res levis quæ tractatur a nobis. Suſcepimus hodie reſpondere, ſi Deus adjuverit, prolixæ epiſtolæ eorum. Nec rogamus ut edatur nobis & conſideremus & poſtea reſpondeamus, ſicut ipſi de mandato noſtro fecerunt. Præbeant nobis aliquam patientiam per incolumitatem tuam. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit.* Juſta poſtulantur. Patientiam ejuſdem proſecutioni certum eſt debere commodari.

CCLXVIII. *Emeritus Epiſcopus dixit.* Ipſe ſibi obſtrepit, dum longa proſequitur. *Et alia manu.* D Emeritus Epiſcopus recognovi.

CCLXIX. *Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Si reſpondere volunt, removeatur epiſtola, & ſinguli reſpondeamus. Sin autem, permittant reſponſionem.

CCLXX. *Adeodatus Epiſcopus dixit.* Poſſumus præbere patientiam. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Adeodatus Epiſcopus recognovi.) *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Quando legebatur epiſtola, ſic habebamus tamquam ipſi proſequerentur. Proſecutioni ipſorum præbuimus ſilentium. Nolo enim dicere patientiam, quia id calumniantur. Præbeant nobis & ipſi ſilentium. *Et alia manu.* Recognovi. *Adeodatus Epiſcopus dixit.* Poſſumus E præbere patientiam; quam quidem præbemus, ſi ea quæ pars diverſa aſſerit, habeant firmiſſimam rationem. Nam cum aliter lex interpretetur quam eſt, quis ferat, quis patiatur ſilentio adferri præjudicium? *Et alia manu.* Adeodatus Epiſcopus recognovi. *Vincentius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Serva tibi quod reprehendas ſi aliquid contradicitur. *Et alia manu.* Recognovi.

CCLXXI. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit.* Promiſſa patientia præbeatur. *Montanus Epiſcopus dixit.* Quando omnia in animo retinentur, ſi non ad ſingula reſpondeamus. *Et alia manu.* Montanus Epiſcopus recognovi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit.* Tenorem univerſæ epiſtolæ patienter conſtat auditum. Conſequens eſt, ut reſponſiones ad ſingula patienter audire dignemini.

CCLXXII. *Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Ideo & illa conſcripta ſunt, & hæc excipiuntur. Si quid memoriam fallit, & ego poſſum petere ut mihi de epiſtola recitetur; & ipſi poſſunt, ut illis ex codicibus recitetur, præbere ſilentium. Agamus aliquid. Ut ergo dicere cœperam, ipſis admonentibus, invenimus in ſcripturis mundi nomen in malo, mundi nomen in bono. Nam mundi nomen in malo, ſicut ipſi dixerunt: [g] *Et mundus eum non cognovit.* Et: [h] *Si quis dilexerit mundum, non eſt caritas Patris in illo*, & cetera. Mundi autem nomen in bono. [i] *Ut credat mundus quoniam tu me miſiſti.* Non enim credere malorum eſt. Mundi nomen in bono. [k] *Non venit ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum.* Non ſalvabitur niſi Eccleſia in mundo. Cum ergo & in bono mundus, & in malo mundus, unde iſta ſcripturarum rixa? Si intellectore careat, adhibe lumen intelligentiæ. Vide mundum in malo omnes dilectores temporalium per univerſas gentes: vide mundum in bono omnes fideles & ſpem gerentes æternæ vitæ per univerſas gentes. [l] *Deus erat in Chriſto*, inquit, *mundum reconcilians ſibi.* Si reconciliari poteſt Deo deteſtatus ille mundus de quo dictum eſt, quia non eſt caritas Chriſti in eo qui dilexerit mundum, judicent qui loquuntur. Audiat ergo patienter nobilitas tua. Video ſcripturam ſanctam (per) commixtos bonos & malos, ſicut ipſi de retibus jam confeſſi ſunt, præſignaſſe Eccleſiam. *Et cum diceret, cumque ſtreperetur, Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Scriptum ſit, quia perſtrepunt.

CCLXXIII. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit.* (Ipſos perſtrepere acta contineant.) *Alypinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit.* Ubi eſt promiſſa patientia, quæve viciſſitudo rependitur? Nonne indicant quemadmodum diffidant? *Et alia manu.* Recognovi.

CCLXXIV. *Petilianus Epiſcopus dixit.* Quid ſit mundus, quid ſit Eccleſia, aperriſſime definitum eſt ab ipſo auctore mundi atque factore, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo nihil eſt factum. Ipſe enim Dominus dixit: [m] *Mundus hic ager.* Potuiſſet dicere: Mundus Eccleſia eſt. Quis igitur hominum audet definire quid mundus ſit, cum ipſe Dominus hujus factor atque opifex jam dignatus fuerit definire? *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

CCLXXV. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Quid mundus ſit, qui ſalvandus dicitur, evidenter oſtendite.

CCLXXVI. *Petilianus Epiſcopus dixit.* Homo dictus eſt mundus, ubi dixit, mundum reconcilians ſibi, non enim ſibi Deus belluas, ſed homines voluit reconciliari. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

CCLXXVII. *Marcellinus vir clariſsimus Tribunus & Notarius dixit.* Ex his omnibus qui mundi nomine nuncupantur, dicis Eccleſiam poſſe conſtare, poſtea declaratam; an certe renuis?

CCLXXVIII. *Emeritus Epiſcopus dixit.* Tollis nos a manifeſta præſcriptione. Ait Dominus Chriſtus in

a Joan. III 17. b Joan. XVII. 25. c I. Joan. V. 19. d Joan. XV. 19. e I. Joan. IV. 5. f I. Joan. II. 15. g Joan. I. 10. h I. Joan. II. 15. i Joan. XVII. 21. k Ibid. III. 17. l II. Cor. V. 19. m Matth. XIII. 38.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Evangelio : *Ager mundus est . Et cum diceret* , *Et alia manu*, Emeritus Episcopus recognovi . *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Patimini ergo, ut ad omnia quæ epistolæ textus continet , respondeant , & tunc plenissime de omnibus judicabo.

CCLXXIX. *Hilarius exceptor dixit* . Quoniam a diluculo partes egerunt, & codices binos implevimus, si jubet præstantia tua, alii nobis exceptores subrogentur ; ut ad conferendum exeamus , datis nobis custodibus , *Vitalis Notarius Ecclesiæ Catholicæ dixit* . Hoc & ego suggero quod & exceptor nobilitati tuæ adstans suggessit.

CCLXXX. *Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*. Sicut etiam superiore judicio factum est, hi qui se tabulas implesse commemorant, cum custodibus exeant , in eorum loco aliis subrogatis , *Cumque id fieret*,

CCLXXXI. *Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit* . Mundus ergo , non enim aliter & nobis videri potuit , in hominibus intelligitur : non utique ita stulti simus ut belluas etiam & quæcumque irrationabilia animantia ad salutem , quam Christus promisit, pertinere dicamus . Prorsus hoc diximus : *Mundus in maligno positus est* [a] : homines sunt. *Ut credat mundus quia tu me misisti* : homines sunt . *Mundum reconcilians sibi* : homines sunt , & cetera quæ in malo dicta sunt, homines illi, homines illi . Per totum enim mundum utrique , mali mixti bonis . Sic & Ecclesia , quam confessi sunt retium nomine declaratam habere malos , sed dixerunt latere peccatores , constat jam quod habeat bonos & malos . De latendo & de non latendo quæstio est, utrum pertinuerit ad pietatem bonorum etiam malos cognitos tolerare, ne desererent bonos, an propter malos totum deserere voluerint, quibus mali quid in Ecclesia apparuerit. Ipsa quæstio est . Hoc probamus. Dicimus enim nos non negligendam quidem Ecclesiasticam disciplinam , & ubicumque fuerint proditi mali , coercendos eos esse ut corrigantur, non solum sermone correctionis, verum etiam excommunicationibus & degradationibus , ut humilem locum salutis in Ecclesia quærant ; ad medicinam ipsorum fieri, non odio, sed studio salutis fraternæ ; sicut quodam loco etiam ipse Apostolus evidentissime declarat dicens : [b] *Si quis non obaudivit verbo nostro per epistolam , hunc notate , & nolite commisceri cum eo*.

Quæ sequuntur , quia exciderunt in collectione gestorum , sumta sunt ex lib. III. Breviculi collationis Donatistarum *quod scripsit sanctus* AUGUSTINUS.

FLagitantibus itaque patientiam eorum catholicis & per multas cognitoris interlocutiones vix impetrantibus, responderunt litteris eorum , ostendentes multis sanctarum scripturarum testimoniis & exemplis malos in Ecclesia sic nunc esse permixtos, ut quamvis debeat invigilare Ecclesiastica disciplina, ad eos non solum verbis sed etiam excommunicationibus & degradationibus corripiendos, tamen non solum in ea latentes nesciantur, sed plerumque propter pacem unitatis etiam cogniti tolerentur : sic ostendentes divina testimonia consonare ut & illa quibus commendaretur Ecclesia cum malorum commixtione, hoc tempus ejus significarent qualis est in præsenti sæculo, & illa testimonia quibus commendatur non habere commixtos malos, illud ejus tempus significarent qualis venturo sæculo in æternum futura est; sicut nunc mortalis est, id est, ex mortalibus hominibus constat ; tunc autem immortalis erit quando in ea nemo morietur, sicut ipse Christus isto tempore fuit pro illa mortalis, post resurrectionem autem jam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur : quod etiam Ecclesiæ suæ in fine sæculi præstiturus est. Hæc duo tempora Ecclesiæ , quæ nunc est, & qualis tunc erit , significata esse etiam duabus piscationibus , una ante resurrectionem Christi , quando mitti jussit retia , nec sinistram nec dexteram nominans partem, ut nec solos malos , nec solos bonos , sed commixtos bonis malos intra retia suorum sacramentorum futuros doceret; post resurrectionem autem, quando jussit retia mitti in dexteram partem , ut post resurrectionem nostram bonos solos in Ecclesia futuros intelligeremus , ubi ulterius hæreses & schismata non erunt , quibus modo retia dirumpuntur . Nam & Evangelium non tacuit in prima piscatione commemorare retia esse dirupta; & in novissima dictum : *Et cum tam magni essent pisces , retia non sunt dirupta*, de tali Ecclesia dictum esse, quod per illam non erat transiturus incircumcisus & immundus; ad immundos enim pertinere schismaticas separationes, quia tunc non erunt, quia retia non sunt dirupta . Hoc etiam significasse , quod corvus avis immunda exierit de arca , & non redierit . Quæ tamen arca exeunte corvo non utique omnibus immundis animalibus caruit, sed in ea fuerunt & munda & immunda usque ad diluvium , sicut in Ecclesia boni & mali usque ad sæculi finem . Sed sicut non de immundis sed de mundis animalibus Noe obtulit sacrificium, ita non ii qui mali sunt in Ecclesia, sed ii qui boni sunt, perveniunt ad eum . De Prophetis etiam , quia dixerant Donatistæ in litteris suis non eos communicare illis in quos mala tanta dixerunt, responderunt Catholici quod unum templum fuerit, quo universi utebantur, nec quemquam Prophetarum, qui tanta dixerunt in malos, constituisse sibi aliud templum, sacrificia, sacerdotes. Et quia Donatistæ in litteris suis posuerant testimonia scripturarum , quibus ostenderent ad peccata parentum etiam filios pertinere , (cum hoc utique numquam recte intellectum sit, nisi de iis filiis qui parentum iniquitates imitarentur) responderunt Catholici, cum tanta in illum populum & acerba dicta sint divinis eloquiis, quæ etiam ipsi in suis litteris commemoraverunt , ut quasi nullus illic remansisse videretur bonus, non solum ibi fuerunt iidem ipsi Prophetæ sancti , verum etiam ex ipso populo exorti erant , quos ipse Dominus in suæ carnis adventu laudabiles reperit, , sicut fuerunt Zacharias & Elizabeth , & sicut Joannes filius eorum, sicut Simeon senex , & Anna vidua. Unde apparet quam impie , quam calumniose objicerentur Catholicis toto orbe diffusis crimina Cæciliani, cum Simeoni & Annæ & ceteris talibus objici non possent crimina illius populi consecrati, quæ crimina eidem populo non humana opinio, sed sermo divinus objecerat . Commemoratum est etiam testimonium propheticum ubi signati sunt, ne cum malis perirent, qui gemebant facinora quæ fiebant in medio eorum, nec tamen corporaliter separati sunt . Deinde ubi commemoratum qualis separatio bonis hoc tempore ab impiis & malis fieri debeat ne communicetur peccatis alienis , corde videlicet & vitæ morumque dissimilitudine , nec aliter intelligi debere quod scriptum est: *Exite de medio eorum, recedite inde, & immundum ne tetigeritis*, id est, discernamini aliter vivendo, & immunditiæ non consenseritis; ubi etiam opportunissi-

a I. Joan. V. 19. *b* II. Thessal. III. 14.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



mo loco responsum est Donatistis ad illud quod dixerant, cum eos peteret cognitor ut sederent, scriptum sibi esse ut cum talibus non sederent. Dictum est enim a Catholicis, cum eorum litteris responderent, non sic intelligendam esse separationem a malis hoc tempore quemadmodum illi intellexerant, qui secum tamquam cum impiis non sederunt; quia scriptum est : *Non sedi in concilio impiorum* ; cum utique si impios putarent, nec illud quod in eodem psalmo consequenter prohibetur facere debuerunt. Nam ibi sequitur, *& cum iniqua gerentibus non introibo*. Cum ergo illi intrassent cum eis quos impios putarent, quare non etiam sederunt, ut in utroque non corporalem sed spiritualem consessum & ingressum devitasse viderentur. Ibi [1] commemorata etiam caussa Maximianistarum totiens jam illis objecta, ubi & se & illos quibus dilationem dederunt in Maximiani schismate positos, in damnatione ejusdem Primiani socios, tamen illius contagio dixerunt non esse pollutos, qui Cæciliani criminibus orbem Christianum usque ad terminos terræ perisse contenderent.

CAP. X. Ad hæc Donatistæ, cum validissimis scripturarum documentis, & exemplo suo de Maximianistis respondere non possent, ad illud quod jam peractum fuerat redierunt, dicentes mundum non bene intelligi Ecclesiam, in qua simul & triticum & zizania jussa sunt crescere; cum Catholici & tot C testimonia divina jam commemorassent, quibus ostenderetur mundus etiam in bona significatione positus, & in ea nonnisi Ecclesia posset intelligi, & quomodolibet acciperetur mundus, quando utrumque semen per mundum cresceret, non debere propter zizania totius mundi triticum deseri. Cum ergo hæc jam dicta fuissent, & quæstio ipsa jam terminata videretur, ad eam rursus summa inopia redierunt, eadem per eadem replicantes, quærentes quomodo potuerit diabolus in Ecclesia seminare zizania. Deinde calumniantes quod duas Ecclesias Catholici dixerint, unam quæ nunc habet permixtos malos, aliam quæ post resurrectionem eos non esset habitura, veluti non iidem futuri essent sancti D cum Christo regnaturi qui nunc pro ejus nomine, cum juste vivunt, tolerant malos. Ad hæc Catholici responderunt etiam ipsos jam fuisse confessos esse in Ecclesia vel occultos malos; & vicissim quæsierunt quomodo eos in Ecclesia diabolus seminaverit, quod illi, quasi fieri non posset, de zizaniis requirebant. Repetierunt etiam Catholici testimonium Cypriani [2], qui eamdem Evangelicam similitudinem non aliter intellexit quam ut in Ecclesia diceret zizania, nec latere, sed cerni. Contra quod testimonium illi omnino nihil ausi fuerunt respondere, cum auctoritatem Cypriani tanti habeant, ut per illam conentur defendere quod male de iterando baptismo sentiunt & faciunt. De duabus etiam E Ecclesiis calumniam eorum Catholici refutarunt, identidem expressius ostendentes quid dixerint, id est, non eam Ecclesiam quæ nunc habet permixtos malos alienam se dixisse a regno Dei, ubi non erunt mali commixti, sed eamdem ipsam unam & sanctam Ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futuram; nunc habere malos mixtos, tunc non habituram, sicut nunc mortalem, quod ex mortalibus constaret hominibus, tunc autem immortalem, quod in ea nullus esset vel corpore moriturus; sicut non ideo duo Christi quia prior mortuus, postea non moriturus. Dictum est etiam de homine exteriore & interiore: quæ cum sint diversa, non tamen di-

A ci duos homines, quanto minus dici duas Ecclesias, cum iidem ipsi qui nunc boni tolerant permixtos malos & resurrecturi moriuntur, tunc nec mixtos malos habituri sint, nec omnino morituri. De ipso quoque numero, quoniam Donatistæ scripturarum testimonio unam Ecclesiam commendaverunt, velut contra duas quas Catholicos affirmasse jactabant, responsum est a Catholicis etiam multas Ecclesias in scripturis inveniri dictas, & septem ad quas Joannes scribit, quæ tamen multæ illius unicæ membra esse intelligerentur; ut hinc appareret multo minus sibi debere objici duas, cum eamdem ipsam unam dixerint non talem nunc esse qualis in resurrectione futura esset, quandoquidem Apostolicis litteris B non objiciantur multæ, ex quibus una ipsa constaret. Ad hæc Donatistæ rursus eadem replicare non destiterunt insuper adjicientes & invidiose jactantes quod Ecclesiam mortalem Catholici dixerint, & ideo negantes eam mortalem esse quia Trinitas immortalis est, cujus gratia consecratur Ecclesia, & quia Christus ideo pro ea mortuus sit, ut eam faceret immortalem: quasi Catholici dixerint non eam fieri immortalem gratia Dei & effuso pro ea sanguine Salvatoris : sed tempora esse discernenda dixerunt, præsens videlicet, quo moriuntur omnes sancti, sicut mortuus est ipse Christus, & futurum, quo resurgent, & nullo morituro vivent cum illo qui jam resurrexit.

CAP. XI. Hæc inter eos cum agerentur, & quamvis manifesta atque dilucida Donatistis certantibus superflua replicarentur, promisit cognitor de his se quæ satis audisset extrema sententia judicaturum; & jussit illud agi potius unde exstiterit prima caussa diffidii. Tunc Donatistæ urgere cœperunt ut de his quæ audisset primitus judicaret. Quod cum etiam Catholici exigerent, & ille in eo quod dixerat permaneret, juberetque illud agi potius ut caussa primi diffidii monstraretur, petierunt Catholici ut quæ offerebant recitarentur. Quod cum fieri præcepisset, obnixius Donatistæ resistere cœperunt & cogere ut jam de cognitis judicaret, eadem quæ transacta fuerant repetentes, & addentes quod omnino judicare de illa caussa non deberet quam volebat agi recitatione eorum quæ a Catholicis oblata fuerant recitanda, dicentes hujus caussæ Christum judicem esse debere, & invidiam facientes Catholicis quod hominem petiverant judicem, dicentes etiam solita de persecutionibus quas perpeti viderentur. Ad hoc Catholici responderunt, nec de homine judice postulato eos debere facere invidiam, qui & de caussa Maximianistarum judicaverunt, nec eam Christo judici servaverunt, & ipsam Cæciliani caussam primitus ad hominem, hoc est, ad Imperatorem Constantinum accusantes miserunt, nec de persecutionibus, quod aliquid ab Imperatoribus pro Ecclesia Catholici peterent, cum eorum circumcelliones ducibus clericis tam horrenda mala committerent. Ubi frustra responderunt nihil hoc ad sacerdotes pertinere, cum clericis ducibus illi talia fecisse asserebant. Ibi etiam cum dictum esset quod calce & aceto humanos oculos persecuti sint, in quo scelere diabolum crudelitate pervicerunt, qui hoc in sancti viri carne non fecit, quam in potestatem acceperat affligendam, heic Donatistæ quæsierunt utrum qui faciunt, filii essent diaboli, an qui patiuntur : quasi Catholici aliud quam passiones suas dixerint immanissimas a clericis & circumcellionibus eorum. Verumtamen etiam heic non prætermiserunt Catholici, occasione oblata, eis Maximianistas objicere, &

1. Vide supra num. XXXIX. Concilium Bagaiense.

2. Cypriani epist. LI.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

dixerunt secundum eorum sententiam meliores esse Maximianistas, quos apud tres vel eo amplius Proconsules persecuti sunt. Illi enim si passi sunt, victi fecerunt. Et urgebant Catholici ut responderent, utrum ex ipsis quos damnaverunt & persecuti sunt, non susceperint Felicianum, & utrum non eum habeant in collegio suo. Ad quod illi objectum sicut semper omnino obmutescentes in aliud ierunt, objiciendo Catholicis quod diabolum defendissent, quia dixerant eum sancti Job oculis pepercisse, unde illum isti crudelitate vicissent, & susceperunt accusare diabolum velut defensum a Catholicis, dicentes eum magis crudeliter in carne Job oculis pepercisse, ut manerent ad spectaculum vulneris quod universo corpori inflixerat. Quod multum mirum est B quare hoc pro magno dicere voluerint, nisi forte ut intelligerentur pie fecisse qui oculos in hominibus persecuti sunt, ne cruciarentur videndo vulnera sua, quæ ab eis per totum corpus acceperant. Sed cum iterum Donatistæ persecutiones quas patiuntur exaggerantes, suorum quasdam mortes commemorarent in oppido Bagaiensi, responsum est a Catholicis eos hoc passos esse dum eorum violentiæ resisteretur, quam & judici inferre conati sunt. [1] In illo oppido commemoraverunt Catholici ab eis horrenda esse commissa, ita ut etiam basilica esset incensa, & in ignem missi codices sancti, mortes autem illorum magis esse ex consuetudine quam habent ut se ipsi præcipitent. Cumque his Donatistæ C respondentes exaggerarent identidem velut persecutiones quas paterentur, tamquam ex his fructibus suos adversarios malam esse arborem jactitantes, & petentes identidem ut de agro & zizaniis & de una & immortali Ecclesia judicaretur, contra autem Catholici fructus eorum commemorarent schismata & rebaptizationes, & quod ipsi primitus majores suos apud Imperatorem accusassent, atque in hujusmodi mutuis objectis diu conflictatio versaretur, maluit cognitor hæc omnia cohibere, promittens de his judicium posteriore sententia. Et recitari jussit quod a Catholicis oblatum jam legi cœperat & fuerat interruptum. Sic peracta est caussa Ecclesiæ, quam magnopere Catholici curaverant a Cæciliani caussa D distinguere, quoniam ei non posset cujuslibet præjudicari criminibus, quæ contra omnes humanas criminationes tot testimonia divina meruisset. Ex hoc jam cœpit agi etiam caussa Cæciliani.

CAP. XII. Quinto ergo loco hæc acta sunt. Recitatæ sunt duæ relationes Anulini Proconsulis ad Constantinum Imperatorem. Una quæ jam [2] superius erat recitata, quæ ostendit majores Donatistarum, id est, de parte Majorini, dedisse sibi chartas criminum Cæciliani & postulasse Constantino mittendas, seque illas memorato Imperatori misisse. Altera autem qua ostendit ex ejusdem Imperatoris jussione denos ex utraque parte ad agendam caussam ut mit- E terent eos se convenisse, atque illos promisisse facturos. Tum deinde lectæ sunt etiam [3] litteræ supradicti Imperatoris ad Episcopos datæ, ubi eis caussam Cæciliani injunxit audiendam. Atque inde ex ordine legi cœpit etiam Episcopale judicium Melchiadis Romani episcopi, & aliorum cum illo Gallorum & Italorum episcoporum in eadem urbe Romæ factum. Cujus judicii prima parte, id est, gestis primi diei recitatis, ubi accusatores Cæciliani, qui missi fuerant, negaverunt se habere quod in eum dicerent, ubi etiam Donatus a Casis nigris in præsenti convictus est adhuc Diacono Cæciliano schisma fecisse Carthagine; de Carthaginis enim schis- A mate exorta est adversus Ecclesiam Catholicam pars Donati, ubi etiam promiserunt iidem adversarii Cæciliani alio die se repræsentaturos quos caussæ necessarios subtraxisse arguebantur, & hoc mentiti, ulterius ad judicium accedere noluerunt. Hac ergo judicii parte recitata, cum cœpisset recitari quid alio die gestum sit, interruperunt Donatistæ, & petere instantissime cœperunt ut prius ea quæ offerebant recitarentur, asserentes non esse ordinis ut prius absolutio Cæciliani, quem nondum accusaverant, legeretur; & de hoc aliquanto diutius conflixerunt: cum Catholici dicerent non debere interrumpi quod legi jam cœperat, donec ejusdem judicii omnia gesta terminarentur, illi autem e diverso assererent ea quæ interrumpebantur, nec incipi debuisse ut legerentur, quoniam non competeret prius defendi hominem quam accusari. Ad hoc Catholici respondebant, cum caussa schismatis a cognitore quæreretur, petisse ut illa legerentur quæ oblata fuerant ad legendum, cum ageretur de persona petitoris. Duas itaque ob res illa voluisse recitari; ut appareret eos primitus in hac caussa hominem judicem postulasse, qui faciebant Catholicis invidiam quod in hac collatione homo cognitor residebat, & ut petitoris persona constaret, & quoniam legi cœpta fuerant, non debere interrumpi, sed usque ad finem recitando perduci. Inter hæc cognitor cum hoc primo voluisset quod a Catholicis petebatur, ut ea quæ recitari cœperant finirentur, postea tamen ei Donatistæ extorserunt ut ea quæ ipsi offerebant, dilatis illis, legi permitterentur.

CAP. XIII. Tunc Donatistæ aliquantum præloquuti sunt quod Mensurius, qui fuerat ante Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginiensis episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas scripturas. Et hoc ut probarent, legerunt ejus epistolam ad Secundum Tigisitanum datam, qui tunc habebat primatum episcoporum Numidiæ; in qua epistola videbatur Mensurius velut de suo crimine confiteri, qui tamen non scripserat se sanctos codices tradidisse, sed potius, ne a persecutoribus invenirentur, abstulisse atque servasse, dimisisse autem in basilica novorum quæcumque reproba scripta hæreticorum; quæ cum invenissent persecutores & abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse. Verumtamen quosdam Carthaginiensis ordinis viros postea suggessisse Proconsuli, quod illusi fuerant qui missi erant ad Christianorum scripturas auferendas & incendendas, quia non invenerant nisi nescio quæ ad eos non pertinentia, ipsas autem in domo episcopi custodiri, unde deberent proferri & incendi; Proconsulem vero ad hoc eis consentire noluisse. In eisdem etiam litteris lectum est, eos qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, & ultro dicerent se habere scripturas quas non traderent, a quibus hoc nemo quæsierat, displicuisse Mensurio, & ab eis honorandis eum prohibuisse Christianos. Quidam etiam in eadem epistola facinorosi arguebantur & fisci debitores, qui occasione persecutionis vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent & quasi abluere facinora sua, vel certe acquirere pecuniam, & in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum. Crimen tamen Donatistæ non ingerebant Mensurio nisi de codicibus traditis. Mentitum eum quippe dicebant, quod illi non fuerint codices sancti, & peccatum suum tegere voluisse; quamvis & ipsam fictionem criminarentur. Recitarunt etiam rescripta Secundi Tigisitani ad eumdem Mensurium pacifice data, ubi & ipse narravit in Numidia per-

1. Vid. August. epist. I. 2. Collat. III. cap. CCXVI. 3. Apud Eufeb. lib. X. cap. V.

secutores quæ egerint, & qui comprehensi, & scripturas sanctas tradere nolentes, & multa mala passi, & gravissimis suppliciis excruciati & occisi sunt; eosque honorandos pro martyrii sui merito commendavit, laudans eos non tradidisse scripturas sanctas, illius mulieris exemplo quæ duos exploratores in Hiericho, in quibus figurarentur duo testamenta vetus & novum, tradere persecutoribus noluit. Quod quidem exemplum si sub hac figura est intelligendum, Mensurium potius adjuvabat. In suis enim litteris Mensurius reprehendebat eos qui scripturas sanctas, quamvis eas non traderent, se tamen habere faterentur, quod mulier illa non fecit. Neque enim eos exploratores qui quærebantur apud se esse confessa est, sed negavit. Scripsit etiam Secundus & ad se ipsum missos a curatore & ordine centurionem & beneficiarium qui peterent divinos codices exurendos, eisque respondisse: *Christianus sum & Episcopus, non traditor.* Et cum ab eo vellent aliqua ecbola aut quodcumque accipere, neque hoc eis dedisse, exemplo Eleazari Macchabæi, qui nec fingere voluit suillam carnem se manducare, ne aliis præberet prævaricationis exemplum. Hæ litteræ Mensurii & Secundi donec legendo terminarentur, Catholici patienter audierunt; quamvis testati fuerint eas esse familiares, nec ad caussam Ecclesiæ pertinere.

CAP. XIV. Cognitor ergo commonens Donatistas ut patientiæ vicem redderent, jussit perlegi quæ oblata a Catholicis jam ex parte fuerant recitata. Heic Donatistæ poposcerunt, ut prius etiam legeretur quod de caussa Cæciliani offerebant. Hoc quoque sine ulla difficultate Catholicis permittentibus, & commendantibus quam patienter hoc permitterent, ut hoc eis & illi rependerent, jussit quod offerebatur cognitor recitari. Et recitatum est a Donatistis Concilium ferme septuaginta episcoporum contra Cæcilianum apud Carthaginem factum, ubi eum absentem damnaverunt quod ad eos venire noluerit, tamquam a traditoribus ordinatus, & quia cum esset Diaconus, victum afferri martyribus in custodia constitutis prohibuisse dicebatur. Nominati sunt etiam quidam collegæ Cæciliani, qui traditores afferebantur publicis gestis; quæ tamen gesta non legebantur. Inter hos autem maxime Felix Aptungensis acerbius accusatus est, ita ut fons malorum omnium diceretur. Deinde sententiæ a singulis dictæ sunt, primitus a Secundo Tigisitano, qui eorum princeps fuit, deinde a ceteris, quibus expresserunt se Cæciliano & collegis ejus non communicare. Hoc itaque Concilio recitato, Catholici responderunt illas litteras Mensurii & Secundi ad invicem datas satis demonstrasse pacatos, nihil postea criminis de facto Mensurii vel accusatum vel judicatum, Concilium vero quod contra Cæcilianum factum legerant, non quidem habere consulem & diem, sed hinc se nullum crimen objicere, quod magis negligentiæ quam fraudis esse potuerit.

CAP. XV. Sed obtulerunt iidem Catholici aliud Concilium sub eodem Tigisitano habitum in civitate Cirtensi; cujus Consul & dies cum legeretur, Donatistæ dixerunt nec consulem nec diem talia solere habere decreta. Heic Catholici responderunt illorum esse istum forsitan morem, qui Concilia sua nollent in aliqua falsitate convinci, Catholicorum autem Concilia consules & dies semper habuisse. [1] Deinde cœpit identidem Concilium quod Catholici attulerant recitari; ubi Secundus quosdam, de quorum

A traditione audierat, & sigillatim interrogabat, & eos confessos a consessu removebat. Quod eo modo recitabatur ut cum ex Cirtensi Concilio lecta esset confessio traditorum, legeretur etiam de Concilio Carthaginiensi nomen ejus velut traditoris in Cæciliani caussa damnati. Deinde ventum est ad ipsius Secundi Tigisitani a Purpurio Limatensi crimen objectum; cui Purpurio idem Secundus occisos ab eo in carcere Milei filios sororis ejus objecerat; ubi ille vicissim ei crimen traditionis objecit, dicens detentum eum fuisse a curatore & ordine ut scripturas daret, nec eum potuisse dimitti nisi aliquid tradidisset. Hoc autem quod ei objecit Purpurius, detentum eum fuisse a curatore & ordine, ut scriptu-
B ras daret, idem Secundus in litteris quas Mensurio rescripserat pæne confessus est, ubi ait missum ad se fuisse a curatore & ordine centurionem & beneficiarium, & a se scripturas petitas, vel quælibet ecbola: quæ quidem se non tradidisse dixit. Sed cum ipse illic commemoraverit tot martyres qui cum tradere noluissent, excruciati & occisi sunt, quomodo ipse detentus & convictus, & nolens aliquid tradere, nihil pati & dimitti potuerit, nec Mensurio scripsit, nec Purpurio respondit. Non enim Centurioni & beneficiario dixit se scripturas non habere, sed respondit se omnino non tradere. Quod illi auditum quomodo illo dimisso renuntiare potuerint sine suo exitio, non apparet; præsertim quia idem
C Secundus non quoslibet infimos, sed etiam patresfamilias, cum hoc idem persecutoribus respondissent, crudelissimis mortibus dixit occisos. Sed de hac re Catholici nullum Secundo crimen objecerunt, sed tantummodo quod ei Purpurius objecit, & propter quod pacem, ne schisma fieret, omnia illa Deo dimittens, cum traditoribus fecit, recitari voluerunt, ut quales homines in absentem Cæcilianum sententias dixerint appareret.

CAP. XVI. Hoc autem recitato, petierunt Catholici ut etiam illa quæ dilata fuerant legerentur de Concilio Carthaginiensi, in quo lectum fuerat absentem Cæcilianum a multis Episcopis fuisse damnatum. Hoc
D illud Concilium; quia Catholici recitaverant relationes Anulini Proconsulis, quibus appareret chartas criminum Cæciliani Constantino Imperatori esse transmissas: quod utique agentes, confirmaverunt a majoribus suis Cæcilianum apud Imperatorem accusatum. Responsum est autem a Catholicis illud Carthaginiense Concilium sic non præjudicare absenti Cæciliano, quemadmodum non præjudicavit absenti Primiano Concilium eorum, a quibus in Maximiani caussa damnatus est, quoniam magis tenuit pars Donati quod actum est postea pro Primiano, quam illius Concilii auctoritatem quo fuerat ante damnatus; sic ergo & in Cæciliani caussa debere attendi quod postea gestum est. Hic Donatistæ de Maximiani caus-
E sa coarctati dixerunt nec caussam caussæ nec personam præjudicare personæ. Quam sententiam in ore habere solent omnes Catholici, cum Donatistæ aliorum crimina aliis objicientes suas separationem defenderent, & orbem Christianum nescio quibus Afrorum criminibus accusarent. Nam & ista collatione totum quod egerant Catholici ut Ecclesiæ caussam a caussa Cæciliani distinguerent, asserentes in Ecclesia permixtos malos non obesse bonis, nec eos suis maculare peccatis, hoc utique egerant ut nec caussa caussæ præjudicaret, nec persona personæ. Quod ab adversariis, dum aliud ageretur, voce apertissima confirmatum est. Sed cognitor cum quæsisset quid de Carthaginiensi Concilio Catholici responderent,


1. Acta exstant apud August. lib. III. contr. Crescon. cap. xxvii.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

iterum responderunt non esse contemnendam similitudinem caussæ Primiani, quia & Dominus Christus Judæos de factis eorum convincens perducebat ad verum. Deinde Donatistæ longa prosecutione agebant, ut ex illius auctoritate Carthaginiensis Concilii confirmaretur Cæciliani damnatio, quod ad tot Sacerdotes venire noluerit, (quasi non & Primianus ad eos a quibus damnatus est, cum eorum factionem cognosceret, simili voluntate non venerit) & quod non exspectaverit Cæcilianus ut princeps a principe ordinaretur; cum aliud habeat Ecclesiæ Catholicæ consuetudo, ut non Numidiæ sed propinquiores Episcopi Episcopum Ecclesiæ Carthaginis ordinent: sicut nec Romanæ Ecclesiæ ordinat aliquis Episcopus Metropolitanus, sed de proximo Ostiensis Episcopus. Hoc autem dicentes de sua consuetudinæ, quam nescio quando instituerunt, Ecclesiæ Catholicæ præjudicare conabantur. Quæ consuetudo si antiqua esset, hoc ipsum objecissent Cæciliano, quando eum absentem damnaverunt. Dixerunt etiam scripsisse Optatum [1] quod Cæcilianus dixerit: *Si traditores sunt qui me ordinaverunt, ipsi veniant & ordinent me*. Quod quidem si dictum est, ideo dici potuit ad illos irridendos quibus hoc mandasse perhibetur; quoniam certus erat ordinatores suos non esse traditores. Non enim ait: *Quia traditores sunt*, sed, *si traditores sunt*; ut innocentia eorum probanda restaret, ubi probari recte potuisset. Ad hæc, & si quæ alia prolixa prosecutione dixerunt, breviter responderunt Catholici non sufficere ad caussam Cæciliani Carthaginiense Concilium ipsos etiam judicasse, qui eam ad Imperatorem accusando miserunt, & sic demonstrarunt hoc potius esse exspectandum quo res pervenerit usque ad Imperatoris sententiam, cui eamdem caussam mittendam duxerunt. Hoc enim Catholici instabant, ut omnibus morarum umbraculis amputatis, illa potius legerentur quibus lectis olim caussa finita, & Cæciliani innocentia manifestata luce clarius appareret. Quæ Donatistæ ut legerentur omnino nolentes, quidlibet aliud interponendo impediebant. Nam cum cognitor quæsisset utrum prius esset factum Carthaginiense Concilium, & postea missa fuerit ad Imperatorem caussa Cæciliani, dixerunt Catholici, quoniam Consulem & diem illud Concilium non haberet, ad utrumque se respondere, quia si prius caussa ad Imperatorem missa est, quo exitu terminata sit exspectari oportere; si autem postea, nihilominus non istorum sed illius judicium esse quærendum quo eam post judicium suum mittendam putarunt. Sed cum multa Donatistæ inferrerent de consule & die, cur in suorum majorum Concilio non legeretur, ne hinc falsitatis arguerentur, & assererent hanc esse Ecclesiasticam consuetudinem ne dies & consules decretis Episcoporum conscriberentur, legi volentes etiam Concilium Cypriani ut hoc probarent, quia nihil aliud nisi moræ quærebantur: (Neque enim Catholici in eo caussam suam constituerant quando ad utrumque responderant, sive prius, sive posterius esset illud Concilium quod contra Cæcilianum apud Carthaginem fecerant) jussit cognitor Catholicis instantibus, ut ista potius quæ dilata fuerant legerentur.

CAP. XVII. Tunc Donatistæ aliam quæstionem interposuerunt morarum plenissimam, sed re vera in qua pro se laborare voluerunt, si possent ostendere quod volebant, illud scilicet Cirtense Concilium falsum esse, ubi lectæ fuerant confessiones traditorum invicem sibi ignoscentium ne schisma fieret, quia ipsi legebantur inter ceteros contra Cæcilianum absentem sententias protulisse. Hoc ergo falsum demonstrare A conantes multa dixerunt, sed alia levia esse ipsi judicantes, duo quædam in ea quæstione multum commendaverunt, & in eis multum immorati sunt; unum, quia contra Ecclesiasticam consuetudinem ipsum Cirtense Concilium diem & consulem haberet; alterum autem, quod persecutionis tempore non posset Concilium congregari. Exigebant ergo Donatistæ a Catholicis ut vel alia Concilia proferrent antiqua Episcoporum, ubi ostenderent consules & dies etiam conscriptos, vel de ipsis sanctis scripturis tale aliquid recitarent. Ubi Catholici cum viderent de re inanissima moras mirabiles & inexplicabiles interponi, (quis enim eos hinc falsitatem crederet objecturos, ubi ad majorem diligentiam temporum B attestatio prænotata legeretur, ne forte per hanc esset aliquando necessaria indagatio veritatis? quis ergo eos crederet hoc objecturos, ut præpararet antiqua Concilia, quibus hanc consuetudinem demonstraret? aut quis tunc iret & vetusta Ecclesiastica archiva revolveret?) cum hoc viderent Catholici, & in Melchiadis Concilio diem & consulem demonstrabant, & de ipsis sanctis scripturis commemoraverunt Prophetas indicia antiquissimorum temporum suis litteris prænotasse, quoto anno, cujusque mense anni, quoto die mensis factum esset super eos verbum Domini. Cognitor autem illud de die & consule objectum contemnendum & removendum existimans, jussit gesta apud Melchiadem habita ce- C tera recitari; & recitata sunt. Quibus apparuit omnium qui tunc consederant Episcoporum sententiis & ipsius Melchiadis Cæcilianum absolutum atque purgatum, Donatum vero damnatum, qui præsens in prima fuerat actione convictus, ille scilicet Donatus a Casis-nigris, quem præsentem fuisse tunc constitit. Sed hoc recitato, cum quæreretur a Donatistis quid responderent ad illud Cirtense Concilium, eo redierunt, conantes falsum esse monstrare. Tum dixerunt tempore persecutionis congregari non potuisse Concilium. Quod cognitor non contemsit, & validum existimans, a Catholicis responsionem poposcit; atque inter hæc quæsivit unde probaretur tempus fuisse persecutionis. Tunc Donatistæ protu- D lerunt martyrum gesta, ubi auditi & pro confessione passi sunt. Jussit etiam cognitor computare Officium & renuntiare, consideratis utriusque consulibus & diebus, & qui de gestis martyrum legebantur, quia dictum fuerat a Catholicis post illorum martyrum passionem, unde persecutionis tempus probabatur, prope annum consecutum fuisse usque ad consulem & diem Concilii Cirtensis. Responsio autem computantis Officii mensem interfuisse suggesserat. Voluerunt ergo Catholici de tabulis tolli quod dixerant, ut hoc solum gesta retinerent quod Officium responderat: hoc enim verius esse crediderant. Sed Donatistæ quod a Catholicis dictum erat noluerunt de tabulis tolli: unde Catholici non con- E tenderunt, ut eorum in hoc calumniosus animus appareret. Porro autem illud erat verius quod Catholici dixerant. Officium autem in computando errans, falsum renuntiaverat: quod postea conscripta & diligentius considerata gesta docuerunt, sicut potest probare quem libuerit legere & non piguerit computare. Nam gesta martyrum, quibus ostendebatur tempus persecutionis, consulibus facta sunt Diocletiano novies & Maximiano octies, pridie Idus Februarias; gesta autem Episcopalia decreti Cirtensis post eorumdem consulatum, tertio Nonas Martias; ac per hoc tredecim menses interesse inveniuntur, plures utique quam undecim, quos prius Catholici minus diligenter computando responderant.

1. Optat. lib. I.



Sed Officium ut falleretur & mensem interesse responderet, eumdem consulatum putavit, post consulatum autem non advertit, ubi annus jam alius agebatur. Proinde Catholici tamquam ex vera Officii responsione cogebantur ostendere tempore persecutionis illos undecim vel duodecim Episcopos in domum privatam convenire potuisse, Donatistis instantibus ut hoc ex aliis Conciliis ostenderent, si aliquo tempore persecutionis facta Episcoporum Concilia reperire potuissent. Quod Catholici quoniam tunc inquirere, & ad aurem veteres chartas in archivis Ecclesiasticis discutere non poterant, respondebant multo facilius duodecim homines in domum (privatim) convenire potuisse eo tempore, quo etiam congregationes plebium fieri solebant, quamvis persecutione fervente, sicut ipsis gestis martyrum monstrabatur, qui confitebantur in passionibus suis se collectam & Dominicum egisse. Hoc autem Catholici dixerant, & antequam supputaret & responderet Officium, dictum est etiam a Catholicis Episcopalia gesta illa Cirtensia, quæ diligentia majorum usque ad hæc tempora servari & inveniri potuerint, sic habenda quemadmodum illæ epistolæ Mensurii & Secundi, quas Donatistæ recitaverunt. Concilium quippe Carthaginiense, ubi absentem Cæcilianum septuaginta damnaverunt, commemoratum est etiam a Melchiade habitum, ubi Cæcilianus est absolutus. Litteræ vero illæ Mensurii & Secundi nusquam alibi commemoratæ dicebantur, (unde nullo alio testimonio veritas earum afferebatur) nec tamen ideo dicebant Catholici falsas esse. Dictum est etiam hoc a Catholicis, ut probarent Donatistæ, si possent, tempore persecutionis sic ad se invicem scripsisse Episcopos quemadmodum Mensurium & Secundum scripsisse proferebant. Quod non ideo dicebant Catholici, ut hinc illas Mensurii & Secundi litteras falsas esse monstrarent, quæ seu veræ seu falsæ essent, caussæ nihil officerent, sed ut hinc intelligerent Donatistæ, quam vana tergiversatione Catholicos cogerent alia proferre Concilia persecutionis tempore congregata: quia si eis simili obstinatione diceretur, proferte & vos alias epistolas persecutionis tempore sic scriptas & missas, quæ si aliquo modo deprehenderentur, & codices occultati exigi possent, & ordo & curator & centurio & beneficiarius ad discrimen capitis pervenire, qui Secundum tradere nolentem impunitum dimisisse prodebantur, nullo modo ad horam reperirent alias epistolas tempore persecutionis ab Episcopis ad Episcopos in tam longinqua terrarum similiter datas. Cum ergo hinc diuturna conflictatio fieret, sæpe repetentibus Donatistis non potuisse tempore persecutionis Concilium congregari ad Episcopum ordinandum, quia in apostasia erat mundus, nec erant quibus ordinaretur, & cetera talia, Catholicis autem respondentibus quod & Episcopi facile congregarentur tam pauci, ut nec Concilium dici debeat, quando plebes congregabantur, sicut gesta martyrum testarentur, & erant sine dubio quibus ordinarentur Episcopi, ipsæ utique plebes, quas tunc solitas congregari gesta martyrum loquebantur. Hæc cum assidue multis & variis modis dicerentur & responderentur: (nam & domum privatam Christianis congregandis præstitam constitit tempore persecutionis, sicut in quibusdam gestis martyrum legebatur) quia Donatistæ dixerunt fieri non potuisse ut illo tempore domum suam quisquam præberet, & commemoratum est usque adeo non esse incredibile quod in privatam domum pauci illi Episcopi persecutionis tempore convenerint, ut fervente persecutione etiam in carcere doceantur baptizati martyres, & illic a Christianis celebrata sacramenta, ubi Christiani propter eadem sacramenta tenebantur inclusi.

Cap. XVIII. Inter hæc ergo tandem aliquando, sæpe etiam cognitor interlocutus fieri potuisse illum conventum ab Episcopis quando & plebes congregatæ probabantur, compulit Donatistas ut contra Concilium judiciumque Melchiadis, quo Cæcilianus purgatus atque absolutus legebatur, si haberent aliquid dicerent, quoniam illic potius quam in illo Cirtensi Concilio caussa consisteret. Tunc Donatistæ ipsum Melchiadem cœperunt crimine traditionis arguere & dicere, majores suos propterea illius judicium refugisse quod traditor fuisset; quasi non jam judicio ejus assisterent, & responderent se in Cæcilianum non habere quod dicerent. Sed tamen facto judice intento utrum de traditionis crimine Melchiadis aliquod judicium, vel publicum, vel Ecclesiasticum proferretur, ipsisque Catholicis id ut probaretur exspectantibus & exigentibus, legerunt Donatistæ gesta quædam prolixissima apud Præfectum, ubi nec Præfectus ipse cujusmodi esset apparebat, nec locus legebatur ubi hæc agebatur, sed gesta ipsa multos multa Ecclesiastica tradentes longissima recitatione sonuerunt, ubi nomen Melchiadis omnino non sonuit. Quibus peractis, cum cognitor miraretur aliud promissum & aliud recitatum, illi adhuc ejus patientiam deposcentes, gesta alia recitarunt; in quibus legebatur Melchiades misisse Diaconos cum litteris Maxentii Imperatoris, & litteris Præfecti Prætorio ad Præfectum urbis ut ea reciperent, quæ tempore persecutionis ablata memoratus Imperator Christianis jusserat reddi. Et cum his quoque gestis nullum Melchiadis crimen & cognitori & Catholicis defensoribus appareret, [1] dixerunt Donatistæ Stratonem Diaconum, quem cum aliis Melchiades ad recipienda loca Ecclesiastica miserat, superioribus gestis recitatum esse traditorem, & ideo volebant etiam Melchiadem crimine traditionis aspergere, quod Diacono illo non degradato uteretur. In prosecutione autem sua dixerunt Melchiadem tertium Episcopum fuisse ab illo qui tunc erat, cum traditio illa facta esset. Hic cognitor requisivit utrum saltem in illis traditionis gestis esset expressum, quod Straton Diaconus fuerit. Et recitatum est eum hortatorem vanissimæ superstitionis appellatum: quod non solum ipse, sed etiam ceteri qui tradebant appellabantur. Sed Donatistæ responderunt, a gentilibus persecutoribus in contumeliam religionis & Diaconus & Presbyteros ita vocitatos. Ergo Catholici responderunt, cum mirum non esset, essetque in rebus humanis usitatissimum, ut non duo tantum, verum etiam plures homines uno nomine vocarentur, fieri quidem potuisse ut ille traditor Straton Presbyter fuerit, iste autem alius Straton Diaconus, quoniam Donatistæ dixerant & Diaconos & Presbyteros hortatores vanissimæ superstitionis a gentilibus appellari; (quamquam omnes Clericos isto contumelioso nomine gentiles appellare potuerint, & multo esset incertius cujus gradus Clericus ille traditor fuerit) verumtamen etiamsi eum Diaconum fuisse posset ostendi, neque hoc esse incredibile aut mirum, cum ante parvum tempus in ipsa urbe Roma duo Petri Diaconi fuerint. Illud quoque additum est a Catholicis, quia etsi demonstraretur, quod omnino non demonstrabatur, eumdem Stratonem Diaconum tradidisse, quem postea Melchiades ad recipienda loca

1. Vid. August. lib. ad Donat. post collat. cap. XIII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Ecclesiastica cum aliis Diaconis misit, non continuo Melchiadem isto crimine aspergi, quem potuit persecutio longe facere absentem, ut hoc omnino nesciret, eumque innocentem putaret quem nemo reum accusando monstraret. Contra heic frustra Donatistæ eadem per eadem diutissime clamaverunt. Post collationem sane etiam de Cassiano Melchiadi calumniati sunt, quia etiam hoc nomen & in Diaconis invenitur quos ad Præfectum misit Melchiades, & in illis gestis ubi facta traditio recitata est. Quod si in collatione dicerent, facile potuit a Catholicis responderi, in tanta turba Romanorum Clericorum nihil mirum fuisse si duo vel plures non solum Strationes, sed etiam Cassiani reperirentur, cum in duodecim Apostolis non solum duo Judæ, sed etiam duo Jacobi legerentur; nisi forte ipsis licuisset (Donatum) Casensem a Donato Carthaginiensi distinguere, cum timerent ne major auctor ipsorum Donatus Carthaginiensis damnatus in Melchiadis judicio putaretur, & Catholicis non liceret in tanta multitudine Clericorum Romanorum habere plures similibus nominibus appellatos. Falsum enim erat quod Donatistæ dixerant, convenire personas, convenire loca, convenire regiones, quando nec loca, nec regiones, nec ipsæ expressæ personarum dignitates de utrisque gestis, sed sola nominum convenientia legebatur, quam in diversis personis generis humani consuetudo frequentare non cessat.

CAP. XIX. Spernens itaque cognitor incertissimas suspiciones, jussit aliquid manifestum contra illa gesta proferri, aut certe Constantini judicium, cujus mentio jam facta fuerat, recitari. Et recitatum est judicium Constantini, quemadmodum se inter partes caussam Cæciliani cognovisse ad Eumalium Vicarium Africæ scripsisset, quod remotis omnibus arbitris Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos cognovisse testatus est, commemorans etiam in Arelatensi oppido pro Cæciliano factum Episcopale judicium, cui judicio jam plurimi ex dissensione consenserant, reliquis adhuc resilientibus & discordantibus: unde ipse de re tota inter partes coactus est judicare. Post harum Imperialium litterarum recitationem, quæsivit cognitor a Donatistis quid contradicerent. Ibi Donatistæ rursus ad Melchiadis calumniosam criminationem redire conati sunt; unde cum essent cognitoris interlocutione depulsi, & ab eis esset flagitatum ut contra judicium Melchiadis vel Imperialem sententiam, si haberent aliquid, recitarent, responderunt etiam Imperatorias aures pravis suggestionibus inflatas. Ibi eis cognitor respondit, quod attentissime adverterat, inter partes fuisse judicatum. At illi exigere cœperunt ut hoc legeretur, utrum inter partes judicaverit Imperator. Quod cum fuisset cognitore jubente recitatum, nihil invenientes quod dicerent, cœperunt de consule memoratis Imperialibus litteris calumniari, quod sine consule fuerant recitatæ. Hinc exorto conflictu, cum Donatistæ invidiose dicerent Episcopale Concilium cum consule fuisse recitatum, & Imperatoris litteras consulem non habere, & Catholici responderent non ibi caussam consistere, cognitor etiam interlocutus est evidentissimis legibus definitum Imperialia constituta, etiamsi consules non legerentur, in dubium non vocari.[1] Deinde Catholici urgebant ut aperte dicerent falsum esse quod lectum est, posse enim archiva conquiri.


CAP. XX. Sed hinc repulsi, velut aliquid validissimum prolaturi, petierunt Optatum legi, (quod & A ante petiverant:) unde se probaturos dicebant Cæcilianum ab Imperatore damnatum; & promissum eis fuerat, sed dilatum. Prius ergo volebat cognitor ut exprimerent utrum litteras Imperatorias arguere falsitatis auderent. Quod quidem illi minime audebant; tamen nihilominus consulem deesse invidiosissime caussabantur. Optatum vero legi multo instantius flagitabant. Hæc cum diutius agerentur, in alia charta illarum Imperialium litterarum inventus est consul. Quod cum esset suggestum, Donatistæ dixerunt: *Certe consulem habere non debuit*; quasi hoc aliquando dictum esset quod habere non debuerit, ac non etiamsi consul defuisset, non impediri Imperialis constituti veritatem. Quod cum eis cogni- B tor identidem respondisset, recitatus est & Optatus, recitantibus Donatistis, ubi ait:[2] *Eo tempore idem Donatus petiit, ut ei reverti licuisset & ad Carthaginem accederet. Tunc a Philomeno suggestore ejus Imperatori suggestum est, ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ teneretur; & factum est.* In quibus verbis Optati cum omnino nulla Cæciliani damnatio, sicut illi demonstraturos se esse promiserant, reperiri potuisset, jussit cognitor totam paginam recitari, ut de superioribus & inferioribus verbis voluntas ejus qui scripserat nosceretur. Et ex Officio recitatum est: *Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus.* Quod cum recitaretur, Donatistæ dixerunt hoc se non petiisse recitari, stoma- C chantes adversus eos qui risum tenere non potuerant cum audissent, quam apertam contra se ipsos paginam protulissent. Deinde cum illis verbis quæ ipsi recitaverant extenuasse dicerent Optatum damnationem Cæciliani & exprimere noluisse, flagitatum est ab eis ut aliunde manifestum legerent quod ab illo dicerent extenuatum. Quod cum minime potuissent, etiam inde post aliquantas morarum inanium perplexitates, cum & de Donati nomine contendissent quod non Carthaginiensis, sed Casensis Donatus in judicio Melchiadis adversus Cæcilianum astitisset, (quod & Catholici concedebant) aliquando transitum est.

D CAP. XXI. Deinde quia Constantini litteris, quibus eum inter partes cognovisse & pro Cæciliano contra illos judicasse constabat, cognitor eos, si quid haberent, respondere cogebat, petiverunt suum libellum esse recitandum, quem dicebant datum Constantino a majoribus suis. In quo libello satis aperteque monstraverunt, quam falsum dixerint de damnatione Cæciliani apud Brixiam. Idem quippe libellus ostendit quemadmodum contra eos senserit Constantinus. Nam ibi dicunt nullo modo se communicaturos antistiti ipsius nebuloni, paratosque esse perpeti quidquid eis facere voluisset. Quem Constantini antistitem nebulonem utique Cæcilianum intelligi volebant. Quomodo ergo eum Constantini an- E tistitem dicebant cui se contra Constantinum loquentes non communicare confirmabant, si eum apud Constantinum superaverant ita ut ab illo Brixiæ scirent esse damnatum?

CAP. XXII. Cum ergo Catholici dixissent hoc eos contra se ipsos recitasse, hoc idem ipse etiam cognitor esset interlocutus, addiderunt etiam illi suæ falsitati convincendæ magnum aliud firmamentum, recitantes ipsius Constantini litteras scribentis ad Verinum Vicarium ut libero eos dimittat arbitrio, se jussisse insinuans ut de exsilio remearent; in quibus litteris Constantinus sic eos detestatur, ut nihil illa indulgentia possit deformius inveniri. Quos utique

1. Vid. Collat. III. cap. DXXVIII.

2. Optat. lib. I.



non ita culpasset, sed magis laudasset, si ab eis Cæcilianus apud illum victus ab eoque damnatus Brixiæ relegaretur. Ac per hoc ista contra seipsos proferentes atque recitantes, & a Cæciliano se superatos memorati Imperatoris judicio manifestissime monstraverunt, & suam falsitatem, qua eum dicebant esse damnatum, apertissime convicerunt. Et quia Catholicos persecutionem facere, se autem pati gloriabantur, Cæcilianum tamen per suas accusationes ab Imperatore damnatum etiam falso gloriari voluerunt. His itaque recitatis, cum Catholici dicerent & cognitorem breviter admonerent, quod etiam ipse cernebat, pro se illa, hoc est, pro innocentia Cæciliani, contra illos fuisse recitata, & hoc idem etiam ipse fuisset interlocutus, Donatistæ responderunt dicentes: *De libero arbitrio nihil dicit potestas tua.* Hoc enim putantes secundum Constantini litteras sibi posse a præsente cognitore concedi, eas etiam contra se pro Cæciliani caussa recitandas existimaverunt. Hic cum eis cognitor respondisset aliud sibi esse a præsentis temporis Imperatore præceptum, ierunt in aliud quod contra se identidem multo mirabilius protulerunt.

CAP. XXIII. Recitaverunt etiam alias litteras ejusdem Constantini Imperatoris ad Probianum Proconsulem datas, quæ quidem consules non habebant; sed nihil quasi de objectione mutua Catholici agere voluerunt: quamvis & hinc se ipsos Donatistæ convincerent quam calumniose Catholicis id objecerint, cum prior chartula, ex qua recitatum est judicium Constantini quo absolutus est Cæcilianus, consules non haberet, qui tamen mox in alia chartula inventi sunt. Istæ itaque litteræ ad Probianum Proconsulem datæ continent Imperatoris jussionem, qua præcepit ut ad se Ingentius mitteretur, cujus confessione in Proconsulis Æliani judicio Felix Aptungensis ordinator Cæciliani a crimine traditionis fuerat absolutus. Hoc autem Imperiale præceptum ideo Donatistæ se recitare dicebant, ut quasi ostenderent Cæciliani caussam adhuc fuisse suspensam, etiam post illud judicium quo se Constantinus inter partes omnia terminasse jam scripserat; cum & in ipsis litteris quas ad Probianum Proconsulem datas recitaverunt, quibus quasi ostenderent adhuc pendere judicium, quoniam ad se mitti jusserat Imperator Ingentium, tanta contra se legerint ut omnino mirum sit quibus illa oculis aspicere, vel quo ore pronuntiare potuerint. Ibi enim Constantinus dixit, ab Æliano Proconsule audientiam præstitam competentem, Felicemque innocentem ab exustione codicum divinorum constitisse, illos autem esse in præsentia confutandos, qui diuturnis diebus eum interpellare non quiescerent, ut eis liquido appareret frustra eos Cæciliano invidiam comparare, & adversus eum violenter insurgere voluisse. Hic ergo per illas litteras non solum Cæcilianum sed etiam Felicem purgatum, seque innocentium persecutores apud Imperatorem exstitisse docuerunt.

CAP. XXIV. Hac autem accepta opportunitate Catholici recitandam protulerunt & ipsius Æliani tunc Proconsulis relationem de hac re ad Constantinum datam, ubi se caussam Felicis audisse & finisse commemorat; & ipsa gesta proconsularia, quibus absolutus est Felix, & omnium necessariarum personarum testimonio a traditionis crimine innocens comprobatus. Quibus recitatis, quid contradici posset cognitor inquisivit. Tunc Donatistæ, quod & ante dicere cœperant, identidem repetierunt, quærentes utrum ex præcepto Imperatoris directus ad comitatum fuisset Ingentius; & quid postea gestum esset, ut ostenderetur a Catholicis exigentes, & gesta proconsularia quibus possent verbis refellere conantes quibus absolutus est Felix, objicientes gratiam judicis, vel suppositas fuisse personas, & cetera quæ solent homines contra gesta quibus vincuntur suspiciosa querimonia jactitare. Dicebant etiam non recte Felicem absentem fuisse absolutum. Ad ista responsum est a Catholicis, omnia quæ lecta sunt, ad absolutionem Cæciliani & Felicis apertissime pertinere; si quid autem Donatistæ arbitrarentur misso ad comitatum Ingentio pro se fuisse judicatum, & mutatum esse judicium quo Constantinus inter partes cognoscens purgato Cæciliano illos calumniosissimos judicaverat, ipsos debere proferre. Quando autem hoc Catholici dicebant, in illa temporis brevitate non poterant considerari consules; quorum ordinem in ipsis gestis qui voluerit considerare, inveniet posterius ab Imperatore Constantino absolutum esse Cæcilianum, quam Felicis caussam ab Æliano Proconsule discussam atque purgatam, post aliquot etiam annos Constantinum scripsisse ad Verinum Vicarium; quas litteras ipsi recitaverunt ubi sibi asserebant liberum arbitrium ab illo Imperatore concessum, in quibus litteris eos tamquam pessimos & Christianæ pacis inimicos ostendit. Quod utique non fecisset, si aliquid pro illis contra Cæcilianum judicasset cum ad comitatum missus esset Ingentius. Cognitor ergo interlocutus est non posse gesta quæ tanta roboravit antiquitas removeri, nisi aliis posterioribus gestis e contrario recitatis. Dictum est etiam a Catholicis magis ad declarandam Felicis innocentiam profuisse quod absens fuerat absolutus: quia gratiæ suspicio, si præsens esset, potius oriretur.

CAP. XXV. Urgere deinde cognitor cœpit, ut si qua posteriora gesta Donatistæ haberent contra absolutionem Cæciliani vel Felicis, jam jamque proferrent. Heic illi ad ea quæ jam totiens dixerant, & Catholicis totiens ad omnia respondentibus transacta jam fuerant, rursus quasi a capite redire & ea replicare conati sunt. Ubi cum interlocutus esset cognitor, admonens ut eos jam pigeret eadem repetere quæ peracta & transacta jam fuerant, & identidem proferre compelleret si quid recitandum haberent adversus Cæciliani & Felicis sic evidentissimas absolutiones; & illi nihil omnino adversus illa proferentes, eadem repetere non cessarent, ut de illis quæ dixerant judicaretur; & contra cognitor illud potius flagitaret, ut legerent si haberent quod legi posset adversus Imperiale & Proconsulare judicium, ut posset de omnibus pronuntiari, quoniam legibus prohibetur semiplenam proferre sententiam; instarent etiam Catholici ut rebus omnibus cognitori manifestatis, & Donatistis quid respondeant non invenientibus (&) eadem repetentibus, tandem aliquando caussa finiretur, in ultimo cognitor dixit: *Si contra nihil est quod legatis, exire dignamini, ut possit plena de omnibus scribi sententia.* Et utrisque exeuntibus sententiam scripsit, quam rursus intromissis partibus recitavit, qua complexus est omnia quæ de prolixa trium dierum actione potuit recordari; in quibus quædam non eo ordine quo gesta sunt commemoravit, omnia tamen veraciter posuit, confutatos a Catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione pronuntians.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

SENTENTIA COGNITORIS.

F*Lavius Marcellinus vir clarissimus Tribunus & Notarius dixit*: Vellem quidem, quod & omni de votorum intentione nunc cupio, ut quanta ex demonstratione veritatis & tandem proditi erroris orta lætitia est, tanta ex conversione superstitionis antiquæ & in melius mutatæ sententiæ gratulatio nasceretur. Magna enim gaudia esse quis dubitet cum inveteratæ ægritudini provenit insperata curatio; caussamque exsultationis in talibus majorem facit sanitas restituta, quam semper retenta. Sed quia obstinatio mentium perditarum, quas pravæ simul persuasionis vincula nexuerant, ad viam salutis ostensæ aut redire dissimulat, aut quod est deterius, impudentia reformidat: exserenda jam legum est & exercenda sententia, ut quos ad bonam valetudinem leniora post apertam cominus veritatem medicamina non revocant, acrior restituat curationis intentio. Cui enim ratio proxima, sicut gestorum series subjecta demonstrat, sicut divinorum quoque voluminum indita exempla testantur, non liquido declaret alieni, etiamsi probari potuisset, sceleris noxa alium fieri reum omnino non posse, & universalis Ecclesiæ statum Cæciliani insimulatione, de quo nihil reprehensibile potuit approbari, non debere subverti, nec etiam eorum qui se a corpore Ecclesiæ separarunt lata adversus eum præjudicare valuisse sententia, sicut nec a Maximianistis recenti tempore in absentem Primianum prolata damnatio eidem nocere prævaluit? Cui etiam illud ad correptionis caussam non omni ex parte sufficiat tot judiciis patefacta Donato auctore schismatis comprobatio, Cæciliani persolutio atque purgatio, ultimaque sententia triumphabilis memoriæ Constantini, qua evidentius docetur expressa & Cæciliani innocentia & Donati sociorumque ejus calumniosa criminatio, Felicis quoque Aptugnensis ordinatoris ejus Proconsularis sententiæ documentis ostensa purgatio? Unde si hæc tam perspicua atque manifesta inveterato mederi nequeunt morbo, putris est vulneris sanies reprimenda; ut libertate præclusa, sibi tantum nocere, quia hoc potius elegit, incipiat. Per hæc enim fiet ut velit aliquando sanari. Declaratæ igitur veritati detecta falsitas colla summittat. Unde universos ordinis viros, dominos etiam fundorum, actores, conductores tam domus divinæ quam etiam privatarum possessionum, senioresque omnium locorum, hujus edicti auctoritate commoneo quatenus memores legum, dignitatum, æstimationis salutisque propriæ, Donatistarum conventicula in omnibus civitatibus & locis prohibere contendant, ita ut Ecclesias quas eis humanitate mea absque Imperiali præcepto usque ad diem sententiæ constat indultas, Catholicis tradere sine ulla dilatione festinent, ni malunt tot sanctionum laqueis inretiri: quas quidem, si unitati Catholicæ consentire voluerint, eorum esse sat certum est. Majore autem caussa atque solertia post detectam modis omnibus unitatem superstitionemque convictam a proprii debent facinoris intentione depelli. Hi autem qui post vetita legum eorum se cœtibus miscuerint, indubitanter intelligant pœnam se Imperiali arbitrio præstitutam ulterius vitare non posse, quos principe loco post agnitæ Catholicæ reverentiam legis ad profanos eorum cœtus communionemque rediisse sat clarum est. Quod ut ante non fieret, patientiæ tantum consideratione & spe correctionis aliqua parte ex parte distuleram. Hactenus igitur inimicos fidei Christianæ legibus insultasse sufficiat, maxime cum eorum notas certum sit esse personas. Quid necesse est tot sanctionum, quoniam nulla emendatio subsecuta est, nexibus subdi? Ipsam vero Catholicorum Episcoporum, etiam post victoriam veritatis, noverint Donatistæ manere sententiam, ut completis collationibus quas eis & ante oblatas publica conscientia retinetur, & nunc offerri sine dubitatione sat certum est, sese suscipi posse cognoscant. Superioris autem edicti fidem in omnibus certum est reservari. Unde unusquique Donati communionis Episcopus ad loca propria sine ulla debet inquietudine ac molestia remeare; quatenus in propriis constitutus, aut ad unam veramque Ecclesiam revertatur, aut satis legibus facere sine dissimulatione non differat. Hi autem qui in prædiis suis circumcellionum turbas se habere cognoscunt, sciant, nisi eorum insolentiam omnimodis comprimere & refrænare gestierint, maxime ea loca a fisco mox occupanda. Siquidem tam Catholicæ legi quam quieti publicæ, ut eorum conquiescat insania, in hac parte consulitur. Gestorum autem relectio qua profertur superius memoratum a Donatistis errorem schismatis exstitisse, atque Cæcilianum & ceteros, quos improbe crediderant accusandos, fuisse purgatos, sanctitatem vestram plenissime poterit edocere. (*Et alia manu.*) Proponatur. (Datum Carthagini) post consulatum Varanis v. c. vi. Kal. Julii.

L X.

An. 413. 30. Jan.

LEX HONORII IMPERATORIS

Qua mulctæ pecuniariæ imponuntur Donatistis.

Ex cod. Theod. tit. De Hæreticis, *L.* 52.

Impp. Honorius & Theodosius AA. Seleuco P. F. P.

CAssatis, quæ pragmatici, vel adnotatione manus nostræ, potuerint impetrari, & manentibus his, quæ etiam dudum super hoc definita sunt, & veterum Principum sanctione servata, nisi ex die prolatæ legis omnes Donatistæ, tam Sacerdotes quam Clerici, Laicique Catholicæ se, a qua sacrilege descivere, reddiderint, tunc Illustres singillatim pœnæ nomine fisco nostro, auri pondo quinquaginta cogantur inferre: Spectabiles, auri pondo quadraginta: Senatores, auri pondo triginta: Clarissimi, auri pondo viginti: Sacerdotales, auri pondo triginta: Principales, auri pondo viginti: Decuriones, auri pondo quinque: Negotiatores, au-

ri pondo quinque: Plebei, auri pondo quinque: Circumcelliones, argenti pondo decem. Qui nisi a Conductoribus, sub quibus commanent, vel Procuratoribus Executori exigendi fuerint præsentati, ipsi teneantur ad pœnam: ita ut nec domus nostræ homines ab hujuscemodi censura habeantur immunes. Uxores quoque eorum maritalis segregatim multa constringat. Eos enim, quos nequaquam illata damna correxerint, facultatum omnium publicatio subsequetur. Servos etiam, dominorum admonitio: vel Colonos, verberum crebrior ictus a prava religione revocabit: ni malunt ipsi ad præ- A dicta dispendia (etiamsi sunt Catholici) retineri. Clerici vero ministrique eorum, ac perniciosissimi Sacerdotales ablati de Africano solo, quod ritu sacrilego polluerunt, in exsilium viritim ad singulas quasque regiones sub idonea prosecutione mittantur. Ecclesiis eorum, vel conventiculis, prædiisque, si qua in eorum Ecclesias hæreticorum largitas prava contulit, proprietati potestatique Catholicæ (sicut jamdudum statuimus) vindicatis. Datum III. Kalend. Febr. Rav. Honor. IX. & Theod. V. AA. Coss.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

LXI.

ALIA LEX

An. 414. 22. Junii.

EJUSDEM IMPERATORIS IN DONATISTAS.

Ex eodem Cod. ibid. L. 54.

Idem AA. Juliano Proc. Africæ.

DONATISTAS atque hæreticos, quos patientia clementiæ nostræ nunc usque servavit, competenti constituimus auctoritate percelli: 1. Quatenus evidenti præceptione se agnoscant, & *intestabiles*, & nullam potestatem alicujus ineundi habere, sed perpetua inustos infamia a cœtibus honestis & a conventu publico segregandos. 2. Ea vero *loca*, in quibus dira superstitio nunc usque servata est, Catholicæ venerabili Ecclesiæ socientur: 3. Ita ut *Episcopi*, Presbyteri, omnesque antistites eorum, & ministri spoliati omnibus facultatibus ad singulas quasque insulas atque provincias exsulandi gratia dirigantur. 4. Quisquis autem hos fugientes propositam ultionem, *occultandi* caussa susceperit, sciat & patrimonium suum fisci nostri compendiis adgregandum, & se pœnam quæ his proposita est, subiturum. 5. Damna quoque patrimonii, pœnasque pecuniarias evidenter imponimus *viris*, *mulieribus*, personis singulis, & dignitatibus pro qualitate sui, quæ debeant inrogari. Igitur Proconsulari, aut vicariano, vel comitivæ primi ordinis quisque fuerit honore succinctus, nisi ad observantiam Catholicam mentem propositumque converterit, ducentas argenti libras cogetur exsolvere fisci nostri utilitatibus adgregandas. Ac ne id solum putetur ad resecandam intentionem posse sufficere, quotiescumque ad communionem talem accessisse fuerit confutatus, totiens mulctam exigatur: & si quinquies eumdem constiterit nec damnis ab errore revocari, tunc ad nostram clementiam referatur, ut de solida ejus substantia ac de statu acerbius judicemus. Hujusmodi autem conditionibus etiam Honoratos reliquos obligamus: scilicet, ut senator, qui nullo mu- B nitus extrinsecus privilegio dignitatis, inventus in grege Donatistarum, centum libras solvat argenti: sacerdotales eamdem summam cogantur exsolvere: decem primi curiales quinquaginta libras argenti addicantur, reliqui decuriones decem solvant libras argenti quicumque in hæresi maluerint permanere. 6. *Conductores* autem domus nostræ, si hæc in prædiis venerabilis substantiæ uti *permiserint*, tantam pensionem pœnæ nomine cogantur inferre, quantum in conductione pensitare consuerunt. Eadem quoque emphyteuticarios auctoritas sacræ definitionis adstringet. 7. Conductores vero privatorum, si permiserint in hisdem prædiis conventicula haberi, vel eorum patientia sacrum mysterium fuerit inqui- C natum, referetur per judices ad scientiam dominorum, quorum intererit, si pœnam volunt sacræ jussionis evadere, aut certantes corrigere, aut perseverantes commutare: ac tales prædiis suis præbere rectores, qui divina præcepta custodiant. Quod si procurare neglexerint, hi quoque in pensiones, quas accipere consuerunt, prolatæ præceptionis auctoritate mulctentur, ut quod ad compendia eorum pervenire poterat sacro jungatur ærario. 8. *Officiales* autem diversorum judicum si in hoc errore fuerint deprehensi, ad triginta librarum argenti inlationem pœnæ nomine teneantur: ita ut si quinquies condemnati abstinere noluerint, coerciti verberibus exsilio mancipentur. 9. *Servos* vero & *Colonos* coer- D citio ab hujusmodi ausibus severissima vindicabit. Ac si coloni verberibus coacti in proposito perduraverint, tunc tertia peculii sui parte mulctentur. 10. Atque omnia, quæ hujusmodi generibus hominum locisque colligi poterunt, ad largitiones sacras illico dirigantur. Dat. X. Kal. Jul. Rav. Constantio & Constante. Coss.

LXII.

ALIA LEX

An. 415. 30. Aug.

EJUSDEM IMPERATORIS,


Qua contra Donatistas gesta anno 411. sub Marcellino Cognitore eo quamlibet mortuo & invidiose cæso, plenam fidem & firmitatem obtinere declarantur.

Ibid. L. 55.

Idem AA. Juliano Proc. Afric.

NOTIONE & sollicitudine Marcellini, spectabilis memoriæ viri contra *Donatistas* gesta sunt ea, quæ translata in publica monumenta, habere volumus perpetim firmitatem: *Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides*. Dat. III. Kal. Sept. Rom. * Constantino & Constante Coss.

* Rav.



An. 415. 25. Aug.

LXIII.

ALIA LEX

EJUSDEM IMPERATORIS IN DONATISTAS.

Ibid. L. 56.

Idem AA. Heracliano Com. Afric.

SCIANT cuncti, qui ad ritus suos hæresis superstitionibus obrepserant sacrosanctæ legis inimici, plectendos se pœna & proscriptionis & sanguinis, A si ultra convenire per publicum exercendi sceleris sui temeritate temptaverint: ne qua vera divinaque reverentia contagione temeretur. Dat. VIII. Kalend. Sept. Honorio X. & Theod. VI. AA. Coss.

LXIV.

An. 428. 30. Maii.


LEX IMP. THEODOSII JUNIORIS:

In qua inter hæreticos quibus nusquam in Romano solo conveniendi orandique locus relinquitur, enumerantur Donatistæ.

Ibid. L. 65.

HÆRETICORUM ita est reprimenda insania, ut ante omnia quas ab Orthodoxis abreptas tenent ubicumque *Ecclesias*, statim Catholicæ Ecclesiæ tradendas esse non ambigant: quia ferri non potest, ut qui nec proprias habere debuerant, ab Orthodoxis possessas, aut conditas, suaque temeritate invasas, ultra detineant. 2. Dein, ut si alios sibi adjungant *Clericos*, vel ut ipsi æstimant, *Sacerdotes*, decem librarum auri mulcta, per singulos, ab eo qui fecerit, & qui fieri passus sit: vel si paupertatem prætendant, de communi Clericorum ejusdem superstitionis corpore, vel etiam donariis ipsis, extorta nostro inferatur ærario. 3. Post hæc, quoniam *non omnes eadem austeritate plectendi sunt*, Arianis quidem, Macedonianis & Apollinarianis, quorum hoc est facinus, quod nocenti meditatione decepti, credunt de Veritatis fonte mendacia, intra nullam civitatem Ecclesiam habere liceat. Novatianis autem & Sabbatianis omnis innovationis adimatur licentia, si quam forte temptaverint. Eunomiani vero, Valentiniani, Montanistæ, seu Priscillianistæ, Fryges, Marcianistæ, Borboriani, Messaliani, Euchytæ, sive Enthysiastæ, Donatistæ, Audiani, Hydroparastatæ, Ascodrogitæ, Fotiniani, Paulliani, Marcelliani, & qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt, Manichæi nusquam in Romano solo conveniendi, orandique habeant facultatem, Manichæis etiam de civitatibus expellendis: quoniam nihil his omnibus relinquendi loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat injuria. Nulla his penitus præter Cohortalinam in Provinciis, & Castrensem, indulgenda militia. Nullo donationis faciendæ invicem, nullo testamenti aut voluntatis ultimæ penitus jure concesso. Cunctisque legibus, quæ contra hos, ceterosque, qui nostræ fidei refragantur, olim latæ sunt, diversisque promulgatæ temporibus, semper viridi observantia valituris, sive de donationibus in hæreticorum factis Ecclesias, sive ex ultima voluntate rebus qualitercumque relictis: B sive de privatis ædificiis, in quæ Domino permittente, vel cohibente convenerint, venerandæ nobis Catholicæ vindicandis Ecclesiæ: sive de Procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri mulctam, vel exsilium, si sit ingenuus subituro: metallum vero post verbera, si servilis conditionis sit: ita ut nec in publico convenire loco, nec ædificare sibi Ecclesias, nec ad circumscriptionem legum quidquam meditari valeant: omni civili & militari, Curiarum etiam, & defensorum, & Judicum, sub viginti librarum auri interminatione, prohibendi auxilio. Illis etiam in sua omnibus manentibus firmitate, quæ de militia & donandi jure, ac testamenti factione, vel negandi penitus, vel in C certas vix concessa personas, pœnisque variis de diversis sunt hæreticis promulgatæ: ita ut nec speciale quidem beneficium adversus leges valeat impetratum. Nulli hæreticorum danda licentia, vel ingenuos, vel servos proprios, qui Orthodoxorum sunt initiati mysteriis, ad suum rursus baptisma deducendi: nec vero illos quos emerint, vel qualitercumque habuerint, necdum suæ superstitioni conjunctos, prohibendi Catholicæ sequi religionem Ecclesiæ. Quod qui fecerit, vel cum sit ingenuus, in se fieri passus sit, vel factum non detulerit, exsilio ac decem librarum auri mulcta damnabitur, testamenti & donationis faciendæ utrique deneganda licentia. Quæ omnia ita custodiri decernimus, ut D nulli judicum liceat delatum ad se crimen minori, aut nulli coercitioni mandare, nisi ipse id pati velit, quod aliis dissimulando concesserit. Dat. III. Kal. Jun. Constantinop. Felice & Tauro Coss.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



An. 440.

LXV.

EX EPISTOLA PRIMA S. LEONIS PAPÆ I.

AD EPISCOPOS MAURITANIÆ CÆSARIENSIS.

Maximinum quoque ex laico reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & a spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab Episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus, dignitate: ita ut & ipse libello ad nos edito, Catholicum se esse manifestet.

LXVI.

FASTIDIOSUS ARIANUS

Apud Fulgentium *epist.* ix.

Donatistis etiam prædicantibus communione malorum bonos pollui. *Et postea.* Donatiana quippe vanitas non attendit ad hoc collatum hominibus baptismi beneficium, ut qui originaliter alienis gravantur erroribus, gratiæ medentis auxilio relevati, propria deinceps tantummodo bajularent, nec communio sacramenti, sed consensus damnaret unumquemque peccati.

LXVII.

EX SANCTI PETRI CHRYSOLOGI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS

Serm. xiii.

Consiliis suis se diabolus prodit. *Mitte te deorsum.* Lapsus quærit, præcipitia imperat, & tali consilio per Africam martyres facit, sine clamore dicendo: si vis martyr esse, mitte te deorsum, ut eos impellat de alto ad mortem, non de humili tollat & elevet ad coronam.

LXVIII.

EX CASSIODORO

in Psal. lx.

Audiant Donatistæ a finibus terræ Ecclesiam clamare, & ipsi eam localem dicere protinus conquiescant. Contra vocem mundi quis possit audiri? Impudentissimum est adversum trium testimonium loqui, & contra generalem sententiam non erubescunt impudenter armari. Cur novis inventionibus animas fatigant? Accipiant certe quod credant, non quod sua iniquitate pervertant. Orat fidelis populus *a finibus terræ quia factus est* Dominus *spes ejus*, posteaque se auditum hymnidica exsultatione gratulatur: quoniam in conspectu Domini jugiter apparebit: quid jam satisfaciat, si hoc non satiat? Videmus quotidie fieri quod promisit: Videmus mundum ad fidei Christianæ regulas convenire: Et proh dolor! Falsitas nititur abscondere quod decrevit veritas indicare.

LXIX.

S. GREGORIUS MAGNUS

An. 591.

Lib. I. *Epist. Indict.* ix. *Ep. olim* lxxii. *nunc* lxxiv.

Gregorius Gennadio Patricio & Exarcho Africæ.

Sicut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere; ita oportet etiam inimicis Ecclesiæ ejus omni vivacitate mentis & corporis obviare: quatenus ejus & utroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: cum & forensibus bellis adversariis Catholicæ Ecclesiæ vehementer obsistitis, & Ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis viros, si eis, quod absit, suppetit nocendi licentia, contra Catholicam fidem vehementer insurgere, quatenus hæreseos suæ venena ad tabefacienda si valuerint Christiani corporis membra transfundant. Cognovimus enim eos contra Ecclesiam Catholicam Domino eis adversante colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum cervices jugo rectitudinis premat.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

IDEM eodem in lib. Ep. LXXV. *vel* LXXVII.

Gregorius universis Episcopis Numidiæ.

Petiistis etenim per Hilarium Chartularium nostrum a B. memoriæ prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quas a Beati Petri Apostolorum principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa servavit. Et nos quidem juxta seriem relationis vestræ consuetudinem, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere con- A cedimus, sive de Primatibus constituendis ceterisque capitulis, exceptis his qui ex Donatistis ad Episcopatum perveniunt, quos provehi ad Primatus dignitatem, etiam cum ordo Clericorum eos ad locum eumdem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis tantummodo curam gerere, non autem etiam illos antistites quos Catholica fides in Ecclesiæ sinu & edocuit & genuit ab obtinendum culmen Primatus anteire.

An. 592.

IDEM lib. II. *Ep.* XXXIII. *nunc* XLVII.

Gregorius Columbo Episcopo Numidiæ.

Notum est, carissime in Christo Frater, quod antiquus hostis qui primum hominem de Paradisi deliciis in hanc ærumnosam vitam callida persuasione deposuit, & in eo jam tunc humano generi pœnam mortalitatis inflixit; eadem nunc calliditate ovium dominicarum pastores, quo facilius gregem capiat, transfusis conetur venenis inficere, & jure jam potestati propriæ vindicare. Sed nos qui licet immeriti Sedem Apostolicam vice Petri Apostolorum principis suscepimus gubernandam, ipso Pontificatus officio cogimur generali hosti quibus valemus nisibus obviare. Porrecta igitur petitione insinuaverunt nobis præsentium latores Constantius & Mustellus, & asserunt Ecclesiæ Pudentianæ Diacones in Numidia Provincia constitutæ Maximianum ejusdem Ecclesiæ Antistitem, in loco quo degit, corruptum præmio Donatistarum Episcopum nova licentia fieri permisisse; cum etsi hoc anterior usus permitteret, manere atque persistere fides Catholica prohiberet. Ob hoc ergo fraternitatem tuam scriptis præsentibus necessario duximus adhortandam, ut veniente ad te Hilario Chartulario nostro, adunato Episcoporum universali Concilio, habito præ oculis terrore venturi judicis, caussa eadem subtili ac solerti debeat indagatione perquiri. Et si capitulum hoc a præsentium latoribus prædicto Episcopo documentis idoneis fuerit approbatum, a dignitate officioque quo fungitur, omnibus modis degradetur: ut & ille ad pœnitentiæ lucra per agnitionem delicti redeat, & ceteri tentare talia non præsumant. Æquum est enim ut qui Jesum Christum Dominum nostrum hæretico accepta pecunia venundedit, ut fertur, ab ejus videlicet sacrosancti B Corporis & Sanguinis tractandis mysteriis submoveatur. Si qua autem inter eos, extra crimen hoc, damnorum quorumdam vel privatorum negotiorum, sicuti petitio Diaconorum ipsorum continet, versatur intentio, hanc tua fraternitas cum prædicto Chartulario nostro privata cognitione perquirat, & inter utramque partem justitia procedente definiat. Porro autem præsentium latorum insinuatione didicimus Donatistarum hæresim pro peccatis nostris quotidie dilatari, & valde plures, data per venalitatem licentia, post Catholicum baptisma a Donatistis denuo baptizari. Quod quam grave sit, Frater, oportet nos tota mentis intentione perpendere. Ecce lupus Dominicum gregem non jam in nocte latenter sed in aperta luce dilaniat, & nos C eum grassari in ovium nece cernimus, & nulla ei sollicitudine, nullis verborum jaculis obviamus. Quos ergo fructus Domino multiplicati gregis ostendemus, si & ipsum quem pascendum suscepimus otiosa mente cernimus a bestia devorari?... Vigilemus ergo ne quid pereat, & si forte quid captum fuerit, vocibus divinorum eloquiorum ad gregem Dominicum reducamus, ut ille qui Pastor Pastorum est vigilasse nos circa gregem suum suo misericors dignetur judicio comprobare. Hoc quoque vos necesse est solerter intendere, ut si qua contra latores præsentium ejusdem Episcopi recta fuerit petitio, subtili debeat indagatione perquiri: & si fortasse ipsi pro sua culpa jure feriendi sunt, nequa- D quam censemus esse parcendum.

An. 594.

IDEM lib. IV. *Ep.* XXXII. *nunc* XXXIV.

Gregorius Pantaleoni Præfecto Africæ.

Hæreticorum nefandissimam pravitatem qualiter lex persequatur instantius, excellentiæ vestræ non habetur incognitum. Hi igitur quos & fidei nostræ integritas & legum damnat districtio mundanarum, non leve peccatum est, si vestris inveniant temporibus licentiam reserpendi. In illis igitur partibus quantum didicimus, ita Donatistarum crevit audacia, ut non solum de suis Ecclesiis auctoritate pestifera ejiciant fidei Catholicæ sacerdotes: sed hos quos vera confessione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuant, valdeque miramur, si tamen ita est, ut vobis illic positis liceat hujuscemodi hominibus pravis excedere. Primum siquidem quale de vobis judicium hominibus relinquatis attendite, si hi qui aliorum temporibus justa ratione compressi sunt, vobis administrantibus viam sui excessus inveniant. Deinde perditorum animas Deum nostrum de manu vestra scitote requirere, si tantum nefas, in quantum possibilitas exigit, emendare negligetis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

IDEM ibid. Ep. XXXV.

GREGORIUS Victori & Columbo Episcopis Africæ.

COmperimus Donatistarum stimulos sic in illis partibus gregem turbasse Dominicum, ac si nullius Pastoris moderamine regeretur, nuntiatumque nobis est quod dicere sine gravi dolore non possumus, quod plurimi eorum venenatis jam sint dentibus laniati. Denique sacerdotes canonicos pravissima de suis Ecclesiis temeritate repellere, & multos A insuper quibus salutem regenerationis aqua præbuerat rebaptizantes, pravitate nefandissima necavisse dicuntur. Quæ res animos nostros valde mæstificant quod vobis illic positis damnatæ præsumtioni tantum scelus perpetrare licuerit. Qua de re fraternitatem vestram scriptis decurrentibus adhortamur, ut habito tractatu initoque concilio, ita nascenti huic adhuc morbo inhianter ac tota virtute debeatis obsistere, dummodo nec vires ex neglectu percipiat, nec in commisso vobis grege pestilentiæ damna concutiat.

IDEM lib. VI. *Ep.* XXXVI. *vel* XXXVII.

AD COLUMBUM EPISCOPUM NUMIDIÆ.

An. 596.

PRæterea res ad nos omnino dura & rectæ fidei inimica pervenit, quia, quod dici nefas est, Catholici homines & religiosi, quod est deterius, filios mancipiaque sua vel alios quos in potestate habent, in Donatistarum hæresi baptizari consentiunt. Et ideo si verum est fraternitas vestra hoc summopere studeat emendare: quatenus sinceritas fidei vestræ solicitudine intemerata consistat, & innocen- B tes animæ quæ Catholico baptismate salvari poterant, hæreticorum infectione non pereant. Quisquis ergo de his personis quas superius memoravimus, quemquam suorum apud Donatistas passus est baptizari, ad Catholicam eos fidem omni virtute omnique instantia studeat revocare. Si quis vero talium de cetero hoc fieri de suis qualibet excusatione pertulerit, a Clero sit omnibus modis alienus.

IDEM ibid. Ep. LXIII. *vel* LXV.

GREGORIUS Mauricio Augusto.

INter armorum curas & innumeras solicitudines, quas indefesso studio pro Christianæ reipublicæ regimine sustinetis, magna mihi cum universo munno lætitiæ caussa est, quod pietas vestra custodiæ fidei, qua dominorum fulget imperium, præcipua solicitudine semper invigilat. Unde omnino confido, quia sicut vos Dei caussam religiosæ mentis amore tuemini, ita Deus vestras majestatis suæ gratia tuetur, & adjuvat. Qualiter autem pietatis vestræ serenitas contra Donatistarum flagitiosissimam pravitatem consideratione justitiæ & sincerissimæ religionis zelo commota sit, directarum lucidissime tenor insinuat jussionum. Sed venientes viri reverendissimi ex Africana provincia Episcopi asserunt ita esse incauta dissimulatione postpositas, ut nec Dei illic judicium haberetur in metu, nec principales hactenus jussiones sortirentur effectum: hoc etiam subjungentes quod in præfata provincia Donatistarum præmiis prævalentibus, fides Catholica publice venundetur. At contra gloriosus vir Gennadius de uno eorum mihi similia questus est qui talia querebatur, cui etiam duo alii certi in eadem re testimonium ferebant. Sed quia caussa ipsa judicis sæcularis intererat, eosdem Episcopos ad pietatis C vestræ existimavi esse vestigia dirigendos, ut per semet ipsos serenissimis auribus suggerant quæ se fatentur pro fide Catholica pertulisse. Ea propter obsecro ut Dominorum Christianitas pro salute animæ & vita piissimæ sobolis suæ, eos quos tales esse cognoscit, districta ulcisci jussione præcipiat, & ruinam pereuntium ereptionis manu suspendat, atque insanis mentibus correptionis medicinam adhibeat, & errorum ab eis morbos expellat: quatenus dum piæ provisionis vestræ remedio pestiferæ pravitatis fuerit caligo depulsa, & vera illic fides radios suæ serenitatis asperserit, cælestis vos ante Redemtoris nostri oculos triumphus exspectet: quia quos exterius ab hoste defenditis, etiam interius a diabolicæ fraudis veneno, quod est gloriosius, liberatis.

I N D E X

MONUMENTORUM VETERUM, AD DONATISTARUM HISTORIAM PERTINENTIUM.

INDEX
LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

GENESEOS.

PROVERBIORUM.

lis meis fontem lacrymarum ; & plorabimus populum hunc die ac nocte , vulneratos filiæ populi mei? 235. a.
15. 16. —— Obliti sunt mei:
16. Et ego tradam eos dispersioni in cunctis, gentibus. 46. b.
23. 24. —— Non glorietur sapiens in sua sapientia, neque glorietur fortis in fortitudine sua , neque dives in divitiis suis :
24. Sed in hoc glorietur qui gloriatur : intelligere & scire quia ego sum Dominus , qui facio misericordiam & judicium & justitiam super terram. 113. d. e. XXXIII. c.
25. 26. Ecce visitabo super omnes circumcisos præputium eorum;
26. Super Ægyptum, & super Juda, & super Edom, & super filios Ammon , & super filios Moab, & super omnes habitantes in deserto , & super omnes nationes quæ raserunt facies suas : quia omnes gentes incircumcisæ sunt carne ; omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde. LXXX. c.

XI. 18. 19. Domine significa mihi, & cognoscam: tunc vidi meditationes eorum.
19. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam. In me cogitaverunt cogitatum dicentes : Venite , mittamus lignum in panem ejus, & eravamus a terra vitam ejus. 36. a.

XII. 7. Reliqui domum meam, reliqui hereditatem meam , dedi dilectum meum in manibus hostium. XCV. a. XCVII. a. b.
9. Grex discolor avium factus est mihi , hereditas mea, XCVII. b.
11. —— Non recoletur amplius nomen Israel. ibid. a.

XV. 1. 2. —— Educ illos a facie mea , & exeant.
2. Et si dixerint tibi : Quo ibimus? dices eis : a gladio in gladium , a fame in famem , a captivitate in captivitatem, & a peste in pestem. XCIV. e.
17. Non sedi cum consilio ludentium, sed tremebam a facie manus tuæ : solus sedebam , quoniam amaritudine repletus sum. 47. d.
19. Si conversus fueris ad me, convertam te, & stabis tu ante me. LV. a.

XVI. 9. —— Et auferam de civitatibus Juda & de urbibus Hierusalem vocem lætantium , & vocem sponsi & vocem sponsæ. 31. b.
19. —— Gentes relinquent sculptilia sua, clamabunt, prædicabunt & dicent : Idola illa mendacia & fallacia quæ patres nostri fecerunt nos possidere , nihil sunt. CII. d.

XVII. 5. Maledictus homo , qui spem habet in homine. 135. c.
7 – 10. Benedictus homo qui confidit in Domino, cujus est spes in eo. cet. 40. a.
9. —— Et homo est ; & quis cognoscet eum? sec. LXX. – 137. c.
10. Ego Dominus scrutans corda & probans renes : ut reddam unicuique juxta vias suas , & juxta fructum adinventionum ejus. 44. e.
16. Ego laboravi sequens te, & diem hominum non consideravi. 49. c.

XVIII. 7. 8. Si dixerim de populo & regno : Evellam, destruam, subvertam & dissipabo ;
8. Et convertatur populus ille a peccatis suis : & ego pœnitentiam agam super sermones meos, & avertam ab eis mala quæ locutus sum contra eos. XV. b.
9. 10. Si dixero de populo & regno : Ædificabo, & plantabo ;
10. Et ille perpetraverit iniquitates suas: & ego pœnitentiam agam super verba mea , & avertam ab eis bonum quod locutus sum, ut facerem eis. ibid. c.

XX. 9. —— Fuerunt sermones Domini tamquam ignis, qui accenditur & inflammatur circa ossa mea. XXXV. a.

XXI. 8. —— Ecce posui coram te vitam & mortem : elige quod vis. 55. b.

XXIII. 2. O pastores qui dissipatis & perditis oves pascui mei , audite sermones Domini. Sic dicit Dominus : Ecce congregabo oves meas , quemadmodum pastor congregat greges suos in diebus caliginis & turbinis ; & requiram oves meas a manibus vestris. LXXV. a.
14. —— Facti sunt illi , principes Sodomæ & populus Gomorrhæ. CIII. b.
18. Quis stabit in substantia Domini , & videbit Verbum Domini? sec. LXX. 261. a.
22. Si stetissent in substantia mea , & si audissent verba mea ; avertissem eos ab studiis eorum pessimis. sec. LXX. – ibid. 99. a. 251. b.
24. —— Cælum & terram ego impleo , dicit Dominus. 169. a.
29. Verba mea egrediuntur tamquam ignis, & tamquam ferrum quod incidit petras. XXXVI. b.

XXV. 6. Nolite ambulare post deos alienos , ut serviatis eis : & ne adoraveritis , ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendos eos. 37. c.

XXVII. 8. Omnis gens & regnum quod non curvaverit collum suum sub jugo Nabuchodonosor servi mei regis regum ; gladius & fames & pestis veniet super illos. CVIII. b.

XXVIII. 14. Ego dedi jugum ferreum super collum gentium ; & servient regi Babyloniorum septuaginta annis : bestias deserti & aves cæli dedi ei in servitutem. XXXVIII. e.

XXXI. 10. —— Qui dispersit Israel, congregavit eum. 46. c.
22. —— Dominus creavit me in plantationem salutem novam ; in qua salute circumibunt homines. 165. b.
29. —— Ut vobis stupescerent dentes, patres vestri uvas acidas comederunt . 478. a.
31. Nemo docebit civem suum & fratrem, dicens : Agnosce Dominum : quoniam omnes agnoscent me , a magnis usque ad parvos. CIV. e.
32. —— Dissipaverunt filii Israel & filii Juda testamentum meum. C. d.
33. Quoniam hoc est testamentum meum quod disponam domui Israel & domui Juda , & post dies illos dicit Domi-

EZECHIELIS.

OSEE.

JOELIS.

ZACHARIÆ.

MALACHIÆ.

MATTHÆI.

MARCI.

LUCÆ.

ACTUUM APOSTOLORUM.

AD ROMANOS.

I. AD CORINTHIOS.

II. AD CORINTHIOS.

AD GALATAS.

AD EPHESIOS.

AD PHILIPPENSES.

AD COLOSSENSES.

I. AD THESSALONICENSES.

II. AD THESSALONICENSES.

I. AD TIMOTHEUM.

II. AD TIMOTHEUM.

II. PETRI.

I. JOANNIS.

II. JOANNIS.

JUDÆ.

APOCALYPSEOS.

tem; quoniam venit hora judicii ejus: & adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. 37. c.

9–11. — *Si quis adorat bestiam & imaginem ejus, & accipit vota in fronte sua & in manus;*

10. *Bibet & ipse de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ejus; & punietur igne & sulphure sub oculis Agni.*


11. *Et fumus de tormentis eorum in sæcula sæculorum ascendet: nec habebunt requiem die ac nocte, quicumque adorant bestiam & imaginem ejus*. ibid. e.

XXI. 9. 10. — *Veni: ostendam tibi novam sponsam uxorem Agni.*

10. *Et duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem, descendentem de cælo*. 31. c.

XXII. 18. 19. — *Quicumque adjecerit ad librum istum apicem unum aut litteram unam, adjiciat illi Deus innumerabiles plagas.*

19. *Et quicumque deleverit, deleat partem ejus Dominus de libro vitæ*. 520. e.



III. ESDRÆ.

CAP.

IV. 41. *Vivit veritas, & vincit, & roboratur, manetque in sæcula sæculorum*, 170. d.



INDEX
RERUM ET PERSONARUM.

A

B

M

R

S

T

V

F I N I S.



ERRATA CORRIGENDA.

In Verſione Armena.

Pag. VII.	a. 13.	*Accendit*	*Accendite.*
XII.	c. 5.	illenmærere	ille mærere.
XV.	e. 12.	*Dimitte*	*Dimittite.*
XXI.	c. 11.	Et inſuper eis juſ- ſit, ut teſtimo- nium perhibe- rent, eum, & deinde totius po- puli.	*Hæc delenda.*
XXV.	a. 9.	inteficiendique	interficiendique.
XXXI.	c. 4.	rationes	orationes.
XXXII.	a. 10.	exprobavit	exprobravit.
XXXVI.	b. 8.	res Iſr.	rex Iſr.
XXXVII.	b. 4.	E fuit	Et fuit.
XLV.	e. 13.	lætificat: Unige- nitus	lætificat Unigeni- tus.
LII.	c. 2.	qui immutantur	qui non immutan- tur.
LIII.	e. 12.	monente	monete.
LIX.	d. 10.	pœntientia	pœnitentia.
LXI.	b. 8.	Apoſtulus	Apoſtolus.
— —	— 9.	opera ſpiritus	operatur opera ſpi- ritus.
— —	c. 8.	horum operum	horum opera.
LXIV.	a. 7.	transferent	transferrent.
LXXVIII.	d. 8.	archiſynagoga	archiſynagoge.
LXXXI.	d. 12.	ſecentis	ſexcentis.
— —	e. 13.	non erat	non erant.
LXXXIII.	c. 1.	habitationi. Et verſatum eſſe	habitationi, & ver- ſatum eſſe.
— —	d. 9.	immutadum	immutandum.
LXXXV.	e. 1.	obervati	obſervati.
LXXXVII.	a. 2.	ſecentorum	ſexcentorum.
XCVI.	a. 4.	hædis	hœdis.
— —	b. 13.	cerimonias	cærimonias.
C.	e. 11.	Idem ipſe Deum	idem ipſe Deus.
CI.	b. 3.	crufixionis	crucifixionis.
CIII.	b. 2.	ſynagonam	ſynagogam.
CIV.	b. 11.	*oſtenſas*	*oſtendas.*
CVIII.	c. 2.	*omni patern.*	*omnis patern.*
CXXVIII.	e. 10.	oſtenderit	oſtenderint.

In Textu Græco.

Pag. 169.	a. 11.	*κλώμενον*	(*κλώμενον*)
Pag. 272.	e. 6.	*ἀϊδίως*	*ἀΐδιος.*

In Verſione Latina.

Pag. 40.	a. 12.	*mittit rad.*	*mittet rad.*
44.	b. 3.	*nequitia*	*nequitiæ.*
45.	c. 4.	*conſummamini*	*conſumamini*
—	— 9.	*nomen blaſph.*	*nomen meum blaſph.*
47.	a. 6.	*de conſilio*	*de concilio.*
—	d. 15.	*que ad tempus*	*uſque ad eempus.*
—	e. 8.	*florebit ſicut vinea memoria eorum, ſicut odor turis Ephraim. Quid ei & idolis?*	*florebit ſicut vinea: memoria eorum ſicut odor turis. Ephraim, quid ei & idolis?*
48.		*Patres veſtri ubi ſunt & prophe- tæ?* ut ſcript.	*Patres veſtri ubi ſunt? & prophe- tæ,* ut ſcript.
—	d. 8.	*leorum*	*leonum*
50.	a. 4.	*ambulaveritītis*	*ambulaveritis.*
—	b. 3.	*quærimoniam*	*querimoniam.*
Pag. 60.	e. 2.	alii vero ſua?	alii vero ſua;
74.	c. 8.	adverſos	adverſus.
176.	b. 11.	*ſilveſtræ*	*ſilveſtre.*
237.	d. e.	illi patribus	illis patribus.
244.	b. 9.	ſecit	fecit.
248.	c. 3.	quidam jud.	quidem jud.
251.	c. 10.	circumſcribunt	circumſcribuntur.
275.	b. 2.	intetitum	interitum.
296.	d. 8.	apud homines vir- tus, Deus	apud homines vir- tus. Deus.
300.	e. 9.	ſic difficult.	ſine difficultate.
301.	e. 2.	neceſſarii	neceſſariis.
303.	c. 9.	verebatur	verberatur.
312.	c. 3.	utriuſque	utriſque.
320.	d. 14.	facere	faceret.
324.	d. 6.	ſimul facta ſunt	ſimul ut facta ſunt.
340.	c. 8.	miſericos	miſericors.

In Textu Latino.

Pag. 28.	b. 6.	Marſiæ	Marsyæ.
34.	c. 4.	*iſtæ rex glor.*	*iſte rex glor.*
36.	e. 4.	Quæ ſit ſubſtantia, ejus ſap.	Quæ ſit ſubſtantia ejus, ſap.
—	6.	*æſtimaverant*	*æſtimaverunt.*
37.	a. 9.	temporum ordine. Hieme	temporum ordine, hieme.
—	e. 4.	*puniet*	*punietur.*
91.	a. 8.	præparandum -- *le- gendum forte,*	properandum.
99.	d. 9.	Apoſtolus	Apoſtolos.
112.	c. 12.	Abſit	Abſit.
122.	d. 11.	ſolus	ſolus.
124.	a. 1.	portabis quod e- nim	portabis: quod e- nim.
125.	e. 11. 12.	*fenum, . . . feni*	*fænum . . . fæni.*
131.	a. 3.	ſpetem	ſeptem
132.	c. 11.	opinior	opinor.
—	d. 12.	*in conſilio*	*in concilio.*
Pag. 139.	b. 7.	ad crucem Chriſti ſublim.	ad crucem Chri- ſtum ſublim.
140.	e. 7.	Apolypſi.	Apocalypſi.
143.	a. 3.	cidit	ſcidit.
147.	c. 14.	ſune	ſunt.
149.	e. 1.	vos veſtra nobili- tate, fide	vos veſtra nobili- tate fide.
250.	a. 14.	maltm	malum.
— —	b. 11.	Domini	Dei, *legendum vi- detur.*
254.	a. 12.	inſtituta	inſtitutæ.
— —	b. 13.	diviniratis	divinitatis.
255.	c. 13.	*fundavit*	*fundavi.*
257.	b. 9.	ſi quem noviſſet	ſi quem moviſſet.
— —	d. 2.	ut quidem	ut quidam.
259.	a. 6.	*ὁμοούσιον*, id eſt	*ὁμοούσιον* id eſt.
462.	a. 1.	clariſſimi	cariſſimi.
468.	a. 2.	accuſaari	accuſari.

In Notis.

Pag. 8.	not. 1.	*κύμιοτε*	*κίμιοτε.*
227.	lin. 4.	MMCCCXXX.	MMCCCXXXIII.
Pag. 289.	not. 3. l. 4.	*ἀκολόθα*	*ἀκόλουθα.*
634.	not. a. l. 5.	ſe *templo*	de *templo.*

In Inſcriptionibus.

Pag. 104.	b. 6.	SOZOMENUS	SOZOMENUM.

In Prolegomenis.

Pag. XI.	d. 4.	ſed quatuordecim tantum epiſtolas ad- huc ſuperſtites, ab eo re vera fuiſ- ſe conſcriptas	ſed duodecim tantum adhuc ſupereſ- ſe, ab eo re vera conſcripta.
XXV.	c. 3.	Bætica.	Bœtica.

In Notis ad Prolegom.

Pag. XV.	not. 8.	tom. VII.	tom. I.
— —	not. 9.	tom. I.	tom. VII.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del P. F. *Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Offizio di Venezia*, nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, cura & studio Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii: Tomus quintus Ms. e Stamp. &c.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 11. Decembre 1769.


(Angelo Contarini Proc. Rif.

(Andrea Tron Kav. Rif.

(Sebastian Foscarini Kav. Rif.

Registrato in Libro a Carte 24. al Num. 179.

Davidde Marchesini Segr.



NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Avendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. [illegible] Inquisitore Generale del Santo Offizio di Venezia nel Libro intitolato: [illegible] non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a [illegible] Stampator di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 12. Decembre 17[illegible]

([illegible] Contarini Proc. Rif.

(Andrea Tron Kav. Rif.

(Sebastian Foscarini Kav. Rif.

Registrato in Libro a Carte [illegible] al Num. [illegible]

Davide [illegible] Segr.

